2°

3

40/64

11812

EXPOSITIO


IN TERTIAM D. THOMAE PARTEM

VSQVE AD QVAESTIONEM SEXAGESIMAM COMPLECTENS TERTIVM LIBRVM SENTENTIARVM.

Autore F. Bartholomæo à Medina, Ordinis Prædicatorum, Primariæ Theologorum Cathedræ apud Salmanticenses Præfecto.

pertinet ad Sanctum Dominicum de[illegible]

Cum Indice copiosissimo ac locupletissimo.




SALMANTICÆ

Typis hæredum Mathiæ Gastij.

M D LXXX.

Esta tassado en marauedis el pliego.



DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias de Hierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, Conde de Flandes, y de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos el Maestro Fray Bartholome de Medina frayle professo de la orden de Sancto Domingo, y Cathedratico de Prima de la Cathedra de Theologia, en la vniuersidad de Salamanca, nos fue fecha relacion diziendo que vos auiades hecho vna Exposicion en la Tercera parte de Sancto Thomas, de la materia de Incarnatione hasta el quarto de las Sententias, sobre lo que auia escrito el Maestro fray Domingo de Soto, y por ser obra muy vtil y prouechosa, nos supplicastes os mãdassemos dar licencia y priuilegio, para que pudiessedes hazer imprimir la dicha obra, y para ello hezistes presentacion del original por donde se auia de hazer la dicha impression, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pragmatica por nos agora nueuamente sobrello hecha dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, e nos tuuimos lo por bien. Por la qual damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros reynos, para que por esta vez pueda imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion, sin que por ello incurra en pena alguna, y mandamos que la tal impresion se haga por el dicho libro original, que va rubricada cada plana, y firmado al fin del de Alonso de Vallejo nuestro Escriuano de Camara, y vno de los que en el nuestro consejo reside, y despues de impresso no se pueda vender ni venda sin que primero se traygа al nuestro Consejo juntamente con el original, para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original, y se tasse en lo que cada volumen se vuiere de vender, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros reynos, y no fagades ende al. Dada en Madrid, a catorze dias del mes de Mayo, de mill y quinientos y ochenta años.

Antonius Episcopus	*El Licenciado Fuen Mayor.*	*El Licenciado Couarruuias.*
El Licenciado don Pedro Portocarrero.	*El Licenciado Ribadeneyra.*	*El Licenciado Chumazero de Soto Mayor.*

Yo Alonso de Vallejo Escriuano de Camara de su Magestad la fize escriuir por su mandado con acuerdo de los del su Consejo.

NOS Frater SERAPHINVS CAVALLI Brixienſis Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac totius ordinis Prædicatorum humilis Generalis Magiſter & ſeruus, eis potiſsimùm, quos in vinea Domini, vt ſtrenuos operarios continuò laborare cognoſcimus, ac talenta ſibi à Domino donata in Chriſti obſequium, religioniſque noſtræ decus glorioſè, & feliciter negotiari, & ſuis tum priuatis, tum publicis ſtudijs Rempublicam Chriſtianam mirum in modũ iuuari poſſe compertum habemus, ne dum quæ penes noſtram ſunt poteſtatem lubenter impartiri debemus; prout libẽtiſsimè impartimur; ſed etiam laborum ſuorum vberrimos fructus vt in lucem producant in proximorum vtilitatem (cùm non nobis nati ſimus) plurimùm ſatagere debemus: ea de cauſa, tenore præſentiũ, noſtri autoritate officij tibi admodum R. P. Magiſtro F. Bartholomæo Metinenſi eiuſdem ordinis in celeberrimo ſtudio Salmãticenſi Primariæ Cathedrę Regenti in virtute Spiritus ſancti, & ſanctæ obedientiæ ſub formali præcepto mandamus, vt quàm primũ potueris impreſsioni ac prælo mandes, & in lucẽ emittas aureas expoſitiones in Primam Secundæ D. Thomæ ac alias lucubrationes tuas, quas in omnes D. Thomæ partes paratas habes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. In contrarium quibuſcunque non obſtantibus. Datum Toleti die vij Octobris. M. D. LXXVII.

Frater Seraphinus
qui ſuprà manu propria.

Frater Ludouicus Vgocinus Ariminenſis
Prouincialis terræ Sanctæ.

SERENISSIMO PRINCIPI ET ROMANAE ECCLESIAE CARDINALI AVGVSTISSIMO D. DOMINO ALBERTO Austriæ, Frater Bartholomæus à Medina. S. P. D.

ETSI Theologica studia, quæ à diuina sapientia in homines emanarũt, clarissime Princeps, tãta cæteris præstent celsitate, & magnitudine, vt ad eorum ornamentum nulla fieri possit accessio; tamen minimè negandum est, quin permagnum momentum habeat, vt apud populum in pretio sint & honore, ac summoperè commendata, quòd principes splendidissima mundi lumina in sacras literas incumbant, & ad Theologiam omni studio sibi enitendum putent. Ac si res à nostra memoria propter vetustatem remotas ex literarum monumentis repetere instituamus, intelligemus profecto Christianam religionem iam inde ab initio magna stabilitatis suæ præsidia comparasse, cum Reges, Imperatores ad fidem Christi confluerent. Idipsum sanè de Theologia, quæ à fide sumpsit exordium licet conijcere, nimirùm eam innumeros sectatores habituram, si viri Regia maiestate excellentes tantam in eius studijs curam, operamq; ponant, vt omnibus rebus posthabitis totos se in exquirenda diuina sapientia collocasse videantur. Habent enim Reges mirabilem quandam virtutem ad mortalium animos impellendos, & huc atque illuc flectendos. Nam ita natura cõparatum est, vt vniuersi id valde decorum sibi censeant & honorificum, si Regum imitatores existant, & quasi eorum vestigia persequantur. Atqui verissima est illa sententia peruulgata, honos alit artes, omnesq; incenduntur ad studia gloria; iacentq; ea semper quæ apud quosq; improbãtur. Quocircà Catholico Regi nostro Philippo maximæ sunt habendæ gratiæ, cùm te nobilitatis eximiæ Principem, Romanæ Ecclesiæ Cardinalem constitutum à disciplinis humanis, vtilissimis quidem illis, sed quæ nonnihil personæ tuæ dignitatem dedecorarent, à teneris annis auocauerit, & ad cœlestem sapientiam traduxerit. Præsagit animus futurum deinceps, vt generosi viri, magnatumq; filij admirabili ac propè diuino Regis nostri consilio cõmoti & persuasi, canonum & ciuilium legum literaturam deserant & se ad studia Theologiæ conferant, quæ ad agnitionem animi pulcherrima sunt, & ad moderãdam religionem necessaria. Etenim isthæc cœlestis disciplina, vt est emanatio claritas æternæ, ità ad se vocat & allicit animos ingenuos, nobilitate insignes, splẽdore maiorum commendatos: qui cùm sint impellente natura ab artificijs & quæstibus sordidissimis alienissimi, ità decet, vt se se fingant & accommodent quò diuinam Philosophiam virtutis ac iustitiæ Christianæ indagatricem vitiorumq; expultricem facilius hauriant,

riant, & in mentibus impressam atq; insculptam habeant. E domo Austrica toto terrarum orbe florentissima tanquam ex equo Troiano Principes & duces eximij Romani Imperij moderatores prodierunt. Inter quos quãtoperè excelluerint Carolus Quintus, & Ferdinandus fratres ambo & Imperatores, à quibus tu Princeps clarissime originem ducis, quamq; admirabiles extiterint, minimè in præsentia dicam, ne oratione parum elaborata & inculta pulcherrima facta extenuem. Illorum sanè res pace belloq; gestæ ità celebrantur, non solum nostris, sed pene omnium gentium literis atque linguis, vt trophæis monumentisq; eorum nulla sit vnquam ætas finem allatura. Tantorum facinorum gloria efflorescet, quotidiè magis vigebit memoria seculorum, eam posteritas alet, ac æternitas semper intuebitur. Ad hæc tam eximia & innumerabilia Augustissimæ familiæ ornamenta maximus tuis studijs cumulus accessit: nam ineunte adolescentia, quæ lubrica est, & cui solet inesse imbecillitas consilij diuino numine afflatus totã vim bene viuendi in contemptione ac despicientia rerum humanarum ponens ad Theologiam aspirasti, in qua tantos progressus habes, vt speremus te breui apicem diuinæ sapientiæ consecuturum. Gratulandum est ætate nostra Austricæ domui, cum non solum duces potentissimos Romanæ Ecclesiæ propugnatores, verumetiam Cardinales diuinarum literarum cognitione decoratos pepererit, ac procreauerit. Perspicere iam mihi videor tuis monumentis ex literatura Theologica redundantibus hæreses catholicæ veritati inimicas atque contrarias mirabiliter conuelli, infringi, labefactari, euerti. Quæ quidem victoria expugnationi vrbium, depulsioni tyrannorum, amplificationi dominatus multis nominibus anteponetur. Interim tamẽ dum ad pugnam contra hæreticos committendam Ecclesiæ vtilissimam, tibi verò maximè decoram, literatis exercitationibus atq; assiduis studijs te paras & instruis, commentaria nostra in Tertiam Sancti Thomæ partem tibi offerẽda existimaui, tum vt in ea tanti Principis amplitudine ac celsitate decus & ornamentũ redundaret, tum etiam vt obseruãtiam erga te Prædicatorum ordinis vel hoc obsequio testificarer. Etenim si Sanctus Thomas, cuius doctrinam illustrandam suscepimus, spectetur, innumeros Scholasticos sine controuersia superat & rerum copia & iudicij sanitate perspicua, & mirabili disserendi dexteritate. Quæ verò à nobis proferuntur quanuis non ità sint enucleata & expolita, quin sapiẽtium iudicium reformident, è fontibus diuinarum literarum hausta fuisse, orthodoxis concilijs, Sanctorum documentis consentanea existere sine arrogantia affirmauerim. Ex meis autem vigilijs & lucubrationibus abundè magnum fructum me comparasse existimabo, si commentationes nostræ tibi, clarissime Princeps, placebunt, atque tuis studijs nonnihil emolumenti conferre videbuntur. Dominus noster Iesus Christus amplitudinem tuam diu seruet incolumem, donisq; cœlestibus magis, ac magis amplificet. Vale ex nostro Conuentu Sancti Stephani Salmanticensi.

ADMONITIO AD LECTOREM.

IN his noſtris commentarijs, Chriſtiane Lector, nonnulla ſunt, quorum admonitione aduerſus varias calumnias præmunitum te eſſe volui. Primum quod ad ſtylum attinet, ſi ſimplicior, & impolitior tibi videatur, ſanctos Patres certè, & Doctores Scholaſticos, qui veritatem rerum, non verborum ornatum magnopere curant, ſecuti ſumus. Sanè, vt mulieres ob hoc ipſum bene olent, quia nihil olent, & in quibuſdam cultus negligentia delectat, ita Theologica oratio hoc ipſo videtur ornatior, quia ornamẽta negligit. Si vero offendaris, quod nõ Græcas, aut Hebræas voces in noſtris annotationibus inuenias, ſunt enim huius ætatis adeò curioſa ingenia, vt niſi ad Græca, vel Hebræa redeat oratio, vt putidam, & abſurdam cõtemnant, contra ego ſciens, & prudens ab his ſuperſedendum cenſui. Quanuis enim linguæ Hebraicæ, ac Græcæ ſim ſtudioſiſsimus, eaſque in veneratione habeam, & ſuſpiciam; ferre non poſſum noſtrates quoſdam Theologos, qui nec Græcè ſciant neque Hebraicè, nec Latinè, eſſe tamẽ glorioſiſsimos: quibus ſi quaſdã voculas adimas, nihil omnino Hebræum, aut Græcum habeant. Iſtos videas & Græcæ, & Hebraicæ orationis inculcatores eſſe, & in ore ſemper habere illud, vt habetur Græcè, vt habetur Hebraicè, pro vocula ſi quã inuenerint ineptã: quaſi Babylonias ceperint, ita geſtiunt, exultant, triũphant, quaſi diuina Theologia in vocalis aucupandis, & non potiùs in rerum peritia cõſiſtat. Voculas aucupari Grammaticorum eſt, rerum cognitionem exactè tradere, hoc opus verè ſapientis eſt. Quid enim retulerit ſcire, hanc vocem, amor, vt exemplum adducã, quomodo efferatur, Græcè, Hebraicè, Latinè, Gallicè, Hiſpanicè, Arabicè, Germanicè, adde etiam Sarmaticè, vt vim amoris & eius efficaciam demonſtrem? certè parum, aut nihil prorſus. Deſinant ergo iſti græciſſantes atque Italograeci, & Latinohebræi nobis obſtre-

pere. Sed & illud te admonere neceſſe eſt, ne fortaſsis impudenter grauiuſque offendaris nos editionem veterem Latinam ſacrorum librorum pro authentica, irrefragabili, planeque diuina iuxta decreta ſacri Concilij Tridentini, habere, atque ſuſcipere. Neque vnquam ab ea latum vnguem diſcedimus. Verùm enim vero cùm aliquando ſanctos Patres Græcos neceſſum fuerit in medium producere, oportuit etiam, ſanctas ſcripturas eodem modo citare atque ipſi citant, qui plerumque ſeptuaginta editionem in ſuis elucidationibus ſequũtur. Vltimò illud te ſcire volui, nos in commentarijs Primæ Secundæ ſummam textus D. Thomæ poſuiſſe tantùm, idque bonis rationibus adducti. Nunc verò viri in primis graues clamitant, nõ ſatisfactum eſſe niſi textus D. Thomæ integer adhibeatur, quod ſi ſumma tantùm habeatur neceſſum ſit lectori ad aliũ codicem D. Thomæ recurrere, quod eſſe moleſtum nemo eſt, qui non intelligat. Victus ergo illorum autoritate textum integrum D. Tho. cum noſtris commentarijs adhibendum curauimus, eademque figura, & forma reliqua volumina, quæ in Diui Thomæ partes typis cudere in animo eſt, ſi id expeti videbimus, deinceps dabimus. Vale Lector optime.

ARGVMENTVM OPERIS.



SACRA Theologorum scientia hęc docet in vniuersum. In primis Deum, quo nihil maius, aut melius, sapientiusve, excogitari valet, in essentia quidem seu natura diuina vnum, & simplicem, in personis vero tribus esse distinctum, vt alius sit Pater, alius sit Filius, alius Spiritus sanctus. Pater est qui suum ab æterno generat filium, filius ex patris genitus substantia, Spiritus sanctus vtriusque amor, iam hi tres vnum sunt, hoc est vnus verus, æternus, immensus, & incomprehensibilis Deus. Hæc tractant diuini Theologi in primo Sententiarum libro.

Cæterùm in secundo libro hæc inuestigant. Præcipuè Deum esse qui propter bonitatem suam cuncta creauit, visibilia & inuisibilia, à quo omnia procedunt sine quo nihil quicquam est, iustum & misericordem. Quique omnia operatur in omnibus secundum voluntatem suam, cui non licet dicere quare sic vel sic faciat, omnia enim operatur secundum propositum voluntatis suæ quod semper rectum & sanctum est. Hunc creasse Adam ad imaginem & similitudinem suam, Dominumque constituisse omnium creaturarum in terra, inuidiaque diaboli & Adæ inobedientia peccatum in hunc mundum intrasse, & per peccatum mortem, omnesque in Adam & per Adam peccatores esse. Promissum verò Christum Iesum Saluatorem ipsi Adæ, Abrahæ & reliquis patribus, qui credentes fide viua in ipsum liberaret à peccatis, & tyrannide diaboli, cui subijciebantur omnes per Adam. Interim autem dum expectabatur promissa salus, datam legem à Deo, qua cognoscerent homines peccatum, & se esse peccatores, quo fieret vt ardentius sitirent Christi aduentum, qui ipsos à peccatis redimeret. Hæc in secundo libro tractant Theologi.

Verùm in tertio libro docent Christum illum promissum tandem missum à patre, eo tempore quo constituerat apud se, eo inquam tempore quo abundabat omnis iniquitas, missum autem non propter bona cuiusquam opera, nam omnes erant peccatores, sed vt veras abundantes gratiæ suæ diuitias, quas promiserat exhiberet. Iesus igitur Christus, verus Deus, & verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens, verus agnus & vera hostia venit vt nos patri reconciliaret, pœnas peccatis nostris debitas in cruce persoluẽdo, & liberaret à seruitute diaboli, in filiosque Dei adoptaret credentes in ipsum per fidem viuam. Venit præterea, vt nos per ipsum purificati à peccatis & Deo Patri sanctificati, siue consecrati, abnegatis operibus carnis libere seruiremus ei in iustitia & sanctitate omnibus diebus nostris per bona opera, quæ præparauit Deus, vt ambularemus in illis, expectantes beatam spem & aduentum magnum Saluatoris nostri Dei, qui post interfectũ spiritu oris sui hominẽ peccati, sedebit in maiestate sua omnes iudicaturus, & redditurus vnicuiq; propria corporis prout gessit, siue bonũ siue malum. Et tunc finis erit, regnumq; Deo & patri tradet. Hæc dogmata, vt cognoscamus traditus est nobis tertius liber Sententiarũ. Hæc eadem docet tertia pars D. Thomæ, quam nunc exponere aggredimur, vt cognoscamus inquam & credamus Dominũ nostrũ Iesum Christum, vtq; credẽtes vitã habeamus in nomine eius. Præter hoc fundamentum

nemo

nemo aliud potest ponere vt inquit Paulus, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Postremo in quarto libro agunt diuini Theologi de sacrosanctis sacramentis, quæ Christus Dominus in salutem & consolationem animarum instituit, deque vltima retributione bonorum & malorum. Hæc docent scripta Theologica vniuersa: nostri verò instituti est tertiam partem huius operis accuratè & diligenter exponere.

ARGVMENTVM ALIVD
breuiore sermone explicatum.

EXPONIT hic liber quid sit Christus, & beneficia per ipsum humano generi præstita: & quomodo nobis applicẽtur, vt prosint ad salutem æternam, vitam Domini, conuersationem eius in terra cum hominibus, doctrinam & prædicationem, miracula stupenda, passionem eius, & mortem, sepulturam, descensum ad inferos, resurrectionem ex mortuis, ascensum in cœlum, descensum eius ad iudicandum, regnumque eius & triumphum perfectissimum, in quo regno Deus erit omnia in omnibus. Hæc vt cognoscamus, hic liber scriptus est.

DE DIVO THOMA
autore huius libri elogium.

AVTOR huius libri est D. Thomas, qui inter doctissimos sanctissimosq; viros meruit Sanctus Doctor per antonomasiam appellari. Quosdam enim excellit doctrina, sanctitate quosdã, vtroque innumeros. Virginali lilio insignitus, & mortalis peccati expers, quod de paucissimis Sanctorum Doctorum verè dici potest. Huius solis ortu errorum nebulæ effugatæ sunt, quidquid scrupuli pullulat in Ecclesia, Thoma iudice statim euanescit. Omnia Ecclesiæ dogmata Thomæ doctrina firmantur. Quis æuo nostro Theologus euasit, qui non doctrinæ huius viri auxilium implorauerit? quis concionator suggestum ascendit, qui non à Thoma mutuetur quæ populum doceat? quis cathedram de sapientiæ rebus ascendit verba facturus, qui non prius Thomam consuluerit? quis scholasticum certamen adoritur qui non se prius Thomæ armis accinxerit? Thomæ doctrinam Christus approbat, virgo laudat, Petrus & Paulus commendant, vniuersitas Parisiensis miris effert præconijs. Vrbanus Papa omnibus amplectendam proponit. Oranti Thomæ & de sua doctrina solicito ore crucifixi Christus respondet, Bene scripsisti de me Thoma. Cum vellet illum Pontifex sanctorum cathalogo ascribere dubitantibus de numero miraculorum an esset sufficiens, quid, inquit Pontifex de numero miraculorum estis soliciti? quot articulos composuit, tot miracula edidit. Præclara certè vox & tali viro digna sententia! nullus enim est articulus in D. Thoma, qui non aureis literis scribi dignus sit. Innocentius Papa in sermone de eius laudibus, illum cum Salomone in sapientia confert, imò præfert, & proprietate verborum, ac veritate sententiarum post scripturas Canonicas collocandum putat. Et vt Syxtus Senensis præclare scribit, D. Thomas quatuor inter se implacabiliter pugnantia, sempiterno fœdere coniunxit, videlicet copiam, breuitatem, facilitatem, & securitatem; quas nulli vnquam literarum professori vel ante, vel post eum contigit simul potuisse connectere. Ac primum

tanta

tanta ineſt ei rerum omnium copioſa vbertas, vt nihil ferè ex vniuerſo Theologiæ ac Philoſophiæ ambitu deſiderari queat, quod non ipſe ditiſsimis ſcriptis ſuis fuerit copioſiſsima varietate complexus. Breuitas deinde, cuius exiguis anguſtijs copiæ amplitudo contineri non poteſt, ea eſt, vt quæ tot veteres ac recentes autores vix innumeris ac immenſis voluminibus comprehendere potuerunt, hic intra vnius ſtrictæ epitomes, hoc eſt, ſummæ Theologiæ compendium, locupletiſsima breuitate pleniſsimè ſtrictiſsimeque concluſerit. Breuitati verò, quæ obſcuritatis mater eſt & comes indiuidua, ita facilitatem, omni ſecluſa difficultate, copulauit, vt ordinis diſpoſitione, ſententiarum perſpicuitate, & verborum ſplendida claritate, omnes ſcriptores longo poſt ſe reliquerit interuallo. Et quod multo admirabilius eſt, cum in ſcriptis Eccleſiaſticis multorum magni nominis patrum caute ac ſuſpenſo pede legentibus progrediendum ſit, ne in ſententias quaſdam parum tutas imprudenter impingant, huic vni verè diuino viro tanta aſſertionum ſententiarumque ſecuritas diuinitus obtigit, vt in lectione eius lector, omni ſuſpicione erroris liber, citra vllam offenſam tutus & ſecurus expedito gradu expatiari poſſit, veluti per viam regiam, communi Eccleſiaſticorum patrum inceſſu tritam, longè à deuijs illis particularium ſectarum ſemitis, ac diuerticulis, quæ ſæpè incautos abducunt in ambages inextricabiles, & errores irremeabiles. Hæc Sixtus Senenſis. Plinius lib. 7. naturalis hiſtoriæ. c. 29. & 30. diſputat quiſnam ingenij laudem inter ſcriptores primam promeritus ſit. Et quanquam aſſerat eſſe difficillimum ingeniorum gloriæ agere delectum, per tot diſciplinarum genera & tantam rerum operumq; varietatem: nihilominus dicit quoſdam hanc felicitatē tribuiſſe Homero, alios vero Ariſtoteli ſummo Philoſopho, ſunt qui hanc concedant Platoni, Virgilio alij, Ciceroni nō pauci. Sed quo piaculo te taceam ô Thoma diuiniſsime? cuius operibus ſi opera prædictorum autorum conferantur, nugæ ſunt non res ſeriæ. Certè D. Thoma docente omnis Philoſophorum ſchola lucem habuit, & ab innumeris erroribus fuit expurgata. D. Thomas primus auſus eſt totum Ariſtotelis textum explicare & lumine fidei dirigente melius intellexit Ariſtotelem, quam ipſe ſe ſe intellexit. Ipſe eſt qui Theologiæ ſcholam aperuit & cœleſtia dogmata exactiſsime patefecit: in quibus enucleandis inſtar omniū eſt. Nullum tam abditū & reconditum Theologiæ myſterium eſt, quod ipſe non tetigerit, manu contrectauerit, & expoſitum dederit. Nullus ſcripturæ locus eſt qui difficultatem habeat à principio Geneſis vſque ad Apocalypſis vltimum caput, qui in D. Thomæ commentarijs non inueniatur expoſitus. Diui Thomæ ingenium omnes hæretici fugiunt, in cuius doctrina mille clypei pendēt, omnis armatura fortiū ad deſtruendam omnem ſcientiam extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei. Salue ô Thoma Theologiæ magiſter omnium triumphorum lauream adepte maiorem, quantò plus eſt ingenio remp. Chriſtianam quam armorum viribus locupletaſſe.

AVTORES PER QVOS PROfecimus, quoſq; ſecuti ſumus in hoc opere.

OMNES libros ſacros euoluimus Chriſtiane Lector, omnes traditiones Apoſtolicas, omnia ſacra cōcilia, omnes definitiones Eccleſiæ, omniūq; patrum decreta, quę de myſterio incarnationis Dominicæ loquuntur (abſit arrogantia verbo) vt dogmata in hoc libro aſſerta cōfirmaremus. Quod ſi cui hæc per hyperbolen & exceſſum dicta eſſe videbuntur, legat librum & inueniet verum eſſe noſtrum

noſtrum teſtimonium, & ideo non eſt neceſſe elenchum aut indicem autorum componere. Scias tamen, lector candide, me potiſsime ſecutum fuiſſe D. Auguſtinum, & D. Thomam, quos pro magiſtris in omni ætate mea habeo, hos lego, hos memoria teneo, in manibus geſto, in pectore & in corde, cum illis mihi ſemper colloquium dulce, hi mei magiſtri in corde ſemper, in ore frequenter, in lectionibus ſæpiſsimè, nihil ſcio, quod ex Diuo Auguſtino, aut ex D. Thoma non hauſerim. Hi enim indagatores veritatis acutiſsimi, aſſertores fortiſsimi, pollentes ingenio, doctrinam ſapientiæ & diſciplinæ ſcribentes, qui renouauerunt ſapientiam de corde ſuo. Beatus qui in horum ſcriptis verſatur, ſapiens erit ſemper, & ad omnia valebit; quia lux Dei eſt in illis.

Sed & peccatum eſſet inexpiabile, inter eos autores per quos profecerim, non numerare in primis doctiſsimum patrem Franciſcum à Victoria ordinis Prædicatorum, in Hiſpania lumen præclarum. Hic nanque ad ſupremum eruditionis gradum & dignitatis, quæ ex ſtudiorum laboribus ſperari poteſt, faſtigium euectus, diuinam Theologiam cum maximo auditorum, & totius catholicæ Eccleſiæ fructu, omniumque doctiſsimorum virorum ſumma admiratione, in celebri Academia Salmanticenſi in Primaria Cathedra profeſſus eſt, atque adeo profundiſsimas Theologiæ latebras penetrauit, vt huic vni docendi palma omnium iudicio facilè tribueretur. Ex huius autoris albeolis manu ſcriptis noſtros commentarios locupletauimus. Sed neque ſolius huius viri ope ſumus adiuti. Siquidem adiuti ſumus & quidem non parum, ex annotationibus, quas imperfectas, & quaſi immaturos fructus reliquerunt viri doctiſsimi, Pater Soto, Cano, Mantius, Sotomaior, Peña, Ioannes Gallo ordinis Prædicatorum omnes eximij magiſtri: quæ quidem non erant propria manu ſcriptæ ſed à diſcipulis in ſcholis exceptæ: ex quibus tamen horum virorum eruditionem ſingularem, & ingeniorum magnitudinem intelligere facilè poterimus. Sed & ſubſidiaria opera vſi ſumus aliquorum, qui hoc æuo Theologiam profitentur, quorum nomina libenter referrem, niſi intelligerem, illis fore ingratum, adhuc viuentes laudibus efferri. Si igitur nec immeritò maxima his gratia olim habita fuit, & immortalis gloria ſemper data, qui philoſophorum, aliorumque Ethnicorum libros, nihil aut parum admodùm ad veram felicitatem pertinentes, ſumma diligentia cuſtodiri, conſeruarique curarunt; non abſq; ratione ſperabo, hoc meum ſtudium viris beneuolis probatum iri, qui non Ethnicorum libros, ſed Chriſtianorum ſacras lucubrationes, maximè quæ in noſtro ordine Prædicatorio, vel tinearum corroſione, vel iniuria temporum interirent, vel quas fures effoderent, & furarentur, vndique conquiro, & poſteritati tradere ſummopere ſtudeo.

REVERENDI P. F. BARTHOLOMÆI MEDINÆ IN TERTIAM PARTEM D. THOmæ Aquinatis Angelici Doctoris expositio.

INTRODVCTIO IN MATERIAM INCARNATIONIS, IN QVA tres quæstiones disputantur. Prima, Vtrùm de hoc mysterio scientia haberi possit? Secunda, Vtrùm sit possibile? Tertia, Vtrùm iam sit factum?



HO CERTE vir Theologus intentionem & propositum dirigit, vt veram Dei, diuinarumq; rerum notitiam succinctè cõprehensam habeat. Theologia namque est Dei, rerũque diuinarum scientia, Deus verò considerat ur secundùm quod in se est, & vt est principium & finis rerum omnium, iuxta illud Apocalyp. 1. Ego sum Alpha & O, principium & finis, ab ipso enim tanquàm à principio progredimur, & ad eum regredimur vt in finem. De Deo secundùm se, & vt est principium rerum omnium, tractauit D. Thomas prima parte suæ summę: in reliquis agit de Deo, vt est finis noster, & quia ad talem finem peruenitur per actus humanos & per Christi beneficia: in secunda parte agit de fine vltimo, & de actibus humanis: in tertia verò vberrimè disserit de Saluatore nostro Iesu Christo, deque eius ingẽtibus beneficijs, & innumerabilibus meritis, quæ per se generi humano præstitit: inuestigat etiam de Sacramentis, quæ ipse idem instituit, & dedit Ecclesiæ suæ, vt eius vulnerata membra curentur, vt sanitatem adipiscãtur. Vltimò de vltima retributione bonorum & malorum, quam partem beatissimus Thomas propter immaturam mortem imperfectã reliquit. De Christo verò incarnato quinquaginta nouem disputat quæstiones, quas sic disposuit, eoque ordine digessit, vt seipsum excessisse videatur. Nã D. Thomas cùm cæteros alios excedat, in ordine & dispositione seipsum superauit (mirabile dictu) ita minutatim & sigillatim incarnationis mysteriũ persequitur, vt videatur testis omnium fuisse oculatus. Hoc mysterium pro captu nostro exponere aggredimur, si non ingenio & magna eruditione, certè magno conatu, diligentia, & studio. Agitur ergo in hac Tertia parte de incarnationis mysterio & de Deo incarnato prout ducit nos in Deum, qui est finis & beatitudo nostra. His cõstitutis sequitur pro introductione prima quæstio.

Apoc. 1.

Summa eorum quę in Theologia tractantur.

Christus dominus subiectum huius libri.

Quæstio introductionis prima.

VTrùm de hoc mysterio scientia haberi possit? & videtur profectò quod non possit esse vera scientia, vel si est, quòd sit vana, vt Cornelius Agrippa libro de vanitate scientiarũ Theologis obijcit. Imprimis de singularibus nõ est scientia, præcipuè si sint contingentia, vt docet Aristot. in multis locis: sed omnia, quę de isto mysterio traduntur, singularia sunt & cõtingentia, vt quod Deus sit incarnatus, mortuus, &c. Deindè de ijs quæ superant captum humanum & omnem rationis comprehẽsionẽ, nõ potest haberi scientia, quæ humanitùs acquiratur, iuxta illud: Altiora te ne quę fieris,

Prim. argu.

Secũ. argu.

Eccle. 3.

Prò.25, Rom.12. ris.& illud:Scrutator maiestatis opprimetur à gloria.cui consonat illud: Nó plus sapere quã oportet sapere,sed sapere ad sobrietatem.sed omnia, quæ traduntur de mysterio diuinæ incarnationis,superant omnem captum rationis humanæ,ergo de his scientia haberi non Tert. argu. potest. Sed & tertium argumentum obijciũt nobis Lutherani contra Theologiam scholasticam,inquientes,quòd hæc terrena sit, animalis,diabolica, quam cõdemnat D.Iacobus Iaco.cap.3. in sua epistola cap.3. eò quòd contentiosa sit Quar. arg. & certaminibus comparetur. Pro euidentissimo etiam argumento ducunt, quòd Theologia nostra inanis sit Phylosophia quam con- Ad Coll.2. demnat D.Paulus,cùm inquit adColossen.2. Videte ne quis vos decipiat per Philosophiã Quin. arg. & inanem fallaciam. Quintum argumentum, opponunt nobis,aientes sanctumPaulum mulierem in Ecclesia non permittere loqui, eò quòd rixosa sit,quæ proindèTheologiã scholasticam designat,rixis & contentionibus re- Sext. argu. fertam. Sed non quiescunt Grammatici, & obijciũt nobis, quòd in huius mysterij explanatione,vocabulo prorsus barbaro, & in lingua Latina inusitato vtamur, cuiusmodi est hoc nomen,Incarnatio,cui adsimile est,incar- Solu.argu. nari vocabula prorsus incognita.Ad hęc argu- Ad pri.arg. menta dicendum est.Ad primum dicitur copiosè.1.par.q.1.art.2.Sed breuiter & distinctè nunc respondeo,quòd de Deo incarnato possunt formari &cõstitui propositiones necessariæ,vt quod Christus qui Deus & homo est, sit immortalis & sit mortalis,quòd habeat voluntatẽ diuinã & humanã, de quibus proinde rebus potest haberi vera scientia:vel dicito,quòd hæc singularia & contingentia, prout subsunt diuinæ scientiæ & reuelationi necessaria sunt & infallibilia. Certè sciẽtiæ vniuersæ humanitùs acquisitę sunt de necessarijs & incorruptibilibus propter veram certitudinem,sed tanta est & maior certitudo in rebus reuelatis,sicut in ijs quæ reuelantur per lumẽ rationis naturalis , de his ergo poterit haberi vera scientia.Sed & alia solutione propòsita, obiectio confutatur à D.Tho.loco citato dicente,quòd in diuina Theologia prẽcipuè de Deo, deque proprietatibus diuinis inuestigatur,de his verò singularibus & cõtingentibus secundario , & minùs principaliter,quatenus Ad secũ.ar. ducunt nos in cognitionem deitatis. Ad secũdum argumentum dicat Theologus,quòd de hisce rebus non audemus inuestigare nostris viribus freti,sed adiuti lumine diuinitùs infuso,de quo dictum est,multa supra sensum ho- 1.Cor.2. minis ostẽsa sunt tibi.Et Paulus inquit, Deus nobisreuelauit per spiritum suum,vt sciamus quæ à Deo nobis donata sunt. Illud tamen Vtilitas huius sciẽtiæ. sciat Theologus,quòd mysterij dominicę incarnationis cognitio perneccssaria est,tum vt cognoscamus Christum Iesum,in cuius cognitione nostra beatitudo consistit. Vnde Paulus.1.Corinth.2.Non iudicaui me scire inter 1.Cor.2. vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixũ: tũ verò vt intelligamus rectè diuinas scripturas,quæ de hoc mysterio passim loquuntur: tum deindè vt iuxtaD.Petrũ.1.canonica ca.3. 1.Pet.3. simus parati semper ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea quæ in nobis est fide & spe.Tum quartò,vt ab improbis hæreticis veritatem huius mysterij defendamus. Tum vltimò, vt habeamus diuitias plenitudinis intellectus in agnitione Christi Iesu , in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi,vt scribit Paulus ad Colossen. Col.2. cap.2.Sed obijciunt nobis Grammatici & Lu- Grammatĩ corũ obiectio. therani,quòd in huius mysterij explicatione languent Theologi circa quæstiones & pugnas verborum,quos propterea damnat Apo- 1.Tim.6. stolus.1.ad Timot.6.Quo in loco reprehendit Apostolus studia inutilia & quęstiones futiles. Atqui Lutherani existimant hanc Pauli reprehensionem pertinere ad commentarios ab scholasticis in sententias Magistri sententiarum conscriptos, in quibus spinosa & barbara verborum perplexitate disputant: Vtrũ potuerit Deus assumere creaturam irrationabilem,num lapidem, num cucurbitam? num tres personæ possent assumere eandem naturam humanam:in his & similibus quæstionibus omnem ætatem consumunt,de Christo & eius Euangelio verbum nullum facientes. Solutio. Certè non sunt Theologi,neque tanto nomine digni,qui quæstiones frigidas & inanes in Theologiam inuexerũt, & in his disputandis consenescunt. Qui enim hos condemnãt me ipsum suffragatorem habent. An non est ab Theologorum quorũdam curiosa vanitas. hominibus condemnandus Theologus,& diris omnibus deuouendus,qui pro sana doctrina & sermone fideli ad consolandos eos qui abiecto sunt animo,& redarguendos eos qui contradicunt,paradoxa quædam,&noua profert,quo sit admirationi populo inanium rerum semper admiratori? an non exsibilandus est Theologiæ magister qui quæstiones frigidas & valdè implexas disputat,ostendẽs,quãtum in palęstra literaria profecerit, has tantũ vt subtiles , & quæ doctoris explicatione indigent pertractans, quæ verò ad charitatem & pietatem conducunt,tanquam peruia & exposita negligens? si quid explicandum est ex D.Paulo,autverò ex sacro eloquio videtur in alium mundum translatus, si de instantibus,

si de

si de hęcceitatibus, de relationibus, originibus, circunsesionibus (nomina prorsus incognita) velis aliquid, plura dabit, quàm quæ tribus onerarijs nauibus vehi possint. Hi sunt sanè de quibus dicit Apostolus Paulus, quòd languent circa quæstiones & pugnas verborum, quòd conuersi sunt in vaniloquium, & volentes esse legisdoctores non intelligunt nec quæ dicunt, neque de quibus affirmant.

D. Hieron. Sanctus Hieronymus inter quæstiones frigidas illas numerat, quot ne annos vixerit Mathusalem: quoto ætatis suæ anno Salomõ sortitus est coniugium. D. Augusti. recensetsubsequentes: Vbi & quomodo sit in cælo corpus dominicum: quid faciebat Deus antequã faceret cælum & terram, an corpus cœleste sit sphera, an stet cælum, an moueatur, ego verò, inquit Augustin. si ab amico essem de rebus huiusmodi interrogatus, aut dissimulanter præterirem, aut apertè etiam responsa negarem. Neque enim eas dignas quæstiones censerem, quibus vel tantillum temporis impartirer. Cum his quæstionibus, si eas, quas toto agmine, & omni contentione disputant Theologi nonnulli, conferre velis, illas esse grauissimas & ponderosissimas, nostras verò vanissimas, stramineas, & nullius ponderis assereres, quas commemorare non volo, ne pudore suffundam eos, qui eisdem explanandis

Theologus verus. omnes ingenij neruos intendunt. Dicendum est igitur, quòd is erit Theologus, tam admirabile nomine dignus, qui de rebus diuinis, & de ea quæ in nobis est fide, & gloria spei paratus est responsa dare, & quæ audiuit à patribus suis committere fidelibus hominibus, qui idonei sunt alios docere, qui rectè tractat verbum veritatis, operarius inconfusibilis, qui nunquam sit in sermone adulationis aut vanitatis, neque prætextu auaritiæ, qui non quærat gloriam ab hominibus, qui sit doctor ad perfectionem sanctorum, ad opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi, vt exhibeat omnem hominem perfectum in Christo, & hunc pleno ore appello Theologum. Qui verò de rebus inanibus aut inutilibus quæstiones serit, eum Theologastrum liberè pronuncio. Sed hoc ad abusum hominum pertinet, non ad condemnandam artem.

Ad ter. arg. De Theologia scholastica. Ad tertium respondeo, Theologia scholastica certaminibus & disputationibus vtitur, exercitatione comparatur, conflictu addiscẽtium obtinetur, sed in veritatibus per argumentationes & certamina persuasis, summa est concordia. In his disputationibus Theologi humillimi sunt, captiuantes intellectum in obsequium Christi. Quapropter hæc scientia desursum est à patre luminum, mansueta est, pudica est. Sed vt illustretur quomodo Theologia scholastica desursum est descendens à patre luminum, honesta, pudica, mansueta, bonis consentiens; libet hîc explicare quam scientiam condemnet Diuus Iacobus in illa sententia, quam reprehensores Theologiæ à se proferunt. An quam habent Theologi? An verò quam iactant Grammatici? Imprimis ostendit Iacobus, quod qui zelũ amarum, & contentiones in cordibus suis habẽt, non est cur glorientur nomine Theologiæ, aut sapientiæ diuinæ, qua in sententia vitium hominum condemnat, non facultatem scientiæ, quin potiùs condemnat omnes Grammaticos, omnes Lutheranos, qui nostræ Theologiæ insultant. Hi enim sunt, qui constant ex felle & amaritudine, qui plaustra contumelia rum afferunt, qui rabiosè doctis omnibus maledicunt, antiquos patres spernunt, Hieronymum, Augustinum, Gregorium, & cæteros Ecclesiæ heroas præ se despiciunt, & libros Propheticos & Apostolicos contumelia afficiunt. Hi sunt qui semper inter se sunt discordes, furiosè inter se dimicant, resistunt contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, qui Catholico sensui repugnant, qui terminos quos maiores nostri nobis posuere audacter transiliunt, qui antiquitatem contumelia afficiunt, Catholicum sensum non venerantur, contendunt omnia certa incerta reddere, conantur omnia in ambiguo relinquere, vel saltim laborant virgula censoria arrepta de omnibus iudicium vsurpare, de sacrisceremonijs, Pontifice, sacerdotibus, cõsuetudinibus, traditionibus iudicium ferre. Hi sunt qui ex contentionibus nati sunt, & mendaces aduersus veritatem, nam ex proprijs loquuntur, & ideo mendacium dicunt. Is enim ex proprijs loquitur, qui non hoc sequitur quod omniũ est, quòd Catholicum est, quòd orbis totius Christiani consensu receptum est & approbatum, sed in eo libentiùs acquiescit, quòd vni alicui lunatico nonnunquam visum est, vel quòd sibi per spiritum suum malè sanum, verum apparet. In hoc albo ponas Lutheranos, numeres Grammaticos, Erasmum, Vallam tã quam onagros liberos, & nulli legi subiectos, nulli sententiæ addictos, horum sapientia nõ est desursum descendens à patre luminũ, sed terrena, id est, ex affectu terrenorum deriuata. Hoc affectu laborant qui illotis (vt aiunt) manibus ad tractandum verbum veritatis accedunt, qui eodem spiritu sacros libros & canonicos legunt, quo Homerum, Virgiliũ, Te

Quã scientiã cõdemnat. D. Iacobus in sua epistola cap. 3.

Hæreticorum & Grãmaticorum scientia.

rentium interpretantur. At impudentior est audacia, nam hos sine magistro, sine commẽtarijs non legunt, illos verò sine magistro, sine patrum annotationibus interpretari præsumunt. Hi sunt qui voluptatibus mancipati cùm nolunt credere, omni veneratione dignam irrident veritatem, tanquam barbariem habentes ludibrio. Hi sunt de quibus dicit Paulus, quod quærunt sapientiam aduersus crucem Christi. Horum sapientia animalis est quæ non percipit quæ Dei sunt, quæ diuina mysteria non spiritualia spiritualibus comparando, sed ad Homerum, aut Virgilium referendo examinat, & expendit. Hæc dictiuncu las venatur, in nominum delectu, & certa dictionum compositione & connexione versatur, suos discipulos cicadis facit loquaciores, verbis elegantibus demulcentes, ad linguam aspicientes & dulcia verba loquentes. Hæc erudiuit Erasmum, hæc linguam Vallæ armauit. Ex hac, tanquam ex equo Troiano exierunt Lutheranorum mortiferæ pestes. Sed & illorum sapiẽtia dæmoniaca est, id est, superba, nulli subiecta, nulli addicta. Pluris æstimãt voculas Homeri, quàm Pauli viuum sermonem: ob hanc ergo artem dæmonum, homines Grammatici se offerentes in omni loco sublimi, & sub omni ligno frondoso, prosternuntur meretrices, fabricantur lupanar in capite omnis viæ, & diuaricant crura omni trãseunti, & multiplicant fornicationes suas, id est, simul vt vident collem aliquem sublimẽ, aut lignum frondosum, hoc est, simul vt quẽpiam conspexerint, qui scientiæ habet opinionem, qui inflexis verbis ornatis praua dogmata ediserat, statim illi adhærent. Initiò sub limis illis visus est collis Erasmus, & lignum valdè frondosum, illico sub eo prosternabantur, Ecclesiam, antiquitatem, maiorum statuta deridentes. Non tamen multò antè extitit Valla, visus est collis magis sublimis, & lignũ magis frondosum, ac mox sub eo quoq; prosternabantur, sanctas scripturas & eorum trãslatores, & patrum traditiones, & explicationes cõtemnentes. Quorsum autẽ attinet omnes numerando recensere? coram quolibet Grammatista, qui sciat dicere, secùs habetur in Græco, secùs in Hebræo legitur, se postrauerunt, & verbum illius tanquam verbum Dei adorauerunt, illum solum scire, cæteros barbaros, & nihil scientes, & languentes circa quæstiones Thomisticas, Scoticas arbitrantur.

Exponitur optimè locus 1er. c. 2. & Ezec. 16.

Theologorũ scientia.

Cum his rogo conferas nostros Theologos, quos isti infamant. Theologi qui per Dei gratiam sunt Catholici, sin minùs eruditè saltem timidè, cumque reuerentia sacras literas tractant. Et quò magis constet esse sapientes, à sapientia moniti, non innituntur prudentię propriæ, non loquuntur visiones cordis sui, non solitariam, aut domi suæ natam, aut vnius opinionem sequuntur, memores illius, quod ab eodem Sapiente scriptum est: Vidisti hominem qui sapiens sibi videbatur, spes est de stulto, quam de eo longè maior, sed orthodoxorum qui præcesserunt vestigijs inhærent, in eorum interpretationibus acquiescunt. Ab eius, quæ columna & firmamentum est veritatis, Ecclesię decretis discedere non audent, atque ita quod vniuersis visum est vnanimiter hoc dicere scripturam, hoc esse verbum Dei credunt, neque ab eo vlla ratione dimoueri patiuntur, etiam si millies per membra sua Sathanas occinat, quod ipsum aliquando ceciniſſe legimus. Scriptum est enim. Rhetores verò & Grammatici nostræ Theologiæ reprehensores violenter irrumpunt, & submotis omnibus quod volunt, & suis sententijs commodũ est, hoc sentire scripturam contendunt, & sic rem gerunt quasi non interpretes, sed Domini sanctarum scripturarum existerent, & critici iudices sederent. Hanc tyrannidem ferre non possumus, & quod dixit aliquando Paulus, obstrepentibus nos dicere possumus, an à vobis verbum Dei processit, aut in vos solos peruenit, & vobis solùm sensus sanctarum scripturarum aperuit. Taceant igitur Grammatici, Sacra Biblia relinquãt Theologis, in suas latebras redeant, & ad Grammaticorum sodalitatem ineundam reuertantur, Theologis sacra mysteria enarrare permittant, sacros libros nec attingant quidem, sed humana humilitate adorent, maiorum statuta nec conuellant, neque eorum terminos transgrediãtur, putridas chartas Terentij, Suetonij & voculas in eis repertas addiscant, explicent, in eo laborent, crucietur, spiritum emittant, sacras literas, sacris doctoribus tractandas dimittant. Sin minùs, intelligant se habere sapientiam terrenam, animalem, dæmoniacam, quæ de sursum nunquam descenderit. Ad quartum respondetur, eo in loco certè non est sermo de Theologia scholastica. Nec verò in ea sententia condemnat Paulus omnem Philosophiam, sed Epicuræam quæ tollit prouidentiam, in deorum numerũ referẽs voluptatem, cõdemnat Philosophiam, quæ aduersus scientiam Dei se extollit, quæ sequitur hominum traditionem non veram, & à Deo datam lucem, quæ adorat elementa huius mundi, secundùm quam Diogenes quidẽ aërem, Thales verò aquam, Hippasus verò ignem adorant & colunt. Et (vt vno verbo dicam) damnat Philosophiam quæ diuinæ sapiẽ

Ad quartũ argumen.

tiæ non

tiæ non sit subiecta, verum naturalis Philosophia consentanea sacræ doctrinæ & Deum esse asserit, & educit prouidentiam vsque ad singularia, & sempiternam Dei virtutem ostendit, & homines in naturæ diuinæ admirationem trahit, & Dei donum diuinitùs datum existit. Cùm autem dicit, Videte ne quis vos decipiat per inanem fallaciam Philosophiæ, vt iam sum præfatus, non condemnat omnem Philosophiam, neque verò præcipit quòd sophismata & captiones syllogismorum non intelligamus, quin potiùs præcipit, quòd in hac re diligenter laboremus, ne præstigijs harum artium decipiamur. Quamobrem alibi dicit, Propterea oro, vt dilectio vestra adhuc magis ac magis abundet in agnitione, & omni sensu, vt probetis potiora. Rursum cùm ait sacrum eloquium, Non sis multum apud alienam, non condemnat Philosophiam, sed immorari & permanere in doctrina seculari, verbo enim Domini præparat. Et quēadmodum rationi dissentaneum est, vt quidam ancillarum inescati amatorijs, contemnant Philosophiam verè dominam, & ex ipsis alij consenuerunt in Musica, alij verò in Geometria, alij autem in Grammatica, plurimi autem in Rhetorica, ita ab omni sensu penitùs abhorret, quod in Philosophia naturali, & in Aristotele, & Platone Theologi consenescant, & per totam vitam commorentur, & dominam, scilicet, sapientiam rerum diuinarum contemnant, quod & condemnat maximè sancta scriptura, nam Sarra erat olim sterilis quæ cum Abrahamo non pareret, permisit illi ancillam suam nomine Agar Ægyptiam ad liberorum susceptionem, sapientia ergò quæ cum fideli cohabitat, erat in principio sterilis, & sine liberis in illa generatione. Quapropter permittit viro fideli, vt priùs cum Agar, id est, cum sapientia seculari congrediatur. Sed posteà cum Sarra, id est, sapientia diuina, æmularetur Agar, quæ erat in maiori quam ipsa existimatione, respondit Abraham, hoc est, vir fidelis: Ecce (inquit) ancilla in manibus tuis est, vtere ea vt lubet. Quasi diceret, secularem amplector doctrinam, & vt ancillam, & vt conseruam, scientiam autem cœlestem vt dominam, vt principem honoro & colo. Et afflixit eam Sarra, quod perindè est, & correxit, & admonuit.

Quã philosophiã dãner Paul. ad Colo. 2.

Sed videamus iterum, quam inanem Philosophiam in commemoratis verbis damnet Apostolus. Nolo enim hinc discedere quoadusque conuincam graui constantique oratione Grammaticos, & Rhetores hic damnari, inanem Philosophiam & captiones vanissimas, appellare Paulum Philosophiam garrulam, & improbam, & phantasticam, quæ funiculos trahit, & nihil texit inanem laborem sustinens, quam impostura, & astutiam appellauit Paulus. Hæc est quæ dictiunculas tanquam quædam ornamenta proponit. Quam condemnat scriptura cum dicit: Non multū verseris in verbis. Et admodum rectè nos admonet Paulus, ne verbis contendamus, & horum sapientium cognouit Dominus cogitationes, quoniam vanæ sunt. Et alio in loco dicit, quòd sapientes euanuerunt in cogitationibus suis, id est, in argutijs suis. Aduersus hos dicit Paulus, vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? Aduersus illos inuehitur sapientes qui se erigunt, & dictiunculas venantur pusillarum quarundam artium æmulatores, litigatores, & iurgiorum consarcinatores, omni veneratione dignam veritatem tanquam barbariem habenres ludibrio. Contra illos insurgit, qui in linguis discēdis tota vita laborant cicadis loquaciores. ¶ Ad quintum aio, quòd ille est hæreticus, & mulier adultera, & meretrix impudens, apud quam nullus sit legitimus torus, sed vagi sunt concubitus, & crura diuaricat omni transeunti, apud quam nulla constans confessio, nulli sunt ritus perpetui, sed in annos propè singulos mutat virum, & omnia. Contrà, doctrina nostra matrona est honestissima, quæ posteàquam semel fidem Christo despondit, nunquam in huius sponsi cubile quenquam alienum admisit, sed illi fidem inuiolatam seruat ad extremum vsque spiritum conseruatura: Hæc est rixosa, non aduersus sponsum & maritum suum, sed aduersus procos, adulterosque, qui fidem sponsi sui labefactare & adulterari conantur. Hoc habeat à me Lutherus argumenti responsum. ¶ Ad sextum respondetur, & dico certè hoc vocabulum non esse repertum apud veteres, Latinos, Gentiles. Neque mirùm cum res non fuerit quod vocabulum non fuisset. Nec verò in sacris scripturis tale reperitur vocabulum. Sed quoniam Ioannes dixit, Verbum caro factum est, sancti patres aptissimè ad explicandam vnionem admirabilem naturæ diuinæ cum humana, vsi sunt hoc vocabulo incarnationis. Nominatim Lactantius Firmianus libro quarto, diuinarum institutionum, capitulo 11. Cyprianus libro secundo, contra Iudæos capitulo 2. Hieronymus supra primum caput Marci in illud, Cuius nō sum dignus corrigiam soluere. Ambrosius libro tertio de Spiritu sancto, capitulo 12. & in opusculo de incarnationis dominicæ Sacramento. Augustinus libro decimo,

Paulus.

Ad quintū argumen.

Ad sextū.

Lactantius.

Cyprianus.

Hierony.

Ambrof.

Auguſt.

de ciuitate cap.24.Item Eccleſia in ſymbolo: Et incarnatus eſt. Quin & Cicero libro 1. Academicarum quæſtionum libro 2. de finibus, ſcribit ſemper licuiſſe, ſemperque licere nouis adinuentis rebus, noua adinuenire vocabula. Sed & ſacra Concilia ad res nouas explicandas noua excogitauêre vocabula. In Concilio Niceno inuenta eſt illa vox, ὁμοούσιον: ad explicandum quomodo pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſint vnus Deus eiuſdem eſſentiæ. Et in Concilio Epheſino primum omnium audita eſt illa vox, θεοτοκον, id eſt, Deipara. Atque in Concilio Lateranenſi, ſub Innocentio III. inuenta eſt illa vox, tranſſubſtantiatio, ad explicandum quemadmodum in Sacramento Euchariſtiæ conuertatur ſubſtantia panis in ſubſtantiam corporis Chriſti. Hæc dicta ſunt, quoniam in huius myſterij explicatione cogimur vti vocabulis, quæ Ciceroniana non ſunt. Auguſtinus ſuper Ioãnem tractatu 2. in illud: Qui non ex ſanguinibus, inquit, non timeamus Grammaticorum ferulas, dum tamen ad veritatem ſolidã cognoſcendam perueniamus. Et libro 3. de doctrina Chriſtiana cap.3. Sic, inquit, mallem cum barbariſmo dicere, non eſt occultatum oſſum meum, &c. quàm os meum, vt ſit minus apertum, quia magis Latinum eſt. Et libro 4. capit. 11. Quid prodeſt clauis aurea, ſi aperire quod volumus non poteſt, aut quid obeſt lignea, ſi poteſt? Sed vt ad propoſitum reuertamur, incarnatio ſignificat aſſumptionem carnis humanæ. Et vt rectè admonet Caietanus in primo articulo huius quæſtionis, incarnari plùs ſignificat, quàm exprimat. explicat ſiquidem nihil aliud eſſe, quàm carnem aſſumere, vel carnem fieri, ſignificat autem hominem fieri ſecundum carnem. Profectò ſi Deus vſqueadeò ſemetipſum exinaniuit, vt cõuenienter caro fieret humana, multò magis conueniens eſt, quod ſit factus homo ſecundum animã & humanitatẽ integrã. Vndè meritò Theologi hanc diuinã exinanitionem vocabulo incarnationis ſignificant. Quã Diuus Ioannes Euangeliſta, propter dictam rationem eodem docuit vocabulo dicens: Et Verbum caro factum eſt. quanquam Diuus Auguſtinus in pluribus locis admonet, hîc carnem poſitam eſſe pro homine, partim vt excluderetur error Apollinarij, qui negabat in Chriſto animam fuiſſe humanam, partim vt euidentiùs myſterium patefiat vnito verbo Dei carni, quæ eſt hominis pars viliſsima & craſsiſsima. Idque factum eſt idiomate ſermonis Hebraici, qui hominem ipſum carnis appellatione ſæpiſsimè denotat, vt in illo

Cicero.

Homouſiõ

Theotocõ.

D. Auguſt.

Caieta.

D. Auguſt.

Geneſis. 6. Non permanebit ſpiritus meus in homine quia caro eſt. Et iterum ibidem, Omnis quippè caro corruperat viam ſuam. Et Romano. 3. Non iuſtificatur ex operibus legis omnis caro coram illo. Et hoc ſit ſatis de prędicta obiectione. Hæc longiùs fortaſsis, quàm par fuit. Sed ſemel reſpondendum fuit Grãmaticis iuxta ſtultitiam ſuã, ne ſibi ſapientes eſſe videantur. Sed antequam ab introductione huius materiæ diſcedamus, operepręţium erit explicare, quid nam ſit Chriſtus Dominus, & Deus incarnatus, ſine cuius rei prænotione non poterit Theologus quidpiam de articulis Diui Thomæ comprehendere. Eſt enim Deus incarnatus, ſiue Chriſtus Dominus huius libri ſubiectum, quod in limine huius ſcientiæ oportet exponere, & ob oculos conſtituere, vt ſciat Theologus, de qua re ſit ei diſſerendum. Hæc autem fides recta eſt, vt credamus & confiteamur, quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus Deus & homo eſt. Hanc autem Chriſti definitionem authoritate diuina tradente fatemur. Dicitur enim Ioan. 1. Verbum caro factum eſt, &c. Et Apoſtolus Phili. 2. dicit, de filio Dei loquens, Cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiẽs in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Hoc etiam ipſius Domini Ieſu verba manifeſtè oſtendunt, cùm de ſe quandoque loquatur humilia & humana, vt eſt illud: Pater maior me eſt. Et, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: quæ ei ſecundum humanitatem conueniunt aſſumptam: quandoq; verò ſublimia & diuina, vt eſt illud, Ego & pater vnũ ſumus, & omnia quæ pater habet mea ſunt. Quæ certum eſt ei ſecundum naturam diuinam competere. Oſtendunt etiam hæc ipſius Domini facta, quæ de ipſo leguntur. Quòd enim timuit, triſtatus eſt, eſuriuit, mortuus eſt, pertinent ad humanam naturã: quòd propria poteſtate infirmos ſanauit, quòd mortuos ſuſcitauit, & elementis mundi efficaciter imperauit, quòd dæmones expulit, quòd peccata dimiſit, quòd à mortuis cùm voluit reſurrexit, quòd deniq; ad cælos aſcendit, diuinam in eo virtutem demonſtrant.

Geneſ. 6.

Rom. 3.

Chriſtus dominus quid ſit.

Ioan. 1. Philip. 2.

Secunda quæſtio.

Queſtio de poſsibilitate incarnationis.

Argumẽta pro parte negatiua quæſtionis. Primum.

SEcunda quæſtio, perdifficilis eſt de poſsibilitate incarnationis. Nã quòd non ſit poſsibilis, hiſce argumentis ſuadetur. Principiò ex hoc myſterio, ſequitur euidens contradictio, ergo poſsi-

possibile non est. Consecutio argumenti inde probatur. Nam illud quod inuoluit & continet contradictionem impossibile est ex suffragio omnium Theologorum & Philosophorum. Fieri enim nequit, vt idem sit & non sit simul: quia id continet euidentem contradictionē. Antecedens verò sic ostenditur. Nā ex hoc mysterio sequitur, quod Christus Deus & homo sit mortalis, siquidem homo est, & sit simul immortalis, siquidē Deus est, hęc autē est euidēs cōtradictio: Nā mortale & immortale contradictionē habēt. ¶ Præterea ex hoc mysterio sequitur Deū mutari, at Deū mutari est omnino impossibile: siquidē Deus est omnino immutabilis, ergo hoc mysteriū est impossibile. Quòd ex hoc mysterio sequatur Deum mutari sic ostēdo. Tùm quoniā acquirere de nouo aliquam naturam substantialem, aut accidentariam mutari est, at Deus in hoc mysterio acquirit de nouo naturam substantialem, nempè humanam, ergo mutatur. Tùm deinde, quoniam fieri hominem de nouo, aut equum, mutari est, sed Deus in hoc mysterio de nouo fit homo, ergo mutatur. Tùm tertiò. Nam id quod generatur ex tempore mutatur (generatio enim quæ fit in tempore mutatio est) sed Deus in hoc mysterio generatur ex tempore ex beata Virgine, ergò mutatur. Tùm vltimò, quoniam denominatio realis præcipuè si sit absoluta, non potest alicui aduenire de nouo sine sui mutatione, at Deus in mysterio incarnationis verè & realiter denominatur homo, & id quidem de nouo quādo suscepit carnem ex Maria Virgine, ergò mysterium incarnationis fieri non potest sine Dei mutatione. ¶ Hęc omnia cōfirmantur tertio argumento principali. Omne vnibile est mutabile, ergò si Deus est vnibilis naturæ humanæ Deus existit mutabilis. Antecedens probatur. Nam vnibile ante vnionem est in potentia ad illam, ergò potest reduci de potentia ad actum, & hoc est mutari. Profectò vnire est agere, ergo vniri est pati, sed Deus pati non potest, ergo vniri non potest. ¶ Quartò, ea quę maximè distāt vniri nō possunt (albedo enim & nigredo propter distantiam vniri nō possunt, nec copulari) sed Deus & caro in infinitum distant (vt planè constat) ergo vniri non possunt. ¶ Præterea ex pluribus entibus in actu nūquam fit vnum per se, sed vnum per aggregationem (vt habet omnium Philosophorū prouerbiū) ergò ex deita te & humanitate non constituitur vna persona per se. ¶ Postremò, sicut repugnat summæ bonitati malitia, sic repugnat summo spiritui caro & summæ maiestati miseria, sed Deus (quia summè bonus est) non potest assumere malitiā, ergò Deus (cū summus spiritus sit) nō potest assumere carnē, & cū maiestate immēsus sit non potest miseriam sibi copulare.

Secū. argu. Tert. argu. Quar. arg. Quin. arg. Sext. argu.

¶ In contrarium est illud Ioan. 1. Verbum caro factum est. In quo apertè ostēditur mysteriū verbi incarnati iam esse factum, & opere completum, ergò possibile est vt fiat. Ioan. 1.

¶ Ad huius quæstionis expositionē statuitur prima cōclusio. Mysteriū Dominicæ incarnationis possibile est. Hæc conclusio demōstratur efficaci argumēto ex diuinis oraculis desumpto. Nā hoc mysteriū iā est factū, & opere cōpletū, ergò possibile est vt fiat. Antecedēs huius argumēti esseverū autoritate diuina cogimur fateri. Dicit Ioānes Euāgelista: In principio erat verbū, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbū, & statim subiecit dicens: Et verbū caro factū est. Cōfiteamur ergo verbū Dei incarnatū fuisse, quòd apertè & sine circuitione asserit D. Ioan. magnus Theologus. Sed & D. Paul. ad Rom. c. 1. Idē mysteriū esse factū explicatissimè ostēdit dicēs: Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus, segregatus in Euangeliū Dei, quod antea promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secū dū carnē, qui prędestinatus est filius Dei in virtute secundū spiritū sanctificationis ex resurrectione mortuorū Domini nostri Iesu Christi, quibus verbis ostēdit euidēter Christū Dominū esse verū Deū & verū hominē. Nā in eo quòd dicit, quòd est filius Dei vtiq; naturalis & proprius, designat esse verū Deū. In eo verò quòd subdit, qui factus est ei secundū carnē ex semine Dauid, significat quòd iuxta humanā naturā ortū ceperit ex stirpe Dauid, & fuerit factus homo ex Maria Virgine. Sed & illud quod sequitur, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundū spiritū sanctificationis, sic explicant omnes Græci authores (id est) ipse, qui factus est ex semine Dauid secundū carnē, quē proindè cōstat fuisse hominem declaratus est, ostēsus, & probatus fuisse filius Dei naturalis & verus, ex virtute quæ apparuit in operibus ipsius & miraculis, in spiritu sanctificāte, & ex resurrectione ex mortuis. Et ca. 9. eiusdē epistolæ scribit, quod Christus Iesus secundū carnem ex patribus Iudæis natus est, qui est super omnia Deus benedictus in sęcula. In eo quod dicit, quòd est ex patribus secundū carnē demōstrat esse illi aliā generationē æternā ex Deo. Vndè ait, qui scilicet Christus est super omnia benedictus Deus (id est) laudandus prædicādus in sæcula Amen. & ad Phil. c. 2. Euidētiùs idē demōstrat sic inquiēs: 1. Conclus. Ioan. 1. Rom. 1. Rom. 9. Phil. 2.

Qui cùm in forma Dei esset nó rapinã arbitra
tus est esse se æqualẽ Deo, sed semetipsum exi
naniuit formã serui accipiens, in similitudinẽ
hominũ factus & habitu inuentus vt homo.
(id est) Cũ in forma Dei esset, poterat quidẽ
in ea manere cũ naturaliter filius Dei esset &
Deus, neq; arbitratur esse rapinã id quod ha-
bebat, verũ cũ quęreret nostra magisquã sua,
voluit ipse se dimittere ad humilitatẽ nostrã,
accepta forma serui & similis nostri factus (nẽ
pè) verꝰ homo, & figura formaq; nra inuẽtus
humiliauit semetipsum, &c. non timuit (ait
Chryso.) descẽdere à sua dignitate. Nó enim
arbitratur diuinitatẽ, quã habebat esse rapinã.
Neq; metuebat ne quis illã sibi eriperet, quã
natura habebat: metuũt enim tyráni, quivi im
periũ aliquod inuaserunt. Hæc ille, & multò
hisplura. Idẽ mysteriũ quod ex Virgine verbũ
humanitatẽ assumpserit, expressè declarat, ad
Gal. 4. his verbis: Quãdo venit plenitudo tẽ-
poris misit Deus filiũ suũ factũ ex muliere, fa
ctũ sub lege, vt eos, qui sub lege erãt redime-
ret, vt nos reciperemus adoptionẽ filiorum.
Quibus verbis si rectè expendãtur, ostẽditur
apertè quid sit Christus (nimirũ) est filius Dei
verus & proprius ante omnia sæcula genitus,
factus homo ex tẽpore, & ex muliere propter
nos homines, & nostrã salutẽ, vt nos à pœnis,
quæ lege erãt statutæ redimeret, & à seruitute
peccati liberaret. Sed lógũ esset in infinitũ di-
uinas scripturas coaceruare, in quibus asseri-
tur verbũ incarnatũ nõ in apparẽtia, sed in ve
ritate. Nũc verò expectet Theologus tẽpus do
ctrinę, & habebit euidẽtiores demõstrationes.
Nã in sequẽtibus & cõtra Paganos, & cõtra Iu
dæos, atq; etiã cõtra hęreticos huius mysterij
veritatẽ fortiter defendemus. Ex veteri testa-
mẽto afferũt multa testimonia cõtra Iudæos
D. Aug. 18. de ciuit. Dei ca. 28. & deinceps. D.
Cyprianus. Cypria. lib. 2. cõtra Iudæos. In vniuersis ferè
Cõcilijs à Niceno & deinceps, hęc veritas de-
finita est, & in symbolis fidei cõstituta, vt cre
damus & confiteamur, quia Dñs noster Iesus
Christus Deus & homo est. Vide pulchrã ex
positionẽ de duabus naturis vnitis in Christo
1. p. Cõcilior. in fine in edicto fidei Iustiniani.
Et Cõciliũ Hispalẽse 2. Itẽ Cõciliũ Toletanũ
6. Sed nos demõstratũ habemus, quod Deũ in
carnari erat posibile. Sed nũquid potest ratio
ne euidẽti & demõstratiua hoc mysteriũ ostẽ
di esse posibile? Videtur certè quod posit.
Nã euidẽter ostẽditur hoc mysteriũ esse credi
bile, ergò euidẽter ostẽditur esse posibile. Id
enim quod est impossibile incredibile est. An
tecedẽs argumẽti ostẽditur à D. Tho. 2. 2. q. 1.
ar. 4. ad 2. & 3. ¶ Deindè demõstratio euidens
demõstrat hoc mysteriũ nõ esse impossibile,
ergò esse posibile. Posibile enim & nó im-
posibile idẽ valet. Sed antecedẽs probatur D.
Tho. authoritate in 2. 2. loco dudũ citato &. 1.
p. q. 32. ar. 1. & 1. cõtra Gẽtes c. 7. in his locis scri
bit D. Tho. quod Theologus euidẽter demõ
strat mysteria nostræ fidei nõ esse impossibi-
lia. ¶ Prætereà euidẽter cõstat Deũ esse omni- Tertium.
potẽtẽ, & posse facere quicquid creatura facit,
sed rationalis anima cũ sit creatura tribuit suũ
esse alienę naturę, scilicet, corpori, ergò Deus
(quę sua oĩpotẽtia est) potest tribuere suũ esse
naturę humanę, ex qua admirabili vnione re-
sultare poterit dñicę incarnationis sacramẽtũ.
Ampliꝰ miracula à Christo dño potẽtereffecta Quartum.
demõstrãt euidẽter illũ esse Deũ (vt cõstãtissi
mè docet D. Tho. 2. 2. q. 5. ar. 2. & 3. p. q. 47. ar.
5. & de veritate. q. 14. ar. 9. ad 4.) ergò euidẽter
ostẽdebãt illũ nõ posse mẽtiri, sed aiebat sępiſ
simè se esse verũ Deũ & verũ hominẽ, cõstat
ergò euidẽti demõstratione hoc mysteriũ es-
se verũ, ac subinde posibile. ¶ Vltimò, Ange Quintum.
lus euidẽter cognouit hoc mysteriũ esse iã fa
ctũ, ergò euidẽter cognouit esse posibile. An
tecedẽs sic ostẽditur. Nam angelus euidenter
cognouit humanitatem Christi non existe-
re propria existentia (siquidem in humani-
tate Christi non erat propria & naturalis exi-
stentia) quod si in ea persisteret, Angelus id
cognosceret euidẽter, ergò cognouit humani
tatẽ Christi existere aliena existẽtia, & nõ crea
ta, ergò increata. Ex quo cõsequens est, quòd
cognouerit euidẽter dñicæ incarnationis sa-
cramentũ. Cuius veritas in hoc cõsistit, quod
humanitas & diuinitas in Christo sic copulen
tur vt habeãt idẽ esse, & eandẽ personalitatẽ.
¶ Ad huius rei expositionẽ statuitur secunda 2. Cõclusio
cõclusio. Mysterij huius posibilitas non po-
test demõstratiuè & euidẽter probari. Sed ex
solis diuinis oraculis & reuelationibus effica-
citer probatur. Hãc cõclusionẽ cõstituũt om-
nes Theologi in 3. sententiarũ in principio. Et
probatur ex illo Esa. 64. Vtinã dirũperes cæ- Esai. 64.
los & descẽderes à facie tua mõtes defluerẽt,
&c. Et post pauca, descẽdisti, à facie tua mõtes
defluxerũt, à sæculo nó audierũt, nec auribus
perceperũt Deus absq; te, &c. In his verbis lo
quitur Propheta de mysterio incarnationis,
de quo dicit, quòd à solo Deo potest cõpre-
hẽdi. Et ad Ephes. ca. 3. Hac de causa appellat Ephes. 3.
Paulus hoc mysterium inuestigabiles diuitias
Christi, & mysterium abscõditum à sæculis in
Deo. Aug. in epistola ad Volusianum sic scri- D. August.
bit. Hic si ratio quęritur nõ est mirabile, si exẽ
plum exposcitur nõ est singulare, demus er-
go aliquid Deum posse, quod nos fateamur
inue-

Chryſoſt. Ad Gala. 4. D. Auguſt. Cyprianus. Nũ poſsit ratione eui dẽti demõ-ſtrari incar nationis poſsibilitas Prim. argu. Secundum

inuestigari nō posse, in his enim rebus tota ratio facti est potētia faciētis. Et D. Chryso. ho. 2. in Matthæum sic loquitur: Humana Christi generatio, quæ testibus in terra facta est, adeò mirabilis est, vt nequeat satis explicari, nō ergo te exigua putes audire, sed horresce audiēs Deum super terrā visum, cum hominibus cōuersari, Deū filiū Abrahā, imò & peccatorum hominum & fœminarum, quę de aliquo vitio celebratæ sunt, vt te faceret filium Dei, filius hominis factus est. Seruum accepit in patrē, vt tuum dominum, tuum faceret patrē. Et paucis interpositis. O admirabile cōmercium, vidisti dona, quæ in ipso mysterio dominicę incarnationis statim refulgēt. Sed & vniuersi ferè patres exponunt illud Esaiæ. 53. Generationē eius quis enarrabit? referuntq; ad diuinā & humanā generationē. Cyrillus in Euāgelium Ioannis lib. 5. ca. 2. Augustinus hom. 36. explicans illum locum Esaiæ (ascēdit sicut virgultum.) Athanasius de incarnatione verbi lib. 1. Iustinus martyr aduersus Triphonē. Tertullianus in libro aduersus Iudæos de claritate gētium in Christo Iesu. His accedunt optimæ rationes, quarū prima est. Nā demōstratio naturalis procedit ex principijs, & ex causis naturæ, sed in tota natura nō est causa, aut principiū vllum huius mysterij ineffabilis, ergo demonstrari nō potest. Probatur minor. In natura est tōtum potētia obedientialis & supernaturalis ad hoc mysterium: siquidē esse quod suscipit natura per incarnationē est supernaturale, ergo potētia ad suscipiēdum tale esse, supernaturalis est, & nullo modo naturalis. Quoniam potētia specificatur penes actum ad quē ordinatur. Cōfirmatur etiā. Naturæ lumē nō se extēdit vltra naturæ facultatem, sed hoc mysteriū est maximū omniū miraculorū quę supra naturę facultatē fieri possunt, ergo demōstrari nō potest. ¶ Secūda ratio est. Quæ per naturā de Deo cognosci possunt, ab effectis ipsius Deicognoscūtur (vt inquit Paulus ad Ro. 1.) at nullus omnino effectus naturalis potest nos ducere in huius mysterij cognitionē, ergo demōstrari nō potest. ¶ Tertiò argumētor ducēs ad impossibile. Sequitur primò ex oppositā sententia quòd resurrectio mortuorū possit demōstrari possibilis per naturā, cū tamen omnium Philosophorum sententia sit, à priuatione adhibitū impossibilem esse regressum. Item sequitur quòd possit demōstrari per naturam esse possibile quòd Deus sit trinus & vnus, imò de facto trinitas ipsa. Quoniam in perpetuis idem est esse, & posse secundum naturæ lumen. Probatur verò sequela. Quoniā incarnatio Dei magis est supernaturam, quàm mortui resurrectio, & iustificatio, & quàm beatificatio, ac rursus trinitas non implicat contradictionem, & est euidenter credibilis sicut incarnatio. Imò sequitur Angelum posse incarnari esse demonstrabile per naturam, quod consequens ostendemus falsum infrà q. 3. ar. 1. Ostendam namque etiam per diuinā potentiam fieri non posse, vt Angelus incarnetur, etiam supposita fide. Sequela probatur. Quoniam militant ad hoc probandum rationes suprā factæ pro parte affirmatiua huius dubij. ¶ Demū non est infirmum argumētum ad comprobandam hanc conclusionem quod Ethnici quantumuis sapientes reputarunt, & reputant hoc mysterium impossibile. ¶ Tertia conclusio. Non potest euidenter & demonstratiuè probari incarnationem esse impossibilem. Probatur. Nam falsum non potest demōstrari, & sciri (vt habet Arist. 1. Post.) Sed est falsum hoc mysterium esse impossibile, ergò non potest euidenter & demonstratiuè probari incarnationem esse impossibilem. Secundò, verum vero cōsonat, sed hoc mysterium verum est, ergò ex veris non potest inferri hoc mysterium esse impossibile. Præterea, lumen rationis naturalis de se nunquā inclinat ad falsum, alioquin Deus, qui est autor immediatus huius luminis & inclinationis inclinaret ad falsum, quod est alienum à vera Theologia, ergo non potest inclinare ad istam falsitatem, Deus non potest incarnari. Probatur antecedens. Deus loquitur nobis, tum per lumen fidei, tum per lumen naturale, ergò lumen naturale non potest dicere falsum. Quòd Deus loquatur nobis per lumē fidei, testatur diuina scriptura. Quòd aūt loquatur nobis per lumē naturale testatur Paul⁹ Ro. 1. cū inquit: Deus illis reuelauit. Et statim subiūgit: Inuisibilia enim ipsius à creatura mūdi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciūtur. Ratio huius rei potissima hæc est. Quoniā ratio naturalis debilis est & deficiēs, & ideo ad hoc mysteriū inuestigandū nō cōscēdit, propter quod nō iudicat de ei⁹ possibilitate magis quā cæcus de coloribus, & quā visus de spiritualibus rebus. Ex hoc eliciūtur duo documēta. ¶ Primum documētum, quòd ratio naturalis de se non iudicat hoc mysterium esse possibile, aut impossibile. Non enim continetur intra suum regnum, neque intra suam cognitionem. Sed contra: nam possibile, & impossibile sunt contradictoria, ergò inter ea medium non datur, ergo iudicat ratio esse possibile, aut impossibile. Respōdetur, possibile & impossibile esse contradictoria. Cæterū istæ propositiones iudicat esse possibile, iudi-

D. Chryso.

Esa. 53.

Cyrillus. August.

Athanas. Iustinus martyr. Tertullian.

Probatur conclusio rationibus. Prima.

Secunda.

Rom. 1.

Tertia.

Quarta.

3. Cōclusio

Rom. 1.

Duo documenta. Primum.

cat esse impossibile, nō sunt cōtradictoriæ. Nā vtraq; est affirmatiua. Istæ verò cōtradicūt, iudicat esse possibile, nō iudicat esse possibile, & negatiua est vera; qa ratio naturalis neutrā partē iudicat. ¶ Secūdū documētū verū est, quod asserūt Theologi mysteria Christianæ fidei nō esse cōtra naturā, nec cōtra rationē, sed esse supra naturā, & supra rationem. Hoc explicat D. Tho. 1. cōtra Gētes. c. 7. & explicatur hoc exēplo. Nā ratio naturalis docet Virginē nō posse parere naturaliter, fides verò docet supernaturaliter posse parere. Hæc verò nō est contradictio. Nā cōtradictio est de eodē respectu eiusdē. ¶ Quarta cōclusio Rationibus probabilibus & cōgruētibus potest hoc mysteriū cōprobari, præsertim suppositā fide. In his rationibus excogitādis laborauerūt egregiè doctores scholastici. Scotus, Durādus, Palude, Gabriel, & tandē omniū Marsilius in 3. q. 1. ar. 1. Prima ratio hæc est. Nā hoc mysteriū nō repugnat ex parte Dei, neq; ex parte creaturæ, ergò possibile est vt fiat: quod nō repugnet ex parte Dei patet. Nā habet infinitā virtutē & omnia potest. Quod nō repugnet ex parte creaturę, sic ostēditur, nā natura humana sustētatur à Petro, ergò multò meliùs sustētabitur à Deo, qui est fortius & perfectius suppositū. Secūda ratio, sustētare alienā naturā per inhęrentiā sicut subiectū sustetat accidētia, imperfectio est: Nā subiectū perficitur per formā accidentariā. Cæterū sustētare alienā naturā, nō per inhęsionē magna perfectio est. Explicatur hoc diligentiùs, Nam Deus est infinitus ergò habet omnē perfectionē possibilē & imaginabilē: sed sustētare alienā naturā modo supradicto, dicit perfectionē, ergò Deo cōpetere potest. Tertiò, pbatur, natura priùs est saltim ordine naturæ, quā suppositū, ergò per Dei omnipotētiam potest à proprio subiecto separari. Omnē enim prius potest à posteriori separari. Quarta ratio. Tā naturale est acidēti esse in subiecto, & nō esse per se, quā naturale est substātiæ esse per se, & nō esse in alio subiecto, sed Deus efficit in sacramēto Eucharistiæ, quòd accidēs sit sine subiecto, ergò potest efficere quòd humanitas sit in alieno suppositō. Certè difficiliùs est quòd accidens cōseruetur sine subiecto, quā quòd separetur à proprio subiecto, & in alieno cōstituatur, ergò Deus potest efficere quod humanitas separetur à proprio suppositō, & quod in alieno cōstituatur. Vltima ratio. Si hoc mysteriū est impossibile Deo, maximè qa dicit imperfectionē, sed supra ostēsum est dicere maximā perfectionē, vel ex eo quia est nobis prorsus inintelligibilē, sed hoc pertinet ad maximā arrogātiā & stultitiā existimare Deū nō posse plura facere, quā nos possimus inuestigare, ergò nō est cur existimetur esse impossibile. His cōstitutis respōdetur ad argumēta proposita. Et in primis ad illa argumēta, quæ probabāt hoc mysteriū esse impossibile. ¶ Ad primū argumētū, negatur quod ex hoc mysterio sequatur euidēs cōtradictio. Et ad probationē dicēdū est, quod istę propositiones nō cōtradicūt Christus est immortalis, Christus est mortalis. Nam cōtradictio est affirmatio eiusdē de eodem respectu eiusdem, sed Christus est immortalis ratione deitatis, estq; mortalis ratione humanitatis, nō est ergo cōtradictio. ¶ Ad secundū nego maiorē. Nā hoc mysteriū nō fit per hoc quòd Deus mutatur sed per hoc quòd natura humana mutatur. Fit enim per hoc quòd Deus tribuit suū esse & suā personalitatē naturę humanæ. Hoc verò nō infert in Deo mutationē, sed in natura humana. Cùm enim dicitur in argumēto fieri hominē de nouo est mutari. Respōdetur ex dño Caie. infrà. q. 16. ar. 6. circa 2. argumentū. Quod licet fieri hominē de nouo absolutè importet mutationē in subiecto acquirēte naturā humanā (puta in materia) cæterū personā diuinā fieri hominē, nō importat mutationē in persona assumēte naturā humanā. Ratio diuersitatis est: nā subiectū quod fit homo, per sui mutationem acquisiuit esse substātiale, verū persona diuina fit homo, per hoc dūtaxat quod tribuit suā personalitatem naturæ humanæ. Quòd si cui videtur hoc mirabile meminerit Deū fieri hominē esse miraculū supra omne miraculū. Ad probationes exceptavltima respōdendū est, quòd Deus habet aliquā perfectionē, sibi vnitā, sed nō perficitur per illā. Nā esse Deū hominē, nō est perfectio Dei, sed hominis, qui acquisiuit esse diuinū & diuinā personalitatē. Nec est eadē ratio de Angelo, qui si assumeret naturā humanā mutaretur & perficeretur. Nā Angelus de se nō habet illud esse substātiale, nisi per humanitatē, Deus verò habet omnē perfectionē in se, sine humanitate deductis omnibus imperfectionibus. Ex quo sequitur quod Deus nō est factus melior post incarnationis mysteriū, quanquā fortassē potest cōcedi, quòd sit perfectior extensiuè. Ex eodē documēto sequitur, quod verbū incarnatū nō est magis diligibile quā verbū simpliciter. Ex eodē sequitur, quòd quāuis vnio incarnationis sit facta in vna persona, & nō in alia nō est cōsequens, quòd vna persona sit magis diligēda quā alia. Hæc est doctrina D. Tho. quæstione de vnione verbi incarnati articulo primo ad nonum. Sed instat Theologus dicens, aut Deum esse hominem, est perfectio infinita, aut finita

& se-

Secundum documētū.

4. cōclusio.

Scotus. Durandus. Palude. Gabriel. Marsilius.

Ad argum. Ad primū.

Ad secūdū.

Caietanus. Explicatur quomodo Deus non mutetur in mysterio incarnationis, & est accurata explicatio.

Sequitur. 1.

Sequitur. 2.

Sequitur. 3.

& secundum quid, si infinita ergo competit Deo ab æterno (omnis enim perfectio infinita fuit ab æterno) si finita est & secundū quid, ergo Deus non est formaliter homo, sed tantum eminenter. Respondetur quod Deum esse hominem, non est perfectio Dei, sed hominis (vt anteà dictum est.) Rursus dico quòd humanitati tributum est esse diuinum, quod est perfectio infinita, & fuit ab æterno. Ad illud verò quòd additur in confirmationem huius argumenti, quòd denominatio realis non potest aduenire alicui sine sui mutatione. Respondet Diuus Thomas infrà quæst. 16. loco citato. Et Marsilius in 3. quæstione 1. ad 1. & est communis solutio, quam approbat Magister in 1. distinct. 30. quòd denominatio realis absoluta, non potest aduenire alicui sine sui mutatione. Non enim albedo aut magnitudo potest aduenire alicui sine sui mutatione, hoc est, sine hoc quod mutetur ad albedinem, aut ad magnitudinem, sed denominatio relatiua potest aduenire alicui sine eius mutatione per mutationem alterius extremi. Sicut aliquis efficitur dexter, aut similis, per motum alterius, qui fit sinister aut similis. Esse autem homine conuenit Deo ratione vnionis, quæ est veluti proprietas relatiua, & ideo prædicatur de nouo, de Deo, sine Dei mutatione, per hoc quod natura humana mutatur, & assumitur ad personalitatem diuinā. Quòd si arguat Theologus esse hominem, non est proprietas relatiua, sed absoluta, ergo non potest aduenire Deo, sine Dei mutatione. Respondetur, quod hæc proprietas conuenit Deo (vt dictum est) ratione vnionis, vnio verò est proprietas veluti relatiua. Propter quod Deus in mysterio incarnationis non acquirit nisi nouam relationem vnionis, sed natura humana est quæ mutatur, & quæ perficitur acquirendo diuinam personalitatem. Et hoc satis est, vt Deus dicatur factus homo.

D. Thom. Marsil.

Magister sentent.

Sed adhuc videtur, quòd in hoc mysterio Deus sit mutatus. Nam Deus de nouo voluit incarnari, alioquin ab æterno fuisset incarnatus, si ab æterno voluit incarnari, ergo habuit aliquam perfectionem de nouo. Velle namque in Deo perfectio est. Respondetur, quòd ab æterno voluit incarnari pro tempore quo incarnatus est. Ab æterno enim definitum est tempus in quo erat carnem assumpturus. Sed contra hanc solutionem fiunt argumenta nō inualida. ¶ Nam ex hac solutione sequitur, quòd Deus ab æterno habuit aliquam perfectionem quam potuit nō habere (scilicet) volitionem incarnandi, quam potuit nō habere, fuit enim libera volitio non necessaria. Sequitur secundò, quòd aliquid est Deus, quòd potuit non esse Deus. Probatur sequela. Nam hæc volitio incarnandi est Deus, & potuit nō esse Deus. Nam potuit non esse, ergo aliquid est Deus, quod potuit non esse Deus. Tertiò sequitur, quod non quicquid est Deus necessario est Deus. Respondetur, quod hæc argumenta procedunt etiam de volitione creandi, quæ proindè confutantur in prima parte, quæst. 19. artic. 2. quo in loco scribit Caietanus non esse inconueniens, quòd aliqua perfectio libera posit deesse Deo. Sed hæc sententia reprobatur ab omnibus, cuius reprobationis causas in loco citato recensuimus. Magister sententiarum in primo, distinctione 35. versat eandem difficultatem de præscientia Dei. Dicendum est ergo, quòd in volitione incarnandi includuntur duo, vel dicit duo, ipsum velle diuinum quod est Deitatis substantia, & respectum ad creaturas. Quātum ad primum necessariò competit Deo, & non potest nō esse in Deo. Quantùm ad secundum, potest non esse in Deo, sicuti creans necessariò est Deus, id est, res quæ est creans necessariò est Deus, sed non necessariò creat. Sic volitio incarnandi necessariò est Deus, id est, res quæ est volitio incarnandi, necessariò est Deus, sed non necessariò voluit incarnari. Itaque dicat Theologus ad argumenti confutationem, quòd illa perfectio quæ est volitio incarnandi, necessario fuit in Deo, & non potuit non esse in Deo. Ad aliud verò argumentum, quo probatur quòd aliquid est Deus, quòd potuit non esse Deus, negatur sequela argumenti. Et dico probationem non esse legitimam. Nam mutatur ad aliquid in quid. Nam in antecedenti sit sensus, quòd volitio cum respectu ad creaturas potuit non esse in Deo. In consequenti vero fit sensus, quòd aliquid entitatis quod est Deus, potuit non esse Deus. Ex illo argumento solum sequitur, quòd fuit in Deo volitio cum aliquo respectu, & potuit esse sine illo ad creaturas. Simile vitium committitur in hac argumentatione. Creans est Deus, & potuit non esse creans, ergo aliquid est Deus, quod potuit non esse Deus. ¶ Ad tertium argumentum principale respondetur, quòd vnibile per potentiam passiuam mutabile est, sicut materia potest vniri formæ, & subiectum accidenti copulari, & omne perfectibile cum sua perfectione, sed vnibile per potentiam actiuam mutabile non est. Nam hoc nihil aliud est, quàm posse suam existentiam, & personalitatem alteri conferre. Vniri verò licèt secundum regulas Grammaticorum sit vox passiua

Argumēta scitu digna

Responsio.

Ad ter. arg.

passiua, passionem tamen nó significat. Nam Deum vniri humanitati nihil aliud est, quàm dare illi suam personalitatem & existentiam, & vnire eam sibi ad vnitatem personæ.

Ad quartũ. ¶ Ad quartũ argumentum, negatur maior, imò ea quæ maximè distant facillimè vniuntur. Albedo enim & dulcedo magis distant quàm albedo & nigredo, at illa vniuntur, hæc verò minimè. Substantia & accidens magis distant quã duæ substantiæ, sed illa possunt vniri, hæc verò nequaquam. Certè materia & forma magis distant inter se, quàm duæ formæ, equi & leonis, sed illa vniuntur facilè, hæc vero nusquam. Item respondetur, quòd ea quæ maximè distant, non possunt sic vniri & copulari, vt vnum transeat in alterum, cęterùm certissimè copulantur, sic quod habeant idem esse, & eandem personalitatem. Ad eundé modum in mysterio incarnationis diuinitas non transit in humanitatem, nec è contra, copulantur tamen sic, vt ambo habeant idem esse, & eandem existentiam & personalitatem.

Ad quintũ. ¶ Ad quintũ argumentum respõdetur, quòd ex duobus entibus in actu non fit vna natura per se, & ita in mysterio incarnationis ex diuinitate & humanitate non resultat vna natura, alioquin esset naturarũ confusio, quòd est alienum à fide Catholica, sed resultat vna persona habens duas naturas. Vel dicendum est, quòd natura humana in Christo non habet propriam existentiam. Et ideo natura diuina & humana in Christo, non conficiunt duo entia existentia in actu.

Ad sextum ¶ Ad vltimum argumẽtum respondetur, decere quidem diuinam maiestatem sic assumere carnis infirmitatem, vt ab ea deprimeretur & minueretur. Sed hoc non contingit in mysterio incarnationis. Nã verissimũ est, quod asserit Leo Papa in primo sermone de Natiuitate Christi. Tanto fœdere vtramque naturam conseruit, vt neque inferiorem consumeret glorificatio, neque superiorem minueret assumptio. Item dico, versari maximum discrimen inter infirmitatem naturæ humanæ, & malitiam. Nam infirmitas carnis humanæ bonum quoddam est diuinæ bonitati consonum, & ideo fieri potest, vt Deo copuletur & coniungatur. Sed malitia repugnat summæ bonitati, & est auersio à Deo, & ideo fieri non potest, quòd Deus malitiam assumat: Nam tunc auerteretur à seipso. Ex hoc confutatur argumentum difficile, quòd tale est: Sicut repugnat Deo mori, sic repugnat Deo peccare, sed non potest peccare in aliena natura, ergò non potest mori in aliena natura. Respondetur rationem differentiæ in hoc consistere, quòd posse mori est bonum diuinæ bonitati consentaneum, & ideo non repugnat quod Deo copuletur, sed posse peccare, malum est repugnans diuinæ bonitati. Quapropter fieri non potest, quòd Deo coniungatur & copuletur. Sed legitima huius argumenti confutatio hæc est, quòd Christus Deus & homo ex eo moritur, quòd in aliena natura demoritur, non ratione deitatis, sed ratione humanitatis. Sed ex eo quòd Christus peccet, etiam si addat Theologus, in natura assumpta, efficaciter concludetur, quòd Deus ipse peccet. Nam Deus approbat, vult, & operatur malum.

Sed iam tempus est, vt dissoluamus alia argumenta quæ probabant esse euidens, quod hoc mysterium sit possibile. Ad alia argumenta. ¶ Ad primum neganda est consequentia. Nam multa sunt falsa probabiliora veris. Quòd enim res sit possibilis, vel impossibilis, ex rebus ipsis iudicandum est, quòd verò sit credibilis ex testimonio asserentium expendendum est. Certè in hac controuersia, vtrùm Deus possit facere infinitum, vtraque pars est probabilis, sed altera à parte rei est impossibilis. Rursus in illa quæstione, vtrùm quantitas distinguatur à re quanta, vtraque pars probabilis est, sed altera à parte rei est impossibilis. Ad secũdũ. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd Theologus supposita fide demonstrat euidenter hoc mysterium esse possibile, sed absolutè non demonstrat, sicut Astrologus, suppositis epiciclis & eccentricis demonstrat apparitiones siderum rectè conuenire, sed non absolutè demonstrat, imò suppositio, quòd terra moueatur, demonstrat apparitiones siderum rectè quadrare, sed non absolutè demonstrat, nam illud principium falsissimum est. Hæc est solutio Diui Thomæ, 1. parte, quæstione 32. articulo primo ad secundum, vel dicatur, quòd Theologicæ demonstrationes ostendunt euidenter, quòd in natura nulla est ratio, quæ demonstrat euidenter hoc mysterium esse impossibile. D.Thom. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, illam argumentationem esse euidentem. Rursus conceditur maiorem esse notam lumine naturali, sed dico minorem esse veram, sed non est euidens, & ideo conclusio euidens non est. Ad tertium. ¶ Ad quartum argumentum respondetur, quod natura, quæ est pars, verum est, quòd potest tribuere suum esse alienæ naturæ, cæterùm quod natura perfecta, qualis est humanitas non habeat propriam existentiam, aut personalitatem, sed alienam, hoc ignorat ratio na- Ad quartũ.

tio naturalis. Item, fugit nostrum intellectũ, quod Deus, qui non est corporis forma, tri-
Ad quintũ. buat esse corporeæ naturæ. Ad quintum respondetur, non esse inconueniens concedere, quod ex miraculis Christi Domini euidenter ostendatur hoc mysterium esse verum, sed hæc probatio ex miraculis educta non est naturalis, sed supernaturalis & diuina. Vel dicendum est, quod euidentia in attestante non repugnat fidei, sicut dictum est in 2. 2. propositum autem argumentum tantum demonstrat euidentiam in attestante. Nos verò tantùm docuimus quod ex principijs naturæ non potest colligi euidens ratio ad hoc
Ad sextum. Angelus nõ cognouit euidenter mysterium incarnationis per sua naturalia. mysterium inuestigandum. Ad sextum argumentum respondetur, quòd Angelus cognouit euidenter humanitatem Christi habere existentiam alienam, & quòd non erat creata, sed increata, sed non cognouit euidenter hoc mysterium; quia non cognouit vtrùm humanitas sic existeret vt vniretur Deo hypostaticè, an verò à Deo sustentaretur, & manu teneretur. Deindè dato quod cognosceret vniri Deo hypostaticè, non est consequens, quòd cognouit hoc mysterium, scilicet, Deum esse hominem. Nam sanguis Christi Domini vnitur Deo hypostaticè, at Deus non est. Item, rationalis anima in triduo vniebatur Deo hypostaticè, at anima Deus non erat. Premebatur ergò Angelus rei magnitudine, ne eam penitus intelligeret. Ad id verò, quod de anima Christi Domini adducitur, illam, scilicet, cognouisse euidenter hoc mysterium, dicendum est quod Christus Dominus per scientiam infusam, non per scientiam naturalem cognouit hoc mysterium euidenter, potuitque huius mysterij euidentiam tradere ex miraculis, & ex doctrina diuina, sed non ex principijs naturæ. Ex dictis patet quemadmodum hoc mysterium sit possibile. Sed hæc definitio paruam de se mouet dubitationem, quid est quod Diuus Thomas quæstionem hanc difficilem de incarnationis possibilitate non inuestigauerit? Videtur certè, quod ordinem doctrinæ non seruauerit.
Dubiũ circa ordinẽ doctrinæ. Nam doctrinæ ordo exposcebat quidem, vt primùm omnium exquireretur, num incarnatio sit possibilis? Deindè, vtrùm facta sit? Ac demùm, vtrùm conuenienter facta? Præsertim cùm maxima huius rei difficultas in possibilitate demonstranda consistat. Gentiles enim & mundi huius sapientes hoc mysterium esse impossibile, semper iudicãt, contra quos viro Theologo semper est dimicandum. His accedit quod Methodus doctrinæ exposcit, vt ab vniuersalioribus & communioribus exordiendum sit, vt docet Aristo. 1. Physicorum, at possibile cõmuniùs & vniuersaliùs est, quàm conueniens, vnde à possibilitate exordium erat sumendum, non à conuenientia, si ordo doctrinæ seruandus erat. Hęc dubitatio varias habet explicationes. Prima est, quod in diuina Theologia articuli fidei non probantur, sed præsupponuntur, & præcognoscuntur, & Deum esse hominem, articulus fidei est, & ideo non demonstratur, sed inter præcognita numeratur. Sed hæc explicatio probari non potest. Nam eadem ratione non esset inquirendum de conceptione Christi, natiuitate, resurrectione, & cæteris id genus, siquidem articuli fidei sunt. Secunda explicatio est, quod nulla scientia demõstrat suum subiectum esse, vt docet Arist. 1. Post. in principio, sed præsupponit illud: cùm igitur Deus incarnatus sit huius libri subiectum, non pertinet ad doctrinæ Methodum, vt possibilitas Dei incarnati demonstretur. Hæc explicatio non mihi placet. Nam Diuus Thomas. 1. parte. quæstio. 2. demonstrauit Deum esse, tametsi Deus sit diuinæ Theologiæ subiectum. Quid est ergo quod Diuus Thomas in hoc libro, non adhibet demonstrationes ad ostendendum Deum esse incarnatum, & tale mysterium esse factum, nedum possibile? Præsertim cum sit officium sapientiæ (quod nomen sola Theologia promeretur) non solùm conclusiones, sed etiam principia declarare & exponere. Tertia explicatio est, quòd quanquam diuina Theologia sua principia quandoque explicet, id tamen præstitit vberrimè D. Tho. in 2. 2. vbi egit de veritate & possibilitate articulorum fidei, & authoritate scripturæ & Ecclesiæ irrefragabili, & ideo non fuit necesse eũdem sermonem hîc repetere.
Solutio. Vera ratio. Vera & legitima huius dubitationis explicatio hæc est, vt dicamus, quod dum Diuus Thomas huius mysterij conuenientiam ostendit, admirabili artificio ostendit simul eius possibilitatem. Huius rei tres assignantur causæ. Prima est, quòd huius mysterij possibilitas ex principijs naturalibus demonstrari non poterat, ex scripturis diuinis facillimè. Et ideo diuinus doctor statuit ex scripturis diuinis mysterium iam esse factum, vt ostendat esse possibile. Secunda causa est. Nam quanquam si possibile & conueniens ad causas creatas referantur, non sunt penitùs idem, neque conuertuntur. (Latiùs enim patet possibile quàm conueniẽs) Esse enim cœcũ hominẽ possibile est, at cõueniens nõ est. At verò si hęc ad diuinã potẽtiã referãtur penitùs sunt idẽ & cõuertũtur.
Quid est quod D. Thom. de possibilitate Domini cæ incarnationis non disputauerit?

Itaque

Itaque quidquid posibile est Deo conueniens est. Ratio huius est. Nam causæ particulares ex eo quòd deficientes sunt possunt quandoque producere monstra naturis rerum minimè conuenientia, at Deus maximus & omnipotens, cùm deficere in actione non possit, quidquid per seipsum immediatè producit, sicut est posibile, ita naturæ diuinæ conueniens est, imò monstra quæ producit medijs causis secundis, quamuis si conferantur ad causas secundas incommoda sint & inconuenientia, in ordine tamen ad ipsum Deum primam causam indeficientem conuenientia sunt, & ex intentione ipsius Dei producta. Propter quod dicitur Genesis primo: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona. Sed adhibeamus iam tertiam huius rei causam. Certè hæc doctrina de Dei incarnatione, visa est hominibus superbis & sapientibus huius mundi stulta & insana. Stultum autem aliquid dicitur, non modò quia imposibile sit, sed quia indecorum, & indignum. Oportuit ergo directè ex animis superborum hanc opinionem euellere, & illis ostendere, decere diuinam & summam bonitatem, quòd verbum caro fiat, & consequenter huius etiam mysterij posibilitatem demonstrare. Vnde Diuus Thomas in solutionibus ad argumenta in hoc articulo, diluendo argumenta obiecta ostendit, hoc mysterium non esse imposibile. Idem agit in sequentibus dum quærit, vtrùm persona diuina potuerit assumere naturam humanam. atque hactenus de secunda quæstione.

Gen. 1.

TERTIA QVAESTIO.

Tertia quæstio. Vtrùm hoc mysterium iam sit factum?

Deinceps explicemus, Vtrùm hoc mysterium iam fit factum & opere completum. Cuius quæstionis definitio in superioribus leuiter & strictè ostensa est. Nam ostensum est ex scripturis diuinis, ex verbis ipsius Christi Domini, & ex factis quæ in medio terræ operatus est, iam esse factum & opere completum. Sed vt copiosiùs & diligentiùs idem ostendatur, sciendum est, quod Gentiles contradicunt, & aiunt non esse posibile Deum hominem fieri. Iudæi verò nolunt Christum recipere, atque inquiunt nondum venisse Mesiam. Hæretici verò de incarnatione Christi varias habuerunt opiniones, & errores: quidam enim scripturarum sensum deprauantes circa Domini nostri Iesu Christi diuinitatem & humanitatem errauerunt. Ebion, & Cherintus, & postea Paulus Samosetanus, & Fotinus in Christo solùm humanam naturam

Gentiles.

Iudæi.

Hæretici.

Ebion. Cherintus. Fotinus.

confitentur, diuinam verò non per naturam, sed per quandam excellentem diuinæ gloriæ participationem, quam per opera meruerat. Ausi enim sunt dicere, non Deum, vt ita dicam, humanatum, sed hominem quendam deificatum. Manichæi verò dixêre, Dei filium non verum corpus, sed phantasticum assumpsisse, vndè nec verus homo esse potuit, sed apparens. Valentinus ausus est dicere, quòd Christus non terrenum corpus habuit, sed de cælo attulit. Quocircà nihil accepit de matre, sed per eam quasi per aquæ ductum transiuit. Apollinaris dixit, quòd corpus Christi non fuit de Virgine assumptum, sed quod est magis impium, aliquid verbi dicit in carnem Christi fuisse conuersum. Occasionem autem huius sumpsit ex eo quòd dicitur, Verbum caro factum est, quod interpretabatur, id est, verbum in carnem est conuersum, sicut cùm dicitur Ioannis secundo: Vt gustauit Architriclinus aquam vinum factam, intelligitur, id est, aquam conuersam in vinum. Arrius aiebat, cui etiam consentit Apollinaris, in Christo non fuisse animam, sed solùm carnem fuisse assumptam, cui diuinitas loco animæ fuit. Assumpsit autem pro suo errore hoc quòd dicitur, Verbum caro factum est, vbi de carne sola, non autem de anima fit mentio. Sed Apollinaris, cùm priùs secutus fuisset Arrium, conuictus diuinæ scripturæ testimonijs, posteà confessus est, in Christo animam sensitiuam fuisse sine intellectu & mente, dixitque illi animæ verbum Dei fuisse loco intellectus & mentis. Prædicti vniuersi vocetenus confitebantur Dominicæ incarnationis mysterium, at re ipsa negabant. Cùm autem multæ sint huiusmodi contradictiones, & diuersimodæ pugnæ, agè, per Dei gratiam singula dissoluamus, & in primis contra Paganos & Gentiles ostendamus Christum Dominum esse verum Deum. Nam esse verum hominem pro nobis crucifixum, ipsi non negant. De hac re quòd Christus sit verus Deus, & eius religio vera sit, varias demonstrationes excogitauerunt Sancti Patres, tùm Græci, tùm Latini, sed præcipuè Græci in hac re egregiam posuerunt operam. Chrysostomus homilia, quod Christus sit Deus. Eusebius libris de præparatione Euangelica, præcipuè libro primo, capitulo tertio, & libris de demonstratione Euangelica, præcipuè libro tertio, capitulo tertio, & quarto. Theodoretus in libris de Euangelicæ veritatis cognitione,

Manichæi.

Valentinus.

Apollinaris

Arrius.

Apollinaris.

Christũ esse verũ Deũ sancti patres multis probauerũt

Chrysost.

Euseb.

Theodore.

cognitione, siue de Græcarum affectionum curatione, signanter lib. 9. circa finem. Inter
D. August. Latinos D. Augustinus libro de vtilitate credendi ad finem libri, libro contra epistolam fundamenti capit. 4. libro. 18. de ciuitate Dei, cap. 21. vsque ad 23. & libro. 22. à cap. 5. vsque ad 10. libro de videndo Deum ad Paulinam cap. 3. & 4. & libro 12. & 13. contra Faustum, libro de fide rerum inuisibilium cap. 5. 6. 7. &
D. Thom. D. Thomas libro. 1. contra Gentes ca. 6. Inter Neothericos elegantissimè & locupletissimè
Hieron. Sauanarola. Hieronymus Sauanarola libro de triumpho crucis, & in alio libro cui titulus, Solatium itineris mei. Scripsit etiam de hac re Ludouicus
Ludouicus Viues. Viues, quinque libros de veritate fidei Christianæ. Nouissimè scripsit elegãter de ista materia Spiritus Roterus frater ordinis Prædicatorum.
Spiritus Roterus.

Demonstrationes quòd Christus Deus sit.

QVanquam nonnulli antiqui & nostræ ætatis viri doctissimi, validissimas rationes scriptis mandauerint, vt ostenderent Paganis & Gentilibus Christum seruatorem nostrum verum esse Deum, minimè tamen alienum putaui, si probationes aliquas afferrem ad idem demõstrandum. Principium autem accommodatissimum nostræ institutioni istud erit. Dicet vtique Gentilis, vndè manifestum est, quòd Christus sit Deus? Idem rogabit Christianus, qui tenebris peccatorum excœcatus, veritatem religionis non cognoscit, sed antiquatã, & senescentem, & lapsantem in lubrico fidem habet. Ante omnia igitur hoc præstituere oportet, & facilè sequentur alia omnia, at non ex cælo petenda est demonstratio, nec ex sanctarum scripturarum penetrabilibus, neque ab alijs id genus. Nam si ad Gentilem dixero, creauit cælum, & terram, mareque & omnia, quæ terræ & cæli ambitu continentur, non me feret. Incredulus enim est. Sin dixero, mortuos excitauit, cœcos curauit, dæmones expulit, neque hoc accipiet. Denique si dixero, quòd regnum & ineffabilia promiserit, hoc non solùm non credet, sed etiam ridebit. Aduersus idiotam Christianum, hæc quæ cõmemorauimus non multùm proderũt. Nam cùm sit addictus rebus terrenis, vim vigoréque mentis extinctum habeat, ab intellectu rerum diuinarum longè abest, mortuaque fide & lumine verbi diuini in corde fere extincto mysteria supernaturalia percipere non potest. Animalis enim homo non percipit ea, quæ Dei sunt, quoniam spiritualiter examinatur. Vndè igitur homines instituemus, & demonstrationes veras ac Catholicæ fidei exordiemur? non aliundè quàm ab ijs, quæ ab omnibus confessa sunt, & quæ in dubium reuocari nequeunt. Quæ igitur sunt illa, quæ ab omnibus hominibus explorata sunt, & quibus nulla ratione contradici potest? Quòd Christus Iesus à Iudæis sit crucifixus, quòd pro Deo à cunctis gentibus habitus atque susceptus. Hæc enim omnia tam fidelibus, quã infidelibus nota sunt ac manifesta, & omnibus theatris veluti proposita, quod hæretici, Iudæi, ac infideles omnes, & omnium hominum linguæ confitentur, & ab initio perpetua successione eum ad hæc vsque tempora Christiani pro Deo colunt, venerantur augustè sanctèque. Libri quoque de ipso Christo, ac de ea, quam plantauit Ecclesia omnium hominum linguis descripti, certissimum nobis perhibent testimonium. Nulla tam remota regio, nullus orbis angulus inueniri potest, in quo Christianæ Ecclesiæ monumenta nó extent, nec aliquis inuenitur in orbe locus, in quo vel Iesus Christus crucifixus pro Deo nó adoretur, colaturque, aut antiquis temporibus non fuerit adoratus. Res notæ, testatæ, manifestéque sunt, quod plantauit Christus Christianorum genus, quòd omnes vndique Ecclesias orbis Christus fundauerit, quòd non solùm Romanos, sed & Persas, Indos, & omne barbarum genus ad se conuerterit. Insuper quod hæc confecit, nullis vsus armis, nullos faciens sumptus, nullos mouens exercitus, nulla prælia committens, sed per vndecim viros principiò ignobiles, viles, rudes, idiotas, pauperes, nudos, persuasit tot hominum tribubus, idque non præsentibus solùm, sed & futuris. Quid? quòd leges subuerterit patrias, aboleuit consuetudines inueteratas, euellit stirpes tantoperè radicatas, & pro illis suas alias plantauit. Abduxit ab eis in quæ propensi eramus, & in ardua, & difficilia induxit. Cumque hæc faceret, infestabatur ab omnibus hominibus, & crucem ipse ignominiosissimum supplicij genus sustinuit. Nihil hic contradicent, atque etiam notum est Apostolos fuisse crucis Christi præcones, & ante eos, Hebræi populi Prophetas & Patriarchas, hinc martyres, & sacros Ecclesiæ Doctores, infinitam quoque monachorum, clericorũ, religiosorum, & secularium multitudinem Christum inuiolabiliter confitentium in hũc vsque diem. Præcessisse tyrannos quoque & Philosophos, atque oratores constat contra Ecclesiam,

Cõmunis omniũ cõsensus.

Progressus victoriæ Christi.

Ecclesiam,ac religionem Christianam acerri mè pugnasse,ex prædicatione etiam crucis Ie su postrata deorum simulachra,mundi sublatos errores.Hæc & his similia apud omnes confessa sunt,& in dubiũ reuocari nequeunt. Neminem enim sanę mẽtis putamus talia negaturum, quæ non coniectura,sed oculis, ac manibus tenentur.Apertum namque est non solùm populo Christiano, qui non paruam orbis partem possidet,verùm etiam à plerisque latissimarum regionum populis,licèt varijs inuoluantur erroribus,in India &alijs mũ di partibus penè omnia hæc indubitata fide, humanaque veneratione coli, & quotidiè renouari. Quinimò Mahumetani,gens innume rabilis,apud quos certa extant fidei nostræ ar gumenta,certè Christum proculdubiò apud se regnasse,mirabiliaque multa fecisse apertis simè testantur,& eum modò colunt ac venerantur:nec enim eum impunè blasphemant. Si ergo dementis est ea negare, quæ cunctis perspicua sunt,& oculis ac manibus tenẽtur, profectò quæ diximus negare nemo poterit, nisi omnem prorsus neget, abijciatque veritatem, eique impudenter, ac insipienter obsistat.Hoc constituto principio sequuntur demonstrationes.

Mahumetani.

Prima demonstratio.

Prima demonstratio ex miraculorum efficacia.

NOtissimum est,atque exploratissimum, miracula magna in huius veritatis corroborationem fuisse facta, quæ scilicet à solo Deo fieri possunt:Deus autem non potest esse testis, & approbator falsitatis,ergo hæc fides sincerissima veritas est. Certè cùm Deus sit increata, & prima veritas fieri nequit,vt testis sit & approbator falsitatis,illius maximè,quæ diuinitati iniuriam,totique mundo posset inferre pernicie.Vndè liquidò patere potest,si Christus se dicens filium Dei mentitus fuisset, aut verò magus,aut vsurpator diuinitatis extitisset,nunquam diuina veritas tantum mendaciũ, tot signis mirandisque operibus naturę, totam potentiam supergredientibus approbasset,&confirmasset.Atqui si Christus verax non erat,neque missus à Deo, quomodo illius discipuli solo eius nomine inuocato insanabiles morbos curassent, mortuos suscitassent,dæmonia eiecissent, serpentes abstulissent,totque signis ac prodigijs mundum repleuissent? si falsam ingerebãt doctrinã, quomodo Deus verax, & non volens iniquitatẽ suæ potentiæ miraculis fauebat ipsorum de Christo assertionibus? Hac demonstratione vsus est Dominus, Ioã.5.aduersus peruicaces Iudęosinquiẽs:Ego habeo testimoniũ maius Ioanne.Opera enim,quæ dedit mihi pater,vt perficiam ea, ipsa testimoniũ perhibẽt de me quia misit me pater. Et alio in loco, Opera quæ ego facio in nomine patris mei,ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me, sed vos non creditis,quia non estis ex ouibus meis, si non vultis mihi credere,operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quia pater in me est, & ego in patre.Et iterum,Si non venissem,& opera non fecissem,quæ nemo alius fecit,pec catum non haberent;nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Negare autem fuisse facta miracula in confirmationem huius doctrinę,impudentissimum est, sed negando facta fuisse miracula,fidem nostrã magis confirmant. Maius enim miraculum est, quod sine miraculis totus mundus ad vitæ asperitatem à delitijs,& ad verumDeum ab idolis,& ad tam difficilia creditu à facilibus subitò sit conuersus, quam si factis miraculis per illa esset reductus. Hoc enim esset miraculorum omnium maximum & victoria summa verbi Dei. Porrò si voluero enumerare omnia miracula,quę Christus Dominus fecit,immensum esset opus. De his sic dicit Ioannes capite vltimo: Si omnia opera Domini enarranda essent per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos,qui scriberentur libros.Exsuscitauit à mortuis filium viduæ, filiam Archisinagogæ, Lazarum fratrem Marthæ,& Magdalenæ,& seipsum (quod omnia miracula superat) à morte ad vitam reduxit. Examen miraculorũ,tribus(quòd aiunt) verbis explicauit Dominus Ioannis discipulis dicens;Cœci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur,mortui resurgunt,&c. Et Euangelistę, ne longi essent in enarrandis tot miraculis dicunt, quòd ex omni parte afferebantur infirmi, & curabat eos, quia virtus de eo exibat,& sanabat omnes.Fuit autem tanta miraculorum multitudo,vt etiam dęmones eorum efficacia potuissent conuerti, nisi obstinati essent.Certè inimici Domini miraculorũ multitudine & efficacia stupefacti,dixerunt, Quid facimus?quia hic homo multa signa facit,mundus omnis post ipsum abijt,si dimittimus eum omnes credent in eum.

Ioan.5.

Ioan.10.

Ioan.15.

Ioan.vlti.

Secunda demonstratio.

Secunda demonstratio ex concordia veteris & noui testamenti.

VAlidissimum fidei nostrę argumentum est,vetus testamentum in quo inuenimus omnia,quæ ad nostram fidem pertinent multismodis àProphetis fuisse prędicta.Hinc est

Lucæ.24. est illud à sacro Euangelista relatũ Lucæ. 24. & incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Certè nihil Christus gessit, nihilque cum illo gestum est, non priùs præuisum, oreque Prophetarum prænunciatum. Clara vtique sunt vaticinia de Christi conceptione, de Virgine, de eius Natiuitate, prædicatione, conuersatione, passione, resurrectione, Gentiũ vocatione, Ecclesiæ fundatione, ex quo liquidò concluditur ista neque à casu, neque subitò contigisse, sed ex ordinatione Dei, qui solus futura contingentia cognoscit. Nec putes paucos annos præterijsse post denũtiationem antequam fuerint facta. Nam alij prędixerunt ea ante quingentos, alij autem ante mille annos, quidam autem ante duo millia, vel tria & quatuor annorum millia hæc prænunciauerunt. Vndè patet quòd solo instinctu Dei, hæc prædicere potuerunt. Vera igitur sunt quæ prædicamus, cùm fuerint tanto tempore ante prænuntiata. Ista demonstratione, vt euidenti vsus est Dominus

Ioan.5. in Euangelio, cùm inquit Ioan.5. Scrutamini scripturas, ipsæ enim testimonium perhibent de me. Simile argumentum persequuntur sacri Euangelistæ cùm dicunt, Hoc factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: idem fecit D. Paulus cùm inquit Romanorum.1. Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus segregatus in Euangeliũ Dei, quod anteà promiserat per Prophetas in scripturis sanctis.

Tertia demonstratio.

Tertia demonstratio ex efficacia prędicationis.

DVodecim homines piscatores illiterati, rudes, ignobiles, vniuersum mũdum ad adorandum hominem crucifixum, & vt eum pro Deo haberent, conuerterunt, cùm contrà essent armati dæmones, sapientes huius mundi, Philosophi, Rhetores, Dialectici, potentes huius seculi, cùm contra essent parati gladij acuti, bestiarum dentes, camini ignis, sartagines, equulei contra eos, qui hoc nomen profiterentur. Ex his demonstrationem facio; nam Apostoli in hac stupẽda mundi renouatione, aut edidère miracula, aut nulla fecère miracula. At nulla edidère miracula dixerit aliquis: sed tunc magis increduli seipsos pudefaciunt: nam hoc ipsum miraculum est, absque miraculis orbem terrarum accurrere, à duodecim pauperibus & illiteratis attractum. Neque opulentia diuitiarum, neque sapientia dicendi, neque alia re simili vicerunt piscatores, vt iam vel inuiti fateantur homines in illis diuinam fuisse virtutem. Nam impossibile erat, vt vnquam res tanta horũ viribus conficeretur. Hoc argumentum amplificabat D. Paulus. 1. Corinth. c.1. dicens, Videte fratres vocationẽ 1.Corin.1. vestram, quòd non multi potentes secũdum carnem, nõ multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vndè insultat Paulus sapientibus huius mundi dicens; Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? omnes victi sunt & superati per sapientiã crucis. Sed fortè quis Obiectio. obijciat nobis, quòd etiam post Christum Mahometus hoc fecit, & vsque in hodiernũ diem secta eius perseuerat. Hoc autem nihil obstat: etenim Mahometus armis & violẽtia, non in paupertate illos populos oppressit, vt ex historijs notissimum est, deditq; illis præcepta facilia legemq; præscripsit, quæ doctrinæ omnium Philosophorum rectè sentientiũ aduersatur & contradicit, quæ insuper inducit homines ad voracitatem & libidinem, ad quæ duo vulgus facilè inclinatur, neque arduos articulos prædicauit, & accessit ad homines rudes & bestiales, quos Deus tradidit in reprobum sensum propter infinita eorum peccata.

Quarta demonstratio.

VIde obsecro quid dicamus, dilucidiorẽ sermonem & demonstrationem facere tentabo. Ædificauit Christus Ecclesiam, fundauit Christianorũ genus, & rempublicam, aduersus quam portæ inferi nunquam pręualebunt: nam non solùm hoc est miraculum, & opus diuinę virtutis, quod ędificauit eam per totum mundũ, sed quia inuictam fecit & insuperabilem, licèt bella tot ac tãta insurgant. Impugnauit eam vniuersus orbis armatus, potens, diues, ac ferocissimus, pauperem, inermem, infirmã corpore, mansuetã sicut agnus, & tamen ipsa plùs potuit moriendo, quàm mundus eam occidẽdo. Quotidiè Christiani crudeliter occidebantur, & indies magis, ac magis crescebat eorum numerus, qui libẽter pro Christo moriebantur. Denique Roma, quæ vniuersum orbem subiugauerat, non potuit sponsam Christi pauperculam subiugare, quinimò & ipsa cum omni imperio subiecit colla dulci iugo, & piscatori Petro iam subiectus est Imperator Romanus. Nónne hic manifestè apparet virtus Dei? crede igitur firmissimè, illa omnia vera esse, quæ fides prædicat. Quarta demonstratio ex victoria Ecclesiæ.

Quinta demonstratio.

Quinta demonstratio ex Sinagogæ subuersione.

VIdimus iam magnam & ineffabilẽ Christi Domini virtutem, & potentiã in eo, quòd Ecclesiam fundauit, defendit, auxit. Videamus iam nõ minorẽ virtutem in eo quòd sinagogam humiliauit, destruxit, & radicitùs subuertit. Nunquam enim in vniuerso terrarum orbe templũ simile visebatur, atque templum Iudaicum florens tunc, & vndequaque fulgidum auro, cõspicuumque tam pulchritudine, quàm ædificiorum magnitudine, atque alia omnigena magnificentia, non solùm artificio, sed & materia, cultu, & ceremonijs sacris venerabile ac maximè insigne. De quo sic
Matth. 24. vaticinatus est Dominus Matthæi. 24. Amen dico vobis, non manebit lapis super lapidem. Quibus verbis prædixit subuersionem, desolationem, interitum, ac ruinam, quæ postmodum in Hierosolymis subsequuta est. Omnia enim ædificia, quãuis fulgida & præclara corruerunt, vnum verbum Christi omnia illa obscurauit, & quasi puluerem è medio eiecit. Certè hoc templum, quamuis magni, & potentes viri reædificare conati sunt, nusquã
Chrysosto. præualuerunt. Dicit enim D. Chrysostomus, quod Rex, qui sua ætate omnes alios impietate præcellebat, & facultatem dedit, & cooperatus est, vt templum illud iterato consurgeret. Sed neque in minimo profecerunt Iudæi: nam ignis à fundamentis exiliens, omnes ipsos fugauit. nam obsistebat Christi verbũ dudum cõmemoratum. Profectò virtus Christi Dei omnipotentis, quæ ædificauit Ecclesiam destruxit templũ, ædificauit Ecclesiam, & nullus eam destruere potuit. Destruxit tẽplum, & nullus illud ædificare poterit ab eo tempore, quo morti per Iudæos traditus est Christus: cecidit Iudaicæ gentis corona, totaque gloria, factaque est desolata generatio Iudaica, profuga, deiecta infrà omnes nationes, nullum templum, sacerdotem, regem, iudicem, terram, ciuitatem propriam habens. Qui neque oppidulum vnum, in quo dominetur in Europa, Asia, aut Africa possidens, sicque odit eos, & abhorret vniuersus orbis terrarum, vt vagi, profugi transeant de gente in gentem, & de regno ad populum alterum: hinc nimirum perseuerat, persequiturq; eos Dei indignatio quia occiderunt Christum, & dixerũt; Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Huius calamitatis Iudęorum causam
Osee. 9. Oseas prædixerat capit. 9. Abijciet Dominus eos, qui non audierunt eum, & erunt vagi in
Daniel. 9. nationibus. Item Danielis capite. 9. Et post septuaginta hebdomadas, inquit, occidetur Christus, non erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & post finem statuta desolatio. Sed & sacerdotium, templum, sacrificia Iudæorum esse finienda, Malachias Propheta præ- Malach. 1.
dixerat, repudiumque Sinagogæ, vocationem gentium, Eucharistiæ sacrificium, sic inquiens; Non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus, nec vltrà suscipiam munus de manu vestra. Ab ortu enim Solis vsq; ad Occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Sexta demonstratio.

Sexta demonstratio ex idolorũ destructione.

HÆc sola demonstratio sufficit euincere doctrinam, religionemq; Christianam non potuisse humano spiritu excogitari, sed à solo Dei spiritu prodijsse. Nam cultum idolorum falsorũque Deorum in toto orbe terrarum sic radicatum, & perscriptũ, vt imposibilis videretur huius tam antiqui erroris exterminatio, sola Christiana fides per Apostolos decantata deiecit, totumque mundum ab hoc errore purgauit. Hoc grãde opus tantaq; orbis immutatio Christo reseruatur, fuitque vna præcipuarũ causarum, cur Deus descẽderit de cœlo ad terras, hominemq; indũerit, vt scilicet, principẽ huius mundi foràs eijceret, quẽ nulla poterat creata potẽtia, aut sapiẽtia à tamdiu decepta gentilitate depellere. Vndè
Ioannes. Ioannes Euãgelista sic ait: In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Atqui dęmonũ, & idolorũ cultus per Christũ Dominum esse exterminãdos, per Prophetas sępiùs
Esa. 2. & 21. esse prædictũ, manifestissimè apparet. Esaiæ capite secundo habetur præclarissimum vaticinium. Et idola penitus conterentur, inquit Vates diuinus, & capitẽ. 21. idẽ persequitur.
Sopho. 2. Et alius Propheta; Prævalebit, inquit, Dominus aduersus eos, & exterminabit omnes Deos gentium terræ, & adorabũt eum, vnusquisque de loco suo omnes insulæ Gentium. Cùm igitur Christiana doctrina prorsus Satanæ aduersetur, ipsiusq; Satanæ regnũ, idolola triæq; cultum è toto eliminauerit orbe, fieri nequit, vt fauente diabolo inuenta, aut prædicata fuerit, sed ex spiritu Dei processisse confiteamur.

Septima demonstratio.

Septima demonstratio ex Romani Imperij cõuersione.

SAtis, superq; demonstratũ existimo Christi Dei virtutem, & excellentiã: sed ad retundẽdam hominũ peruicaciam, aliã demonstrationem

strationem ex Romani Imperij conuersione in medium producam. Hoc tanquam fortissimo argumento Diuus Augustinus Iudæorũ, omniumque incredulorum frontes percutit in oratione contra infideles in hunc modum: Cùm constet, inquit, Romanum imperium, vniuersumque orbem tot potentibus viris, Philosophis, oratoribus refertum, Christi doctrinæ antè repugnãtem, & aduersum, ad eam postmodùm fuisse conuersum: quæro an virtute signorum, & prodigiorum, necne ab antiquis ritibus, diuque obseruata religione, in hanc nouam, & inauditam sit hæc facta mutatio? Si fateberis mundum ad hanc persuasionem tractum fuisse vi miraculorum, quibus cõtradicere nequaquàm poterat, fateri oportebit à Deo autore miraculorum, & qui facit mirabilia magna solus religionem hanc processisse, & comprobatam fuisse, sin autem negas vllis miraculis mundum ad hanc recipiendam fidem fuisse prouocatum, negando miracula, ingens miraculum ingeris. Quid enim dici potest mirabilius, quàm Romanum Imperium, totamque Gentilitatem, religionem qui tam acriter impugnabant, subuertereque moliebantur desertis paternis ritibus, nullis visis signis, mirandisque operibus, spõte suscepisse, & in ea retinenda tam cõstantes fuisse? Dauid egregius Domini Vates prædixerat fremituras gentes, & populos inania meditaturos, & reges terræ conuenturos, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Subiungit tamen Christum omnes aduersarios tanquam vas figuli contriturum, postulaturumque gentes in hæreditatem suam, & possessionem suam terminos terræ. Quod vaticinium, Romanum Imperium, genteſque ad Christi disciplinam accurrentes testantur, euidenter completum. Hoc ipsum prænunciauit Esaias capite. 26. sic inquiens: Ciuitatem sublimem, videlicet, Romam conculcabit, humiliabit eam pes pauperis, Christi, scilicet: & gressus egenorum, Petri videlicet, & Pauli, quos Roma occidit, sed nunc vt præcipuos suos tutelares, ac patronos veneratur, ac colit.

D. Augusti. Esaiæ. 26.

Octaua demonstratio.

Octaua demonstratio ex Martyrũ & Sanctorũ Patrum confessione.

PRætereà nos in fide confirmat excellentissimorum virorum constantissima eiusdem fidei confessio, cum quibus, vt ita loquar, malo errare, quàm cum cæteris dirigi. Tot enim Martyres, tum ex Iudæis, tum ex Gentibus omnis ordinis, ætatisque nobiles, docti, Philosophi, & in dignitatibus constituti, sanguine suo fidei Christianæ subscripsere, vt Diuus Hieronymus referat in Epistola ad Heliodorum, se euolutis Romanorum Pontificum annalibus inuenisse martyrum, qui pro fide Christi asserenda, mortem passi fuerant, in tantum excreuisse numerum, vt singulo quoque anni die posset Ecclesia trium millium Martyrum memorias, & festa celebrare. Hæc est certè gloria insignis fidei Christianæ, quod pro illius sustinenda veritate, non modò temporales facultates, verùm etiam sanguinem proprium, & vitam exposuere innumerabiles testes, nec recusauere in testimonium veritatis pro ea omnium tormentorum sponte tolerare genera. Vnde D. Augustinus rectè concludit, Massa, inquit, Martyrum ex omni gente tribu, & lingua, ex vtroque sexu collecta est. Veneremur igitur fidem nostram, cui tot illustres athletæ sanguine subscripserunt, morte iurauerunt. Dionysius Areopagita, vir omnium Græcorũ doctissimus, & multi alij in sapientia consimiles, vsque ad tormenta crudelissima fidem hanc defensarunt. Quid de Hilario, Basilio, Athanasio, Hieronymo, Ambrosio, Augustino, Thoma nostro Aquinate, & cæteris penè innumerabilibus, qui hac fide illuminati omnia reliquerunt, vt pauperem Christum sequerentur. Certè isti non sustinuissent tot passiones, cùm essent doctissimi, & perspicacissimo ingenio præditi, nisi veritatem fidei certissimè cognouissent. Quis autem potest asserere istos in hac re fuisse deceptos? Quæ enim æquitas, quæ prouidentia esset in Deo, si viros istos, qui seipsos, & omnia sua pro eius honore exposuerunt, permitteret in fide decipi, & à vero abduci cum perpetuæ damnationis periculo. Nunquid credibile est, quòd Deus non diligat eos, à quibus ipse super omnia diligitur?

D. Hieron.

D. Augusti.

Nona demonstratio.

Nona demonstratio ex virtute Christi admiranda.

CErtè Christum Iesum esse Deum alia demonstratione concludo: nemo enim vnquam mortalium ad credendum, & peragendum difficiliora vnquam, quàm Christus ipse proposuit. Præcepit enim, & voluit, vt Deum esse trinum, & vnũ indubitata fide teneremus, videlicet mandauit Patrem, & Filium & Spiritum sanctum vnum Deum in tribus personis distinctũ à Christiano populo coli, adorariq; Vult etiam credi, se esse Deum, Dei filiũ, vnũ cum Patre, & Spiritu sancto, ipsumque esse hominem, virginis Mariæ filium, quam pariter vult adorari, vt veram Dei matrem, ac genitricem. Crucem quoque olim reorum, & sceleratorum infame suppliciũ in summo honore, &

veneratione haberi, tanquã signum noſtræ ſalutis potiſsimum. In ſuprema inſuper cœna perpetuo teſtaméto mãdauit, vt exigui panis buccella, & modicum vini poſt verba cõſecrationis, quę inſtituit, in ipſius corpus, & ſanguinem tranſmutentur, nõ variatis accidentibus, vtq; hæc ſacraméta ſanctiſsimè adorentur, & in cibum potũq; ſumamus, velut cœleſte viaticum, per quod vitã æternã eſt nobis pollicitus. Neminem quoq; niſi renatum ex aqua, & Spiritu ſancto regnũ Dei ingredi poſſe. Præcepit etiã, vt ſcripturæ ſuæ omni hæſitatione excluſa infallibili fide crederetur, nõ obſtãtibus multis, quæ humano intellectui difficillima, & minimè cõſentanea vidébãtur. Et hæc omnia niſi quis fideliter, firmiterq; crediderit ſaluari nõ poſſe. Nec ſatis eſt horũ myſteriorũ firma, ac cõſtans aſſertio, ac veneratio, ſed præterea, vt inuiſibilia diligentes viſibilibus contẽptis, quaſuis perſequutiones æquo animo ſuſtineamus: In patientia enim veſtra, inquit, poſsidebitis animas veſtras. Idem ſuis ſectatoribus, & diſcipulis promiſit in hac vita mortali nõ diuitias, nõ honores, non dignitates; quinimo cõtraria omnia, paupertatẽ, ignominiã, abiectionẽ, inſultus, verbera, exilia, carceres, agones, atq; horrenda ſupplicia, quibus ipſius gratia toleratis, & exantlatis ineffabilẽ, & indicibilẽ promiſit beatitudinẽ, gloriam in cœlo cum Angelis, corporiſq; reſurrectionẽ, & immortalitatem, & quod oculus nõ videt, &c. Quis audiuit vnquã talia? his ita ſe habẽtibus cõſequutus eſt, quicquid voluit, pugnãte cõtraeum toto terrarũ orbe. Nam ex hominũ omnium genere, & conditione innumeri hęc ita ſuſceperunt, vt vitam potius quàm Chriſti doctrinam, & perſuaſionem deſerere maluerint. Reges quoq; & principes eiuſdem religionis iugo colla ſubmiſere, & infimis eius miniſtris paruerunt. Hæc itaque dogmata in toto orbe terrarum perſuadere non puri hominis eſſe virtutem, clariùs eſt, quàm vt demonſtrari ſit opus.

Decima demonſtratio.

Decima demonſtratio ex eadẽ virtute Chriſti Domini.

POnamus ante oculos Chriſtum pauperẽ, abiectũ, mẽdicum, quẽ plærique; fabri filiũ exiſtimabãt, & omninò deſpectũ habebant, & quid animo reuoluat, eum interrogemus, & ad hunc modum reſpõdentẽ faciamus. Ego, inquit, pauper, mendicus, ac mundi veluti inquilinus, vniuerſum orbẽ meis legibus inuertere, ac mutare ſtatui, ea intentione, vt homines me veluti verum Deum, vnũ cum patre, & Spiritu ſancto ſanctiſsimè colant, atq; venerentur, vtq; crucẽ, in qua inter latrones meus miſerando ſupplicio confixus moriar, in ſumma veneratione habeatur, eiq́ue diuinus cultus deferatur. Atq; poſt mortẽ hãc turpiſsimam omnia tormentorũ meorũ inſtrumẽta, veſtigiaq́; ſumma cum reuerentia obſeruent deoſculenturq́;, & cũctis prelata theſauris chariſsimè, ac honorificentiſsimè recondant, faciamq́;, vt infinita multitudo hominũ ad me adorãdum conuertatur, & propter meam dilectionem tormenta, & martyria crudeliſsima pro me patiantur, & mortuis, & occiſis innumeris, alij pro eis inſurgant, parati pro me mille mortes ſubire, vt appareat, quòd ſanguis martyrum in terra effuſus ſit veluti ſemen, ex quo naſcantur fideles, & mei dilectores: tantaq́ue erit virtus, & potentia, vt ego Petrum hominem piſcatorem caput Eccleſiæ Romanæ conſtituam, primariumq́ue in orbe terrarum, cui omnes Imperatores ſubdantur, & ſumma reuerentia inclinati eius pedes exoſculentur. Et vltra hæc ſubiungeret: omnia hæc, quæ intendo facere omni dubio procul exequutioni mandabuntur, eroq́ue in omnibus voti compos, & victor euadam, & nemo hominum, nec Dæmonum quidem contra me prẽualebit. Nec verò contra Rempublicam, quam ſum fundaturus, quippè quæ in æternum eſt duratura. Certè quando hæc homines conſideraſſent, iudicaſſent quidem non poſſe effici ab homine paupere, & abiecto, cruciq́ue affixo. Verum neque ab vniuerſis hominibus ſimul in vnum collectis, neque ab vniuerſa potentia naturæ neq; cœlorum influxibus, ſed ſolum Dei omnipotentiæ eſſe reſeruata. Cum ergo exploratum ſit hæc omnia, quæ prædiximus fuiſſe per Chriſtum adimpleta, quis inficiari poterit iſthæc eſſe opera diuinitatis, doctrinamq́; Chriſti veram eſſe, niſi ſit mentis, ſenſuſq́ue communis expers? Sed & illud diuinã Chriſti virtutem demonſtrat, quòd crux Chriſti, quę ante eius paſsionem fuit omnibus ad terrorẽ, & maledictionem, nunc habeat cœleſtẽ amorem, & omnia benedicat, ſitq́; adorata in omnibus mundi partibus, & prædicata, & glorificata. Reges poſitis diadematis crucem ſuſcipiunt, mortis infame ſymbolum, in purpuris crux, in diadematis crux, in precibus crux, in armis crux, in menſa crux, in toto orbe crux, & ſuper ſolem fulget crux.

Vndecima demonſtratio.

Vndecima demõſtratio ex eiſdẽ principijs deducitur.

IN his quæ apparent, rerum naturis & ſubſtantijs, quædam cauſæ ſunt neceſſariæ, vt orbes cœleſtes: quædam, vt in plurimum,

mum,quædam verò indifferentes, non diſsimiliter,in argumentationibus quæ ad intellectum pertinent,quędam ſunt neceſſarię,quæ intellectum conuincunt rerum euidẽtia, quæ demonſtrationes proindè vocantur;quędam autem dialecticæ argumẽtationes vocantur, quæ licet intellectũ nõ cõuincant, & cogant, plærũq; tamen intellectũ inclinãt ad aſſentiẽdum.Aliæ verò ſunt ità infirmæ,& debiles ratiocinationes, vt vix tenuem aſſenſum inducant. Quãuis ergo in rebus infimis, vt in mathematicis,innumeræ ſint demõſtrationes,in naturalibus verò rariſsimæ inueniuntur, at in rebus eminentiſsimis, atq; in moralibus ferè nullæ demonſtrationes fiunt propter ingenij noſtri tenuitatem.Sicut enim oculus noctuæ ad lumẽ ſolis,ità intellectus noſter ad ea, quæ ſunt in natura eminentiſsima.Arduum igitur opus eſt intellectum hominis in moribus, & officijs virtutũ ſtabilire,multoq; magis in rebus metaphyſicis, hoc eſt, à materia & corpore ſeparatis, ſed difficillimũ eſt, intellectũ ſimul conuertere,& affectũ ad ſe trahere,& à vitijs, & eorũ tyrannide ad virtutes mutare. Cũ enim ſpiritui,& rationi aduerſetur,opero ſum eſt valde, vt intellectũ ſequatur affectus, omnium verò difficillimũ, vtrumq; tanta in concordia tenere,vt bonorum operũ fructus inde proueniat,& ad extremũ, & finem vitæ ſine crimine perſeueret.In omni enim Philoſophorum dogmate quot capita,totidẽ videmus opiniones, eorũq; pauciſsimos id amare,quod docent, ſed eorum ferè neminẽ bonis operibus incorruptum vſque ad mortem vacaſſe. Quod ſi quis apud eos talis inueniatur pro miraculo habetur. Si ergo Philoſophorum præcipui nõ valuerunt hominis intellectum firmare, ac ſtabilem reddere ad ea credenda,quæ ratio dictat,nobiſq; ſunt naturaliter indita,vt Deũ eſſe,rerũq; humanarum habere prouidentiã, & bonũ virtutis eſſe ſectandum, malum fugiendum, quantò minus id præſtare poterunt in ijs,quę omnem rationem excedunt ? At ipſius Chriſti diſcipuli ſola prædicatione intellectum ſimul & affectum infinitæ ferè multitudinis euicerunt, & clauis quodãmodò ferreis figentes ad ea credenda,& diligẽda traxerũt,ad quæ nõ modo euidens demonſtratio, ſed neq; vlla humana ratio peruenire poteſt, vt terrena omnia tanquam ſtercora viliſsima propter regni cœlorũ promiſsionẽ reputauerint,nullis defatigati in agẽdo laboribus,nõ blãditijs, ac minis,nõ tormẽtis à propoſito reuocãti. Qua ergo virtute piſcatores, ac literarũ rudes, & expertes hoc effecerunt ? nõ humana,ſed certè diuina.

Duodecima demonſtratio.

Duodecima demonſtratio ex operibus Chriſti ſtupendis.

ILlud fidentiſsimè dico, chriſtianis tẽporibus,quænã religio ſit tenẽda,& quæ ad veritatẽ,ac beatitudinẽ via eſt,minimè eſſe dubitandũ.Si enim Philoſophi omnes viuerẽt, & interrogarẽtur, vtrùm ſi quiſpiã exiſteret vir magnus,atq; diuinus,qui talia populis perſuaderet credẽda,vt inuiſibilia diligẽtes,contemnerẽt viſibilia,& animã virtute purgatam vni Deo ſubiugarent,atq; ſubijcerẽt, & alia virtutum officia,quæ in ſuperioribus diligẽter cõmemorata ſunt, num eum diuinis honoribus dignũ iudicarent ? reſpõderent,credo, illi,nõ poſſe ab homine fieri, niſi quẽ fortè ipſa Dei virtus,atq; ſapientia intima illuminatione illuſtratũ tãta honeſtaret gratia,tãta firmitate roboraret, tãta deniq; maieſtate ſubueheret, vt omnia cõtemnendo, quæ praui homines cupiunt,& omnia perpetiẽdo,quæ horreſcũt,& omnia faciẽdo,quæ mirãtur, genus humanũ ad tam ſalubrẽ fidẽ ſummo amore,atq; autoritate cõuerteret.De honoribus verò eius ſtrà ſe conſuli, cum facilè poſsit exiſtimari, quantũ honoris debeatur ſapientiæ Dei, qua geſtante, & gubernãte ille pro vera ſalute generis humani,magnum aliquid proprium, & quod ſupra homines eſſet,mereretur. Quæ ſi facta ſunt, ſicut re vera facta ſunt, per Chriſtum Dominum,& eius diſcipulos,liquidum eſt,Chriſtũ diuinos promeruiſſe honores.

Decimatertia demonſtratio.

Decimatertia demonſtratio ex doctrina planè diuina.

DOctrina chriſtiana nulla poteſt inueniri ſapiẽtior,neq; adcõſequẽdũ ſummũ bonũ,verãq; felicitatẽ aptior. Nã quod Philoſophi omnes veritatis indagatores, tãto ſtudio, tãtiſq; diſputationibus,& cõtẽtionibus inquirebãt,neq; inuenire poterãt,in qua re ſcilicet, cõſtituendũ eſſet ſummũ bonũ,collocãduſq; finis vltimus humanæ vitę,eſſetq; tãta de hac re incertitudo,cõtrouerſiaque, vt prouerbiũ eſſet Athenis,Facilius omnia horologia, quã Philoſophorũ capita in cõſtituendo ſummo bono conuenire : hanc rem tã neceſſariã, tam occultã Chriſti doctrina,vel pueris notã fecit,demonſtrans ſimul, & media,quibus vera beatitudo & felicitas ab hominibus poſſet acquiri.Nã nequaquã in hac mortali vita ſummũ bonũ ſed in æterna Dei viſione cõſiſtere docuit Chriſtus.Felicitatẽ verò humani generis eſſe apertã Dei viſionẽ argumẽtis pręclaris demõſtratur,tum quoniã certa ratione cõſtat felicitatẽ ac beatitudinẽ noſtram in contẽplatione ſummæ veritatis ſitã eſſe, at nõ cõſiſtit in contẽplatione primæ,ac ſummæ veritatis,

quæ per effecta, & creata obtineri potest, ergo in contẽplatione, & aperta Dei visione collocanda est: nam quòd non consistit in contẽplatione Dei, quæ per effectus indagatur, manifestum est. Si enim mens nostra effectus primæ causæ, & rectoris omnium cognoscit, aut perfecta cognitione, aut verò imperfecta. Si imperfecta, ergo desideriũ nostrũ nõ satiabitur, neque enim habebimus quod desideramus, ac subinde beati non erimus. Omnia enim imperfecta suam perfectionẽ desiderãt, sicut materia formam, indecorum pulchrum. Itaq; cupiditas sciendi non explebitur, quod ex hominũ patet studio, quorũ intellectus in cognitione rerũ imperfecta minimè quiescẽs obnixè ad perfectã cognitionem peruenire cõtendit. Sin verò perfectam, & omniiugam effectuũ cognitionẽ habeamus, cõtinuo eorũ causas cognoscere desiderabimus. Omnes enim homines natura ducimur ad sciẽdũ, scire verò est rerũ causas cognoscere: & cũ omnis motus naturalis in fine vehementior sit, quàm in principio, tãtò vehemẽtiùs mens nostra cognitionẽ causæ desiderabit, quãtò perfectiùs effecta cognoscit, naturale igitur mentis desiderium nisi viso Deo non explebitur. Quod etiã patet manifesta experiẽtia. Cernimus nãq; nulla re finita nostri intellectus capacitatẽ expleri posse. Cum enim intellectus noster quodcũq; finitũ vi mẽtis cõprehẽderit, aliquid vltrà intelligere desiderat, vnde præintellecta qualibet linea perfecta, numeroq; finito præcõcepto, nũquã superaddendi facultas in animo terminatur. Cùm igitur omnis substãtia infra Dei fastigiũ sit finita, intellectus noster donec diuinã, & primã veritatẽ viderit satiari nõ poterit. Rationi ergo cõsentaneũ est, summum bonũ, ac felicitatẽ in Dei faciali visione esse constitutã, &c. Ipsum verò Deum esse vltimũ, in quo anima conquiescit luce clarius est, omnis enim inclinatio naturalis, atq; propẽsio, in aliquem pergit vltimũ finem, atq; scopum, ad quẽ cum peruenerit, quiescit. Cum ergo infra Deum nulla substantia humani cordis desiderium exsaturare possit, conficitur manifestè, quòd solum quando Deum de facie ad faciem intuebitur, tunc demùm verè quiescet. Quando quidem, cum Deo nihil sit maius, nihil prorsus ad satietatis cumulũ accedere potest, neq; inferiorum desiderio afficietur, tum quia penitus ea pro nihilo ducet, eò quòd finiti ad infinitũ nulla sit proportio, tum verò quia nihil est in effectis, & rebus creatis, quin excellẽtius in prima causa inueniatur. Quare quod ampliùs desideret nihil omninò habebit. Tũ præcipuè quoniam intellectus noster exactissimè, & nobilissimè perficietur, eleuabiturque, nã cum ad summũ intelligibile euehitur, proculdubio cætera intelligibilia facillimè apprehẽdit. Quãuis enim excellens sensibile sensum corrũpat, intelligibile verò excellens intellectũ perficit. Nũc tot tam rationẽ summi boni, ac humanæ felicitatis circũscriptione breui signemus, ex Christi Domini admirabili sapiẽtia, & doctrina. Ideo mũdus factus est, vt nascamur, ideo nascimur vt agnoscamus factorẽ mũdi, ac nostri Deũ, ideo cognoscimus, vt colamus, ideo colimus, vt immortalitatẽ pro laborũ mercede capiamus, quoniam maximis laboribus cultus Dei præstat, ideo præmio immortalitatis afficimur similes angelis effecti, vt summo patri, ac Domino in perpetuũ præsentes, seruiamus in cõspectu eius in charitate, & simus æternũ Deo regnũ. Hæc summa rerũ est, hoc mysterium Dei, hoc arcanũ mundi, hęc sapientia Christi, à qua alieni sunt, qui sequẽtes præsentiũ voluptatẽ, terrestribus se & fragilibus bonis addixerunt, & animas ad cœlestia genitas, suauitatibus mortiferis, tanquã luto, cœnoue demerserũt. Finis igitur humanæ vitæ, quãtũ ex doctrina Christi colligitur, est Deũ cognoscere, vt illũ colamus, colere, vt illũ videamus, media verò opportuna ad hũc finẽ cõsequẽdũ, cordis puritas est & animi purgatio, id est, à sensibiliũ cupiditate & implicatione ad inuisibiliũ abductio, & amor, extasis, & eleuatio. Cõcludo igitur demõstrationẽ: sapiẽtissimus est, qui vltimũ finẽ humanę vitę cognoscit, & media illuc definit, & errata, quibus à vero fine auertimur demonstrat, at Christus Dominus hæc vniuersa sapiẽtissimè præstitit, ergo sapientissimus est.

Decimaquarta demonstratio.

Decimaquarta demonstratio ex sapiẽtia Christi deducta.

EVidẽs, atq; exploratũ argumẽtũ sapiẽtis est docere posse, cũ enim quis ad perfectionẽ scientiæ peruenerit, in prõptu est alios erudire, veluti cũ quis ad perfectã ætatẽ peruenerit potest filios generare, sed nullus alius Deus, vel homo à sæculo inuẽtus est, qui tam proficuã sapiẽtiã, qualis Christiana est, mortalibus attulerit, quiq; simul eam tam facilè docuerit. Philosophorũ nãq; doctrina obscura & magnis difficultatibus inuoluta, & infinitis erroribus perplexa, & lõgo tẽpore perceptibilis, & nõ omnibus hominibus cõmunis, quibus difficultatibus vel ipsi prẽceptores incerti, & anxij valdè torquentur, sicut de diuina prouidẽtia, de animæ immortalitate, de fine humanæ vitæ vltimo. At postquã sapientissimus

mus magister ac Saluator noster mũdo apparuit, non multo tẽporis interuallo vniuersus mũdus, de prouidetia, de bonitate Dei, de animæ immortalitate, de fine ac felicitate hominis, de medijs illuc ducẽtibus, & de alijs quam plurimis, quę ad verã rerũ diuinarũ cognitionẽm pertinebãt, adeò fuit illustratus, vt etiam in puerili ac imbecilla ætate vtriusque sexus christiani clarius hæc intelligãt, quàm pręclari Philosophi indefesso labore cognouerint, in hacq; doctrina ità immobiles fiũt, atq; constãtes, vt mille ad mortẽ vsq; tormẽta perpeti mallẽt, quàm minimũ christianę doctrinę documentũ negare. Certè si hominũ quempiã eorũ, qui agricultura apud Christianos viuũt, & ligone & aratro confectum interroges, de dogmate, dequo infinita quęrẽtes externi philosophi, & sermones multos impẽdẽtes nihil sanũ dicere potuerũt, sedulò ad cuncta cum multa respondebit sapientia. Etenim quòd animam habemus immortalem, quòd omniũ quæ hîc geruntur rationẽ reddere debemus, & tremendo assistere tribunali, & in mente sibi persuaserunt, & vitam omnem ad hanc spem constituerunt, & omni humana opinione superiores redditi sunt, & à diuina eruditi scriptura, q̃ vanitas vanitatum, & omnia vanitas, ad nihil eorũ, quæ videntur esse præclara, anhelant. Hi de Deo hæc philosophari norũt, quæ Deus mãdauit, quos si in cõparatione Philosophorũ discutias, videbis quanta sit horũ quidẽ sapiẽtia, quãta verò illorũ dementia. Cum enim ipsorũ quidã, nullã esse in rebus prouidẽtiã dicãt, neq; à Deo creatũ esse mundũ, neq; virtutẽ sibi sufficientẽ esse, sed opus esse pecunijs, & generositate, & multa alia his magis ridicula: Agricolæ verò nostri & de prouidẽtia & de iudicijs sequentibus, & de Dei creatione, qui ex his, quæ nõ erãt omnia produxit, & de alijs omnibus philosophẽtur, nihil omninò de peregrina sciẽtes disciplina, quis nõ illicò Dei potẽtiã & sapientiã discat, quæ illiteratos & idiotas multũ in sapiẽtia gloriantibus, tantò sapientiores demõstrauit, quãtò paruis puerulis viros præstãtes cernere datur? Erubescãt igitur Gentiles, abscõdãtur, & in suis demergantur philosophijs, & in sua sapientia. Apud ipsos enim, Philosophi per tẽpus, quo viuebãt, vix paucos & facilè numerabiles dogmata sua docere potuerunt, & vel exiguo deprehendente periculo hos perdiderũt. At Christus Magister de cœlo paucis annis totum mũdum ad veritatem conuertit, & innumeris nascentibus periculis, non tantum non est extincta doctrina, sed tunc maximè floruit, & incrementa suscepit.

Decimaquinta demonstratio.

Decimaquinta demonstratio de Christi Domini admirãda sapientia.

NOn est opus arduũ, neq; magnæ, & excellẽtis sapiẽtiæ sapiẽtes efficere homines docili, acutoq́; ingenio pręditos, & à natura rectè dispositos. At docere philosophari homines rudes, & agricolas, & inter armenta versãtes stultos, paruulos, hebetes, quin & mulierculas, & peccatores grauissimis peccatis inquinatos, meretricesq́; subito ad sapiẽtiã & vitæ rectitudinẽ trahere, humani ingenij vires exuperat. Verùm Iesus noster nõ minus ex prædictis omnibus innumeros, quã ex prudẽtissimis, & acutissimis, repentè, & ferè solo nutu mira quadam cordis compunctione mutauit, & quotidiè ab huiusmodi non cessat effectu. Quod non alius deorum hominumq́; vnquam effecit: Christi ergo sapientia, & doctrina omnibus est præferenda.

Decimasexta demonstratio.

Decimasexta demonstratio ex sapiẽtiæ Christi infinita virtute.

ILlud etiã demõstrat sapiẽtię Christi infinitã virtutẽ, nã signũ infinitæ, immẽsæq́; virtutis est absq; vllo naturali instrumẽto posse omnia naturæ opera efficere, & quolibet instrumento, posse quæcũq́; libuerit, vel etiã illi cõtraria educere. Nõ enim magnæ virtutis est in rebus naturalibus per media quæ à natura præstituta sunt, aliquid efficere, vt si admoto igne cõburas domũ, nõ arduũ feciſti opus, at si per cõtrarias causas, putà ex glacie aut niue ignẽ elicias, ex eaq́; incẽdiũ nutrias, sanè admirabile opus cẽseretur. Docere itaq́; sapiẽtiam per media, ingenio & naturæ humanæ cõsentanea, quod philosophi fecerunt, non eximiæ admirãdęq́; virtutis opus est. Sed per stultitiã mũdi, idest, per ea, quę apud homines stultissima existimãtur, tradere summã, & ineffabilẽ sapiẽtiã, & stultissima mũdi cõuertere in diuinæ sapiẽtiæ instrumẽta, maximãq́; in eis sapiẽtiã collocare, difficillimũ sanè opus, & diuinũ tantũmodò iudicãdũ. Quod si crucis horror, & opprobriũ vnà cũ subsannationibus, sputis, alapis, verberibus, tormẽtisq́;, quæ passus est Christus, cõsiderãtur, nihil hac cruce magis tetrũ, aut stultũ antequã Christus crucifigeretur, poterat inueniri: per ipsam verò Christus orbi terrarũ maximã cõtulit, & indidit sapiẽtiã, vt omnis christiana professio docet, & experiẽtia quotidiana testatur. Diuina est igitur Christi præceptoris nostri sapiẽtia, & omnibus modis admiranda.

Decimaseptima demõstratio.

Decimaseptima demõstratio, ex

SApiẽtia est rerũ diuinarũ sciẽtia, ac cognitio, ea igitur diuinior atq; præstantior est,

cõparatione sapiẽtiæ Christi, ad alias omniũ philosophorum scientias.

quæ de diuinis rebus exactius atq; perfectius instruit, sed nulla id magis peregit, quàm Christi sapiẽtia, ea igitur est omnibus alijs præferẽda. Quod in cõparatione Christi cæteri nihil sapiãt, euidẽs est ex scripturis, ante Christi aduẽtũ & extra eius doctrinã editis, quæ si Christianorũ libris, monumẽtisq; cõparẽtur, ridiculæ, insanæq; videntur. Nõ em̃ Philosophorũ sciẽtia quãlibet exacta, Deũ esse statuebat, sed Æsculapio, Herculi, Ioui, sceleratis hominib⁹ diuinos honores tribuebãt, de Dei prouidentia, de immortalitate animæ, de bonorũ ac malorũ finibus, de creatore rerũ miserè hallucinabãtur. De quibus omnibus agricolæ, & mulieres nostræ diuinè philosophãtur. Quinimò ad augẽdã philosophiã naturalẽ, plurimũ contulit doctrina christiana quæ rerũ diuinarum cognitionẽ, & peritiã adeò per vniuersum orbẽ diffudit, vt ferè nũc omnes Christũ cõfitẽtes, ea sciãt, ac doceãt, quæ à summis philosophis vix percipi poterãt. Deinceps post Apostolorũ prædicationẽ, detectis, & propalatis erroribus nõ secus erubuerũt magni philosophi, ac se purgare cõtenderũt, quasi nocte in stercora, cœnũq; immersi essent, superinfusa desuper luce immũditia suæ doctrinæ conspecta, pudore ac cõfusione correpti eã abstergere curarũt. Nã & Philosophi, & Poëtæ idolorũ cultũ, & aniles fabulas ac turpia deliramẽta erubescentes, inducta luce Christi, ad quam præ nimio fulgore caligauerunt, conati sunt mendacium fulcire mẽdacio, allegoricos sensus commiscẽtes cum viderent, se aliter Deorum suorũ turpitudinẽ, ac plæraq́ue flagitiosissima, ipsis quoq; hominibus nefaria, cælare, & honestare non posse.

Decimaoctaua demonstratio.

Decimaoctaua demonstratio ex modo procedendi diuinæ sapientiæ.

MVnus ac officiũ sapiẽtis est, nõ modo facilia, sed difficilia quoq; cognoscere, eaq́; docere posse, ab aduersarijsq́; defendere. De rebus verò diuinis difficiliora nemo proposuit, neq; faciliùs docuit, quã Christus, neq; paucos tantũ discipulos, sed vniuersum penè orbẽ instruxit, ab infinitis quoq; impugnatoribus dogmata sui magistri defendũt, vt quisquis, eorũ libros, rationesq́; legerit, hãc vnã perẽnẽ, & incõparabilẽ sapientiã esse, nullo modo dubitare possit. Neq; verò cõtra eam syllogisticis modò cõtẽtionibus, sed improperijs, minis, gladioq́; ad necẽ vsq; acerrimè pugnatũ est, ea quæ inuicta, & insuperabilis de his omnibus triumphauit. Profectò si aduersus philosophos, principes, ac Tyrãni, quemadmodũ cõtra Christianos, tormẽtis certassent, illos existimo, vel prima principia, ipsis sensibus euidentia negaturos. Christus verò magister noster, ea proponens, quæ ratione naturali indagari non valẽt, illa tamen & ab ipso gladio, & ab omni Philosophorum sapientia, iniuriaq́; defendens, solido in perpetuum robore confirmauit.

Decimanona demonstratio.

Decimanona demonstratio quæ ostẽdit christũ omniũ hominũ esse sapiẽtissimum.

DOctrina seruatoris nostri aut vera est, aut cõmẽtitia, si vera est, ea est vera sapiẽtia, si cõmẽtitiã dixeris esse, vel inde demõstratur Christũ Dñm fuisse omniũ sagacissimũ, ac sapiẽtissimũ, qui tã difficilia, & ardua exquisiuit, eaq́; mortalibus ità persuasit, vt nulla vel diuina, vel humana ratione, aut potestate infringi, destruiq́; potuerint. Christiani nãq; Doctores ipsi etiã Philosophi sciẽtiã profitẽtur, & ea quę docuit Christus quãquã ratione exuperẽt, philosophis tñ nõ repugnare, quin potius sciẽtias omnes ei seruire ostẽdũt, nec quemadmodum quidã rudes ac superstitiosi philosophiã, & veras sciẽtias reijciũt, & cõtẽnũt, sed omnia quæ benè dicta sunt, in ius suũ tanquam ab iniustis possessoribus sibi vẽdicãt. At quis adeò vel sapiens, vel astutus inueniri poterat, qui figmenta, mẽdacia, ac deliria aduersus omnes sapiẽtes tueretur, & cuilibet philosophiæ consona esse demõstraret? Profectò verum vero cõsonat, & falso omnia dissonãt. Si ergo philosophi difficulter ab aduersarijs verũ illæsum seruare, ac protegere potuerũt, quãtò minùs falsum viribus proprijs infirmũ à violẽta, & callida impugnatione defendẽt? Itaq́; cõstituto doctrinam hãc esse cõmẽtitiã, necesse est cõcludere Christũ fuisse omniũ sapientissimũ, sagacissimũq́;, qui per obscurissima atq; ardua documẽta homines ad se alliciens traxerit, & sacro quodam spiramine impulerit ad bene, beateq́; viuẽdũ. Sed cũ pugnantia inuicẽ stare nequeãt, vt falsa & vera concordent, ac per ea homines ad vitã studiosam & beatam dirigantur, oportet vtiq́; Christi fidem, ac doctrinam veram asserere, ipsumq́ue Christum cũctorum esse Deorum, hominumq́ue sapientissimum confiteri.

Vigesima demonstratio.

Vigesima demonstratio, de sapiẽtiæ Christi diuina perfectione.

MAximè sapiẽtis virtus apparet, quãdo ad finẽ, & ad vltimã perfectionẽ omnium sciẽtiarũ, suos discipulos perquàm breuivia perducit, sed solus hoc effecit Christus, ipse ergo solus maximè sapiẽs est iudicandus. Vniuersa em̃ sciẽtia aut rationalis est, aut realis, rationalis est Dialectica, Rhetorica, & Poësis, quarum sciẽtiarũ finis est ratiocinari, differere, persuadere, exhortari. Ad istũ finẽ breuissimo tẽpore Christus perduxit suos piscatores, qui virtute verbi Dei & prædicationis operati sunt in mũdo id

do id quod sapiẽtia humana nũquã fuit conse quuta. Sciẽtia realis aut est practica, aut speculatiua, si de practica sermo sit, Christus eam docuit adeò perfectè, vt sui discipuli in nullo opus habeãt, vt à philosophis doceantur. Si de speculatiua agamus de ea nimirũ, quę de rebus diuinis, inuestigat eã sic excellẽter, & superemi nenter docuit, vt Christianæ doctrinæ omnia dogmata philosophorũ cõparata, nugę sint, & nihilum. Ex his ergo consequẽs est Christum Dñm fuisse sapientissimũ, quippè qui tã facilè, & breuissimo tẽpore discipulos suos conduxit ad omnium scientiarum perfectionem.

Vigesimaprima demõstratio.

Vigesimaprima demonstratio ex sanctitate mandatorum legis Christi.

DEmõstrationẽ quoq; prębet euidẽter, q̃ nostra doctrina à Chro fundata vera sit, sanctitas mãdatorũ legis Chri, lege eñ Euãge lica nulla põt dari sanctior, neq; ad cõsequendũ summũ bonũ, verãq; felicitatẽ aptior. Hęc doctrina tenebras errorũ fugat, lucẽ diuinę veritatis affert, à cordibus hominũ voluptates, cupiditatesq; eradicat, impressoq; amore cœlestiũ suos auditores diuinos efficit. De sancti

Chrysosto. tate Christianæ doctrinę D. Chryso. in ser. de cruce sic inquit, Superba Roma, & fortes Gẽtiliũ animi magis legis nr̃æ sanctitate, Patrũq; nostrorũ exẽplis, quã miraculorũ magnitudi-

Lex Domini immaculata. ne ad Chri iugũ adducti sunt. Deniq; lex Dñi immaculata, conuertẽs animas, fidelis, sapiẽtiã pręstãs paruulis, recta, lętificans corda, lucidę, illuminãs oculos, vera, iustificata in semetipsa, dulcior super mel & fauũ, & in custodienda illa retributio multa, ergo est omni fide, & omni acceptione digniss ima. Pręter hęc sunt alia testimonia interna, quæ nemo nouit, nisi qui

Ioan. 6. accipit iuxta illud Ioã. 6. Nemo põt venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eũ. Et iterum omnis qui audit à patre, & discit venit ad

Psal. 4. me. Est etiã illud Psal. 4. Signatũ est super nos lumẽ vultus tui Dñe. Quod cõmodius de lumine supernaturali, quàm de naturali intelligi

Malach. 3. tur. Et Malac. 3. Cõuertimini, & videbitis, q̃d sit inter iustũ, & impiũ, notate verbũ, videbitis, id est, per experiẽtiã cognoscetis, & per gustũ. Huc etiã pertinet illud: Qui fecerit voluta tẽ patris mei, cognoscet de doctrina mea an ex Deo sit, cognoscet inquã, & gustabit, & dicet, quã dulcia faucibus meis eloquia tua, &c. Ad idẽ pertinet illud: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, à mãdatis tuis intellexi. Et illud: lucerna pedibus meis verbũ tuum, &c. Et iterũ: pręceptũ Dñi lucidũ illuminãs oculos. Et huiusmodi sunt innumera in sanctis scripturis, quibus significatur, quòd testimonia Domini credibilia facta sunt nimis.

Vigesimasecũda demõstratio.

Vigesimasecunda demonstratio ex efficacia & occulta energia diuinarũ scripturarum.

ILlud etiã est magnũ fidei nr̃æ argumẽtũ, q̃ scripturę sanctę, quibus potissimè fides nostra innititur nõ potuerũt nisi à Dei spiritu inspirari, si quidẽ legẽtẽ eas & earũ dilectorẽ, & studiosum vehemẽtissimè inflãmãt amore diuino, & ad cœlestia rapiunt, ità vt per eas homines efficiãtur quasi Dij terrena tãquã stercora relinquẽtes, & ad Dei speciẽ anhelantes, nihilq; in hoc mũdo apperentes, & nihil pertimescẽtes, vnanimiter in quodã rerũ vertice sæculo superiores stantes. Hoc igitur non potest esse nisi à Deo. Deus autem non est testis falsitatis. Ex dictis igitur efficaciter concludi tur Christum esse verum Deum, & verum hominem, sicut fides catholica docet. Et hæc sufficiant de demonstrationibus, quæ contra Gentiles afferri solent. Nunc cõtra Hebræos disputationem instituamus.

BREVIS DEMONSTRATIO *ex sanctis Scripturis contra Iudæos, quod Messias iam venerit, & quod is sit Iesus Nazarenus Deus benedictus.*

Quod Messias iam venerit cõtra Iudæos.

VT verò argumẽta huius demõstrationis rectè procedãt, duo principia sunt statuẽda, ex quibus demõstratio euidens apparebit. Primùm igitur statuẽdũ est pro certo Deũ designasse Messiã in illo Deut. 18. Prophetã susc itabo eis de medio fratrũ suorũ simile tui, & ponã verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autẽ verba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existã, &c. Deinde statuẽdũ est, q̃ Deus diligẽter & exactè prædixit cõditiones, quas habiturus erat Messias, quem vult, & præcipit ab omnibus audiendũ, ne cum venerit ignoretur, & in re tanti momenti deceptio cõtingat. Indicat planè tempus natiuitatis, locũ, modũ nascendi, dignitatem nascentis, vitã doctrinã, & prędicationem, virtutem, modũ moriendi, mortem, sepulturã, & ea, quæ post eius mortẽ sunt euentura. Si igitur omnia hæc inueniremus in vno homine cõcurrere secũdũ illũ ordinẽ, quem Deus prædixit, euidens vtiq; erit, quod ille est Messias, quem Deus in populi liberatorẽ, & redẽptorẽ promisit. Alioqui eñ Deus hominũ deceptor esset, sed illa omnia concurrunt in Iesu Nazareno: ergo ipse est Messias promissus. De tẽpore natiuitatis euidẽs est, quia Iesus tẽpore Herodis alienigenæ regis natus est, quo tẽpore Messias fuit à Deo promissus. Gen. 49. Vbi ait Dñs, nõ auferetur sceptrum

Conditiones, quas habiturus est verus Messias.

Deuter. 18.

Gene. 49.

sceptrum de Iuda,& dux de fœmore eius,do nec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiũ. Et multò euidentiùs pro nostra fide veritas Hebraica sic habet: nõ recedet sceptrũ de Iuda,& scriba,siue legumlator de medio pedũ eius,donec veniat Silo,idest, Messias,& ille erit congregatio populorũ, id est,Gentiũ. Hoc vatiniciũ varijs modis conãtur subuertere Iudæi. Quidã enim de Saule, quidam de Dauide, alij de Nabuchodonosor Babylonis rege interpretãtur. Sed quãquã cõtra Iudæos multa possint afferri ad probãdũ solũ de Messia locũ illũ esse intelligẽdũ, illud tamẽ satis erit cõtra eos adducere,nã trãslatio Chaldaica,quã appellãt Targũ,quæ apud eos tãtæ est autoritatis, vt nullus vnquã cõtradicere ausus sit,sic legit.Nõ auferetur habẽs potestatẽ de domo Iuda,nec scriba de filijs filiorũ eius vsq; in sæcula, donec veniat Messias, cuius est regnũ, & ipsi cõgregabũtur gentes, siue populi. Expresse hæc autoritas loquitur de Messia,& probat quod desideramus,& nõ solũ probat,sed etiã respõdet Iudæis dicentibus contra nos,quod sequeretur Messiã ante tẽpora Herodis venisse, quia ante hoc tẽpus fuit ablatũ sceptrũ de Iuda,maximè tẽpore captiuitatis Babylonicę,nã etsi tũc nõ habuerũt reges,tamẽ habuerũt duces,& habentes potestatẽ super populũ, sicut patet in Esdra, & in libris Machabæorum, & in alijs historijs.Sed obijciet forsitã aliquis,quia tempore Machabæorũ fuit ablatũ sceptrũ,vel habẽs potestatẽ de Iuda, nã tẽpore Machabæorũ tribus Leui, id est,sacerdotes regebant.Cui obiectioni satisfaciẽdũ est,vel dicẽdo,q̃ tribus Leui,& tribus regia,siue Iuda erãt permixtę,& ideo istę duæ simul mixtim regebant populũ Dei. Vel dicat Theologus,Machabæis existẽtibus ducibus fuisse iudices quosdã ex tribu Iuda, penes quos summa iudicãdi,ac decernẽdi potestas resideret, Qui Hebraicè,Zanedrin,Latinè verò Senatus, vt apud Romanos appellabatur. Vnde illud est,populus qui est Hierosolymis,senatusq;,& Iudas,&c.Sed dicet Theologus, quamobrẽ Propheta nõ dixit,donec veniat Messias,sed donec veniat Silo.Non ab re profectò sic loquutus est Propheta, in hoc enim apertè innuere voluit, Messiam à matre absq; patre nasciturũ, siue de matris materia absq; virili semine cõcipiẽdũ fuisse.Porrò donec veniat Silo,id est,filius eius exponitur, & est prophetia de Messia,deriuaturq; Silo à vocabulo Silya, quod est sacculus quidã,in quo manet infans in vtero matris, qui aliquãdo in scriptura pro embrione in matrice ponitur, vnde Silo in prædicta prophetia,idẽ est, q̃ filius mulieris.Ex quo palàm est ideo Prophetam dixisse, donec veniat Silo, vt ostenderet Messiã ipsum de matre absq; patre nasciturũ esse.Liquet quoq; ,q̃ in aduẽtu Messiæ regni Iudaici sceptrum omninò deficere debebat, quo tẽpore Christus natus est.De hoc tẽpore etiã habemus aliud vaticiniũ ex Daniele.c. 9. Septuaginta,inquit,hebdomades abbreuiatæ sunt super populũ tuũ,& super vrbẽ sanctam tuã, vt cõsummetur præuaricatio,& finẽ accipiat peccatũ,& deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia,& vngatur Sãctus sanctorũ. Quod vaticiniũ nõ potest exponi,nisi de Christo,& ita ab antiquissimis Hebræorum exponitur. Certè hebdomadæ in sacris eloquijs non nisi dupliciter accipi solent,vno quidẽ modo pro septẽ dierũ spatio,vt patet Leui.23. Quòd septẽ hebdomadæ sunt à festo Paschæ accipiẽdæ, quæ quadraginta nouẽ dies efficiunt, & quinquagesima die festũ est Pentecostes. Altero modo accipiũt diuinæ scripturæ pro septẽ annorũ spatio,vt est illud Leuit.25.Numerabis septẽ hebdomadas annorum, qui faciũt annos quadraginta nouẽ, & quinquagesimus annus immediatè sequẽs Iubileus esse prę cipitur, qui apud Iudæos remissionis erat annus. Cum igitur alius ab his duobus non inueniatur modus, quo hebdomada accipiatur in sacris literis,nec possit in prædictis Danielis verbis hebdomada pro septẽ dierũ spatio accipi, quia sic tota Danielis prophetia infra annũ,& dimidiũ cõpleta fuisset,pro septem igitur annorum curriculo accipiatur necesse est. Cum igitur hoc tẽpus annorũ, & hebdomadarum iam trãsierit,vt manifestũ est,quia est tempus solũ quadringẽtorũ nonaginta annorũ, patet quòd Iudæi non debẽt amplius expectare Messiã suũ.Patet rursum,quomodò hoc tempus indicat planè tẽpus natiuitatis Iesu Nazareni.Nam, vt ex historijs cõstat,hoc tẽpus habuit finẽ circa tẽpora Herodis,quando Christus natus est,passus est, & resurrexit. Verum est tamẽ q̃ Iudæi faciũt longiores hebdomadas,videlicet,septẽ centenariorũ, seu decadũ. Sed hoc sine ratione,& sine scripturarũ autoritate faciunt,sequiturq; ex eorum assertis, & inuẽtionibus, quòd prædictę hebdomadę essent incertæ, & sic prophetia nihil nobis certi diceret, quod est inconueniens. Si enim pro libito quis referat hebdomadas ad cẽtenariorũ hebdomadas, vel longiores faciat pro suo cerebro, perit omninò prophetiæ certitudo. Et idcirco Iudæi extorquẽt, & destruũt scripturas in propriam damnationẽ. Quam enim scripturam non possunt homines proterui malè

Quomodo cõditiones prædictæ adeò de Messia christo cõuenerunt.

Gene.49.

Translatio Chaldaica.

De tẽpore natiuitatis Christũ.

Sceptrũ de Iuda quomodo non fuerit ablatum tempore Machabæorũ exponitur.

Silo quid significet in scripturis.

Daniel.9.

Hebdomadæ quomodo accipiantur in sacris literis.

Leuit.23.

Leuit.25.

malè torquere, & exponere, quandò ex malitia, & proteruia peccãt? Hæc de tempore sufficiant, cætera prosequamur. Certè Iesus Nazarenus in Bethlehẽ natus est, at in hoc loco oriundũ esse Messiã palàm testatur Michęas, ca. 5. inquiẽs: Et tu Bethlehẽ Effrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus ęternitatis. De modo nascẽdi scriptura diuina apertè docet, q̃ debet esse mirabilis, nã Esaias. c. 53. ait: Generationẽ eius quis enarrabit? Et ideo aliquãdò dicitur, quod est filius Dei, iuxta illud Psal. 2. Dixit Dominus ad me, filius meus es tu, ego hodie genuite. Id est, æternaliter. & in Psal. 109. ex vtero ante luciferũ genui te. Aliquãdo de eo scriptum est, quod erit filius virginis, vt patet in illo Esa. 7. Ecce virgo cõcipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emanuel, quod nomẽ interpretatũ sonat, nobiscũ Deus. Hoc autem de Iesu Nazareno vbiq; prædicatum fuit, & signis, & prodigijs cõfirmatũ. De dignitate eius habemus planè ex sacris eloquijs, q̃ Messias esset verus Deus & homo, sicut de Iesu fuit prædicatũ, & miraculis, & prodigijs cõtestatũ. Nam Michæas in prædicta autoritate sic loquitur: Egressus eius à diebus æternitatis, dum enim dicit, egressus eius à diebus æternitatis, planè significat substãtiã, quę ante sæcula fuit. Cum autẽ dicit, egredietur dux qui regat populum meũ Israel, natiuitatẽ secundum carnẽ docet. Dicit Propheta, egressus eius in numero multitudinis, quia sunt duo Messię egressus, vnus est diuinitatis, quæ est æterna, & ideo dicitur à diebus æternitatis, alter humanitatis secundum quam natus est temporaliter. Alius Propheta nẽpè Esaias. c. 9. sic ait, Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerũ eius, & vocabitur nomen eius, admirabilis, cõsiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Hæc de puro homine nemo dicat: nam nullus hominũ vnquã etiã ab ipso sæculo dictus est Deus fortis, sicut nec pater futuri sæculi, nec princeps pacis. Huic cõcinit Hierem. c. 23. In diebus illis Saluabitur Iuda, & Israel habitabit cõfidenter, & hoc est nomẽ, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster, vbi Hebraica veritas habet nomẽ Dei tetragrammaton. Explicat idẽ mysterium Baruc. ca. 3. suæ prophetiæ his verbis, Hic Deus noster, nõ cõferetur alius ad illũ, inuenit omnem viã scientiæ, & dedit ipsam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo, posthæc in terra visus est, & cum hominibus cõuersatus est. De vita eius, & modo quo inter homines conuersatus est planè habetur in

De loco vbi Christus natus est. Mich. 5.

De modo nascendi. Esaiæ. 53. Psal. 2. Psal. 109. Esaiæ. 7.

De dignitate Christi.

Esai. 9.

Hiere. 23.

Baruc. 3.

De vita Christi.

diuinis eloquijs: nam vita eius secũdum scripturas loquẽdo de primo aduentu debet esse in paupertate iuxta illud Zachar. 9. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator: ipse pauper ascendens super asinã, & super pullum filium asinæ. Vita etiã Iesu fuit in paupertate, & etiã ingressus est in Hierusalem super asinã, & pullum. De doctrina autem eius fuit Prophetatũ quòd prædicabit remissionem peccatorum, & apertionẽ regni cœlorum, Esai. 61. Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me, ad annunciandũ mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarẽ captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, &c. Hoc etiam expressè fecit Iesus, & quotidie facit eius Ecclesia. Doctrina autẽ eius in nulla re discordat cum Prophetis. De virtute autem eius, quòd multa miracula faciet, iuxta illud Esai. 35. Tunc, inquit, aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Miracula etiam quæ fecit Iesus quot, & quanta fuerint, totus mundus nouit, ità, vt dubitari nõ possit, quòd ipse fuerit verus Messias. De passione Domini expressiùs, & euidentiùs loquuntur scripturæ diuinæ, & vt à principio exordiamur libet illud repetere, quod erat prædictũ à Zacharia, asino illum in ciuitatem ingressurum Zacharia sic dicente; Gaude valde filia Sion, prædica filia Hierusalem: Ecce rex tuus venit mansuetus ascẽdens super subiugalem, & pullum nouum. Eiecit vendentes columbas, & nummularios, faciens hoc zelo domus Dei, & ostendẽs quòd non sit contrarius Deo, idem sentiendo quod pater: vndè & iustè vindicabat, quia facta erat domus Patris, domus negotiationis. Cuius rei conscius Propheta, mentem, qua faciebat, prędixit in hunc modum: Zelus domus tuæ comedit me. Quid hoc euidentiùs dici potuit? Tradendus erat à participe mensæ suæ proditorẽ agente. Vide quomodo & illum reuelauerit Propheta: Qui comedit, ait, panem meũ, magnificauit super me calcaneum. Considera itẽ, quàm consonet Euãgelium: Qui intinxit, ait, mecum manum suam in catinũ, ille me tradet. Erat autem illum traditurus non simpliciter, sed vendens sanguinem pretiosum, & pro illo pecuniam accipiens. Et neque hoc subticuit Propheta, demõstrans consona, & impudentia illorũ cõsilia, ac sermones, quos inter se cõferebant. Nam ille dicebat: Quid vultis mihi dare, & ego vobis illum tradã? Isti verò respõdebãt: Triginta argẽteos. In ęnigmate dicit; Os peccatoris, & dolosi super me apertũ est. Proditor ille dãnans seipsum ob peccata, quæ fecerat, argẽteos abiecit, & ad laqueũ currens vitã finiuit,

Zach. 9.

De doctrina Christi Domini. Esa. 61.

De virtute & miraculis Christi. Esai. 35.

De passione Dñi.

finiuit, fecitq; vxorẽ ſuã viduã, & filios orphanos, & domũ deſertã. Vide ergo quomodò & hanc tragicã calamitatẽ Propheta annunciat, dicẽs; Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Commoueantur vſquequo eijciantur à ſcrutãtibus domus eorũ. Et poſt illum factus eſt Apoſtolus quidã Mathias, & iſtud ipſum etiã præcinuit, dicẽs; Epiſcopatũ eius accipiat alter. Tradito Ieſu, & cõprehenſo voluntariè coactũ eſt concilium iniquitate plenũ conuenientibus Iudæis, & Gentibus, Vides, quomodò etiã hoc prædixerit Propheta, dicẽs; Quare fremuerũt gentes, & populi: vſque, abijciamus à nobis iugũ ipſorũ. Quæ vox eſt eadem cum illa, quam clamauerũt cũ Pilato dicente; Regem veſtrũ crucifigã? reſpõderũt, Nos regem nõ habemus niſi Cæſarẽ. Ad hæc quoq; prædixerũt, & multos alios ſermones, & accuſationes, quas interim miſcebant. Silebat Ieſus, & ſilentiũ quoq; Eſaias dixit; Sicut ouis ad occiſionẽ ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente mutus, ſic nõ aperuit os ſuũ. Poſteà corruptã ſententiã mõſtrãs, in humilitate ſua iudicium illius ſublatũ eſt, ait: hoc eſt, nullus illi iuſta iudicauit. Poſteà & cauſam cædis dicit: nam ſuorũ peccatorum gratia nõ eſt paſſus, quæ paſſus eſt. Immaculatus enim, & innoxius erat, ſed pro mundi malis traditus eſt. Vide, quomodò duo hæc aperuerit, cùm dixit; Peccatum nõ fecit, neq; inuẽtus eſt dolus in ore eius. Cuius ergo gratia occiſus eſt? Pro iniquitatibus populi ad mortem venit. Quid lucri à cruce, & morte illa? Bona, quibus nunc gaudemus, peccati interitus, vulnerũ animæ emẽdatio, cura & medicina mirabilis, ac rara. Quod & ipſum quomodo prædicat, vide, dicit enim; Omnes ſicut oues errauimus, vnuſquiſq; in viã ſuã aberrauit, & diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, liuore eius nos curati ſumus. Adhæc, & Iudæi pœnas daturi erãt pro flagitijs ſuis. Vide quomodò hoc manifeſtauit, dicẽs; Dabo malos pro ſepultura eius, diuites pro morte eius: quod Dauid cum dixiſſet, Abijciamus à nobis iugũ ipſorum, adijcit: Qui habitat in cœlis irridebit eos: tũc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo cõturbabit eos. Quibus ſignificat diſperſionẽ eorũ in omnes gentes in toto orbe. Quod & in Euangelijs declarãs, dicebat; Eos autẽ qui me ſuper ſe regnare nolebant, adducite huc, & occidite eos ante me. Prętereà, qui prænũciauerũt mortem, neq; mortis genus ſiluerũt, ſic dicentes; Foderũt manus meas, & pedes meos, dinumerauerũt omnia oſſa mea. Inſuper & aliam poſt crucifixionẽ iniquitatẽ nõ tacuerũt, dicentes; Partiti ſunt ſibi veſtimẽta mea, & ſuper veſtẽ meã miſerunt ſortem. Conſequenter ſepelien dus erat, quod ſic manifeſtatũ: Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, & in vmbra mortis. Funeris quoq; pompã nõ tranſiuerũt ſilentio: nempè, ꝙ mulieres attulerũt myrrhã, guttam, & caſsiã. Audi quid dicat Propheta; Myrrha, & gutta, & caſsia à veſtimentis tuis, ex quibus lætificauerũt te filiæ regũ in honore ſuo. De ſepulchro autẽ eius Eſaias. c. 9. Vbi loquitur de Meſsia, ſic ait, In die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſignũ populorũ, ipſum gentes deprecabũtur, & erit ſepulchrũ eius glorioſum. Quàm fuerit autẽ glorioſum ſepulchrũ Ieſu, Ioſeph nobilis, & Nicodemus declarãt, & adoratio omniũ populorũ, qui ab extremis finibus mũdi profecti ſunt ad adorandum ſepulchrũ Ieſu Nazareni. De his autẽ quæ ventura erãt poſt eius mortẽ multa ſanè ſunt, ſed non expedit omnia enarrare, ne lõgitudo faſtidiũ generet. Sufficiat autẽ pauca de multis patefacere. Primò, exaltatio crucis iuxta autoritatẽ prælegatã Eſaiæ. Stat, inquit, ſignũ populorum. Et hoc figuratũ fuit in ſerpẽte, quẽ exaltauit Moyſes in deſerto: & in litera, Thau, de qua loquitur Ezech. c. 9. Ita, vt poſsit dici illud, quod dicitur. c. 17. eiuſdẽ Ezechielis. Ego Dominus humiliaui lignũ ſublime, & exaltaui lignũ humile. Secũdò, reprobatio Iudæorũ in multis locis præſertim Oſeæ. c. 3. Dies multos, inquit, expectabis me. Non fornicaberis, & nõ eris viro, ſed & ego expectabo te. Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, & ſine Principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephod, & ſine teraphin. Patet autem etiã nũc hoc eſſe impletũ. Quia iam præterierunt pluſquã mille, & quingenti anni, ꝙ ſic iacent deſpecti. De vocatione verò Gentium Eſaias vbiq; plenus eſt, & liber Pſalmorum, & alij quoq; Prophetæ multa de hac vocatione gentiũ prædixerũt. Vnde Malach. c. 1. dicitur; Nõ eſt mihi volũtas in vobis dicit Dominus exercituũ, & munus non ſuſcipiã de manu veſtra. Ab ortu enim Solis vſq; ad occaſum magnũ eſt nomen meũ in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnũ eſt nomen meũ in Gentibus, dicit Dominus exercituũ. Quis autem non videt, quòd temporibus noſtris prophetia hęc impleta eſt? In ipſo quoq; noui nominis Chriſtianitatis appellatio prædicta fuit. Eſai. c. 62. vbi ait: Et vocabitur tibi nomẽ nouum, quod os Domini nominauit. Cũ omnia iſta, quę diximus in Ieſu concordent, patet, ꝙ Ieſus eſt verus Meſsias, & ſic fides noſtra vera eſt, & Iudæi ſunt in errore. Sed operæpretiũ erit confutare argumenta, quę Iudæi obijciũt aduerſus

Eſai. 9.

Ezech. 9.

Oſeæ. 3.

Malac. 1.

Eſai. 62.

Iudæorũ argumẽta cõtra propoſitã veritatẽ.

aduersus nos, volentes probare, q̃ Iesus Nazarenus non fuerit Messias, cùm Messias ipse nondum venerit. Primùm sic argumentãtur, Esai.2. cùm Esaias dicat ca.2. Erit in nouissimis diebus. manifestè loquẽs de aduentu Messię, consequens est, Messiam in fine dierũ venturum, sed Iesus non venit in fine dierũ, cùm multi dies post eius aduentum trãsacti fuerint: ergo non fuit ipse Messias. Deindè verò ipse idem Propheta ait; Et erit præparatus mons domus Domini in vertice mõtiũ. Hoc certè, inquiũt Iudæi, nondum accidit, adhuc enim nõ videmus montẽ tẽpli Domini supra capita mõtiũ eleuari. Tertiò sic, cùm Propheta ait: Et fluent ad eum omnes gentes. apertè indicat omnes gentes ad Messiã fluxuras, cùm igitur ad Iesum Nazarenum nõ omnes gentes confluxerint: non enim Sarraceni, non Tartari, non alij multi ad eius fidem cõcurrunt, ergo Christus Iesus non est Messias. Prætereà, cum inquit Propheta: Et cõflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, non leuabit gens contra gentẽ gladiũ, nec exercebũtur vltrà ad præliũ. Ex his, inquiunt Iudæi, patet, q̃ tanta pax in diebus Messiæ futura erat, vt homines arma bellica in agriculturæ instrumẽta cõuerterent, & quòd gens in gentẽ nõ leuaret vltrà gladium, & per consequens pax illa sine fine duratura erat. Cùm igitur nihil tale hactenus fieri contigerit, imò postquam Christus Dominus venit, ita gesta sunt bella sicut antea, & fortassis multò plura, multoq́; maiora prælia exarserunt: igitur ipse non fuit Messias. Addu cunt subindè contra nos & illa eiusdem Isaiæ Esaiæ.11. verba, cùm.11.cap. sic iterum ait, Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientię, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neq; secũdum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mãsuetis terræ. Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborũ eius, & fides cinctoriũ renum eius. Habitabit lupus cum agno, & pardus cũ hœdo accubabit. Vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur: & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & vrsus pascẽtur, simulq́; requiescẽt catuli eorũ. Leo quasi bos comedet paleas, & delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manũ suam mittet: at hoc nõ est impletũ. Aiunt prętereà Iudæi, q̃ tẽpore Messiæ solus Israel est saluãdus, quia dicitur Esai.c.60. Ecce tenebrę operiẽt terrã, & caligo populos, super te autẽ orietur Dñs, & gloria eius in te videbitur. Hoc autẽ nõ est impletũ, ergo nõ venit Messias. Dicũt etiã, quòd tẽpore illo totus Israel est saluandus, quod non est factũ: nam Michæę.c.2. dicitur: Congregatione congregabo Iacob totum, & in vnum conducã reliquias Israel. Et Deut.c.30. Si ad cardines cœli fueris disipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, &c. Item dicunt, quòd tempore Messiæ, gentes nõ assumentur ad eandẽ dignitatẽ, ad quam ipsi sunt assumendi, sed erunt serui Iudæorum, & ancillæ: quia Esaias.c.14. dicit: Adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Et subdit, & possidebit eos domus Israel super terram Domini in seruos, & ancillas, &c. Adducunt etiã cõtra nos illud Hieremiæ.3.cap. In tempore illo, inquit, vocabunt Hierusalem solium Domini, & cõgregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Hierusalem. Quod adhuc nõ videtur esse cõpletum. Aiunt etiã, quòd Christus debet tẽpore suo auferre omnẽ potestatẽ, ita, vt ipsi soli detur omnis honor, & gloria, vt patet Danielis.c.7. Prætereà dicũt, quòd lex mutari non debet tẽpore Messiæ, quia frequẽter dicitur in lege. Legitimũ sempiternũ erit vobis. Et alia huiusmodi verba, quæ indicant legem semper duraturã. Item dicunt, quòd antequã veniat Messias præcedet Elias, iuxta illud Malachiæ vltimo, Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetã, antequã veniat dies Domini magnus, & horribilis. Dicunt quoq́ue quòd Iesus non potuit esse Messias, quia prædicauit Trinitatem faciens tres Deos, quos ignorauerunt patres nostri, contra illud quod dicitur Deut. 13. Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum, atque portentũ, & euenerit quod loquutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, non audies verba Prophetæ illius. Obijciunt prætereà Iudæi contra nos, & cõtra Dominũ nostrũ verum Messiã aliud argumẽtũ ob ea, quæ de Gog, & Magog in sacris literis leguntur, & præsertim apud Ezec. c.38. Cùm enim Ezech.38. Gog nõ sit interẽptus, & Magog nõdum expugnatus, videtur q̃ Messias adhuc non venerit. Vltimò obijciũt nobis q̃ Iesus Nazarenus nõ fuerit verus Messias, quia nõ reliquit post se semẽ, nec habuit filios. Nã de vero Messia dicitur apud Esai.53.c. Videbit semẽ lõgæuũ, Esai.53. &c. Et Psal.88. Et ponã in ęternum semẽ eius, Psal.88. & thronũ eius tãquã dies cœli. Ad hæc obiecta Iudæorũ, breui sermone satisfaciendũ est.

¶ Ad

Ad 1. argu. ¶Ad primum dicimus, quòd nulla ratio aut scriptura cogit per finem, vel nouissimũ dierum in supradictis verbis finem mũdi, vel hominũ designari. Nam & Gen. 49. nouissimos dies legimus, conuocante Iacob filios suos, atque dicente: Venite, vt annunciem vobis, quid futurum sit in nouissimis diebus: posteà ad Iudam, de cuius semine ortus est Christus dixit: Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat cui repositum, & ipse erit expectatio Gentiũ. In his nouissimis diebus erit hora nouissima de qua Ioãnes Apostolus loquitur: Filioli mei nouissima hora est. Tempus itaque Christi nouissimum, & vltimum tempus est, ad Christum enim spectat omnis prophetia, imò secũdum Hebræos, vbi in Prophetis inuenitur, in nouissimis diebus, id de tempore Messiæ intelligendum esse existimant. De nouissima hora scripsit Augustinus. Epistolã vnã ad Hesychium, qua quid per nouissimã horã in scripturis intelligatur, multis verbis docet. Dicunt etiam Hebræi, quòd fines dierũ, de quo Prophetæ loquũtur, est secũdi templi tẽpus, & status, in quo & omne eorũ bonũ euanuit, & omne irreuocabile malũ super eos venit. Tunc enim finita die venit vesperum, quod finis est diei, solq; eorũ occidit, ceciderunt super eos tenebræ, quia Messiã Domini negauerũt. De qua expositione videndus est Galatinus lib. 5. de arcanis catholicæ veritatis. c. 2. ¶Ad secundũ obiectũ dicẽdum est, q̃ per montẽ secũdum interpretationẽ Sanctorũ Patrũ Hieronymi, Augustini, Cypriani, Basilij, Gregorij, Tertulliani intelligitur Christus Dominus, sine manibus pręcisus, implens omnẽ terrã, apud Danielem ostẽsus, excelsus inuẽtus super omnes sanctos. Vel per mõtem Domini intelligitur Ecclesia, quæ collocabitur in cacumine montium, id est, erit altissima, & exaltabitur suprà colles alios: plura siquidem signa in ea ædentur, quàm in Synai, quam Ecclesiã Sion infra Hierusalem Propheta appellitat. Prædicit ergo his verbis Esaias Ecclesiam Christi ex gentibus in magnam congregandam esse multitudinem, idq; prædicatione nouæ legis. ¶Ad tertium obiectũ Augustini de ciuit. Dei lib. 10. cã. 32. ex hoc loco probat, Euãgeliũ nõ vnius gentis esse, sed vniuersarũ gentiũ, & verbum Domini nõ mansisse in Sion, nec in Hierusalem, sed se per omnes gẽtes diffudisse, & hoc esse quod Dominus dixit, oportuisse cõpleri quæ scripta sunt in lege, & Prophetis, Christũ pati, & resurgere, & prædicari in nomine eius pœnitẽtiã in omnes gentes, incipiẽtibus Apostolis prædicationẽ ab Hierusalẽm. Origenes contra Celsum lib. 5. In hanc domũ Dei, hoc est, in Ecclesiã gentes omnes cõueniemus, & gentes tam multę ambulabimus, & ad diuinũ cultũ, qui per Iesum nobis illuxerit, nos hortabimur. Et hom. 5. in diuersos, hoc esse putat quòd Dominus dixit: Dico vobis, q̃ multi ab Oriente, & Occidẽte veniẽt, & recũbent cum Abrahã, Isaac, & Iacob, Et cũ illo: Alias oues habeo, quę nõ sunt ex hoc ouili. Sed vt euidẽtiùs hoc obiectum refellamus, sciẽdum est, q̃ hęc dictio, omnis, in sanctis scripturis sępè numero non pro omnibus, ac singulis, sed pro multis, & quã plurimis accipitur. Qua de re multa in sancta scriptura reperiẽtur exempla, quæ quidẽ loquẽdi forma à cæteris omnibus seruari solet. Cùm enim pars hominũ magna alicuius ciuitatis ad spectaculum aliquod vadit, totã ciuitatẽ, aut omnes homines ipsius, vel etiam totum mundum eò cõcurrisse dicimus, quòd autẽ hoc in loco similis sit loquutionis formula, ita vt sensus sit, fluent ad eum omnes gentes, id est, quamplurimæ, ex ipsius Esaiæ verbis patenter ostẽditur, nam cùm dixisset, Et fluent ad eum omnes gentes, statim seipsum, quasi exponẽs, subiecit: Et ibunt populi multi. Hinc Michæas, qui eodẽ tempore cum Esaia prophetauit, hæc eadem verba referens, Esaiam ipsum ita hoc sensu fuisse loquutum ostendit, in quarto capite dicens; Et fluent ad eum populi, & ibunt gentes multæ. Ex his igitur, quæ dicta sunt, apertè liquet hoc Esaiæ vaticinium, quod Iudæi nobis opponunt, Et fluent ad eum omnes gentes, in Saluatore nostro fuisse completum, cùm nullus quantumcumq; peruersus inficiari possit populos multos, genteſq; innumeras ad eum gressibus fidei cõfluxisse. ¶Ad quartum obiectum dicendum, quòd in his verbis prædicit Esaias pacẽ, quã allaturus erat Christus orbi terrarũ, quam quia nõ intelligunt Iudæi; obijciunt perpetuò hunc locum Christianis; quãdo, scilicet, tẽpore Christi nostri impletus fuerit, præsertim cùm post eius aduẽtũ plura, & maiora bella in mũdo fuerint, quàm antea. Sed horum obiectio facilè confutatur per id, quod Propheta dicit, docebit nos vias suas, ideo qui docti fuerint à Christo, illi nõ belligerabũt, nec discẽt vltrà prælių, præsertim in re sua & priuata, cùm & palliũ auferẽti, tunicã etiã parati sunt tradere, & obuertere maxillã dextrã percutiẽti sinistrã. Gestat tamẽ nihilominus magistratus gladiũ, sed ad defensionẽ eorũ, qui ab iniquis opprimũtur. Itaq; de spirituali pace loquitur Propheta præcipuè, sed etiã de temporali intelligit quæ fuit tempore Christi vsque ad destructionem Hierusalem.

Gene. 49.

Augu. epist. 78.

Galatinus.

Ad 2. argu.

Ad 3. argu. August.

Origenes.

Micheæ. 4.

Ad 4. argu.

¶Ad

Ad 5. argu. ¶ Ad quintum obiectum respondetur, quòd
Eusebius. Euseb. Cæs. lib. 2. de demonstra. Euang. c. 41. de Gentibus, quæ vocatæ sunt ad fidem, hæc explanat, quæ in scriptura bestiæ, & belluę nominãtur, & serpẽtes venenatæ, & ibi satis fusè hunc locum explanat. Et lib. 3. capit. 2. docet hoc loco prædici à Propheta feros gentium mores, recepta fide mutãdos in mores mãsuetissimos. Et lib. 7. demonstrat. 8. Hæc allegoria, inquit, significat Gentiũ mores efferos, & agrestes, Christi prædicatione mutandos. Et per allegoriam hæc dicta sunt, vt radix Iesse, virga, flos, cingulũ iustitiæ, & veritatis, quod aliter intelligi nisi per allegoriã nullo modo possint. Quæ omnia dicit Eusebius, & quę in hoc loco prędicũtur, signa sunt aduẽtus Christi. Vnum enim signũ erat, oriturũ Dominũ de rãdice Iesse; secundum, Spiritum sanctum descẽsurum, & mansurũ super Christũ, quod secundum signũ datũ est D. Ioanni, vt Christum agnosceret; tertium signum, non iudicaturũ homines pro gloria, & pro fastu. Quod completũ est, cùm diceret; Væ vobis scribæ, &c. vt obiurgaret Iudæos in defensione discipulorũ suorũ, & reliqua quæ diximus. Ideò,
Origenes. vt Orig. ait lib. 4. Periarc. c. 2. Iudæi postulabant hæc signa compleri, vt lupus habitaret cum agno, vitulus & taurus simul pascerẽtur, & cùm nihil horũ gestũ esse secundũ historiã viderent, in quibus præcipua signa aduentus Christi obseruanda credebant, non recepẽre Christum, quin illum affecẽre cruce: sic autẽ hoc dictũ esse docet Orig. in Gen. c. 6. hom. 2 vt illud quod dictum est Petro in illa visione, in qua omnia quadrupedia, & bestię terræ intra vnum fidei linteũ continebantur, quatuor Euangeliorum initijs alligatum, quibus significabatur homines agrestes, & feris moribus, qui nihilò distabant à serpẽtibus venenatis, à belluis immanibus, mutãdos in sanctos viros.
Hieronym. Idem ait D. Hieronym. & refellit Iudæos eisdẽ
Procopius. rationibus quibus Eusebius. Procopius, in Ecclesia, inquit, vitulus, leo, & pardus mutatis ferinis moribus simul pascentur, eiusdem spiritualis escæ participes, id est, Reges & Principes viri, dimisso illo fastu, & fœditate simul
Ambros. cũ pauperibus versabũtur. Ambr. in Psal. 118. in illud, Et respõdebo, &c. Lupi, inquit, sunt persequutores, sancti agni: lupus erat Paulus, Apostolus factus est. Quis cum hoc lupo nõ
Ad 6. argu. gaudeat versari? ¶ Ad sextum obiectum dicẽdum est illud vaticiniũ impletũ esse, quando Iesus natus est vsq; ad publicationẽ Euangelij, quia tũc gentes in tenebris fuerũt. Verùm ex hoc non sequitur, quòd solus Israel sit saluandus. Postmodum enim prædicato Euangelio discussa est erroris nebula, & dissolutæ sunt tenebræ, quæ omnes nationes occupauerãt. Vndè statim subditur: Et ambulabũt gentes in lumine tuo, &c. ¶ Ad septimũ obiectũ Ad 7. argu.
dicendum est, quòd in vaticinio Micheæ per totum Iacob intelligendi sunt electi sicut solemus dicere: Tota ciuitas hoc fecit, quandò principaliores de ciuitate fecerũt, alioqui scriptura sancta fallax esset, quæ in multis locis prædicit impugnationẽ Iudæorum aduersus Christum & eorum reprobationem. Vnde in Psal. 68. dicitur: Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ, deleantur de libro viuentiũ, &c. Illud autẽ quod adducitur ex Deut. facilem habet explicationem, intelligitur enim si præcepta diuina seruauerint, vt patebit textum intuenti. Vel dicatur, & hæc est verior solutio, quòd textus sacer loquitur de Iudæorum congregatione, & reditu ex Babylonica captiuitate. Tempore enim Neemiæ, & Esdræ, nutu Dei Iudæi à Cyro Rege Persarum redeundi facultate accepta congregati fuerunt, reuersique sunt ad terram suam, quicunque reuerti voluerunt, vt habetur in fine Paralip. & in principio Esdrę, de qua etiam congregatione, & reditu fit euidens sermo Ezech. 39. Sed instant Iudæi di- Ezec. 39.
centes, quòd Ezechielis capite iam citato dicit Dominus: Et congregabo eos super terram suam, & nõ relinquam ex eis quempiam ibi, cùm igitur, inquiunt, nõ omnis Israel tempore Esdræ ad terram suam congregatus fuerit, palàm liquet Prophetiam hanc nondum impletam esse, sed Iudæos in hoc & falsiloquos esse, & Deo ingratos, Esdras ipse apertè ostendit in fine secundi capitis libri sui, & in principio tertij capitis. ¶ Ad octauum obie- Ad 8. argu.
ctum breuiter respõdeo, quòd autoritas commemorata ad literã nõ exponitur de Messia, sed deliberatione à captiuitate Babylonica, & de destructione Regni Chaldæorum. ¶ Ad Ad 9. argu.
nonum dicendum est, quòd si prædictũ vaticiniũ exponimus de Messia, necesse est secundum scripturas per Hierusalẽ intelligi Ecclesiam Christi, siquidẽ post aduentum Messiæ prædicitur destructio materialis Hierusalem, vt patet ex illo Danielis. 9. & post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & nõ Daniel. 9.
erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem & Sanctuarium dissipabit populus cum duce vẽturo. Et subdit: Et vsque ad consummationem, & finem perseuerabit desolatio. Ad eundem modum potest dici, quòd templum quod promittitur tempore Messiæ ædificandum Ezechie. 41. intelligitur spiri- Ezech. 41.
tualiter, & idem dicendum est ad id quod

opponunt

Zacha. 6. opponunt nobis Iudæi ex Zach. c. 6. sic dicen te: Sic dixit Deus exercituum, germen est no men eius, &c. & ædificabit templum Dei. Ad
Ad 10. arg. decimum respondetur, illud vaticinium Danielis adimplendum esse in secundo aduentu, alioqui scriptura sibi ipsi aduersaretur, cũ alibi dicat Christum venturum pauperem, &
Ad 11. arg. ignominiosè moriturum. Ad vndecimũ respondetur, quòd impudenter Iudæi obijciunt nobis, legem mutari non debere tẽpore Messiæ, cùm apertè dicatur Hieremiæ. 31. Ecce
Hiere. 31. dies veniẽt, dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, nõ secũ dum pactum, quod pepigi cum patribus vestris, &c. igitur dicendum est, quòd sempiternum accipitur pro longo tempore: sicut dicũ tur montes æterni: vel quia in sempiternum non debet mutari, nisi Deus aliter ordinet: vel dicendum est, quòd non est mutata, sed exposita, & meliùs intellecta, & obseruata quàm priùs, quantò sensus spiritualis est me-
Ad 12. arg. lior literali. Ad duodecimum dicendum euidens esse, quòd in illa prophetia commemorata sermo sit de secundo aduẽtu, non de pri-
Ad 13. arg. mo. Ad decimumtertium dicimus breuiter, & confitemur, quòd Trinitas est vnus Deus, & non tres Dij, & nõ alius Deus ab eo, quem Patres eorum prædicauerunt, de quo vberiùs tractant Theologi in materia sanctissimę Tri-
Ad 14. arg. nitatis. Ad decimumquartum, in quo dicunt Iudæi, quòd Messias adhuc non venerit, quia nõdum Gog interemptus est, neque Magog expugnatus, dicẽdum est breuiter, quòd quidam ex Hebræis, dicunt Gog esse Regis nomen, qui Magog imperat, id est, Scythis. Veritas tamen est, quòd Gog, & Magog designãt in sacris literis Antichristum, & eius mẽbra. De spirituali igitur Gog hęc intelligẽda sunt, hoc est, de hominibus à pietate alienis, & hypocritis, qui Christianos affligere, & perdere
Hierony. solent, & tandem ipsi perduntur. Hierony. in quęst. Heb. super Gen. c. 10. Scio, inquit, quẽdam Gog, & Magog tam de præsenti loco, quàm de Ezechiel, ad Gothorum nuper in terra nostra vagantium historiam retulisse: quod vtrùm verum sit, prælij ipsius finẽ mon strabitur. Et certè Gothos omnes retrò eruditi, magis Getas, quàm Gog, & Magog appel
Ioan. Lucidus. lare consueuerant. Ioannes verò Lucidus lib. 2. c. 4. dicit, Magog filium Iaphet condidisse in Celesiria vrbem sui nominis. de qua Plin. lib. 5. cap. 23. & ad hanc loqui Prophetas. Ioan. Carrion in suo libello Chronicorum fol. 84. intelligit ad litterã hîc, & Apoc. 20. per Gog, & Magog (quæ secũdum opinionem multorum, gentes sunt Scythiæ trans Caucasum, & Mœotidem, & propè Caspium mare ad Indiã vsque) potentiam Turcarum notari, qui inde habuerũt originem. Ad vltimum obiectum, Ad vlt. arg.
in quo Iudæi obijciunt, quòd Iesus Nazarenus nõ fuerit verus Messias, quia nõ reliquit post se semen, nec habuit filios, de quo apud Isaiam. 53. de Messia dicitur ita: Videbit se- Esa. 53.
men longæuum, & volũtas Dei in manu eius prosperabitur. Et illud quoq; quod Psal. 88. Psal. 88.
sic de eodem scribitur: Et ponam in ęternum semen eius, & thronũ eius tãquam dies cœli. Cum igitur (inquiunt) Iesus vester filios non habuerit, nec semen filiorum post se reliquerit, Messias minimè esse potuit. Ad quod respondetur, q̃ etsi Dominus noster Iesus filios carnales non habuerit, habuit tamẽ infinitos spirituales. Non enim soli Apostoli, cæteriq̃; eius discipuli ab ipso immediatè edocti, filij eius sunt nuncupati, verum etiã & reliqui omnes Christiani, qui eius doctrinam sequũtur, atque obseruant. Quare semen longæuum, quod post se reliquit, non corporale, sed spirituale est. Quod absque mysterio factum non est. Quemadmodum enim ipse de semine nõ corporali, sed spirituali descendit, ita & semẽ non corporale, sed spirituale habere debet.

Disputatio contra Hæreticos, q̃ Christus sit verus Deus, & verus homo.

VT rectè intelligatur mysteriũ Dominicæ Incarnationis, exponendũ est diligenter, quomodò Christus sit verus Deus, & verus homo: nã si huius rei indagatio tractatum de Incarnatione Dominica non præcedat, incerta erit ratio disputãdi, & inutilis erit noster labor, qui huic veritati tanquam fundamẽto firmissimo innitatur, & incumbat. Quæritur ergo, Vtrùm Christus sit verus Deus, & verus homo? & in primis Arrius Hæresiarcha ausus est asserere, Arrius.
Christum esse creaturam & facturam, & non verum Deum, cuius pestilentissimi hominis hæresis in eam angustiam redegit Ecclesiam catholicã, vt in tribus tantum Episcopis assertio veræ fidei consistere videretur, teste D. Hieronymo, scilicet, in Athanasio Alexãdrino, Hilario Pictauiensi, & Liberio Romano Pontifice. In huius hæresis confirmationem Prima obiectio.
hæreticus ille varia adducebat diuinarum literarum testimonia. Primùm, quod ferè semper in ore habent Arriani, est illud Prou. 8. Dominus creauit me in initio viarum suarum: cui Arrij. Prouer. 8.

consonat

consonat illud Ecclesiast. 24. Dixit mihi creator omnium,& qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et infrà: ab initio,& ante sęcula creata sum,& paulò inferiùs: Ego ex ore altissimi prodij primogenita antè omnes creaturas. Et Diuus Paulus ad Colossen. 1. Appellat filium Dei primogenitum omnis creaturæ. ¶ Hæc est prima obiectio, quam Arriani amplificant, suam impietatem autoritate confirmatam credentes, dum apertè sanctæ scripturæ prædicant filium Dei esse creaturam. ¶ At secunda ex his est, quæ isti pro maximis, & inuictis habent. Nam apud Apostolum ad Hebræos primo scribitur: tantò melior Angelis effectus, quantò differentiùs præ illis nomen hæreditauit. Et iterum capitulo 3. considerate Apostolum, & Pontificē cōfessionis nostrę Iesum Christum, qui fidelis est ei, qui fecit ipsum. Et in Actibus Apostolorum sic habetur: Sciat igitur omnis domus Israel, quia Dominum ipsum,& Christū fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Ex quibus testimonijs efficaciter videtur colligi, quòd Christus inter creaturas, & facturas sit numerandus. ¶ Sed & tertium commemorant argumentum ex illo Ioannis. 14. Pater maior me est. Ex quo liquidò constat, quòd filius sit minor patre. Recitant etiam aliud testimonium ex epistola prima ad Corinth. cap. 15. Cum subiecta fuerint illi omnia, tunc &ipse filius subiectus erit patri, nemo autem negare poterit minus esse, quod subijcitur, eò quòd subijcit, & imperat, ergò, filius non est ęqualis patri. Item aliud telū contorquent, ex illo Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Cui cōsonat illud ex 1. epi. ad Timo. c. vlt. Præcipio tibi corā Deo, qui viuificat omnia,& Christo Iesu, qui confessus est sub Pontio Pilato bonam confessionē, vt serues mandatum sine macula irreprehensibile vsq; in aduentum Domini nostri Iesu Christi, quē suis tęporibus ostendet beatus, & solus potens Rex Regum,& Dñs Dñinantium, qui solus habet immortalitatē. Testatur ergò diuina scriptura, quòd solus pater est Deus, ergò, filius nō est Deus. ¶ Sed iā ponatur alia obiectio ex illo Mat. 24. & Mar. 13. De die illa,& hora nemo scit, neq; Angeli in cælo, neque filius nisi pater, ergò, filius Dei aliquid ignorat, ergò non est verus Deus. Alijs tribus testimonijs triūphant Arriani. Primū est ex epi. ad Ro. c. 1. Vbi Christus asseritur, quod sit prędestinatus in filium Dei, ergò nō est filius per naturam, sed per gratiam, prædestinatio siquidem tantum est eorum, quæ fiunt per gratiā.

Ecclo. 24.

Col. 1.

Prima obiectio.

Secunda obiectio.

Heb. 1. & 3.

Act. 2.

Tertia obiectio.

Ioan. 14.

1. Cor. 15.

Ioan. 17.

1. Timo. 6.

Quarta obiectio.

Mat. 24.

Mar. 13.

Rom. 1.

Secundum testimoniū scribitur Ioan. 17. vbi Christus orat pro suis discipulis dicens. Pater serua eos in nomine tuo, vt sint vnum sicuti nos. In quo vnum non significat vnitatem naturæ, aut essentiæ, sed vnitatem consensus, & concordiam animorum, ergò in illo loco significat Christus non quòd sit vnum cum patre in essentia, sed vnū in concordia animorū. Tertium testimonium est Ioan. 10. Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, quem pater sanctificauit,& misit in mundum, vos dicitis, blasphemas,& c. Quo loco videtur Dominus significare quòd sit Deus per participationem,& ex dono gratię, aliâs probatio Christi non esset authentica. Quæ enim probatio est hæc, illi ad quos sermo Dei factus est vocantur dij per participationem, ergo, non est blasphemia, quòd me appellem filium Dei naturalem? ¶ Sed proximū est, vt iam summam obiectionum referamus, in qua infinita ferè argumenta Arrianorum sunt comprehensa. Iesus, inquiunt, habet omnia à patre, audit à patre, pater demonstrat omnia filio,& audiebat illum, rogat patrem, habet mandatum à patre, est obediens patri, clarificatur, & exaltatur à patre, proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum,& apud homines, quæ omnia pugnant cum veritate diuinitatis. Nam si filius est verus Deus, est æqualis patri, & eiusdem potentiæ cum patre. ¶ Demum argumentantur Arriani ex eo, quòd Dei filius Deum seipsum nunquam nominauerit, vt patet ex vniuersa serie sanctarum scripturarum. Hæc sunt argumenta Arrij, sed deinceps videamus argumenta aliorum hæreticorum, qui veritatem humānæ naturæ in Christo negarunt, Manichæi enim dixerunt Dei filium non verum corpus, sed phantasticum assumpsisse, vnde nec verus homo esse potuit, sed apparens, neque ea, quæ secundum hominem gesit, sicut quòd natus est, quòd comedit, bibit, amubulauit, passus est, & sepultus, in veritate fuisse, sed in quadam assimilatione, & sic patet, quòd totum incarnationis mysterium ad quandam fictionem reducant. Vtuntur autem in huius erroris confirmationem his argumentis. In primis adducunt illud Romanorum octauo. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Deinde adducunt illud ad Philippenses secundo. In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, ergò, verè nō habuit naturam humanam, sed tantum in quadam similitudine,& specie. His etiam hæreticis Valentinus proximè accessit dicens, quòd Christus non terrenum corpus

Ioan. 17.

Quinta obiectio.

Sexta obiectio.

Manichęorū error de vero corpore Dñi Iesu.

Rom. 8.

Phil. 2.

Valentini error circa idem.

habuit,sed de cælo corpus cœleste secum tra xit , & quòd nihil de virgine matre accepit, sed per eam,quasi per aquęductum transiuit. Occasionem autem sui erroris ex quibusdam scripturis perperàm intellectis accepisse videtur.Dicitur enim Ioan.3.Nemo ascẽdit in cę lum,nisi qui de cælo descendit filius hominis qui est in cælo,qui de cælo venit super omnes est,&Ioan.6.dicit Dominus.Descendi de cælo,vt faciam volũtatem eius,qui misit me. & 1.ad Corinth.15. Primus homo de terra ter renus,secundus homo de cælo cœlestis. Quæ omnia sic intelligebat Valentinus,vt Christũ de cælo etiam secundum corpus descendisse existimauerit.Apollinaris etiam dixit Christũ non assumpsisse carnem ex Virgine, & quod est magis impium aiebat aliquid verbi in carnem Christi fuisse conuersum. Probabatque suum errorem ex illo Ioan.1. Verbum caro factum est,quod sic intelligẽdum putauit,quasi ipsum verbum sit conuersum in carnem,sicut & intelligitur illud Ioan.2.Vt gustauit Architriclinus aquam vinum factam;quod ea ratione dictum est,quia conuersa est aqua in vinum. Fuerunt etiam alij hæretici asserentes, quòd in Christo non fuit anima,sed solũ carnem fuisse assumptam,cui diuinitas loco animæ fuit.In hunc errorem lapsus est Arrius,assumpsit autem pro suo errore hoc, quod dicitur,Verbum caro factum est,vbi de carne sola,non autem de anima fit mentio. Apollinaris quoque,quem suprà cõmemorauimus circa animam Christi turpiter errauit,dixit enim animam sensitiuam fuisse in Christo, sed sine intellectu & mente,dixitque illi animę verbũ Dei fuisse loco intellectus,& mentis:fuit insuper alius error Origenis animam Christi ante mũdum fuisse creatam. Hi ergo omnes,quos enumerauimus, hæretici conuenerunt in vnũ aduersus Dominum,& aduersus Christũ eius, quoniam illi omnes etsi diuersis vijs incedãt, ad hunc tamen scopum omnes tendunt , vt Christum verum Deum,& verum hominem negent.Contra hos ergo omnes simul pugnare operæpretium erit,& pro veritatis Catholicæ defensione est prima conclusio. ¶Ex sanctis scripturis efficaciter comprobatur Christum filium Dei esse verum Deum. Primum testimonium ad hoc probandũ est illud Ioan. 1.In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum,& Deus erat verbum . Omnia per ipsum facta sunt , & sine ipso factum est nihil. Subdit : & verbum caro factum est,& habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ,& veritatis.Et Ioannes testimonium perhibet de ipso , & clamat dicens , Hic erat, quem dixi,qui post me venturus est,ante me factus est,quia prior me erat,non quidem natiuitate ex Virgine,quoniam per illam iunior erat Ioanne sex mensibus, Lucæ primo. Sed natiuitate, qua natus erat ex patre ante sæcula , & de plenitudine eius nos omnes accepimus.Hucusque Ioannes: indubiè per verbum non aliud intelligens,quam æternum Dei patris filium posteà natum ex Virgine Maria. Neque istud minus expresse dicitur , primæ Ioannis vltimo,& scimus,quoniam filius Dei venit,& dedit nobis sensum,vt cognoscamus verum Deum,& simus in vero filio eius. Hic est verus Deus,& vita æterna, hic, scilicet, filius.Idem quoque constat clarissimè ex confessione beati Thomæ exclamantis ad Christum.Dominus meus,& Deus meus, Ioannis 20.In Diuo Paulo sunt apertissima testimonia de diuinitate Christi,& illud irrefragabile ad Roman.9.Ex quibus est Christus secundum carnem,qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.Amen.& ad Galatas.1.Paulus Apostolus non ab hominibus , nec per homines, sed per Dominum nostrum Iesum Christum, in quo Paulus testificatur Christum non esse purum hominem, sed etiam verum Deum. Et ad Philip.c.2.est insigne testimonium de Christi diuinitate.Dicitur enim de Christo. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo.Et ad Titum cap.2. Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei. Et in Act.Apost.c.20. sic scribitur. Attendite vobis,& vniuerso gregi,in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiã Dei, quam acquisiuit sanguine suo.Ecce Christus Deꝰ est,qui sanguine suo nos Deo acquisiuit. & 1.Ioã.c.3.In hoc cognouimꝰ charitatẽ Dei, quoniã ille animã suã pro nobis posuit. Ecce ille,qui posuit animã suã pro nobis, Christus scilicet, Deꝰ est.Sed nõ est prętereũda illa sentẽtia D.Pauli in epi.ad Cori. Si cognouissent, nunquã Dñm glorię crucifixissent. Quẽ locũ versans Leo Papa huius nominis primꝰ in epi. 10.c.5.de diuinitate Christi intellectũ voluit, vnde colligit hãc propositionẽ esse concedendã.Deus est crucifixus.Ex epi.ad Heb.varia citãtur testimonia ad istam veritatem comprobãdam,mihi vnus locus est instar omniũ.Nã in c.1.sic scribitur de filio Dei. Qui cũ sit splẽdor gloriæ,& figura substãtiæ Dei, portansq; oĩa verbo virtutis suę, per semetipsũ purgationẽ peccatorũ faciẽs,&c. Quo loco quatuor ad uerte de Christo encomia,quę diuinitatis eiusdẽ sunt aperta testimonia. ¶Secũda cõclusio. Christus in diuinis literis,& Euãgelicis se nominauit

Ioan.3. Ioan.6. 1.Cor.15. Apollinaris error. Ioan.1. Ioan.2. Errores de anima Christi Domini. Arrius. Apollinaris. Origenes. 1.Conclus. Christũ esse verũ Deũ ex scripturis demonstratur. Ioan.1. 1.Ioan.vlt. Ioan.20. Rom.9. Gal.1. Phil.2. Titum.2. Act.20. 1.Ioan.3. Leo Papa. Heb.1. 2.Cõclusio

Christus in diuinis literis se nominauit verũ Deum. Ioan.8. Erasmus.

minauit verum Deum. In huius rei confirmationem adduco illud Ioan.8. Nam interrogãtibus Iudæis Christum, tu quis es, respondit, principium qui & loquor vobis. At esse principium solius diuinitatis est. Porrò testimoniũ hoc nó valde probat diuinitatẽ Christi apud plerosq;. Erasmus nãq; in annotationibus ad eundem locum constanter affirmat non esse hoc loco principium nomen, sed aduerbium. Et interpretatur, vt sit sensus, in primis, id est, omnino hoc ipsum sum, quod iá à principio dixi, lux, scilicet, & salus mundi. Eandẽ interpretationem amplectuntur Laurentius Vallẽsis, Vatablus, & cæteri iuniores. At verò Augustinus.

Laurentius Vallensis. Vatablus. August.

Ambros.

August. 10. de ciuit. Dei. c. 23. & 24. Nomen esse censuit hoc loco principium, vt diuinitatem Christi ex isto probet loco. Idem docet Ambros. in exameron. lib. 1. c. 2. Et certè hoc in tẽpore editioni vulgatæ adhærendum esse certum est cum in Concilio Trident. pro authentica, & irrefragabili sit approbata. Et ex his, quæ Euãgelista subdit in manifesto est, quòd Christus ijs verbis suam diuinitatẽ indicauit. Dicit enim Euangelista, & non cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deum, & profectò suam diuinitatem nullis alijs expresserat verbis, nisi præfatis, principium qui & loquor vobis. Secũdus locus pro huius rei confirmatione legitur apud Ioan. c. 10. Ego, & pater vnum sumus. Non dixit, vnus, id quod vnitatis erat personalis, sed vnum id quod naturæ vnitatẽ haud dubium denotat. Quanquam nó me latet Erasmum Roterodamum in annotationibus ad Catholicas Ioan. 1. cap. 5. Locum hunc ad vnitatem voluntatis referendum censuisse, vt sensus hic sit. Ego & pater vnum sumus, id est, sumus concordes, & in cunctis vnanimes. Itidem & locum Ioãnis, tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt, quem putat assutum esse epistolæ prædictæ Ioan. & non esse de textu sacro, quia hunc locum non inuenit in multis exemplaribus venerandę vetustatis, nihilominus eundem quoq; retulit ad vnanimitatem patris, & filij, aut ad contestationis vnionem, itaq; sunt pater, & filius vnum in testificando, & sibi videtur non incócinnam esse interpretationem hanc, quandoquidem in codicibus plerisq; Græcis non scribitur, & hi tres vnum sunt, at hoc modo, & hi tres in vnũ sunt, vt Laurentius Valla etiam annotauit in annotationibus suis ad eum, quem versamus locum. Rursus ad firmandam suam opinionẽ & alium indicat locum Ioan. 17. Sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnũ sint, Et paulò pòst: dedi eis, vt sint vnũ, sicut & nos

Ioan. 10.

Erasmus.

Ioan. 17.

vnũ sumus, qui locus videtur planè vnitatem amoris, & charitatis denotare. Namq; Apostolis, & discipulis Dominus nó precabatur vnitatẽ naturæ, sed pacis, & charitatis: & demum illam existimat esse vnitatẽ, quam in scripturis non rarò legimus iuxta illud Acto. 4. Erat cor credentium vnum, & anima vna. Et vt paucis Erasmicam aperiam mentẽ, hæc vniuersa inuexit, vt doceat huiusmodi testimonia inducta, etiam si orthodoxorum corroborẽt fidẽ, at Arrianam non prosternunt perfidiam, quia Arrianis suffugium est, aut subterfugium de vnitate amoris illa interpretari. Porrò autem ego Erasmo parem eloquẽtiæ optarim Theologiam, & vt est humanarum scientiarum sciẽtissimus vellem ita diuinarũ, aut vt est eloquẽtissimus, ita esset Theologiæ addictissimus, arbitror autem testimonia producta, vnitatẽ diuinæ naturæ planè indicare patris, & filij eius Iesu Christi Domini nostri, si quidem tu fateris vnitatẽ cõsensus patris, atq; filij verba Domini significare, tunc quærendum restat, hæc cõsensus vnitas vnde est patri, & filio, aut hęc sit ex natura diuinitatis, quæ vna est patri, & filio? aut hæc vnitas consensus, seu vnanimitas nó hinc proficiscitur ex naturæ vnitate, sed tãtum quia patris, & filij voluntates sunt cõcordes, vt de credẽtibus primitiuis Lucas in Apostolis gestis memoriæ prodidit, vt dudũ indicabam? Quod si primum fateris manifestè cõfutatur Arriana væcordia, sin verò secundum dixeris, id quod Erasmus autumat, obserua textus sacri seriem, & videbis neutiquã de hac vnitate vnanimitatis, sed potius naturali, verba Domini esse audienda. Subdit enim: Sustulerunt ergò lapides Iudæi, vt lapidarent eum, & Domino increpãte illorum temerariã audaciam, respondent, de bono opere, non te lapidamus, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis facis teipsum Deum. Clarè, ergò Iudæi verba Domini prędicta ad vnitatem naturæ diuinæ Christi cum patre retulerunt, & Dominus se esse verum Deum continuò indicans, verba Psalm. 81. patefecit, vt facilè admoneret Iudęos se non probro affecisse patris gloriam, atque maiestatem dicendo, Ego & pater vnum sumus. Quòd si vnitatem aliam metaphoricam, quæ est voluntatis, & amoris Iudæi intellexissent, non de blasphemia, aut diuinitatis conuicio (id quod est læsę maiestatis crimen) Dominum arguerent. Mitto verba Domini antecedentia. Pater, ait, quod dedit mihi maius omnibus est. Quippè in huiusmodi verborum lectione varietas est, nam Græcis vt Chrysostomo, & Theophilacto alia lectio est, pater qui dedit mihi,

Act. 4.

Chrysost. Theophil.

maior omnibus est, vel maximus omniũ est. Fatemur demum patrem, & filium sibi in cunctis consentire mutuò, nempè quia vnicam, & indiuisam prorsus deitatem habent, quæ vera est vnitas, & non metaphorica, quæ est animorum. Et demum mittens Dominus Apostolos orbi prædicaturos illis dixit: Ite, & docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. En tibi hasce personas tres esse æqualis gloriæ, & maiestatis, namque si dispar esset illarum maiestas, non diceret Dominus in nomine earum celebrandum, aut ministrandum baptisma, & si vnum est nomen trium, vnum est numen trium, namque confessum est, hæc tria distincta esse nomina Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Si tria sunt nomina cur præcepit, baptizantes gentes in nomine? vtique quia tres personæ istæ vnius, eiusdemque, atque sempiternæ sunt maiestatis, neque Filius, aut Spiritus
1.Cor.1. sanctus creaturæ sunt. Etenim 1. ad Corint. 1. Paulus Corinthijs indignatur, quòd in nomine creaturarum baptisma donabant, id est, in nomine Pauli, & Cephæ, & Apollo. Baptismus ergo si iubetur à Christo sub nomine trium personarum exhiberi, tres personę vnus sunt creator, & nullà illarum creatura est.

3.cõclusio. ¶ Tertia conclusio. Ex operibus Christi, & epithetis, quæ in diuinis literis Christo Domino attribuuntur, efficaciter comprobatur
Ex operibus Christi Dñi efficaciter demonstratur esse veraciter Deum. Christum esse Deum. Primò, si Christus verus filius Dei est, necesse est quòd sit verus Deus, quia non potest verè filius dici quod ab alio gignitur, etiam si de substantia generantis nascatur, nisi in similem speciem generantis procedat, sed Christus est verus filius Dei, ergò est Deus. Certè quod natum est ex homine homo est, quod natum est ex animali animal, quod natum est ex carne caro, quòd natum est ex spiritu spiritus est. Sequitur ergo optima consequentia, quòd natum est ex Deo Deus est. Igitur qui credit Christum genitum ex patre Deo, is non potest non credere Christum non esse Deũ. Secundò, Christus habet in se totam plenitudinẽ diuinæ bonitatis, vt patet ad Colos. 2. vbi dicit Apost. in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. Ergò est verus Deus. Patet consequentia, quia nulla creatura recipit totam plenitudinem diuinę bonitatis. Tertiò, intellectus Christi nõ deficit in cognitione ab intellectu diuino, cum dicatur ad Colo. 2. Quod in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Ergò est Deus. Quartò, omnia quę habet pater sunt filij, vt habetur Ioan. 16. Omnia, quæ
Col.2. Ioan.16. Ioan.17. habet pater mea sunt, & Ioan. 17. Christus loquens ad patrem, ait: Mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Ergò est eadem essentia, & natura patris, & filij. Ergò Christus est Deus. Probatur prima cõsequẽtia, quia quicquid habet Deus in seipso, est eius essentia. Quintò, filius est patri æqualis, quoniam, vt patet ex narratione Ioannis Euangelistę c. 5. Iudæi Christũ Ioan.5. persequebantur, quia dicebat se esse æqualem Deo, dicitur enim ibi: Quærebant eum Iudæi interficere: quia non solũ soluebat Sabbathũ, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualẽ se Deo faciens. Non est autẽ dubiũ Christiano verũ esse, quòd Christus de se dixit, cũ & Apostolus dicat Philip. 2. Nõ fuisse rapinam, quòd Phil.2. æqualem se esse patri arbitratus est. Ergò est Deus. Probatur cõsequentia, quia nihil creatũ potest esse æquale Deo. Sextò, Christus perfectã sui similitudinẽ ad patrẽ ostẽdit etiã viuendo, dicitur enim Ioan. 5. Sicut pater habet Ioan.5. vitã in semetipso, sic dedit & filio vitã habere in semetipso. Ergò Christus est Deus. Probatur cõsequẽtia, quia perfecta similitudine nõ legitur esse similis aliquis Deo, vt patet in Psa. 88. cum dicitur: Quis similis erit Deo in filijs Psal.88. Dei? Et alibi: Deus quis similis erit tibi? Septimò, filius repręsentat patrẽ, quantũ ad eius essentiã. Ná Col. 1. dicitur, quòd est imago inuisibilis Dei. Et quod sit perfecta imago essentiã Dei repręsentãs, per quam possit cognosci de Deo quid est, ostẽditur Heb. 1. cũ dicitur: Cũ Heb.1. sit splẽdor gloria, & figura substãtiæ Dei. Ergò Christ⁹ est Deus. Probatur cõsequẽtia, quia nulla substãtia creata perfecte repręsẽtat Deũ, quãtũ ad ei⁹ substãtiã. Octauò, fili⁹ Dei est vniuersalis causa creaturarũ, vt patet Ioan. 1. Om- Ioan.1. nia per ipsum facta sunt. & Pro. 8. dicit sapien- Pro.8. tia genita: Cũ eo erã cõponens omnia, & Apostolo. dicit ad Col. 1. In ipso cõdita sunt vniuersa in cælo, & in terra, ergò est Deus, & non ex Col.1. genere creaturarũ. Probatur cõsequẽtia: quia nihil quod est in aliquo genere, est causa vniuersalis eorũ, quę sunt in genere illo, sicut vniuersalis causa hominũ non est aliquis homo, alioquin idẽ esset causa sui ipsius. Nonò, Dei filius Iesus Christus est causa Angelorũ eos in esse producẽs, vt patet ex Apostolo dicẽte. Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, ergò est Deus. Probatur consequẽtia, quia Angeli nõ possunt aliter fieri, quã per creationẽ, & nulla substãtia creata potest creare, vt ostẽdit D. Th. in 2. cõtra Gẽt. Sed solus De⁹. ergo, &c. Decimò, proprię actiões Dei cõueniũt filio, sicut creare, cõtinere, & cõseruare omnia in esse, & peccata purgare, quod est propriũ Dei, vt patet ad Col. 1. Quòd omnia Col.1.

in ipso

Heb.1. in ipso constant. Et ad Hebr.1. dicitur, quòd portat omnia verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciens, ergò est Deus. Probatur consequentia. Nulli conuenit propria operatio alicuius rei, cui non competit illius rei natura. Si dicatur, quod hæc filius facit, nō per propriam virtutem, sed per virtutem principalis agentis, cuius est instrumentum. Contra arguitur. Quia Ioan.5. dicitur, quòd quęcunque ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Vndecimò, beatitudo nostra in Dei filio est, scilicet, obiectiuè vt patet Ioan.17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, scilicet, patrem, & quem misisti Iesum Christum. & 1. Ioan.vlt. Ioan.vlt. dicitur de filio, quòd est verus Deus, & vita æterna. Est etiam in eo spes nostra, iuxta illud Esaiæ ab Apostolo introductum: Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes; in eo gentes sperabunt. Est & illi honor latriæ exhibendus, dicitur enim Psalm.71. Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruiēt ei. & Ioan.5. dicitur. Omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Et iterum in Psalm.96. dicitur: Adorate eum omnes Angeli eius, quod de filio Apostō. introducit Hebr.1. ergò Christus est Deus. Probatur consequentia, quia illa soli Deo conueniunt, vt planè constat. ¶ Quarta conclusio. Ex scripturis veteris testamenti efficaciter comprobatur Christum esse Deum. Hæc conclusio demonstratur esse vera à D. Paulo in epist. ad Heb.c.1. nónullis testimonijs, quorū primū est ex Psa.2. Dñs dixit ad me, filius meꝰ es tu, ego hodie genui te. Hūc versum citat Apost. ad cōprobandū quomodo Christus sit filius Dei, nō quomodo Prophetæ, aut iusti filij dicūtur, sed filius naturalis. Vt autē intelligatur, quid roboris habeat probatio statuatur, pro certo hūc Psalmū conscriptū esse de Messia, si quidē aliò aptè & verè referri nō potest, licèt rūpantur Rabbini, qui post Christū scripsere. Cōtinet enim hic Psalmus, Prophetiā cōiurationis Iudęorū, & gentiū aduersus Christū, vt ex Act. Apost.c.4. manifestè liquet. Sic enim credentiū collegiū dicit. Dñe tu es qui Spiritu sancto per os Dauid patris nostri dixisti. Quare frēmuerūt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterūt reges terræ, & principes conuenerūt in vnū aduersus Dñm, & aduersus Christū eius. Mox subiecit: Cōuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctū puerū Iesum quē vnxisti, Herodes, & Pōtius Pilatus cum gētibus & populis Israel, facere quæ manus tua. &c. Locus est valde insignis, & prę ter hoc, quod docet quò pertineat Psalmus, etiā ratione nominis Christi eleganter exprimit, dū ait: quē vnxisti. Christus enim Græcis, hoc est, quòd Latinis vnctus. Aduersus hunc verū, scilicet, Messiam, gētes, populi, reges terræ cum tumultu, & fremitu conglobati sunt. Hoc enim significat vox Hebræa Rachesou. Hi dicūt, disrūpamus vincula eorū, id est, Domini, & Christi eius. Pater per filium vult innectere nos vinculis, & inijcere nobis iugum, rumpamus vincula, abijciamus iugum, non imperent nobis. Sic illi. Hoc ità constituto videamus, quomodo probatio Pauli sit legitima, nam profectò videtur inefficax, tū quoniā Rabbini plærique qui post Christū scripsere ad Dauid referunt, non ad Christum hūc Psalmum; tum verò quoniam nomen filij in scriptura alijs tribuitur, nempè iustis, & his ad quos sermo Dei factus est; tum deindè, nā de populo Israel dixit Dominus. Primogenitus meus Israel. Exod.4. Tum tertiò, nam illam particulam: Ego hodie genui te, ad resurrectionem Christi refert Paulus Actorum.13. discens in hunc modum: Annunciamus vobis eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris, resuscitans Iesum, sicut & Psal.2. scriptū est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et certè iste versus ad hunc modum expositus parum facit ad probandum Christum esse naturalem Dei filium. Nihilominus tamen probatio Diui Pauli legitima est. Pro cuius explicatione obseruandum est, ex Diuo Thoma explicante illum locum Pauli tria hîc esse considerāda. Primum, modus originis. Secundum, singularitas filiationis. Tertium, eius excellentia. Modus originis non est carnalis, sed spiritualis, & intellectualis. Deus enim spiritus est, vt dicitur Ioannis quarto. Ob idque non generat carnaliter, sed spiritualiter. Intellectus autem dicendo generat verbum, quod est mentis conceptus, & dicere est proferre verbum, & ideo significanter dicit scriptura: Dominus dixit ad me, id est, pater ad filium, & dicere intellectus patris nihil aliud est, quàm in corde verbum concipere. De quo dicitur in Psalmo: Eructauit cor meum verbum bonum. Et Iob.33. semel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit. Et Eccles.24. Ego ex ore altissimi prodij. Sed iam videamus, quomodo hæc generatio, siue filiatio sit singularis. Quod colligitur ex illo: Filius meus es tu, quasi diceret. Etsi multi alij filij dicuntur, tamen esse filium naturalem est tibi proprium. Alij dicuntur filij Dei, quia sunt participes verbi Dei, iuxta illud Ioannis decimo. Illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus

Ioan.5.
Ioan.17.
Psal.71.
Ioan.5.
Psal.96.
4. Cōclusio
Psal.2.
Testimonia, quibus Paulus probat diuinitate Christi
Act.4.
Exod.4.
Act.13.
Psal.2.
Ioan.4.
Iob.33.
Eccles.24.
Ioan.10.

est.Sed Christus est ipsum verbũ.Vnde Mat.
Mat.17. 17.dicitur:Hic est filius meusdilectus. Explicatur etiã in illo verbo: Ego hodie genui te, æterna generatio. quia in æternitate nec prę=teritum quidquam est, quasi iam præterierit, nec futurum, quasi nondum sit, sed præsens tantum. Quia quicquid æternum est, semper est.Dicendo enim,ego hodie genui te, significat,quod non heri,hoc est,in præterito, sed hodie,hoc est, in æternitate nesciente præteritum,aut futurum. Oportuit autem adiungere,genui cum hodie,quia quæ apud nos sunt generationes, si sunt in præsenti non sunt ad huc perfectæ,& suis numeris absolutæ. Et si sunt perfectæ non sunt præsentes,sed præteritæ. Christi autem filij Dei natiuitas semper est perfecta,& semper est præsens, & propterea significatur per illud verbum: Ego hodie genui te.Vt sit sensus. Perfectus es filius,cum tamen generatio tua æterna sit , & semper à me genereris. Sicut lumen in aëre perfectum est,& tamen semper procedit à sole.Vnde Mi
Michęæ.5. chęę.5.Egressus eius à principio à diebus ęternitatis.Hæc est explicatio legitima illius primæ sententiæ , quam adducit Diuus Paulus ad comprobandum Christum esse verum Deum. Neque obiecta contra istam veritatẽ aliquid probant. Quod enim obijcitur Rabbinos referre istum Psalmum ad Dauidem friuolum est omnino, & ineptum. Quandò enim dictum est adDauidem:Postula à me,& dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ? Quando Dauid constitutus est iudex regum omnium? Quãdò reges,& principes monuitDominus, vt ex amore subeant iugum Dauidis, tum ex metu ęterni interitus,tum ex spe beatitudinis æternæ?Certè hęc omnia nõ Dauidi,sed Messiæ quadrare possunt. Ad secundum obiectũ in quo dicitur, quòd alij multi vocantur filij Dei,& ab eo geniti iam satis confutatum existimo.Ad tertium obiectum de intelligentia illius loci, Ego hodie genui te, sciendum est quòd hunc locum variè exponũt interpretes.
D. August. Augustinus,vt antè dictum est,refert ad æternam generationem,&rationem huius rei iam supra demõstrauimus ex arcanis diuinę Theologiæ.Sed hęc expositio non omnibus probatur. Nam Diuus Augustinus, nulla adducit loca ex veteri testamento,ex quibus doceri possit illud aduerbium,hodie,significare ęter
D.Athanas. nitatem.Diuus Athanasius explanans versum hunc Psalmi, Appropriat,inquit,sibi pater natiuitatem filij secundum carnem . Nam de ea sermonem esse,illud, hodie,indicat . Est tertia expositio, de qua paulò antè diximus, quæ refert hunc locum ad Christi ex mortuis resurrectionem, vt sensus sit : Ego hoc die resurrectionis vitam,quam deposueras, reddidi tibi, & ad immortalitatem corporis genui te. Hæc est expositio Hilarij, imò sic in- Hilarius.
tellexit istum locum Diuus Paulus Actorum Act.13.
decimotertio, vt ex dictis constare potest.
Sed iam restat difficultas, quomodo versus iste ad hunc modum expositus faciat ad institutum Pauli,qui probandum sumpsit,Christum esse naturalem filium Dei . Hanc difficultatem quidam exponunt dicentes, quòd hic locus Psalmi habet tres expositiones literales, quas iam commemorauimus, & ex qualibet potest sumi argumentum efficax ad probandum,ex sensu enim literali efficax probatio desumi potest . Sed exactiùs erit responsum, si demonstrauerimus ex hoc loco, licèt exponatur de die resurrectionis validum sumi argumentum ad probandam diuinitatem filij.Pro quo sciendum est,quòd persona Messiæ, quæ introducitur alloquens mundum dum dicit : Dominus dixit ad me,Filius meus es tu, est duarum naturarum, diuinæ,scilicet,& humanæ, & secundum diuinam naturam terminauit dicere patris ab æterno , secundum humanam naturam terminauit alterum dicere . Nam ab initio conceptionis Christi in vtero matris loquutus est Deus animæ Christi per visionem beatam . Ex eo enim, quòd verbum caro factum est,audiuit Deum dicentem sibi : Filius meus es tu. Et hoc non vacat mysterio, quia eiusmodi dicere diuinum, non solùm est dicere, sed facere, & ideò per hoc ad literam significatur, quòd Deus non solùm verè appellauit me filium, sed effecit, quatenus effecit vt ego essem filius Dei. Simul siquidem fecit Deum filium suum esse hominem, & hominem esse filium suum quando verbum caro factum est. Et idem effecit, quando exsuscitauit filium suum ad vitam immortalem, effecit namque vt homo esset filius Dei naturalis, in triduo namque mortis homo non erat . Secundum testimonium, quod adducit Paulus ad probandam diuinitatem filij, est illud. 2.Regum.7. Ego ero 2.Reg.7.
illi in patrem,& ipse erit mihi in filium. Quẽ locum quidam totum ad Salomonem referũt,sed certũ est quædã maiora esse in eo quã vt Salomoni conuenire possint. Quare si in eo capite velimus agnoscere Salomonem, cogimur dicere vetus testamẽtũ mirabiliter miscere mẽtionẽ typi,&rei per typũ significatę; nihil tamẽ est,quod cogat nosagnoscereSalomonẽ,imò si benè inspiciam caput,videbim

vix

vix locum esse Salomoni, sed omnia de Christo dici. Quia tu Dauid ità addictus es cultui meo, faciã, vt ex posteritate tua nascatur Christus. Hic enim post mortem Dauid de vtero eius natus est, non Salomõ. Et firmabo regnũ eius. Hoc quid sic exponit membrum sequentis periodi, vbi dicitur: Stabiliam thronũ regni eius vsq; in sempiternum, quod certum est grandius esse, quam vt Salomoni possit aptari. Sequitur. Ego ero in patrem. Quod Erasmus vertit. Ego ero illi loco patris, & ipse erit mihi loco filij, id est, habebo illum pro filio. Ad quem modum etiam interpretantur, qui ad Salomonem referunt. Sed si hoc modo intelligamus, frigidissima erit probatio Pauli. Verus sensus hic est. Eum, qui nascetur ex tua posteritate assumam ad vnionem naturalis filij mei, id est, faciam, vt homo ille subsistat in hypostasi increata, æterna & diuina. Est hoc, quod dicitur apud Luc. 1. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Quod si iniquè aliquid gesserit. Et hoc ad Christum pertinet. Sed meminisse oportet regulæ Tyconij de Christo, & corpore eius, secũdum quam, ea quæ capitis sunt, corpori tribuuntur, & quæ corporis ipsi capiti. Sẽsus est, si Christiani male vixerint, corrigam eos, sed in virga virorũ, id est, humaniter, quomodo homines solent corrigere filios suos. Hunc esse sensum discimus ex Psal. 88. Vbi quod hìc singulariter dicitur, plurali numero effertur, hoc modo: Si dereliquerint filij eius legem meam, &c. Visitabo in virga iniquitates eorum, &c. Sequitur 2. Reg. c. 7. Et fidelis erit domus tua, & regnũ tuum vsq; in æternum ante faciem tuã. Hoc mirabiliter dictum est, sensus est. Tu videbis etiam defunctus, quòd domus tua firma erit, & regnum tuum stabile vsque in æternum. Quod certum est ad Christum pertinere, & non ad Salomonem, & de Christi regno etiã à vulgo prophetia hæc tempore Pauli intelligebatur. Discimus hoc non solùm ex isto loco Apostoli, vbi simpliciter citat de Christo, nulla alia adhibita declaratione, sed etiam ex c. 11. Euangelij secundum Marcum, ea parte qua scribitur. Multi vestimenta sua strauerũt in via, alij frondes cædebant de arboribus, & qui præibant, & qui sequebantur, clamabant. Osanna, benedictus, qui venit in nomine Dñi, benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid. Est planè vulgus, & turba quę clamat.

Psal. 88.

2. Reg. 7.

Mar. 11.

¶ Tertium testimonium adducit Paulus ex illo Psalm. Et adorent eum omnes Angeli Dei. Sanè in præcedentibus ostenderat Paulus Christum esse filium Dei, excellentiorem Angelis ex ipso nomine, nunc ex hoc testimonio declarat ipsum esse præstantiorem ex adoratione. Et ad propositum adducit testimonium allegatum ex Psalm. 96. cuius initium est. Dominus regnauit. Cuius hic est sensus: hactenus in mundo regnauit diabolus, posthac regnabit Messias, cuius regnum quaquauersus dilatabitur. Proinde lætetur terra, & lætentur remotissimi populi, de quibus Iudæi vix per famam aliquid audierunt, quos insulares voco. Nubes, & caligo in circuitu eius. Quia enim Deus in monte Syna apparuit in nube, & caligine propterea Prophetæ hac forma loquutionis vtuntur, dum exprimere volunt diuinitatem. Itaque sensus est, Messias erit verus Deus. Quod confirmat ex illo, quod subditur. Et adorent eum omnes Angeli eius, vt per hoc testentur ipsum non esse purum hominem, sed etiam verum Deum.

Psal. 96.

¶ Quartum testimonium insigne adducit ex Psalm. 44. in hæc verba: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis. In hoc testimonio considerandæ sunt singula verba. In primis dicit Vates regius. Thronus tuus Deus, hoc est, ô Deus, in quo fatetur Messiam esse verum Deum, per thronum regnum intelligitur, & sensus est: Regnum tuũ ô Christe, quẽ nunc Deum voco, æternum est. Virga æquitatis, virga regni tui, id est, iustissimè semper iudicas, & potestas regni tui est ad rectitudinẽ faciendam, & administrandam. Per quod significatur id, quod impossibile est humano cuique ingenio, & regno, videlicet, reducere omnia ad æquitatem, & rectitudinem. Hoc facit sceptrum Christi, dum merita omnia rectificat per premia, & culpas omnes recto subijcit ordini. Sequitur in Psalm. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, &c. Hęc de Christo dicuntur secundum assumptum hominem, secundum enim diuinitatem vnctus nõ est. Vocabulum, Deus, priori loco vocandi casus est, vt sit sensus: propterea vnxit te ô Deus Deus tuus. Oleũ exultationis interpretatur Petrus Act. 10. cũ ait. Quẽ vnxit Deus Spiritu sancto.

Psal. 44.

Act. 10.

¶ Quintum testimonium est illud ex Psa. 101. Et tu Domine in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribũt, tu autẽ permanebis, & omnes vt vestimẽtum veterascent, & veluti amictũ mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient, id est. Tu Domine qui Dauidi promissus est, iecisti fundamẽta terrę, & opera manuũ tuarũ, id est, potẽtię tuę sunt cæli

Psal. 101.

cæli. Ex hoc docet diuinitatem Christi, docet enim quòd Messias est ille Deus, qui creauit mundum. Sed in sequenti versu. Ipsi peribùt, &c. Declarat diuinitatem Messiæ ab immutabilitate, describendo eius immutabilitatem. Vnde dicit. Tu autem permanes, scilicet, immutabilis, & anni tui non deficient. Annos posuit pro duratione. Ex quibus ostendit Vates regius Christi potentiam, immutabilitatem, & æternitatem. Aliud testimonium pro- Psal.109. ducit D. Paulus ex Psalm.109. Quo efficaciter probatur Christi diuinitas, sic habet testimonium. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Illud quod dicit. Sede à dextris meis, metaphora est, qua exprimitur æqualitas honoris, sensus est, sis æqualis mihi in honore, honor diuinus in te Act.2. competit verè. Petrus Apostolus Actor.2. & Ephes.1. D. Paulus Ephes.1. Testantur hoc impletum esse post Christi resurrectionem à mortuis, & ipsius in cælos ascensionem. Quod si quæratur, an Christus ante resurrectionem fuerit æqualis patri, dicendum quòd erat omninò, sed non agnoscebatur talis. Sensus igitur huius est. Sede à dextris meis, iam volo vt per prædicationem Apostolorum innotescat mũdo, quòd verè sis Deus, æqualis mihi in honore. Rabbini, qui post Christum scripsere Psalmum hunc aliò referunt: quidam interpretantur. Dixit Dominus Dño meo, id est, Abrahamo. Alij, dixit Dominus Domino meo, id est, ipsi Zorobabel. Alij rursus, dixit Dominus Domino meo, id est, Dauid: sede à dextris meis, id est, sit tibi maxima potestas. Verùm hęc expositio perfida est, & violenta. Certè Iudæi cùm viueret Christus, Psalmum hunc de Messia intelligebant, licèt ignorarent qua ratione diceretur Messias filius Dauid, & eiusdem Dominus. Ignorabant enim duas naturas in Mat.22. Christo. Vide cap.22. Matthæi circa finem. His testimonijs accedunt alia, quæ passim inueniũtur in sancta scriptura, quibus non obscurè significatur Christum veraciter esse Deum: ná Psal.24. Psalm.24. dicit Psalmista sub persona Ecclesię ad Messiaã: Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus Saluator meus. Et rursum Psal.61. Psal.61. Ipse Deus meus, & Saluator meus. Itẽ Esa.35. Esa.35.c. Confortamini, inquit, & nolite timere, ecce Deus vester, ipse veniet, & saluabit Sophon.3. vos. Et Soph.3.c. suæ prophetiæ dicit, Dominus Deus in medio tui fortis, ipse te saluabit. Accedit & illud vaticinium Esaiæ, quod in suo Euãgelio repetit Euangelista Matthæus, videlicet, Ecce virgo cócipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatum est, nobiscũ Deus. Ad idẽ probandũ valet illud Hier.23. Ecce dies veniũt, dicit Hier.23. Dñs, & suscitabo Dauid germẽ iustũ, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudiciũ, & iustiã in terra, in diebus eius saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen, quod vocabũt eũ, Dñs iustus noster. Hãc Prophetiã de Messia intelligi Iudæi negare non possunt, tũ quia prisci Talmudistæ ipsam de Messia exponunt, tũ etiã propter Chaldaicã translationẽ, quæ patẽter de Messia loquitur, in qua prophetia non solũ duplex Messiæ natura exprimitur, diuina, scilicet, & humana, verũ ipsum quoq; Messiã nomine Dei tetragrãmaton vocandũ fuisse apertè ostenditur, cũ dicitur: Et hoc est nomẽ, quod vocabunt eũ, Deus tetragrãmaton iustus noster. Est & aliud testimoniũ Esa.9.c. his verbis. Paruulus natus Esa.9. est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperiũ super humerũ eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Quæ nomina nulli à Deo cópetere possunt. Alia permulta de Christi Domini diuinitate in hunc locum afferri poterant, quæ ne præsens opus prolixiùs, quã decet, redderetur, omittere placuit.

¶ Vltima conclusio. Christus Dñs verus, & 5.cõclusio. perfectus est homo. Hæc conclusio ex quam plurimis veteris, & noui testamẽti poterat cõfirmari sententijs, sed satis fuerit pro veritatis Catholicæ assertione paucas hic commemorasse. Prima est illa, in qua asseritur Christũ esse ex semine Abrahæ, sic enim habetur Gen. 22. Per memetipsum iuraui, dicit Dñs, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas cæli, & velut arenã quæ est in littore maris. Possidebit semen tuũ portas inimicorũ tuorũ. Et benedicẽtur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Vt autem de intellectu horum verborum nó contendamus, audiamus Apostolũ Paulũ, qui in epist. ad Galat. illa verba ad hunc modum declarat. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit seminibus eius, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Secunda scriptura est Rom.1. Sic Rom.1. enim ait Apost. Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euãgeliũ Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ex semine Dauid. Vides hic expresse Christum iuxta Apostoli sententiam, factum esse ex semine Dauid. In eo autem quod addidit, secundum carnem, innuere voluit aliam esse Christi naturam, nempè diuinam secundam quam

Ostenditur efficaciter Christũ esse verũ hominem. Gen.22.

non

non sit factus ex semine Dauid. Nam si sola fuisset in Christo humana natura, sufficiebat dicere, qui factus ex semine Dauid. Verum ne quid simile opinandi prębuisset occasionem, dixit: Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, vt per hoc daret intelligere aliā esse in Christo naturam, secundum quam nō est factus ex semine Dauid. Si ergo Christus est semen Abrahæ, & factus est ex semine Dauid secundum carnem. Ergò Christus veram carnem habuit contra Cerdonem, & Manichæum, & non de cælo, vt Valentinus dixit, aut ex elementis, vt Apelles, quoniam si de cælo traxit, aut ex solis elementis conflauit, non ergo de semine Abrahæ, aut Dauid. Prętereà B. Matth. Euangelista, humanam Christi generationem edisserens sic ait. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac, &c. Sequitur infrà. Iacob autem genuit Ioseph virum Marię, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Si Christus carnem veram non habuit, vt dixit Cerdon, aut carnem phantasticam habuit, vt mentitus est Manichæus, aut de cælo traxit, vt somniauit Valentinus, aut de solis elementis cōflauit, vt fabulatus est Apelles, quomodo Christus erit filius Dauid, & filius Abrahæ, si carnem non habuit deriuatam ab illis? Prætereà, si Christus nihil accepit ex Virgine Maria, sed per eam, vt ait Valētinus, quasi per fistolam transijt, quomodo verum erit, quod ait Matthæus, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus? Et quod ait Angelus Mariæ Virgini, iuxta Lucam: Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum? Filius si quidem substantiam carnis accepit à matre: Alioqui nec de ea nasci dicetur, nec filius eius iure vocabitur. Quòd si solus per illam transitus sufficeret, vt filius illius dicatur, vocabimus eadem lege & menstruum mulieris filiū eius, & vrinam, aliaque superflua, quæ mulier ex se emittit, hæc autem fateri apertissima esset ineptia. Christus ergò, qui & natus est de Virgine gloriosa, & filius eius vocatur, substātiam carnis habuit ex ea. Sed clariùs Apostolus Paulus in ea, quæ est ad Galatas. epist. c. 4. Hos hæreticos reijcit dicens: Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Si factus est ex muliere, ergò non ex cœlesti materia, aut ex elementorum adunatione corpus accepit, sed ex ipsa muliere, ex qua factus est. Accedit ad hoc, quòd sæpissimè sanguinem Christi audimus nominatum in Nouo testamento, quòd verè dici non posset, nisi Christus verā carnis substantiam habuisset. Paulus enim ait in epist. ad Ephes. c. 2. Vos qui eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi. Et ad Heb. c. 9. ait: Si enim sanguis hircorum. & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscięntiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti? Beatus etiam Petrus ait. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro, & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternę traditionis, sed precioso sanguine, quasi agni incontaminati, & immaculati Christi. Et B. Ioannes. 1. Ioan. 1. dicit: Sanguis Iesu Christi filij Dei emundat ab omni peccato, Necesse est ergò, vt veram carnis substantiam habeat, qui verum dicatur sanguinem habere. Deindè, ipsius Christi opera apertissimè veram carnis substantiam testantur, esurire, sitire, lassari, dormire, tristari, dolere, pati, crucifigi, mori, resurgere, euidenter humanum est. His autem omnibus Christum fuisse obnoxium, clariùs est, quam vt testimonio aliquo egeat, quod nūc in medium afferri oporteat. Prætereà, cum passio sua instaret, ex tædio, & horrore illius dixit. Spiritus promptus est, caro autem infirma. Quibus verbis apertissimè testatus est se carnem habere, cuius infirmitas in passionis tolerantia declarata est. Post resurrectionem etiam ob nullam aliā causam, quadraginta dierū spatio in terris demoratus est, & cum discipulis conuersatus est colloquens, coambulans, conuescens, quàm vt ostenderet veram carnis substantiam, & eundem quem crucifixum, & mortuum viderant, resurrexisse cognoscerent. Vnde Luc. Act. 1. ait, Quibus & præbuit seipsum viuum post passionē suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Hac de causa dicit Ioan. 20. Thomæ de resurrectione incredulo, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Vulnus lateris, fixuras clauorum, & omnia recentissimæ passionis signa monstrabat, & palpanda præbebat, vt per hoc veritatē carnis post resurrectionem agnoscerent, quā moriendo cognouerant. Manifestissimis ergo scripturæ sacræ testimonijs ostēditur Christum veram carnem habuisse. Eos autem, qui illam in Christo negant B. Ioannes Euangelista vocat antichristos. Omnis spiritus (inquit 1. Ioan. 4.) qui non confitetur Iesum Christū in carne veniſſe, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Sed iā tępus est, vt argumenta hæreticorum confutemus. Et in primis, ad argu-

Cerdo, Manichæus, Valentinus Apelles impugnātur.

Mat. 1.

Gal. 4.

Ephes. 2.

Heb. 9.

1. Pet. 1.

1. Ioan. 1.

Act. 1.

Ioan. 20.

1. Ioan. 4.

menta Arrianorum satisfaciendum est.

Ad primã. obiectionẽ ¶ Ad primam obiectionem, quæ ex locis importantibus creationem desumitur, Respondetur, quòd filius Dei procedit à patre processione quadam ineffabili, propter quod sacra scriptura vtitur vocibus ad significandam huiusmodi processionem, quæ secundum proprietatem filio Dei perfectè conuenire non possunt, eò quòd importent aliquam imperfectionem quæ vocibus illis significatur sed ponuntur ad excludendas alias imperfectiones, & quæ magis deficiunt ab ista similitudine processionis ineffabilis. v. g. Heb. 1. Appellatur filius Dei, splendor patris, ad significandũ quòd quemadmodum splendor procedit ex sole, sine corruptione solis, sic filius Dei procedit ex patre sine aliqua patris corruptione, quod in generationibus rerum corporalium non solet euenire, cum semper generans generando mutetur, deficit tamen similitudo, propter rei sublimitatem, nam splendor differt à sole secundum substantiam. Similiter cum Prouer. 8. & Ecclesiast. 24. dicitur de Dei sapientia quòd sit creata, sensus est, quòd quemadmodum in creatore nulla est mutatio aut passio, quando res ex nihilo producit, sic in Deo genitore nulla est mutatio aut passio quando generat. Item ad ostendendum, quòd quemadmodum Deus loquendo, & dicendo producit creaturas iuxta illud, Ipse dixit & facta sunt, &c. Sic etiam producit verbũ æternum dicẽdo. Possunt etiam ista loca scripturæ explicari de filio Dei, ratione humanæ naturæ assumptæ, sic explicat D. Augustinus libr. 1. de Trinitate. c. 11. & 12. & D. Hieronym. in epistola ad Cyprianum, dicit. Neminem moueat quòd Dei sapientia appellatur creata, nã in Hebræo non habetur bara, quæ est creatio sed possessio, & sensus est, ab initio & ante sæcula possessa sum, vel præuisa sum, creaturæ vniri, vt explicat Diuus Thomas 4. contra Gentes. cap. 8. Quòd verò filius dicitur primogenitus creaturæ, non est ex hoc quòd filius Dei sit in ordine creaturarum reponendus, sed quia filius est à patre, & à patre accipit esse à quo sunt, & accipiunt creaturæ, sed filius accipit à patre eãdem naturam non autem creaturæ. Vnde & filius non solùm primogenitus dicitur, sed etiam vnigenitus propter singularem modum accipiendi. ¶ Ad autoritates in secunda obiectione adductas, vbi Christus dicitur factus, Respondetur, Christum Dominum dici factum, tum ratione humanæ naturæ quæ re vera facta est, iuxta illud ad Romanos primo. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Tum

Pro. 8. Eccle. 24.

D. Augustinus. D. Hieron.

D. Thom.

Ad secũdã. obiectionẽ

Rom. 1.

ratione vnionis ineffabilis naturæ humanæ ad diuinam in tempore factæ, secundum quã ille homo Christus Iesus dicitur filius Dei, & melior omnibus Angelis. ¶ Ad prima duo testimonia tertiæ obiectionis, in quibus videtur significari, quòd filius sit minor patre, & subiectus patri, Respondetur, quod Christus est verus Deus, & est verus homo, qua parte est homo, est minor patre, subiectus & obediens patri, nec est mirùm si secundum hanc rationem dicatur minor patre, cum etiam ab Angelis cum minoratum Apostolus dicat, Hebræo. secundo. Eum, qui modico ab Angelis minoratus est, vidimus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, at verò ex eo quòd Christus est verus Deus habet eandem essentiam perfectionem & potestatem cum patre, iuxta illud ad Philippenses secundo. Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Ad alia loca eiusdem obiectionis vbi insinuari videtur, quòd solus pater sit Deus, Respondetur primo, quòd illa dictio, solus, excludit deos fictitios & ab hominibus fabricatos, non verò filium vel Spiritum sanctum: ita Euaristus Papa in epistola prima, & Diuus Basilius libro secundo contra Eunomium, & Concilium Syrmiense. Itaque, sensus est, pater est Deus, & nulla res alterius, naturæ quàm pater est Deus. Secundò respondetur, quòd illa dictio, solum, non excludit prędicata essentiala, quãdoquidẽ vna persona est eiusdẽ essentiæ cũ alia, quare tota Trinitas est vnus, & solus Deus, & quod hic sit sensus scripturę Catholicus & verus, patet ex cõtextu eiusdẽ scripturæ, nã & quod filius sit Rex Regum, & Dominus Dominantium, sicut pater, ostenditur Apocalyp. 19. Vbi dicitur, vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbum Dei, & postmodum subditur, & habet in vestimento & in fœmore suo scriptum, Rex Regum & Dominus Dominantium. Nec ab hoc quod subditur, qui solus habet immortalitatem excluditur filius, cum & sibi credentibus immortalitatem conferat. Vnde dicitur Ioan. 11. Qui credit in me, non morietur in æternum. Vtrùm vero hæc propositio sit concedenda, solus pater est Deus, vel solus filius est Deus, discutitur à Diuo Thoma. 1. parte, quæstione. 31. articulo. 4. Et tandem concludit locutionem hanc ex vi sermonis esse falsam, nam re vera facit istum sensum, pater est Deus & nullus alius à patre est Deus. Subiungit tamen quod si hæc locutio in aliqua scriptura canonica reperiatur, non est extendenda sed

Ad quartã. obiectionẽ

Heb. 2.

Phil. 2.

Euaristus. Basilius. Concilium Syrmiense.

Apo. 19.

Ioan. 11.

D. Thom.

da sed piè interpretanda. Ad testimonia quar
Ad quartã obiectionẽ tæ obiectionis, quibus contenditur ignorantiam esse in Christo, respondetur primò,
Mat. 24. Mar. 13. quòd illud verbum Matthæi 24. & Marci 13. Neq; filius hominis additum est ab Arrianis
Ambros. D. Hieron. ità Diuus Ambrosius libro quinto de fide, cap. 8. & Hieronymus. Matthæi 24. Secundò respondetur, quòd filius quatenus Deus
Gregor. est, eandem habet scientiam, & eiusdem perfectionis cum patre, ignorat verò aliqua quatenus homo, ità Gregorius Nazianzenus li-
Cyrillus. bro secundo suæ Theologiæ ad finem, & Cyrillus libro 9. thesau. capitulo 4. & Concilium 6. Constantinopoli. actione 4. Sed hæc expositio videtur aduersari doctrinæ Theologorum. Qui vno consensu determinant Christum Dominum ab instanti suæ conceptionis vidisse omnia in verbo, quæ Deus videt scientia visionis, sed Deus scientia visionis cognoscit diem iudicij, ergò etiam cognoscitur à Christo. Tertia explicatio est, quòd filius Dei dicitur nescire, quia habuit se ad modum nescientis, nam pluries interrogatus de illo die, non respondit, quinimo
Augusti. voluit nos illum diem latere, ità Diuus Augustinus Psal. 6. & libro 1. de Trinitate, capitulo
Basilius. 13. & Basilius libro secundo contra Eunomium. Communis explicatio est, quod nesciuit secundum facultatem humanæ naturæ.

Ad aliud testimonium respondetur, Christum Dominum esse prædestinatum filium Dei: aliter explicari à doctoribus Græcis, aliter à Latinis. Græci sic interpretantur. Christus Dominus est prædestinatus filius Dei, id est, declaratus, ostensus, & manifestatus, ex virtute sanctificandi & resurrectione mortuorum. Latini verò sic explicant, Christus Dominus secundum carnem est prædestinatus & prædefinitus fore filium Dei, ità Diuus
D. Thom. Thomas infrà, quæstione 24. articulo 1. & 2. Secundum quam explicationem, argumentum Arrianorum procedere videtur. Pro cuius confutatione notandum, quòd aliud est disputare de hypostasi Christi quare sit Deꝰ, & aliud de homine Christo, quare sit Deus, nam prima quæstio quærit de natura diuina respectu hypostasis, & respondendum est, quod hypostasis Christi est Deus, non ex dono gratiæ, sed ex natura & generatione æterna. Secunda quæstio, quærit de indiuiduo humanæ naturæ respectu naturæ subsistentis in hypostasi diuina, & respondendum est, quod ex dono gratiæ vnionis personalis, & non ex natura habet homo quod sit Deus, nam quamuis sit naturale personæ filij Dei quod sit Deus, sed non secundum naturam humanam, secundũ quã est Deus per gratiã vnionis. Ad aliud testimonium ex Diuo Ioan
Ioan. 17. ne capitulo 17. respondetur, quòd ex eo efficaciter conuincitur patrem & filium esse vnum eo modo, quo oportebat discipulos esse vnum, nimirum per vnitatem amoris, sed hæc vnio non excludit vnitatem in eadem essentia, quinimo eam maximè confirmat. Ad vltimum testimonium ex Diuo Ioanne capitulo 10. respondetur ex illo testimonio euidenter, conuictos esse Iudæos, qui dixerant Christum Iesum blasphemasse, eò quòd dixerit hominem esse Deum, nam blasphemia consistebat in hoc quod homo esset Deus. Quod autem hæc non essent verba blasphemiæ conuincitur non solum ex sacris literis vbi homo sæpenumero nominatur Deus, sed etiam argumento à minori. Etenim si homo ex minori dono sine aliqua blasphemia nominatur Deus, nulla erit blasphemia eum nominari Deum, quem pater singularissimo dono sanctificauit, & misit in mundum. Ad omnia alia argumenta Arrij respondetur in Christo Domino esse duplicem naturam, alteram diuinam, quam accepit à patre cum omnibus suis perfectionibus, cum omni sapientia & virtute. Alteram humanam diuinitate inferiorem, secundum quam Christus est subiectus patri, audit à patre, clarificatur & exaltatur à patre, proficit sapientia & ætate. ¶ Ad argumẽta Manichęi, quibus conatur in Christo labefactare veritatem humanæ naturæ, asserendo Christum Dominum non habuisse verum corpus sed phantasticum. Respondetur, quod quando Diuus Paulus Romano-
Rom. 8. rum 8. dicit filium Dei missum in similitudi-
Phil. 2. nem carnis peccati, & ad Philippenses 2. In similitudinem hominum factum, quòd ibi similitudo non accipitur pro similitudine apparentiæ, sed pro vera similitudine peccati, sicut omnes homines dicuntur similes specie. De huius erroris confutatione legendus est
D. Thom. Diuus Thomas 4. libro contra Gentes, capitulo 29. Vbi ostendit huius erroris falsitatem procedere ex ignorantia sacrarum literarum, & rationum, quæ ex sacris literis, & ex fidei doctrina deducũtur. ¶ Ad testimonia scripturarum, quibus vtitur Valentinus hæreticus ad ostendendum Christum Dominum non habuisse corpus terrenum, sed cœleste, respondetur, quod Christus descendit de cælo, non secundum corpus aut animam, sed secũdum diuinitatem, quod ex ipsis verbis Domini ac-
Ioan. 3. cipi potest, nam cum diceret Ioannis 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, subiũxit, Filius hominis qui est in cęlo,

in quo

in quo ostendit se ità descendisse de cælo, quod tamen in cælo esse non desierit, cum sit proprium deitatis, vt ità in terris sit, quod & Hier.23. cælum impleat, secundùm illud Hieremię 23. Cælum & terram ego impleo. Nec verò competit filio Dei, in quantum Deus est, descendere de cælo secundum motum localem, nam quod localiter mouetur, sic ad vnum locum accedit, quòd ab altero recedit. Dicitur igitur filius Dei descendisse secundum hoc quod terrenam substantiam sibi copulauit, sicut & Apostolus eum exinanitum dicit, in quãtum formam serui accepit, ità tamen quod diuinitatis naturam non amisit. Ad testimonium quod adducit Apollinaris hæreticus ad probandum Christum non assumpsisse carnem ex Virgine, sed quod aliquid verbi diuini in carnem fuerit conuersum, respõdetur, quòd ille locus Ioannis. 1. Verbum caro factum est, Ioan.1. non est sic intelligendus, quasi verbum diuinum sit conuersum in carnem, sed quia carnem assumpsit, vt cum hominibus conuersaretur & eis visibilis appareret. Vnde & ibidem subditur, Et habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à patre. Et Baruch 3. dicitur. In terris visus est, & cum ho Baruch.3. minibus conuersatus est. In alijs erroribus suprà recensitis, non est cur immoremur. Videatur Diuus Thomas 4. libro contra Gen- D. Thom. tes, capitulo 32. & 33. Vbi multis ostẽdit qualiter in Christo fuerit anima rationalis à verbo diuino distincta, & quòd verbum non fuerit loco animæ, sed quod habuerit naturam humanam perfectam ex omnibus suis partibus, sicut & cæteri homines.

Finis introductionis.

TERTIA PARS SVMMAE THEOLOGICAE SANCTI THOMÆ AQVINATIS, DOCTORIS ANGELICI.

PROOEMIVM.



VIA Saluator noster Dominus Iesus Christus, teste Angelo, populum suum saluum faciens à peccatis eorum, viam veritatis nobis in seipso demonstrauit, per quam ad beatitudinem immortalis vitæ resurgendo peruenire possimus, necesse est, vt ad consummationem totius Theologici negotij, post considerationem vltimi finis humanæ vitæ, & virtutum ac vitiorum, de ipso omnium Saluatore ac beneficijs eius humano generi præstitis, nostra consideratio subsequatur.

Circa quam primò considerandum occurrit de ipso Saluatore. Secundò, de sacramentis eius, quibus salutem cõsequimur. Tertiò, de fine immortalis vitæ, ad quã per ipsum resurgendo peruenimus.

Circa primum duplex cõsideratio occurrit. Prima est de ipso Incarnationis mysterio, secundum quod Deus pro nostra salute factus est homo. Secunda de his, quæ per ipsum Saluatorem nostrum, id est, Deum incarnatum sunt acta & passa.

QVAESTIO PRIMA

De conuenientia Incarnationis, in sex articulos diuisa.

CIRCA primum tria considerãda occurrunt. Primò quidem de conueniẽtia incarnationis Christi. Secundò, de modo vnionis Verbi incarnati. Tertiò, de his, quæ consequuntur ad hanc vnionem.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm conueniens fuerit Deũ incarnari.

¶ Secundò, vtrùm fuerit necessarium ad reparationem generis humani.

¶ Tertiò, vtrùm si non fuisset peccatũ, Deus incarnatus fuisset.

¶ Quartò, vtrùm principalius sit incarnatus ad tollendum originale peccatum, quàm actuale.

¶ Quintò, vtrùm conueniens fuerit Deum incarnari à principio mundi.

¶ Sextò, vtrùm eius incarnatio differri debuerit vsque in finem mundi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrũ conueniens fuerit Deũ incarnari.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens, Deum incarnari. Cùm enim Deus ab æterno sit ipsa essentia bonitatis, sic optimum est ipsum esse sicut ab æterno fuit: sed Deus ab æterno fuit absque omni

1. 3. di. 1. q. 1. ar. 2. & 4. cõtragẽ. c. 40. 49. 53. 54. & 55. Et op. 2. ca. 5. & 6. & op. 3. ca. 207. & 208.

omni carne. Ergo conuenientiſsimum eſt, ipſum non eſſe carni vnitum. Non ergo fuit conueniens, Deum incarnari.

¶ 2. Præterea, Quæ ſunt in infinitũ diſtantia, inconuenienter iunguntur: ſicut incõueniens iunctura eſſet, ſi quis pingeret imaginem, in qua humano capiti ceruix iungeretur equina: ſed Deus & caro in infinitum diſtant, cùm Deus ſit ſimpliciſsimus, caro autem maximè compoſita, & præcipuè humana. Ergo incõueniens fuit, quòd Deus carni vniretur humanæ.

¶ 3. Præterea, ſic diſtat corpus à ſummo Spiritu, ſicut malitia à ſumma bonitate. Sed omninò inconueniens eſſet, quòd Deus, qui eſt ſumma bonitas, malitiam aſſumeret. Ergo non fuit conueniens, quòd ſummus Spiritus increatus corpus aſſumeret.

¶ 4. Præterea, Inconueniens eſt, vt qui excedit magna, contineatur in minimo: & cui imminet cura magnorum, ad parua ſe transferat: Sed Deum, qui totius mundi curam gerit, tota rerum vniuerſitas capere non ſufficit. Ergo videtur inconueniens, quòd intra corpuſculũ vagiẽtis infantiæ lateat, cui parùm putatur vniuerſitas: & tãdiù à ſedibus ſuis abſit ille Regnator, atq; ad vnũ corpuſculũ totius cura mũdi transferatur, vt Voluſianus ſcribit ad Auguſt. †

Epiſt. 2. poſt mediũ illius tom. 2. inter opera Aug.

SED CONTRA, illud videtur eſſe conuenientiſsimum, vt per viſibilia monſtrentur inuiſibilia Dei: ad hoc enim totus mundus eſt factus, vt patet per illud Apoſt. Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: ſed ſicut Damaſ. dicit in principio tertij lib. * per Incarnationis myſterium monſtratur ſimul bonitas, & ſapientia, & iuſtitia, & potentia Dei vel virtus. Bonitas quidem, quoniam non deſpexit proprij plaſmatis infirmitatẽ. Iuſtitia verò, quoniam homine victo non alio, quàm homine fecit vinci tyrannum, neque vi eripuit ex morte hominem. Sapientia verò, quoniam inuenit difficillimi pretij decentiſsimam ſolutionem. Potentia verò ſiue virtus infinita, quia nihil eſt maius, quàm Deum fieri hominem. Ergo conueniens fuit Deum incarnari.

lib. 3. ortho. fid. ca. 1. in medio illius

RESPONDEO dicendum, quòd vnicuiq; rei conueniens eſt illud, quod competit ſibi ſecũdum rationem propriæ naturæ: ſicut homini conueniens eſt ratiocinari, quia hoc conuenit ſibi, in quantum eſt rationalis ſecundum naturam ſuam. Ipſa autem natura Dei eſt eſſentia bonitatis, vt patet per Dionyſium 1. ca. de diui. no. † Vnde quicquid pertinet ad rationem boni, conueniens eſt Deo. Pertinet autem ad rationẽ boni, vt ſe alijs communicet: vt patet per Dionyſium, quarto cap. de diuin. no. *. Vnde ad rationẽ ſummi boni pertinet, quòd ſummo modo ſe creaturæ communicet: quod quidem maximè fit per hoc quod naturam creatam ſic ſibi coniungit, vt vna perſona fiat ex tribus, ſcilicet, verbo, anima, & carne: ſicut dicit Auguſt. 13. de Trin. † Vnde manifeſtum eſt quod conueniens fuit Deum incarnari.

3. di. 1. q. 1. arti. 3. ad 3. & q. 2. arti. 2. 1. Et diſ. 4. q. 1. ar. 1. q. 1. co. & 2.

c. 1. à medio illius.

cap. 4. circa principiũ.

lib. 13. cap. 17. non procul à princ. to. 3. Infrà q. 2. artic. 1. Et 3. di. 1. q. 1. ar. 1. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Incarnationis myſterium non eſt impletũ per hoc, quòd Deus ſit aliquo modo à ſuo ſtatu immutatus, in quo ab ęterno fuit, ſed per hoc, quòd nouo modo ſe creaturæ vniuit, vel potius eam ſibi. Eſt autẽ conueniens vt creatura, quæ ſecundum rationem ſui mutabilis eſt, non ſemper eodem modo ſe habeat. Et ideo ſicut creatura incepit eſſe, cũ priùs non eſſet, ità conuenienter, cùm prius non eſſet vnita Deo in perſona, poſtmodum ei fuit vnita.

AD SECVNDVM dicendum, quòd vniri Deo in vnitate perſonæ, nõ fuit conueniens carni humanę ſecundũ conditionem ſuæ naturæ, quia hoc erat ſupra dignitatem ipſius; conueniens tamen fuit Deo ſecundum infinitam ex-

cellentiam

cellentiam bonitatis eius, vt sibi eã vniret pro salute humana.

AD TERTIVM dicendũ, quòd quælibet alia conditio, secundum quã creatura quæcunque differt à creatore, à Dei sapientia est instituta, & ad Dei bonitatem ordinata: Deus enim propter suam bonitatẽ, cùm sit increatus, immobilis & incorporeus, produxit creaturas mobiles & corporeas. Et similiter malum pœnæ à Dei iustitia est introductũ propter gloriam Dei: malum verò culpę committitur per recessum ab arte diuinæ sapientiæ, & ab ordine diuinę bonitatis: & ideo Deo conueniens esse potuit assumere naturam creatam, mutabilem, corpoream & pœnalitati subiectam: non autem fuit ei conueniens assumere malum culpæ.

Ad quartum dicendum, quòd sicut Augustinus respondet in epistola ad Volusianum *, non habet hoc Christiana doctrina, quòd ita sit Deus infusus carni humanæ, vt curam gubernandę vniuersitatis vel deseruerit, vel amiserit, vel ad illud corpusculum quasi contractam transtulerit: hominum enim est iste sensus, nihil nisi corporea valentium cogitare *. Deus autem non mole, sed virtute magnus est: vnde magnitudo virtutis eius, nullas in angusto sentit angustias. Non est incredibile, si verbum hominis transiens, simul auditur à multis & à singulis totum, quòd verbum Dei permanens, simul vbique sit totum. Vnde nullum inconueniens sequitur Deo incarnato.

Est epist. 3. aliquantulum à prin. tom. 2.

In ead. epi. ante mediũ

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua, cuius duę sunt probationes. Prior est. Nam illud videtur esse conuenientissimum, vt per visibilia monstrentur inuisibilia Dei: ad hoc enim totus mundus est factus, vt patet per illud Apostoli Roman. 1. inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; sed sicut Damascenus dicit in principio 3. lib. per incarnationis mysterium monstratur simul bonitas, & sapientia, & iustitia, & potentia Dei vel virtus. Bonitas quidem quoniam non despexit proprij plasmatis infirmitatem: iustitia vero quoniam homine victo, non alio quam homine fecit vinci tyrannum, neque vi eripuit ex morte hominem: sapientia verò quoniam inuenit difficillimi pretij decentissimam solutionem: potentia vero siue virtus infinita, quia nihil est maius quam Deum fieri hominem, ergò conueniens fuit Deum incarnari. Altera probatio est. Nam vnicuique rei conueniens est quicquid conuenit illi ratione suę naturæ, ergo Deo conueniens est quicquid conuenit secundum rationem boni, ergò cõueniens est summo modo se communicare creaturæ, ergò conueniens fuit Deum incarnari. Antecedens manifestatur ex hoc quod ratiocinari conuenit homini; quia secundum rationem suæ rationalis naturæ competit. Prima verò consequentia probatur. Quia ipsa natura Dei est essentia bonitatis, vt Dionysius dicit. Secunda autem consequentia probatur. Quia ad rationem summi boni spectat summo modo se cõmunicare creaturæ: quod probatur: quia ad rationem boni spectat se communicare alijs. Tertia denique consequẽtia probatur. Quia hoc, quod est summũ bonum, seu Deum summo modo se communicare creaturæ maximè fit per hoc, quod naturam creatam sic sibi coniungit, vt ex verbo, anima & carne vna fiat persona, vt Augustinus dicit.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVæstio de conuenientia incarnationis, quam differt Diuus Thomas in articulo apparet vana, & superflua. Nam quicquid Deus facit conuenienter & optimè facit, ergò satis fuerit pro demonstratione huius conuenientiæ, quòd hoc mysterium iam sit à Deo factum. Deus namque solus iure optimo dicere potest, sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Hoc modo dissoluunt grauissimas nostræ fidei difficultates Grammatici & Hæretici. Item videtur quod ratio Diui Thomæ in articulo non sit efficax. Etenim Diuus Thomas statuit pro certo esse conueniens Deo quicquid pertinet ad rationem boni, sed hoc principium est falsum. Nam rectè ratiocinari, vel ridere pertinet ad rationem boni, & hæc perfectio non potest Deo competere, ergò non quicquid pertinet ad rationem boni conuenit Deo. ¶ Itẽ Diuus Thomas statuit pro certo quod communicare se creaturæ, pertinet ad rationem boni, quod

Dubiũ circa quæst. articuli.

Prim. argu.

Arguitur contra rationem D. Thom.

Secundum

quod falsum esse ostenditur. Nam communicare se creaturę nullam dicit perfectionem, alioquin aliqua perfectio deesset Deo ab æterno, siquidem ab æterno non se communicauit creaturæ, ergò communicare se creaturæ
Tertium. non pertinet ad rationem boni. ¶ Item, id quod pertinet ad rationem boni competit Deo naturaliter & necessario, sed communicare se creaturæ non conuenit naturaliter, sed liberè, ergò non pertinet ad rationem boni. Imò illud etiam difficultatem ingerit in probatione D. Thomæ. Nam procedit ad liberã & voluntariam proprietatem summi boni à naturali illius proprietate. Ex eo enim quod ad rationem summi boni, naturaliter pertineat se summo modo communicare, tantùm sequitur quòd se summo modo communicet naturaliter in communicatione, qua suam essentiam cómunicat filio, de qua dicitur Esaię
Esai. vlt. cap. vltimo. Si ego qui generationem cæteris tribuo sterilis ero? cæterum ex naturali proprietate boni, non sequitur libera boni communicatio, ergo transit Diuus Thomas de ge
Quartum. nere in genus. ¶ Deinde sic argumentor. Si argumentum Diui Thomæ esset efficax, sequitur quod Deus assumeret carnem humanam, etiam homine non peccante, cuius contrarium docet Diuus Thomas infrà articulo tertio. Probatur sequela. Nam totus iste discursus Diui Thomæ innititur in summa Dei bonitate, quæ etiam homine non peccante
Vltimum. immobilis permaneret. ¶ Vltimò ratio Diui Thomæ non plus probat de homine quam de Angelo. Nam tantùm probat esse conueniẽs Deo quòd se summo modo cómunicet.
Arist. Pro solutione argumentorum reuocandum est in memoriam, id quod dicit Aristoteles 2. metapho. textu. 15. & 1. Ethicor. capitulo 3. Non esse disciplinati ingenij eandem certitudinem in omnibus materijs exquirere. Quapropter cum rationes Diui Thomæ in hoc mysterio non possint esse demonstrationes, sed solùm sint probabiles congruentiæ, non sunt ad viuum resecandæ, sed sufficit quod vim aliquam habeant ad probabilitatem efficiendam & confirmandam veritatem.
Quo fundamento constituto respondetur, quod si hæc ratio adducatur contra Paganos non admittentes fidei veritatem, satis apparenter probat non dedecere summam bonitatem, vt Deus fiat homo. Si verò eadem afferatur viro Christiano, qui lumine fidei illustratus credit Deum hominem factum, prębebit vim intellectui illius, vt non solum credat istam veritatem, sed etiam aliquo modo eius causas cognoscat, quæ sumuntur ex conuenientijs, quæ in hoc mysterio comparent, Nam secundum documentum Diui Augustini. Theologiæ diuinæ tribuitur quod per eam fides saluberrimè gignitur, nutritur, roboratur & defenditur. ¶ Vnde ad primũ argu
D. August. Ad primũ. mentũ respondetur proposito argumẽto efficaciter probari incarnationis conuenientiam. Nam rectè sequitur. Fides docet hoc mysterium à Deo esse factum, ergò fides docet conuenienter esse factum. Omnia enim quæ à Deo sunt, ordinata sunt (vt dicit Paulus Ro-
Rom. 13. manorum decimotertio.) Et quidem in huius mysterij explicatione semper oportet recurrere ad illud. Ità pater quoniam ità placitum est ante te. Et ad illud. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Et ad illud. Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit. Sed Theologi
Theologi munus. munus non tantùm est probare hoc mysterium esse conueniens, quia Deus voluit & fecit illud, sed quia suapte natura est maximè conueniens & decens. Sapientia enim diuina attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, Sapientię octa
Sap. 8. uo. Et alibi omnia in sapientia fecisti. Dicendum est ergò, quod Deus alios modos multos cognouit reparandi genus humanum sed non ità congruos & conuenientes, sicut Deum fieri hominem. Deum namque incarnari, quomodolibet esset factum de se conuenientissimum est, sicut patrem communicare suum esse filio, de se conuenientissimum est,
Dubium. licèt non fiat per voluntatem. Sed ex hoc nascitur quæstio, an sit aliqua operatio, in qua nulla sit alia ratio bonitatis quam quod Deus voluerit eam efficere? Et videtur quod sic. Nam nulla apparet repugnantia in hoc. Cur enim non licebit Deo dicere sic volo, sic iubeo? Et illud. An nõ licet de meo facere quod volo. Respondetur, Deus nil vult? aut facit
Solutio. quod in se bonum non sit, aut congruũ. Nam obiectum voluntatis est bonum, ergò semper vult Deus quia iudicat esse bonũ, & prius origine definit esse bonum quam vt illud velit. Nam quanquam diuina voluntas sit prima causa, & radix bonitatis & pulchritudinis quæ in rebus creatis inuenitur, semper tamen id, quod Deus vult in se bonum & pulchrum est. Itaque est bonum & pulchrum quia in se habet bonitatem & pulchritudinẽ, quod apertè significatur in his verbis scripturæ, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Quod si in contrarium obijcias diuinam prædestinationem, cuius nulla
Prædestinationis causa ex parte Dei. datur causa, sed tantũ diuina volũtas, quæ cuius vult miseretur. Respõdetur facilè ex parte nostra

nostra nullam profecto assignari causam, ex parte vero Dei legitima ratio est ad ostendendas diuitias gloriæ suæ (vt docet Paulus ad Roma. 9.) Supereſt ſoluere argumenta, quæ militant contra rationem D. Tho. Pro quorum ſolutione eſt animaduertendum rationem D. Thom. in hoc articulo eſſe acutiſsimã. Nam procedit à priori & ex propria cauſa ex diuina, ſcilicet, bonitate. Aliæ vero rationes quæ ad eandem concluſionem oſtendendam afferuntur procedunt à poſteriori ex effectibus ipſius incarnationis & ex beneficijs quę ex hoc ſacramẽto hominibus proueniũt. Deinde hæc ratio conſiderat verbum ipſum incarnatum ſecundum quod in ſe eſt bonum quoddam ſubſtantiale & infinitũ & perſona quædam in duabus naturis ſubſiſtẽs. Aliæ verò rationes hoc ipſum verbum incarnatũ conſiderant, nõ in ſe ipſo ſed potiùs in beneficijs ab eo exhibitis, ergo ratio D. Tho. profundiſsima eſt, quippè quæ demonſtrat primam rationem & cauſam ob quam Deus de myſterio incarnationis in ſalutem noſtram cogitauerit. Ea eſt ſumma Dei bonitas & gratia appetentiſsima (vt ita dixerim) communicandi ſe creaturis ſummo modo. Vnde eſt illud D. Pauli de hoc myſterio loquentis toties repetitum, Apparuit gratia Dei, apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei. Et illud: Secundum propoſitũ voluntatis ſuę vt oſtenderet diuitias gloriæ & gratiæ ſuæ, id eſt, clementiæ & bonitatis ſuæ. Sed libet hanc rationẽ latiùs explicare. Volens omnipotens Deus ſuam oſtendere bonitatem, & diuitias gratiæ ſuæ, quæ cùm infinita ſit non poteſt in vna creatura manifeſtari, creauit orbẽ vniuerſum varijs creaturis diſtinctum, & ornatum, tum corporalibus, tum ſpiritualibus. Quòd ſi quis interroget, quid eſt quòd Deus vniuerſitatẽ creaturarum cõdiderit? non poteſt alia cauſa demonſtrari, quam ſi dicamus, quòd id fecerit propter bonitatem ſuam. Ipſe enim ſummè bonus exiſtens, & per ſe ſufficiens, nullius creaturæ indigens voluit creare mundum, vt ſuam bonitatem diffunderet, & manifeſtaret creaturis vniuerſis, vt eſſent perfectæ, & participes perfectionis, & felicitatis diuinæ. Ob idque fecit diuerſos creaturarum gradus, vt vna eſſet pulchrior, & perfectior altera, vt intellectus noſter ex cognitione rerum inferiorum ad cognitionem ſuperiorum conſcendens, & in eis gloriã Dei conſiderans ad cognitionẽ diuinæ bonitatis perueniat. Sed quoniam vniuerſæ creaturæ non admodum perfectè diuinam bonitatẽ nobis manifeſtabant, voluit Deus quia ſummè bonus eſt, creare humanitatem Chriſti, & illi ſuum eſſe perſonale communicare, ſic adeo, vt Deus eſſet homo, & homo Deus, in quo myſterio omnes theſauros gratiæ ſuæ, & bonitatis diffudit, & nobis manifeſtauit. Ex hoc diſcurſu ſi rectè expendatur, facile conſtabit efficacia probationis D. Thomæ, referentis hoc myſteriũ tanquam in primam cauſam in ſummam Dei bonitatem. Sed hoc ipſum poteſt rurſus confirmari. Nil tam decet diuinã liberalitatẽ, quam impendere beneficia, imò ſumma beneficia. Deus autem eſt ſumma liberalitas, ergo nil ita illum decet quam hoc incarnationis myſterium. Probatur minor. Ad ſummam liberalitatem ſpectat, vt non propter commodũ quod ex donatione expectatur ſed propter ipſam liberalitatis bonitatem aliquid in alterius cõmodum conferatur (vt Ariſto. docet. 4. Ethi. cap. 2.) at ſolus Deus in donatione ſua habet hoc, vt nihil omnino acquirat ſibi ex donatione ſua, ergo, &c. Hęc probatio minoris deſumpta eſt ex D. Tho. 1. contra gentes ca. 93. quod autem in hoc myſterio contulerit ſummum beneficium infrà eſt demonſtrandum.

¶ Ad primum contra probationem D. Tho. reſpondetur quòd D. Tho. tãtum docet Deo conuenire quod pertinet ad rationem boni abſolutè & ſimpliciter, non quod pertinet ad rationem talis boni: & quoniam cõmunicare ſe eſt bonum abſolute & ſimpliciter, efficaciter concluditur quòd Deo ſit maximè conueniens, ſiquidem Deus eſt ipſamet ratio bonitatis. Pro huius tamẽ maiori explicatione notandum quòd bonũ ſumitur dupliciter. Vno modo ſumitur bonum in tali genere ſicut dicitur, bonum hominis, bonũ leonis. Alio modo dicitur bonum ſimpliciter & ſine aliqua limitatione, ſicut viuere & intelligere. Eadem diſtinctio adhiberi communiter ſolet de perfectione. Eſt enim vna perfectio limitata & in tali genere, ſicut eſt perfectio hominis, & leonis. Alia verò perfectio eſt abſoluta & ſimpliciter, quæ de ſe nullam importat imperfectionem, & huiuſmodi perfectio eſt maximè conueniens Deo. ¶ Ad ſecundũ varias proferunt ſolutiones diſcipuli D. Thom. imprimis dominus Caieta. in hoc articulo reſpondet, quòd cõmunicare ſe creaturæ vt dicit actionem, quæ eſt perfectio agentis, perfectionem denotat, & hoc quidẽ in Deo eſt ab æterno & ſubſtantia Dei. Cæterùm vt dicit illationem effectus ad extra, nõ dicit perfectionem communicãtis, ſed eius cui fit communicatio. Sed hæc ſolutio quoniã procedit ex ſententia illa, quæ aſſerit actionem eſſe in agente nõ admittitur ab omnibus. Aliam ſolutionem aſsignat

Roma. 9.

Ratio Diui Thomæ eſt à priori.

Ariſtot.

D. Thom.

Ad primũ contra rationem D. Thomæ.

Bonum dupliciter.

Caiet. meliorem, & dicit, quod cõmunicare se creaturæ non est perfectio Dei communicãtis, sed eius cui fit cõmunicatio. Nam Deus qui summè bonus est non sic se communicat creaturæ, vt inde aliquã perfectionẽ acquirat, sed vt eam benefaciat & perficiat. In quo euidenter ostẽditur Deũ esse maximè liberalem, qui beneficia sua ita cõmunicat creaturæ, vt nullã inde vtilitatẽ adipiscatur. Alij respõdẽt quòd cõmunicare se creaturę dicit perfectionem. Sed nõ sequitur ex hoc quòd aliqua perfectio adueniat Deo ex tẽpore. Nam hãc perfectionẽ habuit in se eminẽter ab æterno. Sicut dicũt Theologi aggregatũ ex Deo & vniuerso nõ esse aliquid perfectius quam Deum solũ, quoniã perfectio vniuersi est in Deo eminenter. ¶ Vltimò respõdetur & meliùs, q̃ esse cõmunicatiuum est perfectio in Deo infinita, & hæc fuit in Deo ab æterno, sed actu se communicare perfectio est sed nõ noua, sicuti in igne esse calefactiuũ est perfectio, de nouo tamen calefacere non est noua perfectio. Et idcircò dicit D. Tho. Hanc cõmunicationẽ esse cõuenientẽ bono ac summo bono, sed nõ dicit superuenire bono. ¶ Ad tertiũ, & quartũ respondetur quòd ad agens pertinet se cõmunicare eo modo, quo agẽs est. Si agit naturaliter cõmunicat se naturaliter. Si agit liberè liberè se cõmunicat: & quoniã Deus in generatione ad intra & spiratione agit naturaliter cõmunicat se naturaliter Filio & Spiritui sancto. At verò quoniã in creatione rerũ libere agit, libere se cõmunicat creaturis. Dicendum est itaq; quòd ad rationẽ boni pertinet se ipsum cõmunicare secundum rationẽ perfectionis quam habet. Si est bonũ cõmunicat se. Si melius bonũ, melius se cõmunicat. Si summũ bonum, summo modo se cõmunicat. ¶ Ad quintum respõdetur, quòd licet Deus destinauerit innumera beneficia generi humano per Incarnationẽ Christi conferre, hæc tamẽ sic decreuit, vt ordinauerit ad generis humani redemptionem. Quapropter si redemptio nõ fuisset necessaria, Deus non incarnaretur. Dico itaq; quòd summũ bonũ summo modo se cõmunicat creaturæ quando oportet, & quomodo oportet, & secundum alias circunstantias. Et idcirco scribit Paulus, Quando venit plenitudo tẽporis misit Deus filiũ suũ. ¶ Ad vltimũ respondetur, quòd in hoc mysterio nõ solum Deus se cõmunicat homini, sed vniuersis creaturis. Nam in vniuersitate creaturarũ quatuor gradus entiũ reperiuntur. Primus est non habentiũ vitã vt lapides. Secundus est habẽtium vitam sine sensu tamen, vt plantæ & virgulta. Tertius est viuentiũ vitam sensitiuã vt bruta.

Alia solutio.

Esse cõmunicatiuum est perfectio in deo.

Ad 3. & 4.

Ad quintũ.

Ad vltimũ. Deꝰ in hoc mysterio vniuersis creaturarũ gradibus se cõmunicat.

Quartus est viuentiũ vita intellectuali, vt angeli & homines. Hi omnes gradus inueniũtur in homine, & ideo à Philosophis Michrocosmus, id est, minor mũdus, vel abbreuiatus mũdus appellatur: & à D. Gregorio super illud Marci vltimo: Prædicate Euangelium omni creaturę. Homo ipse, nomine omnis creaturę intelligitur. Volo dicere quòd per hoc mysterium Incarnationis Dominicæ omniũ creaturarũ gradus in diuina persona eleuantur. Nam si Deus assumpsisset naturam angelicam non eleuaret naturam corporeã. Et si cœlestem naturam sibi copulasset, non eleuaret naturã vegetabilem. Si arborem assumpsisset, nõ eleuaretur natura sensitiua. Si leonem, nõ eleuasset naturam intellectualem. Assumendo verò naturam humanam, quod significat incarnatio, omnes creaturas euexit & sublimauit. Propter quod Ioan. 3. dicitur, Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Etenim hoc modo totus mundus in diuinam celsitudinem eleuatur. Sed notandum quòd in hoc mysterio Deus summo modo se communicat creaturæ intẽsiuè nõ extẽsiuè. Nam certè si Deus assumeret omnes creaturas, maior esset cõmunicatio extensiuè. Dicitur verò maxima cõmunicatio intẽsiuè, quoniã in hoc mysterio cõmunicat Deus creaturę suã personalitatẽ, & suũ esse substantiale, quo nihil melius, aut excellẽtius excogitari potest. Et hinc est, quòd quãdo fit mentio in sacris literis de hoc mysterio semper asseritur, q̃ in eo ostendit Deus diuitias gratiæ suæ, vt in illo ad Titum. 3. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei. Quibus verbis insinuatur quòd cætera beneficia si cũ isto cõferãtur minima sunt. Etenim in hoc mirabili incarnationis sacramẽto Deus nõ secus se gessit, atq; artifex, qui omnem suæ artis perfectionem in quadã pulcherrima imagine depingenda vult ostẽdere. Quapropter D. Paulus ad Colos. 2. dicit de Christo, quod in eo sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Et certè in hoc mysterio effudit Deus omnẽ sapientiã suã. Id ipsum probatur ex testimonio Augustini non solùm. 13. de Trinit. ca. 10. qui est locus allegatus à D. Thoma, verùm etiam 10. de ciuitate Dei cap. 29. dicit enim; Gratia Dei non potuit gratiùs commendari, quàm quod filius Dei manens immutabiliter, indueretur hominem. Et libro de prædest. Sanct. cap. 15. Prædestinata est naturæ humanæ tãta, tam summa subuectio, vt quò attolleretur altiùs non haberet, sicut ipsa diuinitas quousq; se deponeret humiliùs non habuit, quàm suscepit à natura hominis cũ infirmitate carnis,

Homo dicitur minor mundus.

D. Gregor.

Ioan. 3.

Hæc est summa cõmunicatio intensiue.

Ad Titũ. 3.

Ad Col. 2.

D. August.

vsque

Quatuor modis se cõmunicat creaturis.

vsque ad mortem Crucis. Pro cuius maiori explicatione notandum, quod Deus quatuor modis se communicat creaturæ: per creationẽ dando esse naturale, per iustificationem tribuendo gratiam, per quam homo fit consors diuinæ naturæ, per beatitudinem tribuendo visionem Dei claram, per vnionem hypostaticam ex qua resultat, vt Deus sit homo, & homo Deus, qua dignitate nihil sublimius concipi potest. Quoniam in alijs communicat se Deus donando perfectiones creatas & finitas, siue naturales, siue supernaturales. Cæterùm in hoc incarnationis mysterio communicat se donando suam subsistentiam personalem, quæ infinitum bonum est. Ex his facilè colligitur solutio illius quæstionis, Vtrùm Deus posit facere aliquid excellentius humanitate Christi? hæc inquam quæstio tribus conclusionibus absoluitur. Prima, Deus non potest facere aliquid melius, & excellentius Christo Domino, nam Christus est verus Deus. ¶ Secunda conclusio, Deus non potest eleuare naturam humanam ad melius & sublimius esse, quã in hoc mysterio fuerit euecta, nam fuit eleuata ad esse diuinum substantiale, quo nihil dignius intelligitur. ¶ Tertia conclusio. Deus potuit facere aliquid excellentius humanitate Christi, vt Angelos, & alias creaturas perfectiores. Patet: nam humanitas Christi est creatura, & quacumque creatura demonstrata potest Deus aliam meliorem efficere. Hæc de hoc articulo. Nam annotationes Domini Caietani in solutionibus argumentorum D. Thomæ legenti facilè patebunt, & aliud dubium, quod solet moueri in hoc articulo, quæ nam sit legitima explicatio illius sententiæ, bonũ est diffusiuũ sui ipsius, expositum est à nobis diligẽter. 12. q. 1. art. 4.

Vtrùm fieri posit aliquid excellentius humanitate Christi.

Prima conclusio.

2. Concluſ.

3. Concluſ.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm necessarium fuerit ad reparationem generis humani Verbum Dei incarnari?

2 3. di. 4. q. 3. arti. 1. ad. 3. Et 4. di. 10. arti. 1. ad 3. Et d. 43. ar. 2. q. 1. ad. 2. Et 4. con. c. 55. 2. Et Psalm. 45. co. 6. P. p. q. 4. ar. 1. & 2.

AD secundũ sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit necessariũ ad reparationẽ humani generis verbũ Dei incarnari. Verbo em̃ Dei, cùm sit Deus perfectus (vt in primo habitum est*) nihil virtutis per carnẽ assumptam accreuit. Si ergo verbum Dei incarnatũ humanam naturam reparauit, etiam absq; carnis assumptione eã potuit reparare.

¶ 2. Præterea, Ad reparationẽ humanæ naturæ, quæ per peccatũ collapsa erat, nihil aliud requiri videbatur, quàm quod homo satisfaceret pro peccato: Sed homo, vt videtur, satisfacere potuit pro peccato: nõ enim Deus ab homine plus requirere debet, quàm posit: & cùm pronior sit ad miserẽdũ, quàm ad puniendũ, sicut homini imputat ad pœnam actum peccati, ita imputare debet ad meritum actum contrarium. Non ergo fuit necessarium ad reparationem humanæ naturæ, verbũ Dei incarnari.

¶ 3. Prẽterea, Ad salutẽ hominis præcipuè pertinet, vt Deũ reuereatur: vnde dicitur Malachiæ 1. Si ego pater, vbi honor meus? si Dñs, vbi timor meus? Sed ex hoc ipso homines Deũ magis reuerẽtur, q̃ eũ considerãt super omnia eleuatũ, & ab hominum sensibus remotum: vnde in Psal. 112. dicitur. Excelsus super omnes gentes Dñs, & super cælos gloria eius: & postea subditur. Quis sicut dominus Deus noster? Quod ad reuerẽtiam pertinet. Ergo videtur non conuenire humanæ saluti, quod Deus nobis similis fieret per carnis assumptionem.

Sed contra, Illud, per quod humanũ genus liberatur à perditione, est necessarium ad humanã salutẽ: Sed mysteriũ diuinę Incarnationis est huiusmodi: secundum illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mũdũ, vt filiũ suũ vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitã æternã: ergo necessariũ fuit ad humanã salutẽ, Deũ incarnari.

Respondeo dicendũ, quòd ad finem aliquẽ dicitur aliquid esse necessarium † dupliciter. Vno modo, sine quo aliquid esse non potest: sicut cibus est necessarius ad conseruationẽ humanæ vitæ. Alio modo, per quod meliùs & conuenientius peruenitur ad finem: sicut equus necessarius est ad iter. Primo modo, Deũ incarnari non fuit necessarium ad reparationẽ humanæ naturæ. Deus enim per suã omnipotentem virtutem

Arist. 5. metaphy. tex. 6. tom. 3.

poterat humanã naturam multis alijs modis reparare. Secundo autem modo neceſſarium fuit Deum incarnari ad humanæ naturæ reparationẽ. Vnde Auguſtinus* dicit 13. de Trini. cap. 10. Verum etiam oſtendamus non alium modum poſsibilem Deo defuiſſe (cuius poteſtati omnia æqualiter ſubiacent) ſed ſanãdæ miſeriæ noſtræ conuenientiorem alium modum non fuiſſe.

li. 13. c. 10. nõ longe à prin. tom. 3

Et hoc quidẽ conſiderari poteſt quãtum ad promotionẽ hominis in bonũ. Primò quidẽ, quantũ ad fidẽ, quæ magis certificatur ex hoc, quòd ipſi Deo loquẽti credit. Vnde Augu. dicit 11. de Ciui. Dei,* Vt homo fidentius ambularet ad veritatẽ, ipſa veritas Dei filius homine aſſumpto cõſtituit atq; fundauit fidẽ. Secundo, quantũ ad ſpem: quæ per hoc maximè erigitur. Vnde Aug. dicit 13. de Trin.† Nihil tam neceſſarium fuit ad erigendã ſpem noſtrã, quàm vt demõſtraretur nobis quantum diligeret nos Deus: quid verò huius rei iſto indicio manifeſtius, quàm quod Dei filius naturæ noſtræ dignatus eſt inire cõſortium? Tertiò, quantũ ad charitatẽ: quæ maximè per hoc excitatur. Vnde Aug. dicit in lib. de Catechizandis rudibus. * Quæ maior eſt cauſa aduentus Dñi, niſi vt oſtẽderet Deus dilectionẽ ſuam in nobis? Et poſtea ſubdit †: Si amare pigebat, ſaltẽ redamare non pigeat. Quartò, quantum ad rectam operationẽ: in qua nobis exẽplũ ſe præbuit. Vnde Auguſti. dicit in quodã ſermone de Nati. Dñi: Homo ſequẽdus non erat, qui videri poterat: Deus ſequendus erat, qui videri non poterat. Vt ergo exhiberetur homini, & qui videretur ab homine, & quem homo ſequeretur: Deus factus eſt homo.

li. 11. c. 2. à med. tom. 5.

li. 13. c. 10. nõ procul à prin. tom. 3

c. 4. in prin. tom. 4.

eod. lib. & capi. 4. non procul à princ. to. 4.

Quintò, quantũ ad plenã participationẽ diuinitatis: quæ vera eſt hominis beatitudo & finis humanæ vitæ: & hoc collatum eſt nobis per Chriſti humanitatem. Dicit enim Aug. in quodam ſermone de Nati. Dñi*. Factus eſt Deus homo, vt homo fieret Deus. Similiter & hoc vtile fuit ad remotionem mali.

In ſer. 9. circa princ. illius: & eſt ſerm. 13. in ordine, to. 10.

Primò enim per hoc homo inſtruitur, ne ſibi diabolum præferat, & eum veneretur, qui eſt autor peccati. Vnde Aug*. dicit 13. de Trini. Quandoquidẽ ſic potuit Deo coniungi humana natura, vt fieret vna perſona, ſuperbi illi maligni ſpiritus nõ ideo ſe audeãt homini præponere, quia non habent carnem. Secundò, per hoc inſtruimur quãta ſit dignitas humanæ naturæ, ne eam inquinemus peccãdo. Vnde Aug. dicit in lib. de Vera religio. † Demonſtrauit nobis Deus quàm excelſum locũ inter creaturas habeat humana natura, in hoc quòd hominibus in vero homine apparuit. Et Leo Papa dicit in ſermone de Nati.* Agnoſce ô Chriſtiane dignitatẽ tuã: & diuinæ cõſors factus naturæ, noli in veterem vilitatẽ degeneri conuerſatione redire. Tertiò, quia ad præſumptionẽ hominis tollendam, gratia Dei in nobis nullis meritis præcedẽtibus in homine Chriſto commẽdatur, vt dicitur in 13. de Trin.† Quartò, quia ſuperbia hominis, quæ maximè impedimento eſt, ne inhæreatur Deo: per tantam Dei humilitatem redargui poteſt atque ſanãri, vt dicit Auguſt. ibid.*

li. 13. c. 13. ante mediũ tom. 3.

Quintò, ad liberandũ hominẽ à ſeruitute peccati: quod quidẽ, vt Aug. dicit 13. de Tri. † fieri debuit ſic, vt diabolus iuſtitia hominis Ieſu Chriſti ſuperaretur: quod factũ eſt Chriſto ſatisfaciẽte pro nobis. Homo autẽ purus ſatisfacere non poterat pro toto humano genere: Deus autem ſatisfacere nõ debebat: vnde oportebat Deũ & hominem eſſe Ieſum Chriſtum. Vnde & Leo Papa dicit in ſermone de Natiu.* Suſcipitur à virtute infirmitas, à maieſtate humilitas: vt quod noſtris remedijs congruebat, vnus atque idem Dei & hominum mediator, & mori ex vno, & reſurgere poſsit ex altero. Niſi enim eſſet verus

eod. li. & c. habetur poſt mediũ illius.

lib. 13. de trin. ca. 13. tom. 3.

In ſerm. 1. poſt mediũ illius, incipit hic ſer. Saluator noſter.

In ſerm. 1. poſt mediũ illius.

Deus

Deus, non adferret remedium, nisi esset verus homo, non præberet exemplum. Sunt autem & aliæ plurimæ vtilitates, quæ consequutæ sunt, supra apprehensionem sensus humani.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit secundum primum modum necessarij, sine quo ad finem peruenirì non potest.

Ad secundum dicendũ, quòd aliqua satisfactio potest dici dupliciter sufficiens. Vno modo perfectè: quia est condigna per quandã adæquationẽ ad recõpensationẽ culpæ cõmissæ: & sic hominis puri satisfactio sufficiẽs esse non potuit pro peccato. Tum quia tota humana natura erat per peccatum corrupta; nec bonũ alicuius personæ, vel etiã pluriũ poterat per æquiparantiã totius naturæ detrimentũ recõpensare. Tum etiã, quia peccatũ contra Deũ commissum, quandã infinitatẽ habet ex infinitate diuinæ maiestatis: tãtò enim offensa est grauior, quanto maior est ille, in quẽ delinquitur. Vnde oportuit ad cõdignã satisfactionẽ, vt actus satisfacientis haberet efficaciã infinitã, vtpote Dei & hominis existens. Alio modo potest dici satisfactio hominis esse sufficiens imperfectè, scilicet secundum acceptationem eius, qui est ea cõtentus, quanuis non sit condigna. Et hoc modo satisfactio puri hominis est sufficiens. Et quia omne imperfectum præsupponit aliquid perfectum, à quo sustentetur: inde est quòd omnis puri hominis satisfactio efficaciã habet à satisfactione Christi.

Ad tertium dicendum, quòd Deus assumendo carnem, suam maiestatem non minuit: & per consequens non minuitur ratio reuerentiæ ad ipsum, quæ augetur per augmentum cognitionis ipsius. Ex hoc autẽ, quòd nobis appropinquare voluit per carnis assumptionem, magis nos ad se cognoscendum attraxit.

SVMMA TEXTVS.

PRima Conclusio. Non fuit necessariũ simpliciter ad reparationem generis humani incarnari Deum. Hanc conclusionẽ ostendit D. Tho. ex omnipotentia diuinæ virtutis secundũ quam poterat humanã naturã multis alijs modis reparare. ¶ Secunda cõclusio. Deũ incarnari fuit necessariũ tanquam melius, & conuenientius ad humani generis reparationẽ. Hæc ostenditur in primis autoritate Aug. 13. de Trini. c. 10. vbi sic loquitur. Verùm etiã ostendamus non aliũ modũ Deo defuisse, cuius potestati omnia æqualiter subiacent, sed sanandæ miseriæ nostræ conuenientiorẽ aliũ modũ non fuisse. Deinde probatur ex triplici capite. Tum quoniã per Christi incarnationẽ multò melius eriguntur, & confirmantur in nobis virtutes diuinitus infusę, fides, spes, charitas, & Christus proponitur nobis exemplar, & specimen bonorũ operũ, & per eum eleuamur in plenã participationẽ diuinitatis, quæ est vera hominis beatitudo, & finis. Tùm vero quoniã per Christi incarnationem liberamur à seruitute diabolicę potestatis, à propria deiectione, à nimia præsumptione, qua fidimus nostris viribus, à superbia, qua erigimur contra Deũ, & ab ipsamet seruitute peccati. Tùm vltimò ex multis alijs vtilitatibus, quas esset infinitũ recensere. Ex his cõclusionibus suboritur maior & difficilior quæstio, an purus homo potuerit satisfacere pro delicto generis humani? quam exponit D. Thom. in solutione secundi, ponens primò distinctionẽ, quod aliqua satisfactio potest dici sufficiens dupliciter. Primo modo perfectè, quia est cõdigna secundũ quandã adæquationẽ & recõpensationẽ culpæ commissæ. Secundo modo dicitur sufficiens imperfectè, scilicet, secundũ acceptationẽ eius, qui ea contentus est, quanquam nõ sit cõdigna. Hac distinctione posita statuit D. Tho. quatuor cõclusiones. ¶ Prima est, purus homo non potuit satisfacere Deo primo modo. Ratio huius est duplex. Vna est, quia tota natura humana erat infecta, & corrupta per peccatum. Altera est, quòd peccatum commissum contra Deum habet quandam infinitatem ex infinitate maiestatis, quæ offenditur. ¶ Secunda est, quòd Christus Deus, & homo satisfecit perfectè primo modo. ¶ Tertia est, omnis satisfactio hominis habet efficaciã satisfaciendi ex Christi Domini satisfactione. ¶ Quarta est, purus homo potuit satisfacere imperfectè secundo modo. Istæ conclusiones, sunt à nobis diligenter examinandæ.

Prima conclusio.

Secunda cõclusio.

Augustin.

Satisfactio sufficiẽs duplex est.

Prima conclusio, ad secundum.

2. Concluſ.

3. Concluſ.

4. Concluſ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Dubiũ circa primam conclusionem.

CIrca primam cõclusionem quæritur, an fuerit simpliciter necessarium ad repara tionem generis humani Deum incarnari? & videtur pars affirmatiua. Nã iniustus est omnis, qui non reddit Deo quod debet, sed purus homo non potest reddere Deo quod debet, ergo nõ potest coram Deo iustificari, nisi per hominẽ Deum, qui de rigore iustitiæ satisfaciat. ¶ Secundò. Deus dixit, & promisit se suscepturum carnem humanam & mentiri non potest, ergo non potuit non sumere carnem humanam, necessaria ergo fuit Dominica incarnatio. ¶ Tertiò. Deus est summè iustus, & suæ iustitiæ derogare nõ potest, oportuit ergo condignam satisfactionẽ ab homine postulare, sed hanc nõ potuit exhibere nisi Deus homo, ergo fuit necessarium. Propter hoc argumentum quidam Theologi videntur docere, quòd fuerit necessarium simpliciter ad reparationem generis humani Deum incarnari. Ita videtur sentire D. Anselmus libro. 1. cur Deus homo ca. 24. &. 25. libr. 2. c. 3. &. 15. &. 16. Cuius verba refert latissimè Scotus in. 3. d. 20. q. vnica. Sed cuiuscunque hæc sententia sit, ego dico esse temerariam & simi lem illi errori, in quem quidam Philosophi lapsi sunt dicentes, quòd Deus non potest facere res aliter quam facit, nec meliores quam fecit. De quo videndus est D. Tho. 1. p. q. 25. art. 5. &. 6. Et Magister Sententiar. in. 1. d. 44. cuius rei istæ sunt demonstrationes. Prima, Deo ex assumpta humanitate nihil virtutis aut potentiæ accrescit, vt planè constat, ergo si verbum Dei incarnatum humanam naturã reparauit, etiã absq; carnis assumptione eam potuit reparare. Secunda. Vbi nullus est iniustum patiens, nullus est iniustum faciens, sed si absque aliqua satisfactione natura humana repararetur, nullus esset iniustum patiens, non creatura, quia ab ea nihil aufertur quod sit ei debitum, nec Deus, quia nullus patitur iniustum volens, vt habetur. 5. Ethicorum, & est veluti prouerbium ore omnium decãtatum. Tertia. Eadem est ratio dona gratis dandi & debita remittendi, sed quilibet potest absque præiudicio iustitiæ id quod suũ est alteri gratis cõferre, ergo pari ratione potest culpã aduersus se cõmissam gratis cõdonare, neq; hoc est contra debitũ iustitiæ, sed est opus misericordiæ. Quarta. Fides docet, quod etiã nunc post redemptionẽ Christi gratis iustificatur homo, quod est ex parte sua. Vnde Roma. 3. dicitur, Iustificati gratis per gratiam ipsius, & hoc quidẽ quia Deus gratis applicat homini Christi Domini redemptionem, potuit ergo Deus gratis iustificare hominẽ sine Christo: quod enim potest Deus per instrumẽtum se solo potest. Certè ex voluntate reparandi genus humanum non sequitur necessariò, quod Deus eligat hoc medium, vel illud. Nam cum sint plura media, & Deus sit liberi arbitrij, nõ necesitatur diuina voluntas ad hoc medium vnicum incarnationis Dominicæ. Hoc ipsum docet Auguſt. 13. de Trinita. c. 10. & Magister in. 3. d. 20. Et omnes Doctores illic idem constanter sentiunt. Ad D. Anselmum dicendum est, quod loquitur suppositа diuina ordinatione, vel quod loquitur de satisfactione perfecta ad æqualitatẽ iustitiæ, quã solus Deus & homo Christus Iesus potuit exhibere, prout in sequentibus demonstrabitur. ¶ Ad eũdem modum exponendus est Augustinus, qui explicãs illud Pauli, ex epistola ad Hebræos, Decebat eum, propter quem omnia, &c. inquit, Nisi Christus moreretur, homo nõ redimeretur, & non redẽptus periret. Et D. Ambrosius elucidans illud ad Hebr. 9. Et ideo noui testamenti mediator est, scribit, tantum fuit peccatum nostrũ, vt saluari non possemus, nisi vnigenitus filius Dei moreretur. Intelligit Diuus Ambrosi. suppositа diuina ordinatione, qua statuit Deus filiũ suum mittere, vt nos à peccato redimeret. ¶ Ad argumenta in contrariũ facilè respondetur, nam ad primũ dicendum quod is, qui debet & non soluit iniustus est, nisi ei debitum gratis dimittatur, aut nisi verus Dominus imperfecta satisfactione sit contentus. ¶ Ad secundum dicendũ, quod Deus potest nunquam promisisse. Nam licet, quod Deus promiserit sit propositio de præterito, dependet tamen ex vna de futuro, quæ mere contingens est, & ideò postquam promisit se susceturum carnem humanam potuit non susciperе. Sed & illud solet afferri in huius argumenti cõfutationem, quod inter Deum & hominem non oritur tanta obligatio, quanta inter hominem & hominem. Deus enim propriè nulli debet, vt docuimus in prima secundæ ad finem. Sed istæ solutiones, & aliæ similes mihi non probantur, quanquàm sunt Alti siodorensis in. 3. tractatu. 1. ca. 8. Vera solutio est, quod hic tãtummodo quæritur, an sit simpliciter necessarium Deum fieri hominẽ ad reparandum genus humanũ, nõ quia Deus dixit, aut promisit, cuius promissio fallax esse non potest. Oportet ergo disputare quæstionẽ, atq; si tunc quæreretur quando Deus decreuit, & dixit. Certè quando Deus id decreuit cognouit optimè se posse humanã naturã multis alijs modis reparare. ¶ Ad tertiũ argumentum iam satis patet, qũid dicendum sit.

Nam

Rom. 3.

D. Anſel.

Scotus.

D. Thom.

Magiſter.

Auguſt.

Magiſter.

Ad D. Anſ.

Explicatur Auguſt.

D. Ambro.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

Ad ſecũdũ.

Ad tertiũ.

Nam sine præiudicio diuinæ iustitiæ potuit Deus vel culpam gratis dimittere, vel satisfactione imperfecta esse contentus. Hæc dicta sint in explicationem primæ conclusionis.

Dubia circa secũdam cõclusionẽ articuli.

¶Nunc secundam conclusionem consideremus. Et videtur certè quod vera non sit.

1. Argumẽ.

¶Primò, quoniam Deo conuenientior est operatio maioris & excellentioris virtutis, sed misericordia est maxima virtus in

Psal. 144.

Deo, quod patet ex illo Psalmi. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Patet etiã

D. Tho.

ex doctrina D. Thomæ in. 2. 2. q. 30. articu. 4. Vbi docet, quod maxima virtutũ in Deo est misericordia: quia ad eam spectat omnẽ subleuare miseriam, ergo cõuenientior, & melior modus esset gratis condonare offensam

2. Argum.

generi humano. ¶Deinde apud homines liberaliùs, & nobiliùs iudicatur, cum quis offensus remittit iniuriam nulla petita satisfactione, ergo etiam in Deo nobiliùs esset, & liberalius remittere offensam sine satisfactione. Certè Deus præcepit, vt dimittamus debita debitoribus nostris gratis, vt passim habetur in Euãgelio, ergo conuenientissimum est, vt Deus remittat debita nostra non exigendo satisfa-

3. Argumẽ.

ctionem. ¶Præterea. Ex sola Dei misericordia sumus prædestinati ad gloriam, vt habet sana doctrina, ergo per solam Dei misericordiam reparandum erat genus humanũ, consequentia inde probatur, quia conueniens videtur satis, quod effectus correspondeat suę causæ, reparatio siquidem generis humani effe-

4. Argumẽ.

ctus est diuinæ prædestinationis. ¶Deinde. Ex mysterio incarnationis sequitur limitatus effectus, nempè glorificatio pauciſsimorum hominum, ergo non decuit, quod tanta causa, quanta est Christus, sit præparata ad effectum tam exilem, & tenuem. ¶Ad hæc. Cum

5. Argumẽ.

ait D. Thomas ex August. sanandæ nostrę miseriæ nullum modum esse meliorem, aut conuenientiorem, quàm Deum fieri hominem, videtur certè, quòd limitet & finiat infinitam Dei virtutem, cuius infinita potentia in hoc consistit, quòd possit facere res & modos rerum meliores quàm facit. Potuit ergo Deus alio meliori & cõuenientiori modo genus humanum reparare. ¶Vltimò. Contrà æquitatẽ

Vltimum argu.

& iustitiam esse videtur vt innocens occidatur, ergo non cõgruit Deo dare filium suum innocentem, vt occidatur pro reo, & nocẽte. Præsertim cum sit prodigalitatis opus vitam filij Dei naturalis pretiosissimam pro vili hominum vita profundere. ¶Ad huius rei expo

1. Concluſ. Christus venit, vt magister & Redemptor.

sitionem est prima cõclusio. Filius Dei venit in mundum, non solùm vt esset magister doctrina, & exemplo, & legislatione, verũ etiã, vt esset redemptor, & generis humani reparator. Prima pars huius assertionis habetur in scripturis sacris, plurimis in locis. Esaiæ. 55. Esaiæ. 55. Ecce testem populis dedi eum ducẽ, ac præceptorem gentibus. & Ioan. 3. Scimus quia à Ioan. 3. Deo venisti magister. Hoc insinuant verba patris cœlestis Matth. 17. Hic est filius meus Matth. 17. dilectus ipsum audite, qui verbo, & opere præcipuè docuit, vt testatur Lucas in Actis Apostolicis cap. 1. inquiens: cœpit Iesus facere & docere. Huc pertinet quod dicit Dominus Ioã. 13. Exemplum dedi vobis, &c. quod Ioan. 13. verbum, vt rectè admonet D. Thomas, nõ est limitandum ad illud peculiare factum lotionis pedum, sed ad omnia opera Christi extendendum. Itaque Christus Dominus est exemplar absolutum & perfectũ sanctitatis ac doctrinæ. Secunda pars assertionis patet ex illo Matth. 20. Filius hominis venit dare animam Matth. 20. suam in redẽptionẽ pro multis. & ad Rom. 3. Roma. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem, id est, conciliatorem, & pacatorem inter se, & humanum genus. &. 1. ad Corinth. 1. Qui factus est 1. Corint. 1. nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio. & capit. 6. Empti estis pretio magno. &. 1. ad Ti 1. ad Tim. 3 mot. 1. Iesus venit in hunc mundum, vt peccatores saluos faceret. Et huiusmodi sunt diuinæ scripturæ testimonia innumera. Vtramq; partem huius assertionis definit planè Conci Con. Trid. lium Tridentinum Sessione. 6. can. 21. sub his verbis: Si quis dixerit Christum Iesum à Deo datum hominibus in redemptorem, cui fidãt, & non in legislatorem, cui obediant, anathema sit. Pelagiani enim negabant Christum fuisse redemptorem, aiebant verò fuisse legislatorẽ. Lutherani vero è contrà negant fuisse legislatorem, cui obedire teneamur, verum tamen aiunt fuisse tãtum redẽptorẽ. Vtroſq; condemnat Esaias cap. 33. dùm inquit: Domi Esai. 33. nus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Deus noster ipse veniet & saluabit nos. ¶Secunda conclusio. Ad reparationẽ ge Secũda cõneris humani nullus modus conuenientior, & melior excogitari potest, quam filij Dei incar põsiua quæstionis. natio. Sic docet D. Thomas, sic Augustinus, vt patet in litera. Sed omninò legẽdus est Au- August. stinus. 13. de Trinit. c. 10. vsq; ad 19. Vbi admirabilem instituit disputationẽ de conueniẽtia Dominicæ incarnationis. Et probatur ista cõclusio. Ille modus est maximè conueniens ad reparãdũ genus humanũ, in quo Deus maximè perfectionẽ suã ostẽdit, & natura humana maximè subleuatur, eiusmodi est incarnatio filij Dei, illa est ergo modus cõueniẽtior humano generi reparãdo. Probatur maior. Nam in mysterio incarnationis, Deus in summo

gradu ostendit, & misericordiã, & iustitiam: Misericordiam quidem, quoniam impendit nobis summum beneficium ad subleuandam summam miseriam: iustitiam verò, quoniam in Christo recompensatum est peccatum cum rigore iustitiæ. Præterea in hoc mysterio natura humana euehitur, tùm quoniam verbum caro factum est, tùm etiam quoniam ex efficacia vnius hominis reparatur tota natura. Infinitum denique esset persequi vtilitates, quæ consequuntur incar-
D. Thom. nationem. Vnde Sanctus Thomas inquit in fine huius articuli. Sunt etiam aliæ plurimæ vtilitates supra apprehensionem sensus humani, quæ consequutæ sunt ex incarnatione filij Dei. Et in 4. contra gentes capit. 54. asserit Sanctus Doctor, quòd piè considerãti mysterium incarnationis semper magis ac magis mirabiles congruentiæ, & rationes sese offerunt. Ex hoc habuit ortum illa exclamatio ecclesiastica in benedictione cerei paschalis, fœlix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem, ô certè necessarium Adæ peccatum, quod Christi morte deletum est. Hæc conclusio secunda vsque adeò vera est, vt contrarium docere sit error,
Ioan. 3. vel certè magna temeritas. Dicitur enim Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum
Ioan. 10. vnigenitum daret, &c. & Ioan. 10. Ego veni, vt vitam habeant, & vt abundantiùs habeant.
Ioan. 15. & Ioan. 15. Maiorem hac dilectione nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. & ad Roma. 5. Commendat autem
Rom. 5. charitatem suam Deus in nobis, quòd cum adhuc inimici essemus secundũ tempus Chri-
Ephes. 2. stus pro nobis mortuus est. & ad Ephes. ca. 2. Deus, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem, qua dilexit nos conuiuificauit nos in Christo Iesu. & Lucæ. 1. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Certè ex his testimonijs liquidò constat, Deum ostendisse in hoc mysterio summam misericordiam, & charitatem erga genus humanum. Quocircà sine erroris nota dici non potest, fuisse alium modum ad reparandum genus humanum conuenientiorem. Sed & hæc conclusio asseritur summa consensione ab vniuersis patribus. Le-
D. Ambro. gatur Diuus Ambrosius libro de incarnationis Dominicæ sacramento capitulo. 6. & super Epistolam primam ad Timoth. capitulo
D. August. primo. Diuus Augustinus libro de incarnatione. & libro. 13. de Trinitate loco citato. libro. 11. de ciuitate. capitulo. 2. Et libro de catechizandis rudibus capitulo quarto. libro de vera religione capitulo. 16. epistola. 33. & 42. Diuus Anselmus, libro de incarna- D. Anselm.
tione verbi, & in duobus libris, cur Deus homo. Hugo de Sancto Victore de verbi diuini Hugo.
efficacia. Damascenus libro. 3. suæ Theolo- Damascen.
giæ capitulo. 1. Diuus Thomas 4. contra gen- D. Thom.
tes capit. 54. & 55. Sed libet hic breuiter & in
summa vtilitates aliquot commemorare, quę Vtilitates
ex hoc sacramento consequuntur. Certè ex exincarna-
hoc mysterio fides magis certificatur, atque tione verbi
roboratur, spes erigitur, charitas excitatur, diuini.
dux & antesignanus ad rectè operandum nobis proponitur, euehitur natura humana ad summum celsitudinis gradum, & ad diuinitatis plenam participationem, deprimitur hominum superbia, & arrogantia. Valet etiam hoc mysterium, vt homo Deus plenè & perfectè satisfaciat Deo pro delictis generis humani. Certè cùm Deus maximè cuperet amari ab homine, propter bonum hominis omnia tentauit nullum non mouit lapidem, vt ab homine amaretur. Primò quidem tentauit minis, & terroribus, fugitiuum hominem ad se reducere faciendo terribilia iudicia contra peccatores. Nam mundum propter peccatum obruit aquis diluuij: illas quinque ciuitates subuertit, & igne & sulphure, & fulminibus concremauit: Ægyptios currus in mare inuoluit, & alia terribilia fecit, si fortè timore auerteret homines à peccatis, & ad se ipsum reduceret. Non tamen est conuersus homo, sed ampliùs est induratus. Rursus tẽtauit alio modo promissionibus, & beneficijs. Contulit populo illi Iudaico se colenti plurima beneficia, eduxit potenter de Ægypto, pluit manna, duxit per desertum, pugnauit pro eo, destruxit gentes, & populos, & reges, dedit illi terram promissionis lacte & melle manantem, & alia innumera, si fortè reliqua omnis gentilitas aduerteret, & inuideret populo seruienti Deo & sic ad Deum suum rediret, qui sic præmiat, fouet, & defendit seruos suos, sed nec sic homo conuersus est ad Deum, sed omnes obturantes oculos magis auersi sunt ab eo, etiam illi, quibus tot, ac tanta contulerat beneficia. Quid igitur restabat? homo nec timore coercetur, nec beneficijs allicitur. Inuenit sapientia diuina modum, quo hominis duritiam penitus superaret. Scio, inquit, scio nihil est quod magis excitet amorem, quam amare. Ait Seneca: noli quærere beneficos, Seneca.
ego tibi amatorium ostẽdam, vis amari, ama, amor enim cordis, vt calor, aliud cor statim inflammat, & corda sibi intus in vtero respondent. Vt ergo Deus patefaceret mundo qua dilectione ipsum diligebat, filium suum misit in similitudinem carnis peccati, vt pro

mundo

mundo immortalis moreretur, æternus nasce retur, & impasibilis pateretur. O admirandũ opus ardentissimæ charitatis! hinc meritò ait
1. Ioan. 4. Ioan. Diligamus Deum, quoniam ipse prior
Ioan. 13. dilexit nos, nec vtcumque dilexit, sed cum dilexisset suos, qui erant in mundo in finem dilexit eos, id est, vsq; ad vltimũ de potẽtia, & cùm potentia illius sit infinita, infinite dilexit, omnia ardua rumpens, omnia difficilia præteriens, quia fortis est vt mors dilectio, vt
Cantic. 8. dicitur Canticorum. 8. Hæc fecit tam admirabilem vnionem inter Deum & hominem, vt non solum perfecerit, vt Deus homini offensam condonarit, eumque in suam gratiam reconciliauerit, atque etiam concordem & vnanimem in amorem fecerit, verum etiam quod excedit omnem excessum, & omnem hyperbolen, tam admirabilem, & diuinam fecit vnionem inter hominem & Deum, vt in creaturarum vniuersitate nihil tam vnum, quam Deus & homo: siquidem Deus & homo vnus sunt, non tantum amoris consensione, sed vnitate personæ; sic vt Deus sit homo, & homo sit Deus, tantamque celsitudinẽ humana natura ex hoc est consequuta, vt vniuersa, quæ fecit Deus verè & propriè dicãtur facta ab homine, & vniuersa quę passus est homo, verè & propriè dicatur, quòd passus est Deus, & hoc ideo quia Deus est homo, & homo Deus. ¶ Ad argumẽta in principio posita.
Ad argumẽta. Ad primũ dicendũ est, quod confirmat præcipuè nostram sententiam. Nam licet opus in quo Deus ostendit suam misericordiam sit perfectum, & eximium. At excellentius opus est in quo Deus ostendit simul summam misericordiam, & summam iustitiam: eiusmodi est incarnationis mysterium. Nam in hoc ostenditur summa misericordia, & in summo gradu, atque etiam summa iustitia, vt paulò antè ostensum est. Deus namque & est pater misericordiarum, & est rectissimus iudex, propter quod excogitauit supremum artificium diuinæ misericordiæ, & iustitiæ, vt summam misericordiam cum summa iustitia conciliaret, & inuenit difficillimi pretij solu-
Damascen. tionem, vt ait Damascenus. 3. libro ortho. fidei capitulo. 1. Vnde D. Paulus considerans exuberantiam misericordiæ & iustitiæ, exag-
Rom. 5. gerat hoc mysterium ad Roman. 5. dicens: Non solum hoc, sed & gloriamur in Deo per Iesum Christum, id est, gloriamur quod habemus Christum, qui pro delicto generis humani de omni rigore iustitiæ satisfecit. Vt verò hæc solutio meliùs intelligatur, sciendum
D. Thom. est cum D. Thoma. 1. p. quæstione. 21. artic. 4. quod in omnibus operibus Dei est misericordia, & iustitia, quod probat ex illo Psal. 24. Omnes viæ Domini misericordia & veritas. Ex quo efficaciter concluditur illud opus esse perfectissimum, & omnibus numeris absolutum, in quo splendent simul summa misericordia, & summa iustitia. ¶ Ad secundum argumentum respõdetur, inter homines rem ita se habere: quoniam homo, qui efflagitat satisfactionem, aliquam vtilitatem inde auspicatur, & aufert aliquid ab eo, qui satisfacit, sed Deus in Christo donat nobis vnde satisfaciamus diuinæ iustitiæ, & tamen nihil vtilitatis ex nostra satisfactione sibi accrescit iuxta illud Esaiæ. 57. Propter scelus populi mei percussi eum. & in persona Christi dictum est: quæ non rapui tunc exoluebam. Et D. Gregorius in benedictione cerei Paschalis ait, ô mira dignatio charitatis, vt seruum redimeres filium tradidisti. Vel dicendum est, versari discrimen inter priuatam personam & iudicem, qui habet in officio promouere bonum cõmune: Nam priuatam personam decet remittere offensam sine satisfactione, sed iudex sic debet misericordiam ostendere, vt iustitiæ non obliuiscatur, ne detur occasio impunè peccandi. Deus autem noster & est pater misericordiarum, & est iudex rectissimus, quapropter sic remisit offensam hominibus gratis, atque si esset priuata persona, sic exegit satisfactionem à Christo atque si esset seueriſsimus iudex. ¶ Ad tertium duæ solu-
Ad tertiũ. tiones adhiberi solent. Vna est, quod sicut Christus est causa meritoria nostræ prædestinationis, sic est causa meritoria nostræ reparationis. Quando enim dicunt Theologi, quòd prædestinamur ex sola Dei misericordia, & non ex meritis, non excluduntur merita Christi, sed merita nostra. Sed de hac solutione dicemus infrà quæstione. 24. articu. 4. Altera solutio est, quod ex hoc quod prædestinamur gratis non concluditur, quòd reparemur gratis sine meritis Christi. Nam vt optimè docet Sanctus Thomas. 1. parte quæ-
D. Tho. stione. 23. articulo. 5. in prædestinatione vnus effectus est causa alterius. Prædestinamur namq; ad gloriam per merita, effectus vero prędestinationis eatenus habent proportionẽ cum prædestinatione, quòd vniuersi ordinantur ad vitam æternam, ad quam prædestinamur, non tamen in hoc quòd si prædestinatio est mera gratia, effectus prædestinationis sit mera gratia. ¶ Ad quartum respõdetur, quòd
Ad quartũ. incarnatio Domini de se est sufficiens remedium pro infinitis hominibus saluãdis, quòd verò pauci saluantur ex malitia hominũ proficiscitur. Imò dico, quod licet comparatione

Psal. 24.

Ad secũdũ.

Esaiæ 57.

D. Gregor.

ad reprobos pauci salui fiant, tamen reuera multi saluantur. Dicit hoc expresse Ioannes Apocalyp. 7. Vidi turbam magnam, &c. His accedit quòd illud bonum, quod consequuntur, qui saluantur, est amplissimum & infinitum bonum, excedens omnem conditionem naturæ humanæ, ac proinde requirens infinitam virtutem, & infinitam misericordiam, pœnalitates verò peccati originalis tandem in futuro sæculo per Christi incarnationẽ tollentur: non decuit autẽ, vt in præsenti tollerentur propter rationes, quas affert D. Thomas infra q. 69. art. 3. Sed dices negari non potest, quòd ostenderetur magis diuina misericordia, si omnes homines saluarentur vel plures, quàm salui fiunt, ergo cõuenientiori modo potuit reparari genus humanũ. Respõdetur quòd quãdo dicunt Theologi nullũ modũ conuenientiorem excogitari posse, intelligunt nullum modũ distinctũ, at si Deus saluaret omnes homines per Christũ ostenderet suam misericordiã, nõ alio modo, sed eodẽ ad plures se extẽdente. Secundò respondetur, nõ tantùm luceret diuina misericordia in electis, si omnes saluarẽtur, vel quã plurimi saluarentur. Nã diuina misericordia magis relucet in electis ex eo, quod multis dãnatis & reprobatis, pauciſsimi sunt qui à damnatione sunt erepti. Nã ità cõparatũ est, quòd donum pluribus concessum ab vnoquoque recipientium, non tanti æstimatur, atq; si sibi soli ex peculiari prærogatiua sit cõcessum. Hãc solutionẽ videor mihi colligere ex D. Paulo ad Rom. 9. vbi docet Deum reprobasse vasa apta in interitũ ad ostensionem gloriæ gratiæ suæ in vasa misericordiæ, vt. s. ex comparatione seueriſsimi iudicij sui cõtra reprobos, commendatiorem efficeret suam misericordiã erga electos. Ad quintũ respondetur, quòd sicuti humanitas Christi ex vnione hypostatica ad Deum est nobiliſsima, & non potest acquirere nobilius esse, sic reparatio per Christum, quia est reparatio Dei & hominis nobiliſsima est, sic adeò quòd nulla melior excogitari valeat. Quãdo verò dicũt Theologi, quòd quocunq; modo dato potest Deus facere meliorem, intelligẽdi sunt, quando ille modus non habet infinitatem ex coniunctione ad diuinitatẽ. Ad vltimũ respondetur, quòd occidere innocentẽ, si tradatur ab eo, qui non habet imperiũ vitæ & mortis malum de se est: sed si tradatur à Deo, qui habet dominiũ vitæ & mortis, malum non est, præsertim quòd agnus innocentiſsimus non est traditus morti, vt ab ea absorberetur, sed vt deictâ morte resurgeret immortalis. ¶ Sequitur graue dubium

Apoc. 7.

D. Tho. Obiectio.

Notãda solutio.

D. Paulus.

Ad quintũ.

Ad vltimũ.

Dubium de satisfactione puri hominis.

circa primum & secundum dictũ D. Thomæ in solutione ad secundum, vtrùm purus homo possit satisfacere perfectè ad æqualitatẽ pro delictis coram Deo? à parte affirmatiua sic arguitur, Perfecta satisfactio est redditio æquiualentis pro æquiualẽti, sed hanc potest exhibere purus homo, ergo poterit perfectè satisfacere: minor probatur, nam quãtum malum est auersio à Deo per peccatum, tantum bonum est conuersio ad Deum per charitatẽ, ergo potest reddere æquiualẽs. Secũdò. Quãtum bonum natum est inesse actui meo, tantum bonum est ablatum per peccatum, & nõ ampliùs, sed tantum bonũ potest inesse actui meo, præcipuè quando habeo actum charitate informatũ, ergo reddo æquiualens. Tertiò, Deus de potentia absoluta potuisset dare peccatori post attritionẽ, tanquàm dispositionẽ & meritum de congruo, gratiam, per quã motus eius fieret contritio, & sic per satisfactionem æquiualentem deleuisset peccatum: quia per illum actum redderetur Deo æquiualens illi bono, quòd abstulit peccatũ, ergo. Quartò, constituamus, quòd homo peccator habet attritionem, quando alioqui non tenetur ex præcepto eam habere, quæ, vt est probabilis opinio, est meritoria de congruo primæ gratiæ: & constituamus, quòd Deus confert illi gratiam, tunc conficitur tale argumentũ. Hæc attritio est perfectè satisfactoria, ergo homo potest Deo perfectè satisfacere. Probatur antecedens. Nam hæc attritio per gratiam efficitur æquiualens, & ex aliàs indebitis est, vt constat ex hypotesi: ad perfectam verò satisfactionem satis est ꝙ fit redditio æquiualẽtis ex indebitis, ergo. Propter hæc argumenta Scotus in 4. dist. 15. q. 1. tenet, quòd purus homo potest perfectè ad æqualitatem satisfacere Deo pro delicto, præcipuè in casu tertij argumenti. Qua in re non queo satis mirari huius hominis ingenium negantis Christum Dominum satisfeciſse Deo perfecta satisfactione, asserentis verò hominem purum posse perfectè satisfacere. Sed pergit Scotus & probat quòd ratio D. Thomæ, qua vtitur ad probandum purum hominem non posse perfectè satisfacere; quia offensa fuit infinita, sit prorsùs inualida. Nam ex hac probatione sequitur satisfactionem Christi non fuisse perfectam: siquidem fuit bonum finitum & creatum, & solùm finitè acceptum à Deo. Quòd si dicas fuisse infinitam satisfactionem, & infinitè Deo gratam, ergo infinitè amat illã. Rursus ergo Deus est beatus amando illam, imò sequitur quod non plus suam essentiam amet. Hoc ipsum cõfirmatur. Nam satis-

Primum argumentũ.

secundũ.

Tertium.

Quartum.

Scotus.

Arguit Scotus cõtra rationẽ Diui Thomæ.

satisfactio Christi vel fuit infinitè plàcens Deo, & quod aiunt Theologi infinitè grata, vel finitè, si primum dederis, ergo bonum increatum est. Nihil enim est infinitè gratum, nisi bonum increatum, si finitè grata fuit, ergo non fuit æquialens ad offensam, quæ autore D. Thoma infinita est. Præterea. Infinitas offensæ non est infinitas simpliciter, sed solùm secundum quid, ergo sat est satisfactio infinita secundum quid, sed hanc purus homo habere potest, siquidem amor Dei ex gratia & charitate procedens infinitus est secundum quid, ergo purus homo per actum charitatis potest reddere æquialens. Hactenus Caietanus. Scotus. Dominus Caietanus hoc in loco videtur concedere, quòd homo purus habens gratiam, & charitatem Dei, potest reddere æquialens Deo pro peccato contra Deum commisso. Et ostendit, quòd cùm D. Thomas dicit, quòd purus homo non potest satisfacere ad æqualitatem, per purum hominem intelligit hominem sine gratia, vt excludat hominem Christũ, & misericordiam Dei acceptantem: alioquin, inquit ille, si accipiatur pro homine in gratia, qui non est Deus bene potest reddere æquialens. Neque in hac re dissentit D. Thomas. D. Thomas ab Scoto. Nam D. Thomas in 4. d. 15. q. 1. art. 2. ad. 1. dicit apertè, quòd sicut offensa habet quandam infinitatem ex infinitate diuinæ maiestatis, ita & satisfactio habet quandam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordiæ acceptantis. Et probatur non inualidis argumentis, quod hæc sententia vera sit.

Primũ arg. ¶ In primis. Si Petrus donet Paulo ex liberalitate centum, ex quibus postmodum Paulus soluat eidem Petro quinquaginta, aut cẽtum, quæ mutuo acceperat ab eodem, citra dubiũ satisfacit illi perfectè ad æqualitatem, & ex toto rigore iustitiæ, quamuis soluat ex gratuitò datis, ergo similiter iustus quamuis soluat, & satisfaciat ex his, quæ à Deo accepit per gratiam, & liberalitatem, satisfaciet tamen perfectè. ¶ Secundò sic argumẽtor. Operationes hominis, si iustus sit, sunt eiusdem speciei cum Christi operationibus, sed Christi operationes satisfaciebant perfectè, & erant actus iustitiæ commutatiuæ, ergo operationes hominis iusti satisfaciũt perfectè, & sunt actus iustitiæ commutatiuæ. ¶ Tertiò sic argumẽtor. Deus per Christi merita iustis hominibus communicata efficit, vt iusti ipsi satisfaciant ex rigore iustitiæ, ergo Deus ipse sine Christo potest illam efficaciam & virtutẽ tribuere puro homini, iusto tamen, quandoquidem quidquid potest per causam efficientem secundam, potest se solo. ¶ Vltimo. Homo in gratia constitutus potest in satisfactionem sui peccati reddere Deo contritionem, & pœnitentiam, sed pœnitentia est æquialens peccato, ergo potest reddere Deo æquialens. Minor sic ostenditur. Nam pœnitentia est quædam vindicatiua iustitia ex charitate procedẽs, cuius actus tam bonus est, quantum malum peccatum fuit. Sicut enim peccatum est auersio à Deo infinito bono, sic pœnitentia per charitatem est conuersio ad Deum summum, & infinitum bonum. Certè sicut peccatum mortale constituit hominem inimicum Dei, sic pœnitentia constituit eum Dei amicum.

Secundum argu.

Tertiũ arg.

Vltimum argu.

Explicatio quęstionis.

¶ Ad huius rei expositionem sciendum est, quòd satisfactio hominis coram Deo potest comparari ad Christum Dominum, & ad purum hominem sine gratia, & ad purum hominẽ cum gratia, & ad purum hominem vt participat Christi Domini merita. De his omnibus inuestigandum est quid valeat homo ad satisfactionem coram Deo.

Satisfactionis natura & essentia.

¶ Illud etiam obseruandum est, quod satisfactio contingit quando datur æquale ei quod debetur, vel quandò datur minus, dùm tamen creditor ea satisfactione sit contentus. Rursus cũ datur æquale vel datur ex proprijs vel datur ex alienis, & ex aliâs debitis. Si datur & exoluitur æquale ex proprijs tunc est vera satisfactio cõdigna ad æqualitatem iustitiæ, cùm verò exoluitur minùs vel ex alienis, aut verò ex eis, quæ alio titulo sunt debita, est satisfactio imperfecta, quippè quæ non fundatur in rei æqualitate & iustitia, sed in creditoris beneuolentia, & gratuita acceptatione, quam proinde ex iustitia acceptare non tenebatur.

Purus homo quis dicatur.

¶ Denique considerandum est, quod in hac disputatione nomine puri hominis intelligimus hominẽ, qui Deus non sit, siue sit constitutus in puris naturalibus, siue in peccato mortali, siue gratia iustificatus. Et quidem D. Caietanus in hoc loco primo dubio docet, quod per purum hominem non solùm intelligitur homo qui Deus non sit, verùm etiam qui non habeat gratiam & charitatem: & admodum se torquet, vt ostẽdat, quod hæc fuerit D. Thomæ mens, & sententia. Sed re vera fallitur Caietanus. Nam D. Thomas hic asserit apertè, quòd purus homo potest satisfacere Deo imperfectè, & quòd omnis puri hominis satisfactio habet efficaciam ex satisfactione Christi, sed certũ est, q̃ homo purus sine gratia nó potest satisfacere Deo nec perfectè, nec imperfectè, & æquè certũ est, quod huius hominis satisfactio nó habet efficaciã ex Passione Christi. Intelligitur ergo purus homo in sensu iam exposito, in quo sensu vniuersi Theologi

Caietanus.

disputant propositam quęstionem de satisfactione puri hominis. Nominatim Scotus, Durandus, Capreolus, in 4. dist. 15. His constitutis est prima conclusio. Nulla pura creatura sine gratia, & auxilio Dei potest ex viribus suæ naturæ proprijs satisfacere Deo perfectè, vel imperfectè pro peccato suo vel alieno. Hæc conclusio demóstratur fusissime in. 1.2. in materia de gratia. Sed nunc pauciſsimas demonstrationes afferamus. Prima sumitur ex sanctis scripturis. Oseæ. 13. Perditio tua ex te tantummodo in me auxilium tuú. Iob. 14. capite, Quis potest facere mundum de immú do cóceptum semine? nonne tu, qui solus es? Rom. 3. Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. 1. Corinth. 13. per totum: vbi habetur illa memorabilis sententia, Si charitatem non habuero nihil sum, nihil mihi prodest. 2. Corin. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, &c. infinitum denique est persequi autoritates D. Pauli, in quibus asseritur, quòd ex operibus suis non iustificatur omnis caro coram Deo, sed per gratiam Iesu Christi. Vbi obiter adnotandum est, quòd quando dicit Paulus quòd ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram Deo, duplex sensus est, primus est, ex operibus legis non iustificatur omnis caro, quia nemo est, qui ea præstet: secundus est D. Augustini. Opera legis non iustificare etiam si maximè præstentur, quia sine Dei gratia, nulla opera sunt accepta coram ipso ad redeundum in gratiam cum illo, vt explicatur in sequẽti demóstratione. ¶ Secũda demonstratio. Etiam si homo sine gratia existens, exhibeat Deo omnia, quæ viribus naturæ præstare potest non tenetur Deus acceptare satisfactionem, sed secundum legem statutam, In quacumque die comederis ex eo morte morieris, poterit homines in æternum damnare, non ergo poterit homo ex viribus naturæ Deo satisfacere, ità vt satisfactionem acceptare teneatur. ¶ Tertia demonstratio. Doctrina diuinitùs reuelata tantummodò docet Deum esse hominum iustificatorem, & reconciliari cum peccatoribus per veram pœnitentiam, quæ doctrina ratione naturali cõprehendi non valet, at si homo ex viribus naturæ potest Deo pro peccato satisfacere & cum eo redire in gratiam, certè hoc poterit ratione naturali comprehendi, at non potest comprehendi, vt iam probatum est, ergo fieri nó potest, vt fiat talis satisfactio. Alias duas probationes adducit hic D. Thomas in huius rei confirmationem. Vna est, quia tota natura humana est corrupta & indigna, & minimè placens Deo, & ex consequenti opus eius nó erit Deo acceptum. Vnde etiam si homo sine gratia efficeret aliquod bonum opus tam bonum, atq; fuit malum offensa Dei, nõ proinde Deo satisfaceret. Nam Deo nó reddit, nec exoluit debitum, & Deus non acceptat. Altera probatio est. Quoniam offensa Dei est infinita, opus autem, quod perficitur ab homine sine gratia, licet aliquam bonitatẽ habeat finitum est: siquidem non excedit vires naturales. Sed quomodo offensa Dei sit infinita inferius explicandum est. Hinc sequitur, quod si Deus non eleuasset hominem ad finẽ supernaturalem per gratiam & virtutes infusas nó exigeret ab illo satisfactionem pro peccato sicut modo, quoniam impossibile erat illam præstare, nunc verò expoſcit satisfactionem, quoniam per gratiam & charitatem possibile est vt fiat. ¶ Secunda conclusio. Purus homo, hoc est, qui non est Deus, habens tamen gratiam Dei, non potest perfectè satisfacere Deo pro peccato siue proprio, siue alieno. Hæc cõclusio militat contra Scotum, & quantum videtur contra D. Caietanum. Sed probatur ex illo Iob ca. 9. Verè scio ita esse, quod non iustificabitur homo compositus Deo, si voluerit contendere cum eo non respondebit vnũ pro mille. & iterũ, Si habuero quidpiã iusti nó respondebo ei, sed meum iudicem deprecabor. & Roma. 11. Quis prior dedit illi & retribuetur, quoniam ex ipso, & per ipsum sunt omnia. & 1. Corint. 4. Quid habes quod non accepisti? & si accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? De hac re legendus est Augustinus lib. de fide & Symbolo. Et Leo III. Sanctissimus in sermone primo de Natiuitate Domini sic scribit. Si non esset verus homo non præberet exemplum, si non esset verus Deus non afferret remedium. Loquitur de remedio sufficienti & perfecto ad æqualitatem iustitiæ. Secundò. Omnis valor, & omne pretium talis satisfactionis est ex gratia, & misericordia Dei accipientis, qui ea satisfactione contentus est, & potuit maiorem exigere, ergo non est satisfactio perfecta de rigore iustitiæ. Tertio sic. Talis satisfactio non est ex proprijs, sed ex ijs, quæ accepimus ex dono Dei, ergo non est perfecta ad æqualitatem iustitiæ, consequentia argumenti ex annotationibus præstitutis manifesta est, antecedens verò sic probatur. Nam voluntas, pœnitentia ipsa, vniuersa denique studiosa operatio est donũ Dei: nam quanuis studiosa operatio ex libero arbitrio procedat simul etiã est donũ Dei ab ipso dependẽs in fieri, & in esse, & cõseruari, qui iuxta D. Paulum operatur in nobis & velle, & perficere pro sua voluntate.

Prima conclusio.

Oseæ. 13. Iob. 14.

Rom. 3. 1. Corin. 13.

2. Corin. 3.

Quomodo ex operibus legis non fit iustificatio.

Corollariũ

2. Conclus.

Iob. 9.

Roma. 11.

1. Corin. 4.

Augustinus.

Leo Papa.

His

His accedit alia euidentior demõstratio. Nam nũc temporis etiam post Christi Iesu rigorosam satisfactionem homo peccator gratis iustificatur, vt patet ex illo Roma. 3. Iustificati gratis per gratiã ipsius, ergo homo peccator non satisfacit perfectè, & de iustitia pro culpa commissa. Consequentia inde probatur. Nam est euidens cõtradictio, quod peccator adiutus diuinitus satisfaciat de rigore iustitiæ pro suo peccato, & quod Deus gratis remittat peccatum, & iustificet impiũ. Item est alia euidens contradictio, quod satisfaciat ex gratia, & quod satisfaciat perfectè. Profectò hæc ratio conuincit sententiam nostram esse conclusionem fidei, & oppositum esse errorem. Confirmatur etiam. Nam si homo purus per gratiam Dei potuit satisfacere perfectè pro suis delictis, ergo nõ fuit necessarium Deum fieri hominem ad generis humani reparationem, & sic Christus gratis mortuus est. Certè in satisfactione hominum pro suis delictis verum habet illa sententia D. Augustini celebrata, Quid merebaris, ô peccator? quid mereberis? vide si tibi occurrat nisi pœna, vide si tibi occurrat nisi supplicium? Istam sententiã docent vniuersi Doctores. Durandus in. 3. d. 20. q. 2. in 4. d. 15. q. 1. Albertus Magnus in. 3. dist. 20. artic. 3. Bonauentura. q. 3. Palude ibidem. Altisiodorensis in. 3. tractatu primo. capitu. 8. Alexander Alensis. 3. parte q. 1. membro. 6. art. 2. Driedo tractatu. 2. cap. 2. p. 4. de captiuitate, & redemptione generis humani, neque aliquis Doctorum sentit oppositum. Nam Scotus per satisfactionem ad æqualitatẽ non intellexit satisfactionem de rigore iustitiæ, & Caietanus, qui in principio huius commentarij videtur concedere, quod homo habẽs gratiam satisfaciat Deo perfectè ad æqualitatem iustitiæ, postmodum respondens Scoti argumentationibus dicit expressè esse euidentem contradictionem, quod satisfactio præsupponat gratiam Dei acceptantis, & quòd sit satisfactio perfecta de iustitia. Vtrùm verò homo peccator, quando ex gratia Dei habet veram pœnitentiam satisfaciat de iustitia imperfectè pro culpa cõmissa, inferius examinandũ est.

¶ Nunc ad argumenta Scoti tria, quæ primo loco posita sunt vnica solutione respondendum est, quòd semper præsupponitur gratia Dei acceptantis illam satisfactionem, & ideo neq; est ex proprijs, nec potest esse perfecta ad æqualitatẽ iustitiæ. Sed præstat respõdere ad argumẽta Scoti in particulari. ¶ Ad primũ dicitur, quod totũ verũ est supposita gratia, sed cum præsupponitur gratia iam nõ est satisfactio perfecta, vt paulò ante dictum est.

Rom. 3.

D. Augu.

Durandus. Albertus Magnus. Bonauent. Palude. Alexander Alensis. Driedo.

Solũtur argumenta Scoti.

Ad primũ.

¶ Ad secundũ dicendũ, quòd actus meus, vt meus est, maius bonũ natus est tollere, quam ponere, siquidẽ peccatum priuat gratia, quam nullus actus meus, vt meus est, potest restituere. ¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ talis satisfaceret, sed talis satisfactio resoluitur vltimatè in misericordiã Dei cõferentis illã gratiã, & sic nõ est satisfactio perfecta. Dicendũ est namq; quod illa satisfactio ex parte Dei acceptantis satisfactionẽ est, nõ ex parte hominis. Satisfactio perfecta pro culpa debet habere gratiã, amorẽ, placationẽ Dei pro termino, non pro principio. Vndè per satisfactionẽ debent acquiri charitas, & gratia, & ꝙ virtute illius reddeant homines in gratiã, & recõciliẽtur Deo, & non est præsupponenda gratia. Vndè dicere, quòd homo potest satisfacere perfectè ad æqualitatẽ, & quod hoc potest per gratiã est euidẽs cõtradictio. ¶ Ad quartũ argumẽtum respondetur, quòd talis amor nõ est acceptus Deo, neq; placet, siquidẽ est actus inimici: vndè opera extra gratiam non sunt satisfactoria corã Deo, neq; aliquo modo meritoria, neq; etiã de congruo, vt dictum est in. 1. 2. ad finẽ. Dicit enim Paulus; Si ex operibus iam non est gratia. & in alio loco: Nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, saluos nos fecit. & iterum: Non sunt cõdignę passiones huius tẽporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis, nẽpè ex se se, & ex natura, & valore operũ nisi per gratiã Dei eleuentur. & Lucę. 17. Cùm feceritis omnia quę præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. & Esaię. 64. Omnes iustitię nostræ sicut pannus mẽstruatæ, id est, nullius valoris, nullo modo meritoriæ nec satisfactorię. ¶ Ad argumentũ ergo respõdetur sophisma esse. Solùm enim probat de perfectione, & bonitate essentiali, quam actus sortitur ab obiecto, & hæc nullo modo est infinita; quia actio finita nõ est capax bonitatis infinitæ sui obiecti, secus est de amore infinito summi boni, quo amatur quantum amabile est. Verum est, quod cæteris paribus actus de obiecto meliori, est melior essentialiter, & in hoc sensu vera est illa sentẽtia, ꝙ quãtò actus est de meliori obiecto tãtò melior est, aliâs falsa est. Vel dicatur ad argumẽti cõfutationẽ, quod dato, quod actus esset bonus infinitè secũdũ quid, nõ est cõsequens, ꝙ sit satisfactorius ad æqualitatẽ, quoniam requiritur, vt actus ille natura sua tãtum placeat Deo, quantũ peccatũ displicuit, & ꝙ tãtum boni afferat Deo de se, quãtũ malũ de se affert peccatũ. Peccatũ enim mortale, vt infra videbimus, de se destruit Deum, & constituit alterum Deum. Prætereà requiritur, quòd reddat tantundem non debitum

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

Lucæ. 17.

Esaiæ. 64.

aliâs

aliâs & de suo. Omnis autẽ actus est debitus Deo & vniuersa sunt Dei, potentia, vis operádi, ipsa operatio, concursus ad operandum.

Ad argumẽta contra probationẽ D. Thomæ.

¶ Iam respondeamus ad alia argumẽta Scoti, quibus conabatur subuertere probationem D. Thomæ de infinitate offensæ cõtra Deum cõmissæ.

Ad primũ. Actiones Christi duplicem habent conditionem.

¶ Ad primũ argumentũ negatur sequela. Et ad probationẽ dicendum est, quod actiones Christi humanæ, scilicet, amare Deũ & voluntariè pati, & huiusmodi habent duas cõditiones, altera est, q̃ sunt res quædã creatæ, & sic sunt finita entia simpliciter, nõ enim sunt Deitas. Altera est, quod sunt operationes personæ diuinæ, vt proprij suppositi, cuius sunt, & sic sunt infinitæ efficaciæ in tali genere, putà meriti seu satisfactionis.

Caietan.

Caietanus vocat infinita entia personaliter ex hoc ipso, quòd sunt opera ipsius Dei, vt proprię personæ exercentis opera illa. Dicendum est ergo quòd ex eo, quod Christus satisfecit pro delicto generis humani, satisfactio eius fuit infinita modo iam exposito, ac per hoc adæquat offensam infinitã & offensas omniũ hominũ, & omnia beneficia collata à Deo tum suæ humanitati, tum omnibus creaturis, & offensas & peccata infinitorũ hominũ: quoniã quãtò maior est satisfactor, aut gratiarũ actor tantò efficacior est. Si ergo infinitũ excedit omnes peccatores, & omnes creaturas, cõsequẽs est, quòd sufficiat pro omnibus, & excedat omnia. Ex hac doctrina, quæ planè diuina est facilè confutatur argumentum Scoti primũ, & declaratur apertè quomodo satisfactio Christi licèt infinita sit in genere satisfactionis, nõ

Ad secũdũ.

tamen infinitè est grata Deo, nec tam amabilis sicut diuinitas. ¶ Ad secundum argumẽtũ dicendum est, quod offensa cõtra Deũ commissa non est infinita simpliciter in genere entis, non enim est ens infinitũ, cæterùm est infinita in genere mali. Est enim malum infinitũ, vt linea infinita est quantitas infinita. Si hoc appellet Scotus infinitũ secũdum quid, nihil moror. Et cùm dicitur, quòd actus charitatis adæquaret illã infinitatẽ, concedatur. Quocirca si homo ex proprijs viribus posset talem actũ habere, posset vtiq; perfectè satisfacere, sed quia nulla creatura potest gratiã, aut charitatẽ ex viribus naturę adipisci, ideò nõ potest adæquare infinitatẽ illã, quam habet offensa contra Deũ commissa. Sed obseruet Theologus, quod offensa, & auersio à Deo non est propterea infinitũ malũ, quia est ab obiecto infinito. Nam etiã est veniale peccatũ habens Deum pro obiecto, vt iuramentũ vanum, vel motus subitus infidelitatis, sed quia est auersio à Deo, id est, contra amicitiam, & charitatem Dei. Vndè etiam fornicatio est auersio à Deo, licet non habeat Deum, pro obiecto. Et similiter non omnis dilectio Dei est cõuersio in Deum, sed illa solùm, quæ procedit ex amicitia, vel est conformis amicitiæ, quæ nunquã potest esse cum peccato mortali. Et certum est, quod nullus actus propriè potest dici conuersio in Deum, nisi etiam Deus sit cõuersus ad nos, iuxta illud, Cõuertimini ad me & ego cõuertar ad vos. Sed libet hic commemorare causas, propter quas offensa aduersus Deum sit infinita. In primis quod sit infinita ab effectu colligimus. Nam punit eam Deus pœna infinita extensiuè, nempè cruciatu ignis æterni. At asserunt Theologi, quòd punit citra cõdignum. Deinde punit priuatione summi boni, quæ videtur esse infinita quodammodo: quia tantò maior est priuatio boni, quãtò est maius bonum, quo priuat. Cum igitur peccatum mortale priuet quantum de se est bono infinito, quodammodo infinitũ malum est. Idem colligitur ex cõparatione: quia grauius & peius est offendere Deum quam omnes simul creaturas. Item quia est maius malum quocunque malo naturali & simul omnibus. Ad hæc, quantum in se est tollit Deum: constituit enim alterum finem vltimum, & quodammodo alterũ Deum: notissima enim est illa Theologorum sententia, quòd qui peccat mortaliter constituit vltimũ finẽ in creatura. Amplius. Tantò maior est offensa, quãtò persona, quæ offenditur, & contemnitur dignior est, ergo, si persona, quæ offenditur, & cõtemnitur habet infinitam dignitatem, & excellentiam offensa infinita erit. Demùm. Peccatum Adæ infinitum dicitur, quia infecit totam naturam, & nocuit infinitis hominibus si mundus æternùm duraret, & si nascerẽtur semper noui homines omnes inficeret.

Quare offensa Dei dicitur infinita?

Ad argumẽta pro sententia Caietani.

¶ Sed iam tẽpus est, vt argumentis, quæ fecimus pro sentẽtia domini Caietani satisfaciamus. Ad autoritatem D. Thomæ ex 4. sententiarum respondetur, quòd licet ipsa Dei misericordia, & acceptatio ex gratia habeat quandam infinitatem, & reddat æquale, æqualitas tamen illa non prouenit ex parte ipsius satisfacientis sed ex misericordia Dei, & per consequens non ita perfectè satisfacit etiam homo cum gratia, imò nec propriè satisfacit pro culpa. Explicatur hoc euidentiùs. Nam, vt satisfactionis infinitas faciat satisfactionem perfectam & æqualem ad infinitã offensam, necessarium est quod talis infinitas sumatur ex infinitate satisfaciẽtis, non autem ex parte eius, cui fit satisfactio alioquin non erit ex proprijs ipsius satisfacientis. Volo dicere, quòd

peccatum

peccatum & offensa infinita erat, huius autem infinitatis causa efficiens erat sola hominis voluntas ex proprijs ipsius peccantis; sic sanè infinita satisfactio ex parte satisfacientis sumenda erat. Ex his facilè intelligitur, quàm immeritò Dominus Caietanus ex citatis verbis D. Thomę in 4. sibi persuadeat hominem iustum satisfacere perfectè pro peccatis, cum ex illis verbis potius oppositum colligatur.

Ad 1. argu. ¶ Ad primum argumentum dicendum est, quanquam homo sit Dominus gratiæ, & bonorum supernaturalium, quæ de manu Domini liberaliter accepit. (Vndè cum peccat, & hæc bona disperdit non peccat contra iustitiam, vt dictum est in superiori libro, cum de dominio disputaremus) nihilominus tamen dependet homo totus in vsu gratiæ, & bonorum supernaturaliũ ab ipso Deo. Licet enim talis vsus & operatio studiosa procedat à libero arbitrio nostro, nihilominus tamen multò magis est ipsius Dei, quam nostra. Et ideo ex ijs, quæ sunt ipsius Dei satisfacimus iuxta

1. Par. vlti. illud. 1. Paralip. vltimo: quæ de manu tua accepimus reddimus tibi: accepimus autem nõ solum bona supernaturalia, gratiam, charitatẽ, & cætera id genus, sed etiam vsum gratiæ, & bonorum supernaturalium; quoniã ex ipso, &

Ad 2. argu. Satisfactio Christi & puri hominis differũt specie. per ipsum, & in ipso sunt omnia. ¶ Ad secundum argumẽtum, vt quidam Doctores respõdeant, mouent magnam quæstionẽ vtrum satisfactio Christi, & satisfactio hominis puri differant specie? sed non admodum refert ad argumẽti cõfutationẽ, vero similius est, quod differant specie. Nam satisfactio Christi est actus iustitiæ cõmutatiuæ reddẽs Deo æquale, satisfactio verò nostra, nõ est actus iustitiæ cõmutatiuæ reddẽs æquale Deo, ergo differũt specie. Propter quod cõcedendũ videtur in anima Christi fuisse habitũ iustitiæ cõmutatiuæ erga Deũ, qui in creatura esse non potest. Cõfirmatur etiã: nam satisfactio puri hominis pertinet ad religionẽ, si debitũ reddat Deo pro acceptis beneficijs, vel ad pœnitẽtiã si reddat debitũ Deo pro offensa cõmissa, satisfactio verò Christi pertinet ad iustitiã commutatiuã, vndè differũt specie. Ieiuniũ itaque Christi & alterius hominis vt pertinẽt ad temperãtiã sunt eiusdẽ speciei, cæterùm in genere satisfactionis, & iustitię differũt specie. Sed licèt specie nõ discriminarẽtur argumentum propositũ inane est, & inualidum. Nam dato quòd actus procedens ex gratia in puro homine esset ita meritorius, sicut in Christo, tamen aliter Christus habebat gratiam, & aliter purus homo: quia Christus habet gratiam à se ipso, & non ab alio, & ex proprijs viribus suæ propriæ personæ, cęteri vero homines solum ex liberalitate Dei gratiã donantis. Certè charitas Christi, & hominis puri eiusdẽ speciei sunt, at charitas hominis puri non valet exæquare valorem, & efficaciã charitatis, quę est in Christo Iesu. Dicamus igitur, quòd licet operationes Christi & nostræ factæ in gratia sint eiusdẽ speciei, tamẽ operationes Christi habent infinitatẽ, quam nõ habẽt nostræ. Et ratio est, quoniã ab alio principio sumitur natura operis, & ab alio valor ipsius: nam natura operis sumitur ex obiecto, valor autem quãdoq; ex circũstãtia personę. Nã si persona humilis, & Rex eandẽ operationẽ humilitatis secũdũ naturã exercent, maioris valoris est humilitas regis, quam humilitas personæ infimę propter circũstantiã personæ. Similiter dico, quòd cũ persona Christi sit infinitæ dignitatis, & infinitè grata eleuat suas operationes, & cõmunicat illis valorẽ infinitũ. ¶ Ad tertiũ ar-

Ad tertiũ. gumẽtũ dicẽdũ est, quod fortasis antecedẽs arguməti falsum dicit, de quo in sequentibus videbitur. Sed dato, quod antecedens verum sit, cõsequentia argumenti neganda est. Nam

Quicquid Deꝰ potest cum causa secunda potest se solo, quomodo intelligatur. licet omnes cõcursus in genere causæ efficientis puræ possunt à solo Deo per se ipsum suppleri. Cæterùm quando actio dicit ordinẽ ad principium producẽs in genere causæ formalis non potest suppleri à Deo solo, vt aduertere licet in actione videndi, quæ per nullã potentiam exerceri potest sine oculis: est enim actio vitalis de cuius essentia est, vt à principio intrinseco vitali prodeat. Cũ ergo satisfactio infinita, & de rigore iustitiæ dicat ordinẽ ad hominem Deum, qui solus eam præstare potest, impossibile fuerit, quòd per vllam potentiam satisfactio rigurosa exerceri possit sine supposito diuino. Sed distinctiùs, & euidẽtiùs confutabitur argumẽtum si dicamus, tantum probare, quod possit homo iustus sine Christo per Dei omnipotẽtiam facere vniuersam operationẽ, quã fecit per merita Christi. Quod enim Deus potest facere per Christũ potest facere sine Christo, sed non eodẽ modo: sicut Deus potest facere se solo actionem merendi, sed non potest mereri. Mereri enim includit modũ, quod sit inferior & obediens qui meretur. ¶ Ad vltimũ argumentũ quoniã

Quæstio grauis de satisfactione puri hominis imperfecta tamẽ. difficile est per nõnullas propositiones respõdẽt Theologi neoterici. Prima est. Secundum fidem catholicam asserẽdum est, quod gratis iustificamur, & simul per redemptionẽ, quæ est in Christo Iesu. Patet hæc cõclusio ex illo ad Roma. 3. Iustificati gratis per gratiã ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu.

Prima conclusio.

Secunda cõclusio. ¶ Secũda cõclusio. Homo cũ iustificatur per veram

veram pœnitentiam satisfacit imperfectè pro ipsa culpa aduersus Deum commissa, & non tantum pro pœna. Probatur hæc conclusio
D.Tho. ex D.Thoma.3.p.q.85.art.3.Vbi dicit, quòd pœnitentia est iustitia vindicatiua, per quam vindicamus offensas aduersus Deum commissas. Ex quo consequens est, quod actus pœnitentiæ est compensatio pro culpa, imperfectè tamen: quia fundatur in gratia, & non
Caietanus. est ex proprijs. Quem locum elucidans Caietanus scribit, quod pœnitentia est recompensatiua tam pro culpa, quam pro pœna. Eandem sententiam habet in 4. distinctione. 15. quæstione prima articulo.2. & in prima parte quæst.21.artic. 4. ad primum asserit, quod in iustificatione impij est misericordia, & iustitia. Misericordia quidem, quoniam gratis & sine meritis impius iustificatur: iustitia vero, quoniam per pœnitentiam emanantem à cha
Lucæ.7. ritate fit compensatio delicti. Iuxta illud Lucæ.7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et certè hoc in loco in solutione secundi apertè docet, quòd homo purus potest imperfectè satisfacere pro culpa. His autoritatibus accedunt optimæ rationes.
Primũ arg. Prima ratio. Virtus pœnitentiæ per contritionem compensat offensam Deo factam, ergo satisfacit. Antecedens probatur. Nam virtus pœnitentiæ per contritionem facit, quòd homo qui debitor erat ante per culpam iam nõ sit debitor, excludendo omnem offensam, &
Secundum argu. omne peccatum. Secunda probatio. Tantum bonum restituitur per veram pœnitentiam quantum ablatum erat per peccatum, ergo æqualitas constituitur per pœnitentiam inter Deum & hominem. Probatur antecedens: nã per peccatũ abstulimus Deo honorẽ quẽ per pœnitentiã restituimus, vindicantes in nobis Dei offensam. Ex hac conclusione inferunt prædicti Theologi, quòd homini satisfacienti pro culpa per veram pœnitentiam debetur de iustitia imperfecta remissio peccatorum, & reconciliatio cum Deo. ¶ Tertia
Tertia conclusio. conclusio. Peccator cùm iustificatur, nullo modo meretur remissionem peccatorũ, nec reconciliationem cum Deo. Probatur. Nam meritum est id, cui correspondet merces, sed actui pœnitentiæ non respondet remissio culpæ tanquam merces, & præmium, sed tanquam effectus, qui consequitur ex vi actus præsupposita gratia Dei, ergo actus pœnitentiæ non est remissionis culpæ meritorius.
D.Tho. Maior argumenti est Diui Thomæ expressa doctrina.1.2.quæstione.114. articulo.1. & explicatur hoc modo. Nam semper id, quod redditur tanquam præmium non est effectus operis meritorij in genere causæ efficientis, sed efficitur à Deo, Verbi gratia, per opus meritorium meremur augmẽtum gratiæ, & gloriæ, hæc autem à Deo nobis donantur, iuxta illud, Gratiã & gloriam dabit Dominus. Minor autem argumenti probatur à D. Thoma D.Tho.
infrà quæst.85.art.2.ad.3.vbi dicit, quod pœnitentia effectiuè expellit peccatum. Confirmatur etiam. Nam D. Thomas.1.p.q.62. arti. 4. constituit hanc differentiam inter actum meritorium, & illum per quem effectiuè aliquid producitur: quia id, quod sequitur ad actum meritorium excedit virtutem illius: id autem, quod effectiuè ab illo producitur non excedit virtutem ipsius actus. Cùm ergo autore D. Thoma in loco citato. 3. parte actus pœnitentiæ excludat peccatũ efficienter, consequens est, quòd actus pœnitentiæ non promereatur expulsionem & remissionem peccati. Sed & alio modo explicatur, quemadmodum licet remissio peccati debeatur pœnitẽti de iustitia imperfecta, non tamen remissio peccati cadit sub merito. Versatur namque discrimen apertum inter satisfactionem, & meritum. Satisfactio enim in eo tota posita est, vt prospiciatur honori, & cõmodis eius, cui fit satisfactio. Itaque satisfactionis terminus, & scopus est ille, qui passus est iniuriam, & creditor appellatur, principium autem satisfactionis est qui offendit, & in crimine tenetur. Contrà verò meritum totum positum est in prospiciendo commodis ipsius merentis, quamuis retributionem & commodum expectet ab altero. Hoc discrimen significatur hisce verbis: Qui satisfacit, satisfacit alteri, qui meretur, meretur sibi ab altero. Ex hoc discrimine intelligitur quomodo non rectè consequitur, homo per veram pœnitentiam satisfacit pro delicto, ergo meretur culpæ remissionem. Certè si filius vnicè dilectus à patre, vt iniuriam patri inferat in conspectu patris sibi mortem inferat, nullũ in eo qui mortuus est manet principium ad satisfaciendum patri, nec ad viuificandum seipsum: Sic in peccatore non manet principium ad satisfaciendum Deo, nec ad viuificandam animam, sed Dei omnipotentia & virtute hæc fiunt, dum iustificatur impius, & impius satisfacit Deo dum iustificatur per veram pœnitẽtiã, quam ex dono Dei habet, & eiusdem Dei gratia suscitatur. Cæterùm offensa Dei, quæ cõpensatur in iustificatione, est propria materia satisfactionis, quoniam offensæ compensatio tota est ordinata ad Dei honorem, & non ad commodũ per se ipsius satisfacientis, ac proinde non est materia meriti, quoniam meritum

ordinatur

ordinatur ad merentis commodum : At viuificatio animæ, quæ fit per gratiæ infusionem, & per remissionem peccati non est neque satisfactionis materia, quoniam est incommodum satisfacientis ordinata : sed neque est materia meriti, quoniam omne meritum est effectus ipsius gratiæ, & remissionis peccatorum. Explicatur hoc euidentius. Nam si quispiam commiserit crimen læsæ maiestatis contra regem, rex autem clementissimus velit condonare tale crimen ea lege, vt supplex reus veniam petat, certè iste reus nunquam promeruit talem remissionem à rege, at sine dubio satisfacit regi pro offensa. Ad eundem modum Deus pro sua clementia acceptat tanquam sufficientem satisfactionem pro peccato cor contritum, & humiliatum, cæterùm cor contritum nunquam promeruit remissionem peccati. Ex his conclusionibus facilè respondent ad argumentum propositum dicentes, quòd homo peccator per veram pœnitentiam satisfacit Deo de iustitia pro offensa, sed hæc satisfactio perfecta non est : quia non est ex proprijs, & fundatur in Dei gratia, cuius donum est vera pœnitentia. Mihi vero hæc sententia, quanquam est doctissimorum hominum, nunquam probatur : tùm quoniam continet euidentem contradictionem, tùm verò quoniam non rectè explicat, quomodo homo gratis iustificatur, & reconciliatur cum Deo. Ego sic statuo secundum fidem Catholicam, quòd remissio peccatorum, & iustificatio impij fiant omninò gratis. Hoc asserit Diuus Paulus frequentissimè in epistola ad Romanos, & in epistola ad Galatas. Pro cuius confirmatione est illud insigne testimonium Romanorum tertio. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. & ad Romanos capitulo quarto, Ei qui operatur, hoc est, ei qui meretur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum : ei vero, qui non operatur, hoc est, ei, qui non meretur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei, sicut & Dauid dicit, beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus, hoc est sine meritis. Et si quæratur à Diuo Paulo, vbi Dauid istam sententiam expresit, subdit locum Paulus. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Ecce quemadmodum idem est apud Paulum hominem iustificari, & remitti ei peccata.

Hæc veritas definita est in Concilio Mileuitano, Arausi, Tridenti, contra Pelagium. Certè in Concilio Tridentino planè asseritur, quòd in iustificatione impij includuntur ista quatuor, infusio gratiæ, motus liberi arbitrij in Deum per fidem & charitatem, motus etiam pœnitentiæ in peccatum, & tandem remissio culpæ, quæ omnia dantur gratis sine merito. Ex hoc principio Catholico sequitur statim, quòd remissio peccatorum datur gratis. Deinde sequitur, quòd non datur ex meritis. Tertiò sequitur, quòd non debetur pœnitenti de iustitia. Sed probatur hoc euidentius. Nam si reconciliatio, & remissio peccati debetur homini pœnitenti ex iustitia, ergò debetur homini ex iustitia, quòd redeat cum Deo in gratiam, ex quo consequens est, quòd prima gratia non datur homini gratis.

Ad hæc. Si reconciliatio cum Deo debetur homini pœnitenti, & satisfacit pro culpa de iustitia, consequens est, quòd mereatur de iustitia, vt Deus reconcilietur illi, & condonet iniuriam, hoc autem asserere planè hæreticum est : quòd rectè sequatur patet euidenti ratione. Nam illud opus est meritorium coram Deo de iustitia, cui debetur aliquid de iustitia ex ordinatione diuina, sed pœnitenti, vt prædicti autores affirmant, debetur de iustitia, & ordinatione diuina reconciliatio cum Deo, ergò ex meritis reconciliatur peccator cum Deo. Certè gloria hac de causa cadit sub merito bonorum operum, quia debetur homini operanti ex iustitia, & ordinatione diuina, si ergò recóciliatio cũ Deo debetur pœnitẽti ex iustitia, consequẽs est, vt cadat sub merito. Hoc ipsum confirmatur. Quia meritum bonorum operum ex sanctis scripturis præcipuè colligitur ex illis sententijs, Tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua. Et ex illo, Quã reddet mihi Dñs in illa die iustus iudex. sed vt isti existimant reconciliatio peccatoris debetur homini pœnitenti iuxta opera sua de iustitia, quam reddet Dominus ex iustitia tanquam iudex, ergò cadit sub merito pœnitentiæ. Prætereà. Quòd homo habeat gratiam Dei, & efficiatur illi gratus non debetur homini peccatori ex iustitia, ergò neq; remissio peccatorum, & cum Deo reconciliatio : cósequẽtia inde probatur euidenter. Nã si habet

Huius sententiæ impugnatio.

Remissio peccatorũ & iustificatio impij fiunt omninò gratis. Rom. 3.

Rom. 4.

Argumen. difficile.

gratiam Dei,& est illi gratus, iam intelliguntur peccata remissa,& condonata. Explicatur hoc argumentum euidentius. Nam si homini pœnitenti debetur de iustitia reconciliatio cum Deo,(siquidem satisfacit de iustitia pro culpa) vel præsupponitur, quòd iam sit homo gratus, vel fit gratus per opus pœnitentiæ, si intelligitur gratus Deo, & id quidem merè gratis, ergò iam intelliguntur peccata esse remissa, & iniuria condonata, alioqui non esset Deo gratus: si verò dicas, quòd fit Deo gratus per opus pœnitentiæ, consequens est, quòd gratia debeatur ex iustitia pœnitenti, quòd est dogma planè pestiferum. Demum. Si opus pœnitentiæ est tantæ virtutis,quòd ei debeatur ex iustitia reconciliatio cum Deo, & condonatio iniuriæ, certum est, quòd procedit ex gratia. Nam opus quòd non procedit ex gratia,nihil valet coram Deo de iustitia, si ergò procedit ex gratia, iam ergò præsupponuntur peccata dimissa, & iniuriam esse condonatam, ergò impossibile est, quòd ex iustitia debeatur homini pœnitenti condonatio iniuriæ. ¶ Dicendum est ergò, quòd Deus remittit, & condonat culpam gratis per satisfactionem Christi applicatam nobis pro sua misericordia, hæc autem applicatio in homine adulto non fit, nisi per veram pœnitentiam, quæ non meretur remissionem peccatorum, sed est præparatio ad illam habendam. Cùm ergò dicit Diuus Thomas, quòd homo per pœnitentiam satisfacit pro culpa, sensus est, quòd concurrit suis operibus ad suam iustificationem, non quòd mereatur illam, neque quòd de iustitia ei debeatur. In eundem sensum Diuus Paulus dixit, quòd per fidem iustificamur. Rursum, cùm dicit Sanctus Thomas, quòd in iustificatione impij inuenitur quidam modus iustitiæ, verissimè dicit. Tùm quoniam Deus statuit, vt qui ex adultis non operatur, non iustificetur, tùm verò quoniam iustificatur homo ex iustitia non nostra, sed Christi, vt suprà expositum est. Cæterùm quoniam iusti ficatio est opus gratiæ operantis,& non cooperantis,omninò tribui debetDeo,& non nostris operibus. Ex dictis ergò si benè expendâ tur facilè colligitur, quòd homo iustus per veram pœnitentiam, nullo modo satisfacit de iustitia pro culpa, satisfacit tamen pro pœna temporali, ad quam post peccati remissionem sæpenumero manet obligatus. Potest etiam dici, quòd pœnitentia est actus iustitiæ vindicatiuæ, ad istum sensum, quòd homo pœnitendo, & vindicando scelera, quæ commisit facit actum iustitiæ debitum, per quem conatur quantum potest recompensare iniuriam Deo factam. Verum tamen non sic est actus iustitiæ, quòd Deus ex iustitia reconcilietur peccatori pœnitenti: quin potius gratis acceptat talem satisfactionem ab homine, quem Deus in barathrum inferni poterat deijcere. Atque hæc dicta sint de satisfactione hominis puri. Multò plura disputantur à doctoribus in materia de pœnitentia cum de satisfactione pertractant.

Propria sententia.

Explicatur testimonia D. Thom.

¶ Est alia quæstio longè difficilior circa tertium dictum Diui Thomæ, Vtrùm Christus Dominus satisfecerit pro delictis generis humani perfecta satisfactione de omni rigore iustitiæ? Pro parte negatiua sunt varia in infinitum argumenta, quæ proinde in prædicamenta quatuor sunt distribuenda. In primo constituentur argumenta ex parte satisfactionis, in secundo, ex parte offensæ, quæ infinita est, in tertio, ex parte Christi satisfacientis, in quarto, ex parte Dei acceptantis satisfactionem.

Vtrũ Christi satisfactio sit de rigore iustitiæ.

¶ Argumenta primi ordinis sunt ista. In primis. Satisfactio Christi non habet rationem iustitiæ, neque potest habere, ergò non est perfecta de rigore iustitiæ: antecedens probatur. Nam iustitia est ad alterum, vt habet omnium Philosophorum doctrina, sed Christus Dominus satisfecit sibi ipsi, siquidem satisfecit Deo, ergò non est vera ratio iustitiæ. ¶ Quòd si dicas satisfeciſſe patri æterno, vt sacra scriptura sæpè indicat: contrà, inter patrem & filium non est vera iustitia, vt docet Aristoteles quinto Ethicorum capitulo sexto, ea de causa, quoniam filius est aliquid patris, sed filius æternus habet idem esse cum patre, & habet à patre esse, essentiam, & omnia, ergò minus inuenitur ibi ratio iustitiæ. ¶ Vltimò. Christus Dominus propriè non satisfecit, neque meruit apud semetipsum, ergò neque apud patrem: consequentia inde probatur. Nam est euidens contradictio, quòd soluatur aliquid vni personæ in diuinis, & non soluatur alteri: nam opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa. Antecedens probatur. Nam eiusdẽ ad seipsum non est propriè satisfactio, neque meritum. ¶ Argumenta secundi ordinis sic procedunt. Debitũ erat infinitum, satisfactio vero Christi Dñi finita, ergò non est æquiualens:

Argum. ex parte satisfactionis. Primum.

Secundum

Vltimum.

Argum. ex parte offensæ. Primum.

lens: minor probatur, nam omnia, quæ obtulit Christus patri erant finita, & ipsa oblatio finita erat, siquidem erant res creatæ.

Confirmat. ¶ Confirmatur. Nam satisfactio Christi vel erat finita, vel infinita, si primum, habeo quod desidero, si secundum, ergò erat Deus. Nihil enim est infinitum nisi solus Deus.

Secundum. ¶ Deinde. Prouerbium est, & verissimum quidem, quòd peccatum mortale quantum de se est destruit Deum, & constituit alterum Deum, & alterum finem vltimum, sed satisfactio Christi non potest constituere Deum, nam est creatura, ergò non est æqualis ad resarciendum

Tertium. damnum, quòd peccatum intulit. ¶ Præterea. Homo peccator propter offensam aduersus Deum commissam, debet pœnam infinitam extensiuè, & intensiuè, sed satisfactio Christi, neque extensiuè, neque intensiuè fuit infinita, ergò non fuit æqualis. Quòd homo peccator mereatur pœnam infinitam extensiuè patet ex illo: Ite maledicti in ignem æternum: quòd intensiuè, asserunt doctores Parisienses in primis graues, & inter eos Gerson nobilis

Vltimum. autor. ¶ Vltimò. Esse hominem Deum est infinitum beneficium omnibus modis, collatum generi humano, sed satisfactio Christi non est infinita omnibus modis, nam est creatura, ergò non est æquiualens. Explicatur hoc. Esse diuinum, quòd Deus contulit humanitati est infinitum omnibus modis, nam est Deus, sed satisfactio Christi non est infinita omnibus mo-

Argumẽta ex parte Christi satisfaciẽtis. dis, ergò. ¶ Argumenta tertij ordinis hæc sunt. Opera Christi Domini sunt satisfactoria ex eo, quòd sunt opera Dei & hominis, sed quòd Christus sit Deus & homo est gratia, ergò satisfacit ex gratia, &

Primum. non de rigore iustitiæ. Minor probatur

Rom. 1. ex illo Romanorum primo. Prædestinatus filius Dei in virtute, in quo significatur, quòd ex gratia prædestinationis definitũ est quòd Deus esset homo & homo Deus.

Augusti. Et Diuus Augustinus de prædestinatione sanctorum capitulo decimoquinto scribit, quod splendidissimum exemplar prædestinationis, & gratiæ est Christus Dominus: nam quibus obsecro meritis ad hoc peruenit, vt Deus esset homo? Explicatur hoc. Nam opera Christi Domini erant satisfactoria, quia procedebant ex gratia & charitate, sed gratiam dedit Dominus animæ Christi merè gratis, ergò eius satisfac-

Secundum. tio fundatur in gratia. ¶ Secundò. Christus Dominus non satisfecit ex proprijs, ergo non satisfecit de rigore iustitiæ. Probatur antecedens, nam omnia, quæ habuit anima Christi Domini erant dona diuinitus collata, ipsa gratia vnionis, & gratia capitis, ipsa vita & operatio. ¶ Tertiò. Non Tertium. satisfecit ex aliàs indebitis, sed ex debitis alijs titulis in gratiarum actionem, præcipuè pro beneficio vnionis hypostaticæ, cui consonat illud Aristotelis octauo Ethico- Arist. rum: Dijs & parentibus non possumus reddere æquale. ¶ Quartò. Christus Domi- Quartum. nus satisfecit per humanitatem, non per Deitatem, id est, humanitas fuit principium elicitiuum satisfactionis, ergò non fuit infiniti valoris. Probatur consequentia: Nam omnis operatio proportionatur principio elicitiuo, sed humanitas Christi est finita, ergò eius satisfactio non fuit infinita. Explicatur hoc. Nam Christus Dominus satisfecit in quantùm homo, sed in quantùm homo erat minor patre, creatura subiecta Deo, ergò non satisfecit de rigore iustitiæ. Certè si Christi satisfactio fuit sufficientissima, quomodo quadrant ea, quæ dicit Diuus Paulus ad Colossenses pri- Col. 1. mo: Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quòd est Ecclesia? & illud, quòd Christus orabat pro redemptione generis humani? Satisfactio siquidem de rigore iustitiæ non innititur precibus. ¶ Item arguit Luthe- Argumen. rus. Si satisfactio Christi fuit sufficientis- Lutheri. sima, quorsum à peccatoribus alia satisfactio expostulatur. ¶ Argumenta ex par- Argumẽta te Dei ista sunt. Deus gratuita beneuolen- ex parte tia acceptauit satisfactionem Christi, & Dei acceptãte satisfa non ex iustitia, ergò non fuit perfecta ex ctionem. toto rigore iustitiæ. Probo antecedens: Primum. nam nullus in republica tenetur acceptare satisfactionem, nisi secundum leges statutas in republica, sed erat lex à Deo statuta contra hominem, In quacunque die comederis ex eo morte morieris, ergò non tenebatur Deus acceptare aliam satisfactionem. Certè si rex Galliæ haberet ius ad puniendum hominem, tametsi rex Hispaniæ offerret satisfactionem illi, non teneretur acceptare illam, ergò cum Deus habeat ius ad puniendum hominem, quamuis Christus offerat satisfactionem non tenetur acceptare. ¶ Secundò. Deus nihil de- Secundum. bet Christo, aut eius satisfactioni, ergò eius satisfactio non fuit de rigore iustitiæ: antecedens probatur; tùm ex illo D. Augustini,

reddis debita nulli debens ; tùm verò quoniam si Deus annihilaret humanitatem Christi, non faceret illi iniuriam, ergò si Deus non acceptaret satisfactionem Christi, non irrogaret illi : neque inferret iniuriam : tùm tertiò quoniam ille, qui debet de iustitia, si non soluit, iniustitiam committit, sed si Deus non acceptaret Christi satisfactionem non committeret iniustitiam, quod sic ostendo : nam Deus post satisfactionem Christi mansit Dominus vniuersalis omnium, humanitatis Christi, satisfactionis, beatitudinis, ergò etiam si vniuersa hęc annihilaret non committeret iniustitiam ; sic enim definitur dominium : Est facultas vtendi re in omnem vsum sine iniuria alterius : tùm vltimò, quoniam ille, qui debet creditori, inferior est, ergò si Deus debet alicui eo inferior est, ergò Deus non est. Propter hæc argumenta Scotus in tertio distinct. decimanona, quæstione vnica, & distinctione vigesima, quæstione vnica, ad penultimum & vltimum argumentum tenet, quòd Christus non satisfecit perfectè de toto rigore iustitiæ, & parùm reuerenter, & dignè loquitur de Christo. Consentit Durandus in eadem distinctione, quæstione secunda, & in quarto, distinctione decimaquinta, quæstione prima, & doctor Medina codice de pœnitentia, quæst. prima de satisfactione. ¶ Ad huius rei expositionem est prima conclusio. Christus satisfecit de iustitia propria non metaphorica. Patet ex illo Romanorum tertio. Quem proposuit propitiatorem per fidē ad ostensionem iustitiæ suæ : obseruandum est illud verbum, ad ostensionem iustitiæ suæ, quod emphasim habet. Et primæ Corinthiorum primo. Christus factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio, non solùm satisfecit de iustitia, sed est ipsa plenitudo iustitiæ, à qua omnis iustitia nostra deriuatur. Item. Quilibet homo iustus meretur, & satisfacit coram Deo, ex vera & propria iustitia : vt patet ex illo secundę ad Timotheū quarto. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus iudex iustus, ergò. ¶ Secunda conclusio. Christus Dominus quantum ad sufficientiam satisfecit pro omnibus, quantum ad efficaciam verò pro ijs, qui salui fiunt tantùm. Vtraque pars huius conclusionis habetur expressè in sacris scripturis : Ioannis decimoseptimo. Non pro mundo rogo, sed pro ijs, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Sermo est de oratione efficaci : nam quantum ad sufficientiam orauit pro omnibus : & primæ Ioannis secundo, dicitur : Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantùm, sed pro totius mundi. Prima pars in qua fit sermo de prædestinatis intelligitur quantum ad efficaciam, secunda verò quantum ad sufficientiam : nam Christi remedium de se sufficientissimum est pro infinitis hominibus, & mundis si essent. Et primæ ad Timotheum quarto. Christus est Saluator omnium, maximè fidelium : prima pars intelligitur quantum ad sufficientiam, secunda verò quantùm ad efficaciam : sermo enim est de fidelibus, qui habentes fidem, per charitatem operantur. Ex his facilè est intelligere sacras scripturas, quædam enim asserunt Christum Iesum esse Saluatorem omnium, & mortuum esse pro omnibus, vt primæ ad Timotheum secundo, & secundæ Corinthiorum quinto loquuntur quantum ad sufficientiam. Interdùm verò asserunt, quòd Christus est mortuus pro multis Matthæi vigesimo & vigesimosexto. Sensus est, quantùm ad efficaciam. Potest etiam esse alius commentarius, quòd ibi multi accipiatur pro omnibus vniuersaliter ex phrasi scripturæ, vt Romanorum quinto, per vnius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, id est, omnes. Legendus est pro ista conclusione Diuus Augustinus in libro in quo refellit articulos sibi falsò impositos, articulo primo. ¶ Tertia conclusio. Satisfactio Christi Domini fuit sufficiens perfectè, imò excedens peccata multa, & omnia debita omnium hominum, & id quidem ex toro rigore iustitiæ. Probatur ex sacris scripturis Psalm. 129. Et copiosa apud Deum redemptio : cùm dicitur copiosa redemptio significatur abundantia redemptionis & iustitiæ : si autem imperfecta est, & ex acceptatione diuina tantùm valorem habuit, quomodò copiosa est ? & Esaiæ decimo. Consummatio abbreuiata inundauit iustitiam. Satisfactio Christi dicitur consummatio abbreuiata, quoniam vna oblatione sanctificauit electos, vt dicitur Hebræorum decimo : dicitur autem inundasse iustitiam, vt significetur abundantia iustitiæ, & satisfactionis, quæ est in Christo Iesu. Sed Diuus Paulus est totus in hac veritate demonstranda, præcipuè Romanorum quinto vbi ait, Non sicut delictum, ità & donum : & iterum, Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia : rursus, si vnius

Scotus.

Durand.

Medina.

Explicatio quæstionis.

1. Cōclusio

Rom. 3.

1. Cor. 1.

2. Tim. 4.

2. Cōclusio

Ioan. 17.

1. Ioan. 2.

1. Tim. 4.

1. Tim. 2.

2. Cor. 5.

Matt. 20. & 26.

Rom. 5.

D. August.

3. Cōclusio responsiua quæstio.

Psal. 129.

Esa. 10.

Heb. 10.

Rom. 5.

vnius delicto mors regnauit per vnum, multò magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Quibus verbis significat Paulus, iustitiam, & satisfactionem Christi multò potentiorem, & efficaciorem esse, quam fuerit delictum Adæ: & certè si delictum Adami de rigore iustitię intulit tot damna, & satisfactio Christi bona opposita non sic intulit, non adeò quadrat similitudo Pauli inter Christum & Adam, nec tantus est Christus in bono, quantus Adam in malo, & potentius fuit delictum Adæ, quam donum Christi, cuius oppositum testatur Diuus Paulus. Est aliud insigne testimonium ad Hebræos quinto. Exauditus est pro sua reuerentia: quæ sententia habet duplicem commentarium; vnus est, exauditus est pro sua reuerentia, quam semper exercuit erga patrem cœlestem. Secundus est. Exauditus est pro reuerentia, quæ filio Dei naturali debetur, quæ infinitæ dignitatis est: & ad Hebræos capitulo decimo. Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata, propter quod ingrediens in mundum dicit: Holocaustomata, & oblationes noluisti, corpus autem adaptasti mihi. Certè ex acceptatione diuina, sanguine taurorum poterant auferri peccata, loquitur ergò de plena & rigurosa iustitia, & ait, quòd per satisfactionem Christi plenè & de iustitia auferuntur peccata: cui consonat illud ex capite nono, si sanguis taurorum & hircorum, & cinis vitulæ aspersus sanctificat coinquinatos ad mundiciam carnis, quantò magis sanguis Christi mundabit conscientias nostras ab operibus mortuis? & cæt. Quibus in verbis significatur elegantissimè valor sacrificij Christi Domini: in primis ex parte offerentis, qui erat verus Deus infinitè Deo gratus, & ideò dicit quantò magis sanguis Christi, de quo scriptum est, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benecomplacui. Deindè ex parte rei oblatæ, & ideò subiunxit, semetipsum obtulit immaculatum. Tertiò, ex parte modi offerendi, & ideò subdit Paulus per Spiritum sanctum, non igne sicut cætera sacrificia antiquæ legis, sed per spiritum dilectionis & amoris. Tandem Diuus Petrus in prima epistola capite primo, non corruptibilibus auro & argento redempti estis, sed pretioso sanguine agni immaculati. Sed si istud pretium imperfectum est, quomodò apud Diuum Petrum pretiosissimum est? Idem confirmatur ex sententijs patrum. Clemens sextus in extrauaganti, vnigenitus de pœnitentijs, & remissionibus, dicit quod vna gutta sanguinis Christi Domini propter vnionem hypostaticam sufficiebat pro redemptione generis humani. Et Diuus Augustinus decimotertio de Trinitate, capitulo decimotertio & decimoquarto, dicit necessarium fuisse Deum fieri hominem, vt æquissimo iure & de rigore iustitiæ genus humanum redimeretur. Quæ quidem sententia falsa esset, nisi intelligeretur de perfecta & rigorosa iustitia. Leo Papa in sermone primo de natiuitate Christi sic ait. Si non esset verus homo non præberet exemplum, si non esset verus Deus non afferret remedium: loquitur de remedio sufficiente ad æqualitatem iustitiæ, alioqui illa sententia esset falsa. Diuus Anselmus in duobus libris cur Deus homo id præcipuè conatur ostendere, scilicet, incarnationem Dei fuisse necessariam, vt satisfaceret homo de iustitia pro delicto generis humani. Idem docent vniuersi sancti patres exponentes illud Romanorum quinto. Non sicut delictum ità & donum, Ambrosius, Chrysostomus, Theophylactus, Euthimius. Idem constanter sentiunt doctores scholastici in tertio distinctione vigesima. His autoritatibus accedunt rationes optimæ. Prima. Satisfactio Christi fuit infinita ex parte eius, cui fit satisfactio, sicuti delictum fuit infinitum ex parte eius, contra quem fuit commissum, & fuit ex proprijs, & non ex aliâs debitis, ergò fuit perfecta ex toto rigore iustitiæ: prima pars antecedentis patet, nam actus charitatis versatur circa Deum, qui est bonum infinitum, & satisfactio proficiscebatur ex charitate. Quod esset ex proprijs sic probo: nam gratia, & charitas, & cætera charismata Spiritus sancti, erant propria & connaturalia verbo diuino, & ipsum verbum diuinum hæc contulit humanitati. Itaque si qua gratia facta est in his beneficijs communicandis, facta est humanitati non suppposito diuino. Ex eodem principio sequitur, quomodo non satisfecit ex aliâs debitis, hæc enim vniuersa illi erant propria, & connaturalia.

¶ Secunda ratio. Si Christi Domini satisfactio fuit imperfecta, & fundatur in acceptatione diuina, ergò Christus gratis mortuus est: probatur consequentia, nara purus homo potuit satisfacere ex acceptatione diuina. Ad istum modum arguit Paulus ad Galatas capitulo secundo cum ait, Si per legem iustitia, ergò gratis Christus mortuus

Heb. 5. Heb. 10. Clemens sextus. 1. Pet. 1. D. Augus. Leo. D. Ansel. Autores sacri. Rom. 5. Scholastici Probatur ratione cõclusio. Prima ratio. Secunda. Gal. 2.

est, id est, si lex naturalis, aut scripta potuit hominem iustificare, gratis Christus mortuus est : aut igitur probatio Pauli inualida est, aut nostra euidenter demonstrat .

Tertia. ¶ Tertiò. Satisfactio Christi fuit infiniti valoris, ergò fuit superabundans : antecedens probatur, tùm ex parte offerentis, qui erat Deus infinitus, tùm ex parte rei oblatæ, non enim tantum obtulit vitam suam, sed semetipsum, tùm ex parte gratiæ, habuit enim infinitam gratiam, tùm habitualem, tùm etiam gratiam vnionis. Pro quo notandum est, quòd actiones non sunt formarum, sed suppositorum, forma est principium, quo operamur, suppositum est, quod operatur. Itaque verbum diuinum satisfaciebat & reconciliabat nos patri, sed quoniam non poterat satisfacere in natura diuina, quippè quæ non erat inferior, assumpsit naturam humanam, vt in ea Deo satisfaceret. Hoc significat Paulus secundæ Corinthiorum quinto dicens. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Itaque Deus reconciliabat & satisfaciebat, non homo infirmus, & purus : & quemadmodum natura humana ex vnione hypostatica ad Deum habebat infinitatem, qua melior excogitari non potest, sic operatio Christi humana ex coniunctione ad Deum, quia erat operatio Dei & hominis, habet quandam infinitatem, qua melior excogitari non potest. ¶ Item. Tantò operatio est gratior quanto subiectum operans est gratius. Iuxta illud Geneseos quarto. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, id est, prius respicit operantem, & deinde munera, sed Christus Dominus erat infinitè gratus Deo, ergò. ¶ Vltimò. Nostra sententia extollit dignitatem Christi, & consonat sacris scripturis, & oppositæ conculcat Christum, & sacras scripturas, ergò nostra est amplectenda. Ad argumenta in contrarium respondetur. ¶ Ad primum, primi prædicamenti respondetur, quod satisfactio Christi habet veram rationem iustitiæ. Tùm quoniam satisfecit alteri personæ, videlicet patri, tùm verò quoniam satisfecit sibi per aliam naturam. Itaque Christus quatenus habet Deitatem acceptat satisfactionem, quam ipse offerebat per humanitatem, sed & Christus ratione humanitatis est sibi subiectus quatenus habet Deitatem, in qua superior est. Certè si ego haberem duas animas rationales, altera respectu alterius mereri posset, quamuis meritum non esset ad alterum, sed ad idem respectu alterius naturæ. Vel dicendum, quod hic non quæritur, Vtrùm Christus meruerit apud patrem æternum, vel apud Deum respectu præmij, quòd promeruit : Sed est sensus, quòd si meritum Christi constituatur in vna statera, & peccata omnium hominum in altera, meritum illud maximè præponderaret. Vtrùm verò obligauerit Deum, alia quæstio est inferiùs examinanda.

Actiones sunt suppositorum.

Quarta.

Gen. 4.

Vltima.

Ad argum. primi generis.

Ad primũ.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd inter patrem & filium est vera ratio iustitiæ in quibusdam negotijs gerendis, vt dicitur secunda secundæ, quæstione quinquagesimaseptima, articulo quarto. Est etiam magnum discrimen : nam filius in humanis habet esse à patre tanquam à causa, & habet esse per voluntatem paternam, & ob id est inferior, & non potest reddere æquale : sed Christus Dominus quanquam est genitus à patre, non est effectus à patre, nec habet esse per voluntatem patris, generatur enim per naturam, & ideò tam bonus est filius, quàm pater suus, & sic potest reddere æquiualens. ¶ Ad tertium ex dictis patet, quid dicendum sit. Ad argumenta secundi prædicamenti. ¶ Ad primum concessa maiore, negatur minor : Dicendum namque est, quod licèt satisfactio in genere entis fuerit finita, fuit namque producta ab anima Christi Domini : Cæterùm ratione suppositi, quia erat operatio Dei, & hominis erat infinita personaliter. Itaque erat infinita in genere satisfactionis, ex quo non sequitur, quòd sit Deus : nam non erat infinita simpliciter, sed in tali genere, sicut linea infinita Deus non esset. Sed oportet explicare quæ nam sit ista infinitas in operatione Christi, num est aliquid absolutum, an relatum? Substantia an accidens? Respondetur. Non oportet commentari, quòd à verbo diuino effluat aliquid positiuum in operatione humana Christi Domini, sed sat fuerit ad eius infinitum valorem, quòd sit operatio à verbo diuino elicita, & exercita, sicut in motu brachij artificioso, cùm pictor depingit imaginem non est necessarium cómentari, quod effluat aliquid ab intellectu in brachio, sed sat fuerit, quòd dirigatur operatio ab intellectu artificis. Ex hoc facilè explicatur alia quæstio, quid est, quòd Deus producit satisfactionem infinitam, & meritum infinitum intensiuè, & tamen non potest producere albedinem, aut calorem infinitum? Sed de hac re iterum redibit sermo. ¶ Ad secundum respondetur, quod cum dicimus, peccatũ mortale

Ad secũdũ. D. Thom.

Ad argum. secũdi prædicamenti.

Ad primũ. Satisfactio Christi est infinita in genere satisfactionis

Quæ sit infinitas in operatione Christi.

Ad secũdũ.

mortale destruere quantum in se est Deum, & alterum Deum ponere, est loquutio metaphorica, & sensus est, quòd peccator præfert creaturam Deo, & pro nihilo habet illũ. Secundò respondetur, quòd licèt esset verum in proprietate loquutionis, non solus Christus, sed quicunque habens Dei charitatem, quantum in se est desiderat ponere, & adiuuare bonum diuinum: nam non solum gaudet, quòd Deus fruatur bonis suis, sed etiam desiderat, si possibile esset adiuuare, & promouere bonum diuinum. Ad hoc propositum solet citari sententia Augustini loquentis cum Deo, quam ego in illo nõ inuenio. Si ego essem Deus, & tu Augustinus, inquit Augustinus, ego vellem quod tu es ses Deus. ¶ Ad tertium respõdetur, primò falsum esse, quòd peccator mereatur pœnã infinitam intensiuè, in qua re falluntur Parisienses, sed dato ità esse, maior fuit pœna passionis Christi, quia patiebatur persona diuina, quàm infinita pœna intensiuè omnium hominum & Angelorum: nam non debebatur pro infinita offensa vel minima pœna personæ diuinæ pro vno instanti. Volo dicere, quòd plus est minima pœna in persona diuina, quam infinita pœna hominum, Angelorum, & creaturarum imaginabilium. ¶ Ad vltimum respondetur, quòd satisfactio Christi fuit sufficiens in gratiarum actionem pro vniuersis beneficijs collatis à Deo, tùm suæ humanitati, tùm vniuersis creaturis: & ad argumentum dicendum est, quòd licèt esse diuinum fuerit collatum humanitati, non tamen fuit communicatum humanitati, vt esset Deus, sed quod esset vnita diuinitati, ex quo habet dignitatem infinitam, quam etiam operatio Christi Domini habet: nam erat operatio Dei & hominis coniuncta diuinitati: vel dicendum, non esse incommodum concedere, quod sicut Deum esse hominem non cadit sub merito, ità huius beneficij non datur æquialens satisfactio, est enim beneficium irreddibile. Quandò ergò diximus, quòd satisfactio Christi est sufficiens pro omnibus beneficijs, intelligitur pro omnibus alijs, nõ pro isto, quod est aliorum fundamentum: ¶ Ad argumenta tertij prædicamenti respondetur: & ad primum, quod satisfactio Christi Domini præsupponebat quidem gratiam vnionis, quòd esset Deus homo, sed hæc gratia erat propria verbi diuini. Nam omnes tres personæ sanctissimæ Trinitatis hoc beneficium contulêre humanitati, & ideo Christus non satisfaciebat ex aliena gratia, neque ex fauore aliundè emendicato. Secundò respondetur, licèt ad satisfactionem Christi præsupponatur gratia, quòd Deus velit acceptare satisfactionem, & quòd dederit nobis filium suum in propitiatorem, ex hoc non sequitur eius satisfactionem non esse condignam, nam supposito hoc beneficio erat Deus & homo, qui debebat exaudiri pro sua reuerentia. Itaque hæc vnio non dedit personæ diuinæ aliquem valorem, vel efficaciam, quam anteà non habebat. ¶ Ad secundum negatur antecedens: nam gratia, & charitas, quæ collata sunt humanitati Christi erant propria, & connaturalia verbo diuino, & ipsum verbum diuinum communicauit ea humanitati. Itaque gratia non est facta verbo diuino sed humanitati. ¶ Ad tertium ex prædictis in præcedenti solutione patet quid dicendum sit. Nam certè si satisfecit ex proprijs, non satisfecit ex aliâs debitis. ¶ Ad quartum respondetur negando consequentiam: nam humanitas Christi concurrit quantum ad substantiam operis meritorij, & satisfactionis, sed valorem, & pretium tribuit persona diuina, quæ cum infinita sit, tribuit, vt satisfactio sit infinita personaliter, ex dignitate personæ satisfacientis, sicut penicillus tantùm concurrit ad substantiam operis depingendi, sed ars, quæ est in intellectu artificis concurrit quo ad modum, & ideo ei tribuitur operationis nobilitas, & excellentia: falsum est ergo quod operatio solum proportionetur principio effectiuo instrumentario, præcipuè namque in dignitatem operantis referri debet. ¶ Ad aliud, quia satisfecit in quantum homo, respondetur, adęquatè falsum esse, sed satisfecit in quantum Deus, & homo: nisi fortassè fiat sensus, quòd satisfecit per operationes, quas exercebat per humanitatem, quas etiam Deus exercebat. Certè argumentum hoc videtur præsupponere errorem intolerabilem, quòd in Christo erant duo supposita, & duo operantes, & quod esset aliqua operatio humanitatis, quam Deus non exerceret. Ad aliud ex Diuo Paulo, Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi. Respondetur, quod hæc sententia habet varias expositiones, duæ mihi maximè probantur: prima est, quòd patior pro vobis, nolo mihi acceptũ referatis. Sed Christo, qui in nobis, hoc est membris suis adhuc patitur: hoc enim vnũ ei deesse poterat, nam in seipso pati amplius nõ potest. Altera explicatio est.

Augusti. — Ad tertium Pœna personæ diuinæ fuit maxima. — Ad vltimũ. — Ad.argum. tertij prædicamenti. — Ad primũ. — Ad secũdũ. — Ad tertium. — Ad quartũ. — Ad aliud argumen. — Exponitur D. Paulus.

Christus in corpore suo non omnia perfecit, non enim sufficit passio ipsius ad conuersionem gentium, si non prædicetur Euangeliũ, quod ergò hic deest passionum Christi, ego adimpleo docendo, & prædicando, & iniurias patiendo. Ad aliud, quia orauit Christus patrem pro redemptione, dicendum est, quod debitum per iniuriam & offensam contractum per preces remitti solet, quæ ad satisfactionem & humiliationem potissimè valent, & sic fecit Christus. Ad aliud argumentum Lutheranorum respondetur, nos verè fateri quantum ad sufficientiam pro omnibus peccatis satisfeciſſe Christum, sed tamen dicimus eandem nobis satisfactionem, vel per sua sacramenta, vel per nostra opera ex suo auxilio promanantia applicari, & sic virtute suæ passionis satisfacimus, vnde totum Christo redemptori nostro attribuimus.

Ad aliud argum.

Ad argum. Lutheri.

Ad argumenta quarti prædicamenti ex parte Dei. ¶ Ad primum, & ad secundum sunt duę solutiones, vna est, vt concedamus, quod Deus non tenebatur satisfactionem acceptare, sed supposito quod satisfactione genus humanum erat reparandum, si Christus Dominus offerebat satisfactionem tenebatur acceptare: siquidẽ Deus erat & homo. Altera solutio est, quòd hoc habet proprium satisfactio Christi super omnes alias satisfactiones, quòd nullus alius homo potest satisfacere de condigno pro peccato alterius, neque hoc exigit æquitas, aut iustitia, vt vni remittatur peccatum per satisfactionem alterius, Christus verò hoc potuit propter suam dignitatẽ; si quidem erat Deus & homo. ¶ Ad vltimũ argumentum respondetur, quòd conijciebat nos in magnam difficultatem, Vtrùm Deus propriè debeat aliquid alicui? de qua re disputatur. 1. p. quę̃st. 21. & 1. 2. quæst. vltima. Nunc pro certò statuatur ex doctrina Diui Thomę, quòd Deus propriè nulli debet: & ad argumentum propositum dicendum est, quòd satisfactio, & meritum Christi est de rigore iustitiæ coram Deo: quia si Deus posset cõstringi, & obligari, certè obligaretur. Cæterùm quia non est capax obligationis non obligatur, neque dicitur propriè aliquid debere. Itaque meritum Christi, & eius satisfactio si considerentur in ordine ad præmium æquale est, & superexcedens, si tamen considerentur in ordine ad Deum, apud quem promeruit, non constituit illum debitorem, neque obligat illum; quia non est capax obligationis. Hæc est doctrina domini Caietani. 12. quæst. vltima, articulo 1. Sed ex his, quæ diximus duæ paruæ dubitationes restant. Prior est, vtrùm de potentia Dei absoluta potuerit purus homo satisfacere pro toto genere humano? respondetur, ex acceptatione diuina certè potuit. Hoc asserit Diuus Thomas in hac solutione ad secundum, quam examinamus: nã in ea loquitur de satisfactione, quę requiritur ad reparandũ genus humanũ per peccatum prolapsum, & inquit, quòd purus homo potuit imperfectè satisfacere ex acceptatione diuina. & infrà quæst. 64. artic. 4. dicit, quòd Christus potuit communicare ministris potestatem excellentiæ, dando eis plenitudinem gratiæ, vt suo nomine instituerẽtur sacramenta, & homines sanctificarentur. Idẽ docẽt vniuersi doctores in 3. d. 20. & in 4. d. 15. & ratio est eiusdẽm. Nã Deus potuit absoluta potẽtia acceptare pœnitentiam Adæ, vel alterius hominis pro salute generis humani, sed de potentia ordinaria id nunquam facit. Sed contra istam doctrinam sic argumentor. Nã Adamus meruit omnibus expulsionem à regno, vt habet sana doctrina, cur ergò non meruit reparationem pro omnibus? Deinde si Adam perseueraſſet in gratia, meruiſſet omnibus confirmationem in illa, ergò purus homo potuit mereri omnium hominum salutem. ¶ Ad primum argumentum quidam doctores negant antecedens, & dicunt, quod peccatum originale non contrahitur ex merito, sed ex naturali propagatione. Ego verò ad confutationẽ argumenti, nego consequentiam. Tùm quoniam homo plus potest in malo, quàm in bono, iuxta illud: Perditio tua ex te, tantummodò in me auxilium tuum: tũ verò quoniam peccatum illud fuit peccatum totius naturæ, pœnitentia verò Adæ fuit donum tantum personale, prout explicatur in materia de peccato originali. ¶ Ad secũdum respondetur negando antecedẽs. Nã de lege ordinaria non fuit ita à Deo ordinatũ, vt optimè demonstrat Diuus Thomas. 1. p. quæst. 100. art. 2. de potentia verò absoluta concedo id fuisse possibile. ¶ Alia dubitatio est, quid possit homo cum gratia, vt induit merita Christi? Pro quo scito, quòd dupliciter Christus est causa nostræ sanctificationis. Primò vt causans charitatẽ & gratiam in nobis, qua nostra sanctificatio est accepta Deo, secundò vt est perfectè satisfaciens pro delictis totius mundi. Secundò scito, quòd nostra satisfactio ex duobus habet efficaciam. Tùm ex gratia, quæ infunditur nobis desuper, qua nostra sanctificatio Deo accepta est, tùm verò quia innititur satisfactioni Christi, sed neutro modo est sufficiens simpliciter, sed secundum acceptionem, quia gratia tenet se ex parte Dei

Differentia satisfactionis Christi & aliorum.

Ad vltimũ.

Deus propriè nulli debet.

Caieta.

Dubium.

D. Thom.

Prima obiectio.

Secunda.

Solutio primæ.

Ad secũdũ.

D. Thom.

Dubium, quid possit homo cum gratia vt induit merita Christi.

Satisfactio nostra ex duobus habet efficaciam.

te Dei cui fit satisfactio,& communicatio satisfactionis Christi misericorditer nobis fit, propter quod cum dicit Diuus Thomas hîc in hac solutione ad secundum, quòd satisfactio nostra habet efficaciam ex satisfactione Christi,non est intelligendum, quòd satisfactio Christi efficiat nostrã satisfactionẽ efficacẽ,& sufficientẽ ad æqualitatẽ simpliciter,sed solũ significatur, quòd satisfactio nostra super satisfactionem Christi innitatur, & sit illius quædam participatio.Sic ergò dicendum est,quòd homo satisfaciens virtute passionis Christi, potest dupliciter considerari. Vnò modo capiendo satisfactionem hominis per se,id est,distinguendo eã à satisfactione Christi,licèt per gratiam Christi eam habeamus,& hoc modo nõest satisfactio perfecta,quia grãtia illa, & cõmunicatio nõ se tenet ex parte satisfacientis.Alio modo potest considerari,vt coniuncta sit satisfactio hominis satisfactioni Christi, & hoc modo satisfactio hominis est perfecta,& efficax, & de rigore iustitiæ.

Caietanus. Quod explicat Caietanus ad finẽ articuli his verbis,Ex Christo,inquit,&nobis constituitur vna persona mystica, & ideo satisfactio mea coniuncta satisfactioni Christi fit æqualis simpliciter,vt est satisfactio mysticę personæ,imò & quandoque super excedit, iuxta il

Col.1. lud ad Colossen.1. Adimpleo ea,quæ desunt passionum Christi in carne mea,&c.Hæc sententia Caietani multis videtur & falsa, & dura,sed doctioribusvidetur verissima.Omnes enim iusti cum suo capite Christo comparantur ad patrem,vt vnum corpus perfectum,& sic Christus,& omnes considerantur,vt debitores.Christus enim debitum nostrum fecit suum, volẽs pro illo satisfacere.Vnde Psalm.

Psal.21. 21.Longè à salute mea verba delictorũ meorum:vocat sua pro quibus satisfacere decreuerat,& hoc modo satisfactio mea est de rigore iustitiæ, quoniam ipse Christus est,qui offert patri satisfactionem meam tanquam suã propriam:vnde infrà quæst.49.art.1.dicit Diuus

D.Thom. Thomas,quòd sicut naturale corpus est vnũ ex membrorum diuersitate consistens, ità tota Ecclesia computatur vt vna persona cum suo capite,quod est Christus. Verũ est,quod iste modus loquendi Caietani non est vsitatus,quare loquendum est, vt plures. Sed infert Caietanus, quòd si satisfaceret quis ex gratia habita aliundè,quàm ex passione Christi imperfectior multò esset,quã nostra,quia solum inniteretur gratiæ,nostra vero iustitię. Hæc doctrina consentanea est primum om-

Esa.49. nium sacris literis. Esaias, postquàm cap. 49. & initio quinquagesimi, captiuitatem Ecclesiæ,& totius generis humani,& hostium potentiam descripserat,ac deinde Christi obedientiam,& passionem,per quam Deus redemit Ecclesiam suam,& genus humanũ à captiuitate,continuò subijcit,Iuxta est qui me iustificat,quis contradicet mihi? stemus simul, qui est aduersarius meus accedat ad me, ecce Dominus Deus auxiliator meus, quis est qui condemnet?similia verba inquit Iob cap.17. Iob.17. Libera me,& pone me iuxta te,& cuiusuisma nuspugnet cõtra me.D.Paulus Ro.8.SiDeus, Rom.8. inquit,pro nobis,quis contra nos?explicat autem continuò modum,quo Deus pro nobis est,qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis tradidit illum, certè vt vice omnium nostrum puniretur,& mactãretur,quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? & cõtinuò,quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat? quis est qui condemnet? Christus Iesus,qui mortuus est,imò qui & resurrexit,qui est ad dexteram Dei , qui etiam interpellat pro nobis?volunt his locisProphetæ , & Apostolus,Deum etiam ipsum teneri ex iustitia ad acceptandam satisfactionẽ,neq; posse arguere, & condemnare hominem , si consideretur homõ ipse secundum quod à parte sua est Christus Dominus,& hoc volũt vocabula illa,iuxta est,simul,&pro nobis.Idẽ Apostolus 2.ad Corinth.5.Eum,qui non no- 2. Cor.5. uit peccatum,pro nobis peccatũ fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in illo. Quem locum explicans Augustinus in Enchirid.cap.41.inquit. Augustin. Ipse ergo peccatum vt nos iustitia,nec nostra sed Dei,neque in nobis,sed in Christo fiat,ipse peccatum non suum, sed nostrum, neque in se,sed in nobis. Quæ verba D. Augustini; quoniam Catholica non essent si intelligerentur ità,vt nobis non inesset formaliter iustitia qualiscunque imperfecta,intelligenda sunt citra dubium ad æqualitatem,& de toto rigore iustitiæ.Hæc enim iustitia non in nobis,vt in nobis est,sed vt in Christo capite nostro, & sic nos efficimur (vt ait Paulus) iustitia Dei, tùm quoniam talis iustitia est Dei personaliter,imò & nostra personaliter,secundum istã considerationem mysticæ personæ, tùm etiã quoniã talis iustitia est sufficiens perfectè coram tribunali Dei. Dicitur autem à D.Paulo, Christus Dominus factus peccatum , quoniã fideiussor factus est pro peccatis,debitor pro eisdem,satisfactor pro peccatis , sacrificium, &victima pro peccatis:quo loco poterit quisque contemplari quid caput membris, quid contrà , membra capiti communicemus. Ille nobis iustitiam dedit,membra capiti peccata humana.Deindè regula quædam est celebris

Quomodo Christus factus sit peccatum.

Regula Tychonij obseruanda.

Tychonij, quam inter alias refert & approbat
D. Auguſt. D. Auguſtinus 3. de doctrina cap. 30. & 31. cũ ſequentibus ad explicandas ſacras literas maximè vtilis, quæ regula habet: quædam quæ dicuntur de capite in diuinis literis verificari de membris, quædam contrà, quæ dicuntur de membris verificari in capite: legantur aliD. Auguſt. qua loca, quę affert D. Au. pro re hac in allega
Pſal. 21. to c. 31. ſolet afferri & illud Pſal. 21. quod Chriſtus dixit: Lógè à ſalute mea verba delictorũ meorũ. Vbi Chriſtus vocat delicta ſua, delicta
Epheſ. 2. membrorum. & ad Epheſ. 2. dicitur, Conſedere nos fecit in cœleſtibus in Chriſto, ſedẽte ipſo ad dexterã Dei patris. Ad eũdẽ ergò modũ ſatisfactio perfecta, quę de Chriſto dicitur tã quã de capite dicetur etiã de nobis tanquã de mẽbris. Eſt etiã hęc cõcluſio nimis conſentaneaD. Thom. doctrinę D. Tho. in multis locis: in hac ſolutione inquit. Quia omne imperfectũ ſupponit aliquid perfectũ, à quo ſuſtẽtetur, inde eſt, quod omnis puri hominis ſatisfactio efficaciã habet à ſatisfactione Chriſti. Sed expreſſiùs hanc ſententiam capitis, & membrorum, quantum ad meritum, & ſatisfactionem docuit infrà q. 48. art. 1. inquiens: Opera Chriſti eo modo ſe habent tàm ad ſe, quàm ad ſua membra, ſicut ſe habent opera alterius hominis in gratia conſtituti ad ipſum. Et in artic. 2. in ſolutione ad primum, Caput & mẽbra ſunt vna perſona myſtica, & ideò ſatisfactio Chriſti ad omnes fideles pertinet, ſicut ad ſua mẽbra. & q. 49. artic. 1. idem docet, & adhibet ſimile, & exemplum. Sicut, inquit, ſi homo per aliquod opus meritorium, quod manu exerceret, redimeret ſe à peccato, quod pedibus commiſiſſet, ſic ſatisfactio Chriſti atq; ſi eſſet propria exiſtimãda eſt.. Quibus locis formaliùs, & profundiùs loquitur D. Tho. quã in 4. d. 15. q. 1. artic. 2. ad 1. imò quam in 1. 2. quæſt. 114. artic. 3. vbi meritum, & ſatisfactionem noſtram refert in motionem, & auxilium diuinum, nihil curans de Chriſti ſatisfactione; &
M. Soto. iuxta hanc doctrinam explicandus eſt M. Soto in 4. diſt. 19. quæſt. 1. articu. 2. circa tertiam concluſionem inquiens: quia Chriſtus de iuſtitia condigna pro nobis ſatisfecit eo ipſo, quod eius efficimur membra, ratio illa iuſtitiæ ex noſtro in nos capite deriuatur. Probatur deinde ratione hæc concluſio. Totum Eccleſiæ corpus ſimul cum capite Chriſto ſatisfecit de rigore iuſtitiæ, ergò quodlibet etiam membrum cum capite ſatisfacit de rigore iuſtitiæ. Sit ſimile: ſi aliqua ſocietas debeat aliquod debitum, ſi vnus ſocius illius ſocietatis nomine totius ſocietatis perſoluat debitum, licèt alij ſocij non eſſent ſoluendo, certè tota ſocietas, imò quilibet ſocius dicitur ſatisfecif ſe de rigore iuſtitiæ. Item, ſi exercitus habeat ducem ſtrenuum, cuius opera & induſtria vicerit exercitus in bello, citrà dubiũ totus exercitus dicetur viciſſe, imò quilibet miles dicetur victor, quamuis ducis diligentia, & fortitudo fuerit cauſa victoriæ.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm ſi homo non peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet.

AD tertium ſic proceditur. 3. 3. di. 1. q. 1. art 3. Et 4. di. 43. art. 2. q. 1. 2. Et veri. q. 29. arti. 4. ad 3. & 1. Ti. 1. co. 1. fin. † li. 13. cap. 17. in principio. to. 3. † art præce.
Videtur quòd ſi homo nõ peccaſſet, nihilominꝰ Deus incarnatus fuiſſet. Manente enim cauſa, manet effectus: Sed, ſicut Aug. dicit 13. de Trin. † alia multa ſunt cogitanda in Chriſti Incarnatione prę- ter abſolutionem à peccato, de quibus dictum eſt †. Ergo etiam ſi homo non peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet.

¶ 2. Præterea, Ad omnipotentiam diuinæ virtutis pertinet, vt opera ſua perficiat, & ſe manifeſtet per aliquem infinitũ effectum: Sed nulla pura creatura poteſt dici infinitus effectus; cùm ſit finita per ſuam eſſentiam. In ſolo autem opere Incarnationis videtur prę cipuè manifeſtari infinitus effectus diuinæ potentiæ (per quam in infinitum diſtantia, coniunguntur, in quantum factum eſt, quòd homo eſſet Deus) in quo etiam opere maximè videtur perfici vniuerſum, per hoc quòd vltima creatura, ſcilicet homo, primo principio coniungitur ſcilicet Deo. Ergo etiã ſi homo non peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet.

¶ 3. Præterea, Humana natura per peccatum nõ eſt facta capacior gratię: Sed poſt peccatũ capax eſt gratiæ vnionis, quæ eſt maxima gratia. Ergo ſi homo non peccaſſet, humana natura huius gratiæ capax fuiſſet, nec Deus ſubtraxiſſet humanæ naturæ bonum, cuius capax erat. Ergo ſi homo non peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet.

¶ 4. Præterea, Prædeſtinatio Dei eſt

æterna:

æterna: Sed dicitur Roman. 1. de Christo, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute. Ergo etiam ante peccatum necessarium erat filium Dei incarnari, ad hoc quòd Dei prædestinatio impleretur.

¶ 5. Præterea, Incarnationis mysterium est primo homini reuelatum: vt patet per hoc, quod dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. quod Apostolus dicit esse magnum sacramentum in Christo & in Ecclesia: vt patet Ephes. 5. Sed homo non potuit esse præscius sui casus, eadem ratione qua nec Angelus: vt Li. 11. c. 18. tom. 3. Augustt. probat super Genes. ad literā. Ergo etiam si homo nō peccasset, Deus incarnatus fuisset.

Sed contra est quod Augustinus dicit in lib. de verbis Domini *, exponēs In serm. 36 & de verb. Apost. ser. 8 tom. 10. illud quod habetur Luc. 19. Venit filius hominis quærere & saluū facere quod perierat. Ergo si homo non peccasset, Filius hominis non venisset. Et 1. ad Timoth. primo, super illud verbum, Christus venit in hunc mundum, vt peccatores saluos faceret, dicit glossa *, Nulla Aug. ser. 9. de ver. apo. in prin. to. 10. causa veniendi fuit Christo domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla est medicinæ causa.

Respondeo, dicendum, quòd aliqui circa hoc diuersimodè opinātur. Quidam enim dicunt, quòd etiam si homo non peccasset, Dei filius incarnatus fuisset.

Alijverò contrarium asserunt. Quorum assertioni magis assentiendum videtur. Ea enim quæ ex sola Dei voluntate proueniunt supra omne debitum creaturæ, nobis innotescere non possunt, nisi quatenus in sacra scriptura traduntur, per quam diuina voluntas nobis innotescit. Vnde cùm in sacra scriptura vbique Incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignetur, conuenientius dicitur Incarnationis opus ordinatum esse à Deo in remedium contra peccatum, ita quod peccato nō existente Incarnatio non fuisset: quamuis potentia Dei ad hoc non limitetur: potuisset enim etiam peccato non existente Deus incarnari.

Ad primum ergo dicendum, quòd omnes aliæ causæ, quæ sunt assignatę *, pertinēt ad remedium peccati. Si enim homo non peccasset, perfusus fuisset lumine diuinæ sapientiæ, & iustitiæ rectitudine perfectus à Deo ad omnia necessaria cognoscenda, & agenda: Sed quia homo deserto Deo, collapsus erat ad corporalia, conueniens fuit, vt Deus caro assumpta etiam per corporalia ei salutis remedium exhiberet. Vnde dicit Augustt. super illud Ioan. 1 *. cap. Verbum caro factum. Caro te obcæcauerat, caro te sanat: quoniā sic venit Christ*, vt de carne, carnis vitia extingueret. Tract. 2. in Ioā. circa fi. tom. 9.

Ad secundum dicēdum, quòd in ipso modo productionis rerum ex nihilo, diuina virtus infinita ostenditur. Ad perfectionem etiam vniuersi sufficit, quòd naturali modo creatura ordinetur in Deum sicut in finem: hoc autem excedit limites perfectionis naturæ, vt creatura vniatur Deo in persona.

Ad tertium dicēdum, quòd duplex capacitas attendi potest in humana natura. Vna quidem secundum ordinem potentiæ naturalis, quæ à Deo semper impletur, qui dat vnicuique rei secundum suam capacitatem naturalē. Alia verò secundum ordinem diuinę potētię, cui omnis creatura obedit ad nutū: & ad hoc pertinet ista capacitas. Non autem Deus omnem talem capacitatē naturę implet: alioquin Deus non posset facere in creatura, nisi quod facit: quod falsum est, vt in primo * habitum est. Nihil autē prohibet ad aliquid maius humanam naturam productam esse post peccatum: Deus enim permittit mala fieri, vt inde aliquid meliuseliciat. Vnde dicitur Rom. 4. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Vn- p. p. q. 105. art. 6.

de

de & in benedictione cerei Paschalis dicitur, O fœlix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem.

Ad quartum dicendum, quod prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum: Et ideo sicut Deus prędestinat salutem alicuius hominis per orationes aliorum implendam, ita etiam prędestinauit opus Incarnationis in remedium humani peccati.

Ad quintum dicendum, quòd nihil prohibet alicui reuelari effectum, cui non reuelatur causa: potuit igitur primo homini reuelari Incarnationis mysteriũ, sine hoc quòd esset prędscius sui casus. Non enim quicunque cognoscit effectum, cognoscit & causam.

SVMMA TEXTVS.

1. Concluſ. PRima cõclusio. Possibile fuit, quòd Deus carnem assumeret, etiam si homo nõ peccasset. Patet hæc conclusio. Quia potẽtia Dei ad hoc non est limitata, quocircà potuit incarnari, etiam si peccatum non esset. ¶ Secunda conclusio. Si homo nõ peccasset probabilius est, & magis consonum sacris literis, & sanctis patribus, quòd Deus non fieret homo. Ità affirmat Diuus Augustinus de verbis Domini, exponens illud Lucæ 19. Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. Ex quibus verbis infert Augustinus, ergò si homo non peccasset, filius hominis non venisset. Et sermone 9. de verbis Apostoli exponens illud. 1. ad Timoth. 1. Christus venit in mundum vt peccatores saluos faceret, dicit. Nulla causa veniendi fuit Christo Domino, nisi peccatores saluos facere, tolle morbos, tolle vulnera, & nulla est medicinæ causa. Sed & aliam probationem adhibet Diuus Thomas. Nam ea, quæ sola Dei voluntate proueniunt supra omne debitum creaturæ, nobis innotescere nõ possunt, nisi quatenus in sacra scriptura traduntur, per quam diuina voluntas nobis innotescit. Vndè cum in sacra scriptura vbiq; incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignetur, conuenientiùs dicitur, incarnationis mysterium ordinatum esse à Deo in remedium contra peccatum, ità quod peccato nõ existente incarnatio non fuisset.

2. cõclusio.

Augusti.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Dubium de veritate secundę cõclusionis. QVæstio huius articuli celebris est inter scholasticos doctores. Nam apud veteres patres non admodum controuersa est. Alexander Alensis in 3. p. quæst. 2. membro. 13. tenet partem affirmatiuam quæstionis, & probat in primis ex Diuo Bernardo in sermone primo de aduentu, vbi dicit, quòd dæmon præuidens Deum futurum hominem, vt hoc impediret, tentauit Euam ad peccandum. In quo apertè significatur, quòd si Adam non peccasset, multò meliùs filius hominis venisset. Idem probat ex Augustino libro de spiritu, & anima, vbi scribit Deum factum fuisse hominem, vt totum hominẽ beatificaret intus & extrà. Scotus in 3. dist. 7. quæst. 3. & dist. 19. quæst. 1. & in reportatis super tertium. di. 7. q. 2. idem docet. ¶ Probat primò: nã prædestinatio cuiuscunque sit, non præsupponit præscientiam peccati, vel damnationis hominis illius, ergò prædestinatio Christi non præsupponit præscientiam peccati, ergò non fuit prædestinatus in remedium peccati, ex quò consequens est, quòd etiam si peccatum non esset, filius hominis veniret. Explicatur hoc. Nam Deus prædestinauit Christum antequã præuideret peccatum, ergò sine dependentia ab illo, priusenim non dependet à posteriori. ¶ Secundò. Ordinatè volẽs prius vult finem, & id, quod est magis propinquũ fini, sed gloria animæ Christi, & esse personale verbi incarnati est bonum maximè propinquum fini vltimo, videlicet Deo, ergò prius voluit dare gloriam animæ Christi, & vnionem hypostaticam humanitati conferre, quam præuiderit peccatum, & cuiuscunque damnationem. ¶ Tertiò. Maius bonum est gloria Christi, quàm redemptio humana, imò dicitur incarnationem esse summum bonum in entibus, non ergò debuit esse propter reparationem humanã. ¶ Quartò. Ex opposita sententia sequuntur grauissima incommoda contra diuinam Theologiam. In primis sequitur, quod mysterium dominicæ incarnationis sit bonũ occasionatum, & ex occasione peccati excogitatum, quod asserere absurdum est. Certè Origenistæ hac de causa condẽnantur abvniuersis Theologis, quòd dixerint mundũ istũ visibilem fuisse conditum in carcerem, & ergastulum creaturę rationalis, quos conuincũt diuini Theologi hac argumentatione. Quia sequeretur, quòd mũdus iste visibilis esset bonum occasionatum: de qua re videndus est D. Thomas 1. p. q. 47. arti. 2. Deinde sequitur aliud incómodum, quòd Deus priùs prædestinasset Adam, quam Christum; siquidem autore D. Thom. Christus est prædestinatus in remedium Adæ, & aliorum hominum. Priùs ergò voluit dare remedium, & salutem Adę, & alijs hominibus. ¶ Sed & tertium incómodum

Alexan.

Scotus.

Prim. argu.

Secundum.

Tertium.

Primum incõmodũ.

Secundum.

Tertium.

dum sequitur ex prędicta sententia, quòd prę
destinatio Adæ fuit independens, Christi ve
Vltimum. ro prædestinatio ex peccato pẽdens. ¶ Sequi
tur vltimò, quòd prius Deus præuidit Adam
casurum, quã prædestinauerit Christũ, quòd
est absurdum: quod rectè sequatur, patet, nã
prædestinatio Christi tantum fuit propter re
demptionem Adæ, & aliorum hominum,
ergò nisi præuidisset redemptionem non prę
destinasset, at redemptio sine peccato, & lap-
su in peccatum intelligi non potest: quod au-
tem hoc concedere sit absurdum, patet, nam
alioqui daretur magna occasio animæ Christi
gaudendi de peccato Adæ. Hactenus Scotus.
Marsil. Marsilius in 3. q. 1. arti. 3. quanquam tenet sen
Prima ra- tentiam D. Thomæ adducit nonnullas ratio-
tio Marsi- nes probabiles in patrocinium Scoti. ¶ In pri
lij pro opi- mis. Per incarnationem Deus maximè mani-
nione Sco- festat potentiam suam, & sapientiam, & chari
ti. tatem erga genus humanum, ergò etiam si ho
mo non peccasset, filius hominis venisset.
Secunda. ¶ Deinde. Ecclesia, tametsi nõ esset peccatũ,
esset perfectum corpus non acephalum, ergò
debuit habere caput homogeneum, quod in-
Tertia. flueret motum & vitam, hoc est, Deum &
hominem. ¶ Prætereà. Incarnatio domi-
nica existente peccato fuit necessaria, vt
homo satisfaceret de rigore iustitiæ pro
peccato generis humani, ergò etiam si Adam
non peccasset fuisset necessaria, vt homo bea-
titudinem mereretur de rigore iustitiæ, & nõ
ex gratia. Solus enim Deus homo potest me-
Quarta. reri beatitudinem de rigore iustitiæ. ¶ Ad
hæc. Omne per accidens debet reduci ad id,
quod est per se, vt habet Philosophorum pro
uerbium, sed homines sunt grati Deo per ac-
cidens, & non propter se, ergò oportet cõsti-
tuere vnum hominem, qui sit gratus Deo per
se, hic est Christus Dominus, de quo scriptũ
est, hic est filius meus dilectus, in quo mihi be
Ephes. 1. ne complacui. Et Diuus Paulus ad Ephes. 1.
Quinta. Gratificauit nos in dilecto filio suo. ¶ Præ-
tereà. Perfectiora secundum prudentiam nõ
ordinantur ad imperfectiora, forma enim nõ
ordinatur ad materiam, nec sanitas ad medici
nam, sed gloria animæ Christi est maius bo-
num, quàm salus omnium hominũ, ergò non
ordinatur ad salutem hominũ. ¶ Sed & aliud
Sexta. argumentum solet adduci ex ratione D. Tho
mę in primo articulo: Decet, inquit, D. Tho-
mas summum bonum, summo modo se cõ-
municare creaturæ, sed Deus est summum bo
num, etiam si Adam non peccasset, ergò decet
summo modo se cõmunicare creaturæ, quòd
Vltima. fit incarnationis mysterio. ¶ Vltimò. Sacra-
mentum matrimonij significat coniunctio-
nem Christi ad Ecclesiam, vt testatur Paulus
ad Ephes. 5. Sed matrimonium fuisset quam- Ephes. 5.
uis non fuisset peccatum, ergò quamuis non
fuisset peccatum, fuisset coniunctio Christi
ad Ecclesiam. ¶ Ad huius rei expositionem Expositio
statuendum est pro certo secundum fidẽ Ca- quæstionis
tholicam, quòd Christus venit in redempto-
rem saluum facere populum suum à peccatis
eorum. Patet ex illo Lucæ. 19. Filius hominis
venit saluum facere, quod perierat: & idem
Matth. 18. & Ioan. 3. Sic Deus dilexit mun- Mat. 18.
dum, vt filium suum vnigenitum daret, vt Ioan. 3.
omnis qui credit in eum non pereat, sed ha-
beat vitam æternam. Alia est autoritas eui-
dens ad Galatas. 4. Misit Deus filium suum Galat. 4.
factum ex muliere, factum sub lege, vt eos
qui sub lege erant redimeret. Et primæ ad 1. Tim. 1.
Timoth. primo. Iesus venit in mundum pec-
catores saluos facere. Et huiusmodi sunt in-
numera testimonia in scripturis diuinis, ex
quibus euidenter confutatur hæresis cuiusdã Abaylard.
Petri Abaylardi asserentis Christum Domi-
num non venisse ad redimendum genus hu-
manum, cuius hæresis meminit D. Bernardus
epistola 190. & Castro libro de hæresibus, ver Castro.
bo Christus hæresi. 8. ¶ Secundò statuendum Secũ. notã.
est de fide Catholica, quòd Christus venit
in hunc mundum, vt doctor veritatis, & vt
exemplum omnium virtutum. Ioannis 18. Ioan. 18.
Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni, vt te-
stimonium perhibeam veritatis. Et ad Titum Tit. 2.
2. Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri eru-
diens nos: & illud, Discite à me quia mitis
sum. &c. & Ioannis 13. exemplum dedi vobis, Ioan. 13.
vt quemadmodum ego feci, ità & vos facia-
tis. Et in Concilio Trident. Sessio. 6. sic defi- Cõci. Trid.
nitur in canone. 21. Si quis dixerit Christum
à Deo datum esse hominibus in redempto-
rem, cui fidamus, & non in legislatorem cui
obediamus anathema sit. ¶ Tertiò notan- Tert. notã.
dum quòd status controuersiæ in hoc con-
sistit; vtrùm Christus venerit præcipuè in Status con
redemptionem generis humani, sic adeò trouersiæ.
quod si non essemus in peccato Deus incar-
natus non fuisset. neque in alterutra parte hu
ius quæstionis asserenda, est aliquid erroris,
aut apertæ temeritatis. Partem affirmatiuam
quæstionis, quod veniret, tenet Alexander Alexander
Alensis. 3. p. quæst. 2. memb. 13. Albertus Mag Alensis.
nus in 3. distinct. 20. artic. 4. Scotus vbi suprà. Albe. Mag.
D. Bonauentura in 3. dist. 20. dicit quòd pars Scotus.
affirmatiua est subtilior, & rationi humanæ D. Bonauẽ.
conformior, sed negatiua est conformior fi-
dei, quam ipse amplectitur cum Diuo Tho-
ma. Et Marsilius vbi suprà. Gabriel in tertia Gabriel.
distinctio. secunda, quæstio vnica existimat,

vtram-

vtramque opinionem esse probabilem. Sed& D. Thom. Diuus Thomas hic in 3.d.1. & super Paulum exponens illud, Iesus venit in mundum peccatores saluos facere, idem tenet. Quapropter fallitur Vldericus quidam, vt dicit Dionysius in 3.d.1.q.2. qui asserint opinionem Diui Thomæ esse certam,& oppositam temeraria. 1. Conclus. ¶ His constitutis est prima conclusio. Opinio Diui Thomæ, quam hic amplectitur, quòd si homo non peccasset, Deus incarnatus non fuisset, longè probabilior est, & verior. Huius rei sunt quatuor probationes. Prima est, quoniam ità asserunt vniuersi sancti patres. D. August. D. Augustin. sermone 29. de verbis Domini,& sermone 8. & 9. de verbis Apostoli, & super Psalmum 36. in illud, Apud Dominum gressus hominum dirigentur, & in Psal. 68. Infixus sum in limo profundi, & libro 1. de peccatorum meritis, & remissione capit. 26.& 27.& 10. de Trinitate à capite 10. vsque ad 17. Idem Diuus Ambrosius, libro de dominicæ incarnationis sacramento cap. 6. & Leo in sermone de natali Domini. Diuus Anselmus libro 1. cur Deus homo cap. 1.& libro 2. capitulo 4.& 5.& Ricardus de sancto Victore libro de verbo incarnato capitulo 8.& Ecclesia canit ad beatam Virginem Mariam: Peccatores non abhorres, sine quibus nunquam fores tanto digna filio. Et iterum: Fœlix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem. Et rursus: O certè necessarium peccatum Adæ, quòd Christi morte erat delendum. In symbolo: Qui propter nos homines,& propter nostram salutem descendit de cælis. Sed videamus quomodò tenentes oppositum respondeant ad autoritates patrum. Respondent vtique quòd non venisset in carne mortali crucifigendus, sed in carne immortali & impassibili ad exaltationem naturæ humanæ. Sed hæc glossa est intolerabilis,& improbabilis: nam eadem glossa posset explicari Diuus Thomas quòd intellexerit de aduentu Christi in carne mortali. Secundò sequeretur, quòd etiam si scriptura diuina diceret apertè quòd non veniret in carne, nisi propter peccatum primi hominis, posset defendi, quòd veniret, & explicaretur scriptura, quòd non veniret in carne mortali. Tertiò. Si omnes sancti dicerent, quòd nemo hominum saluatur sine pœnitentia, dicere oppositum est ingens temeritas, sed dicunt vniuersi patres, quòd si Adam non peccaret, Deus incarnatus non fuisset, ergò hæc glossa temeraria est & improbabilis. Secunda probatio. Ea quæ pendent ex sola Dei voluntate ex diuinis scripturis & ex oraculis, nobis tantummodò innotescunt, vt dicit Paulus primæ Corinthiorum secundo: Quæ sunt Dei nemo nouit nisi spiritus Dei, qui in ipso est, nobis autem reuelauit per spiritum suum. 1. Cor. 2. Sed in sacris scripturis vbique ratio incarnationis dominicæ ex peccato primi parentis designatur, ergò si peccatum nō fuisset, Deus incarnatus non fuisset. Explicatur hoc euidentiùs. Hoc mysterium est absconditum à sæculis in Deo, quòd neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, itaque ratione humana est inuestigabile, sed reuelatio diuina nihil dicit, quod esset faciendum, si homo non peccasset. Ergò qui sic diceret non sequeretur veram scientiam, sed propriam imaginationem & sensum. Explicatur etiam: nam qui vellet ratione humana hoc mysterium inuestigare insaniret profectò, sed quòd filius hominis venisset, tametsi homo, non peccasset, tantùm colligitur ratione humana, & non ex diuinis oraculis, ergò. Obiectiones. Prima. ¶ Sed aduersus hanc probationem Diui Thomæ sunt duæ obiectiones: vna est, nam videtur docere Diuus Thomas, quòd ea, quæ pendent ex sola Dei voluntate solùm ex diuinis scripturis nobis innotescunt; quòd apertè falsum est. Nam multa dogmata fidei nostræ tenentur ex traditione Apostolica, vt paruulorum baptisma, imaginum cultus. Imò in hac re videtur Diuus Thomas fauere Lutheranis, qui aiunt nihil credi debere, nisi quòd in sacris literis est expressum. Secunda obiectio. ¶ Secunda obiectio: Nam licet in diuinis literis reddatur pro causa incarnationis humana redemptio, at non dicitur non fuisse aliam causam, nec excluditur alia causa, videlicet exaltatio humanæ naturæ & perfectio vniuersi. Certè argumentum negatiuum ex diuinis literis est inane,& inualidum: non enim sequitur, non dicit scriptura, ergò non est verum. Sed probatio Diui Thomæ valida est, vt iam est declaratum. Ad primā obiectionē. ¶ Vnde ad primam obiectionem dicendum, non latuisse Diuum Thomam multas veritates fidei constare nobis ex Apostolica traditione, sed voluit significare, quòd cùm sanctæ scripturæ explicant aliquod mysterium à diuina voluntate dependere, debemus de illo philosophari secundum ea documenta, quæ in sanctis scripturis nobis traduntur. Ad secundā. Argum. ab autoritate negatiuè nō nunquā est efficax. ¶ Ad secundam obiectionem dicendum est, quòd cum sanctę scripturę designent causam incarnationis fuisse redemptionem generis humani, indicāt planè illam fuisse causam potissimam, alioqui diuina scriptura fuisset diminuta, quæ occultauit nobis potissimam causam incarnationis.

Hoc

Expositio quorundā reijcitur.

Hoc genus argumenti efficacissimum est: nam hoc genere argumentationis colligitur tantùm vnum mundum fuisse factum, & solùm filium assumpsisse carnem humanam. Licet non dicatur in sacra scriptura, alios mundos non fuisse factos à Deo, neque verò quod alia persona non assumpserit carnem humanam. Tertia probatio. Nomina in sacris literis à Deo imposita semper demonstrant præcipuum officium, vt patet in Abraham, & in Petro, sed Christo impositum est nomen Iesus ex eo quod ipse saluum esset facturus populum suum à peccatis eorum, vt habetur Matth. 1. ergò istud est Christi Domini præcipuum officium. Quarta probatio. Sententia Diui Thomæ magis pia est, amplificat magis misericordiam erga genus humanum, & secundum eam redditur potissima ratio cur potius venerit in hoc tempore, quam in alio, cur potius assumpserit hominem, quam Angelum, & cur potius filius Dei assumpsit naturam humanam, quam Spiritus sanctus.

Mat. 1.

2. Cõclusio Christus fuit primus prædestinatus. ¶ Secunda conclusio. Christus Dominus fuit primus prædestinatus, in quo omnes prædestinati sunt electi. Patet hoc ex euidentibus scripturis, ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, & alio loco prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Christum in ipsum, & ad Roman. 8. Quos præscinit, & prædestinauit conformes fieri imagini filij sui. In quo significatur, quòd Christus Dominus non solum sit causa efficiens nostræ prædestinationis, sed exemplar omnium prædestinatorum, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Hæc cõclusio probabitur latius infrà quęstione 24. articulo tertio & quarto.

Ephes. 1.

Rom. 8.

3. Cõclusio Christus fuit prædestinatus in remedium peccati. ¶ Tertia conclusio. Christus Dominus fuit prædestinatus in remedium peccati, & in propitiatorem, & redemptorem, itaque si non esset futura redemptio non fuisset prædestinatus. Hæc conclusio sequitur ex prima: & quod ità fuerit de facto, asserit Paulus Romanorum 3. cum inquit. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine, &c.

Rom. 3.

4. Cõclusio ¶ Quarta conclusio. Prædestinatio Christi præsupponit præscientiam peccati. Ità asserit Diuus Thomas in solutione ad 4. & patet euidenter. Nam Christus fuit prædestinatus in remedium peccati, ergò prius Deus præuidit peccatum, in cuius remedium Christum prædestinauit. Pro cuius declaratione statuendum est pro certo ex prima parte, quæstione 14. & 19. Quod in diuina cognitione nihil est prius, aut posterius, sed omnia vnico actu comprehendit, & amat, sed in ipsis rebus est ordo quidam, & dispositio, ità vt vnum sit propter aliud, propter quod Deus propriè dicitur velle vnum propter aliud, & cognoscere vnum propter aliud. Vult herbas propter bestias, & bestias propter homines, & gratiam propter gloriam, & media propter finem, & cognoscit omnia in sua essentia. Secundò notandum ex domino Caietano, quòd in rebus dispositis, & ordinatis à Deo est triplex ordo. Primus est ordo naturæ, in quo continentur omnes res naturales cum suis proprietatibus, & mala prout aduersantur naturæ, etiam peccata mortalia. Secundus est, ordo gratiæ, in quo continentur gratia, & gloria, & peccata prout aduersantur gratiæ. Tertius ordo est gratiæ vnionis, in quo continentur vnio hypostatica naturæ humanæ cum verbo diuino, & gratia redemptoris, per quam efficaciter sumus destinati ad vitam æternam, & primus ordo præsupponitur in cognitione ad secundum: gratia enim præsupponit naturam. Et secundus præsupponitur ad tertium, nam tertius perficit primum & secundum. Tertiò considerandus est ordo, quem secundum doctrinam Diui Thomæ, & secundum veritatem contemplamur secundum nostrum modum intelligendi fuisse in Deo, cum prædestinauit Christum. In primis Deus cognoscens seipsum, qui est vniuersorum finis voluit suam gloriam manifestare, deinde cognouit creaturas, & voluit illis dare esse naturale, in quo etiam cognouit peccatum, vt aduersatur naturæ: tertio loco cognouit gratiam, & gloriam in communi, in quantum voluit dare gloriam, & gratiam in communi, & in hoc etiam cognouit peccatum vt aduersatur gratiæ, tandem cognouit, & prædestinauit Christum in remedium peccati. Sed Scotus aliter sentit, docet namque quòd Deus in primis prædestinauit Christum ad gloriam animæ. Deinde prædestinauit omnes electos, & sanctos in eo, deinde cognouit peccata, & tandẽ ordinauit vt Christus, qui iam erat prędestinatus, esset humani generis redemptor. Sed quòd nostra sententia sit probabilior ex dictis patere potest. Sed contrà istam sententiam fiunt argumenta fortissima. ¶ Primum. Illud est simpliciter prius, quod habet rationem finis, sed gloria animæ Christi est finis propter quem Deus permittit mala fieri, ergò Deus prius vult gloriam animæ Christi, quã permiserit mala fieri. ¶ Secundò, & hoc est argumentum, quod facesit negotium virisdoctissimis: si peccatum fuit præuisum ante prædestinationem Christi, ergò fuit præuisum ante prædestinationem omnium & reprobationem,

Nota. 1.

Caieta. In rebus ordinatis est triplex ordo.

Ordo cõsideratus in diuina cognitione.

Scotus.

Argum. cõtra istã sententiam.

Primum.

Secundum

tionem, ex quo sequitur, quòd detur causa reprobationis, peccatum enim præuisum, est sufficiens causa reprobationis, cuius contrarium docetur 1.p.q.23.ar.3.& 5. ¶ Tertiò. Illud peccatum fuit priuatio gratiæ,& iustitiæ originalis, ergò prius pręuisus fuit Adam in gratia & iustitia constitutus, quàm quod sit peccatum præuisum: nã habitus est prior priuatione, & priuatio cognoscitur per habitũ, ex quo sic argumentor. Priùs est pręuisus Adã gratus Deo, quàm quòd sit peccatum præuisum, sed omnis gratia hominibus collata est ex Christo,& ex eius incarnatione, ergò ante istam gratiam prænoscitur Christi prædestinatio,& incarnatio. ¶ Vltimò. Gratia in qua fuit Adam constitutus antè peccatum fuit ex meritis Christi, quod sic ostendo: tùm quoniã omnis gratia hominibus data est ex meritis Christi, tùm verò quoniam illa gratia fuit effectus prædestinationis primi parentis, & primus parens fuit prædestinatus per Christum, vt anteà dictum est, ergò Christi prædestinatio præuisa fuit ante illam gratiam,& illa gratia ante peccatũ, ergò,&c. ¶ Ad hæc argumẽta respondetur,& ad primum, non esse inconueniens concedere, quòd in diuersis generibus causarum idẽ sit prius &posterius altero, &sic gloria animę Christi in genere causę finalis prior est, quã vniuersa entia creata siue sint naturalia, siue supernaturalia: iuxta illud Psalmi, Omnia subiecisti sub pedibus eius, id est, sub humanitate,& 1.Corint.3. Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. & ad Hebræos capitulo 1. Quem constituit hæredem vniuersorum, & in hoc genere ordo gratiæ est prior, quam ordo naturæ. Natura enim est propter gratiam, sed in genere causæ materialis,& veluti occasionaliter præsupponitur peccatum, in cuius remedium Christus est prædestinatus. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd habet varias solutiones, sed nulla videtur sufficiens. ¶ Prima est non esse magnum incommodum cõcedere, quod datur causa reprobationis, licet non detur causa prędestinationis. Sic sentiunt viri doctissimi explicantes D.Thomam.1.p.q.23. ar.5. sed hanc solutionem non oportet multis conuincere falsitatis, cum ostensum sit ex D. Thoma vbi suprà, nullam dari reprobationis causam ex parte nostra, sed in diuinam voluntatem referendam esse sicuti prædestinationẽ ipsam. ¶ Alij vero dicunt, quòd peccatum præuisum ante reprobationem, est pręuisum, vt pertinet ad ordinem naturæ, non vt est priuatio gratiæ,& sic impertinenter se habet ad prædestinationem & reprobationem. ¶ Sed contrà istam solutionem sic arguitur. Primò, quoniam vt probatum est in superioribus ordo prædestinationis Christi supponit ordinẽ naturæ,& ordinẽ gratiæ, & quantũ ad gratiã ipsam,& quantũ ad peccatũ, quod gratiæ aduersatur, ergò falsum est asserere, quòd peccatũ pręuisum antè prędestinationẽ Christi, pertineat solũ ad ordinẽ naturę. Deinde. Peccatũ quòd aduersatur ordini naturæ meretur suppliciũ æternũ,& auertit à fine non solũ naturali, sed etiã supernaturali, ergò tale peccatũ erit sufficientissima causa reprobationis, etiam si non pertineat immediatè ad ordinem gratiæ. ¶ Tertia solutio est, quòd Christus Dominus in genere causæ efficientis prius est prædestinatus, quã vt intelligatur peccatum: nam prędestinatus est, vt causa expellens, & reparans peccatum,& causa prius intelligitur, quam effectus ; cæterum in genere causæ materialis præsupponitur peccatũ, in cuius remediũ parata est medicina. Hæc tamẽ solutio falsa est, tùm quoniã effectus prædestinationis Christi nõ est peccatũ, sed potiùs peccati expulsio, ergò peccatũ non solum in genere causæ materialis, sed absolutè,& simpliciter præcedit prędestinationem Christi. Cõfirmatur & explicatur hoc argumentum. Peccatum respectu prędestinationis Christi comparatur, vt materia præexistẽs circa quam destruendã operetur, sed omnis materia, circa quã, præexistit omnibus actionibus istrãseũtibus, ergò peccatũ prius intelligitur simpliciter, quàm Christi prędestinatio. Deinde. Prius intelligitur naturaliter infecta per peccatum, quàm Christi prędestinatio, vt asserit D. Thomas in articulo, ergò ante prædestinationẽ Christi assignari potest sufficientissima reprobationis causa. ¶ Quarta solutio est. Peccatum præuisum ante Christi,& nostram prædestinationem, & quorundam hominum reprobationem nullũ prorsus dicere ordinẽ ad reprobationẽ, neq; causæ, neque effectus, sicut gratia præuisa ante Christi prædestinationem nullum prorsus ordinem dicit, neque causę, neque effectus ad nostram prædestinationem: itaq; præuisa gratia, tùm etiam peccato præuiso ante Christi prædestinationem, processit nostro modo intelligendi Deus per solam, ac simplicem eius voluntatem ad prędestinandum Christum,& in eo omnes sanctos, quos voluit, reliquos vero homines pro eadem simplici voluntate reprobauit. Acuta sanè solutio, & quę viris grauissimis placuit. Sed certè nõ satis explicat argumenti difficultatem: nam sufficiẽs causa reprobationis est peccatum præuisum in homine. At hęc sententia admittit hominẽ peccato mortali

Tertium.

Vltimum.

Respondetur ad hæc argumẽta. Ad primũ.

Psal.8. 1.Cor.3.

Heb.1.

Ad secũdũ.

Prima solutio.

Secũ.solut.

Arguitur contra istã solutionẽ.

Tert.solut.

Impugnatur hæc solutio.

Quar.solu.

Hæc solutio nõ satis explicat rei difficultatẽ.

mortali infectum antequam prescitum,& reprobatum à Deo, ergo iuxta sententiã istam sufficiẽs causa reprobationis cõstitui potest. Confirmatur. Si Deus ita decerneret, vt homines peccato mortali infecti supplicio æterno punirentur,iustissimum cerneretur supplicium ex iustissima causa proueniens, sed iuxtà istam sententiam homines priùs conspiciũtur in peccato quàm sint præsciti, ergo in suá ipsorum culpam referri potest ipsorũ reprobatio:neque est simile de gratia preuisa respectu prædestinationis, quoniam hęc gratia tota est dependens ex diuina voluntate, ex qua nostra prædestinatio originem trahit; at vero peccatum non in diuinam, sed in nostram voluntatem referendum est: & idcirco etiam si detur reprobationis causa ex parte nostra, nõ est consequens, quòd detur similiter causa prædestinationis. Quinta solutio, quæ mihi probatur est, quòd quando dicimus prædestinationem Christi præsupponere præsciẽtiam peccati, nõ est sensus, quòd præsupponat peccatum iam commissum sed futurum. Ita docet D.Thomas hic ad quartum. Itaque Deus præuidens Adam casurũ prædestinauit Christum in eius remedium, sicũt cum præuidentur morbi futuri paratur medicina, peccatum vero futurum nõ est causa reprobationis, sed peccatum iam commissum. Sed contra hanc solutionem est vna obiectio. Christi prædestinatio non fuit, vt homines à peccatis præseruarentur, sed ad tollendum peccatũ,quod gratiam re vera destruxit, ergo nõ solum peccatum futurum, sed peccatum præsens cognitum fuit ante Christi prædestinationẽ, & per consequens assignari similiter potest reprobationis causa. Respondetur tamen Christi prędestinationem nõ fuisse præordinatã à Deo, vt homines à peccatis præseruarentur: nam sic nullum esset peccatum in mundo, sed omnes vel essent in gratia confirmati, vel diuina protectione tenerentur,ne laberentur in peccatum: sed destinata est à Deo talis prædestinatio in remedium futuri peccati,quo re vera homines Dei gratia priuandi essent. Vidit itaque Deus hominem casurum in peccatũ, & diuina reparatione indigentem per quam à peccatorum tenebris in lucem diuinæ gratiæ reuocaretur,& ad hoc prædestinatus est Christus,cuius gratia saluaretur per fidem in sanguine ipsius. Quod si talis lapsus re ipsa futurus non esset, Christus proculdubiò non venisset. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quòd illud peccatum fuit præuisum, vt pertinet ad ordinem naturæ, non vt fuit priuatio gratiæ. Vel dicatur, quòd intelligitur vt priuatio gratiæ non considerando, vtrùm talis gratia sit ex meritis Christi, vel non. Ad cognoscendum enim perfectè peccatum, nõ est necesse considerare vndè venerit effectiuè. Sed & argumentum hoc confutatum est in præcedenti solutione. ¶ Ad quartum argumentum respondetur,quòd gratia Adæ collata ante peccatum,non fuit ex meritis Christi, gratia namque Christi Domini est gratia redemptoris, & reconciliatoris, propter quod omnis gratia collata hominibus in remedium peccati est ex gratia Christi, & eius meritis: de quo dicetur abundantiùs infrà quæst. 24. ¶ Sed ad argumenta Scoti in principio posita in primis respondeo, quòd non habent tantum ingenium, nec sunt tàm acuta quantùm apparent: nam imaginatio Scotica fundatur in duobus. Primum est, quòd prædestinatio hominum est ante præscientiam peccati. Secundum est, quòd id, quod priùs est præuisum, & definitum à Deo, futurum est etiam si nihil eorum, quæ postea visa sunt, sit futurum.Primum fundamentum falsum est, vt ex dictis constat. Secundum est falsissimum: nam Deus priùs præuidit gloriam Ioannis Baptistæ, quàm eius merita, vel gratiam ipsius, cum eiusmodi sint merita ordinata ad gloriam, & tamen si non habuisset gratiam nunquam habuisset gloriam, & hoc verum est in quocumque homine, qui per meritum consequitur gloriam. Item arguitur ex verbis Scoti.Priùs vidit Deus gloriã Petri,quàm pœnitẽtiã ipsius, peccatũ enim priùs videtur quàm pœnitentia,& gloria quàm peccatũ,& tamen si nõ egisset pœnitentiã, non habuisset gloriam. Deinde. Si verum est quod ait Scotus, quòd Christus prædestinatus est absolutè sine respectu ad aliud, sequitur quòd etiam si nulla creatura foret, neque vniuersum, Christus adhuc veniret. Sequitur etiam ex probatione Scoti non solùm quòd secluſa reparatione adhuc venisset, sed quòd de facto non venit, vt repararet genus humanum, quod omnino falsum est & impossibile. Sic ergo consequentia Scoti adhuc nulla esset, Deus priùs vidit gloriam Christi, quàm casum Adæ, ergo dato quòd Adam non peccasset adhuc Christus venisset. Sed iam sigillatim ad argumenta dicendum est. ¶ Ad primum argumentum,nego antecedens, & nego consequentiam vltimam, & quàm rectè hæc omnia negentur ex dictis liquidum est. ¶ Ad secundum argumentum confutandum multa affert Dominus Caietanus, quæ existimo non esse necessaria. Vndè breuiter dico,quòd ea quæ sunt propinquiora fini Deus

Quinta solutio propria.

D.Tho.

Obiectio.

Solutio.

Ad 3. argu.

Ad quartũ. Gratia collata Adæ ante peccatũ non fuit ex meritis Christi.

Soluuntur argumenta Scoti.

Arguitur contra Scotum.

Ad primũ Scoti.

Ad secũdũ.

non prius cognoscit, alioqui Deus nosset supernaturalia ante naturalia. Item dicatur, quòd ea, quæ sunt propinquiora fini magis sunt appetibilia, & amabilia, cæterùm de facto non semper amantur, salus enim omnium hominum maius bonum est, quàm salus paucorum, sed non est volita Deo. Dico igitur potuisse quidem Deum velle gloriam animæ Christi sine vllo ordine ad redemptionem humanam, tamen de facto non voluit gloriam animæ Christi, nisi secundum quòd erat coniuncta humanæ redemptioni, & hæc duo bona coniuncta perfectiùs bonum efficiunt, quàm gloria animæ Christi seorsum, quoniam hoc bonum ita coniunctum magis manifestat Dei bonitatem, quàm sola gloria animæ Christi. Coniunxit autem Diuus Paulus ista bona ad Roman. 1. inquiens de Christo, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, id est, ad sanctificandos homines impios. ¶ Ex his patet solutio ad tertium, quanquàm exploratũ est etiam, quòd maius potest ordinari ad id, quod minus est, vt illud foueat, & conseruet tanquam causa ad effectum, secundum quem modum cœli ordinantur tanquàm causæ ad effectus harum rerum inferiorum fouendos, & viuificandos: imò non est formidandum concedere, quòd incarnatio Domini sit ordinata ad hominum salutem tãquàm ad finem proximum, qui tamen finis proximus tandem ordinatur ad gloriam Dei & Christi, tanquam ad vltimum finem. ¶ Ad quartum argumentum negandum est, quòd ex sententia D. Thomæ aliquod inconueniens subsequatur. Et ad primum respondetur, occasionatum dici dupliciter: primò, id est, præter intentionem agentis, & hoc pacto incarnatio non est occasionata: secundò, id est, ordinatum ad tollendum malum, quod non est per se intentum ab agente, & hoc secundo modo incarnatio Christi est occasionata, & cum ea omnia bona inde subsequuta, vt verum sit illud, Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia, vt dicit Paulus ad Romanos. 5. Nec simile est, quod dicebant Origenistæ de productione mundi visibilis: nam isti aiebant fuisse productum in carcerem, & malum rationalis creaturæ ex occasione peccati: nos dicimus Christum Dominum fuisse prædestinatum in magnum bonum nostrum, Deus namque scit ex malo elicere bonum. ¶ Ad secundum incommodum respondetur, quòd Deus priùs præuidit peccatum generis humani, & statuit mittere Christum in remedium generis humani in cõmuni, nõ prædestinãdo aliquem in particulari: velle namq; remediũ præstare generi humano in cõmuni non satis est ad prædestinationem. Deinde prædestinauit Christum, in quo, & per quem voluit remittere peccatum Adæ, & cuilibet homini in particulari, & sic fuit primus prædestinatus. Et licet concedatur, Christum Dominũ fuisse prædestinatum in remedium peccati Adæ in particulari, non sequitur, quod Adam fuit primus prædestinatus. Nam Christus Dominus fuit prædestinatus vt causa gratiæ, & gloriæ Adæ, & ordinate volẽs prius vult causam, quam effectum. ¶ Ad tertium incommodum ex dictis patet, quod non sequitur. Nam omnis prædestinatio hominum ex Christi prædestinatione depẽdet, non è cõtra. ¶ Ad quartum incommodum respondetur non esse inconueniens quod obijcitur pro incommodo. Neq; propterea sequitur, quod debeat gaudere anima Christi de peccato, sed de Dei bonitate, & misericordia. ¶ Ad argumenta Marsil. Ad primum respondetur, quod satis ostenderetur Dei sapientia, & potẽtia in creatione, & gubernatione, maximè vbi lumen rationis nõ esset corruptum per peccatum. ¶ Ad secundũ respondetur, quod non oportet recurrere ad hominem per se gratum, sed satis est ad primum autorem gratiæ, qui Deus est. ¶ Ad tertium respondetur, quod duplex est proprietas capitis, quod sit membrũ, & quod influat in alia membra, si ergo non fuisset peccatum, Christus in quãtum Deus fuisset caput Ecclesiæ secundo modo nõ primo. ¶ Ad quartum dico non esse opus, vt de rigore iustitiæ habeat homo beatitudinem. Nec est simile de satisfactione pro peccato. Nam gratia, & gloria se tenent ex parte Dei, peccatũ vero ex parte hominis. Quare vt fieret satis iustitiæ necessum fuit, vt Deus homo satisfaceret: vel dico, quod hoc argumẽtum probat dogma improbabile, quod veniret Christus in carne mortali etiam si peccatum non esset, vt mereretur beatitudinem de rigore iustitiæ. ¶ Ad quintũ iam satis dictum est à nobis, cum respondere mus argumento tertio ab Scoto proposito, & nunc addendum est non esse incommodum maius bonum ordinari in minus, quando illud maius non perit, sed manet cum illo minori, sicut quis ordinat cẽtum ad lucrandum decem. ¶ Ad aliud argumentũ ex probatione D. Thomæ in primo articulo, ibidem satis vt arbitror responsum est. ¶ Ad vltimum respõdetur, quod matrimonium significat vnionẽ Christi cum Ecclesia per charitatem, & per assumptionem humanæ naturæ, & si nõ fuisset peccatũ, solum primo modo significasset coniun-

Ad Rom. 1.

Ad tertiũ.

Quomodo maius ad minus ordinetur.

Ad quartũ.

Occasionatum dupliciter dicitur.

Roma. 5.

Ad secũdũ incommodum.

Ad tertium

Ad quartũ.

Ad argumẽta Marsil.

Ad primũ.

Ad secũdũ.

Ad tertium

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Ad vltimũ.

Obiectio. coniunctionē,& hoc sufficit.Sed dicet Theologus, Adam,vt hic docet D.Thomas ad vltimum habuit fidē ex diuina reuelatione Christi venturi, ergo etiamsi perseuerasset in fide & gratia vniret. Fides enim non poterat esse falsa,respondetur quod Deus infudit illi fidē Solutio. Christi venturi, quia præscierat Adam casurum,alioqui fidem talem non infudisset.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm principaliùs Christi incarnatio facta fuerit ad tollendum peccatum originale,quàm actuale?

4 5.di.1.q.1. arti.2.6. Et opus.10.ar. 28.& opus. 11.arti.23. Et opus.35. arti.21. AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Deus principaliùs incarnatus fuerit in remedium actualiū peccatorum, quàm in remedium originalis peccati. Quantò enim peccatum est grauius,tantò magis humanæ saluti aduersatur, propter quam Deus est incarnatus: Sed peccatū actuale est grauius, quàm originale peccatū:minima enim pœna debetur originali peccato: vt Au lī.5.cap.8. circa fi. to. 7. gustī.dicit contra Iulianum†.Ergo principaliùs Incarnatio Christi ordinatur ad deletionem actualium peccatorum, quàm ad deletionē originalis peccati.

¶ 2. Præterea,Peccato originali nō debetur pœna sensus, sed solùm pœna lib.2.sent. di.33.q.2. arti.2. damni:vt in secundo habitum est*:Sed Christus venit pro satisfactione peccatorum , pœnam sensus pati in cruce, non autem pœnam damni: quia nullū defectū habuit diuinæ visionis, aut fruitionis. Ergo principaliùs venit ad deletionē peccati actualis quàm originalis.

¶ 3. Præterea,Sicut Chrys.dicit in 2. lib.2. inter fin.& medium to.5. de compunctione cordis†. Hic est affectus serui fidelis, vt beneficia Domini sui , quæ communiter omnibus data sunt , quasi sibi soli præstita reputet: quasi enim de se solo loquēs Paulus ita scribit ad Gal.2.Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me: Sed propria peccata nostra sunt actualia : originale enim est commune peccatum. Ergo hunc affectū debemus habere, vt existimemus eum principaliter propter actualia peccata venisse.

Sed contra est quòd Ioan. 1. dicitur, Ioan.1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatū mundi : quod exponens Beda dicit†, Habetur in gl. ordinaria in hoc loco. Peccatum mundi dicitur originale peccatum , quod est cōmune totius mūdi.

Respondeo dicendum , quòd certum est,Christum venisse in hunc mundum non solùm ad delendum illud peccatum ,quod traductum est originaliter in posteros: sed etiam ad deletionem omnium peccatorū, quæ postmodum superaddita sunt. Non quod omnia deleantur(quod est propter defectum hominum,qui Christo non inIoan.3. hærent,secundum illud Ioan.3. Venit lux in mundum : & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem sed quia ipse exhibuit quod sufficiens fuit ad omnium peccatorum deletionem. Vnde dicitur Roma.5. Non sicut delic- Rom.5. tum , ita & donum: nam iudicium ex vno in condemnationem , gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Tantò autem principaliùs ad alicuius peccati deletionem Christus venit , quantò illud peccatum maius est. Dicitur autem aliquid maius dupliciter. Vno modo intensiuè : sicut est maior albedo,quæ est intensior.Et per hūc modum maius est peccatum actuale, quàm originale : quia plus habet de ratione voluntarij , vt in secundo habitum est*. Alio modo dicitur aliquid P.2.q.82. arti.1. maius extensiuè:sicut dicitur maior albedo, quæ est in maiori superficie. Et hoc modo peccatum originale (per quod totū genus humanū inficitur)est maius quolibet peccato actuali, quod est propriū singularis personæ. Et quantum ad hoc Christus principaliùs venit ad tollendum originale peccatum : inquantum bonū gentis diuiniùs & eminentiùs est,quàm bonum vnius, vt di- li.1.ethi.c. 2.circa finē tom.5. citur primo Ethic†.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de intensiua magnitudine peccati.

Ad secundum dicendum, quòd peccato originali in futura retributione nõ debetur pœna sensus: pœnalitates tamen, quas sensibiliter in hac vita patimur, sicut famem, sitim, mortem, & alia huiusmodi, ex peccato originali procedunt. Et ideo Christus, vt plenè pro peccato originali satisfaceret, sensibilem dolorem pati voluit, vt mortem & alia huiusmodi in seipso cõsumeret.

Loco in argu. citato. Ad tertium dicendum, quòd sicut Chrys. ibidem* dicit. Verba illa dicebat Apostolus, non quasi diminuere volẽs amplissima & per orbem terrarũ, diffusa Christi munera: sed vt pro omnibus se solum indicaret obnoxiũ. Quid enim interest si & alijs præstitit, cùm quæ tibi sunt præstita, ita integra sunt, & ita perfecta, quasi nulli alij ex his aliquid fuerit præstitũ? Ex hoc ergo quòd aliquis debet reputare sibi beneficia Christi præstita esse, non debet existimare, quòd non sint alijs præstita: Et ideo non excluditur quin principalius venerit abolere peccatum totius naturæ, quàm peccatum vnius personæ: Sed illud peccatum naturæ ita perfectè curatum est in vnoquoque, ac si in vno solo esset curatũ: Et ideo propter vnionem charitatis, totum quod omnibus est impensum, vnusquisque debet sibi adscribere.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio. PRima conclusio. Christus venit non solũ ad delendum peccatum originale, sed etiã omnia actualia, inde subsequuta non quod omnia deleantur, quod est propter defectum hominum, qui Christo non inhærent secundũ illud Ioannis. 3. Venit lux in mundum & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, sed quia ipse exhibuit quod sufficiens fuit ad omnium peccatorum deletionem. Vnde dicitur Romanorum. 5. Non sicut delictũ ita & donum, nam iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. ¶ Secunda Conclusio.

Ioan. 3.

Roma. 5.

2. Concluſ.

Christus principalius venit ad delendum peccatum originale. Est namque maius & grauius malum: siquidem inficit omne genus humanum, & bonum gentis diuinius & eminentius est, quam bonum vnius, vt dicitur. 1. Ethicorum. Sed obseruat D. Thom. quod aliquid dicitur maius dupliciter. Vno modo intensiuè sicut est maior albedo quæ est intensior, secundum quem modum maius est peccatum actuale quàm originale, quia plus habet de ratione voluntarij vt habitum est in superiori libro. Alio modo dicitur aliquid maius extensiuè, sicut dicitur maior albedo, quæ est in maiori superficie, & hoc modo peccatum originale per quod totum genus humanum inficitur est maius peccato actuali quod est proprium vnius personæ. Deinde probat D. Thom. suam conclusionem ex illo Ioan. 1. Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccatũ mundi, quod exponẽs Beda dicit, peccatũ mundi dicitur originale peccatum, quod est commune totius mundi.

Maius dupliciter.

Ioan. 1.

Beda.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Conclusio huius articuli est de fide. PRima conclusio huius articuli est certa secundum fidem & patet ex illo. 1. Ioan. 1. Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. & cap. 2. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris & totius mundi. & Apoc. 1. Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. & Esaiæ. 53. Posuit in eo iniquitates omnium nostrũ: & huiusmodi sunt innumera scripturæ testimonia, quæ adducta sunt diligenter in primo articulo ad ostẽdendum quod Christus exhibuit sufficiens remedium ad omnium peccatorum deletionem. Sed est sciendum, quod Origenes in varijs locis suæ doctrinæ affirmat Christum venisse non solum pro peccatis hominum sed etiam angelorum. Sed istam sententiam esse hæreticã affirmat D. Augustinus libro de hæresibus ca. 43. Propter quod D. Thom. sapiẽtissimè docuit in articulo, quod venit Christus ad delẽdum non solum peccatum originale, sed etiam actualia, quę postmodum sequuta sunt. Quibus verbis indicat quod nõ est sermo de omnibus peccatis simpliciter, sed de omnibus peccatis hominum. Alij vero dixere Christũ non venisse propter peccata hominum, qui fuerunt ante passionem. Hunc errorem quidam tribuunt Armenijs. Sunt qui dicãt, quod Christus Dominus non venit ad delendũ omnia peccata illorũ etiã qui fuerũt post passionem, & probant de peccato in Spiritum sanctum, quod sunt irremissibile, ex illo. 1. Ioã. 5. Est peccatum ad mortem nõ pro illo dico vt roget quis. Sed & quidam reuocant in dubiũ

1. Ioan. 1.

Apoc. 1.

Esaiæ. 53.

Origenes. Christus nõ venit ad reparãdos angelos.

D. Augustin.

Quorundã errores.

1. Ioan. 5.

an

an Christus Dominus sufficiens remedium præbuerit pro delictis hominum qui sunt in inferno damnati, & afferunt rationem dubitandi, quia nō plus prodesse poterat illis Christi aduentus, quam dæmonibus. Sed contra istorum omnium sententiam est iam veritas maximè stabilita, quòd Christus Dominus dederit sufficiens remedium ad delendū omnium hominum peccata & sufficiētem satisfactionem pro vniuersis delictis quæ ab initio mundi commissa sunt & quæ committentur vsque ad finem mundi, secus est de dæmonibus, qui nunquam potuerunt habere gratiam & virtutes in virtute Passionis Christi, neque enim pro illis vnquā venit Christus. ¶ Secunda conclusio videtur mihi omnino certa. Et probatur. Ioan. 1. Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccatum mundi. Quod exponens Beda inquit, peccatum mundi dicitur peccatū originale quia est commune totius mundi. Et Augustinus. 12. cōtra Faustum cap. 30. legit in singulari, peccatū mundi. Verum est tamē quòd editio vulgata legit peccata mundi: quę lectio secundū præceptū Concil. Tridentini est defendenda. Nihilominus illa prima non est cōtemnenda, nec improbāda, sed licet legatur in singulari numero, potest illud testimoniū intelligi de quocumq; peccato siue actuali, siue originali sed profundior intelligentia est, vt intelligatur de peccato originali. Nā hoc peccatū est solū peccatū mundi, quod per omne genus humanū per modū naturæ grassatur. Sed probatur rationibus. Primo, peccatū originale, est maius, & grauius malū: nam inficit omne genus humanū. Secūdo hoc peccatum cōtrahitur sine cōsensu nostræ volūtatis, vnde magis videtur quod sit tollēdū, quā actuale, quod propria volūtate est cōmissum. Tertio, nam hoc peccatū est magis commune, vt optimè dicit Caiet. Quarto, naturæ peccatum clausit vniuersaliter ianuas regni cœlorum: estq; radix omniū malorū, imo est infinita radix omniū peccatorū. Propter quod peccatū originale, in scripturis dicitur peccata in plurali, vt Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Itaque, peccatum originale in scripturis dicitur peccata in plurali, continet enim in virtute omnia peccata. Contra hāc cōclusionē fiunt argumēta nō maximi momenti, tum quoniam peccatū mortale actuale est grauius originali, vt dicit vera doctrina. Tum etiā nā peccatū actuale regulariter est tam cōmune, quam peccatū originale, vt patet ex illo si dixerimus, quod peccatū nō habemus ipsi nos seducimus. Itē nam peccatū originale nō potuit præuideri ante Christi prędestinationem ergo nō fuit prędestinatus ad peccatū originale tollēdū. Probatur antecedēs. Nam peccatū originale est priuatio gratiæ, & iustitiæ, ergo prius debuit cognosci gratia, & gratia est effectus incarnationis, ergo prius est cognita incarnatio. Ad hæc argumēta respōdetur. ¶ Ad primū respondetur peccatū actuale respectu personæ particularis esse grauius peccato originali, non tamē respectu totius naturæ. Nam per peccatū originale vniuersa natura est infecta, & inuisa Deo, at vero Christus Dominus potius venit ad reparāda mala naturæ, quam mala singularis personæ. ¶ Ad secundū respōdetur, quod peccatū originale per se, & ex natura sua est vniuersale totā naturā inficiens, at vero peccato actuali non hoc conuenit per se sed per accidens eo quod dependeat ex singulari cuiuslibet hominis volūtate. ¶ Ad tertium patet ex præcedenti articulo. Sed super istū articulum solent moueri variæ quæstiones. Prima est, vtrum veniret Christus si tantum esset peccatū originale, vt si solus Adam peccasset. Secunda quid si tantū essent peccata actualia, vt si soli filij Adæ peccassent? Tertia, quid si pauci filij Adæ peccassent? imo quid si vnus tantum peccasset? Vltima quid si tantū essent peccata venialia, venisset ne Christus propter illa? in harū quæstionū explicatione soleo vsurpare illud Esaię. 40. Quis adiuuit spiritū Domini, vel quis cōsiliarius eius fuit, & ostēdet nobis? etenim cū de ijs mysterijs non possimus philosophari, nisi ex diuina reuelatione, & diuina reuelatio nō extat, melius est tacere, quā aliquid incertum definire. Dicemus tamē, quæ probabilia sunt. ¶ Ad primam quęstionē respōdetur affirmatiuè. Nam vt cōstat potissima causa aduētus Domini est originale peccatū sed tunc esset originale peccatū ergo veniret. ¶ Ad secundā quæstionem respōdetur. Existimo, quod veniret. Nam vt ex prædictis cōstat causa aduētus Domini licet nō potissima, fuit peccata actualia tollere, veniret ergo, vt remediū ijs peccatis afferret. ¶ Ad tertiam quæstionem dicendū est, quod si pauci peccarent aut vnus duntaxat nō veniret, sed alio modo liberaret. Quapropter non sunt audiendi prædicatores, qui exponentes Euangeliū de oue perdita, & dragmate inflatis buccis prædicant, quod veniret Christus etiā si vnus duntaxat peccasset. Quod pruden ter dici potest, est, quod Deus habet infinitā misericordiā ad ignoscēdum, & quod ita pro vnoquoq; venerit, atq; si pro se solo veniret. Nihil enim ego minus participo de passione, quam si pro me solo venisset. Quod optimè

Secunda cō clusio D. Thom. est certa.
Ioan. 1.
Beda.
Augustī.
Pſal. 50.
Arguitur contra hęc. Primum.
Secundū.
Tertium.
Solutio.
Ad primū.
Ad secūdū.
Ad tertium
Parua dubia.
Primum.
Secundum.
Tertiū, & quartum.
Vltimum.
Esai. 40.
Ad primū dubium. Christus veniret propter solum originale peccatum.
Ad secūdū.
Ad tertium
Christus propter vnū peccatum actuale solū, vel propter pauca non venisset.
Antidotus prædicatorum.

explicat D. Tho. in solutione tertij ex Chrysostomo. Verum est tamen, quod erat lex ista tuta, quod qui peccaret nō perueniret ad gloriam, nisi per passionem Christi. Sed si Deus sciuisset solum, vnum hominem peccaturum fortasis aliam legem statuisset. ¶ Ad quartam quæstionem dicendum, quod certè non veniret. Nam ex sacris literis constat, Christum venisse, vt reconciliaret hominem cum Deo, & destrueret inimicitias inter Deum, & hominem, & eum ad Dominum suum conerteret, at qui sunt in peccatis venialibus, neque sunt inimici Dei, neque ab eo auersi.

Ad vltimū.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm conueniens fuerit Deum incarnari ab initio mundi.

5

AD quintū sic proceditur. Videtur quòd conueniens fuisset Deum incarnari à principio humani generis. Incarnationis enim opus ex immensitate diuinæ charitatis processit, secundum illud Ephe. 2. Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis, cōuiuificauit nos in Christo: Sed charitas nō tardat subuenire amico necessitatem patienti: secundum illud Prouerb. 3. Ne dicas amico tuo, Vade & reuertere: cras dabo tibi, cùm statim possis dare. Ergo Deus Incarnationis opus differre nō debuit, sed statim à principio per suam Incarnationem humano generi subuenire.

1. 2. q. 98. art. 6. co. Et 3. di. 1. q. 1. arti. 4. Et 4. cont. ca. 55. 9. Et Isa. 2. col. 1. & gala. 4. col. 3. fin.

¶ 2. Præterea, 1. Timoth. 1. dicitur: Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: Sed plures saluati fuissent, si à principio humani generis Deus incarnatus fuisset: plurimi enim ignorantes Deum, in suo peccato perierunt in diuersis seculis. Ergo conuenientius fuisset, quòd à principio humani generis Deus incarnatus fuisset.

¶ 3. Præterea, Opus gratiæ non est minus ordinatum, quàm opus naturæ: Sed natura initium sumit à perfectis: vt dicit Boet. in libr. de cōsol *. ergo opus

*lib. 3. prosa. 10. parū à princip.

gratiæ à principio debuit esse perfectū: Sed in opere Incarnationis consideratur perfectio gratiæ secundum illud, Verbum caro factū est: & postea subditur, Plenum gratiæ & veritatis. Ergo Christus à principio humani generis debuit incarnari.

Sed contra est quòd dicitur Gala. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Vbi dicit glos. † quòd plenitudo tēporis est quod præfinitum fuit à Deo patre, quando mitteret filiū suū: Sed Deus sua sapiētia omnia definiuit. Ergo cōuenientissimo tēpore Deus est incarnatus. Et sic conueniens non fuit, quòd à principio humani generis Deus incarnaretur.

† Est gl. Ambros. in hūc locū to. 5.

Respondeo dicendum, quòd cùm opus Incarnationis principaliter ordinetur ad reparationem humanæ naturæ per peccati abolitionem, manifestū est quòd non fuit conueniens à principio humani generis ante peccatū Deū incarnatum fuisse: non enim datur medicina nisi iam infirmis. Vnde ipse Dñs Matt. 9. dicit, Non est opus valentibus medico, sed malè habētibus: non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

Inf. q. 4. ar. 1. c. Et q. 43. arti. 3. 2. Et qō. 44. ar. 3. co. Et veri. q. 29. art. 4. ad 5.

Sed nec etiam statim post peccatum conueniens fuit Deum incarnari. Primò quidem, propter conditionem humani peccati, quod ex superbia prouenerat. Vnde eo modo erat homo liberandus, vt humiliatus recognosceret se liberatore indigere. Vnde super illud Gal. 3. Ordinata per angelos in manu Mediatoris, dicit glos. * Magno Dei cō filio factum est, vt post hominis casum nō illico Dei filius mitteretur. Reliquit enim Deus prius hominem in libertate arbitrij in lege naturali, vt sic vires naturæ suæ cognosceret: vbi cùm deficeret, legē accepit, qua data inualuit morbus non legis, sed naturæ vitio: vt ita cognita sua infirmitate, clamaret ad medicum, & gratiæ quæreret auxilium.

Glos. ordi. ibidem.

Secundò

Secundò propter ordinem promotionis in bonum: secundum quem ab imperfecto ad perfectum proceditur. Vnde Apost. dicit. 1. Corinth. 15. Nō prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de cælo cælestis. Tertiò propter dignitatem verbi incarnati: quia super illud Galat. 4. At vbi venit plenitudo temporis dicit gloss.* Quantò maior iudex veniebat, tantò præconum series longior præcedere debebat. Quartò, ne feruor fidei temporis prolixitate tepesceret: quia circa finem mundi frigescet charitas multorum. Vnde Luc. 18. dicitur, Cum filius hominis veniet, putas inueniet fidem in terra?

Aug. tra. 31 in Ioā. ante med. to. 9.

Ad primum ergo dicendum, quòd charitas non differt amico subuenire, salua tamen negotiorum opportunitate & personarum conditione. Si enim medicus statim à principio ægritudinis medicinam daret infirmo, minus proficeret, vel magis læderet, quàm iuuaret. Et ideo etiam dominus non statim à principio incarnationis remediū humano generi exhibuit, ne illud contemneret ex superbia, si prius suam infirmitatem non cognosceret.

Ad secundum dicendum, quòd Augustin. ad hoc respondet in lib. de sex quæstionibus Paganorum*, dicēs q. 2. quòd tunc voluit Christus hominibus apparere, & apud eos prædicari suam doctrinam, quando & vbi sciebat esse, qui in eum fuerant crediturī: his enim temporibus & his in locis, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales non quidē omnes, sed tamen multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui nec in eum suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt. Sed hanc responsionem reprobās idē Aug. *in lib. de perseuerantia dicit: Nunquid possumus dicere Tyrios & Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut crediturōs non fuisse si fierent: cùm ipse Deus attestetur eis, quod acturi essent magnæ humilitatis pœnitentiam, si in eis facta essent diuinarum illa signa virtutum? proinde, vt ipse soluens subdit, sicut Apostolus ait: Non est volentis, neque currentis, sed miserētis Dei, qui his, quos præuidit, si apud eos facta essent, suis miraculis crediturōs, quibus voluit subuenit: alijs autem non subuenit, de quibus in sua prædestinatione occultè quidem, sed aliud iustè iudicauit: ita misericordiam eius in his, qui liberantur, & veritatem in his, qui puniuntur, sine dubitatione credamus.

In Epi. 49. quę 2. à medio, tom. 2.

Cap. 9. non procul à fine tomo. 7.

Ad tertium dicendum, quòd perfectum quidem est prius imperfecto, in diuersis quidem tempore & natura: (oportet enim quòd perfectū sit quod alia ad perfectionē adducit) sed in vno & eodem imperfectum est prius tempore, etsi sit posterius natura. Sic ergo imperfectionem naturæ humanæ, duratione præcedit æterna Dei perfectio: sed sequitur ipsam consummata perfectio eius in vnione ad Deum.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Non fuit conueniens ab initio humani generis ante peccatū Deū incarnatum fuisse: quia valentibus non est opus medico sed malè habentibus. ¶ Secūda conclusio. Non fuisset cōueniens statim post peccatum Deum incarnari. Primo quidem propter conditionem humani peccati, quod ex superbia prouenerat, vnde eo modo erat homo liberandus, vt humiliatus recognosceret se liberatore indigere, & in libertate arbitrij relictus in lege naturali vires naturæ suæ cognosceret, vbi cum deficeret accepta lege, & morbo, non legis sed naturæ vitio inualescente cognita sua infirmitate clamaret ad medicum, & gratiæ quæreret auxilium. Secundo propter ordinem promotionis in bonū secundum quem ab imperfecto ad perfectum proceditur. Nam prius est quod animale deinde quod spirituale. Tertio propter dignitatem verbi incarnati vt quanto maior rex venturus erat, tanto præconū series longior præcedere debebat. Quarto ne feruor fidei tēporis prolixitate

Prima conclusio.

2. Conclus.

lixitate tepesceret: quia circa finem mũdi re-
Lucæ.18. frigescet charitas, vnde dicitur Lucæ.18. Cum filius hominis veniet putas inueniet fidem in terra?

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo aduertendũ est, quod præter rationes, quas hic affert D. Thom. pos-
Ratio Caietani. sumus nos addere quintam ex Dominò Caietano, nimirum ex soliditate, & firmitate fidei. Nam si statim fuisset incarnatus fictio putaretur antiquorum, nunc verò post tam longam expectationem, Prophetarum oracula, & vaticinia intelligunt plane homines eiusmodi mysterium non esse figmentum, sed à diuina prouidentia præparatum & excogitatum, & scripturis prænunciatum. Et idcirco Paulus
Roma.1. Romanorum.1. vt explicaret veritatem Euãgelij, inquit, Euangelium promissum esse à Deo per Prophetas suos in scripturis sanctis.
1.Corin.15. Et 1.Corinth.15. inquit, Christus mortuus est secundum scripturas, & resurrexit secundum scripturas. Quod quidem referendum est nõ solum in mysterium Resurrectionis, sed etiã in alia mysteria præcedentia. Illud etiam ob-
D. August. seruandum est, quod D. Augu. in Epistо. 49. de sex quæstionibus paganorum. q. 2. aliam adhibet rationem dicens, quod voluit Christus apparere quando, & vbi sciebat homines esse in illum credituros. Eandem rationem
Chrysosto. designat D. Chrysostomus Homil. 65. super Matthæum. Sed hanc sententiam retractauit merito D. August. in libro de prædestinatione Sanctorum cap. 9. & lib. de bono perseuerantiæ cap. 9. & 2. libro retractationum ca. 31. Et quod prædicta sententia mereretur retractationem ostendit efficaciter D. Thomas in solutione secundi, cuius responsio consistit in hoc quod ratio ex pluralitate saluãdorum non est efficax quia saluandi ex diuina prædestinatione sunt misericorditer saluandi, prout ipse magis hos, quam illos elegit, cuius nulla
Dubium. ratio est, nisi diuina voluntas. Sed dubium est, vtrũ potuerit venire antea? videtur quod non, saltem postquam Prophetæ prædixerũt. Nam diuina reuelatio non potest esse fallax, neque vero promissio, ergo post promissionem, & prædictionem nõ potuit antea venire. Respondetur, quod potuit antea venire. Exploratum namque est ex diuina Theologia, quod nõ obstante reuelatione potuit Petrus non peccare, & quod diuina reuelatio nõ imponit rebus necessitatem. Hinc est, quod non obstante diuina reuelatione orabant pa-
Isaiæ.45. tres, rorate cœli desuper, & nubes pluant iu-
Psal.30. stum. Isaiæ. 45. & Psal. 30. Accede, vt eruas
Isaiæ.8. me. Isaiæ. 8. Accelera, spolia detrahe. Quomodo autem stante diuina reuelatione, & võ luntate quod aliquid sit futurum, sit potentia vt non fiat, explicant interpretes D. Thomæ 1.par.quæst.19.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm incarnatio differri debuerit vsque ad finem mundi.

AD sextum sic proceditur. 6
Videtur, quòd incarnatio- Locis supra ar. 5. citatis.
nis opus differri debuerit vsque in finem mũdi. Dicitur enim in Psalm. Senectus mea in misericordia vberi, id est, in nouissimo: vt glo.* dicit. Sed tẽpus incarnationis est Glos. ordi. super illud, ab insurgẽtibus in me
maximè tempus misericordię secundũ illud Psal. Quoniam venit tempus miserendi eius. Ergo incarnatio differri debuit vsque in finem mundi.

¶ 2. Præterea, Sicut dictũ* est, perfectum in eodẽ, tempore est posterius Ar. præced. ad 3. argu.
imperfecto: ergo illud quod est maximè perfectum, debet esse omnino vltimum in tẽpore: Sed summa perfectio humanæ naturæ est in vnione ad verbum: quia in Christo complacuit, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, vt Apost. dicit Col. 1. Ergo incarnatio differri debuit vsq; in finẽ mũdi.

¶ 3. Præterea, Non est conueniens fieri per duo quod per vnum fieri potest: Sed vnus Christi aduentus sufficere poterat ad salutem humanæ naturæ; qui erit in fine mundi. Ergo non oportuit, quòd antea veniret per incarnationem. Et ita incarnatio differri debuit vsque in finem mundi.

Sed contra est quod dicitur Abac. 3. In medio annorum notum facies. Non ergo debuit incarnationis mysterium, per quod mundo innotuit, vsque in finem mundi differri.

Respondeo dicendum, quòd sicut non fuit conueniens Deum incarnari à principio mundi, ita non fuit cõueniẽs, quòd incarnatio differretur vsque in

finem

finem mundi. Quod quidem apparet, primo ex vnione diuinæ & humanæ naturæ. Sicut enim dictum est*, perfectū vno modo tempore præcedit imperfectum; alio modo econuerso, imperfectum tempore præcedit perfectum. In eo enim quòd de imperfecto fit perfectum, imperfectum tempore præcedit perfectum: in eo verò quod est causa perfectionis efficiens, perfectum tempore præcedit imperfectum. In opere autem incarnationis vtrumque cōcurrit, quia natura humana in ipsa incarnatione est perducta ad summam perfectionē. Et ideo non decuit quòd à principio humani generis incarnatio facta fuisset. Sed ipsum Verbum incarnatum est perfectionis humanæ naturæ causa efficiens, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Et ideo nō debuit incarnationis opus vsq; in finem mundi differri: sed perfectio gloriæ, ad quam perducēda est vltimo natura humana per Verbum incarnatum, erit in fine mundi. Secundò ex effectu humanæ salutis. Vt enim dicitur in lib. de q. ve. & no. Test*. in potestate dantis est, quando vel quantum velit misereri. Venit ergo quando & subueniri debere sciuit, & gratum futurum beneficium: Cùm enim languore quodam humani generis, abolescere cepisset cognitio Dei inter homines, & mores immutarentur; eligere dignatus est Abraham, in quo forma esset renouatæ notitiæ Dei & morum: & cùm adhuc reuerentia segnior esset, postea per Moysen legem literis dedit. Et quia eam gentes spreuerunt, non se subijcientes ei, neque hi, qui acceperūt, eam seruauerunt; motus misericordia Dominus, misit filium suum, qui data omnibus remissione peccatorum, Deo patri illos iustificatos offerret. Si autem hoc remedium differretur vsque in finem mundi, totaliter Dei notitia & reuerentia & morum honestas abolita fuisset in terris. Tertiò apparet hoc fuisse conueniens ad manifestationem diuinæ virtutis: quæ pluribus modis homines saluauit, non solùm per fidem futuri, sed etiam per fidem præsentis & præteriti.

Art. præce. ad 3.

Augu. li. 2. q. ex nouo test. qō. 83. circa prin. tom. 4.

Ad primum ergo dicendum, quòd glos. illa exponit de misericordia perducente ad gloriam: Si tamen referatur ad misericordiam exhibitam humano generi per incarnationem Christi, sciēdum est, quòd sicut August. dicit in lib. retractat*. tempus incarnationis potest comparari iuuentuti humani generis, propter vigorem feruoremque fidei, quæ per dilectionem operatur: senectuti autem, quæ est sexta ætas, propter numerum temporum, quia Christus venit in sexta ætate. Et quamuis in corpore non possit simul esse iuuentus & senectus, potest tamen simul esse in anima, illa propter alacritatem, ista propter grauitatem. Et ideo in lib. 83. q. alicubi dicit August*. quod non oportuit diuinitus venire Magistrum, cuius imitatione humanū genus in mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Alibi autem dicit† Christū in sexta ętate humani generis tanquam in senectute venisse.

Li. 1. ca. 26. non multū ante med. tom. 1.

li. 83. quæs. q. 44. in medio tom. 4.

li. 1. de genes. cōt. Manich. ca. 23. tom. 1.

Ad secundum dicēdum, quòd opus incarnationis non solùm est considerandum vt terminus motus de imperfecto ad perfectum, sed etiam vt principium perfectionis in humana natura, vt dictum est.*

In corp. ar.

Ad tertium dicendum, quòd sicut Chrys. dicit super illud Ioan†. Non misit Deus filium suum in mūdum vt iudicet mundum: duo sunt Christi aduētus. Primus quidem vt remittat peccata: secundus, vt iudicet mundū: si enim hoc non fecisset, vniuersi simul perditi essent; omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Vnde patet, quòd nō debuit aduentum misericordiæ differre vsque in finem mundi.

Ho. 17. in Ioan. inter medium & fin. tom. 3.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est negans. Quod quidem apparet, Primo ex vnione diuinæ, & humanæ naturæ, sicut enim dictum est, perfectum vno modo tempore præcedit imperfectum, alio modo econuerso, imperfectum tempore præcedit perfectum. In eo vero quod est causa perfectionis efficiens, perfectum tempore precedit imperfectum. In opere autem incarnationis vtrumq; cõcurrit: quia natura humana in ipsa incarnatione est perducta ad summam perfectionem. Et ideo nõ decuit quod à principio humani generis incarnatio facta fuisset, sed ipsum verbum incarnatum, est perfectionis humanæ naturæ causa efficiés, cum de plenitudine eius omnes acceperimus, & ideo non debuit incarnationis opus vsque in finem mundi differri, sed perfectio gloriæ ad quam perducenda est vltimo natura humana per verbum incarnatum, erit in fine mundi. Secundo ex effectu humanæ salutis; quia in potestate dantis est quando, vel quantum velit misereri. Venit ergo, & quando subuenire debuit, & gratum sciuit futurum beneficiũ. Cum enim languore quodam humani generis abolescere cœpisset cognitio Dei inter homines, & mores immutarentur, elegit Abraham, in quo forma esset renouatę notitiæ Dei & morum. Cumque adhuc reuerẽtia Dei segnior esset, per Moysem legẽ literis dedit, & quia eam gentes spreuerunt, & Iudæi non seruauerunt, motus misericordia Deus, misit filium suum, qui data omnibus remissione peccatorum, Deo patri illos iustificatos offerret. Quod si hoc remedium dilatum fuisset, vsque in finem mundi perijsset notitia Dei, & morum honestas abolita fuisset in terris. Tertio apparet hoc fuisse conueniens ad manifestationem diuinæ virtutis, quæ homines saluauit, non solum per fidem futuri, sed etiam per fidem præsentis, & præteriti.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Dubium. VIdetur certe, quod incarnatio Dñi fuerit dilatãda in finẽ mũdi. Nã nos sumus in quos fines seculorum deuenerũt, vt asserit Paulus. 1. Corin. 10. & 1. Ioã. c. 2. Filioli nouissima hora est. & Esaiæ cap. 2. Erit in nouissimis diebus pręparatus mons domus Domini. Sed respõdetur, quod hæc loca non intelliguntur de fine tẽporis naturalis, sed quod iam nõ supereſt alia lex, vel alia immutatio sacramẽtorum, sed omnia hæc vsq; in finẽ seculi durabunt. Vnde rectissimè Paulus Hebræorũ. 10. Voluntariè peccãtibus nobis, & ciam non supereſt hostia pro peccato. Cuius scripturę intelligentia non est, quod iam nõ est remediũ in Ecclesia pro peccato, sed quod ei, qui cum tot sacramẽtis infirmatur in Ecclesia, nõ relinquitur aliud remediũ nisi ignis inferni. Super quẽ locũ loquitur diuinè D. Tho. qui proinde legẽdus est. Sed illud nõ est prætereundũ, quod quidã dicũt, quod venit in medio durationis mundi, & probãt ex illo Abac. 3. Opus tuũ in medio annorũ, viuifica illud, in medio annorũ, notũ facies. Sed hæc sentẽtia falsissima est, & ędificat errorem intolerabilẽ. Nam tum sequitur, quod possit sciri à nobis infalliliter dies iudicij, quod est dogma hæreticũ. Vera ergo illius loci intelligentia est, id est, populum tuum in medio horum annorum malorum, hoc est, captiuitatis, viuifica.

1. Cor. 10.
1. Ioan. 2.
Esaiæ. 2.
Solutio.
Hebræ. 10.
D. Thom.
Abacuc. 3.

QVAESTIO II.

De modo vnionis Verbi incarnati, in duodecim articulos diuisa.

DEinde cõsiderandũ est de modo vnionis Verbi incarnati. Et primò, quãtum ad ipsam vnionem. Secundò, quantũ ad personã assumẽtem. Tertiò, quantum ad naturam assumptam.

Circa primũ quæruntur duodecim.

¶ Primò, vtrùm vnio Verbi incarnati sit facta in natura.

¶ Secundò, vtrùm sit facta in persona.

¶ Tertiò, vtrum sit facta in suppoſito vel hypostasi.

¶ Quartò, vtrũ persona vel hypostasis Chri post incarnationẽ sit cõposita.

¶ Quintò, vtrum sit facta aliqua vnio animæ & corporis in Christo.

¶ Sextò, vtrum natura humana fuerit vnita verbo accidentaliter.

¶ Septimò, vtrum ipsa vnio sit aliquid creatum.

¶ Octauò, vtrũ sit idẽ quod assumptio.

¶ Nonò, vtrum vnio duarum naturarum sit maxima vnionum.

¶ Decimò, vtrum vnio duarum naturarũ in Christo fuerit facta per gratiã.

¶ Vndecimò, vtrum eam aliqua merita præcesserint.

¶ Duodecimò, vtrum gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis.

ARTI-

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm vnio Verbi incarnati sit facta in natura.

7 Inf.art.2.& 6.co.& 12. ad 1.& qō. 50.art.2.Et 3.di.1.q.2. ar.1.& d.5. q.1.ar.2.& 3.Et 4.con. cā.35.37.& 41.Et veri. q.20.art.1. co.Et vnio. art.1.Et op. 3.capi.211. 212.& 225. *Actio.1. postepi.Cy rilli ad Ioā. ep.Antioc. non multū procul. †In symbo lo fidei sue.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd vnio Verbi incarnati sit facta in natura. Dicit enim Cyrillus, & inducitur in gestis cōcilij Chalcedo.* Non oportet intelligere duas naturas, sed vnam naturam Dei verbi incarnatam. Quod quidem non esset, nisi vnio fieret in natura. Ergo vnio Verbi incarnati facta est in natura.

¶ 2. Præterea, Atha.† dicit: Sicut anima rationalis, & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus: sed anima rationalis & caro conueniunt in cōstitutione vnius naturæ humanæ. Sic ergo Deus, & homo conueniunt in constitutione alicuius naturæ: ergo vnio facta est in natura.

¶ 3. Præterea, duarum naturarum vna non denominatur ex altera, nisi aliquo modo in inuicem transmutentur: Sed diuina natura & humana in Christo ab inuicem denominantur: dicit enim Cyrillus diuinam naturā esse incarnatam: & Greg. Nazanzenus* dicit humanam naturam esse deificatam, vt patet per Dam.* Ergo ex duabus naturis videtur esse facta vna natura.

Nazīzenus in epis.1. ad Clidonium ante med. *li.3.orth. fidei.c 6.7. à medio. In symbolo fidei ibi posito reperies id to.1. conc.4.generaliū Coloniæ impressorum anno dom. 1530.

Sed contra est, quod dicitur in determinatione concilij Calcedonen.* Confitemur in nouissimis diebus filiū Dei vnigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indiuise, inseparabiliter agnoscendum, nunquā sublata differentia naturarum propter vnionem. Ergo vnio non est facta in natura.

Respondeo dicendum, quòd ad huius quæstionis euidentiam oportet considerare quid sit natura. Sciendum est ergo, quòd nomen naturæ à nascendo est dictum: Vnde primò est impositum hoc nomen ad significandum generationem viuentium: quæ natiuitas vel pullulatio dicitur, vt dicatur natura quasi nascitura. Deinde translatum est nomen naturæ ad significandum principiū huius generationis. Et quia principiū generationis in rebus viuētibus est intrinsecū, vlterius deriuatū est nomen naturæ, ad significādū quodlibet principiū intrinsecū motus: secundū quod Philosophus dicit in 2. Physic.* quòd natura est principium motus in eo, in quo est per se & nō secundū accidens. Hoc autem principium, vel forma est, vel materia: vnde quandoque natura dicitur forma, quandoque verò materia. Et quia finis generationis naturalis est in eo quod generatur speciei essentia, quam significat diffinitio: inde est quòd huiusmodi essentia speciei vocatur etiam natura. Et hoc modo Boetius naturam diffinit in lib.* de Duabus nat. dicens, Natura est vnam quanque rem informans specifica differentia: quæ scilicet complet diffinitionem speciei. Sic ergo nunc loquimur de natura, secundum quod natura significat essentiam, vel quod quid est, siue quidditatem speciei. Hoc autem modo accipiendo naturam, impossibile est vnionem Verbi incarnati esse factam in natura.

li.2.physic. tex.3 to.2.

In 2.pagiñ. à princ.lib.

¶ Tripliciter enim aliquid vnum ex duobus vel pluribus constituitur. Vno modo ex duobus integris, perfectis remanentibus. Quod quidē fieri non potest nisi in his, quorum forma est cōpositio, vel ordo, vel figura; sicut ex multis lapidibus absque aliquo ordine adunatis, per solam compositionem fit aceruus: ex lapidibus autem, & lignis secundum aliquem ordinem dispositis, & etiam ad aliquam figuram redactis, fit domus. Et secundum hoc posuerūt aliqui vnionem esse per modū confusionis, quæ scilicet est sine ordine: vel per modum commensurationis; quæ scilicet est cum ordine. Sed hoc non potest esse. Primò quidem: quia cōpositio, vel

ordo,

ordo, vel figura non est forma substantialis, sed accidentalis. Et sic sequeretur quòd vnio incarnationis non esset per se, sed per accidens: quod infra improbabitur*. Secundo, quia ex huiusmodi non fit vnum simpliciter, sed secũdum quid: remanent enim plura actu. Tertiò, quia forma talium non est natura, sed magis ars: sicut forma domus. Et sic non constitueretur vna natura in Christo, vt ipsi volunt.

Art. 6. huius quæst.

Alio modo fit aliquid vnum ex perfectis, sed transmutatis: sicut ex elementis fit mixtum. Et sic aliqui dixerunt vnionem incarnationis esse factam per modum complexionis. Sed hoc non potest esse. Primò quidem, quia natura diuina est omnino immutabilis, vt in prima Parte dictum est†. vnde nec ipsa potest conuerti in aliud, cùm sit incorruptibilis: nec aliud in ipsam, cùm ipsa sit ingenerabilis. Secũdò, quia id quod est commixtum, nulli miscibilium est idem specie: differt enim caro à quolibet elementorum specie. Et sic Christus non esset eiusdem naturæ cum patre nec cum matre. Tertiò, quia ex his, quæ plurimum distant, non potest fieri commixtio: soluitur enim species vnius eorum, puta si quis guttam aquæ, amphoræ vini apponat. Et secundum hoc cum natura diuina in infinitum excedat humanam naturam, non potest esse mixtio: sed remanebit sola natura diuina.

P.p.q.9. artic. 1.

Tertio modo fit aliquid ex aliquibus non permixtis vel permutatis, sed imperfectis: sicut ex anima & corpore fit homo: & similiter ex diuersis membris vnum corpus cõstituitur. Sed hoc dici non potest de incarnationis mysterio. Primò quidem, quia vtraque natura est secundum rationem suam perfecta, diuina scilicet & humana. Secundò, quia diuina natura & humana non possunt constituere aliquid per modũ partium quantitatiuarum, sicut mẽbra constituunt corpus: quia natura diuina est incorporea. Neque per modum formæ & materiæ: quia diuina natura non potest esse forma alicuius, præsertim corporei. Sequeretur enim quòd species resultans esset communicabilis pluribus: & ita essent plures Christi. Tertiò, quia Christus non esset humanæ naturæ, neque diuinæ naturæ. Differentia enim addita variat speciẽ: sicut vnitas numerum, sicut dicitur in 8. Metaph.†

lib. 8. tex. 10.

Ad primum ergo dicendum, quòd auctoritas illa Cyrilli exponitur in quinta Synodo*: sic: Si quis vnam naturam Verbi Dei incarnatam dicens, non sic accipiat, sicut Patres docuerunt, quia ex diuina natura & humana, vnione secundum subsistentiam facta: sed ex talibus vocibus naturam vnam siue substantiam diuinitatis & carnis Christi introducere conetur: talis anathema sit. Non ergo sensus est, quòd in incarnatione ex duabus naturis sit vna natura cõstituta: sed quòd natura verbi Dei, carnem vniuit sibi in persona.

In cõci. Cõstãti. can. 8. fuit istud conci. 5. generale.

Ad secundum dicendum, quòd ex anima & corpore constituitur in vnoquoque nostrum duplex vnitas, naturæ & personæ. Naturæ quidem secundum quod anima vnitur corpori, formaliter perficiens ipsum, vt ex duobus fiat vna natura, sicut ex actu & potentia, vel materia & forma. Et quãtum ad hoc non attenditur similitudo: quia natura diuina non potest esse corporis forma, vt in primo probatum est†. Vnitas verò personæ cõstituitur ex eis, in quãtum est vnus aliquis subsistens in carne & anima. Et quantum ad hoc attenditur similitudo: vnus enim Christus subsistit in diuina natura & humana.

P.p.q. 3. artic. 2.

Ad tertium dicendum, quòd sicut Damasc*. dicit. Natura diuina dicitur incarnata: quia est vnita carni personaliter: non quòd sit in naturam carnis conuersa. Similiter & caro dicitur deificata (vt ipse dicit) non per conuersionẽ,

li. 3. ortho. fid. cap. 6.

sed

sed per vnionẽ ad Verbum, saluis suis proprietatibus naturalibus, vt intelligatur caro deificata: quia facta est Dei verbi caro, non quia facta sit Deus.

SVMMA TEXTVS.

APte, & congruenter disponit D. Thomas ordinem doctrinæ. Nam postquam disseruit de incarnationis conuenientia, & necessitate, demonstrauitque eius scopum, & finem præcipuum, pergit tradere nobis exactam huius mysterij notitiam ex omnibus suis causis, & numeris. Et quoniam in quauis re, quæ ex pluribus per coniunctionem, & vnionem resultat, quatuor præcipuè possumus considerare. Primum quid sit illud, quod ex vnione resultat. Secundum ipsa vnio qualis sit, & quæ sit eius causa. Tertio considerantur res ipsæ, quæ vniuntur, ac tandem considerantur proprietates, quæ ex vnione sequuntur. Primum, & secũdum explicat D. Tho. in hac quæstione. Tertium q. 3. &. 4. &. 5. Quartum à q. 6. & deinceps. In quarum rerum expositione notitia huius mysterij plenissimè continetur.

Conclusio. Tripliciter vnũ ex duobus vel tribus constituitur.

¶ Conclusio primi articuli est, impossibile est vnionem verbi incarnati esse factam in natura sumendo naturam, prout significat essentiam, vel quidditatem speciei. Nam tripliciter aliquid vnum, ex duobus vel pluribus constituitur. Vno modo ex duobus integris remanentibus perfectis, quod quidem fieri nõ potest nisi in ijs, quorum forma est compositio, vel ordo, vel figura, vt ex multis lapidibus sine ordine adunatis per solam compositionẽ fit aceruus. Ex lapidibus autẽ, & lignis secũdũ aliquem ordinẽ dispositis fit domus. Et hoc modo non potest esse vnio incarnationis verbi. Primo, quia talis compositio, vel ordo, vel figura est forma accidentalis. Et sic sequeretur, quod vnio incarnationis esset per accidens, quod improbabitur. Secundo, ex talibus non fit aliquid simpliciter, sed secundũ quid: quia remanent plura actu. Tertio, quia forma talium non est natura, sed magis ars, sicut forma domus. Vnde non constitueretur in Christo, vna natura, vt ipsi hæretici volunt. Alio modo fit aliquid vnũ ex perfectis sed transmutatis. Sicut ex elementis fit mixtum. Et sic aliqui dixerunt vnionem incarnationis esse factam per modum cõplexionis. Quod stare non potest. Primo, quia diuina natura est immutabilis, neque in aliud conuerti potest, cum sit ingenerabilis. Secundo, quia quod miscetur nulli miscibilium est idem specie. Differt namque caro à quolibet elementorum specie, & sic Christus non esset eiusdem naturæ cum patre nec cũ matre. Tertio, quia ex his, quæ maximè distant non potest fieri commixtio. Soluitur enim species vnius eorum, vt si quis guttam aquæ amphoræ vini apponat. Tertio modo fit aliquid ex aliquibus non permixtis, vel permutatis, sed imperfectis sicut ex anima & corpore fit homo, & ex diuersis membris fit corpus, sed hoc dici non potest de incarnationis mysterio. Primo, quia vtraque natura diuina, & humana secundum suam rationẽ est perfecta. Secundo, quia istæ duæ naturæ non possunt constituere aliquid per modum partium quantitatiuarum, sicut membra constituunt corpus, cum diuina natura sit incorporea. Nec per modũ formæ, & materiæ: quia diuina natura non potest esse alicuius corporis forma. Tertio hoc stare non potest, quia Christus non esset humanæ naturæ neque diuinæ, cùm differentia addita variet speciem sicut vnitas numerum. Hæc veritas confirmatur ex definitione Concilij Calcedon. prout habetur in articulo. Concil. Cal.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVæstio proposita in hoc articulo cõtrouertitur à Theologis in triplici sensu. Primus sensus est, an natura diuina assumpserit humanitatem? in quo sensu disputatur à quibusdã Theologis in. 3. d. 5. & à D. Tho. infra q. 3. Secundus sensus est, vtrum natura humana sit conuersa in diuinam, vel diuina in humanã? in quo sensu disputant hanc quæstionem veteres patres contra Apollinarem hæreticum: sed D. Thomas tractat illam in sensu in quo sancti, & concilia. Qui talis est, an ex duabus naturis in Christo sit facta vna natura, essentia, & quidditas. In hoc sensu exponit eam Durandus quæst. 1. articulo. 2. Triplex sensus quæstionis. Sensus quæstionis verus.

¶ Secundo est aduertendum quod circa hoc mysterium incarnationis maximè exagitata est Ecclesia ab hæreticis, qui varijs erroribus conati sunt euellere istam veritatem. De quibus disputat D. Thom. in 4. contra gentes capitulo. 28. vsque ad capitu. 38. Nos autem singulis in locis errores istos labefactabimus, vt se obtulerit occasio disputandi. Et eiusmodi errores (vt docet Augustinus. 18. de ciuitate Dei capitulo. 51. & in libro de Vera religione capitu. 6.) Exercent sapientiam Ecclesiæ. Sicuti tyranni exercent patientiam Ecclesiæ. Tertio est aduertendum, quod circa vnionem filij Dei cum natura humana quidam hæreticus nomine Eutiches monachus Constãtinopolitanus introduxit dogma stultissimum. Aiebat enim quod Christus consta- Secũdo notandum. D. Thom. Augustin. Eutiches.

constabat ex duabus naturis, sed non in duabus naturis. Itaque secúdum ipsum ante vnionem præcesserunt duæ naturæ, verumtamen post vnionē cōflata est vna natura ex duabus.

Flauianus. Quod ista fuerit mens Eutichetis colligitur ex Epistola Flauiani Episcopi ad Leonē primum cap. 3. quę habetur in primo tomo Conciliorū inter Epistolas præambulas ante Concilium Calcedonēse. Idem explicatur ab ipso

Leo Papa. Leone Papa in Epistola. 10. ad Flauianū ca. 6. & in Epistola. 11. ad Iulianū Episcopū Coensem. Itaq; Eutiches quāuis Christū esse Deū & hominem verbis assereret, re ipsa negabat. Quoniā si Christus non habebat nisi vnicam naturam minimè poterat esse Deus simul & homo. Et ita etiā Eutiches hallucinabatur in asserēdo vero corpore Christi, aiebat enim aliquid diuinitatis cōuersum esse in naturā corporeā, quæ quidē natura non erat consubstantialis corporibus nostris. Contra istā hæresim

Conclusio D. Thomæ contra Eutichem. statuit D. Tho. primam conclusionem, quod vnio nō est facta in natura, sed in Christo: post vnionē manent duæ naturæ perfectæ, humana, & diuina. Probatur ista conclusio, nam in sacris literis post vnionē dicitur Christus filius Dei, & filius hominis, ergo sicuti est consubstantialis patri per Deitatem, ita est cōsubstantialis matri per humanitatem. Verūtamen aliter est Christus consubstantialis patri, & aliter matri. Nam patri est consubstantialis: quoniam habet eandem naturam numero, quam

Ioan. 10. habet pater, Iuxta illud Ioan. 10. Ego & pater vnum sumus. Attamen dicitur consubstantialis matri: quoniam habet eandem naturā specificā cum ipsa, Iuxta illud Pauli ad Philip. 2.

Ad Phili. 2. Semetipsum exinaniuit in similitudinem hominum factus. Loquitur ibi Apostolus de similitudine specifica. Et confirmatur, forma & natura & essentia idē pollent, sed in Christo post vnionem sunt duæ formæ, ergo sunt duæ naturæ. Probatur minor ex illo Pauli ad

Ad Phili. 2. Philip. 2. Cum in forma Dei esset formā serui accepit, accepit formam serui ergo habet illā. Rursus qui accepit formā serui, erat in forma Dei, ergo manet in illa. Et confirmatur secundò, in literis Euangelicis dicuntur de Christo contraria, nempè ea, quæ sunt potentiæ diuinæ, & ea quæ sunt infirmitatis humanæ, sed impossibile est, quòd contraria dicantur de eodem supposito secūdum eandem naturam igitur in Christo est alia, & alia natura. Hæc

D. Thom. ratio est D. Thomæ 4. contra gentes cap. 39. vbi dicit, quod in Christo, in supposito, de quo dicuntur cōtraria nullā ponimus distinctionem, at ponimus distinctionē in naturis, propter quas illa cōtraria dicūtur. Iuxta illam sententiā celebrē Leonis in Epistola illa decima citata capit. 4. Vnum in Christo coruscat miraculis, aliud succūbit iniurijs. Præterea cō probatur eadē veritas ex definitione Ecclesiæ. Nam in Concilio Ephesino I. in explica-

Leo Papa. Conc. Eph. tione fidei Canone. 1. 6. &. 13. definitum est, quod Christus est vna persona subsistens in duabus naturis. Idē definitū est in Concilio

Conci. Cal. Calcedonensi Sess. 5. in decreto fidei, vbi habetur definitio, quam hic citat D. Thom. Et hæc duo concilia sunt ex illis quatuor, quæ D. Gregor. veneratur, vt quatuor Christi Euāgelia, vt patet capit. sicut. 15. d. in decretis. Id ipsum definitū est in Concilio Constantino-

Concl. Constantinopo. politano, quod est quintū inter generalia Canone. 2. 3. & 4. Idem decernitur in Concilio Constantinop. III. quod est sextū inter generalia actione. 12. & 13. Et in Concilio Latera

Conc. Late. nensi sub Innocentio III. & refertur in cap. firmiter de summa Trini. Et in Concilio Flo-

Conci. Flo. rentino in decreto fidei tradito Armenijs. Et in Concilijs Toletanis. 1. 6. 11. & in Symbolo

Toletanū. symbolum Athanasij. Athanasij perfectus Deus, perfectus homo, &c. Et infra, non cōuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum, vnus omnino nō confusione substantiæ sed vnitate personę. Præterea inter alia, de quibus interrogatur Episcopus cōsecrādus, vnū est. Credis filiū Dei Christū ex duabus naturis, &

Interrogatio Episcopi cōsecrandi. in duabus naturis, & respondet cōsecrandus: credo tanquam fidei articulum. Tandem ista sententia confirmatur ex Epistola illa. 10. Leonis, quæ quidē acceptata est, & approbata

Leo Papa. tanquam catholica, vt patet ex Concilio Calcedonensi act. 5. & ex cap. Sancta Romana. 15. distinct. in decreto. Vbi habetur, quod nec minimū iota huius epistolæ est reijciendū. In cuius Epistolæ cap. 3. ita definit, Tenet vtraq; natura in Christo sine defectu suam proprietatem, & sicut formam serui, Dei forma non adimit, ita formam Dei, serui forma non minuit. Quod idem Leo dixerat in sermone. 1. de Natiuitate Christi, tanto fœdere vtramq; naturam conseruit, vt neq; inferiorem consumeret glorificatio neq; superiorem minueret assumptio. Vide pulchrā expositionē de duabus naturis in Christo in. 1. parte conciliorum in fine. Et in edicto fidei Iustiniani. Et in se-

Iustinianus cunda parte conciliorum folio primo. Vide etiam Synodum Lateranensem sub Martino

Cōci. Late. Primo, à Canone. 4. vsque ad. 16. legendū est etiam Concilium Hispalense II. Canone. 13.

Con. Hisp. legatur itidē Damasce. lib. 3. fidei orthodoxæ

Damasce. capit. 3. & D. Thomas 4. contra gentes capit.

D. Tho. 35. Quibus in locis prædicti autores asserunt hanc hæresim ortum habuisse ex ignorantia, qua

qua Eutiches, & eius sequaces nescierunt distinguere inter naturam, & personã. Vt enim vnam personam contra Nestorium seruarent in Christo, dixerunt vnam etiam in Christo naturam esse, quamuis ante vnionem essent duæ naturæ distinctæ, non valentes intelligere quomodo si essent duæ naturæ, duæ personæ non essent. Sed vt rem iam finiamus demonstratio euidentissima contra hanc hæresim est hæc. Nam post vnionem Christus Dominus est verus Deus, & simul verus homo, ergo habet simul naturam diuinam & humanam, sed natura diuina & humana simul non possunt esse vna natura, vt est euidens, & demonstrat D. Tho. in articulo, & est adeo perspicuũ, vt dicatur in Concilio Calcedo. quod qui illud dogma sequuntur, loquuntur insensate, & fabulãtur. Sed iam tempus est, vt probationes D. Thomæ examinentur, vtrum rectè procedant. Nam veritas fidei satis confirmata est. ¶ In primis contra processum Diui Thomæ sic disputo. Nam D. Thomas dicit assertionem suam esse de fide, cum tamen scriptura de hoc nihil loquatur. ¶ Deinde probationes D. Thomæ sunt mere naturales, ergo solum probant, quod naturaliter sit impossibile, ergo non est hæreticum dicere, quod supernaturaliter sit possibile. ¶ Præterea dicit D. Thomas in articulo, quod natura humana non potest in Deitatem transformari, quoniam diuinitas est ingenerabilis. Hæc ratio videtur inualida. Nam panis modo in Eucharistiæ sacramento conuertitur in verum Christi corpus, quod est ingenerabile, & incorruptibile. ¶ Præterea scribit, quod ex pluribus integris perfectis remanentibus non fit vnum per se, & simpliciter. Quæ sententia videtur falsa. Nam domus, cuius exemplum adhibet D. Thomas in suæ sententię confirmationem est vnum simpliciter, vt asserit Arist. 12. Metaphy. Vnde ponitur in quarta specie qualitatis. Certè de domo potest esse scientia sicuti de homine, ergo est vnum per se. Nam de ente per accidens non est scientia. ¶ Confirmatur etiam. Nam numerus est vnum per se, & simpliciter, at constat ex pluribus integris perfectis remanentibus. ¶ Sed & illud, quod dicit D. Thomas quod diuina natura nõ potest esse forma alicuius præsertim corporei, dubitationẽ habet. Nam diuina natura vnitur intellectui beati, vt forma intelligibilis, vt docet idem D. Thom. 1. p. q. 12. arti. 2. & in. 3. contra gent. ca. 51. ¶ Vltimum dubiũ est de eo quod dicit D. Tho. quod si natura diuina esset forma alicuius rei corporeæ, resultaret species cõmunicabilis pluribus indiuiduis, & sic essent plures Christi. Hæc ratiocinatio videtur esse inanis: siquidẽ forma Solis vnitur corpori, at nõ est cõmunicabilis pluribus, neq; resultant plures Soles. ¶ Ad hęc statim respondendum est. Nam ad primã, & secundã obiectionẽ dicendũ est, quod cõclusio D. Thomæ cõprobatur ex omnibus diuinæ scripturæ testimonijs, quæ de mysterio incarnationis Dominicæ loquũtur, & ex ipsa fidei confessione, qua fidelium vniuersitas profitetur credere se in Deũ patrẽ omnipotentẽ, & in Iesum Christũ filiũ eius vnicũ dominũ nostrũ, qui cõceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine. His tribus sentẽtijs vniuersa hæresis Eutichiana destruitur. Nam in his asseritur planè Christum esse verũ Deũ & verum hominem. Ad eundem modũ disputat contra hanc hæresim Leo Papa in cap. 2. illius Epistolæ. 10. superiùs commemoratæ. Et postmodũ producit in huius hæresis destructionẽ, Christus est Deus, & homo, ergo habet Deitatem, & humanitatem, sicut euidens est, quod habet animã rationalem. ¶ Ad tertiam obiectionẽ respõdet Caietanus, quòd duplex est conuersio. Vna per transsubstantiationem, quãdo altera substantia integra in alteram transit. Altera per transmutationem, sicut cum nutrimentũ conuertitur in substantiam aliti. Ait ergo Caietanus D. Thomam loqui de conuersione per transmutationem. Sed hæc solutio non plenè satisfacit. Nam secundum eam non sufficienter subuertitur hæresis Eutichetis. Nam diceret ipse, quòd quamuis natura humana non transit in diuinam ex vi transmutationis, transit tamen ex vi transsubstantiationis. ¶ Dicendum est ergo, quod D. Thomas statuit pro certo, quandam vnionem factam fuisse humanitatis ad verbum, quod cõcedunt etiam hæretici, quo concesso non supereſt alius modus vnionis præter illos, quos D. Thomas refert. Quia conuersio panis in corpus Christi per transsubstantiationem non dicit vnionẽ corporis Christi ad panẽ, neq; ex corpore Christi, & pane fit aliquid. Sed totus panis secundum substantiam desinit esse, non tamen est annihilatio, quia desinit esse virtute verborũ, vt sit sub illis speciebus corpus Christi, de quo infra q. 75. ar. 3. Ad illud vero, quod obijcieba tur, quod diceret hęreticus per transsubstãtiationẽ humanæ naturæ in diuinã Deũ factum fuisse hominẽ, respondetur, quod id nunquã quisquam hæreticorum dixit, & ideo contra hunc sensum non disputauit D. Thomas. Et certè hic modus faciliùs impugnaretur. Nam tunc Deus non esset verus homo, sed apparens, sicut corpus Christi panis non est. Vel dicatur.

Argumẽta contra processum D. Thomæ. Primum. Secundũ. Tertium. Quartum. Confir. Quintum. Vltimum.

Ad 1. & 2.

Leo Papa.

Ad tertiũ. Solutio Caietæ.

Vera solutio.

dicatur, quòd quamuis quęcumq; natura per diuinam potentiam posit in aliã transsubstantiari, tamen natura creata non potest transubstantiari in diuinam. Et ratio colligitur ex D. Thoma infra q.75.ar.4. quod transsubstantiatio semper est inter duas res, quæ communicant entitatem transmutabilem. Deus autem est actus purus, & non ingenerabilis, & immutabilis. Vnde ex vi sacramẽti non trãssubstantiatur panis in Deum quatenus Deus, sed in corpus Dñi. Quapropter quando D. Tho. reddit pro ratione Deũ esse intrãsmutabilẽ in quamlibet aliam naturam, eo quod est ingenerabilis, intelligendus est, id est, infactibilis per quamlibet mutationẽ, etiam per transsubstantiationem. Et quãdo inquit, quod est incorruptibilis, intelligendus est, id est, nõ potest desinere esse per quamlibet mutationẽ, ita vt incorruptibile, & ingenerabile comprehendat totũ hoc, quodcõtinetur in hoc quod est immutabile, quod paulò ante à eadẽ ratione dixerat D. Thomas. ¶ Ad quartã obiectionem dicendum est, quod nõ vacat in præsentia disputare, quomodo numerus, atq; etiã domus sint vnum per se. Nunc pro confutatione argumẽti satis est scire, quod in genere substantię sunt multa simpliciter & quod eorum vnitas sit accidentaria non substantialis. ¶ Ad quintam obiectionem respondet Caietanus D. Thomam in præsentia nõ instituere sermonem de forma secundum esse intelligibile secundum quem modum procedit argumentũ. Et ideo D. Thomas addidit illud verbum præsertim corporei. Quoniam nihil vetat quòd essentia diuina sit forma intelligibilis in intellectu beati. Verumtamen mihi non placet ista explicatio. Nam quamuis essentia diuina actuet intellectum beati, vt videat Deũ, tamen non actuat informando. Actuare autem non informãdo corpus, etiam competit essentiæ diuinæ (vt patet.) Nam existentia filij Dei est actus purus præbens actualẽ existentiam corpori Christi, tamen nõ informat ipsum. Itaq; repugnat essentiæ Dei propriè, & verè informare siue corpus siue spiritum, non tamen repugnat quod vtrumque actuet non informando. Ratio vero ex diuina Theologia quare Deus non possit informare spiritum neque corpus hæc est, quoniam talis res, cuius forma esset Deus præstantior esset ipso Deo: quandoquidem totum præstantius est suis partibus. Sed & ratione euidenti id etiam probatur, quoniam Deo conuenit causalitas, quæ non habet aliquam imperfectionẽ annexam, at causalitas formæ habet imperfectionem annexam, scilicet, potentialitatem, ergo

Ad quartũ.

Ad quintũ. Caietanus.

Deus quare non possit esse alicuius rei forma.

talis causalitas Deo conuenire nõ potest: probatur minor huius argumenti. Omnis causa formalis est alteri inexistens & faciens cõpositionem cum eo, ergo respectu totius, quod ex tali compositione resultat habet rationem potentialitatis. Deinde omnis forma recepta in aliquo subiecto siue corporali siue spirituali est limitata & finita, sed Deus nullo modo limitari potest cum sit infinitus secũdum sui essentiam, & habeat esse irreceptũ ergo nullo modo potest esse forma alicuius subiecti. Vim huius demõstrationis ostẽdit D. Tho. 1.p.q.7.art.1. & ibidem Dominus Caietanus. D.Tho.

¶ Ad vltimam obiectionem dicendum est, quod assertum D. Tho. fundatur in sententia Aristot. 1. de cœlo textu. 92. &. 93. Vbi habet quod omnis natura composita ex materia & forma est communicabilis pluribus indiuiduis. Eandem sententiã approbat D. Damascenus lib. 3. orthodo. fidei cap. 3. & intelligenda est quantum est ex se nisi aliunde talis communicatio impediatur, impeditur autẽ quando natura illa composita ex materia & forma constat ex tota materia, quam informare naturaliter potest. Propter quod mundus, cœlũ, Sol non possunt pluribus communicari, quia constant ex tota materia sua, at Christus non constat ex tota materia humana, & materia eius est eiusdem rationis cum nostra, & sic probatio D. Tho. legitima est. Aliter & subtiliùs potest dici, quod in rebus materialibus & corruptibilibus vnaquæq; species ad sui conseruationem requirit plura indiuidua, quia in vno non potest semper seruari, cum enim materia sit subiecta priuationi appetit aliam formam, vnde prouenit quod excludit eam quã habet. Ex qua doctrina rectè colligit D. Tho. quod si diuinitas se haberet, vt forma humanitatis esset forma rei corruptibilis. Nõ enim constaret ex materia cœli sempiterna. Vnde necessariò sequitur quòd ad conseruationem talis speciei requirerentur plura indiuidua & sic essent multi Christi, quod non sequitur de Sole, aut de Luna, quia eorum formæ non actuant materiam existentem in potentia ad alias formas. ¶ In solutione primi obseruãdũ est quod verba proposita in argumento habẽtur in Concilio Calcedon. act. 1. & proposuit illa tanquã Cyrilli Dioscorus hæreticus. Quibus auditis reclamauere Catholici Episcopi dicentes, hæc verba non esse Cyrilli sed Eutichetis. Quare ad argumentum facilius respondebitur, quod illa verba quantum ad priorem partem non sunt Cyrilli, imo ipse Cyrillus in Epistola illa fatetur in Christo esse duas naturas, sed quantum ad alteram partem, vnam, scilicet

Ad vltimũ.

Aristote.

Damasce.

scilicet, naturam verbi esse incarnatam. Quæ verba explicantur hic à D. Tho. & in Concil. Constantinop. 2. action. 4. cap. 8. Verba autē concilij integra quoniā in hac solutione apud D. Tho. habētur lacerata, hæc sunt. Si quis ex duabus naturis deitate & humanitate vnionē factam confitens & naturam Dei incarnatam dicens non sic has voces intelligit, sicut patres acceperunt, quòd ex deitate & humanitate vnione secundum subsistētiam facta, id est, secūdum hypostasim, vnus factus est Christus, sed ex huiusmodi vocibus introducere conetur vnam naturam deitatis & carnis, anathema sit. ¶ In solutione ad secundum nota cum domino Caietano, quòd cum dicitur similitudo Athanasij esse apta in hoc sensu, quòd sicut ex corpore & anima fit vna persona humana, ità ex diuinitate & humanitate fit vnū suppositum, vnus Christus, hoc est sanè intelligendum. Nam in hoc etiam est disparitas. Etenim ex corpore & anima fit taliter vnum suppositū, humanū, quod ex vi talis vnionis resultat personalitas simpliciter, cæterùm ex vnione verbi cum humanitate non resultat personalitas simpliciter. Volo dicere quòd ex vi illius vnionis non fit persona simpliciter & absolutè, quoniam persona diuina est æterna in sua personalitate, sed ex vi vnionis resultat, quod humanitas assumatur ad eandē personalitatem verbi: & sic consequitur quod sit vnum suppositum sustentans humanam naturam, & hac in parte habet verum comparatio & similitudo Athanasij. ¶ In solutione ad tertium aduerte, quòd natura humana in Christo primo & per se dicitur vnita personę, quoniam persona diuina est quæ assumit naturā, & illam terminat & complet. Cæterùm dicitur humanitas vnita diuinitati, non quia natura diuina assumat humanitatem, & illam terminet primo, sed quia est natura personæ diuinæ, & idcirco diuinitas & humanitas vniuntur in eadem persona. Ex hoc sequitur primo, quod cum dicitur natura diuina incarnata & humanata, est sensus, quòd natura diuina & natura carnis vniuntur in eadem persona, & non est sensus, quod natura diuina sit conuersa in carnem. Simili intelligentia est accipiendum id, quod dicunt sancti, quòd humanitas est deificata, quanquam hæc propositio potest intelligi, quòd humanitas dicitur deificata, quoniam est eleuata, vt sit instrumentū Dei ad operandum. Circa hoc vide Damascenum lib. 3. de fide orthodoxa cap. 6. & 17. & Magistrum in 3. sententiarum, d. 5. capit. 2. vbi explicat huiusmodi locutiones sanctorum. Sed de hac re differemus latiùs q. 3. ar. 2.

cōcil. Cōstantinop.

Explicatur similitudo Athanasij.

Damasce.

Magister.

ARTICVLVS SECNDVS.

Vtrùm vnio Verbi incarnati sit facta in persona?

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd vnio Verbi incarnati non sit facta in persona. Persona enim Dei non est aliud à natura ipsius: vt habitum est in primo †. Si ergo vnio non est facta in natura, sequitur quòd non sit facta in persona. 8. Locis suprà art. 1. inductis. P. p. q. 3. ar. 8.

¶ 2. Prętereà, Natura humana non est minoris dignitatis in Christo, quàm in nobis: Personalitas autem ad dignitatem pertinet, vt in primo habitū est †. Cùm ergo natura humana in nobis propriam personalitatem habeat, multo magis habuit propriam personalitatem in Christo. P. p. quæst. 29. ar. 3.

¶ 3. Prætereà, Sicut Boët. dicit in lib. de dua. nat*. Persona est rationalis naturę individua substantia. Sed verbum Dei assumpsit naturam humanam individuam, natura enim vniuersalis non subsistit secundum se, sed in nuda contemplatione consideratur: vt Damasc. dicit †. Ergo humana natura habet suā personalitatem in Christo. Non ergo videtur quòd sit facta vnio in persona. Aliquantulū à prin. li. videlicet in 3. pagin. Li. 3. ca. 11. & li. 1. c. 11. ad sensum saltem.

Sed contra est, quod in Chalcedo* synodo legitur. Non in duas personas partitum aut diuisum, sed vnum & eūdem filium vnigenitum Deum Verbū dominum nostrum Iesum Christum confitemur. Ergo facta est vnio Verbi in persona. Habetur in cōci. 1. ephesin. in epis. synodi ad Nestoriū: & etiam in loco citato ar. præced. in arg. Sed contra.

Respondeo dicendum, quòd persona aliud significat, quàm natura. Natura enim, vt dictum est*, significat essentiam speciei, quam significat diffinitio. Et si quidem his, quæ ad rationem speciei pertinent, nihil aliud adiunctū inueniri posset, nulla necessitas esset distinguendi naturam à supposito naturæ, quod est indiuiduum subsistens in natura illa: quia vnumquodque indiui- Ar. prēced.

duum ſubſiſtens in natura aliqua, eſſet omnino idem cum ſua natura. Contingit autem in quibuſdam rebus ſubſiſtentibus inueniri aliquid, quod non pertinet ad rationem ſpeciei, ſcilicet, accidentia & principia indiuiduantia (ſicut maximè apparet in his, quæ ſunt ex materia & forma compoſita) & ideo in talibus etiam ſecundum rem differt natura & ſuppoſitum: non quaſi omnino aliqua ſeparata: ſed quia in ſuppoſito includitur ipſa natura ſpeciei, & ſuperadduntur quædam alia, quæ ſunt præter rationem ſpeciei: vnde ſuppoſitum ſignificatur vt totum habens naturam ſicut partem formalem & perfectiuam ſui: & propter hoc in compoſitis ex materia & forma, natura non prædicatur de ſuppoſito: non enim dicimus, quòd hic homo ſit ſua humanitas. Si qua verò res eſt, in qua omnino nihil aliud eſt præter rationem ſpeciei vel naturæ ſuæ (ſicut eſt in Deo) ibi non eſt aliud ſecundum rem ſuppoſitum & natura, ſed ſolùm ſecundum rationem intelligendi: quia natura dicitur ſecundùm quòd eſt eſſentia quędam: eadem verò dicitur ſuppoſitum ſecundum quòd eſt ſubſiſtens. Et quod eſt dictum * de ſuppoſito, intelligendum eſt de perſona in creatura rationali vel intellectuali: quia nihil aliud eſt perſona, quàm rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, ſecundum Boëtium †. Omne igitur quod ineſt alicui perſonę, ſiue pertineat ad naturam eius ſiue non, vnitur ei in perſona, ſi ergo humana natura verbo Dei non vnitur in perſona, nullo modo ei vnitur: & ſic totaliter tollitur incarnationis fides: quod eſt ſubruere totam fidē Chriſtianam. Quia ergo Verbum habet naturā humanam ſibi vnitam, non autem ad ſuam naturām diuinam pertinentem: conſequens eſt, quòd vnio ſit facta in Verbi perſona, non autem in natura.

In iſtomet art.

† lib. de dua. naturis, aliquantulum à principio.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet in Deo non ſit aliud ſecundum rē natura & perſona: differt tamen ſecundum modum ſignificandi (ſicut dictū eſt *) quia perſona ſignificat per modū ſubſiſtentis. Et quia natura humana ſic vnitur Verbo, vt Verbū in ea ſubſiſtat, non autem vt aliquid addatur ei ad rationem ſuæ naturę, vel vt eius natura in aliud tranſmutetur: ideo vnio humanę naturæ ad Verbum Dei, facta eſt in perſona, non in natura. In corp. art.

Ad ſecundum dicendum, quòd perſonalitas in tantum pertinet ad dignitatem alicuius rei & perfectionem, in quantum ad dignitatem alicuius rei & perfectionem eius pertinet, quòd per ſe exiſtat: quod in nomine perſonę intelligitur. Dignius autem eſt alicui, quòd exiſtat in aliquo ſe digniori, quā quòd exiſtat per ſe. Et ideo ex hoc ipſo humana natura dignior eſt in Chriſto, quàm in nobis, quòd in nobis quaſi per ſe exiſtens propriam perſonalitatem habet, in Chriſto autem exiſtit in perſona Verbi. Sicut etiam eſſe completiuum ſpeciei pertinet ad dignitatem formæ: tamen ſenſitiuum nobilius eſt in homine propter coniunctionem ad nobiliorem formam completiuam, quàm ſit in bruto animali, in quo eſt forma completiua.

Ad tertium dicendum, quòd Verbum Dei non aſſumpſit humanam naturam in vniuerſali, ſed in atomo, id eſt, in indiuiduo (ſicut Dam. dicit †) alio quin oporteret quòd cuilibet homini conueniret eſſe Dei Verbum: ſicut conuenit Chriſto. Sciendum eſt tamen, quòd non quodlibet indiuiduum in genere ſubſtantiæ etiam in rationali natura habet rationem perſonæ: ſed ſolùm illud quod per ſe exiſtit, non autē illud, quod exiſtit in alio perfectiori. Vnde manus Sortis quamuis ſit quoddam indiuiduum, non tamen eſt perſona: quia non per ſe exiſtit: ſed in quodam perfectiori, ſcilicet, in ſuo toto. Et

† li. 3. orth. fid. cap. 11.

hoc

hoc etiá potest significari in hoc quòd persona dicitur substantia indiuidua: non enim manus est substantia completa, sed pars substantiæ. Licet ergo hæc humana natura sit quoddam indiuiduum in genere substantiæ: quia tamẽ non per se separatim existit, sed in quodam perfectiori, scilicet in persona Dei verbi, consequens est quòd non habeat personalitatem propriam. Et ideo facta est vnio in persona.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua. Quam probat Diuus Thomas. In primis ex Cõcilio Calcedonensi. Deinde quoniam si natura humana non vnitur verbo Dei in persona, nullo modo ei vnitur, at fides est quod verbo Dei vnitur, ergò fides est, quòd vnitur in persona. Explicatur hoc, nam verbum habet naturam humanam sibi vnitam, non autem ad suam naturã diuinam pertinentem, vnde cõsequens est, quòd vnio sit facta in verbi persona, non in natura. Fundamentum probationis Diui Thomæ, istud est, quòd omne, quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non, vnitur ei in persona, si ergò humana natura non vnitur verbo Dei in persona nullo modo ei vnitur, & sic subuertitur totaliter incarnationis fides.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Error Nestorij. IN hoc articulo disputatio instituitur contra Nestorium hæreticũ, qui dicebat quod Christus, & filius Dei erant duæ personæ, altera humana, altera diuina, qui proinde negabat vnionem verbi incarnati esse factam in persona. Et quãtum potest colligi ex introductione Concilij Ephesini primi, in quo damD. Thom. natus est Nestorius. Et ex D. Tho. 4. cõtra Gentes c. 34. error Nestorij cõtinebat quinque propositiones. Prima erat, quod anima humana, & humanum corpus naturali vnione conuenerunt in Christo ad constitutionem vnius hominis eiusdem speciei & naturæ cum alijs hominibus, & quòd in hoc homine Deus habitauit sicut in templo suo, scilicet, per gratiã Ioan. 2. sicut in alijs sanctis. Vnde ipse dixit Ioan. 2. soluite templum hoc, &c. Et Euãgelista quasi exponens subiungit. Ille autẽ dicebat de templo corporis sui, & Apostolus ad Col. 1. Col. 1. dicit, quòd in ipso complacuit omnẽ plenitudinẽ diuinitatis inhabitare. Secũda propositio Nestorij. Hæc inhabitatio diuinitatis in Christo Dño nó importat nisi vnionẽ affectus. Secũdũ illud Ioan. 8. Ego nõ solus sum, sed pater mecũ est, quoniã quę placita sunt ei facio semper. Vnde talis vnio intelligitur qualis est vnio, de qua Apost. dicit. 1. Cor. 6. qui adhæret Deo vnus spiritus est cũ eo. Tertia propositio Nestorij propter inhabitationẽ Dei, & vnionẽ affectus illi homini conueniũt diuina nomina, vt scilicet dicatur Deus, & Dei filius, & Dñs, & sanctus, & Christus, sed quãdo dicitur Deus intelligendũ est per participationẽ, & per excellentẽ gratiã nó per essentiã. Quarta propositio Nestorij. Christus & filius Dei re vera sunt duę personę, quòd si dicatur esse vna persona vtriusq;, hoc erit propter vnionem affectus prędictã. Sicut de muliere & viro dicitur, quòd iam nó sunt duo, sed vna caro. Quinta propositio. Actiones Christi nõ possunt adscribi personæ filij Dei, nq; ecõuerso actiones filij Dei possunt adscribi Christo. Quòd si quãdoq; dicitur Deus mortuus, vel crucifixus, intelligitur quod ille qui est Deus per excellẽtẽ gratiã est mortuus, & crucifixus. Ex quo infert Nestorius, quòd Virgo Maria nó est dicẽda theotocos, id est, Deipara, sed Christotocos, id est, pariẽs Christũ. Ex eisdẽ principijs colligebat Nestorius Christũ esse tantũ hominẽ, in quo Deus speciali quadã prerogatiua habitaret, propter quod Christum dicit vocari Emanuel, quòd interpretatur nobiscũ Deus, non quia simul sit Deus & homo, sed quia in humanitate diuinitas habitaret. Hæc est hæresis Nestoriana, quã introduxit in Ecclesiã Nestorius Cõstantinopolitanus Episcopus. Post Nestoriũ iã defunctũ, & in Cõcilio Ephesino condemnatũ suscitauit eundẽ errorem Petrus Antiochiæ Episcopus, qui duas personas in Christo ponẽs, ausus est in Angelico hymno, qui trisagiũ à Græcis vocatur, quartã superaddere vocẽ dicẽs: Sãctus Deus, Sanctus fortis, Sãctus & immortalis, Sãctus qui crucifixus est, vt sanctũ fortẽ, quo nomine filius Dei designatur, aliũ faceret ab eo, qui crucifixus est. Hic autẽ Petrus condẽnatus est in quinta synodo Cõstantinopolitana. Hęc hæresis Nestoriana, satis confutata est ex ijs, quę adduximus in introductione cõtra Arriũ ad ostendendũ Christũ esse verũ Deũ, & nõ solũ purũ hominẽ. Verũ hoc in loco probandũ est diligẽter, eundẽ esse Christum, qui sit Deus, & qui sit homo, ità vt vnus & idẽ sit Deus, & homo. Ad huius rei confirmationẽ adducit D. Thom. 4. cõtra Gẽtes loco citato. 27. demõstrationes, sed nos paucas ex multis adhibebimus, vt ostẽdamus, quòd vnio verbi incarnati sit facta in persona filij Dei, ita quòd vna persona numero est Deus, & homo verus. Prima demonstratio.

Ioan. 8.

1. Cor. 6.

Errorẽ Nestorij suscitauit Petrus Episcopus Antiochię.

D. Thom. Demõstrationes contra Nestorium.

Quãdo aliqua duo distinguntur personaliter vnum non prædicatur de altero, vt planè constat, sed Deus prædicatur de homine, & econuerso homo de Deo, ergò Deus & homo nó distinguntur personaliter in Christo. Probatur minor ex illo Ioan. 1. Verbum caro factũ est, si ergò factum est caro, revera caro est. Nã quòd fit album, album est, caro autem in hoc loco idem pollet, quòd homo secundũ phrasim scripturæ. Secunda demonstratio. Hanc vnionem Dei & hominis Apostolus exinanitionem nominat dicens, Philip. 2. de filio Dei, Qui cum in forma Dei esset exinaniuit semet ipsum. Sed hoc non potest intelligi de homine illo, qui secundum Nestorium erat filius adoptionis, quia si sit purus homo, non prius fuit in forma Dei, vt postmodum in similitudinem hominum fieret, ergò intelligitur de filio naturali, qui est verbum Dei, non est autem exinanitio Dei, quòd creaturam rationalem inhabitet per gratiam, alioqui pater, & Spiritus sanctus exinanirentur, quia & ipsi creaturam rationalem inhabitãt per gratiam, vt passim testantur diuina eloquia, ergò vnio verbi Dei ad humanam naturam non est intelligenda secundum solam inhabitationem per gratiam, sed secundum quòd verbum Dei vere factum est homo, & nostræ paruitati copulatum. Tertia demonstratio. Si homo Christus personaliter Deus non esset, non conuenirent illi voces diuinitatis propriè, præsumptuosissimè ergò dixisset, Ego & pater vnum sumus. &, Antequam Abraham fieret, ego sum. Ego enim personam loquentis demonstrat, homo autem erat qui loquebatur, est igitur persona eadem Dei, & hominis. Quarta demonstratio. Nam de eodem, de quo dicitur, quòd sit mortuus, & passus prædicantur ea, quæ sunt propria Dei, ergò est eadem persona Deus, & homo. Probatur antecedens. Heb. 2. decebat eum, per quem omnia, & propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat autorem salutis eorum per passionẽ consummari. Ecce quemadmodum de eodẽ de quo dicitur, quòd est mortuus, ait quòd per ipsum sunt omnia, quod est propriũ Dei. Iuxta illud Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Similiter proprium Dei est, vt propter ipsum sint omnia, iuxta illud Pro. 16. Omnia propter semetipsum operatus est Deus. Vltima demõstratio colligitur ex definitione Ecclesiæ. Nã in Concilio Ephesino. 1. congregato à Celestino Papa, damnatus est Nestorius tanquã hæreticus. Et in canone. 1. 2. 3. & 4. & 13. pronuntiatur anathema aduersus eũ, qui duas personas introducit in Christo. Idem prorsus definitur in Cõcilio Calcedonensi actione 5. vbi habetur definitio, quam hic citat D. Thom. Et in Concilio 2. Constantinopolitano actione 4. can. 3. sic definitur. Si quis dixerit, alium filium hominis esse, & alium filium Dei anathema sit. Et idem can. 5. & in cap. firmiter, & in symbolo Athanasij. Vnus omnino non cõfusione substãtiæ, sed vnitate personæ. Ex his omnibus sequitur, quòd Virgo Maria dicitur cum omni proprietate mater Dei. Quod probatur apertè. Quoniam iuxta doctrinam Pauli ad Rom. 9. patres antiqui, sunt patres Christi, qui est Deus benedictus in sæcula, ergò à fortiori Maria debet dici mater Dei. Item ad Galat. 4. habetur, quòd filius Dei est factus ex muliere, ergò est genitus ex muliere, ergò illa mulier est mater filij Dei. Item in Concilio Ephesino, in canone 1. fidei decretũ habetur. Si quis non confitetur Deum veraciter Emanuel, ac proinde Virginem Mariam Dei genitricem (peperit enim secundum carnem verbum Dei carnem factum) talis anathema sit. Hæc de confutatione hæresis Nestorianæ dicta sufficiant. ¶ Sed iam supereſt examinare diligenter probationes Diui Thomæ, an rectè procedant. In primis Diuus Thomas ad probationem fidei statuit pro certo, quòd suppositum, & natura in rebus creatis distinguantur realiter. ¶ Contra hoc sic argumentor. Nam multi Catholici, inter quos est Durandus in primo, distinctione 34. quæstione 1. Et omnes ferè nominales tenent, quòd suppositum & natura non distinguntur realiter, sed tantum secundum rationem, at prædicti autores saluant veritatem fidei, scilicet, vnionem factam fuisse in persona, & non in natura, ergò ad comprobandam fidem non est opus multiplicare, tot realitates. ¶ Secundò. Diuus Thomas statuit pro certo hanc probationem esse euidentem, vnio facta est, non in natura, ergò in persona, sed hæc probatio inualida est, quòd ostendo euidenter. Nam vnio potuit fieri in hoc Deo, qui est communis tribus personis, & tunc non esset vnio in persona. Persona enim significat subsistens incommunicabile. ¶ Tertio probatio, Diui Thomæ habet aliud vitium. Nam illam maximam dimittit sine probatione, omne quod ineſt alicui, vnitur ei in persona, cum tamen non sit per se nota, & sit fundamentum totius discursus Diui Thomæ, & videtur falsa. Nam multa vniuntur Petro, & non in persona, vt quantitas per materiam, intellectio per animam, & intellectum. ¶ Vltimò arguitur ad probandum, quòd vnio non sit facta in persona, & sunt argumenta Durandi in 3. distin.

Cõc. Calce.

Constantia.

Virgo Maria dicitur propriè mater Dei.

Examinantur probationes D. Thom.

Prima obiectio.

Secunda obiectio.

Tertia obiectio.

Quarta obiectio. Durand.

5.q. 2. Nam terminus huius vnionis non est persona, ergò non est facta vnio in persona, sic quòd ex vnione resultauerit vna persona. Probatur antecedens. Nam persona Christi erat ante vnionem, vt patet ex illo, Antequam Abraham fieret ego sum. Confirmatur etiam, nam terminus factionis non est ante factionem, si Petrus generatur, non est ante generationem, sed persona Christi erat ante vnionem, ergò non est terminus vnionis. Præterea, si ex hac vnione resultat persona, aut diuina, aut humana, sed persona diuina non resultat, quia iam erat, nec verò humana, alioqui essent duæ personæ, vna diuina, & altera humana. Ad hæc argumenta suo ordine respondendum est. ¶ Ad primum dicendum est tripliciter. Primum dictum est, quòd de distinctione naturæ & suppositi infrà dicendum est, quæstione 4. articulo 2. vbi hæc difficultas habet propriam sedem. Secundo dicendum est, quòd natura & suppositum in rebus creatis aliquo modo distinguntur, & hoc asserendum est secundum fidem. Nam secundum fidem, verbum assumpsit naturam humanam, & non personam humanam, vtrùm vero distinguantur formaliter, an realiter, an verò per aliquid extrinsecum, hoc non pertinet ad fidem. Tertio dicendum est, quòd admissa tantum distinctione rationis inter naturam, & suppositum euidenter, & sufficienter saluatur veritas fidei. Nam sufficeret, vt diceretur vnionem non esse factam in natura, sed in persona diuersus modus significandi, sicuti sufficienter explicatur veritas fidei, ad asserendum vnionem factam fuisse in persona diuina, & non in natura diuina, propter diuersum modum significandi. Nam in diuinis natura, & suppositum non distinguntur realiter. Sed multo illustriùs, & euidentiùs explicatur veritas fidei asserendo distinctionem realem inter suppositum, & naturam in rebus creatis, prout infrà explicabitur. ¶ Ad secundam obiectionem respõdet hic Caietanus fusissimè. Nam ad finem commentarij instituit longam & ingeniosam disputationem, ad explicandã præsentem difficultatem, & prę supponit duo certissima mihi. Primum, quòd licèt in humanis conuertantur, & sint idem, hic homo, & hæc persona humana, in diuinis tamen nõ cõuertuntur, neque idem pollent hic Deus, & hæc persona diuina. Nam hęc persona diuina est incommunicabilis, hic vero Deus est cõmunis omnibus tribus personis. Nam omnes tres personæ sunt vnus hic Deus, ergò hic Deus non dicit rem incommunicabilem. Explicatur hoc euidentiùs. Nã omne abstractũ in diuinis habet suum concretum proprium, quoniã in diuinis abstractum, & concretũ nõ differunt secundum rẽ, sed in diuinis est hæc deitas cõmunis tribus personis, ergò hic Deus est communis tribus personis. Confirmatur etiam ex vniuersali fidei confessione. Nã confitemur nos credere in vnum Deum patrem, filium & spiritum sanctum, ergò omnes tres personę sunt hic Deus. Probatur consequẽtia. Nam vnus numero Deus, & hic Deus idẽ valent. Neq; constituimus quaternitatem in diuinis. Nam hic Deus non ponit in numero cũ tribus personis, sicut vnus numero Deus non ponit in numero cum tribus personis. Secundo notã non esse dubiũ, quin sit posibile secundum Dei potentiã, quòd vnio fiat in hoc Deo singulari, qui est communis omnibus tribus personis, & tunc humanitas existeret per existentiam Dei absolutam, & ex vi illius vnionis, omnes tres personæ essent vnus homo, sicut modo oẽs tres personæ sunt vnus Deus. Quòd hoc verum sit infrà est probandum q. 3. ar. 3. vbi docet D. Tho. quòd abstractis per intellectũ personalitatibus Deus posset assumere humanam naturam. Idẽ docet Scotus in 3. d. 1. q. 2. His cõstitutis Caietanus ad propositum dubium respondet quatuor modis. Primo negat, quòd in diuinis præter hypostases reperiatur hic Deus. Nam alioqui in diuinis cõstitueremus quaternitatẽ. Sed hæc solutio ex dictis cõfutatur euidẽtissimè. Secunda solutio est, quòd nullus est hic Deus præter patrẽ, filiũ, & spiritũ sanctũ, propter quòd si vnio fieret adhũc Deũ determinatè, fieret ad patrẽ, vel filiũ, vel spiritum sanctũ, & sic vnio fieret in persona. Sed hæc solutio falsa est. Nã demonstratum est ex autoritate D. Thom. & Theologorum, quòd abstractis personalitatibus per intellectum potest assumere hic Deus immediatè naturã humanam. Tertia solutio est, quòd loquitur D. Tho. de facto, & prę supposito articulo fidei, quòd solus filius assumpsit naturã humanã. Hoc supposito est euidẽs argumentum. Nã filio soli humanitas est vnita, & non est vnita in natura, ergò est vnita in persona, alioqui filius Dei non esset homo. Hæc solutio ponitur à Caietano tertio locõ, quanquã illi non placet, sed profectò est legitima. Et hic sensus est D. Tho. germanus, prout infrà demõstrabitur. ¶ Quarta solutio est, quòd persona hoc in loco capitur pro singulari subsistẽti in natura intellectuali, & in hoc sensu hic Deus est persona, licèt nõ sit persona cõpleta. Nã de ratione personę cõpletę est, quòd sit rationalis naturę individua substãtia,

Ad primã obiectionẽ

Natura & suppositũ in rebus creatis necessario distinguntur.

Ad secũdũ. Caiet.

In diuinis hic Deus, & hæc persona diuina nõ æquipollent.

Vnio potest fieri in hoc Deo immediatè

D. Thom.

Scotus.

Caiet.

Quarta solutio Caietani non est vera.

id est,incommunicabilis, capiendo ergò personam pro persona incõpleta argumenta proposita non militant contra D.Tho. Sed hæc solutio nec videtur vera, nec ad mentem D. Tho.nam quando dicit Caietanus, quòd hic Deuscõmunis tribus personis est persona,vel accipit personam impropriè,& sic nõ est persona verè,vel loquitur de persona propria licèt incompleta,& tunc videtur sequi illud incommodũ,quòd in diuinis sint quatuor personæ,vna incompleta,& tres completæ. Nec satis euacuatur difficultas,si dicat Caietanus, quòd hæc persona non ponit in numero. Nã in diuinis sunt quatuor relationesreales,vt patet in materia de Trinitate,at nõ sunt quatuor res. Deinde persona in hac disputatione vel abstrahit à communicabili,vel designat tantũ rem incommunicabilem, non primum vt plane constat,ergò secundum est asserendum.

Tertiò,omnes doctores in hac disputatione præmittunt definitionem Boëtij,scilicet,persona est rationalis naturæ indiuidua substantia,id est,incommunicabilis.Item hæc sententia Caietani quã asseritur hunc Deum esse personam, propter nouitatem nonvidetur admittenda.Nam nec D.Tho.nec diuini Theologi hac locutione vtuntur.Quòd verò non sit ad mentem D.Thomæ probatur. Quoniam D. Thomas illud ipsum,quòd in Concilio decretum est ratione manifestat,sed in Concilio tã Calcedonensi, quam Ephesino decernitur, quòd vnio est facta in persona completè, volo dicere,quòd facta est vnio in supposito incommunicabili. Et confirmatur ex ipso titulo quæstionis.Vbi dicitur, vtrùm vnio verbi incarnati sit facta in persona?igitur sicut titulus designat præcisè vnionem filij Dei, ità resolutio quæstionis de eadem vnione est accipienda. Item quoniam D.Thom.loquitur in præsenti de persona secundum definitionem Boëtij libro de duabus naturis,vt patet in tertio argumento,& in eius solutione, Boëtius autẽ definit personam incommunicabilẽ, vt patet ex eius definitione. Ex dictis sequitur, quòd tertia solutio,quã reprobat Caietanus, vera est,&amplectenda.Et si quis dicat,quòd est posibilis alia vnio,quę terminetur ad hũc Deum,fateor quidẽ,sed illavnio esset alterius rationis ab ea,quæ modo est facta, & ex vi illius vnionis,vt dictum est nõ solũ filius esset homo,sed omnes tres personæ.Sed etiã si supponeremus,quòd facta est vnio ad hũc Deũ singularẽ,& non immediatè ad aliquã personam, intelligeretur vnio facta in subsistente singulariter,& non in natura.Et tunc diceremus,quòd Deus subsistens singulariter eleuauit ad sui subsistẽtiam naturam humanam, & tamen illa natura non pertinet ad naturã Dei, neque deitas est in humanitatem transmutata. ¶ Ad tertiam obiectionem explicandã elucidãdum est,quid sit vniri in persona. Pro cuius explicatione notandum est cũ D. Tho. 4.contra Gentes cap.41.& q. vnica de vnione verbi incarnati,artic.1. & 4. quòd vniri in persona nihil aliud est, quam subsistere per subsistentiam personæ,& per eam sustentari. Itaque sicut vniri in natura nihil aliud est,quã quòd ex vnione resultet vna natura, sic vniri in persona nihil aliud est quam trahi,& assumi ad vnius personæ subsistentiam. Ex quo sequitur,quòd omnia accidentia, quæ ab intrinseco denominant subiectum, & actiones, aut passiones vniuntur in persona.Impossibile enim est, quòd albedo vniatur Petro, sic quòd vniatur naturæ ipsius, & non personæ. Item manus, pes, & cæteræ partes integrales, imò & partes essentiales materia,& forma, & ipsa natura ex partibus constituta, vniuntur in persona. Quod adeò verum est, quòd rationalis anima,quæ vendicat sibi ex sua natura subsistentiam,ita vt separata subsistere possit,non tamen habet subsistentiam speciei suę completam,nisi in persona,quæ est totum cõpositum subsistẽs in natura completa. Quòd si obijcias,quòd anima vnitur in natura, quia ex illa componitur humanitas,ergò non vnitur in persona, neganda est consequentia argumenti,imò quidquid vnitur in natura, vnitur & in persona,non tamen ecõtra quidquid vnitur in persona statim vnitur in natura, vt patet in accidentibus. Secundo eit aduertendũ,quòd ea,quę vniũtur in persona,nõ in eodẽ gradu vniuntur.Nã quædã vniũtur in persona,quæ formaliter subsistũt, & sustentãtur per subsistẽtiam personæ,verbi gratia,natura humanavnitur in persona mea,quoniã natura mea formaliter subsistit per subsistẽtiam suppositi huius,neq; habet aliã subsistẽtiam,accidẽtia vero quæ vniũtur in persona nõ subsistũt formaliter per eãdem subsistentiam per quã persona,sed tãtum causaliter,& veluti effectiuè.Nam habẽt suas existẽtias accidentarias,quæ causantur à subsistẽtia substãtiali,& in ea sustentantur.Doctissimus pater Victoria breuiter,& distinctè explicabat,quid esset vniri in persona. Nihil aliud (inquiebat) est, quã quòd natura humana est in persona diuinavnita,nã per hoc habetur,quòd Deus sit homo: vel intelligitur, quòd vnitur in persona verbi,id est,non in alia persona. Ex his patet quemadmodũ omne,quod inest alicui, vnitur ei in persona,alioqui ei non vniretur, sed esset

Boëtius.

Ad tertium Vniri in persona quid sit. D. Thom.

Duplicitèr res vniũtur in persona.

M. Victoria.

Ad quartã

esset extrinsecum vt vestis. ¶ Ad quartam obiectionem dicendum est nunc breuiter. Nam de termino huius diuinæ vnionis longa relinquitur nobis quæstio infrà ar. 7. & 8. dico igitur pro argumenti confutatione, quòd terminus, qui resultat ex diuina vnione est Christus quia nunc est Christus. & antea non erat Christus. Sicut terminus albefactionis est album, quia nunc est album, & antea non erat album, quanquam Petrus, qui est albus ante fuerat. sic terminus huius vnionis est hic homo, hoc est, persona verbi in quantum homo, & in quantum humana persona, quanquam persona verbi ab æterno fuerat. Deinde dico non esse formidandum concedere, quòd resultauerit persona humana. Nam Christus est persona humana. Quòd sic ostendo, tùm quoniam propriè est homo, tùm verò quoniã est persona habens humanitatem. Tùm tertio quoniam est persona in humana natura subsistens, ergò est persona humana. ¶ Circa solutionem ad primum dubium est, nam videtur non rectè procedere, quia argumentum de reali vnione procedit, & D. Tho. confugit ad diuersum modum significandi, qui sumitur à nostra consideratione. Cõfirmatur etiã, nam distinctio rationis non sufficit falsificare propositiones, sed hæc est vera, vnio facta est in persona diuina, ergò & verũ erit factã fuisse in natura, siquidem persona diuina, & natura re ipsa non distinguũtur, sed solum ex modo significãdi. Propter hoc argumentũ Magister in 3. d. 5. dicit posse concedi, vnionem factam fuisse, tùm in natura, tùm in persona ad sensum argumenti, sed non cõceditur, quia à nullo sanctorum conceditur. Multò melius D. Tho. docet esse negandam, quia non resultat ex vnione vna natura, & ad argumentũ cõtra solutionem D. Tho. respondet optimè Caietanus, quòd est adeò profunda, & formalis, vt aptior excogitari nõ possit. Nã explicat causam propter quã vnio fuit facta in persona, & nõ potuit fieri in natura. Nã natura diuina habet rationẽ naturæ, persona verò habet rationẽ subsistentis, & vnio ista nihil addit rationi naturæ. Nã humanitas vnita nõ pertinet ad naturã Dei, nec deitas in naturam humanam est transmutata, at hęc vnio addit aliquid rationi personę, quia addit subsistere in natura humana. Ideo enim humanitas vnitur personæ diuinæ, vt persona Dei subsistat in natura humana. Certè ex hac vnione nihil noui resultauit in natura, in persona verò resultauit, vt subsisteret in noua natura. Propter quòd dicitur vnionem factã esse in persona, quia resultauit personã subsistere in humana natura. Ecce ratio realis altissima, ad realem conclusionem comprobandam. Cum verò dicitur in confirmatione, quòd distinctio rationis non est sufficiens ad falsificandam propositionem, est intelligendum, quãdo illa distincta ratione adinuicem prædicantur. Secus est autem quãdo non prædicantur adinuicem, sed accõmodantur diuersis prædicatis exprimentibus, vel importantibus in exercitio distinctionem ipsam inter illa. Nam tunc variabitur appellatio, seu applicatio prædicati ad subiectum, verbi gratia, quia pater, & essentia distinguntur sola ratione, hæc est vera, pater est essentia, & essentia est pater. Cæterùm si dicas, pater generat, verum dices, at verò ista propositio est hæretica, essentia generat, vt patet ex capitulo dãnamus de summa Trinitate, & fide Catholica. Similiter in præsenti hæ sunt veræ, natura est persona in Deo, & persona est natura, & tamẽ hæc est hæretica, vnio facta est in natura, hęc autẽ Catholica, vnio facta est in persona, Est etiam exemplum in humanis. Nam passiones entis non distinguntur ab ente nisi sola ratione, & idcirco verè dicimus bonum est verum, & verum est bonũ, at verò hæc est vera bonũ est obiectum voluntatis, hæc autẽ falsa, bonũ est obiectum intellectus. ¶ In solutione ad secundũ, magna se offerebat quæstio, vtrùm ne humanitas in Christo appetitione naturali appetat propriã personalitatẽ, & ad illã inclinetur? Sed hæc quæstio habet propriam sedem q. 4. ar. 2. eo in loco commodius edisseretur. ¶ In solutione tertij asserit D. Tho. ex D. Damasceno, quòd verbũ Dei nõ assumpsit naturã humanã in vniuersali, sed in atomo, id est, in indiuiduo, quæ sentẽtia sine dubio verissima est, & à D. Tho. efficaci argumẽto cõfirmata. Sed quidã licenciatus Parisiensis, vt fertur, cõposuit librũ intendens probare, quòd assumpsit naturã humanã in vniuersali, & miratur dicentes oppositum. Et probat, nã Deus voluit omnes homines beatificare copulando sibi naturam humanam, quod non fieret, nisi assumeret naturam humanã in vniuersali. Et cum interrogaretur hic autor, quomodo hoc esset possibile? respondebat, quòd prius ordine naturæ erat natura humana, quàm indiuiduaretur, & in illo priori potuit illam assumere ad nullum indiuiduum determinatam. Confirmatur hoc. Nam si ego assumerem naturã diuinã (quod impossibile statuatur nũc disputationis gratia) non essem pater, aut filius, aut spiritus sanctus, quamuis essentia esset communis, ergò si Deus assumeret naturam humanam in communi, non est consequens, quòd esset quilibet homo. Sed certè

Terminus huius vnionis est Christus.

Christus est persona humana.

Arguitur contra solutionem.

Ad primũ.

Magister.

D. Thom.

Caiet.

Distinctio rationis aliquãdo falsificat propositionem.

Verbũ Dei assumpsit naturam in atomo.

Iosania cuiusdam Parisiensis.

istæ probationes sunt deliræ,& fabulosæ,&rā tio D.Tho.in solutione argumēti est euidēs. Nam tuncverbum esset homo,&nō plus iste, quā ille,ergò quilibet. Itē Christus est Deus, quia habet naturam humanam vnitam Deo in ratione personæ,sed tūc quilibet homo haberet naturam humanam vnitam Deo, ergò esset Deus.Argumenta illius hominis nō merentur confutationem.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm vnio Verbi incarnati facta sit in supposito vel hypostasi.

AD tertium sic proceditur. Videtur,quòd vnio Verbi incarnati non sit facta in suppositosiue in hypostasi.Dicit enim Augustin.in Enchir.Diuina substantia & humana, vtraque est vnus Dei filius, sed aliud propter Verbum,& aliud propter hominem. Leo Papa etiam dicit in epistola ad Flauianum*:vnum horum coruscat miraculis,aliud succumbit iniurijs:Sed aliud& aliud differt suppositō:ergo vnio verbi incarnati non est facta in suppositō.

9. 3.di.6.q.1. art.1. & distin.7.q.1. arti.1.c.& di.10. q.1. artic.2.q.3. Et 4.cōt.c. 34.38.& 39.Et vnio ar.1.2.& 3. ad 4.&5.ad 9.Et quolibet 4.ar.8. & quolibet 9.q.2. art.1.& 3.c. Et opus.1. c.21. & 22. & opu.2.c. 217.218. 219.& 220.

¶ 2.Prętereà, Hypostasis nihil aliud est,quā substantia particularis,vt Boët. dicit in lib.de Dua.nat†.Manifestum est autem,quod in Christo est quædā alia substantia particularis præter hypostasim Verbi , scilicet corpus & anima & compositum ex eis.Ergo in ipso est alia hypostasis præter hypostasim Verbi.

† c.36.à medio.tom.3. *Est epi.10. ca.4. paulo à principio † Aliquātulum à principio li.scilicet in tertia pagina.

¶ 3.Prætereà,Hypostasis Verbi non continetur in aliquo genere,neque sub specie,vt patet ex his,quæ in prima parte dicta sunt*: Sed Christus,secundum quòd est factus homo, continetur sub specie humana:dicit enim Dony.1.cap, de Diuin.no†.Intra naturæ nostræ terminos venit,qui omnem totius naturę ordinem supereminenter excedit, Nō autem continetur sub specie humana, nisi sicut hypostasis quædam humanæ speciei.Ergo in Christo est alia hypostasis prętер hypostasim verbi Dei. Et sic idem quod prius.

* P.p.q.3. ar.5.

Sed contra est,quòd Damasce. dicit in 3.lib*. In domino Iesu Christo duas naturas cognoscimus,vnam autem hypostasim. li.3 ortho. fid.ca.3.4. & 5.

Respondeo dicendum , quòd quidam ignorantes habitudinem hypostasis ad personam , licet concederent in Christo vnam solam personam, posuerunt tamen aliam hypostasim† Dei, & aliam hominis,ac si vnio sit facta in persona,non in hypostasi. Infrà.art.6. co. & q.16, art.1.ad

Quod quidem apparet erroneum tripliciter. Primò ex hoc , quod persona super hypostasim non addit nisi determinatam naturam, scilicet rationalem, secundum quòd Boët. dicit in libro de Dua.nat*.quòd persona est rationalis naturæ indiuidua substantia, & ideo idem est attribuere propriam hypostasim humanæ naturæ in Christo, & propriam personam. Quod intelligentes sancti Patres , vtrunque in concilio quinto apud Constantinopolim † celebrato damnauerūt , dicentes:Si quis introducere conetur in mysterio Christi duas subsistētias,seu duas personas,anathema sit : nec enim adiectionem personæ vel subsistentię fuscepit sancta Trinitas , incarnato vno de sancta Trinitate Deo verbo. Subsistentia autem idem est quod res subsistens, quod est proprium hypostasis,vt patet per Boët.in libro de Dua. natt. Secundò,quia si detur,quòd persona aliquid addat super hypostasim , in quo possit vnio fieri,hoc nihil aliud est quàm proprietas ad dignitatem pertinens: Secundum quod à quibusdam dicitur, quòd persona est hypostasis proprietate distincta,ad dignitatem pertinente.Si ergo facta sit vnio in persona , & non in hypostasi ; consequens erit quòd non facta sit vnio , nisi secundum dignitatē quandam.Et hoc est approbante synodo Ephesina damnatum à Cyrillo† sub his verbis : Si quis in vno Christo diuidit subsistentias post adunationem sola copulans eas coniunctione,quę secundum

In 3. pagina à prin.

In conci.2. Constanti. quod est 5. generale. can.5.to.1. concil.

In 3.pagina à prin.libri

In Ephesina 1.can.3.to. 1.concil.

cundum dignitatem quandam, vel au toritatem est vel secundum potentiã, & non magis concursu secundum adu nationem naturalem : anathema sit.

Tertiò, quia tantum hypostasis est cui attribuuntur operationes & proprieta tes naturæ, & ea etiam quæ ad naturæ rationem pertinent in concreto: dicimus enim quòd hic homo ratiocinatur, & est risibilis, & est animal rationale. Et hac ratione hic homo dicitur esse suppositum : quia scilicet supponitur his, quæ ad hominem pertinent, eorum prædicationem recipiés. Si ergo sit alia hypostasis in Christo præter hypostasim verbi, sequitur quòd de aliquo alio quàm de verbo verificétur ea, quę sunt hominis, puta esse natum de Virgine, passum, crucifixum, & sepultum. Et hoc etiam damnatum est approbante concilio Ephesi, sub his verbis†: Si quis personis duabus vel subsistentijs eas, quæ sunt in Euangelicis & Apostolicis scripturis, partiturvoces, aut de Christo à Sanctis dictas, aut ab ipso de se : & quasdam quidem velut homini pręter illud ex Deo verbum specialiter intelle cto applicat; quasdam vero velut Deo decibiles, soli ex Deo patre verbo, ana thema sit. Sic ergo patet esse hæresim olim ab Ecclesia damnatam, dicere quòd in Christo sunt duæ hypostases, vel duo suppositа: siue quòd vnio non sit facta in hypostasi vel suppositо. Vnde in eadem synodo legitur†. Si quis non confitetur carni secundum subsistẽtiam vnitum ex Deo patre verbum, vnumque esse Christum cum sua carne eundem, scilicet Deum & hominẽ, ana thema sit.

In Ephesina synodo 1. can. 4. to. 1. concil.

In can. 2. Ephes. 1. Synodi quæ fuit vna ex 4. principalib.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut accidentalis differentia facit alterum, ita differẽtia essentialis facit aliud. Manifestum est autem quòd alteritas, quæ prouenit ex differentia accidentali potest ad eandem hypostasim vel suppositum pertinere in rebus creatis: eo quòd idem numero potest diuersis accidentibus subesse: non autem contingit in rebus creatis, quòd idem numero subsistere possit diuersis essentijs vel naturis, sed vnus & idem Christus subsistit in duabus naturis. Vnde sicut quod dicitur alterum & alterum in creaturis, non significat diuersitatem suppositi, sed solùm diuersitatem formarum accidentalium: ita quòd dicitur Christus aliud & aliud, non importat diuersitatem suppositi vel hypostasis, sed diuersitatem naturarum. Vnde Gregor. Nazianzenus dicit in epistola ad Didymum†, Aliud & aliud sunt ea, ex quibus Saluator est, non autem alius & alius: dico verò aliud & aliud e contrario, quàm in Trinitate habet: ibi enim alius & alius dicimus, vt non subsistentias confundamus, non autem aliud & aliud.

In epist. 2. ad Clidonium inter principium & medium, incipit Honorandissimo.

Ad secundum dicendum, quòd hypostasis significat substantiam particularem, non quocunque modo, sed prout est in suo complemento : Secundum verò quod venit in vnionem alicuius magis completi, non dicitur hypostasis, sicut manus vel pes. Et similiter humana natura in Christo quamuis sit substantia particularis : quia tamen venit in vnionem cuiusdam completi, scilicet totius Christi, prout est Deus & homo, non potest dici hypostasis vel suppositum: Sed illud completũ ad quod concurrit, dicitur esse hypostasis vel suppositum.

Ad tertium dicendum, quòd in rebus creatis res aliqua singularis non ponitur in genere vel in specie ratione eius quod pertinet ad eius indiuiduationem: sed ratione naturæ, quæ secundum formam determinatur: cum indiuiduatio magis sit secundum materias in rebus compositis. Sic ergo dicendũ est, quòd Christus est in specie humana, ratione naturę assumptę; non ratione ipsius hypostasis.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio, secundū fidem asserendū est, quod vnio verbi incarnati est facta in supposito & hypostasi. Hæc conclusio probatur in primis autoritate Damas. 3. li. 3. orthodoxæ fidei, & autoritate Cōcilij secūdi Cōstantino. act. 4. can. 5. & Cōcilij Ephesini can. 3. & 4. Rationes vero ad hanc veritatem demonstrandā sunt tres apud D. Tho. Prima est, nā persona non addit super hypostasim nisi determinatā naturā rationalem, vnde idem est attribuere propriā hypostasim humanæ naturæ in Christo, & propriam personam. Secunda ratio, si detur quod super hypostasim aliquid addat persona, in quo possit fieri vnio, hoc nihil aliud est quam proprietas pertinens ad dignitatem, quare si facta esset sic vnio in persona, & nō in hypostasi consequēs esset, quòd vnio non fuerit facta nisi secūdum dignitatē quādam, quod à synodo Ephesina damnatū est. Tertia ratio. Nam quando aliqua distinguuntur suppositō, vnum non prædicatur de altero, vt planè constat, ergò si filius Dei, & Christus distinguuntur suppositō ea quæ sunt Dei non prædicantur de Christo, nec è diuerso, ea quæ sunt Christi prædicantur de Deo, cuius contrarium habetur planè in sanctis scripturis vt constat ex præcedenti articulo.

Damasce. Cōcil. Constantinop. Conc. Ephesinum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVæstio huius articuli mouetur propter quosdam hæreticos, qui affirmabant in Christo Iesu vnam personam, sed illū diuidebant in duo suppositā, & duas hypostases, ignorantes propriam vocem, nam in rationali natura, siue intellectuali, idem valent prorsus, & sunt synonyma persona, & suppositū, & hypostasis. Vnumquodque enim istorum nihil aliud importat, quam primam substantiam in rationali natura. Et certè est euidens, quòd si Christus, & filius Dei sunt duo suppositā rationalis naturæ, sunt vtique duæ personæ. Errabant etiam non solum errante, sed hæretico spiritu. Aiebant enim, quòd filius Dei esset vnum suppositū, & Christus esset aliud. Cæterū quoniā filius Dei inhabitabat in Christo per affectionem, & per peculiarem gubernationem, vocabant Christum Deiferū, quasi ferentem Deum in se inhabitantem, & non vocabant ipsum Deum per essentiam. Vlterius commentabantur, quòd ex ista inhabitatione erat vnio secundum quandam dignitatem inter illa duo suppositā, & quoniā persona pertinet ad dignitatem, affirmabant vnionem factam fuisse in persona. Itaque filius Dei, & Christus erant duæ hypostases, sed vna persona, quia Christus induebat personam, & dignitatem filij Dei, sicuti prætor induit personam, & dignitatem regis, cum tamen rex, & prætor sint duæ hypostases. Sed tamen isti hæretici quamuis dicant, Christum esse vnam personam cum filio Dei, tandem labebantur in errorem Nestorij, & idcirco Ecclesia vtrūque definit, & quòd Christus est vna persona, & quòd est vnum suppositum. Definitiones Ecclesiæ, & conciliorum commemoratę sunt in litera D. Thom. Valent etiam ad confutandam hanc hæresim omnes demonstrationes, quas adduximus in superiori articulo ad hæresim Nestorianam destruendam. Vt vero hæc hæresis euidentius patefiat obseruādum est, quòd hoc nomen hypostasis de se non dicit nisi substantiam, vel naturam subsistētem, & ideò æquiuocum est ad personam, & naturam. Et hinc est quòd hæretici decipiebant in antiquo tempore Christianos huius nominis æquiuocatione. Vnde Diuus Thomas prima parte, quæstione 29. articulo tertio ad tertiū scribit, quòd sub hoc nomine latebat venenum. Nam hæretici in sanctissima Trinitate fatebantur libenter tres esse hypostases, id est, tres essentias, & decipiebāt Catholicos existimantes, quòd assererent, esse tres personas, sicut Catholica Ecclesia concedit. Consimiliter in mysterio incarnationis dominicæ concedebant in Christo duas hypostases volentes diuidere Christum, Catholici vero in alio sensu hoc concedebant vsurpantes vocem hypostasis pro essentia. Sed ad euitandas hæreticorum versutias vsu Theologorum, & definitione Ecclesiæ factū est, vt pro eodē capiatur hypostasis sicut persona. Hoc patet ex 6. lib. historiæ tripartitæ ca. 20. vbi habetur, quòd in synodo prouinciali Alexandrina hoc decretum est. Idem habet Hilarius in libro de synodis canone duodecimo. & certè Hebræ. primo. Vbi nos legimus, qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, Græcè habetur character hypostaseos ipsius. Vbi hypostasis quantum ego iudico pro persona patris accipitur. Vt sit sensus, quòd filius est imago personæ patris. De cuius loci explicatione videndus est Caietanus in commentarijs super istum locum. Sed & illud verum est, quòd hoc vocabulum hypostasis in Concilijs celebratis contra Nestorium, & Eutichem est multum celebre ad significandum suppositum, & personam. Et sic teneamus fidei confessionem, quòd vnio verbi incarnati sit facta in suppositō & hypostasi. ¶ In solutione primi primo notandum est, quòd hoc nomen, aliud, substantiuè acceptum distinguitur

Persona, suppositū, & hypostasis sunt idē in rationali natura.

Æquiuocū est nomen hypostasis.

Historiatri partita.

Hilarius.

Aliud aliter adiectiuè, aliter substantiuè sumitur.

guitur ab eo adiectiuè tento. Nam aliud adiectiue tentum significat alietatem quamcunq; siue suppositi, siue naturæ, sed substantiuè significat præcisè diuersitatem naturæ, & essentiæ. Et ità dicimus, quòd in Deo est alius pater, & alius filius, non tamen aliud, & aliud. Cótrà autem in Christo est aliud, & aliud essentialiter, nó tamẽ Christus est alius, & alius personaliter. Legatur de hac re D. Gregor. Nazianzenus epistola 1. ad Clidonium, vbi habentur verba, quę allegat hîc Diuus Thomas.

Epist. Leon.

Secundò notãdum, quòd illa epistola 10. Leonis Papæ, quæ approbata est à toto Concilio Calcedonensi in fine actionis 2. folio 834. ingessit magnam difficultatem in illa sententia vnum coruscat miraculis, aliud succumbit iniurijs. Quoniam videntur illa verba præseferre distincta suppositi operantia. Cæterùm postea facta consultatione, & consultis testimonijs Diui Cyrilli, qui aliquando est vsus illo modo loquendi, intellexit synodus, quòd in verbis Leonis non explicatur diuersitas personarum operantium, sed diuersitas naturarum, quæ sunt principia formalia operandi. Et ità reiecto hoc scrupulo omnes acclamauerunt, Petrus per Leonem est locutus, anathema qui ità non credit. ¶ In solutione ad secundum aduertendum est ex Diuo Tho

D. Thom.

ma in 3. sent. dist. 6. quæstio. 1. articulo 1. quæstiuncula prima, & in quolibeto 9. articulo 2. quòd hæc nomina singulare, particulare, indiuiduum accipiuntur, vt significent quodcunque singulare cuiusuis prædicamenti. At-

Persona addit supra naturam singularem.

tamen ista nomina persona, suppositum, & res naturæ accipiuntur præcisè pro singulari perfectò prædicamenti substantiæ. Voco singulare perfectum, quòd habet vltimum complementum ratione cuius per se separatim existit, & non sustentatur in alio perfectiori. Ex hoc sequitur, quòd licèt Diuus Thomas asserat hic, quòd humanitas Christi est substantia particularis, non tamen fatetur, quòd est suppositum, vel persona. In eadem solutione notandum est illud quod dicit Diuus Thomas scilicet, quòd humanitas Christi venit in vnionem cuiusdam completi, scilicet, totius Christi, prout est Deus, & homo, quæ sententia ingerit difficultatem de compositione Christi, de qua in sequenti articulo inuestigabitur. Copiosior autem disputatio de horum vocabulorũ ratione habetur prima parte, quæstione 29. articulo secundo & tertio. ¶ In solutione tertij docet Diuus Thomas id, quod verissimum est, quòd Christus Dominus continetur in genere substantiæ, & sub specie humana sicut cæteri homines. Et si dicat Theologus, si Christus ponitur in prædicamento substantiæ, & Christus est Deus, ergò Deus ponitur in prædicamento substantiæ. Dicendum est, quòd argumentatio non est necessaria: siquidem variatur sensus. Nam in consequenti fit sensus, quòd Deus ratione deitatis constituatur sub aliquo genere.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm persona vel hypostasis Christi post incarnationem sit composita.

AD quartum sic procedi- 10.
tur. Videtur, quòd perso- 3 d. 6. q. 2. ar. 3.
na Christi non sit composita. Persona enim Christi non est aliud quam persona vel hypostasis Verbi: vt ex dictis patet*: Sed in Ar. 1.
Verbo, non est aliud persona & natura, vt patet ex dictis in Prima parte†. Cùm P. p. q. 3. ar. 3.
ergo natura Verbi sit simplex (vt in primo* ostẽsum est) impossibile est quòd P. p. q. 3. ar. 7. & per totam quæst.
persona Christi sit composita.

¶ 2. Præterea, Omnis compositio videtur esse ex partibus: Sed diuina natura non potest habere rationem partis: quia ois pars habet rationẽ imperfecti. Ergo impossibile est, quod persona Christi sit cõposita ex duabus naturis.

¶ 3. Præterea, Quod componitur ex aliquibus, videtur esse homogeneum eis: sicut ex corporibus non componitur nisi corpus. Si ergo ex duabus naturis aliquid sit in Christo compositum, consequenserit, quod illud nõ erit persona, sed natura: & sic in Christo erit facta vnio in natura: quod est contra prędicta*. Ar. 2.

Sed contra est, quod Damas. dicit in tertio lit. In domino Iesu Christo duas L. 3. orth. fid. ca. 3. 4. & 5.
naturas cognoscimus, vnam autem hypostasim ex vtraque compositam.

Respondeo dicendum, quòd persona siue hypostasis Christi dupliciter potest considerari. Vno modo secundum illud, quod est in se: & sic est omnino simplex, sicut & natura Verbi. Alio modo secundum rationem personæ vel hypostasis: ad quam pertinet subsistere in aliqua natura, & secundum hoc

persona Christi subsistit in duabus naturis. Vnde licet sit ibi vnum subsistens, est tamen ibi alia & alia ratio subsistendi, & sic dicitur persona composita, in quantum vnũ in duobus subsistit.

Et per hoc patet responsio ad primũ.

Ad secundum dicendum, quòd illa compositio personæ ex naturis, non dicitur esse ratione partium, sed potius ratione numeri: sicut omne illud, in quo duo conueniunt, potest dici ex eis compositum.

Ad tertium dicendum, quòd non in omni compositione hoc verificatur, quòd illud quod componitur, sit homogeneũ componentibus, sed solum in partibus continui. Nam continuum non componitur nisi ex continuis: animal verò componitur ex anima & corpore; quorum neutrum est animal.

SVMMA TEXTVS.

1.Cõclusio PRima conclusio. Persona Christi secundum illud, quòd est in se, est omnino simplex, sicut ipsa natura verbi. ¶ Secunda cõclusio. Persona Christi secundũ rationẽ personę, vel hypostasis, ad quam pertinet subsistere in aliqua natura cõposita est. Nã licèt sit ibi vnũ subsistẽs, est tamẽ ibi alia, & alia ratio subsistẽdi, & sic dicitur persona cõposita in quantum vnũ subsistit in duobus. Eandẽ sententiã probat D. Tho. ex autoritate Damasceni, scribit enim in 3. libro ca. 2. in Domino Iesu Christo duas naturas cognoscimus, vnã autem hypostasim ex vtraque compositam.

2.Cõclusio

Damasce.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrũ verè, & propriè persona Christi sit cõposita. IN hoc artic. est primũ dubiũ satis difficile, vtrũ verè, & propriè persona Christi sit cõposita, an potius ista cõpositio intelligatur impropriè? videtur certè quòd verè, & propriè nõ sit cõposita. Nã compositũ in omni cõpositione perfectius est singulis partibus componentibus, partes vero singulæ imperfectiores existunt, sed Christi persona nõ est perfectior diuina natura, ergò persona Christi nõ est cõposita ex diuinitate, & humanitate. Nam alioqui sequitur, quòd Christus sit maius bonũ, quã natura diuina, quia totum semper est perfectius suis partibus. ¶ Confirmatur etiam. Nam si persona Christi est composita ex humanitate, & diuinitate sequitur, quòd humanitas sit minus composita, & simplicior, quã Christus: cõponentia enim semper sunt simpliciora, ex quo cõsequens est, quòd quilibet nostrũ esset simplicior Christo, ego quidem nõ sum magis cõpositus, quã humanitas mea.

Confirmat.

¶ Præterea, D. Thom. 1. p. q. 3. ar. 8. euidenter demonstrat, quòd Deus non potest venire in aliorum compositionem, ergò ex deitate, & humanitate persona Christi nõ componitur.

Secundum. D. Thom.

¶ Ad hæc, si Christus est persona composita ex deitate, & humanitate, hæc propositio vera esset, Christus est humanitas, & diuinitas, quæ est damnata tanquam erronea in Cõcilio Constantiensi, sessione 15. vbi in errore. 4. sic habetur, dicere quòd Christus est diuinitas, & humanitas error. Quòd rectè sequatur, patet. Nam iuxta veriorem doctrinam totum non distinguitur à suis partibus simul sumptis.

Tertium.

¶ Deinde hæc argumentatio est necessaria, Christus est persona composita, & Christus est persona diuina, ergò persona diuina est composita, sed consequens est falsum, & hæreticum, ergò aliqua præmissarum falsa est, non minor, ergò maior. Nec satis res explicatur, si dicamus, quòd in argumentatione variatur appellatio, quoniam variatio appellationis tum perspicua est, quando ex parte subiecti ponitur abstractum, sicut cũ dicimus, pater generat, pater est essentia, ergò essentia generat, at verò in argumentatione proposita semper subiectum est terminus connotatiuus, scilicet, persona.

Quartum.

¶ Vltimo arguitur ex regula generali obseruanda in ijs, quæ Christo tribuuntur, ea est. Quando attributa sunt propria naturæ humanæ, & non conueniunt personæ nisi ratione humanæ naturæ, quin potius oppositum illorum conuenit personæ, vt inferius patebit de hoc, quod est esse creaturam, & incipere esse, hæc & alia huiuscemodi non prædicãtur de Christo simpliciter, & formaliter, sed tantum secundum quid, & cum specificatione humanæ naturæ, ad hunc modum Christus in quantum homo incipit esse. Ex hoc tale conficio argumẽtum. Compositio repugnat personæ verbi, sicut inceptio, aut creatio, ergò non potest prędicari de Christo simpliciter ac formaliter, sed secundum quid, id est, in quãtum homo.

Vltimum.

¶ In cõtrarium est, nam nobis nõ licet de mysterijs reuelatis aliter loqui, quam Pontifices summi, & concilia, & sancti patres loquãtur, sed in sacris concilijs, & in doctoribus sanctis Christus vocatur persona composita, ergò id ipsum sine periculo possumus asserere. Probatur minor syllogismi. Nam in Concilio Constantinopolitano secundo quod est generale quintum, actione quarta, canone quarto sic ha-

In oppoſi.

Cõci. quin. generale.

sic habetur. Sancta Ecclesia vnionem verbi Dei ad carnem secundum compositionē cōfitetur. Et canone 7. Christus habet duas naturas, ex quibus est compositus. Et in Concilio 6. generali, quòd est Constantinopolitanum 3. in actione. 4. in epistola Agathonis Papæ habetur, quòd Christus est compositus ex duabus naturis. Et in eodem Concilio actione 11. in epistola Sophronij Hierosolymitani dicitur, quòd Nestorius timore refugæ mentis, vbi nullus erat timor formidauit concedere Christum esse subsistentiam compositam, nos verò sensu viuido stantes super petram pietatis, fatemur Christum esse compositum. Et in hac epistola vbi elegantissimè explicatur dominicæ incarnationis mysterium sæpissime repetitur, Christum esse personam compositam. Idem habetur in eodem Concilio actione 13. canone 6. hoc ipsum asserunt sancti patres ferè vniuersi. Leo primus in epistola ad Iulianum inquit, Saluator noster constat ex tribus substantijs, verbo, anima, carne. Diuus Dionysius capitulo 2. de diuinis nominibus, dicit hanc compositionem esse ineffabilem. Augustinus 13. de Trinitate capitulo 17. fatetur, quòd Christus resultat ex Deo, corpore, & anima. Idem docet constanter tract. 78. super Ioannem. Damascenus libro 3. capitulo 3. 4. & 7. expressè fatetur personam Christi esse compositam. Consentit Gregorius homil. 38. in Euangelia. Certè eiusmodi sententiæ sanctorum non possunt intelligi, nisi ponatur aliqua compositio in Christo. Secundo arguitur in huius sententiæ confirmationem. Nam in Christo Domino verè, & propriè est vnio duarum naturarum, ergò & compositio. Probatur consequētia. Quoniam vbi est multorum vnio necessum est, vt sit compositio. Tertiò, id quòd conuenit alicui secūdum suam rationem, & secundum quòd tale est, competit ei verè, & simpliciter, sed personæ Christi secundum rationem personæ & hypostasis competit, quòd sit composita, vt D. Thomas docet in secunda conclusione, ergò sic est asserendum. ¶ De hac quæstione versantur tres opiniones celebres. Prima dicit hanc prędicationem esse falsam, personaChristi est composita. In hac sententia est Scotus in 3. distinctione 6. quæstione 3. Gabri. quæstione 1. Marsilius in 3. quæstione 6. articulo 3. & ad doctores, & sanctos, qui contrarium dicunt, respondent, quòd capiunt compositionem largo modo, id est, pro subsistenti in duabus naturis. Et Sanctus Thomas in 3. dist. 6. quęstione 1. videtur consentire. Dicit enim quòd non est propriè compositio, sed secundum quid. ¶ Secunda opinio dicit, quòd verè & propriè persona Christi est composita. Hæc placuit doctissimo patri Victoria, & vniuersis interpretibus Diui Thomæ, qui post illum sunt secuti. ¶ Tertia opinio est domini Caietani in his commentarijs, dubio tertio dicentis, quòd Christi persona formaliter nō est composita, sed cum aliquo addito, & moderamine potest dici, quòd sit composita, ità vt dicatur, quòd ista compositio est ineffabilis, quo designetur abesse omnem imperfectionem, & non esse similem naturali compositioni. Possumus autem nos iuuare Caiet. sententiam, quoniam apud D. Tho. non inuenitur expressus locus vbi absolutè, & simpliciter cōcedat, quòd Christus est persona composita. Nam in 3. d. 6. q. 1. ait, quòd ista non est simpliciter compositio, sed secundum quid. & q. 2. art. 3. ait, quòd non est in vsu Theologorum appellare personam Christi compositam. Et quæst. vnica de vnione verbi incarnati. ar. 1. ad 6. ait, vnio nō dicitur fieri in persona diuina, quasi ipsa constituatur ex duabus sibi inuicē vnitis. Deniq; hic semper loquitur cum addito, cum enim dixisset, quòd erat omnino simplex secundum illud, quòd in se est, subiūxit secundum rationem personę subsistit in duabus naturis, non dixit autem, est composita. Deinde ait, est alia, & alia ratio subsistendi, & sic dicitur persona composita, in quantum vnum in duobus subsistit, id est, cum hoc addito. Item etiam in solutione ad secundum ait, quòd nō est compositio ratione partium, sed potius ratione numeri. Quòd quidem non ità intelligatur, quòd sicut numerus est cōpositus ità & persona Christi. Sic enim esset vera compositio ex partibus, sicut numerus ex suis vnitatibus componitur, vt ex partibus suis, sed est sensus, quòd bis numeratur ipsa ratio subsistendi respectu duarum naturarum, & ideò comparatur numero. Et ibidem addit, quòd sicut omne illud, in quo duo conueniunt dici potest ex eis compositum, ità persona Christi dicitur composita. Quare secundum hunc modum possumus dicere, quòd subiectum est compositum ex multis accidentibus. Pomum, verbi gratia, ex odore, colore, & sapore, quia est subiectum respectu illorum, ità Christus est compositus ex duabus naturis, quia est suppositum respectu vtriusque. In huius quæstionis expositionem infinita congerūt, & coaceruāt Theologi, nos breuiter, & distinctè rē absoluemus. ¶ Prima conclusio, indubiè tenendum est, quòd Christus est compositus ex corpore, & anima rationali. Patet ex illo symboli

Concil. 6. generale.
D. Diony.
D. August.
Damasc.
D. Gregor.
Pri. opinio
Scotus. Gabri. Marsil.
Secū. opinio
M. Victor.
Tert. opin. Caietanus.
Expositio quæstionis.
1. Concluſ. Christus est compositus ex corpore & anima.

boli perfectus homo ex anima rationali,& humana carne subsistens. Et in capitulo. firmiter de summa Trinitate. habetur, quòd Christus est compositus ex anima rationali,& humana carne. Item probatur ex definitione Physica hominis, scilicet, homo est compositus ex corpore & anima rationali, sed Christus est homo vniuocè nobiscum, ergò est cõpositus ex corpore & anima rationali. Sed est obseruandum versari maximum discrimen inter istas duas propositiones, Christus est cõpositus ex corpore, & anima, & Deus est compositus ex corpore, & anima. In priori enim fit appellatio ratione humanitatis, & ideò vera est. In posteriori vero fit appellatio compositionis ad suppositum diuinum, & ideò negãda est. Et si dicas in his non est appellatio ad suppositum diuinum ratione diuinitatis Deus est mortuus, passus, crucifixus, quomodo ergò est appellatio in hac, Deus est compositus? Respondendũ est, hoc vocabulum cõpositus includere in se euidentẽ appellationẽ. Nã applicat suum significatũ formale ad significatũ formale termini, cui adiungitur. Et hinc prouenit, quòd hæc propositio sit vera, homo est cõpositus ex materia, & forma, hæc vero falsa materia & forma sunt compositę, imò sunt componentes, licet homo sit materia, & forma. Rursus hæc est vera, homo est compositus ex materia, & forma rationali, hæc verò falsa animal est compositum ex materia, & forma rationali, licet homo, & animal sint idem. Ex hac expositione sequitur, quòd in quæstione huius articuli, quæ maxima est, non inuestigatur de compositione, quæ competit Christo ratione naturæ humanæ, sed de compositione quæ competit Christo secũdum quòd subsistit in duabus naturis, quæ proinde quęstio haberet locum, etiamsi verbum diuinum assumpsisset naturam Angelicam, in qua non est compositio materiæ & formæ. Sensus ergò quęstionis est, vtrùm persona Christi sit composita ex diuinitate, & humanitate. ¶ Pro quo sit secunda conclusio. Persona Christi verè & propriè est composita ex diuinitate, & humanitate. Hæc conclusio probatur argumẽtis factis pro parte affirmatiua quæstionis. Et certè illud argumentum adductum ex definitione conciliorum, & patrum apud me habet magnum momentum, & pondus. Nam definitiones conciliorum, & patrum potissimè quæ celeberrimæ sunt, in proprietate locutionis veræ sunt, alioqui periret fidei certitudo, quod enim non est propriè, verè non est, & quòd non est propriè homo, non est homo, vnde si persona Christi propriè non est composita, ergò verè non est composita. Sed argumentis propositis alia tria adiungere libet. Primum est. Nam hæc prædicatio formalis est, & simpliciter vera, Christus in quantum subsistit in duabus naturis est compositus, sed hoc ipsum formaliter significatur per illam propositionem, Christus est compositus, propter appellationem compositionis ad Christũ, prout est Deus & homo, vt dictum est superiùs, ergò hæc propositio concedenda est. Item Christus secundum quòd Deus & homo dicit plura, quam in quantum Deus, ergò vt sic est compositus, alioqui in quantum Deus & homo esset ità simplex sicut in quantũ Deus, quòd videtur absurdum. Prętereà, solus Deus in quantum Deus est simplicissimus, ergò prout Deus & homo est compositus. Sanè cum ex duabus naturis in Christo resultet vna persona, & duæ naturæ constituant illam, non video quare non dicatur vera compositio.

Obiectio.

Solutio.

Nomẽ cõpositus appellationẽ importat.

2. cõclũsio.

¶ Ad argumenta in principio posita. Ad primum respondetur, quòd ea, quæ in hac mirabili compositione adunantur non habent rationem partium, neque imperfectorum, propter quòd verissimè dicit D. Thomas. ad secũdum. Quòd hæc compositio non est ratione partium, sed ratione numeri ad sensum iam expositum. Et ideò compositum in hac compositione non est perfectius, quam diuinitas ex qua componitur. Aliqui Theologi concedunt, quòd Christus est extensiue perfectior diuinitate, non autẽ intensiuè. Extensiuè quidem, quoniã habet aliquã perfectionem formaliter, quã antea nõ habebat formaliter, sed non intensiuè, quia omne bonum humanitatis erat eminenter in diuinitate. Nobis autem visum est in cõmentarijs super primam partem, quòd Deus, & homo nullo modo est aliquid perfectius, quam Deus solus. Vt autem solutio assignata euidentius patefiat sciendũ est, quòd hæc compositio est ineffabilis, & nouus, & inauditus modus compositionis supra omnem ordinem naturæ, & est compositio, in qua omnis abest imperfectio, in qua ea, quæ componunt non sunt partes, nec dicunt aliquam imperfectionem, cum tamen sit cõpositio substantialis, estq; compositio in qua compositum non est perfectius altero cõponente, in qua falsissimum est & inopinabile quòd compositum prædicetur de cõponentibus, vt postea videbimus. Certè huic compositioni quadrat illud D. Augustini, si exemplũ poscitur non est singulare, sicut ergò vnionis duarum naturarum substantialium in vna persona non datur exemplum, sic non potest demonstrari exemplum huius ineffabilis cõpositionis,

Ad pri. arg.

Dignitas huius compositionis.

tionis,& sicut concedimus,quòd Christus Dominus exiſtit in Euchariſtiæ ſacramento,&tamen non poſſumus in naturalibus ſimilem modum inuenire,ſic nullus modus compoſitionis naturalis inuenitur ſimilis huic compoſitioni admirabili,quæ conſiſtit in hoc, quòd duæ naturę diuina,&humana conueniunt ad conſtituendam,& componendam geminam rationem ſubſiſtẽdi,ſcilicet, in natura diuina, & humana,ſic adeò quòd Chriſtus ſit perſona diuina & humana ſublatis omnibus imperfectionibus,quæ in alijs compoſitionibus reperiri ſolent.Hæc ſufficiãt pro primi argumẽti cõfutatione.¶Ad primã confirmationẽ dicendũ eſt,quòd Deus non venit in compoſitionẽ aliorũ vt pars,bene autẽ poteſt cõponere perſonã Chriſti modo iã expoſito.¶Ad ſecundã cõfirmationẽ reſpõdet D.Th.4. cõtra Gẽtes.c.49.ad 6.& ad 10.& in quæſtione de vnione verbi incarnati,quòd natura humana eſt ſimplicior quã Chriſtus Dominus, & quã verbum in quantum homo.¶Ad ſecundũ argumentũ principale,vt reſpõdeatur, ſciendũ eſt,quòd Gregor.Ariminenſis in 1.d.28.q.2. ad 18.concedit,quòd Chriſtus eſt humanitas, & diuinitas. Hoc modo loquendi vtitur D. Auguſt.tract.78.in Ioan.inquiens,quòd Chriſtus eſt Deus,& corpus,& anima. Eandem locutionem admittit.13.de Trinitate ca.17.&in enchiridio ca.38.& Leo Papa in epiſt.11.ad Iulianum.Damaſcenus li.3.ca.19. Bernardus li. 5.de conſideratione poſt medium. Nihilominus tamen illa propoſitio eſt erronea,& probatur in primis,quoniam eſt damnata in Concilio Conſtantienſi,ſeſsione 15.& numeratur inter errores Ioannis Hus.Deinde natura humana,& diuinitas non ſunt vnum cum patre, ſed Chriſtus eſt vnum cum patre,iuxta illud, Ego &pater vnum ſumus,ergò Chriſtus non eſt humanitas & diuinitas.Deinde nulla diuinitas eſt diuinitas & humanitas, Chriſtus eſt diuinitas,ergò non eſt humanitas& diuinitas. Præterea ſequitur,quòd Chriſtus non eſt diuinitas, ac ſubinde non eſt Deus . Probatur quod rectè ſequatur.Nam diuinitas,& humanitas non eſt diuinitas.Rurſus ſequitur,quòd Chriſtus non fuit ab æterno,quia diuinitas,& humanitas non ſunt ab æterno.Tandẽ ſequitur neceſſaria argumentatione,quòd diuinitas ſit humanitas & diuinitas, creator & creatura.Argumentatio neceſſaria hæc eſt. Chriſtus ſecundum Gregorium eſt humanitas, & diuinitas,ſed Chriſtus eſt diuinitas,ergò diuinitas eſt humanitas &diuinitas,creator &creatura.Ad ſanctos patres,qui prędictam propoſitionem concedere videntur, dicendum eſt, quòd loquuntur in ſenſu cauſali , in quo ſenſu vera eſt illa propoſitio,quoniã vnitas perſonæ Chriſti conſtat ex diuinitate, anima rationali,&carne,at iſte modus loquendi in ſenſu cauſali familiaris eſt,tùm Philoſophis , tũ Theologis,ſecundum quẽ ſenſum dicũt Philoſophi,ira eſt accenſio ſanguinis circa cor,id eſt,conſurgit ex tali accenſione.Illud eſt etiã obſeruandum,quòd tempore ſanctorum patrum quos commemorauimus,erant hæretici,qui in Chriſto Domino confundebant naturas,& aduerſus iſtos hæreticos, ſancti docebant,Chriſtum eſſe illa tria Deum,corpus, & animã,nihil aliud volentes ſtatuere,quã quòd in Chriſto eſſent illa tria diſtincta, & minimè confuſa.Certè idẽ Auguſt.lib.3.contra Maximinum ca.16.expreſſè ait,quòdDeus non eſt pars perſonæ Chriſti,quoniam aliâs Deus nõ eſſet perfectus & integer,ſed creuiſſet ex additione humanitatis.Sed dicet Theologus.Incidit ergò Gregorius in errorem damnabilẽ concedens talem propoſitionem.Reſpondetur, quòd ſuo tempore non erat celebratum Concilium Conſtantienſe,vel dicatur, quòd non apertè conſtat in quo ſenſu Concilium damnauerit talem locutionem, fortaſsis damnat ſumendo diuiſiue , & Gregorius intellexit,quòd Chriſtus eſt diuinitas,& humanitas complexiue,& quòd non diſtinguitur ab illis ſimul ſumptis. ¶ Igitur ad ſecundum argumentum negatur ſequela.Nam non omne cõpoſitum prædicatur de componẽtibus ſimul ſumptis,neq; omne compoſitũ eſt cõponentia.Nam albũ eſt habens albedinẽ, ſicut Chriſtus eſt habens diuinitatem,& humanitatẽ, at homo albus nõ eſt homo,& albedo,&corpus & albedo non prædicantur de albo,licet albũ cõponatur ex corpore,& albedine , igitur illud axioma Philoſophorũ quòd cõpoſitũ eſt cõponentia verũ eſt in cõpoſitis ex partibus eſſentialibus,vel integralibus, & quãtitatiuis, in alijs verò verũ nõ dicit.¶Ad tertiũ argumẽtum dicendum eſt,quòd argumẽtatio non eſt neceſſaria,quia variatur,vt ſuprà dictum eſt, appellatio.Sed vt hoc euidentiùs oſtendatur obſeruet Theologus , quòd hæc propoſitio, perſona filij Dei eſt cõpoſita, falſa eſt. Nã fit in tali propoſitione applicatio compoſitionis ad perſonã filij Dei,quæ ſimpliciſsima eſt.At verò ſi dicatur perſona filij Dei in quãtũ ſubſiſtit duabus naturis,aut ſi dicatur poſt incarnationẽ eſt cõpoſita, vera eſt propoſitio. Nã cũ illo addito non denotatur cõpoſitio cõuenire filio Dei ratione diuinitatis,ſed ratione ſubſiſtentiæ in duabus naturis, & ideò talis propoſitio vera eſt.¶Ad quartũ argumentũ duę adhiben-

Ad primã confirm.

Ad ſecũdã confirm.

Ad ſecũdũ principale.

Chriſtus nõ eſt humanitas & diuinitas. Auguſt. Leo. Damaſce. Bernar.

Vera ſolutio.

Ad tertium

Ad quartũ

adhibentur solutiones. Prior est, quòd illa regula non semper vera est. Nam Deus simpliciter & propriè dicitur mortuus, passus, & crucifixus, quamuis hæc prędicata cõueniant Deo & Christo, ratione humanæ naturæ, & nó possint conuenire personæ, nisi ratione humanæ naturę. Posterior solutio est, quod cum interuenit appellatio, bene potest aliquid prædicari de Christo, quamuis oppositum illius prorsus conueniat filio Dei, vt patet in hoc quod est collocari in prædicamento. Etenim Christus formaliter, & simpliciter dicendus est poni in prædicamento, cum tamen filio Dei oppositum conueniat omnino, & hæc sit falsissima, filius Dei ponitur in prædicamẽto. Imò illa prædicata, quæ collocãtur in argumẽto vt incipit esse, & est creatura, si ponatur in propositione aliquis terminus appellãs suprà humanitatem concedenda sunt de Christo, vt dicatur Christus in quantum homo incipit esse, & est creatura.

Aliud dubium.

¶ Aliud dubiũ mouet Caietanus de distinctione illa, scilicet, persona Christi dupliciter potest considerari, vno modo secundum illud, quod est in se, alio modo secundum rationem personæ & hypostasis. Cõtra hoc arguitur, nam persona Christi secundum quòd est in se, est persona, & contrariũ non potest intelligi, & secundum rationẽ personæ & hypostasis est id, quod in se est, ergò membra huius distinctionis coincidũt in suis rationibus formalibus. In huius dubij expositionem multa congerit, & coaceruat Caietanus, quæ mihi non videntur necessaria.

Solutio.

Nam id quòd dicit Diuus Thomas, apertam habet intelligentiam. Et sensus distinctionis hic est, quòd persona Christi potest considerari secũdum id quod est in se, id est, essentialiter, & intrinsecè ex generatione æterna. Alio modo consideratur secundum rationem personę, id est, secũdum quòd potest subsistere in aliqua natura, sicut re vera subsistit in duplici natura diuina, & humana. Vnde secundũ illud quòd in se est, habet rationem personæ diuinæ, vt argumentum efficaciter probat, sed secundũ quòd in se est, non habet omnem rationẽ personæ, scilicet, non habet rationem personæ humanæ. Hanc enim appellationem habet ex eo quòd subsistit in natura humana. Prima cõsideratio est certè consideratio personæ, sed determinatè, & definitè ad diuinam, secundum quod in natura diuina subsistit. Secunda vero consideratio, est consideratio personæ sed amplissima & vniuersalis comprehendens omnem rationem personæ siue diuinæ, siue humanæ, siue angelicæ, quarum omniũ rationem potest habere verbi persona, ac de facto habet rationem geminam personæ diuinæ, & humanæ, & hac consideratione posteriori secundum quod de facto habet hanc rationem geminam dicitur à Diuo Thoma persona composita in conclusione secunda.

Tertium dubium.

¶ Tertium dubium mouet Caietanus circa illud, quod dicit Diuus Thomas, quòd in Christo est alia, & alia ratio subsistendi, licèt Christus sit vnum subsistens in duabus naturis, hoc videtur esse falsum, nam in Christo est tantum vna subsistentia, & Christus est tãtum vna persona, ergò in Christo non est alia, & alia ratio subsistendi. Hoc ipsum confirmatur. Nam Diuus Thomas 4. contra Gentes c. 49. ad 3. & ad 5. expressè docet, quòd humanitas in Christo non habet propriam subsistentiam, sed trahitur ad subsistẽtiam verbi. Dein de ratio subsistẽdi est personalitas, vt omnes Philosophi & Theologi fatentur, ergò si in Christo Domino est alia, & alia ratio subsistẽdi, est alia, & alia personalitas, quod asserere à vera Theologia alienum est. Tãdem sic arguitur. Multiplicata ratione subsistendi multiplicari videtur subsistentia, sicuti multiplicata ratione albedinis multiplicatur & albedo, ergò si est in Christo alia, & alia ratio subsistẽdi, est alia, & alia subsistentia.

Vtrùm in Christo sit duplex ratio subsistẽdi.

Prim. argu.

Confirmat.

Secundum.

Tertium.

Ad hoc dubium dicẽdum est, quòd Diuus Thomas nó ponit duas subsistentias, sed ponit duas rationes subsistẽdi, ex eo quòd ratio subsistendi consideratur in ordine ad naturam in qua subsistit persona, & quia est gemina natura in Christo diuina & humana, ideò in Christo est alia, & alia ratio subsistendi. Alia enim ratione dicitur Christus persona diuina, & alia persona humana. Dicitur enim persona diuina, quoniã subsistit in natura diuina, dicitur persona humana, quia subsistit in natura humana. Rursus dicitur persona diuina, quatenus ex substantia patris ante sæcula est genitus, dicitur vero homo quatenus ex vtero virginis in sæculo est natus. Tandem dicitur persona diuina propter generationem æternam, dicitur homo propter generationem humanam & temporalem. Sed aduertendum est, quòd istæ duæ rationes subsistendi in Christo Domino non sunt duæ res realiter distinctæ, sed ratio subsistendi in natura diuina est relatio realis, scilicet, filiatio, per quam constituitur in esse filij. Ratio verò subsistendi in natura humana, est relatio rationis sicut & filiatio per quam Christus dicitur filius beatissimæ Virginis Mariæ per natiuitatem temporalem, prout infrà docet Diuus Thomas q. 35. artic. 5. Sed quicquid sit de hoc, Deus ex hoc quòd subsistit in natura humana nullam entitatem realem habet, quam

Solutio.

Nota.

quam antea non habebat, sed tantũ esse suum communicat humanitati. Illud etiam est obseruandum quod qui diceret in Christo non esse geminam rationem subsistendi non erraret in fide, dũmodo fateretur, quòd est Deus per naturam diuinam, & homo per humanã.

Dionysius Cartu. Sic affirmat Dionysius Cartusian. in 3. dist. 6. q. 8. Sed sententia D. Thomæ doctior est, &

Ad primũ. multo melior. ¶ Ad argumenta in contrariũ, & ad primum nego cõsequentiam. Iam enim demonstratum est quemadmodum in Christo est vna subsistentia, & est gemina ratio

Ad secũdũ. subsistendi in duplici natura. ¶ Ad secũdum negatur antecedens. Nam in Christo Domino est duplex definitio personæ. Alia enim est definitio personæ diuinæ, & alia est definitio personæ humanæ, at non numeratur persona in Christo Domino. Consimiliter in vnoquoque nostrum est duplex definitio hominis vna physica, altera metaphysica at non

Ad tertium numeratur homo. ¶ Ad tertium argumẽtum respondetur, quòd subsistentia est personalitas, & quoniam non numeratur subsistentia non numeratur personalitas. Hæc de isto articulo dicta sint.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm sit facta aliqua vnio animæ & corporis in Christo.

II Infr. q. 16. ar. 1. c. Et 3. dist. 6. q. 3. art. 1. Et 4. cõtra. 37. & 41. co. 2. Et op. 2. c. 225.

AD quintũ sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit vnio animæ & corporis. Ex vnione enim animæ & corporis in nobis causatur persona vel hypostasis hominis. Si ergo anima & corpus fuerũt in Christo vnita, sequitur quòd fuerit ex vnione eorum aliqua hypostasis constituta; non autẽ hypostasis verbi Dei, quæ est æterna. Ergo in Christo erit aliqua persona vel hypostasis præter hypostasim Verbi: quod est contra prædicta*.

* Arti. 2. & 3. præced.

¶ 2. Præterea, Ex vnione animę & corporis constituitur natura humanæ speciei. Dam. autem dicit in 3. lib. †. quòd in

lib. 3. orth. fid. c. 3. circa mediũ. Domino Iesu Christo non est communem speciem accipere. Ergo in eo non est facta animæ & corporis vnio.

¶ 3. Præterea, Anima non coniungitur corpori, nisi vt viuificet ipsum: Sed corpus Christi poterat viuificari ab ipso verbo Dei, quod est fons & principiũ vitæ. Ergo in Christo non fuit vnio animæ & corporis.

Sed contra est, quòd corpus non dicitur animatum nisi ex vnione animæ: Sed corpus Christi dicitur animatum: secundum illud, quod Ecclesia* cantat, Animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est. Ergo in Christo fuit vnio animæ & corporis.

In festo circuncis. Domini in laudibus.

Respondeo dicendum, quòd Christus dicitur homo vniuocè cum alijs hominibus, vtpote eiusdem speciei existens: secũdum illud Apostoli Philip. 2. In similitudinem hominum factus. Pertinet autem ad rationem speciei humanæ, quòd anima corpori vniatur: non enim forma constituit speciem, nisi per hoc, quod fit actus materiæ, & hoc est, ad quod generatio terminatur, per quã natura speciem intendit. Vnde necesse est dicere quòd in Christo fuerit anima corpori vnita, & contrarium est hæreticum: vtpote derogans veritati humanitatis Christi.

3. di. 2. q. 1. ar. 3. q. 3. & di. 7. q. 1. ar. 1. c. princip.

Ad primum ergo dicendum, quòd ex hac ratione moti videntur illi, qui negauerunt vnionem animæ & corporis in Christo: ne per hoc scilicet cogerentur personã nouam vel hypostasim in Christo inducere: quia videbant, quòd in puris hominibus ex vnione animæ ad corpus constituitur persona. Sed hoc ideo in puris hominibus accidit: quia anima & corpus sic in eis coniunguntur, vt per se existant. Sed in Christo vniuntur ad inuicem, vt adiuncta alteri principialiori, quod subsistit in natura ex eis composita: & propter hoc ex vnione animę & corporis in Christo non constituitur noua hypostasis, seu persona, sed aduenit ipsum cõiunctum personæ seu hypostasi præexistenti. Nec propter hoc sequitur quòd sit minoris efficaciæ vnio animæ & corporis in Christo, quàm in nobis:

quia ipsa coniunctio ad nobilius non adimit virtutem, aut dignitatem, sed auget: sicut anima sensitiua in animalibus constituit speciem, quia consideratur vt vltima forma, non autem in hominibus; quãuis in nobis sit virtuosior & nobilior: & hoc propter adiunctionem vlterioris & nobilioris perfectionis, scilicet animæ rationalis, vt etiam suprà dictum est*.

Ar. 2. huius q. ad 2.

Ad secundum dicendum, quòd verbum Damasc. potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt referatur ad humanam naturam: quæ quidem non habet rationem communis speciei, secũdum quod est in vno solo indiuiduo: sed secundum quod est abstracta ab omni indiuiduo, prout in nuda contemplatione consideratur: vel secundũ quòd est in omnibus indiuiduis. Filius autem Dei nõ assumpsit humanam naturam, prout est in sola consideratione intellectus, quia sic non assumpsisset ipsam rẽ humanæ naturæ: nisi fortè diceretur, quòd humana natura est quædam idea separata, sicut Platonici* posuerunt hominem sine materia: sed tunc filius Dei non assumpsisset carnem: contra illud quod dicitur Luc. vlt. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Similiter etiam non potest dici quòd filius Dei assumpserit humanam naturam, prout est in omnibus indiuiduis eiusdem speciei: quia sic omnes homines assumpsisset. Relinquitur ergo, vt Damasc.* postea dicit in eodem lib. quòd assumpserit naturam humanam in atomo, id est, in indiuiduo: non quidem in alio indiuiduo, quod sit suppositum vel hypostasis illius naturæ, quàm in persona filij Dei. Alio modo potest intelligi dictum Damasc*. vt non referatur ad naturã humanã, quasi ex vnione animæ & corporis non resultet vna communis natura, quæ est humana: sed est referendũ ad vnionẽ duarũ naturarum diuinæ scilicet & humanæ, ex quibus non componitur aliquid tertium quod sit quædam natura communis: quia sic illud esset natum prædicari de pluribus*: & hoc ibi intẽdit. Vnde subdit: Neque enim generatus est, neque vnquam generabitur alius Christus, ex deitate & humanitate, in deitate & humanitate Deus perfectus, idem & homo perfectus.

Citãtum in arg.

Vt patet in Arist. 1. metaph. tex. 6. & 15. per multos tex tus.

Lib. c. 3. 11.

Lib. 3. c. 11.

Lib. 3. ca. 3. in medio.

Ad tertium dicẽdum, quòd duplex est principium vitæ corporalis. Vnum quidem effectiuum: & hoc modo verbum Dei est principium omnis vitæ. Alio modo est aliquid principium vitę formaliter: cùm enim viuere, viuentibus sit esse (vt dicit Philosophus 2. de anima*) sicut vnumquodque formaliter est per formam suam: ita corpus viuit per animam. & hoc modo non ponitur corpus viuere per verbum, quod non potest esse corporis forma.

Lib. 2. tex. 37. tom. 2.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio.

COnclusio est affirmatiua, & probatur primo. Quoniã corpus non dicitur animatũ nisi ex vnione animæ, sed corpus Christi dicitur animatũ ergo in Christo fuit vnio animæ & corporis. Deinde Christus dicitur, & est homo vniuoce cum alijs hominibus, vt pote eiusdem speciei existens, pertinet autem ad rationem speciei humanæ quòd anima corpori vniatur, ergo in Christo anima corpori fuit vnita.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Conclusio articuli est de fide. Con. Ephe.

HÆc conclusio est certa secũdum fidem. Nam in Concilio I. Ephesino. c. 13. definitur, quòd Christus carnem animatã anima rationali sibi copulauerit. Idem definitur in Concil. Calcedon. actione. 5. Et in Concilio Constantinop. II. actione. 4. c. 4. Et in sexto Concilio generali quod est tertium Constantinop. actione. 11. in Epistola Sophronij Hierosolymitani. Eadẽ fides renouatur in Concilio Lateran. sub Innocentio III. Et habetur definitio in capit. firmiter, &c. sub his verbis, Christus est compositus ex anima rationali & humana carne. Et Athanasius in Symbolo, Perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens. Idẽ definiuit Alexã. III. in. c. cũ Christus de hæreticis. Et ratio D. Th. est euidens demõstratio in Theologia. Adducit alias rationes D. Tho. 4. contra gent. c. 37.

Calcedoné. Constãtino politano. Lateranen. Athanasius. Alex. III. D. Tho.

Sed

Sed nos addamus vnam duntaxat ea est. Nam secundum fidē Christus est verè mortuus, & verè resurrexit, sed nō potest demōstrari vera ratio, quare Christus sit mortuus, nisi quia anima quæ erat cōiuncta corpori ab eo est separata. Rursus nō potest dari vera ratio quare resurrexit nisi quia anima, quæ à corpore fuit separata iterū corpori fuit vnita, ergo secūdū fidē in Christo fuit vnio animæ & corporis. Probatur minor. Nam secundū diuinā Theologiā diuinitas nunquā est separata ab anima, aut à corpore. Quapropter verissimè dicit D. Tho. quòd opposita sententia est hæresis execrāda, dānata in antiquis tēporibus à Cōcilio Ephesino I. Ex hoc sequitur lapsum esse in hac parte Magistrū in. 3. d. 6. qui numerat hāc sententiam inter opiniones. Nec valet excusatio Scoti q. 3. ibidē inquientis, quòd post Magistri tēpora damnata est hęc hæresis ab Alexandro in cap. cum Christus. superius citato. Nam si vera sunt quæ dixi nuper, ante Alexādri tēpora damnata fuit in cōcilijs superius adductis. Ex definitione huius articuli & probationibus D. Tho. emergunt dubia quædam à nobis breuiter explicāda. ¶ Primū est. Vtrum Christus ratione huius cōpositionis, quæ est à natura humana ex corpore, & anima rationali dicatur verè, & propriè cōpositus? Sed de hoc dubio satis dictū est in præcedēti articulo. ¶ Secundū dubium est circa id quod dicit D. Tho. quòd Christus dicitur homo vniuoce, & eadē ratione cū cæteris hominibus. Hoc videtur falsum. Nam subsistētia, qua Christus est homo, & subsistētia, qua petrus est homo sunt diuersarū rationū, siquidem subsistentia Christi est increata subsistentia vero Petri est creata, ergo Christus non dicitur homo vniuoce, & secūdū eandē rationē. ¶ Deinde Christi persona est relatiua, siquidē est persona filij Dei, quę est relatiua, & nō resultās ex vnione animæ, & corporis, persona vero humana est absoluta & resultans ex vnione animæ, & corporis, ergo nō conueniunt in vna ratione. ¶ Itē de essentia istius hominis est natura diuina, & humana, & q̄ sit Deus & homo, hoc autem nō est de essentia aliorū hominum, ergo Christus nō est eiusdē speciei, & rationis cum alijs hominibus. ¶ Vltimo de Christo hoc nomen homo dicitur cōnotatiuè, & denominatiuè de cęteris vero hominibus absolute, ergo nō vniuoce. Maior argumēti probatur. Nam potest supponere, & non supponere pro eadē re ipsa manēte, quę est proprietas termini cōnotatiui. Patet hoc nā in triduo verbū nō erat homo, & antea erat homo. Idē patet si verbū nūc dimitteret humanitatē. Ad huius rei expositionē respōsio est, quòd dicitur vniuoce, alioqui nō esset verus homo, & eiusdē speciei nobiscū. Probatur primo. Christus est verus homo eiusdē speciei cum cæteris hominibus, ergo habet vniuocā rationem hominis, aliās enim nō esset verus homo. Secūdo probatur, secundū fidē Christus est animal rationale, & hæc est definitio & ratio hominis conueniēs omnibus hominibus, ergo dicitur Christus homo secūdū eandē rationē. Tertio Christus secundū fidē est cōpositus ex anima rationali, & corpore, at hæc est definitio hominis cōueniens omnibus hominibus ergo. Quartò, secundū fidē Christus est subsistēs in humana natura, & hoc conuenit omnibus hominibus ergo dicitur homo secūdū eandē rationē nobiscū. Ex quo arguitur: nomē est cōmune, & ratio nomini accōmodata eadē, ergo vniuocū. Vltimo quod generatur ex viuente nō potest dici eius filius nisi procedat in eandem speciē. Non enim vermis dicitur filius animalis ex quo generatur, at Christus est filius virginis Mariæ vt est verum secundū fidē, ergo sunt in eadē specie. Huic veritati cōsonāt scripturæ ad Philip. 2. In similitudinē hominum factus. Sermo est de similitudine specifica. Et Hebræor. 2. debūit per omnia fratribus assimilari. Ex dialectica solent peti alia argumenta circa hoc, sed quę ex Theologia adducta sunt fortissima videtur. ¶ Ad argumēta, & ad primū respondetur, q̄ subsistētia & personalitas pertinent ad rationem indiuidui & sunt extra essentiā speciei, & sic diuersa personalitas non tollit vnitatē specificā nec vniuocationē, quæ sumitur ex forma, & natura. Non ex principio indiuiduationis. Doctrina est D. Thom. supra arti. 3. ad tertiū, & per hoc patet solutio ad secundū facilè. ¶ Ad tertiū respondetur, quòd de ratione Christi in quantū homo, est quòd sit animal rationale, sed in quātum hic homo est Deus & homo, & hoc pertinet ad rationē indiuidui non ad rationem naturæ humanæ specificæ. ¶ Ad vltimum negatur maior, & ad regulam dialecticorum dicitur, quod omnino fallax, & deficiens est, vt etiam ipsi dialectici concedunt. ¶ Tertium dubiū difficilius est, Vtrùm diuinitas in Christo potuerit esse loco animæ, intellectus, & mentis, sic vt non indigeret alia anima? A parte affirmatiua sic arguitur. Nam tam admirabile sacramentum est, quod humanitas subsistat per esse diuinū in Christo, sicut quòd viuat per vitam diuinam, sed humanitas Christi subsistit per esse diuinum vt est certum secundum fidem ergo potest viuere per vitam diuinam, & sic non indigebit alia anima, quæ præstet vitam.

Magistri sententiarū lapsus.

Primum dubium.

Secundum dubium.

Primū arg.

2. Argumē.

Tertiū arg.

Vltimum.

Christus est homo vniuoce cum alijs hominibus.

Ad Phili. 2.

Ad Heb. 2.

Ad primū.

Ad secūdū.

Ad tertiū.

Ad vltimū.

Tertiū dubium.

Vtrùm diuinitas potuerit esse loco animæ?

Primum argumētum.

Secundum. Secundò, si diuinitas esset albedo & vniretur humanitati efficeret illam formaliter albã, at Deus est ipsa vita & infinita, ergo si vnitur carni facit illam formaliter viuam, & animatã.

Tertium. Tertiò, in hoc mysterio incarnationis Deus vnitur humanitati, & vt habet sana doctrina, personalitas diuina dat formaliter esse diuinum, & personalitas diuina dat formaliter humanitati personalitatẽ humanã. Hac de causa quia esse diuinũ est infinitũ, sed vita diuina est infinita, ergo copulata carni dabit formaliter viuere. Ex quo sequitur, quòd diuinitas in

Quartum. Christo habeatur loco animæ. Quartò arguitur, essentia diuina vnitur intellectui beato in ratione speciei intelligibilis, vt est communis opinio Theologorũ, quã explicat D. Tho. 1. p. q. 12. arti. 2. ad. 3. cuius hæc est ratio, quoniã Deus est forma intelligibilis, sed Deus est ipsa vita, ergo potest vniri in ratione vitæ, &

Quintum. animæ. Item si Deus separaret ab anima Christi intellectum, & voluntatem creatã, quod esse possibile vniuersi fere Theologi affirmãt, tũc intelligeret Christus per intellectũ increatũ, & amaret per volũtatem increatã, ergo potest diuinitas supplere vicẽ animæ & intellectus.

Vltimum. Vltimò anima rationalis secũdum Platonem vnitur corpori non vt forma, sed vt motor, vt auriga, sed Deus potest supplere vicem cuiuscumq; motoris, ergo potest supplere vicẽ animæ. Ad huius quæstionis expositionẽ sciẽdũ

Expositio. Arrius. est, quod Arrius hæreticus dicebat in Christo non fuisse animam, sed carnẽ duntaxat assumptam, cui diuinitas erat loco animæ. Rursus

Appollina. Apollinaris hæreticus aiebat fuisse in Christo animam sensitiuã sine intellectu, & mẽte, cui diuinitas erat loco intellectus & mẽtis. Vtrũq;

D. Tho. errorem destruit D. Tho. 4. contra gent. c. 32. &. 33. & nos confutauimus euidenter in superioribus: ostẽdimus nãq́ue, quòd Christus est perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens. Itaque de facto vtriusq; hæretici sententia est damnabilis, & execrabilis. Sed vtrum de potentia Dei

Capreolus. ãbsoluta hoc sit possibile, disputat copiose Capreolus in. 3. d. 5. q. 2. &. d. 14. q. 1. Et demonstrat esse prorsus impossibile, cuius istæ sunt demonstrationes. Prima, Deus nõ potest supplere causalitatem formãlem, nõ enim potest efficere album sine albedine, sed anima rationalis est causa formalis hominis, ergo non potest facere hominem sine anima rationali. Secunda, Deus non potest mutare essentias rerũ non enim potest facere hominem, qui non sit rationalis, sed de essentia hominis est anima rationalis, ergo, &c. Tertia, Deus non potest esse forma corporis, vt demonstrat euidenter D. Tho. 1. p. q. 3. art. 8. &. 1. contra gent. ca. 28. D. Tho. Sed verbum Dei est, Deus ergo nõ potest esse forma corporis, ac subinde non poterit vniri carni vt anima. Quarta, substractio vel additio principij essentialis variat speciẽ vt planè constat, sed de ratione hominis præcipuè est rationalis anima, ergo si subtrahas rationalem animam homo non erit. Vltimò, vniuersi sancti Patres à primordio Ecclesiæ vsque ad nostra tẽpora pro euidenti habent, quòd si Christus est homo habet animam rationalẽ, & veram carnẽ, nõ valentes intelligere quomodo posset esse verus homo sine rationali anima & vera carne. Et certè euidens est, quòd nemo potest intelligere per intellectum alienum, & quòd nemo potest viuere per vitam alienam.

¶ Ad argumẽta in contrariũ. Et ad primũ negatur consequentia. Nam vt Deus vniatur humanitati in ratione personæ non est necesse, quòd inhæreat humanitati, aut quòd sit forma intrinseca humanitatis, sed tantum est necesse, quod trahat humanitatẽ ad suũ esse, & sustentet humanitatem. Cæterùm vt vniatur humanitati in ratione animæ & vitæ, necessum est quod inhæreat humanitati & sit forma intrinseca humanitatis, quorũ vtrũq; repugnat diuinitati. ¶ Ad secundũ respõdetur, quòd si Deus esset formaliter albedo, & vniretur humanitati, nõ faceret illã formaliter albã nam nõ inhæreret humanitati neq; esset forma intrinseca humanitatis, sed essent in vna persona, sicut Deus modo est formaliter sciẽtia, & vnitur intellectui cuiuscunq; hominis, at non facit hominẽ formaliter intelligentẽ, quoniam non est forma inhærens intellectui. ¶ Ad tertiũ ex dictis in solutione primi patet quid sit dicendum, & patet euidentius: Nam in triduo vita diuina erat vnita corpori Christi in sepulchro, nec tamen illud corpus viuebat per vitam diuinam, quoniã nõ vniebatur illi per modũ formæ intrinsecæ, sed tantũ per modum sustentantis. ¶ Ad quartum negatur consequentia. Et dico nõ cõsistere similitudinem. Nam species concurrit ad intellectionẽ vt principiũ effectiuum, & ideo Deus potest supplere vicem speciei, sed anima & vita concurrunt formaliter, & ideo nõ tenet similitudo. ¶ Ad quintũ respondetur, quòd tunc fortasis anima nihil intelligeret per intellectum diuinũ. Nam certo certius est, quod nemo potest intelligere per intellectũ alienum, nec per intellectionem, quæ est in alio intellectu. Et certè si anima intelligeret per intellectũ diuinũ, & per intellectionẽ diuinã esset æquè intelligens sicut Deus. Secundò respõdetur melius. quòd tunc anima ipsa produceret intellectionem

Ad primũ in oppositum.

Ad secũdũ.

Ad tertium.

Ad quartũ. Notandum discrimen.

Ad quintũ.

ctionem sine intellectu & sic anima haberet vicē intellectus, nō autē diuinitas. ¶ Ad vltimum respōdetur, quòd illa sententia Platonis est hæretica, & dānata ab Ecclesia in Clemēti na vnica de summa Trini. & fide catholi. ¶ In solutione ad primū aduertendū est, quod in hoc mysterio incarnationis ita debemus loqui, vt dicamus, quòd ex vnione corporis & animæ non resultauit noua hypostasis simpliciter, sed q̄ istæ partes sic vnitæ adiūctæ sunt suppositō existenti ab æterno, ex quo resultauit natura humana, & persona humana, non propter nouā personalitatem sed quia natura humana de nouo adiuncta est suppositō præexistēti. Vnde D. Tho. 4. cōtra gent. c. 49. ad 7. asserit, quod persona verbi Dei quatenus est hic homo, id est, quatenus est persona humana constituitur per humanitatē. ¶ In solutione ad secundū circa illā sententiā Damasceni, filius Dei assumpsit naturā humanam in indiuiduo, quæ habetur in. 3. lib. de fide orth. capi. 11. aduerte, quod possumus eandē dupliciter intelligere. Vno modo vt illa particula in indiuiduo, determinet naturā, & sit sensus. Filius Dei assumpsit naturā in indiuiduo, hoc est singularē, & ista intelligētia est planissima, & nullā habet difficultatē. Et ita assumptioni prēintelligitur natura singularis assumpta. Verumtamē alia est mēs Damasceni, sumit enim ibi indiuiduū, vt idem polleat, quòd hypostasis: sicuti Boetius personā appellat indiuiduā substantiā, id est, substantiam per se separatim existentē, quæ non sustentatur ab alia perfectiori, & tūc est dubiū quomodo verificetur, quòd filius Dei assumpsit naturam in hypostasi. Nam videtur hęc verba prēferre, quòd assumpsit personā in hypostasi, & sic prēintelligitur assumptioni hypostasis. Sed dico q̄ illa particula, in indiuiduo, non determinat naturā, sed illud verbū assumpsit. Itaq; est sensus filius Dei naturam ita assumpsit, vt ex assumptione resultaret persona humana, quę quidē non est noua persona distincta à filio Dei, sed eadem quæ erat filius Dei nouiter se habens per adiunctionē naturę. Et hoc est quod Sanctus Thomas dicit in litera, assumpsit naturā in indiuiduo nō quidem in alio quod sit distinctū à filio Dei. Et ita explicat sentētiam Damasceni S. Tho. in. q. 4. art. 2. ad. 3. In eadē solutione, ad secundū aduerte quòd illa sentētia Damasceni, in Christo nō est communem speciē accipere, habetur in. 3. libro de fide orthodoxa. c. 3. & 16. Et mens Damasceni legitima est, quam explicat S. Tho. in secūda intelligentia, quod ex natura diuina & humana non resultauit in Christo vna species. Et ratio huius est, quoniā si ex tali vnione resultaret vna species illa esset multiplicabilis in indiuidua, & ex consequenti essent multi Christi. Tunc arguit Damascenus à destructione cōsequentis ad destructionem antecedentis, sed sic est, quòd neq; est, nec generabitur alius Christus, ergo sequitur quòd in Christo ex vnione naturæ diuinæ & humanæ non resultauit cōmunis species. Cæterum si Christus, qui est persona composita vellet generare, produceret hominem purum similem in natura humana. Et ratio huius est, quoniam omne generans generat sibi simile in natura, per quam generat, Christus autem non generaret per naturā diuinam, sed per humanam ergo filius genitus à Christo esset purus homo.

Ad vltimū.

Nota circa solutionē ad primū.

D. Tho.

Quomodo filius Dei assumpsit naturam in indiuiduo.

D. Tho.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm natura humana fuerit vnita verbo Dei accidentaliter.

AD sextum sic proceditur. 12
Videtur, quod humana natura fuerit vnita verbo Dei accidentaliter. Dicit enim Apost. Philip. 2. de filio Dei, quòd habitu inuentus est vt homo: Sed habitus accidentaliter aduenit ei, cuius est: siue accipiatur habitus, prout est vnum de decem prædicamētis, siue prout est species qualitatis. Ergo humana natura accidentaliter vnita est filio Dei.

1. q. 17. art. 1. c. Et 3. d. 6. q. 3. ar. 2. Et 4. cō. ca. 37. 41. & 49. Et vnio art. 1. co. & 13. Et opus. 2. cap. 21. Et Phil. 2. col. 5.

¶ 2. Præterea, Omne quod aduenit alicui post esse completum, aduenit ei accidētaliter: hoc enim dicimus accidens, quod potest & adesse & abesse alicui præter subiecti corruptionem. Sed natura humana aduenit ex tempore filio Dei, habenti esse perfectum ab æterno. Ergo aduenit ei accidentaliter.

¶ 3. Præterea, Quicquid non pertinet ad naturam seu essentiam alicuius rei, est accidens eius: quia omne quod est, aut est substantia, aut accidens: Sed humana natura non pertinet ad essentiam vel naturam diuinā filij Dei: quia non est facta vnio in natura, vt suprà dictū est*. Ergo oportet quòd natura humana accidētaliter filio Dei aduenerit.

Arti. 1. huius quæst.

¶ 4. Præterea, Instrumentum accidentaliter aduenit: Sed humana natura

in Christo fuit diuinitatis instrumentũ.
Li. 3. ort. fidei cap. 15. post med. Dicit enim Damascen*. in tertio libro: quòd caro Christi instrumẽtũ diuinitatis exiſtit. Ergo videtur q̃ humana natura fuerit filio Dei vnita accidentaliter.

Sed contra est, quòd illud, quod accidentaliter prædicatur, non prædicat quid, sed quãtum vel quale, vel aliquo alio modo se habens. Si ergo humana natura accidentaliter aduenirет, cùm dicitur, Christus est homo, non prædicaretur quid: sed quale, aut quantũ aut aliquo alio modo se habens. Quod est contra decretalem Alex. Papæ dicẽtis, Cùm Christus sit perfectus Deus & perfectus homo, qua temeritate audens quidã dicere, quòd Christus secũdum quòd est homo, non est quid?

Respondeo dicendum, quòd ad huius quæstionis euidentiam sciendũ est, quòd circa mysterium vnionis duarũ naturarum in Christo, duplex hæresis insurrexit. Vna quidem confundentiũ naturas: sicut Euthicetis & Dioscori, qui posuerunt quòd ex duabus naturis est cõstituta vna natura, ita quod confitentur Christũ esse ex duabus naturis, quasi ante vnionẽ distinctis: nõ autem in duabus naturis, quasi post vnionem naturarum distinctione cessante.

Alia verò fuit hæresis Nestorij & Theodori Mopsuesteni, separantiũ personas: posuerunt enim aliam esse personam filij Dei, & filij hominis, quas dicebant sibi inuicẽ esse vnitas. Primò quidem secundum inhabitationẽ: inquantum scilicet verbum Dei habitauit in illo homine sicut in templo. Secundò per vnitatem affectus, inquantum scilicet voluntas illius hominis est semper conformis voluntati verbi Dei. Tertiò secundum operationem: prout scilicet dicebant hominẽ illum esse verbi Dei instrumentũ. Quartò secundũ dignitatem honoris, prout omnis honor, qui exhibetur filio Dei, coexhibetur filio hominis propter coniunctionẽ ad filiũ Dei. Quintò secũdum æquiuocationẽ, id est cõmunicationem nominũ: prout scilicet dicimus illum hominẽ esse Deũ & filiũ Dei. Manifestum est autem istos omnes modos accidentalem vnionem importare. Quidam autem posteriores magistri, putantes se has hæreses declinare, in eas per ignorantiam inciderũt. Quidam enim eorum cõcesserunt vnã Christi personam, sed posuerunt duas hypostases siue duo suppositа, dicentes hominem quendam compositum ex corpore & anima à principio suæ conceptionis, esse assumptum à Dei verbo. Et hæc est prima opinio quam Magister ponit in 6. distinct. tertij lib. sententiarum*. Alij verò volentes seruare vnitatem personæ, posuerunt Christi animam non esse corpori vnitam: sed hæc duo separata ab inuicem, esse vnita verbo accidentaliter; vt sic non crescеret numerus personarum. Et hæc est tertia opinio, quã magister ibidem * ponit. Vtraque autem harum opi. incidit in hæresim Nestorij. Prima quidem: quia idem est ponere duas hypostases, vel duo suppositа in Christo, quod ponere duas personas, vt suprà dictum est*. Et si fiat vis in nomine personæ, cõsiderandum est, quod etiam Nestorius vtebatur vnitate personæ propter vnitatem dignitatis & honoris. Vnde etiã sexta Synodus definit anathema eum*, qui dicit vnam personam secundum dignitatem & honorem & adorationem, sicut Theodorus & Nestorius insanientes conscripserunt. Alia verò opinio incidit in errorem Nestorij, quantum ad hoc, quòd posuit vnionem accidentalem: hõ enim differt dicere, quòd verbum Dei vnitũ est homini Christo secũdum inhabitationem, sicut in templo suo (sicut dicebat Nestorius) & dicere quòd vnitum fuit verbũ Dei homini secundũ indutionẽ, sicut vestimẽto: sicut dicit tertia opinio, quæ etiam peius dicit aliquid, quàm Nestorius,

Dist. 6. §. 1. li. 3. sentẽ.

In lit. dist. &c.

Artic. 3. huius quæst.

Habetur in Synodo 2. Constant. can. 4.

scilicet

scilicet quòd anima & corpus nõ sunt vnita. Fides autem catholica mediũ inter prædictas positiones tenẽs, nõ dicit vnionẽ factã Dei & hominis secũdum essentiã vel naturam, neq; etiam secundum accidẽs: sed medio modo secũdũ subsistentiam seu hypostasim. Vnde in sexta Synodo* dicitur, Cùm multis modis vnitas intelligatur, qui iniquitatem Apollinarij & Eutichetis sequuntur, in teremptionem eorũ, qui conuenerunt tollentes (id est interimentes) vtrãque naturam, vnionem secundũ cõfusionem dicũt: Theodori autẽ & Nestorij sequaces, diuisione gaudentes, affectualem vnitatem introducũt. Sancta verò Dei Ecclesia, vtriusque perfidiæ impietatem reijciens, vnionem verbi Dei ad carnem secundũ cõpositionem cõfitetur: quod est secundum subsistentiam. Sic ergo patet, quòd secunda trium opinionum, quas Magister* ponit, quæ asserit vnam hypostasim Dei & hominis, non est dicenda opinio, sed sententia catholicæ fidei: similiter etiam prima opinio, quæ ponit duas hypostases, & tertia quæ ponit vnionẽ accidentalem, nõ sunt dicendæ opiniones, sed hæreses in concilijs ab Ecclesia damnatæ.

Habetur in conc. 2. Cõstãt. can. 4.

Li. 3. sentẽ. dist. 6.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd sicut Dama*. dicit in 3. lib. nõ necesse est omnifariã & indefectiuè assimilari exẽpla: quod enim est in omnibus simile, idem vtiq; erit, & nõ exemplũ, & maximè in diuinis: impossibile enim est simile exẽplum inuenire in omnibus, & in Theologia, id est in deitate personarum & in dispensatione, id est in mysterio Incarnationis. Humana ergo natura in Christo assimilatur habitui, id est vestimento, non quidẽ quantũ ad accidentalem vnionẽ: sed quantum ad hoc quòd Verbum videtur per humanã naturã, sicut homo per vestimentũ. Et etiam quantũ ad hoc, quòd vestimentum mutatur: quia scilicet formatur secundum figuram eius, qui induit ipsum qui à sua forma non mutatur propter vestimẽtum. Et similiter humana natura assumpta à verbo Dei est meliorata, ipsum autem verbum Dei non est mutatum: vt Augusti. exponit in lib*. 83. quæst.

Li. 3. ortho. fid. c. 26. in fine.

*1. 83. quæ. q. 73. non longè à fine tom. 4.

Ad secundũ dicendum, quòd illud quod aduenit post esse cõpletum, accidentaliter aduenit, nisi trahatur in cõmunionem illius esse completi: sicut in resurrectione corpus aduenit animæ prę exisstenti non tamen accidentaliter, quia ad idem esse assumetur, vt scilicet corpus habeat esse vitale per animã, nõ est autem sic de albedine: quia aliud est esse albi, & aliud est esse hominis, cui aduenit albedo. Verbum autem Dei ab æterno esse completũ habuit secundũ hypostasim, siue personam: ex tempore autem aduenit ei natura humana non quasi assumpta ad vnum esse, prout est naturæ, sicut corpus assumitur ad esse animæ, sed ad vnũ esse, prout est hypostasis vel personæ. Et ideo humana natura non vnitur accidentaliter filio Dei.

Ad tertium dicendũ, quòd accidẽs diuiditur contra substãtiam. Substantia autem (vt patet 5. Met*.) dupliciter dicitur. Vno modo pro essentia siue natura: alio modo pro suppositio siue hypostasi. Vnde sufficit ad hoc, quòd non sit vnio accidẽtalis, quòd sit facta vnio secundum hypostasim, licet non sit facta vnio secundum naturam.

Li. 5. meta. tex. 15. to. 3.

Ad quartũ dicendũ, quòd nõ omne quod assumitur vt instrumentũ, pertinet ad hypostasim assumentis, sicut patet de securi, & gladio; nihil tamẽ prohibet, illud quod assumitur ad vnitatẽ hypostasis, se habere vt instrumentum: sicut corpus hominis vel membra eius. Nestorius ergo posuit quòd natura humana est assumpta à Verbo solum per modum instrumenti, non autẽ ad vnitatem hypostasis. Et ideo nõ concedebat quòd homo ille verè esset filius Dei, sed instrumẽtũ eius. Vnde Cyrillus dicit in Epistola ad Monachos Aegypti,

Hunc Emmanuelem, id est Christũ, nõ tanquàm instrumẽti officio assumptũ dicit Scriptura, sed tanquàm Deũ verè humanatũ, id est hominẽ factum. Damascenus* autẽ posuit naturã humanã in Christo esse, sicut instrumentum ad vnitatem hypostasis pertinens.

*Li. 3. ort. fidei c. 15. à medio.

SVMMA TEXTVS.

PRima Conclusio est negatiua. ¶ Secunda conclusio, humana natura vnita est verbo Dei substantialiter. Has conclusiones (reiectis erroribus Eutichetis & Dioscori dicentium duas naturas in Christo fuisse in vna cõfusas, similiter Nestorij & Theodorij asserentium duas esse personas simul vnitas accidẽtaliter) probat D. Tho. Primò, quoniam illud quod accidentaliter prædicatur, non prędicat quid, sed quantum vel quale vel aliquo modo se habens: ergo si humana natura accidẽtaliter adueniret filio Dei, cùm dicitur, Christus est homo, nõ prædicaretur quid, sed quale vel quantum, aut aliquo alio modo se habẽs, quod est contra decretalem Alexan. Papæ, prout refert D. Tho. Secũdò, quoniam catholica Ecclesia prædictas hæreticorum impietates reijciens, vnionem verbi Dei, ad carnem secundũ compositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam, ergo humana natura vnita est verbo Dei substantialiter.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrũm hæc vnio sit accidentalis?

HActenus D. Thomas disputauit de termino, qui resultat ex admirabili vnione humanitatis ad verbum, deinceps aggreditur disputare de qualitate huius vnionis, an sit accidẽtaria? an substantialis? an aliquid increatum? an potius creatũ? & videtur certè, quòd hæc vnio possit dici accidentaria sine hæresis nota.

Primum argu.

¶ Nam quicquid aduenit enti in actu post esse completum accidẽtariè ei venit, sed humanitas aduenit filio Dei existenti in actu & ab æterno in esse cõpleto, & perfecto, ergo vnitur ei accidẽtaliter. Maior patet inductiue in omnibus, minor vero est fides catholica.

Secundum.

¶ Secundò, quicquid potest adesse & abesse subiecto præter subiecti corruptionem accidentariè ei vnitur, vt patet ex definitione accidentis, at humanitas potest adesse, & abesse filio Dei absque subiecti corruptione.

Tertium.

¶ Tertiò, accidit filio Dei, quòd homo sit. Nam nõ est de essentia filij Dei, quod homo sit, ergo

Quartum.

hæc vnio est accidẽtaria. ¶ Quartò, sacra scriptura nunquam vocat istam vnionem substãtialem, ergo qui asseruerit istam vnionẽ esse accidentariam non loqueretur contra scriptu-

ram. ¶ Vltimò, si hæc vnio est appellãda substantialis maximè quia est vnio in persona diuina, sed hæc ratio est nulla. Nam omnia accidentia intrinseca vniuntur in persona, at eorũ vnio est accidẽtaria ergo hæc ratio nihil probat.

Vltimum.

¶ Pro huius intelligentia est prima cõclusio. Hæc vnio secundũ fidem dicẽda est substãtialis. Sic definitur in Cõcilio Ephesino I. Canone. 2. Si quis non confitetur carni secundum substantiam vnitum Dei patris verbum anathema sit. Et Can. 13. habetur sic: Verbum substantialiter, ineffabiliter, incomprehensibiliter factus est homo. Idẽ definitur in 2. Concilio Constantinop. quod est quintũ generale actionẽ. 4. Can. 4. &. 5. Vbi habẽtur verba, quæ allegat D. Tho. ad finem articuli ex sexta generali Synodo. Idẽ definit Alexander III. in Epist. ad Remensem Episcopũ, quæ habetur in secũdo tomo Conciliorũ, cuius fragmẽtum extat in cap. cum Christus de hæreticis, vbi anathematizatur qui dixerit, Christũ non esse aliquid, id est, substantiã: & sermo est nõ de humanitate, nam de illa non poterat dubitari, quin sit substantia, sed de vnione humanitatis ad verbum. Rationes vero ex Theologia adductæ sunt euidentes.

Prima conclusio.

Hæc vnio est substantialis.

Concilium Ephesinũ.

Constãtinopolitanũ.

Prima est. Christus est verus homo, & vniuoce secundũ eandem rationem cum cæteris hominibus, sed si humanitas vniretur illi accidentaliter, nobis vero substantialiter, non esset homo vniuocè nobiscum. Nam nos diceremur homines substantialiter, Christus verò accidentaliter, substantia vero, & accidẽs non cõueniunt in vna ratione vniuoca, ergo hæc vnio est substãtialis. Secunda terminus generationis tẽporalis Christi Domini, & terminus generationis aliorũ hominũ sunt eiusdẽ rationis, sed si humanitas vniretur filio Dei accidẽtaliter nobis vero substãtialiter termini differrẽt specie, & genere, nam formaliter terminus generationis aliorũ hominũ est aliquid substantiale, terminus vero generationis Christi esset aliquid accidentariũ, ergo hæc vnio est substantialis. Maior probatur nam generationes sunt eiusdẽ speciei, & beata Virgo dicitur mater vniuoce cũ alijs. Confirmatur. Nam vniuersę mutationes, & motus habent speciẽ & denominationẽ ex termino ad quẽ, calefactio est accidẽtalis, quia terminatur ad accidẽs, generatio est substãtialis quia terminatur ad substantiã, sed terminus huius admirabilis vnionis terminatur ad substantiam, scilicet, esse hominis ergo est substãtialis. Confirmatur secũdo: nam generatio Petri est substantialis, ergo etiam hæc vnio est substantialis. Probatur consequentia. Nam Christus tam verè, tam substãtialiter est

homo

homo ſicut Petrus, vt videbimus infra q. 16. Tertia ratio, id quod vnitur eſt ſubſtantia, & dat denominationē ſubſtantialē, ſcilicet, eſſe hominis, ergo hæc vnio eſt ſubſtātialis. Certè vnio hominis & albedinis accidētaria eſt, quoniā albedo vnita accidēs eſt, & dat denominationē accidentariā, ſcilicet, albū eſſe, rurſus veſtis vnitur nobis accidētaliter, nā licet ſubſtantia ſit, non tñ præſtat denominationē ſubſtantialē: ſed accidentariā, eſſe veſtitū, eſſe cinctū partes hominis vniuntur ſubſtantialiter, quoniā ſunt ſubſtantiæ, & dant denominationem ſubſtantialē quòd ſit viuens, quòd ſit animal, ſed humanitas Chriſti eſt ſubſtātia, & præbet denominationem ſubſtantialem, ſcilicet, eſſe hominē ergo, &c. Vltimo, ea vnio cōſtituēda eſt, quæ requiritur, vt filius Dei dicatur, & ſit verè, & ſubſtātialiter homo, nam ſanctæ ſcripturæ appellant filiū Dei verū hominē, ſed nulla vnio accidētaria ad hoc ſufficit, ergo eſt vnio ſubſtātialis. Hæc latius fortaſsis dixi, quā par erat. Nam multi iuniores nō intelligūt iſtā vnionē eſſe ſubſtātialē, & mallent, quòd dicē

Durandus. retur accidētalis. Durand. in. 3. d. 6. q. 4. exiſtimat, poſſe dici, quod hæc vnio, quodāmodo ſit accidētaria nō quod humanitas ſit accidēs, ſed quoniam aduenit enti in actu, poſt eſſe cōpletū, tū vero quoniā poteſt adeſſe, & abeſſe filio Dei ſine ſubiecti corruptione. Tum tertiò, quoniā accidit filio Dei, quòd ſit homo, ſicut accidit animali quòd ſit homo. Et vocat Durandus hanc vnionem accidentalem, quoniam pertinet ad accidens quinti prædicabilis, non vero quòd ſit accidens vt diſtinguitur

2. Concluſ. contra ſubſtantiam. ¶ Secunda concluſio, hic modus loquendi Durandi, quòd hæc vnio ſit accidentaria non eſt vſurpandus à viro Theologo. Nam modus loquendi familiaris hæreticis, quo explicant dogma hæreticū cōtra ſanā doctrinam non eſt admittēdus à Theologis, quamuis patiatur aliquem ſenſum verū. Hac enim de cauſa ſancti Patres, licet à multis concedatur hęc propoſitio, Chriſtus eſt creatura, negant omnino illam, quoniam illa locutione loquebatur, & vtebatur Arrius ad ſuam hæreſim explicandam. Secundò, ille modus loquēdi depellēdus eſt etiā ab ſcholis, nam erat Neſtorij hæretici. Et profectò hic modus loquendi Durandi non conſonat rectæ philoſophiæ. Nam ex vnione accidētali nō reſultat

3. Concluſ. ſubſtātia. ¶ Tertia concluſio verum eſt, quod humanitas aduenit filio Dei quodāmodo accidentaliter in hoc ſenſu, quoniā poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionē, & quoniā non eſt de eſſentia filij Dei, neq; eius propria paſsio. Probatur nā filius Dei ſine ſui mutatione poteſt dimittere humanitatē, quā aſſumpſit, & eam iterū aſſumere, ſed qui iſtam interpretationē amplectitur ſenſum teneat, & linguā cohibeat, ne detur occaſio errādi. ¶ Ad argumēta, & ad primū reſpōdetur, q̄ id quod aduenit enti in actu aduenit accidētaliter niſi trahatur ad ipſum eſſe ſubſtātiale, ſicut in reſurrectione corpus aduenit animæ iam præexiſtēti nō tamē accidētaliter, ſed ſubſtantialiter, quoniā aſſumetur ad idē eſſe ſubſtātiale, vt ſcilicet, corpus habeat eſſe vitale per animā. Neq; eſt ſimilis ratio de albedine. Nā eſſe albi aliud eſt ab eſſe hominis, cui aduenit albedo. Non diſsimiliter quoniā humanitas trahitur ad eſſe filij Dei, nō eſt vnio accidentaria, ſed ſubſtātialis. ¶ Ad ſecundū eadē ſolutione reſpōdetur, alij verò dicūt & verè, quod ſi accidētaliter vſurpetur vt pertinet ad quintum prædicabile, id eſt, non eſſentialiter, vt ſit ſenſus, q̄ humanitas non eſt de eſſentia filij Dei, neq; eius propria paſsio, ſic humanitas vnitur filio Dei accidentaliter. Sed qui ſic ſentit linguā cohibeat, vt in cōcluſione admonuimus. Si vero accipiatur accidentaliter, vt diſtinguitur cōtra ſubſtātialiter, & vt accidēs diſtingui tur cōtra ſubſtantiā, ſic humanitas non vnitur accidētaliter ſed ſubſtātialiter. ¶ Ad tertiū reſpōdetur, quòd humanitas accidit verbo Dei, id eſt, nō eſt de eſſentia filij Dei vt ſit homo, cæterū nō eſt accidēs verbi Dei, quoniā trahitur ad idē eſſe verbi ſubſtantiale. ¶ Ad quartū reſpōdetur, q̄ ſacra ſcriptura in eo, in quo dicit filiū Dei eſſe hominē teſtatur apertè hanc vnionē eſſe ſubſtantialē. Nā nulla vnio accidētaria humanitatis ad verbū diuinū ſufficit, vt dicatur verè, & ſubſtātialiter homo. ¶ Ad vltimū reſpōdetur, quòd quātū colligitur ex doctrina huius articuli, potiſsime ex ſolutione tertij, aliud eſt vniri in perſona, aliud vniri ſecundū perſonā. Nam vniri in perſona importat vnionē in hypoſtaſi ſiue ſit ſubſtantialis, ſiue accidentalis. Vniri vero ſecundū perſonā importat pręciſè eam vnionē, in qua id, quod vnitur trahitur, vt ſubſiſtat formaliter per ſubſiſtentiā perſonæ, & talis vnio ex neceſsitate debet eſſe ſubſtantialis. Placet mihi hęc diſtinctio, quam approbat Caietanus hic. Nam licet D. Tho. 4. contra gent. cap. 41. pro eodem reputet vniri in perſona, & vniri ſecundū perſonam, hic in ſolutione ad tertiū ſubindicat differentiā dicēs, ſufficit vt nō dicatur vnio accidentalis, quoniam vnitur verbo Dei ſecundū hypoſtaſim, notate verbū ſecundum hypoſtaſim, & ſic facilè confutatur argumentum. ¶ Aliud dubiū eſt, Vtrum ſit aliqua vnio naturalis ſimilis huic vnioni, per quā veniamus

Ad primū argu.

Ad ſecūdū.

Ad tertium

Ad quartū.

Ad vltimū. Vniri in perſona, & vniri ſecūdum perſonam differunt.

Caietanus.

in cognitionem huius admirabilis vnionis? In hac re exponenda laborant egregij Doctores
Marsilius. in.3.d.1.in principio. Et optimè Marsil. q.1. sed in huius rei expositione D.Tho.in hoc articulo breuiter exponit omnia exẽpla rerũ naturaliũ, quibus hæc vnio assimilatur. Et in primis docet, quòd hæc vnio nõ aptè explicatur per vnionẽ accidẽtis ad subiectũ. Nam quomodocũq; cõsideretur accidens semper eius vnio cum subiecto est accidẽtaria, vnio verò humanitatis est substãtialis. Deinde accidens nunquã est aptũ natum esse per se, humanitas vero est apta nata esse per se siquidẽ est substãtia. Tertio accidẽs inhæret subiecto, humanitas verò nõ inhæret verbo, quoniam alioqui verbũ Dei esset subiectũ, & esset in potentia, nõ ergo quadrat hoc exẽplum, licet approbet illud Scotus in.3. d.1. q.1. & Gabriel ibidem.
Scotus. Gabriel.
¶In solutione primi explicat D.Thom. aliud exẽplũ, quo vtitur Paulus ad Philip.2. dicens de filio Dei, Habitu inuẽtus est vt homo. Pro cuius expositione notãdũ est, quod hęc sentẽtia Pauli habet varias expositiones. D.Chrys. interpretatur habitũ, pro specie & figura, vt sit sensus, quòd Christus est nobis similis in specie & figura. D. Ambrosius interpretatur habitũ pro exteriori cõuersatione, vt sit sensus, quòd filius Dei ex exteriori cõuersatione euidẽtibus argumẽtis cõpertum est, quòd sit homo. Hanc interpretationem amplectitur D.Tho.in cõmẽtarijs super Paulũ, cui consonat illud Baruc.3. In terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est. & Ioan.1. Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. D.Aug.lib.83. quęstionũ.q.73. interpretatur habitũ pro vestimẽto volens, quòd humanitas verbo patris vnita assimiletur vestimẽto. Cuius duplicẽ rationẽ assignat D. Tho. in argumento primo. Prima ratio est, quòd quemadmodum homo per vestimẽtũ videtur, ita verbũ diuinũ innotescit per humanitatẽ. Secunda quia quemadmodũ vestimẽtũ formatur secundũ figuram, eius, qui induit ipsum, & in se mutatur etiã si qui vestimẽto induitur nõ mutetur, ita humana natura assumpta à verbo per ipsam assumptionẽ est meliorata, & maximã suscipit dignitatẽ, ipsum verò Dei verbũ nulla ratione est mutatũ. ¶In solutione ad secundum exponit D.Tho. aliud exẽplũ, quo aptissimè explicatur hæc vnio admirabilis, quod ducitur ex vnione animæ, & corporis, de quo scribit D. Tho.4.contra gent.c.41. quod in rebus creatis nihil inuenitur magis simile huic vnioni, quã vnio animę & corporis. Hac similitudine vtitur Athanasius cum inquit, Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Eadẽ vtitur Leo I. in Epist. ad Iulianum.11. Cyrillus in Epistola ad monachos Ægypti, in qua explicat Conciliũ Ephesinũ. Iustinus Martyr in expositione de recta fidei cõfessione. D.Aug.lib. cõtra Felicianum. c.12. Caietanus fusissimè vt habetur in suis Opusculis in oratione ad Alexan. VI. Nam certè vnio accidẽtis cũ substantia quòd minimè quadret iam supra ostẽsum est. Similitudo vero de insitione, quã libẽter amplecti tur Marsilius. 3. p. q.1. art.1. quam accepit ex Leone I. in serm. de natali Domini, non omnino quadrat. Nã ramus insitus, est ante vnionem, humanitas Christi non est ante vnionẽ. Rursus ramus insitus sicut differt specie à trũco, cui inseritur sic & differt numero, & suppositio. Nam iuxta doctrinã Arist. 5. Metaph. tex. 12. ea quæ differũt specie differunt etiam numero, & suppositio, quamuis non econtra. Tertio ramus insitus nõvnitur toti arbori, humanitas vnitur toti verbo. Ex hac doctrina sequitur, quòd falsò existimat Durandus, q ramus insertus cõtinuatur cũ arbore præexistenti. Nam ea, quæ differunt specie cõtinuari non possunt. Quod siquis arguat in fauorem Durandi, nam caro & ossa cõtinuãtur alioqui homo nõ esset vnũ simpliciter, & tamẽ differunt specie. Rursus virga pro medietate viridis, & pro medietate sicca cõtinuatur, & tamẽ illæ partes differũt specie. Quod si neges cõtinuari: cõtra sequitur, quòd sit diuisa in omnẽ suã partẽ si cõtinuè arefit, nam in arefactione cõtinua omnes partes sunt diuisæ. ¶Respõdetur ad primũ quod illæ partes nõ differũt nisi accidentaliter, vnde informantur eadẽ forma substantiali. Nam iuniores qui dicũt, quod in homine sunt diuersæ formæ substãtiales delirant. ¶Ad secundũ respõdetur, quòd semper exsiccatur secundũ partes notabiles, vel dicatur, q illa pars, quæ arefit est cõtinua cum alia parte arefacta. Maneat ergo certũ, quòd optima similitudo ex naturalibus est vnio animæ, & corporis, quę in hoc sita est. Nã sicut anima rationalis vnitur corpori tãquã instrumento cõiuncto, & trahit corpus ad suã subsistentiã, & ad suũ esse, cui cõmunicat suũ esse, sic filius Dei ab æterno existẽs, vnitur carni tãquã instrumẽto cõiuncto, & trahit humanitatẽ ad sui existentiã. Quod vt euidentius intelligamus fingamus animam existere ante corpus, sicut de facto animæ mortuorũ existunt ante vnionem corporum in resurrectione faciendam, tũc anima aduenięti corpori dat suã existentiam, & resultat homo. Fingamus rursus quod anima dat esse corpori non informãdo, sic certè verbum diuinũ dat esse humanitati

Explicatur exemplum vnionis animæ & corporis.
D. Athana.
Marsilius.
D. Chryso.
D. Ambro.
D.Tho.
Baruc.3.
D. Augst.
D.Thom.
Leo Papa.
Iustinus. D. Augst. Caietanus.
Impugnatur similitudo de insertis.
Aristot.
Sententia Durand. de insertis falsa est.
Arguitur pro Durando.
Primũ arg.
Secundum.
Ad primũ.
Ad secũdũ.
Optima similitudo.

non

non informãdo, sed sustentãdo, sed hoc exẽplũ quálibet aptũ sit in nõnullis deficit. Nam anima vnitur corpori tanquã forma. Item ex vnione animæ & corporis nõ solum resultat vnus homo, sed vna natura. Tertiò, alterũ de altero nõ prædicatur, in nostro vero proposito Deus est homo, & homo est Deus, propter quod verissimè dicit August. in Epist. 3. ad Volusianum, si exemplũ quæritur nõ est singulare. Idẽ dicit D. Damascenus ferè eisdem verbis lib. 3. suæ Theologiæ ca. 26. ¶ In solutione ad quartũ D. Tho. exponit aliud simile, quod sumitur ex vnione instrumẽti cõiuncti ad causam principalẽ. Dicit enim Damascen. lib. 3. suæ Theologię. c. 15. Caro Christi instrumentũ extitit diuinitatis. Hoc exemplũ explicat D. Tho. eleganter in hac solutione pro cuius declaratione sciendũ est, quod instrumẽti vnio deficit ab vnione, qua humana natura verbo Dei est vnita. Tum quoniã instrumẽti vnio cuiuscũq; vt sic, vnio est formaliter loquẽdo in causando nõ in essendo, at vnio hęc mirabilis, de qua modo agimus formaliter & vt sic, vnio est in essendo. Tum etiam deficit, quoniã Christi humanitas nõ solũ vniebatur verbo vt instrumentũ solius verbi, sed reuera per cõparationẽ ad totã Trinitatẽ, ad Patrem, videlicet, & Spiritũ sanctũ etiam habebat veram instrumẽti rationẽ. ¶ Secundò notãdum quod humanitas per cõparationẽ ad verbum longè aliã instrumẽti rationẽ habebat, quam per cõparationem ad Patrẽ & Spiritũ sanctũ. Etenim verbũ non tantum cõmunicauit humanitati influxum ad operandũ, quem etiam cõmunicauit Pater & Spiritus sanctus, verum etiã cõmunicauit illi suã ipsius subsistentiam personalẽ, quã pater, aut Spiritus sanctus non cõmunicauit. Et hinc est quod actiones immanẽtes ipsius humanitatis, vt orare, progredi, comedere soli filio tribuãtur formaliter loquendo, tãquã supposito immediato naturæ, per quã exercebãtur illæ actiones, Patri vero, aut Spiritui sancto nõ tribuebãtur illæ actiones tãquã supposito, licet cõcurrerẽt effectiuè ad eas producẽdas, & efficiẽdas, tamẽ non sustentabãt eas tanquã supposita. Sustẽtare autẽ tanquã suppositũ naturã aliquã est prima radix & origo ad operandũ actione talis naturæ, ita vt talis actio tribuatur formaliter operãti. ¶ Tertiò notãdũ, q̃ quãuis secundũ rem quicquid vnitur, vt instrumentũ cõiunctum vniatur secundũ subsistentiã, & hypostasim, quæ res fuit in causa, vt D. Tho. 4. cõtra gent. ca. 41. declararet hãc vnionẽ mirabilẽ naturæ humanæ cũ verbo per vnionẽ instrumẽti coniuncti. Cæterum reuera ista declaratio à posteriori est, & à signo, à priori vero contra res se habet. Itaque ideò humanitas vnita est verbo Dei tanquã instrumẽtũ coniunctũ, quia vnita est illi secũdũ subsistẽtiã, & hypostasim, & in hac causali redditur ratio à priori, & propter quid à causis essendi. Quoniam vt paulò ante dicebamus subsistentia est principiũ, & origo actionis, quæ cõuenit instrumẽto vt sic, vniri ergo in subsistẽtia est causa vnionis in operando, & in ratione instrumenti, vniri vero vt instrumentũ etiã cõiunctũ est effectus vnionis in subsistẽtia. Hinc facilè cõciliantur Cyrillus in allegata Epistola ad monachos Ægypti, & Damasc. lib. 3. orthod. fidei ca. 15. qui est locus allegatus à D. Thoma ad quartũ, quorum ille negat humanitatem esse assumptam vt instrumentum, hic vero concedit, & ita conciliat D. Thom. eos in præsentia. Ipse vero D. Tho. multo profundius & altius loquitur in præsenti, quam olim in quarto: ibi siquidem loquitur à posteriori, hic vero à priori.

D. August. — D. Damasc. — Explicatur exemplum de instrumento coniuncto. Damascen. — Humanitas Christi aliter comparatur ad verbum aliter ad Patrẽ & Spiritũ sanctum. — D. Tho. — Concilian̄tur Cyrillus & Damascenus.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrùm vnio naturæ diuinæ & humanæ sit aliquid creatum.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd vnio naturæ diuinæ & humanæ, nõ sit aliquid creatũ. Nil enim creatum in Deo potest esse: quia quicquid est in Deo, Deus est: Sed vnio est in Deo: quia ipse Deus est humanæ naturæ vnitus. Ergo videtur, quòd vnio nõ sit aliquid creatum. 15 Inf. ar. 8. c. & 3. di. 2. q. 3. ar. 2. q. 3. 2. & d. 5. q. 1. arti. 1. q. 1. & d. 7. q. 2. ar. 1. c. & 4. con. c. 39. & 41.

¶ 2. Prætereà, Finis est potissimũ in vnoquoque: Sed finis vnionis est diuina hypostasis, siue persona, ad quã terminata est vnio. Ergo videtur, quòd huiusmodi vnio maximè debeat iudicari secundũ conditionem diuinę hypostasis, quæ non est aliquid creatum. Ergo nec ipsa vnio est aliquid creatum.

¶ 3. Prætereà, Propter quòd vnũquodque tale, & illud magis, vt dicit Philosoph. Sed homo dicitur esse creator propter vnionem. Ergo multò magis ipsa vnio non est aliquid creatum, sed creator. Poster. tex. 5. non lõgè à fine to. 1.

Sed contra, Omne quòd incipit esse ex tempore, est creatum: Sed vnio illa

ab æterno non fuit, sed incepit esse ex tẽpore. Ergo vnio est aliquid creatum.

Respondeo dicendum, quòd vnio, de qua loquimur, est relatio quædam, quæ cõsideratur inter diuinã naturam & humanam, secundũ quòd cõueniũt in vna persona filij Dei. Sicut autem in prima parte dictum est*, omnis relatio quæ consideratur inter Deum & creaturã, realiter quidẽ est in creatura (per cuius mutationem talis relatio innascitur) non autem est realiter in Deo, sed secundum rationem tantum: quia non innascitur secũdum mutationem Dei. Sic ergo dicẽdum est, quòd hæc vnio, de qua loquimur, non est in Deo realiter, sed secundum rationem tantùm: in humana autem natura, quæ creatura quædam est, realiter est: & ideo oportet dicere quòd sit quiddã creatum.

1.q. quæst. 13. art. 7.

Ad primum ergo dicendum, quòd hæc vnio non est in Deo realiter, sed secundum rationẽ tantùm, dicitur enim: Deus vnitus creaturæ, ex hoc q̃ creatura est realiter vnita Deo absque eius mutatione.

Ad secundum dicendũ, quòd ratio relationis sicut & motus dependet ex fine vel termino, sed esse eius dependet à subiecto. Et quia vnio talis non habet esse reale nisi in natura creata (vt dictũ est*) consequens est quòd habeat esse creatum.

In corp. ar.

Ad tertiũ dicendũ, quòd homo dicitur creator, & est Deus propter vnionẽ, inquãtũ terminatur ad hypostasim diuinã: Non tamen sequitur quòd ipsa vnio sit creator vel Deus: quia quòd aliquid dicatur creatum, hoc magis respicit esse ipsius, quàm rationem.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est. Vnio ista est aliquid creatum realiter in creatura existens, in Deo autem secundũ rationẽ tãtũ. Primò, quia omne quod incipit in tẽpore est creatũ sed vnio illa ab æterno non fuit, sed incepit esse in tempore, ergo est aliquid creatum. Deinde, vnio ista relatio quædam est, quæ inter diuinam, & humanam naturam consideratur, prout conueniunt in vna persona filij Dei, sed omnis relatio considerata inter Deum, & creaturam realiter est in creatura per cuius mutationem innascitur talis relatio, in Deo autem secundum rationem tantum, cum non nascatur secundum Dei mutationem. Vnde vnio ista est aliquid creatum realiter in creatura existens, in Deo autem secundum rationem tantum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vnio varia significat.

IN expositione huius articuli notandũ est, quod hoc nomen vnio est variæ significationis. In primis vnio significat actionem per quam res aliquæ vniuntur, quæ solet appellari vnitio. Deinde significat vnitatem, quæ ex rebus vnitis resultat, & hæc vnitas est aliquid absolutum habens aliquando esse accidentarium, aliquando vero substantiale. Tertiò sumitur vt importat relationem, quę consequitur ex actione, qua aliquæ res vniuntur, & ex vnitate, quę est terminus illius actionis. Certè in vnione animæ, & corporis est relatio vnionis inter corpus & animam, & est fundamentum huius vnionis, scilicet, vnitas substantiæ, & actio per quam anima corpori coniungitur, quæ nihil aliud est, quam actio generantis. Generans enim effectiuè vnit animam corpori. Non aliter in coniunctione humanæ naturæ ad verbum est relatio vnionis inter naturam diuinam, & humanam, & est fundamentum huius vnionis, scilicet, vnitas substantiæ, & personalitatis, & est actio, per quam humanitas coniungitur verbo Dei, quæ est communis Patri, Filio, & Spiritui sancto. Vnde D. Tho. in articulo sequenti ad secundum manifeste docet, quod pater vniuit naturam humanam filio, non sibi. De his omnibus diligenter differendum est. Et quidẽ facile patet, quod actio, qua humana natura vnita est filio Dei potest dupliciter considerari, vno modo vt est in Deo, alio modo vt est actio extrinseca extra Deũ. Túc dico primò, actio illa, vt est in Deo, nõ distinguitur ab essentia diuina. Nã hæc actio est volũtas efficax vniẽdi naturam humanã cũ filio Dei. Deus enim operatur per intellectũ, & voluntatẽ, hæc autẽ volitio euidens est q̃ sit ipse Deus, siquidem est in Deo, sicut dicimus, quod creatio actiua non distinguitur ab ipso Deo. Secundò, dico hæc actio coniunctionis prout est extra Deum nihil est aliud, quã Deum fieri hominẽ. Quemadmodum enim generatio hominis extrinseca tunc intelligitur quando anima coniungitur corpori, ita sane intelligitur vnio in actu exercito quãdo humanitas coniungitur verbo Dei.

D. Thom.

Actio vnionis dupliciter considerat.

Prima conclusio.

2. Conclus.

¶ Tertio

Tertia conclusio. ¶ Tertio dico. Hæc actio cõiunctionis prout recipitur in passo nihil aliud videtur esse, quam subsistere increatum communicatum in tempore naturæ humanæ, per quam communicationem natura ipsa humana mutatur susciptiẽdo tale esse. ¶ Quarto dico. Actio con

Quarta cõclusio. iunctionis prout ponit esse increatum cõmunicari naturæ humanę, & prout importat passionem in natura humana, est fundamentum vnionis, quæ est relatio inter naturã humanã, & diuinã. Hæc facillima videtur. ¶ Sed maior difficultas versatur de vnitate personali naturæ humanæ cum verbo diuino, quæ est termi nus huius admirabilis cõiunctionis, siue vt ita dixerim vnitionis, de qua duæ quęstiones inuestigãdæ sunt. Prima est, vtrum vnitas perso nalis naturę humanę cũ verbo sit aliquid crea

Vtrum vnitas personalis naturæ humanæ cũ verbo sit aliquid creatum? tũ? Secũda est, vtrum hęc vnitas personalis sit fundamentũ relationis creatæ inter naturam humanã, & diuinam? Et vt à prima quęstione exordiamur, videtur certè quòd hæc vnitas personalis sit aliquid creatũ. Nam vnitas per sonalis naturæ humanæ cum verbo incepit esse in tẽpore, vt planè fatetur fides, ergo est

Primum argu. aliquid creatũ. Probatur cõsequẽtia. Nam om ne quod incipit esse, creatũ est. Hac argumẽta tione vtitur D. Tho. in argumento sed contra ad probandũ, ꝙ vnio humanitatis ad verbum

Secundum. sit aliquid creatũ. ¶ Secundò, terminus huius admirabilis cõiunctionis, qui ex cõiunctione resultat est Deũ esse hominẽ, vel est quod humanitas vniatur verbo diuino secundũ perso nam, sed vterq; terminus est aliquid creatum, quod sic probatur. Nam in symbolo dicitur de filio Dei, Qui incarnatus est de Spiritu san cto ex Maria virgine, & homo factus est. & Ioan. 1. Verbũ caro factũ est. Si factũ est ergo

Tertium. creatũ. ¶ Tertiò, vnitas personalis naturæ humanæ cũ verbo est fundamẽtũ relationis creatæ, quæ versatur inter naturã humanã, & diuinam sibi inuicẽ vnitas, vt docet D. Tho. in arti culo, sed Deus nõ potest esse fundamẽtũ rela tionis creatæ, ergo illa vnitas nõ est Deus, sed

Vltimum. aliquid creatũ. ¶ Vltimò, vel relatio est idẽ cũ fundamẽto, vel distinguitur ab illo tãquã res à re, vt existimat Caiet. si est idem cum funda mẽto, & fundamentũ est increatũ, sequitur, ꝙ res creata sit increata, quod est impossibile. Si verò dicas, quòd distinguitur tanquã res à re sequitur, quòd Deus sit subiectũ accidentiũ. Nam relatio immediatè inhęret suo fundamẽ to, & relatio vnionis accidens est, & aliquid

Prima conclusio. creatũ. ¶ In huius rei expositionem est prima cõclusio, Vnitas personalis naturæ humanę cũ verbo est aliquid increatũ. Probatur, nã vna-

Hæc vnitas est aliquid increatum. quæque res per id ipsum per quod est ens est vna, quod patet inductiue in omni entitate, & vnitate, & patet euidẽti ratione. Nam vnũ nõ addit aliquã naturã supra ens, sed personalitas verbi diuini est entitas increata, ergo etiã vnitas personalis est increata. Secundò, vnitas personalis verbi nõ est mutata de increata ad creatã ex eo quòd est cõmunicata naturæ hu manæ, sed vnitas personæ secũdum se est increata, ergo etiã post coniunctionẽ mansit in creata. Explicatur hoc exẽplo. Nam sicut esse animæ rationalis, quod est substantiale id ipsum inuariatũ cõmunicatur corpori quando homo generatur, sic quãdo Christus genera tus est homo, humanitas eius est vnita ad esse filij Dei inuariatũ, & increatũ, quod habebat ab æterno, & verè sic erat. Nã subsistere sub stantiale verbi, in quo subsistit natura diuina, & humana substãtia, Deus est, quia verbũ est. Subsistit enim verbũ in natura diuina & hu mana eadẽ subsistentia omnino, in qua ambæ naturæ sunt indiuisę, quia est cõmunis vtriq;.

2. Conclus. ¶ Secũda cõclusio. Hæc vnitas personæ verbi cœpit cõmunicari naturæ humanæ in tẽpore non per mũtationẽ Dei, sed naturæ humanæ, quę susceperit illud esse. Explicat hoc Caiet. ele

Caietanus. ganti exẽplo. Si fingamus, ꝙ anima rationalis fuit ab ęterno & vniretur corpori de nouo nõ acquireret nouum esse, nec nouã vnitatẽ, sed suum esse antiquũ cõmunicaret corpori. Sic sane verbũ Dei patris ab æterno existens cõ municat de nouo suum esse humanitati, per quam cõmunicationẽ nõ producitur aliquod esse personale, sed antiquum & æternũ natu ræ humanæ communicatur. ¶ Ad argumẽta,

Ad argumẽta ad primum, & secundum. & ad primum & secundũ respondetur, quòd subsistere verbi diuini nõ incepit esse, sed hu manitas incepit subsistere per illud esse diui nũ, sicut si anima rationalis esset ab æterno, & nũc vniretur corpori tribuẽs illi suũ esse, esse animæ rationalis nõ inciperet esse, sed cõmu nicatio inciperet esse. Dico igitur distinctè, quod subsistere verbi, quod est vnũ in natura diuina & humana in Christo nõ incepit esse, sed communicatio incepit esse in tẽpore. ¶ In

Secunda quæstio. Vtrùm hęc vnitas sit fundamentum relatio nis creatæ. tertio & quarto argumẽto insinuatur secunda quęstio difficilis, Vtrum hęc vnitas personalis sit fundamentũ relationis creatæ? & pro parte negatiua præter argumẽta posita sic argumen

Primum argu. tor. Nam vnio materiæ, & formæ, quæ relatio est, nõ fundatur in altera parte tantum, sed in vtraq; vt est alteri cõiuncta, ergo vnio huma nitatis ad verbum non fundatur in vnitate personali verbi tantum, sed etiam in natura humana, vt est coniuncta verbo. Secundò fun

Secundum. damentũ vnionis, quæ est relatio, est effectus actionis diuinę, per quã humanitas copulatur & con-

& coniungitur verbo, ergo impossibile est, q̃ sit aliquid increatum, alioqui Deus esset effectus. Tertiò fundamẽtũ cuiuscũq; relationis, siue remotũ, siue proximũ est intrinsecũ rei, quæ refertur. Est enim secundũ Arist. vel quãtitas, vel actio, vel passio, vel ratio mẽsuræ, & mẽsurati, sed diuina personalitas nõ est intrinseca humanitati, quæ realiter refertur, neq; est aliquid illorum triũ fundamentorum, quæ ab Arist. sunt cõmemorata, ergo nõ est fundamẽtũ relationis creatæ. Quartò D. Tho. in articulo, & in solutionibus argumẽtorũ efficaciter colligit istã vnionẽ in humanitate esse aliquid creatũ, quoniam existit in humanitate, ergo si fundatur in personalitate diuina, est aliquid increatũ. ¶ Confirmatur. Nam relatio quæ est creaturæ ad Deũ fundatur in creatura, & non in Deo, at relatio vnionis in humanitate est relatio creaturæ ad Deum, ergo fundatur in creatura. Certè D. Tho. in solutione primi manifestè docet, quod Deus dicitur vnitus creaturæ, quia creatura est vnita Deo. Et in solutione secũdi & tertij dicit, quòd habet suum esse à fundamẽto. Secundò confirmatur nam vnitas personalis est terminus huius mirabilis vnionis. Nam vnio terminatur ad personalem vnitatẽ, ergo nõ est fundamẽtũ. Nam fundamentũ habet rationẽ principij nõ termini. De ista quæstione versantur tres opiniones. Prima est, quòd vnitas personalis verbi diuini est fundamẽtũ relationis creatæ, quæ est vnio, & hæc opinio est Caietani. Et habet pro se tria argumẽta. Primum est D. Tho. in initio articuli docet expressè, quod vnio hęc est relatio, quæ cõsideratur inter naturã diuinã, & humanam prout cõueniũt in vna persona filij Dei, ecce vnitas personalis est fundamẽtũ, & ratio huius vnionis. Secundò istæ duæ naturæ in Christo licet distent cõueniunt tamen in vna subsistentia, & persona filij Dei, ergo vnitas subsistentiæ est ratio, & fundamentum huius vnionis. Tertiò illud est fundamentum huius vnionis in quo cõueniũt duæ naturæ, & sunt indiuisæ sed sola subsistentia personalis verbi diuini est in qua cõueniunt ambæ naturæ, & sunt indiuisæ, ergo est fundamentum huius vnionis. ¶ Secunda opinio est quæ placet doctissimis viris interpretibus D. Thomę, quod fundamentũ huius relationis est humanitas, nõ absolutè, sed vt est assumpta & coniuncta verbo diuino, & suscipit esse diuinũ. Itaq; sicut natura humana in Christo non potest sustentare aliquod accidens, nisi prout subsistit subsistẽtia diuina, ita nõ potest sustẽtare hanc relationẽ creatã quæ est accidẽs nisi prout est coniuncta substantię diuinæ. Hæc opinio cõprobatur argumẽtis factis in principio dubij, & videtur esse expressa sentẽtia D. Tho. in solutionibus argumentorũ. ¶ Tertia opinio est Victorię, qui aiebat quod natura diuina, & humana sunt vnitæ in Christo, quia sunt indiuisæ, & habent vnũ esse, ideo hæc vnitas non est relatiua, sed absoluta. Secũdo humanitas dicebatur vnita verbo Dei, quia fuit assumpta ad esse verbi Dei, & hæc assumptio passiua est fundamẽtum relationis creatæ, quæ vocatur vnio, & ista distinctione cõfutabat omnia argumẽta Caietani, & veritatẽ explicabat. Hæc opinio mihi maximè probatur, sed quoniam opinio Caietani probabilior habetur inter Doctores necessum est vt argumẽta in oppositũ soluamus. ¶ Ad tertiũ argumentũ præcedentis quæstionis dicẽdũ est, nõ esse incõmodum asserere, quod vnitas personalis verbi diuini sit fundamẽtũ principale relationis creatæ, quæ est in natura humanã. Nam hac ratione dicitur vnita verbo, quoniã habet idẽ esse substãtiale. ¶ Ad quartũ respõdetur, quòd duplex est fundamentũ relationis. Vnũ est ratio fundandi, alterũ est fundamentum principale v. g. in paternitate ratio fundandi est generatio actiua, in filiatione vero ratio fundãdi est generatio passiua. Et istæ rationes fundandi existunt quando primum resultant istæ relationes. Cæterùm relationes ipsæ persistunt, & perseuerant quandiu perseuerat homo, qui genuit, & qui genitus est, etiã si rationes fundandi desinant esse. Fundamentum vero principale est potentia generatiua, vel potius ipsa subsistentia. Sic similiter in nostro proposito ratio fundandi hãc vnionẽ est assumptio passiua humanitatis ad verbũ diuinũ, sed fundamẽtum principale est vnitas personalis verbi diuini. Quibus positis dicẽdũ est, quod hæc relatio vnionis nõ distinguitur à fundamẽto, & fundatur in passione, si sermo sit de fundamẽto, vt est ratio fundãdi. Nunc oportet respondere ad alia argumẽta, quæ fecimus cõtra placitũ Caiet. Et ad primũ respõdetur, quòd nõ erraret, qui diceret, q̃ subsistẽtia substantialis est fundamẽtũ vnionis materiæ & formæ. Nã materia & forma hac ratione dicuntur vnitæ, quoniã habẽt idẽ esse. Secũdo dico nõ cõsistere similitudinẽ. Nam ex materia, & forma in rebus creatis resultat noua subsistentia, sed in Christo ex diuinitate, & humanitate vnitis nõ resultat noua existẽtia, & ideo nõ est ibi in quo fundetur vnionis relatio, nisi in existẽtia verbi diuini, quæ de nouo naturę humanę cõmunicatur. ¶ Ad secũdũ respõdetur, q̃ fundamẽtũ vt est ratio fundãdi est aliquid creatũ vt iam dictũ est, & tale fundamentũ est effectus

actionis

Tertium. Quartum. Confirm. 1. Confirm. 2. 1. Opinio. Caietanus. Primũ argumentum pro ista opinione. Secundum Tertium. 2. Opinio. 3. Opinio M. Victor. Ad tertium argumentũ præcedẽtis quæstionis. Ad quartũ. Duplex est fundamentum relationis. Ad primũ. Ad secũdũ.

actionis diuinæ, fundamentũ vero principale est aliquid increatũ, vt iam dictũ est, scilicet, personalitas verbi diuini. ¶ Ad tertiũ respondetur, quòd existẽtia verbi diuini satis intrinseca est ipsi naturæ humanæ. Nam per illã existit natura humana, nec est necesse quòd sit intrinseca, sicut quãtitas, aut qualitas, imo est intrinseca maiori cõiunctione, scilicet, hypostatica. ¶ Ad quartũ respõdetur D. Tho. efficaciter colligere istã relationẽ humanæ naturæ esse aliquid creatũ, ex eo quod est existens in natura humana tanquã in subiecto. Existẽtia vero verbi diuini non existit in natura humana tãquã in subiecto, sed existit in persona verbi incarnati ratione vnionis hypostaticæ, & ideo non est creata. ¶ Ad primam confirmationem respondetur iam esse à nobis expositũ quemadmodũ fundamẽtum, vel ratio fundandi sit assumptio passiua humanitatis, quæ nõ distinguitur realiter ab ipsa humanitate, nec vero ab ipsa relatione, sed fundamentum principale est personalitas verbi diuini, prout cõmunicatur naturę humanæ. ¶ Ad secundã cõfirmationẽ respõdetur, quòd vnitas personalis verbi diuini habet rationẽ principij & termini diuersa ratione. Principij quidẽ in quantũ per illã subsistit natura humana, termini vero inquantũ ad hypostasim diuinã refertur vnio humanitatis. Quemadmodum si duo corpora haberent eandẽ quantitatẽ certè essent æqualia, sed huius æqualitatis fundamẽtum nõ distingueretur realiter à termino, sed sola ratione, sic existẽtia diuina prout est in natura humana est fundamẽtũ, prout est in ipso verbo est terminus. Hæc respondent viri doctissimi obscure quidẽ pro defensione Caiet. Nũc supereſt disputarẽ de ipsa vnione, de qua Doctores primo quærũt, an hæc vnio sit relatio? Secundò vtrum natura humana & diuina vniãtur per relationem, an per aliquid absolutum? quæ disputat Capreolus in 3. d. 5. q. 1. cõtra Aureolum. Et nota quod licet hęc vnio sit relatio, nõ sequitur quòd Deus & homo, sint vnũ per relationẽ, vt putat Aureolus, sicuti similitudo præcisè est relatio, sed non dicimur similes per relationẽ sed per albedinẽ. Sed & Capreolus docet, quod in Christo Iesu est quædam vnitas absoluta, ex qua consequitur vnio, quæ est relatio, sed nõ quiescunt Theologi, & interrogãt quomodo Deus realiter sit vnitus humanitati, & tamẽ hæc vnio sit relatio rationis. Sed hanc quæstionem eleganter disputat D. Tho. 1. p. q. 13. arti. 7. Vbi demonstrat, quod omnis relatio Dei ad creaturã est relatio rationis. Circa solutionẽ ad secũdũ est notandũ discrimẽ inter entia omnino absoluta, & inter ea, quæ aliquo modo dicũt relationem, siue sint de prædicamẽto relationis, siue sint transcendentaliter relatiua, quòd entia prioris generis ab intrinseco habẽt omnẽ suã entitatẽ tam genericã quam specificã, vt substantia, & albedo, at illa: quæ dicũt relationẽ, licet rationẽ genericã sumant ab intrinseco, tamen ratio specifica, & vltima differentia ab extrinseco sumitur, vt patet in habitibus, & virtutibus, quarũ specificatio ex obiecto extrinseco pensanda est. ¶ In solutione ad tertiũ ait D. Thom. quòd homo est Deus propter vnionẽ in quãtum vnio terminatur ad hypostasim diuinam. Qua forma locutionis vtitur etiã infra q. 16. art. 1. ad. 4. & art. 6. Sed videtur falsa. Primò, quia falsum est, quod vnũ extremum sit aliud, quia vnio terminatur ad illud, alioqui corpus esset anima, quoniã vnio corporis terminatur ad animam. Secũdò quia si hoc verum sit sequitur, quod homo est Deus non substantialiter, sed relatiuè, quia est Deus propter vnionẽ, quæ est relatio, atq; adeo sequitur, quod est Deus propter creaturã, imo propter accidẽs creatũ. Respõdetur quòd hęc solutio D. Thom. est verissima si accipiatur vnio pro actione vniẽdi, quia hæc actio est veluti via per quã humanitas trahitur, & assumitur ad vnionẽ hypostaticam, ac proinde sicut Petrus est homo propter generationem quæ terminatur ad suppositum Petri, sic homo est Deus propter vnionẽ, quæ terminatur ad esse substantiale verbi diuini. Et hic sensus licet verus sit, nõ tamẽ videtur intentus à D. Tho. quia in hac solutione manifestè loquitur de vnione, quæ est relatio. Hæc obiectio malè torquet Caieta. & vertit se in omne latus, vt explicet hanc sententiã de vnione, quę est relatio. Verum mihi videtur, quod sine causa turbatur Caiet. quia sensus est quòd homo dicitur Deus, & econtra propter vnionem quæ est relatio, nõ quòd esse hominẽ cõpetat Deo relatiuè, sed quoniam hæc vnio aduenit Deo sine sui mutatione, quæ est proprietas relatiuorum. Itaq; & importat consequenter relationem, & habet proprietatem relatiuam.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

Ad primam confir.

Ad secundã confir.

Quæstiones de hac vnione.

Capreolus.

D. Thom.

Explicatur quomodo Christus dicatur Deus propter vnionem.

Caietanus.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrùm vnio Verbi incarnati sit idem quod assumptio.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd idẽ sit vnio quod assumptio. Relationes enim sicut & motus specificantur secundum terminum: Sed idem est

est terminus assumptionis & vnionis, scilicet diuina hypostasis. Ergo videtur quòd nõ differãt vnio & assumptio.

¶ 2. Præterea, In mysterio Incarnationis idem videtur esse vniens & assumens, vnitum & assumptum: Sed vnio & assumptio videntur sequi actionem & passionem vnientis & vniti, vel, assumentis & assumpti. Ergo videtur idem esse vnio quod assumptio.

Li. 3. ort. fidei cap. 11. ¶ 3. Præterea, Damasc. dicit in 3. lib. Aliud est vnio, aliud incarnatio: nã vnio solam demonstrat copulationem; ad quẽ autem facta est copulatio, non adhuc: humanatio autem & Incarnatio determinant, ad quem sit facta copulatio. Sed similiter assumptio non determinat, ad quẽ facta sit copulatio. Ergo videtur vnio idẽ esse quod assumptio.

Sed contra est, quòd diuina natura dicitur vnita, non autem assumpta.

Respondeo dicendum, quòd sicut Art. præce. dictum est*, vnio importat relationem quandam diuinæ naturæ & humanæ secundum quod conueniũt in vna persona. Omnis autem relatio, quæ incipit esse ex tempore, ex aliqua mutatione causatur: Mutatio autem consistit in actione & passione.

Sic ergo dicendum est, quòd prima & principalis differentia inter assumptionem & vnionem est, quòd vnio importat ipsam relationem: assumptio autem actionem, secundum quam dicitur aliquis assumens, vel passionẽ, secundum quam dicitur aliquid assumptum.

Ex hac autem differentia accipitur secundò alia differẽtia: nam assumptio dicitur sicut in fieri, vnio autem sicut in facto esse: & ideo vniens dicitur esse vnitum, assumens autem non dicitur esse assumptum. Natura enim humana significatur, vt in termino assumptionis ad hypostasim diuinam, per hoc quòd dicitur homo. vnde verè dicimus, quòd filius Dei qui est vniens sibi humanam naturam est homo. Sed humana natura in se considerata, id est in abstracto, significatur vt assumpta: non autem dicimus quòd filius Dei sit humana natura.

Ex eadem etiam sequitur tertia differentia, quòd relatio præcipuè æquiparantiæ non magis se habet ad vnum extremum, quàm ad aliud; actio autẽ & passio diuersimodè se habẽt ad agẽs & patiens, & ad diuersos terminos. Et ideo assumptio determinat terminum à quo, & ad quem: dicitur enim assumptio quasi ab alio ad se sumptio. Vnio autem nihil horum determinat: vnde indifferenter dicitur, quòd humana natura est vnita diuinæ, & econuerso. Non autem dicitur diuina natura assumpta ab humana, sed ecõuerso: quia humana natura adiuncta est ad personalitatem diuinam, vt scilicet persona diuina in humana natura subsistat.

Ad primum ergo dicendum, quòd vnio & assumptio non eodem modo se habent ad terminum, sed diuersimodè: sicut dictum est*. In corp. ar.

Ad secundum dicendũ, quòd vniẽs & assumens non omnino sunt idem: nã omnis persona assumens est vniens, non autem econuerso. Nam persona Patris vniuit naturam humanam Filio, non autem sibi: & ideo dicitur vniens, non assumens, quasi ad se sumens. Persona autem filij, quæ sibi humanam naturam vniuit, est vniens & assumens. Et similiter non est idem vnitum & assumptum: nam diuina natura dicitur vnita, & non assumpta.

Ad tertium dicendum, quòd assumptio determinat, cui facta est copulatio ex parte assumentis, inquantum assumptio dicitur quasi ad se sumptio, sed Incarnatio & humanatio ex parte assumpti, quòd est caro vel natura humana. Et ideo assumptio differt ratione & ab vnione, & ab Incarnatione seu humanatione.

SVMMA

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est. Vnio & assumptio tripliciter differunt. Primò, vnio importat relationem ipsam inter res vnitas, assumptio verò importat actionem secundum quam dicitur aliquis assumens, vel passionem secundũ quã dicitur aliquid assumptum. Hanc differentiã ostendit D. Thomas in hoc mysterio incarnationis, vbi per assumptionem actiuam ipsius Dei, & passiuam humanæ naturæ consurgit vnio, quæ est relatio duarum naturarum. Secunda differentia est, quòd assumptio dicitur sicut in fieri, vniovero sicut in facto esse. Hæc differentia explicatur ex eo quòd vniens dicitur esse vnitum, hoc est, vnitum prædicatur de vniente dicendo, hoc est illud. Assumptũ autem non prædicatur de assumente. Dicimus enim filius Dei, qui est vniens sibi naturam humanam est homo, sed quia natura humana in abstracto significatur, vt assumpta non dicimus filius Dei est natura humana. Tertia differentia est, quòd assumptio determinat terminum à quo, & ad quẽ ipsius actionis, vnio verò nihil horum determinat. Hoc patet, quoniam assumptio habet rationem actionis, & passionis, actio vero, & passio determinant vtrumque terminum, & à quo, & ad quem, vnio autem importat relationem æquiparantiæ, quæ non magis determinat vnum extremum quam alterum. Quapropter indifferenter dicitur natura humana est vnita diuinæ, & natura diuina est vnita humanę, non autem dicitur natura diuina assumpta ab humana, sed è conuerso.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrũ terminus assumptionis sit aliquid absolutũ, vel relatiuum. Prim. argu.

IN hoc articulo instituit D. Thomas Theologũ, quemadmodũ debeat loqui de mysterio incarnationis dominicæ per hæc nomina vnio, assumptio, incarnatio, humanatio. In cuius rei expositionem dominus Caietanus multa profert. Nos breuiter rem expediemus, explicabimusque quid sit assumptio, & quomodo differat ab vnione & incarnatione. Est igitur dubium difficile ad explicandum quid sit assumptio, quis est terminus huius admirabilis assumptionis, est ne aliquid absolutum, an aliquid respectiuum? & videtur certè, quòd terminus sit relatio. Nam si esset aliquis terminus absolutus huius assumptionis maximè esse personale verbi diuini, sed istud esse non est terminus assumptionis, ergò nullus manet terminus absolutus assumptionis. Probatur minor. Nam terminus actionis nõ præexistit actioni, sed sequitur ad ipsam, sed esse personale verbi diuini præexistit ante assumptionem, ergò non est terminus assumptionis.

Secundum.

¶ Secundò, per assumptionem istam nihil acquiritur nisi relatio vnionis, ergò ipsa est terminus assumptionis. Consequentia inde probatur. Nam id est terminus actionis, quod acquiritur per actionem. Probatur antecedens. Nam per assumptionem istam nõ acquiritur humanitas, siquidem humanitas præintelligitur ante assumptionem, vt optimè demõstrat D. Thom. infrà q. 4. artic. 2. & 3. non acquiritur esse personale Dei, nam istud esse non acquiritur per actionem temporalem.

D. Thom.

Confirmat.

¶ Hoc idem confirmatur, & explicatur. Nam per assumptionem istam non producitur persona verbi, vt planè constat, neque vero humanitas, neque rursus partes humanitatis ipsius, neque aliquid substantiale, quod sit in humanitate. Nam humanitas Christi nihil habet substantiale amplius, quam quæcunque alia humanitas, ergò non restat quid producatur in Christo nisi sola vnionis relatio.

Vltimum.

¶ Vltimò terminus huius assumptionis nõ est verbum, neque humanitas. Nam neutrum per illam assumptionem producitur. Neque verbum, & humanitas simul, alioqui verbum & humanitas simul, essent aliquid productum & assumptum, quod asserere est alienum à vera Theologia. In hoc dubio Scotus in 3. dist. 1. quæst. 1. tenet, quòd hæc assumptio terminatur ad relationem vnionis. Itaque ex hac assumptione admirabili nihil aliud resultat, quam vnio, id est, quòd humana natura sit vnita verbo. Quemadmodũ, inquit, in resurrectione mortuorum actio diuina quæ suscitat mortuos non habet pro termino nisi relationem vnionis, scilicet, quòd corpus animæ vniatur, & copuletur. Idem sentit Gabriel in eadem distin. q. 1. eandem sententiam amplectitur Durandus in 3. dist. 5. quæst. 2. quòd si conficias argumentum ex doctrina Arist. 5. Physic. text. 10. quòd actiones non terminantur ad relationes. Respondent isti doctores id verum esse de relationibus intrinsecis, quæ collocantur in prædicamento relationis, sed non esse verum de relationibus extrinsecis. Nam ad vbi & ad habitum est per se motus, & operatio, & huiusmodi est relationis vnio. Relatio intrinseca ab his autoribus appellatur quæ cõsequitur positis fundamento, & termino, huiusmodi sunt paternitas, similitudo &c. Illa vero est relatio extrinseca, quæ non necessario sequitur positis fundamento, & termino. Nã posito Petro, & posito loco non necessario consequitur respectus de prædicamento vbi. Non dissimiliter posita diuinitate, & humanitate non necessario sequitur vnio, & ideo numeranda

Scotus.

Gabri. Durandus.

Duplex relatio, intrinseca ex extrinseca.

meranda venit inter relationes extrinsecas.

2.Cõclusio ¶ Pro expolitione veritatis est prima conclu sio. Secundum fidem Catholicam asserendum est terminum huius admirabilis assumptionis esse aliquid absolutum, & non respectiuum. Huius conclusionis istæ sunt demonstrationes. Primò, secundum fidem Catholicam, hęc assumptio terminatur ad substantiã, & est mutatio substantialis, vt demonstratum est à nobis, suprà artic. 6. ergò secundum fidem Catholicam terminus huius assumptionis est aliquid absolutum, & non respectiuũ. Probatur consequentia. Nam est euidens contradictio, quòd terminus sit substantia & homo substantialiter, & quòd sit aliquid relatiuum. Secunda demonstratio. Si terminus huius admirabilis assumptionis est aliquid respectiuum, sequitur quòd Christus in quantum homo non sit aliquid, neque substantia, sed ad aliquid, vel quale, vel quãtum, vel alio modo se habens, consequens est anathematizatum ab Alexandro tertio in cap. cum Christus de hæreticis. Quòd rectè sequatur patet. Nam si terminus huius actionis est aliquid respectiuum, Christus qui resultat in quantum homo ex hac assumptione erit aliquid relatiuum, & non substantialiter homo. Tertiò sequitur ex opposita sententia, quod in Christo Domino sint duæ personæ, quòd est hęresis Nestoriana. Probatur sequela, nã vt habet opposita sententia terminus huius assumptionis non est personalitas verbi diuini, sed relatio vnionis, ergò ex vi huius assumptionis humanitas non habet personalitatem diuinam, ergò habet propriam, sunt ergò duæ personę in Christo Domino. Quarta demonstratio, Qui dicunt assumptionem istam non terminari ad substantiam, sed ad relationem, verbis asserunt assumptionem esse substãtialem, sed re ipsa asserunt esse accidentalem, imò asserũt esse duas personas in Christo, vt iam dictum est. Quintò, terminus huius assumptionis, & huius admirabilis actionis est Deum esse & fieri hominem substantialiter non relatiuè. Nam si non esset homo substantialiter, non esset verus homo, esse namque hominẽ, non est esse relatiuum, sed esse animal rationale, & esse substantiam corpoream viuentem rationalem.

Alexand.3.

2.cõclusio. ¶ Secunda conclusio, terminus huius admirabilis assũptionis est hic homo Christus, hoc est, persona verbi in quantum est homo, & in quantum est persona humana.

D. Thom. Hanc conclusionem docet Diuus Thomas hic ad finem articuli dicens, quòd natura humana assumpta est ad personalitatem diuinam, vt scilicet persona diuina subsisteret in natura humana, id est, fieret homo. Idem docet Damascenus libro 3. capitulo 11. inquiens, quòd filius Dei assumpsit naturam humanam in hypostasi. Quæ verba intelligi non possunt, quasi natura humana in hypostasi præintelligeretur assumptioni, sed sensus verus est, quòd natura humana coniuncta est ad hypostasim diuinam, vt hypostasis diuina subsisteret in natura humana, & fieret homo. Idem comprobatur euidenti argumento. Nam ex vi istius assumptionis, verbum caro factum est, vt dicitur Ioannis 1. Et filius Dei factus est homo, vt dicitur in symbolo, ergò ex vi huius assumptionis filius Dei factus est persona humana, ac subinde terminus huius assumptionis est persona humana. Confirmatur hoc ipsum. Nam nunc est Christus, & antea non erat Christus, ergò incepit esse Christus, & non per aliam actionem, ergò Christus est terminus huius actionis. Ex hac conclusione euidenter sequitur, quòd terminus huius actionis non est relatiuum, sed absolutum. Nam dicere, quòd per incarnationem nihil absolutum est productum, & quòd verè verbum caro factum est, & factus est verè homo, est ignorare propriam vocem, & fidem conculcare incarnationis, & sentire cũ Nestorio, quòd verbum Dei accidentaliter est homo, & secundum esse relatiuum, & quòd Christus in quantũ homo non est aliquid, sed ad aliquid. Sed pro huius rei euidentiori declaratione sciendum est, quòd licet filius Dei de nouo sit factus persona humana non est hoc intelligendum per additionem nouæ personalitatis, sed per assumptionem nouæ naturæ ad antiquam personalitatem. Et hoc est quòd dicit D. Thom. ad finem articuli, quòd humanitas est assumpta ad personalitatem diuinam, vt scilicet persona diuina subsistat in natura humana. Explicatur hoc exemplo adhibito. Nã cũ Petrus fit albus, fit de nouo indiuiduũ accidẽtis, sed nõ per nouã indiuiduationem suppositi, sed per assumptionem nouę formæ ad antiquum indiuiduum. Illud etiam est sciendum, quòd licet verissimè concedamus filiũ Dei fieri personam in natura creata, nulla ratione concedendum venit fieri personam creatam, alioqui sequitur quòd esset creatura. Item alioqui fieret personalitas creata, & sic in Christo essent duę personalitates, quòd est hæreticum. Dicendum est ergò, quòd eadem personalitas complectitur vtramque naturam, deitatem, & humanitatem, deitatem per naturam, humanitatem per gratiam vnionis. His constitutis respondendum est ad argumenta facta. ¶ Ad primum respondetur,

Damasce.

Ioan.1.

D. Thom.

Ad pri. arg.

detur, quòd terminus huius assumptionis, qui est Deum esse hominem non præexistit assumptioni, sed sequitur ad illã ex eo quòd suppositum diuinum ab æterno subsistens in tempore, incipit subsistere in natura humana, non per mutationem deitatis, sed humanitatis. Secundò respondetur, quòd terminus huius assumptionis est hic homo, & hæc humanitas. Hic homo est terminus præcipuus, qui ex assumptione resultat, humanitas verò est terminus quo. Nam ad hoc assumitur, vt existat. Et cum dicitur quod humanitas præintelligitur assumptioni, verum est si sumatur, vt quidditas quædam, cæterum si consideretur, vt subsistens falsissimum est. ¶ Ad secundum respondetur, quòd per istam assumptionem acquiritur de nouo Deum esse hominẽ, & acquiritur humanitas. Nam ad hoc assumitur humanitas vt subsistat. Sed licet non acquireretur humanitas, nec fieret persona simpliciter, si tantum fieret persona humana hoc satis fuerit, vt terminus huius actionis absolutum sit, non relatiuum, quemadmodum si esset albedo separata, & corpus sine colore, qui copularet albedinem corpori, licet non faceret corpus, neque efficeret albedinem, causaret efficienter album, & eius actio terminaretur ad absolutum non ad relatiuum. Dico similiter, quòd si humanitas esset separata, & Deus copularet eam sibi, licet non efficeret humanitatem, nec verò personam, esset causa efficiens, quòd Deus esset homo, & eius actio terminaretur ad absolutum, non ad relatiuũ. ¶ Ad tertium respondetur, quòd Deum esse hominem, neque est Deus absolutè, neque humanitas, neque tertia entitas distincta ab illis tanquam res à re, bene tamen formaliter. Quemadmodum Petrus, neque est anima, neque corpus, neque tertia entitas distincta ab illis tanquam res à re, bene tamen formaliter. Et quemadmodum non rectè sequitur, fit Petrus, ergò fit corpus, vel anima, ità non sequitur, factum est verbum esse hominem, ergò factum est verbum, vel humanitas. ¶ Sed cõtra hanc veritatem in duabus assertionibus constitutam, fiunt adhuc argumenta importuna. ¶ Primò, verbum esse hominem, est aliquid factum, vt dictum est, & esse factum est creatura, ergò verbum esse hominem est creatura, sed verbum esse hominem est verbum, ergò verbum est creatura, quòd est hæreticum. ¶ Deinde terminus assumptionis est id, quod est assumptum & vnitum, vt planè constat, ergò si verbum esse hominem est terminus huius assumptionis, consequens est, verbum esse hominem, esse assumptum, & sic non sola humanitas est assumpta à verbo diuino, quod est dogma hæreticũ. ¶ Tertiò sequitur ex nostris assertionibus, quòd aliqua res absoluta verè facta, & verè producta sit Deus, & ex consequenti creatura erit Deus. Quòd rectè sequatur patet. Nam Deus est hic homo, demonstrato Christo, & hic homo est factus & productus per assumptionem, ergò Deus est aliqua res absoluta, quæ verè facta est, & producta. ¶ Quartò, Diuus Thomas infrà quæstione 16. articulo 1. ad quartũ manifestè docet, quòd hoc nomen homo dicitur de Deo ratione vnionis, quæ importat relationem, & ideò non sequitur regulã aliorum nominum, quæ dicuntur de Deo absolutè. Ecce Diuus Thomas expressè docet, quòd relatio vnionis est ratio, quare Deus homo dicatur, igitur terminus assumptionis, & incarnationis secundum D. Thom. relatiuum est, & non aliquid absolutum, & in articulo 6. ad 2. ad saluandum, quòd Deus sit homo sine sui mutatione expressè docet, quòd esse hominem conuenit Deo ratione vnionis, quæ relatio est, & ideo prædicatur de Deo ex tempore sine sui mutatione per mutationem humanæ naturæ. ¶ Itẽ si esse hominem est esse absolutum, & aduenit Deo ex tempore, ergò non est incommodum asserere, quòd esse relatiuum realè aduenit Deo ex tempore, & ex consequenti Deus erit capax nouæ relationis realis. ¶ Vltimò, verbum esse hominem est effectus in rerum natura productus de nouo, ergò est opus totius Trinitatis. Probatur cõsequentia. Nam opera diuinitatis ad extra, sunt indiuisa & inseparabilia. ¶ Confirmatur hoc, nam assumptio significat actionem ad extrà, ergò conuenit toti Trinitati & singulis personis. ¶ Ad hæc argumenta statim respõdendum est. Ad primum, videtur neganda illa propositio, verbum esse hominem est verbum, quia verbum esse hominem est aliquid absolutum in compositione consistens, quod re vera factum est. Vel dicatur, & hæc est verior solutio, quam suprà iam indicauimus, quòd licet fieri hominem absolutè importet mutationem in subiecto acquirente naturam humanam videlicet in materia, verum personam aliquam fieri hominem non importat mutationẽ in persona assumente naturam humanam. Et ratio diuersitatis est. Nam subiectum, quòd fit homo per sui transmutationem acquirit esse humanum, sed persona quæ fit homo ex eo dumtaxat fit homo quoniam suam subsistentiam tribuit naturæ humanæ, tribuere verò suam personalitatem naturæ humanæ non est creari, aut mutari, sed

Ad secũdũ

Ad tertium

Argumẽta contra superius dicta. Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum. D. Thom.

D. Thom.

Quin. arg.

Vltimum.

Confirmat.

Ad primũ.

subsistere nunc primo in illa. Et per hoc persona diuina acquisiuit esse substantiale naturæ humanæ, non esse relatiuum, & factus est substantialiter homo, & Deus ipse est subiectum huius admirabilis factionis, id est, personationis. Hoc enim fieri nihil aliud est, quam personare modo naturam humanam. Ex hac doctrina facilè patet, quomodo hoc fieri non est mutari, neque creari. Rursus patet quemadmodum mutatio, quæ in hac factione inuenitur, tenet se ex parte humanitatis non ex parte deitatis, atque adeò patet solutio argumenti, nam dicendum est, quòd factum isto pacto, non est creatum, prout amplius explicabitur in solutione ad tertium.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum concedendum est verbum esse hominem, esse terminum huius assumptionis. Et cum infertur, ergò est assumptum, negatur consequentia, sed tantum sequitur, quòd est factum per actionem quam significat assumptio. Vnde concedo, quòd ex assumptione humanitatis resultauit verbum esse hominem, sed non est assumptum, sed

Ad tertium humanitas tantum. ¶ Ad tertium argumentum dicendum est, indubiè esse tenendum, quòd Deus factus est hic homo, & Christus. Et cum dicitur in argumento, quòd omne factum est creatura, intelligendum est de eo, quod fit simpliciter, & quamuis fieri hominem sit simpliciter fieri, in his omnibus in quibus humanitas incipit esse cum suppositio de nouo creato, Deus tamen dicitur fieri homo, eo quòd natura humana incipit esse in supposito diuino, quòd erat ab æterno. Et ideo Deum fieri hominem, non est Deum fieri simpliciter. Et sicut non rectè sequitur, Petrus nunc est factus albus, ergò nunc est factus, sic non rectè sequitur, verbum factum est caro, ergò verbum est factum. Sed neque concedendum est, quòd iste homo, vel Christus factus est simpliciter. Nam hoc quod est, iste homo, vel Christus ab æterno fuit Deus, ergò nõ fuit simpliciter factus. Concedendũ tamẽ est, quòd factus est iste homo, vel Christ', vt amplius explicatur q. 16. ¶ Ad quartũ respõ

Ad quartũ detur, quòd Deus est homo ratione vnionis fundamẽtalis, quia nimirum natura diuina & humana habent idem esse, & hæc vnio fundamentalis habet quandam proprietatem relatiuorũ, nam aduenit Deo sine sui mutatio-

Ad quintũ. ne. ¶ Ad quintum respondetur, non consistere similitudinem. Nam si hæc vnio realis, vel relatio realis aduenire Deo ex tempore, & ens reale, & accidentale aduenire Deo in tempore. Quomodo autem Deus acquirat esse substantiale humanæ naturæ sine sui mutatione iam suprà explicatum est.

¶ Ad vltimum respondetur, quòd Deum fieri hominem non est fieri simpliciter, neque causari. Nam si in hac re esset causalitas, esset communis toti Trinitati, causalitas enim ad extra est communis toti Trinitati, sed est personare, & terminare naturam humanam, & dare illi propriam subsistentiam, quod tantum cõuenit filio. Et quod terminare non sit agere patet. Nam vnum relatiuum terminat alterum, & tamen non causat illud, & centrum terminat motum lapidis cum nihil agat, & punctus terminat lineam, & illam non causat. Vel dicendum, quòd quicquid actionis inuenitur in mysterio incarnationis, competit toti Trinitati, & singulis personis. Cæterum subsistere in natura humana tantum conuenit filio. ¶ Est aliud dubium, quis sit terminus à quo huius admirabilis assumptionis? Caietanus in hoc articulo pro euidenti habet, quòd humanitas est terminus a quo. Et suadetur hæc opinio tribus argumentis.

¶ Primò. Nam Diuus Thomas pro certo habet in articulo, quòd humanitas est terminus, & non est terminus ad quem, nam indubiè terminus ad quem est verbum esse hominẽ, ergò est terminus à quo. ¶ Secundò. Terminus à quo in omni mutatione debet præcedere, sed in hac assumptione nihil præcedit nisi persona diuina, & humanitas, sed persona diuina non est terminus à quo, ergò humanitas.

¶ Tertiò. Tria possumus contemplari in hac assumptione, quæ possunt habere rationem termini à quo; primum, personalitas propria quæ secundum ordinem naturæ erat debita humanitati; secundũ negatio personalitatis diuinæ, quæ erat in natura humana, & propterea tracta fuit ad personalitatem diuinam; tertiũ est ipsa humanitas. Sed primum non potest esse terminus à quo. Nam terminus à quo præcedit, hæc personalitas non procedit, ergò. Deinde in omni mutatione subiectum prius est in termino à quo, quam sub termino ad quem, sed humanitas nunquam fuit sub propria personalitate. Rursus, secundum non potest esse terminus à quo; nam terminus à quo assumptionis est aliquid positiuũ, quod patet ex eius definitione. Assumptio enim est ab alio ad se sumptio, restat ergò quòd humanitas sit terminus à quo in hac admirabili assumptione. Hanc tamen sententiam Caiet. im-

Ad argum. contra sententiam Caieta. probant viri docti his argumentis. Primo subiectum mutationis non est terminus à quo, sed humanitas est subiectum assumptionis, ipsa enim est quæ assumitur, ergò non est terminus à quo. Secundo, humanitas habet rationẽ

termini

Ad vltimũ.

Dubium de termino à quo huius assumptionis Caiet.

Primum argumentũ

Secundum.

Tertium.

termini ad quem, ergò nō est terminus à quo. Probatur antecedens. Nam humanitas assumitur, & eleuatur, vt subsistat subsistentia diuina. Tertiò, terminus à quo in omni mutatione deseritur, & acquiritur terminus ad quem, sed humanitas in assumptione non deseritur, quin potius acquiritur, ergò. Vltimò, terminus à quo est forma contraria, & opposita illi formę, quę acquiritur in termino ad quem, sed humanitas non est opposita forma illi termino, qui ex assumptione resultat. Nam resultat Deum hominem esse. Sic ergò confutata opinione Caietani dicūt viri docti, quòd personalitas propria, quæ est debita naturæ humanæ, secundum conditionem naturæ, & quæ re vera inesset, si non præueniretur à personalitate diuina, est terminus à quo in hac assumptione diuina. Et probant duplici argumento. In primis assumptio est ab alio ad se sumptio, in qua definitione illa dictio, ab, designat terminum à quo, sicut illa dictio, ad, designat terminum ad quem, sed sic est, quod natura humana à sua personalitate, quæ debebat illi inesse tracta est ad personalitatem diuinam, & ab illa est præuenta, ergo illa personalitas est terminus à quo huius admirabilis tractionis. Secundo, terminus à quo, & terminus ad quem in omni mutatione sunt oppositi, & in assumptione sunt oppositi contrariè, & positiuè, vt iam expositum est, sed illa personalitas propria, quæ debebat inesse, est opposita ad personalitatem diuinam, ergò illa est terminus à quo huius admirabilis assumptionis. Quòd si obijciatur, quod hæc propria personalitas nunquam fuit, ergò non potuit esse terminus à quo. Respondetur, quòd licet nunquam fuerit, quia tamen debebatur naturæ humanæ secundum conditionem naturæ, hoc satisfuerit, vt dicatur terminus à quo. Nam si Deus produceret pisces super aridam, possent aliquo modo dici assumptos esse ex aquis ad superficiem terræ, non quod aliquando fuerint sub aquis, sed quoniam iste est locus suæ naturæ debitus, & consentaneus. Eadē forma locutionis dicūt Theologi satis piè, quòd beatissima Maria fuit redempta, & liberata à peccato originali, non quidem quòd habuerit peccatum originale, sed quòd fuit præuenta ne haberet illud. Sed hæc sententia parum mihi videtur differre à sententia Caietani. Nam Caietanus habet istum sensum, quod humanitas ex sua natura tendens ad propriā personalitatem, tracta est ad personalitatem diuinam, & in hoc sensu dicit quòd est terminus à quo. ¶ Vltimum dubium est, de differentia inter vnionem, & assumptionem, vtrùm sit realis vel rationis? in cuius expositione sit prima conclusio. ¶ Vnio, actio, & passio, seu motus est eadem res cum assumptione, distinguuntur tamen formali ratione. Prima pars huius conclusionis manifesta est. Secunda vero probatur. Vnio quomodocunque sumatur importat ordinem transcendentalem ad totam Trinitatem, quæ re vera est huius vnionis principium, assumptio vero solum importat ordinem ad filij personam, quæ sola assumit naturam, ergò saltim formaliter distinguuntur. Hinc sequitur deceptum fuisse dominum Caietanum, imò cautè legendum esse in hoc articulo dubio quarto dum asserit, quòd assumptio passiua significat relationem causalitatis passiuę, qua humana natura eleuata est à tota Trinitate: intelligendus est siquidem Caietanus de relatione transcendentali, sed falsum dicit dum inquit, quòd ista relatio est ad totam Trinitatem. Etenim humana natura in qua est assumptio passiua, à sola filij persona assumpta est. Ex quo tale colligitur argumentum, si assumptio actio est à sola filij persona, assumptio passio ad solam filij personam importat habitudinem. Deinde probatur eadem pars. Vnio etiam si accipiatur pro mutatione habet pro termino à quo aliquid negatiuum. Est enim mutatio à non vnito in vnitum, cæterùm assumptio qua ratione mutatio est, habet pro termino à quo aliquid positiuum. Itaque terminus à quo mutationis, quæ est vnio, est negatio personalitatis diuinæ à natura humana, at terminus à quo assumptionis est personalitas propria ipsius naturæ assumptæ. ¶ Secunda conclusio, vnio pro relatione licet sit eadem res cum assumptione distinguuntur tamen genere eo quòd ad varia pertineant prædicamenta. ¶ Tertia conclusio. Vnio si sumatur pro actione, vel passione, vel motu, & similiter assumptio sola ratione distinguuntur ab incarnatione, & humanatione, humanatio vero & incarnatio nulla ratione distinguuntur, quia caro, vt ostendimus in superioribus idem pollet in præsentia, quòd homo. Hæc conclusio ostenditur à Diuo Thoma in hoc articulo ad tertium, & ex ijs, quæ dicta sunt manifestè probatur.

1. Cōclusio

Caietan.

2. Cōclusio

3. Cōclusio

ARTICVLVS NONVS.

Vtrùm vnio duarum naturarū in Christo sit maxima vnionum?

15 3.di.5.q.1. art.1.q.1. & 4.contra cap.41.

AD nonum sic proceditur. Videtur quod vnio duarum naturarum in Christo non sit maxima vnionum. Vnitum enim deficit in ratione vnitatis ab eo, quod est vnum: eo quod vnitum dicitur per participationem, vnum autem per essentiam: Sed in rebus creatis aliquid dicitur simpliciter esse vnum: sicut præcipuè patet de vnitate ipsa, quæ est principiũ numeri. Ergo huiusmodi vnio, de qua loquimur, non importat maximam vnitatem.

¶ 2. Præterea, Quantò ea, quę vniũtur, magis distant; tãtò minor est vnio: Sed ea quæ secundum hanc vnionem vniuntur, maximè distant, scilicet natura diuina & humana: distant enim in infinitum. Ergo huiusmodi est minima vnio.

¶ 3. Prẽterea, Per vnionem fit aliquid vnum: Sed ex vnione animæ & corporis in nobis fit aliquid vnum in persona & natura; ex vnione autem diuinę & humanæ naturæ fit aliquid vnũ solum in persona. Ergo maior est vnio animę ad corpus, quàm diuinæ naturæ ad humanam: Et sic vnio de qua loquimur, non importat maximam vnitatem.

Sed contra est, quòd Augustinus dicit primo de Trin*. quòd homo potius est in Filio Dei, quàm Filius in Patre: Filius autem est in Patre per vnitatem essentiæ, homo vero est in Filio per vnionem Incarnationis. Ergo maior est vnio incarnationis, quàm vnitas diuinę essentię, quę tamen est maxima vnionum. Et sic per consequens vnio Incarnationis importat maximã vnitatem.

*lib.1. cap. 10. ante medium to.3.

Respondeo dicendum, quòd vnio importat coniunctionem aliquorum in aliquo vno. Potest ergo vnio incarnationis dupliciter accipi. Vno modo, ex parte eorum, quę coniunguntur: Alio modo ex parte eius, in quo coniunguntur. Et ex hac parte, huiusmodi vnio habet prẽeminentiam inter alias vniones: nam vnitas personę diuinę, in qua vniuntur duę naturę, est maxima. Non autem habet prẽeminentiam ex parte eorum, quę coniunguntur.

Ad primum ergo dicendum, quòd vnitas diuinę personę est maior, quàm vnitas numeralis, quę scilicet est principium numeri. Nam vnitas diuinę personę, est vnitas increata, per se subsistens, non recepta in aliquo per participationem. Est etiam in se completa, habens in se quicquid pertinet ad rationem vnitatis: & ideo non competit sibi ratio partis, sicut vnitati numerali, quę est pars numeri, & quę participatur in rebus numeratis. Et ideo quantũ ad hoc, vnio incarnationis prẽeminet vnitati numerali, ratione scilicet vnitatis diuinę personę, non autem ratione naturę humanę, quę non est ipsa vnitas diuinę personę, sed est ei vnita.

Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte coniunctorũ: non autem ex parte personę, in qua est facta vnio.

Ad tertiũ dicendũ, quòd vnitas diuinę personę est maior vnitas, quàm sit vnitas & personę & naturę in nobis. Et ideo vnio Incarnationis est maior, quã vnio animę & corporis in nobis.

Quia verò illud quod in contrarium obijcitur, falsum supponit, scilicet quòd maior sit vnio Incarnationis quã vnitas personarum diuinarum in essentia: dicẽdum est ad autoritatem Aug*. quòd humana natura non est magis in filio Dei, quàm filius Dei in Patre, sed multò minus: Sed ipse homo quantũ ad aliquid, est in Filio magis, quàm Filius in Patre: inquantum scilicet idẽ supponitur in hoc quod dico homo, prout sumitur pro Christo, & in hoc quod dico, filius Dei: nõ autem est idem suppositum Patris & Filij.

* posita in arg. sed cõtra.

SVM-

SVMMA TEXTVS.

1.Cõclusio PRima conclusio. Vnio ex parte personę in qua duæ naturæ copulantur est maxima vnionum. Hanc ostendit D. Thomas in primis autoritate Augustini 1. de Trinitate vbi dicit, quòd homo potius est in filio Dei, quam filius in patre, filius autem est in patre per vnitatem essentiæ, vnio vero est in filio per vnionem incarnationis, ergò maior est inter omnes vniones vnio incarnationis: siquidem excedit vnitatem essentiæ. Secundò, vnitas maxima est vnitas personæ, sed vnio duarum naturarum est in persona maximè vna, ergò est
2.cõclusio. maxima vnionum. ¶ Secunda conclusio. Hęc vnio ex parte rerum quæ vniuntur non est maxima vnionum. Hæc conclusio non indi-
3.Cõclusio get probatione. ¶ Tertia conclusio in fine articuli. Vnio diuinarum personarum in essentia, est maxima vnionum simpliciter, licet secundum quid vnio incarnationis sit maior.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo sciendum est, quòd hic nõ loquitur D. Thom. de vnione, quæ est relatio, sed de vnione, quæ est coniunctio aliquorum in aliquo vno. Patet hoc, nam Diuus Thomas in initio articuli sic scribit, vnio importat coniunctionem aliquorum in aliquo vno. Idem patet euidenti ratione. Nam si sermo esset de relatione vnionis vana esset, & ridicula quæstio: nam relatio non est maxima, nisi ratione fundamenti. Ideo enim vnio materiæ, & formæ est maior, quam substantiæ, & accidentis, quia fundamentum est magis indiuisum. Secundo notandum est, quòd hęc coniunctio de qua loquimur est aliquid factum in natura rerum. Nam hæc coniunctio non est æterna, nec naturalis, sed temporalis facta per gratiam, sumendo gratiam pro gratuita Dei volũtate. Quæritur, ergò vtrùm hęc coniũctio in tempore facta sit maxima vnionum? & pro parte negatiua sunt optima argu
Prim.argu. menta. ¶ In primis est argumentum contra definitionem D. Thom. nam coniunctio nõ solum expendẽda est ex parte personæ in qua fit coniunctio, aut vero ex parte vnitorũ, sed præcipuè ex parte ipsius cõiunctionis, ergò distinctio D. Tho. est insufficiens, & sic ruit eius doctrina. Explicatur antecedens. Nam in coniunctione corporis, & animæ in Petro tria
Secundum. sunt consideranda, scilicet, persona Petri, partes quæ vniuntur, & ipsa cõiunctio. ¶ Ex hoc secundum argumentũ elicitur contra doctrinam D. Tho. Nam multa accidentia vniũtur in persona Christi quę est maximè vna, & vnio ista non est maxima vnio, ergò hæc ratio D. Tho. nulla est. Explicatur hoc euidentius, nã vnitas creaturarũ inter se nõ est maxima vnitas quãuis conueniant in vno Deo, rectore, & gubernatore, qui est maximè vnus. ¶ Tertiò, vnitas personæ filij Dei tam vna est, & indiuisibilis, quam vnitas essentiæ diuinæ, ergò si ratio D. Thom. aliquid probat, probat subinde quòd hæc vnio sit tanta, quanta est diuinarũ personarum vnio in essentia diuina, quòd negat D. Tho. ad finẽ articuli. ¶ Vltimum argu- Vltimum.
mẽtum, illa est maior vnio in qua extrema magis, & intimiùs efficiũtur, vel efficiũt vnũ, sed in vnione materiæ, & formæ extrema magis, & intimiùs efficiunt, vel efficiuntur vnũ: siquidem sunt vnum in essentia & persona, ergò ista vnio maior est. ¶ Confirmatur, nam mate Confirmat.
ria, & forma sic intime vniũtur, vt vna ab alia separari non valeat, at deitas potest ab humanitate separari, ergò illa vnio maior est. Probatur consequentia. Nã inseparabilitas maximè pertinet ad vnitatẽ, & indiuisionẽ. ¶ Propter Durandus.
hæc argumenta Durand. in 3. dist. 5. q. 3. tenet quòd ex intrinseca ratione vnionis multę alię vniones sunt maiores quam vnio duarũ naturarũ in persona verbi, hæc autẽ vnio dicitur à sanctis maxima propter dignitatem, & excellentiã, quoniã ex vnione humanitatis ad verbũ eleuata est humanitas ad tantam dignitatem, vt homo sit Deus, & ècontra. Scotus in Scotus.
3. d. 6. q. 1. tenet cum Durando, & in d. 2. q. 1. latius de hac re disputans scripsit, quòd quantum ad actum primum, scilicet, quãtum ad esse perfectior est vnio hypostatica, quam vnio beatifica, quia melius est hominem esse Deũ, quam frui diuina visione, sed quantũ ad actũ secundum, id est, quantum ad operationem perfectior est vnio beatifica. Et tandem do- Explicatur vtra sit maior vnio hypostatica an vnio per visionẽ beatificam.
cet, quòd istę vniones non possunt inter se cõparari, quoniam sunt diuersarum rationum: suadetur hæc sententia. Nam animæ Christi eligibilius est vniri Deo per visionem & amorem beatificum quam per vnionem hypostaticam, ergò illa vnio perfectior est. Explicatur hoc, nã si daretur optio, vtrùm vellet magis carere diuina visione, & diuino amore, quam vnione hypostatica, eligeret certè vnione hypostatica carere. Rursus explicatur quia si daretur optio inter hæc duo, vtrùm vellet potiùs carere vnione hypostatica, an deserere Dei amicitiam, certè eligeret primum, ergò vnio beatifica perfectior est. D. Thom. in hoc D. Thom.
articulo ex sententijs patrum colligit vnionẽ duarum naturarum in Christo esse maximã. Idque probat in primis autoritate Augustini August. Bernard.
1. de Trinit. cap. 10. hoc ipsum docet D. Bernardus lib. 5. de consideratione, parum post

medium sub his verbis. Arcem tenet vnitas Trinitatis in qua tres personæ sunt vna substantia, secundo loco illa præcellit in qua è diuerso tres substantiæ sunt vna in Christo persona. Et merito hoc dicitur: nam ex hac vnione resultat vna persona plus vna quam ex se resultans ex quacunque vnione. Certè in mysterio dominicæ incarnationis tanta est vnio inter Deum & hominem, quòd non solum est vnio amoris, & coniunctio amicitiæ, sed vnitas personalis, vt Deus sit homo, & homo Deus. Nihil, inquit D. Bernardus, est sublimius Deo, nihil vilius limo, ex quo homo formatus est, sed tanta humilitate descēdit Deus ad limum, & tanta dignitate eleuauit limum ad Deum, vt omnia, quæ operatur Deus dicatur facere homo, & omnia quæ patitur homo Deus dicatur pati. Notissima est illa sententia Auerrois, quòd ex intellectu, & intelligibili fit magis vnum, quam ex materia & forma, quoniam intellectus in actu est intelligibile in actu, sed in hac vnione admirabili Deus est homo, & homo Deus, ergò tenet primas inter omnes vniones. Sed ex alio capite demonstratur eadem veritas. Nam etiam intercedente morte hæc vnio intercidi non potuit. Separatis enim carne, & anima, quorum coniunctio erat naturalis, in morte Christi semper diuinitas mansit vnita carni, & animę, nam verum est illud Theologorum prouerbium. Quod Deus semel assumpsit nunquam dimisit. Tandem sic argumentor in huius rei confirmationem. Natura diuina, & humana in Christo vniuntur in vna persona filij Dei substantialiter, & non accidentaliter sicut accidentia vniuntur in persona Christi. Rursus vniuntur substantialiter non sicut partes, vt pes, & manus, sed sicut naturæ perfectæ, & integræ secluſa omni imperfectione partium. Tandem vniuntur in vnitate personæ simplicissima, & indiuisibili, ergò est vnio maxima inter omnes vniones. ¶ Ad argumēta in principio respondetur, ad primum, hic dominus Caietanus respondet sed obscurè, meo tamē iudicio res est perfacilis. Vnde dico primo quòd quando D. Tho. hic distinguit coniunctionem in duo membra non facit distinctionem generis in species, sed explicat distinctionem per causas coniunctionis, vt si diceremus albedo alia prouenit ex accidenti, alia prouenit ex naturali proprietate: dico similiter in nostro proposito, quòd coniunctio ipsa secūdum se in præsentia considerat̄, & ideo nō potuit esse membrum distinctionis, sed explicatur ex suis causis. Sensus itaq; est quòd ipsa coniunctio cōsideratur causari dupliciter, vel ex parte rerum, quæ coniunguntur, quæ se habent veluti res materiales in ipsa coniunctione, vel ex parte rei, in qua copulātur, quæ se habet veluti formale coniunctionis. Secundo dico quòd ipsæ res, quæ copulantur non considerantur absolutè quasi non habeant ordinem inter se, sed vt habent ordinem inter se. Similiter illud in quo copulantur non est cōsiderandum secundum se, sed prout in illo res diuersę copulantur in vnitate personę, & subsistentiæ. Ex hac doctrina, si rectè considerat̄, patet solutio omnium argumentorum. Nam ad primum iam satis constat, quomodo D. Tho. demonstrauit ipsam coniunctionem ex suis causis. ¶ Ad secundum, cum sua cōfirmatione ex eadem doctrina patet solutio. Nā dicendum est, quòd vnio accidentium in persona Christi non est maxima, tùm quoniam non vniūtur immediatè, sed mediatè, tū quoniam eorum vnio est accidentalis, vnio verò humanitatis est substantialis, vltimò quoniā accidētia in Christo habēt suas proprias inexistentias. Humanitas verò, & deitas subsistunt eadem diuina subsistentia. ¶ Ad confirmationem respondetur, quòd licet Deus qui regit vniuersa sit maximè vnus, non sequitur quòd creaturæ maxima vnione in illo coniungantur. Quoniam Deus non confert creaturis illā suam summam vnitatem, quam soli humanitati communicat. ¶ Ad tertium negatur consequentia. Nam essentia diuina est quælibet persona cui vnitur, sed humana natura nō est persona cui vnitur. Deinde essentia diuina est simplicior verbo incarnato. Nā verbum incarnatum post vnionem est persona composita, vt dictum est articulo 4. Deinde personæ diuinæ secundum quòd vniuntur in essentia diuina sunt ens quoddam maximū, & perfectissimum, ergò sunt vnum maximū, & perfectissimum. Patet quia vnitas est passio entis nihil reale addens supra ens. ¶ Ad quartum negan da est maior. Nam vnitas Trinitatis est maxima vnitas, at diuinæ personæ neq; efficiunt, nec efficiuntur vnum, sed satis est, quòd sint vnum in se vel in aliquo tertio. Secūdò respōdetur, argumentum Durandi tantum probare, quòd vnio materiæ, & formæ sit maior extensiuè, nam ex ea resultat vnitas essentiæ, & personæ, cęterum non probat, quòd sit maior intensiuè. Aliqui dicunt quòd hæc est maxima vnio naturarum perfectarum, & completarum. Nam ea propriè dicuntur vniri, quæ possunt esse separata. ¶ Ad argumenta, quę fecimus in fauorem Scoti. In primis dicendum est, quòd est eligibilius animæ Christi vniri verbo hypostaticè, quam vniri per amorem, aut

Auerrois.

Ad primū argumētū. Caietan.

Ad secūdū

Ad confir.

Ad tertium

Ad quartū.

Ad argum. in fauorem Scoti.

aut per visionem beatificam, nam melius est Deum esse hominem, quam frui visione beatifica. Maximè quòd ex vnione hypostatica naturali consequētia sequitur vnio beatifica. Secundò respondetur, non esse dubium quin anima Christi eligeret potius carere vnione hypostatica, quam deserere Dei amicitiam, & Deum offendere. Sed hoc nō prouenit ex eo quòd vnio per amicitiam sit melior, quā vnio hypostatica, sed ex eo quòd diuina amicitia non potest perdi, aut offendi sine peccato, quod nulla ratione committendum est. Sicut anima Christi eligeret potius carere vnione hypostatica, & annihilari, quā peccare venialiter, & dicere mendacium, ex hoc tamen non infertur, quòd dicere veritatē sit melius, quā Deum esse hominem.

ARTICVLVS DECIMVS.

Vtrùm vnio duarum naturarū in Christo sit facta per gratiam.

16 Inf. q. 6. ar. 6. Et veri. q. 29. art. 2. Et 3. d. 13. q. 3. ar. 1.

AD decimum sic proceditur. Videtur quòd vnio incarnationis non sit facta per gratiam. Gratia enim est accidens quoddam: vt in secunda parte habitum est*. Sed humanæ naturæ vnio ad diuinam, non est facta per accidens: vt suprà ostensum est. † Ergo videtur quod vnio incarnationis non sit facta per gratiam.

P. sec. q. 110. ar. 2. & 3.

Ar. 6. huius quæst.

¶ 2. Præterea, Gratiæ subiectum est anima: Sed sicut dicitur Colo. 2. in Christo inhabitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: ergo videtur quòd illa vnio non sit facta per gratiam.

¶ 3. Prēterea, Quilibet Sanctus Deo vnitur per gratiam. Si igitur vnio Incarnationis fuit per gratiam, videtur quod non aliter dicatur Christus esse Deus, quàm alij Sancti homines.

Sed contra est, quòd Augustin. dicit in lib. 2. de Prædest.* Sanctorum, Ea gratia fit ab initio fidei suę homo quicunque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus: Sed homo ille factus est Christus per vnionē ad diuinam naturam. Ergo vnio illa fuit per gratiam.

C. 15. antè med. to. 7.

Respondeo dicendum, quòd sicut in secunda parte dictum est*, gratia dupliciter dicitur. Vno modo ipsa voluntas Dei gratis aliquid dantis: Alio modo ipsum gratuitum donum Dei. Indiget autem humana natura gratuita Dei volūtate ad hoc, quod eleuetur in Deū, cùm hoc sit supra facultatem suæ naturę. Eleuatur autē humana natura in Deū dupliciter. Vno modo per operationē, qua scilicet Sancti cognoscunt & amāt Deum. Alio modo per esse personale. Qui quidem modus est singularis Christo: in quo humana natura assumpta est ad hoc, quod sit in persona filij Dei. Manifestum est autem quod ad perfectionem operationis requiritur quòd potentia sit perfecta per habitum: sed quòd natura habeat esse in supposito suo, non fit mediante aliquo habitu.

3. d. 13. q. 3. ar. 1. P. 3. q. 110. ar. 1.

Sic ergo dicendum est, quòd si gratia accipiatur ipsa Dei voluntas gratis aliquid faciens, vel gratum seu acceptū aliquem habens, vnio Incarnationis facta est per gratiam: sicut & vnio Sanctorum, ad Deum per cognitionem & amorem: Si verò gratia dicatur ipsum gratuitum Dei donum, sic ipsum, quod est, humanam naturam esse vnitam personæ diuinæ, potest dici quędam gratia, inquantum nullis præcedentibus meritis hoc est factum, non autem ita quod sit aliqua gratia habitualis, qua mediante talis vnio fiat.

Ad primum ergo dicendum, quòd gratia, quæ est accidens, est quædam similitudo diuinitatis participata in homine. Per Incarnationem autem, humana natura non dicitur participasse similitudinem aliquam diuinæ naturæ, sed dicitur esse coniuncta ipsi diuinæ naturę in persona filij: Maius autem est ipsa res, quàm similitudo eius participata.

3. d. 4. q. 3. arti. 2. & q. 2. Et col. 2. le. 2. co. 3.

Ad secundum dicendum, quòd gratia habitualis est solum in anima: Sed gratia, id est, gratuitum Dei donū quod est vniri diuinę personę, per-

tinet ad totam naturam humanã, quę componitur ex anima & corpore. Et per hunc modum dicitur plenitudo diuinitatis in Christo corporaliter habitasse: quia est vnita diuina natura non solùm animę, sed etiam corpori: Quãuis etiam possit dici, quòd dicitur habitasse in Christo corporaliter, id est non vmbraliter, sicut habitauit in sacramentis veteris legis, de quibus ibidem subditur, quòd sunt vmbra futurorũ, corpus autem est Christus: prout scilicet corpus contra vmbram diuiditur. Dicunt etiam quidam, quòd diuinitas dicitur in Christo habitasse corporaliter, id, est tribus modis, sicut corpus habet tres dimensiones. Vno modo, per essentiam, prę sentiam, & potentiam: sicut in cęteris creaturis: Alio modo, per gratiã gratum facientem: sicut in Sanctis: Tertio modo, per vnionem personalem: quod est proprium sibi.

Vnde patet responsio ad tertiũ: quia scilicet vnio Incarnationis nõ est facta solùm per gratiam habitualẽ, sicut alij sancti vniuntur Deo, sed secundũ subsistentiam siue personam.

SVMMA TEXTVS.

1. Cõclusio PRima conclusio. Si gratia accipiatur pro gratuita Dei voluntate hæc vnio est facta per gratiam. Hanc conclusionem probat in primis Diuus Thomas ex Diuo Augustino, libro de prædestinatione sanctorum. Deinde vnio sanctorum ad Deum per coniunctionem, & amorem est ex gratuita Dei voluntate, ergò multò magis vnio humanitatis ad verbum, quæ maior, & excellentior est, erit ex gratuita Dei voluntate. ¶ Secunda conclusio, si gratia sumatur pro gratuito Dei beneficio hæc vnio est maxima gratia. Probatur. Hæc vnio non est facta aliquibus meritis præcedentibus, sed ex sola Dei voluntate, ergò est gratuitum Dei beneficium. ¶ Tertia conclusio, hæc vnio non fit mediante gratia habituali. Probatur, omnis gratia habitualis Christi, imò quælibet accidentalis perfectio supponit esse personale ipsius Christi, ergò nulla gratia habitualis est media ad hoc, vt esse diuinum cõmunicetur humanitati, in quo consistit ratio vnionis.

Augusti.

2. Cõclusio

3. Cõclusio

EXPOSITIO ARTICVLI.

COnclusiones huius articuli ità perspicuè explicantur à D. Thom. vt nihil fere superaddẽdum sit: Verum tamen circa primam conclusionem notare oportet, quòd gratuita voluntas accipitur in præsentia, non tantum pro voluntate libera, & indifferenti ad vtrũlibet verum etiam pro voluntate omnino liberali, quæ non respicit debitum iustitiæ siue in merito, siue in natura. Etenim contra has causas distinguitur gratia, & gratuita voluntas in hoc articulo, vt patebit in sequentibus. Nãvoluntas Dei, qua coronat nostra merita non dicitur gratuita, vt hic accipitur, neque volũtas, qua res naturales in suo esse conseruãtur, quia talis voluntas debita est secundum naturæ ordinem, & censeretur miraculum non concurrere ad rerum conseruationem. Et in hoc sensu prima conclusio huius articuli est certa secundum fidem, vt patet ex ijs, quæ quęstione præcedenti dicta sunt. Videndus est etiam D. Augusti. lib. 2. de prędest. sanctorum cap. 15. & 13. de Trinitate cap. 19. Circa secundam conclusionem nota, donum Dei gratuitum dici illud, quòd ex Dei voluntate impenditur, & donatur, siue illud sit creatum, siue increatũ, siue actus, siue auxilium Dei. Et de rebus creatis nulli est dubium, quin ex dono Dei gratuito deriuentur. De donovero increato probatur. Quoniam ipsa Spiritus sancti persona donata est Apostolis, imò cuilibet iusto, in sua iustificatione donatur, iuxta illud Ioã. 14. Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, & Rom. 5. charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Legendus est D. Leo Papa in sermone in festo Penthęcost. vbi ostendit, quòd Spiritus sanctus datur non solũ secundũ virtutẽ, & operationẽ, sed etiã secundũ præsentiam maiestatis. Legatur etiã D. Augu. 15. de Trini. ca. 26. & tract. 74. in Ioan. & D. Thom. 1. p. q. 38. vbi explicat personale ac proprium nomen Spiritus sancti, esse donum. Item persona ipsa filij dicitur nobis data. Esaiæ 9. & Ioan. 3. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitũ daret. Secũda igitur cõclusio D. Tho. sic explicata est secundũ fidẽ asserẽda, siquidem eximiũ, & excellens donum fuit, quòd humana natura in diuinam hypostasim eleuaretur. Vtrùm vero hoc donum fuerit creatũ vel increatũ non satis constat apud Theologos, nobis videtur creatum, & increatũ dici posse. Sic enim loquitur D. Tho. sæpiùs. Nam in hoc articulo in solutione ad primũ censet increatũ fuisse. Nam inquit per incarnationem humana natura non dicitur participasse similitudinem

D. Augusti.

Ioan. 14.

Rom. 5.

Leo Papa.

D. Augusti.

D. Thom.

Esa. 9.

Ioan. 3.

Deum esse hominem.

Vtrũ sit beneficiũ creatum an increatum.

nem aliquam diuinæ naturæ, sed natura dicitur coniuncta ipsi diuinæ naturæ in persona filij. Maius autem est ipsa res (hoc est, diuina natura in persona filij) quam similitudo eius participata, & infrà q.6.artic.6. inquit gratia vnionis est esse personale, quod gratis diuinitus datur humanæ naturæ in persona verbi. Quandoque vero D. Thom. dicit, hoc donum esse creatum, & factum, vt in prima conclusione huius articuli, & infrà art.12.ad 3.argumentum. Cuius rei ratio hæc est, quoniam vnio, vt ostendimus suprà importat multa, quorum aliqua sunt creata, aliqua vero non. Relatio realis, quæ consurgit ex hac vnione, & ratio fundandi talem relationē creata sunt. Terminus vero huius actionis vniendi, & ipsius vnionis principium increatum est, vt latè ostensum est suprà artic.7. & videbimus amplius cum Caietano infrà q.7.ar.vltimo. Circa tertiam conclusionem obseruandum est, esse certum secūdum fidē Catholicam, quòd vnio ista non est facta per solam gratiam habitualem secundum quem modum omnes sancti vniuntur Deo. Iuxta illud 1.Corin.6. Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. Ratio huius est, quia talis vnio non est substantialis sed accidentalis, imò huiusmodi vnionem introduxit Nestorius. Vtrùm vero gratia habitualis sit dispositio, per quam natura humana sit disposita ad vnionem hypostaticam disputabitur infrà q.6.ar.6.

1.Cor.6.

ARTICVLVS VNDECIMVS.

Vtrùm vnionem Verbi incarnati aliqua merita præcesserint.

17 1.2.q. 98. ar.4.c.& 3. dist.4.q.3. ar.1.& Ro. 1.l.3.col.2. fi.& Heb.1. le.4.col.3.

AD vndecimum sic proceditur. Videtur quòd vnio Incarnationis fuerit aliqua merita subsecuta: Quia super illud Psal.32. Fiat misericordia tua super nos, quemadmodum, &c. dicit glos*. Hic insinuatur desideriū Prophetæ de Incarnatione, & meritū impletionis. Ergo incarnatio cadit sub merito.

* innuitur in glos. interlineari, ibid.

¶ 2. Præterea, Quicunque meretur aliquid, meretur illud, sine quo illud haberi non potest: Sed antiqui Patres merebantur vitam æternam, ad quam peruenire non poterant, nisi per Incarnationem. dicit enim Greg*. in li.13.mor. Hi qui ante Christi aduentum in hunc mundum venerunt, quantamlibet iustitiæ virtutem haberent, ex corporibus educti, in sinum cælestis patrię statim recipi nullo modo poterant: quia nondū ille venerat, qui iustorū animas in perpetua sede collocaret. Ergo videtur quòd meruerint Incarnationem.

*lib.13.ca. 20.circa finem.

¶ 3. Præterea, De* beata Virgine cantatur, quòd Dominum omnium meruit portare. Quod quidem factum est per Incarnationem. Ergo Incarnatio cadit sub merito.

*in offic. Illiusad mat.

Sed contra est, quod Augustinus dicit in libro* de Prædestin. Sanctorum. Quisquis in capite nostro præcedentia merita singularis illius generationis inuenerit, ipse in nobis præcedentia merita multiplicatæ regenerationis inquirat: Sed nulla merita præcesserunt regenerationem nostram: secundum illud ad Titum 3. Non ex operibus iustitiæ, quę fecimus nos; sed secundum suā misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Ergo nec illam Christi generationē aliqua merita præcesserunt.

*c. 15. non procul à fin. tom.7.

Respondeo dicendum, quòd quantum ad ipsum Christum, manifestum est* ex præmissis, quòd nulla eius merita potuerunt præcedere vnionem. Nō enim ponimus, quòd ante fuerit purus homo, & postea per meritum bonę vitæ, obtinuerit esse filius Dei, sicut posuit Photinus: sed ponimus quòd à principio suæ cōceptionis ille homo verè fuerit filius Dei, vtpote nō habēs aliā hypostasim, quàm filij Dei: secundum illud Luc.1. Quod ex te nascetur sanctū, vocabitur filius Dei. Et ideo omnis operatio illius hominis subsecuta est vnionē. Ergo nulla eius operatio potuit esse meritum vnionis.

*Ar. præce.

Sed neque etiam opera alterius cuiuscunque hominis potuerunt esse meritoria huius vnionis ex condigno. Primò quidem: quia opera meritoria hominis propriè ordinantur ad beatitudinem, quæ est virtutis præmiū, &con-

sistit

sistit in plena Dei fruitione. Vnio autẽ Incarnationis cum sit in esse personali, transcendit vnionem beatæ mentis ad Deum, quę est per actũ fruẽtis. Et ideo non potest cadere sub merito.

Secundò, quia gratia nõ potest cadere sub merito: quia est merendi principiũ. Vnde multo minus incarnatio cadit sub merito, quę est principiũ gratię: secundum illud Ioan.1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

Tertiò, quia incarnatio Christi est reformatiua totius humanæ naturæ: Et ideo non cadit sub merito alicuius hominis singularis: quia bonum alicuius puri hominis non potest esse causa boni totius naturæ.

Ex congruo tamẽ meruerunt sancti Patres Incarnationem, desiderando & petẽdo: congruũ enim erat vt Deus exaudiret eos, qui ei obediebant.

Et per hoc patet respõsio ad primũ.

Ad secundum dicendum, quòd hoc est falsum, quòd sub merito cadit omne illud, sine quo prẽmium esse non potest: quædam enim sunt, quæ non solũ requiruntur ad præmium, sed etiam præexiguntur ad meritum, sicut diuina bonitas, & eius gratia, & ipsa hominis natura. Et similiter Incarnationis mysterium est principiũ merendi: quia de plenitudine Christi omnes accepimus, vt dicitur Ioan.1.

Ad tertium dicendum, quòd beata Virgo dicitur meruisse portare Dominum omnium: non quia meruit ipsum incarnari; sed quia meruit ex gratia sibi data illũ puritatis & sanctitatis gradũ, vt cõgruè posset esse mater Dei.

SVMMA TEXTVS.

1.Cõclusio PRima conclusio. Certissimum est nulla Christi merita potuisse præcedere istam vnionẽ. Probatur, ille homo qui est Christus à principio suæ conceptionis fuit filius Dei, ergò nulla eius operatio potuit esse meritum vnionis. Probatur consequentia. Quia omnis operatio illius hominis supponit vnionem factam in persona. Antecedens vero ostenditur ex differentia, quæ est inter fidem, & hæresim Nestorij. Etenim Nestorius asserebat, quod Christus ante fuit purus homo, postmodum vero per meritum bonæ vitæ obtinuit esse filium Dei. Fides vero asserit; quod ab exordio suæ conceptionis ille homo habuerit esse personale filij Dei. Iuxta illud Luc.1. Quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei. ¶ Secunda conclusio. Nulla merita alterius hominis meruerunt de condigno istam vnionem. Hæc conclusio probatur primo, vnio hæc superat omnem rationẽ meriti. Quod sic demõstrari potest. Omne meritũ ordinatur ad beatitudinem, quæ consistit in fruitione Dei tanquam ad eius finem, & terminũ, sed vnio hæc excedit quamlibet vnionem beatificã, & Dei fruitionem, ergò non cadit sub merito. Secundo, hęc vnio est principium, & fons gratię, sed gratia non potest cadere sub merito, ergò neque vnio. Maior patet Ioan.1. gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Minor probatur, principium meriti non potest cadere sub merito, sed gratia est principium meriti, ergò non cadit sub merito. Tertiò, incarnatio Christi est reformatio totius humani generis, sed hęc reformatio non potest cadere sub merito alicuius hominis, ergo neq; incarnatio. Maior est certissima. Minor probatur. Vniuersale bonum quale est reformatio totius naturæ non cadit sub merito alicuius hominis singularis, ergò. ¶ Tertia conclusio. Patres veteris legis meruerunt de congruo incarnationem deliderando, petẽdo. Probatur, congruum est, vt vota & orationes supplicantium exaudiãtur, sed patres antiquæ legis orationibus cõtinuis instabant, vt filius Dei mitteretur in carne, ergò meruerunt de congruo incarnationem.

Luc.1. 2.cõclusio. Ioan.1. 3.Cõclusio

EXPOSITIO ARTICVLI.

Dubium. EST dubiũ, vtrũ sit certũ secundũ fidem Catholicã, quòd Christus nõ meruerit vnionẽ hypostaticã. A parte negatiua arguitur in primis ex diuinis scripturis. Prima scriptura habetur in Psal.44. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus, &c. In qua sentẽtia manifestè significatur, quòd dilectio iustitiæ in Christo fuit causa meritoria propter quam Christus fuit vnctus à patre cœlesti, sed hæc vnctio nihil aliud est quã vnio hypostatica, vt videtur interpretari Paul. ad Heb.c.5. ergò meruit vnionem hypostaticã. Secũda scriptura est ad Philip.c.2. Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quòd est super omne nomen, id est, nomen filij Dei ergò merito humilitatis in cruce meruit, vt esset filius Dei. ¶ Secundò, vnio hypostatica potest cadere sub merito, ergo Christus meruit

Prim.argu. Psal.44. Heb.5. Phil.2. Secundum

meruit illam. Antecedens probatur. Nam Christus meruit, quòd humanitas vniretur diuinitati post triduum, nam in triduo non erat humanitas. ¶ Tertiò, meritum Christi fuit infinitum, ergò meruit infinitam visionem. Rursus ergò meruit comprehẽsionem, meruit ergò quòd esset Deus, nam comprehensio soli Deo debetur. ¶ Quartò. Beatissima Virgo Maria, vt sentiunt viri docti, meruit de condigno esse Dei matrem, ergò meruit de condigno incarnationem filij Dei. Rursus ergò Christus id promeruit. Nam omne meritum Mariæ ex Christi merito habuit vim, & efficaciam. ¶ Item præmium sæpenumero præcedit meritum. Quod ostendo efficaciter ex diuinis scripturis. Nam gratia quæ collata fuit patribus antiquis, secundum fidem Catholicam data est ex meritis Christi futuris præuisis, vt patet ex illo Romanorum tertio. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei; iustificati gratis per gratiam ipsius, & redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionẽ iustitiæ suæ propter remissionẽ precedentiũ delictorũ &c. ergò postquã Christus est incarnatus, potuit mereri incarnationem per merita subsequentia. Certè Magister sententiarum in secundo docet expresse, quòd Angeli sunt creati in beatitudine, quam postmodum promeruerunt per opera subsequentia. In cuius rei confirmationem adducit exemplum; Nã si dux daret militi equum, vt eo bene vteretur, & fortiter pugnãdo illum promereretur, tunc præmium præcederet tempore ipsum meritum. Ex quo liquidò sequitur, quòd potest quis mereri per actum subsequentem id quod iam est præteritum. Et diuini Theologi constanter affirmant in materia de prædestinatione, quòd si bonus vsus gratiæ futurus esset ex nobis & ex meritis nostris, vnusquisque nostrum mereretur suam prædestinationem, sed vsus bonus gratiæ in Christo erat ex Christo, & ex meritis Christi, ergò meruit suam prædestinationem, & vnionem hypostaticam. ¶ Item ad meritum satis est quòd præcedat ordine naturæ ipsum præmium, sicut in hominibus iustis apparet, qui cum merentur augmentum gratiæ, & charitatis simul tempore est meritum & præmium, imò multi Theologi tenent satis probabiliter cum domino Caietano, quòd Angeli in secundo instanti meruerunt beatitudinem, & eam sunt consecuti, sed anima Christi Domini in instanti vnionis hypostaticæ habuit actum dilectionis supernaturalem, vt docet Diuus Thomas, infrà quæstione 34. qui fuit actus infinitè meritorius, ergò meruit vnionem hypostaticam. Explicatur hoc, nam Diuus Thomas in articulo tantum demonstrat, quòd Christus nullis meritis præcedentibus meruit vnionem hypostaticam, sed non demonstrat, quòd non meruerit eã per opera subsequentia, & per opera quæ simul tempore sunt. ¶ Vltimò, Christus Dominus satisfecit de omni rigore iustitiæ, pro omnibus beneficijs suæ humanitati collatis, vt ostensum est in secundo articulo primæ quæstionis, ergò satisfecit pro hoc singulari beneficio, quo humanitas est coniuncta diuinitati in vnitate personæ, potuit ergò mereri hanc dignitatem. ¶ Ad huius rei expositionem est prima conclusio. Christus non meruit diuinitatem, nec meruit vnionem hypostaticam. Hæc conclusio videtur mihi certa secundum fidem. Et probatur primo. Nam hoc mysterium in diuinis literis tribuitur diuinæ dilectioni, & summæ Dei liberalitati, vt patet ex illo Ioannis 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Et Lucæ primo. Per viscera misericordiæ Dei nostri. Et ad Ephesios capitulo secũdo, Propter nimiam charitatem, qua nos dilexit. Ad Titum 2. & 3. Apparuit benignitas, & humanitas, apparuit gratia Dei, non ex operibus iustitiæ, &c. & huiusmodi sunt innumera testimonia in sacris scripturis. Secundo probatur, quoniam Diuus Augustinus libro de prę destinatione sanctorum capitulo 15. & libro de bono perseuerantiæ, cap. vltimo, & tract. 105. in Ioan. & in enchiridio capitulo 40. pro manifesto, & euidenti statuit, quòd Christus nullis meritis promeruit hanc ineffabilem excellentiam, vt esset filius Dei, Præclarissimum (inquit) lumen prædestinationis, & gratiæ, ipse Saluator est. Nam ille homo vt à verbo Dei patri coæterno in vnitatem personæ assumptus esset vnigenitus filius, vnde hoc meruit? & iterũ, Humana merita hic cõticescant, quæ perierũt per Adam, vt regnet gratia, quæ regnat per Dominum Iesum Christũ. Tertio probatur, quoniã ità sentiunt vniuersi Theologi in 3. d. 4. vbi istam disputant quæstionẽ. Quarto probatur, nam qui dicunt Christum Dominum meruisse diuinitatem, & vt sit filius Dei incidunt in hæresim Fotinianam ab Ecclesia reprobatam, quæ asserebat Christum Dominum per bona opera diuinitatem promeruisse, quam destruit Diuus Thomas 4. contra Gentes, capitulo 28. His testimonijs accedunt optimæ rationes. Prima est, nam nemo potest mereri, vt sit, & habeat esse, nam

Tertium. Quartum. Quintum. Magister. Sextum. Caietanus. D. Thom. Vltimum. 1. Cõclusio. Ioan. 3. Luc. 1. Ephes. 2. Tit. 2. & 3. D. Augustin. D. Thom.

nam antequam habeat esse nulla merita possunt intelligi, sed Christus est per vnionem hypostaticam, ergò non potuit mereri vnionem hypostaticam. Secunda, primum principium meriti non cadit sub merito, sed incarnatio & vnio hypostatica, est principium omnis meriti, ergò non potest cadere sub merito. Maior argumenti demonstratur. Nam hæc de causa gratia prima & ipsa natura non cadit sub merito, quoniam est principium omnis meriti. Minor vero probatur. Nam ex vnione hypostatica omne meritum dimanat. Explicatur hoc euidentiùs. Nam meritum est causa præmij, ergò si incarnatio Domini est præmium, meritum est causa illius, & incarnatio est causa omnis meriti, ergò meritum est causa suæ causæ, quòd est absurdum.

Vltimo loco accedit probatio Diui Thomæ, quam desumpsit ex Diuo Augustino. Omnis operatio Christi subsecuta est vnionem hypostaticam, ergò nulla eius operatio fuit meritum vnionis. Explicatur hoc. Nam Christus vel meruit vnionem hypostaticam in quantum Deus, vel in quantum homo, non in quantum Deus, vt planè constat, neque in quantum homo, nam ante vnionem non erat homo. Confirmatur hoc nam esse, prius est quam operari, sed Christus est per vnionem hypostaticam, ergò ante vnionem hypostaticam non potuit operari, neque vero mereri. ¶ Secunda conclusio. Christus Dominus potuit mereri, vt pater incarnaretur, aut Spiritus sanctus. Probatur sic, nam eius operatio erat infinitè meritoria ex parte vnionis, vt suprà ostensum est, ergò potuit mereri infinitum præmium ex parte vnionis. Deinde si Christus Dominus suam orationem direxisset, vt pater æternus incarnaretur, certè exaudiretur pro sua reuerentia. ¶ Ad argumenta in principio. Ad primum, ex sanctis scripturis respondetur, quòd Christus meruit suam vnctionem, id est, meruit manifestationem suæ vnctionis, sic explicat Diuus Thomas, vel dicatur quòd illa dictio, propter, nõ semper dicit causam efficientem, & meritoriam, sed interdum dicit causam finalem, & in hoc loco commentarius est, propterea vnxit te Deus, id est, vnxit te Deus, vt odio haberes iniquitatem, & doceres iustitiam, & æquitatem. Ad secundam scripturam respondetur per regulam scripturis familiarem, explicandam esse, quòd dicitur aliquid fieri quando innotescit. Et sensus est, dedit illi nomen, id est, patefecit, & declarauit diuinitatem Christi, & nomen Dei quod habuerat ab initio. ¶ Ad secundum respon-

2. Cõclusio

Ad primũ argumẽtũ.

Ad secũdũ

detur, quòd Christus Dominus indubiè meruit quòd humanitas post triduum iterum vniretur diuinitati, quia humanitas non erat, quamuis partes humanitatis perseuerarent, quemadmodum nos meremur corporum resurrectionem, & quòd animæ iterum corporibus vniantur. Cæterùm non valet hæc argumentatio. Meremur resurrectionem corporum, ergò meremur creationem, quoniam creatio est principium omnis meriti. Non aliter in Christo meruit certè Christus, quòd humanitas post triduum iterum vniretur diuinitati, quoniam hæc vnio est terminus operationis, & meriti Christi, sed non meruit vt in principio vniretur diuinitati. Nam hæc vnio est principium omnis meriti Christi. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quòd meritum Christi est infinitum ex modo merendi. Nam meruit coram patre æterno de omni rigore iustitiæ, vt suprà expositum est, mereri autem de omni rigore iustitiæ coram Deo requirit infinitatem merentis & æqualitatem cum Deo, sicut producere aliquid ex nihilo requirit infinitam potentiam ex modo producendi. Deinde est infinitum hoc meritum quia valet pro infinitis hominibus, & pro infinitis mundis si essent. Tertiò, est infinitum quia quacunque beatitudine signata adhuc perfectiorem nobis meruit, sicut virtus Dei est infinita, non quod producat creaturas infinitas, sed quoniam quacunque data potest aliam & aliam multo meliorem producere. Vltimo est infinitum tali ratione. Nam si Christus applicasset suum meritum, vt pater æternus, vel Spiritus sanctus incarnaretur meruisset illud, non tamen præmium Christi fuit infinitum simpliciter, sed modis iam expositis, nam est creatura, sicut & meritum, & ideò non potest esse simpliciter infinitum. ¶ Ad quartum argumentum dicendum est, quòd beatissima Virgo Maria non meruit esse matrem Dei de condigno, sed de congruo, vt bene annotat Diuus Thomas hic in solutione ad vltimum, quòd vberius explicabitur in sequẽti dubitatione. ¶ Ad quintum argumentum respõdetur, quicquid sit de assumpto, vtrùm aliquis possit mereri per actum subsequentem pręmiũ ante concessum, hoc tamẽ verissimum est, quòd nullus potest mereri id, quod est primũ principiũ merendi, aliàs daretur modus quomodo quis possit mereri primã gratiã, & suam creationem. Deinde dicẽdum est Christum Dominum causam fuisse gratiæ, quæ data est patribus antiquæ legis in genere causæ

Ad tertium

Ad quartũ.

D. Thom.

Ad quintũ

re causæ

re causæ finalis antequam esset Christus, sed postquam hæc vnio facta est, fuit causa illius in genere causæ efficientis influendo,& conseruando illam gratiam, & tandem reducendo ad vltimum actum,introducendo sanctos ad beatitudinem,& ideo postquam semel facta est vnio,fuit causa meritoria illius gratiæ, quæ data erat patribus sub fidei iusione Messiæ venturi,propter merita Christi futura.Ex quibus patet,quòd gratia data patribus antiquæ legis non fuit primum principium meriti Christi, at vnio hypostatica fuit primum principium meriti Christi,& ideò non potuit cadere sub merito. ¶ Ad sextum respondetur, non esse impossibile meritum & præmium esse simul tempore, vt argumenta efficaciter probant. Verum est prorsus impossibile,vt primum principium merendi cuiusmodi est vnio hypostatica cadat sub merito, vt iam sæpiùs dictum est. ¶ Ad vltimum argumentum neganda est consequentia. Nam est manifesta ratio discriminis. Satisfactio enim præsupponit beneficium iam impensum,pro quo fit satisfactio,meritum verò necessum est,vt antecedat præmium: siquidem est illius causa. Cùm igitur vnio hypostatica sit causa omnis meriti Christi,impossibile est vt sub merito cadat. Cuius rei hæc est euidens demonstratio ex diuina Theologia. Nã si Christus in quantum homo meruit vnionem hypostaticam,&quòd esset Deus,consequens est, quòd meritum Christi Domini, quod est operatio creata esset tantum bonũ sicut Deus,meritum enim est æquale præmio. Sequitur rursus, quòd Christus in quantum homo posset dicere Deo, ego meis meritis me feci Deum.Sicut dicebat Pelagius Deo,tu me fecisti hominem,sed ego me feci iustum: siquidem meis meritis iustitiam comparaui. ¶ Est aliud dubium de secunda conclusione, vtrùm homines iusti ante incarnationem meruerint de condigno vnionem hypostaticam, & Christi Domini incarnationem?à parte affirmatiua sic arguitur.Nam rationes D.Tho. quibus probare adnititur partem negatiuam facilè labefactantur, illud enim quòd asserit in prima probatione, quòd merita ordinantur ad beatitudinem,& non ad vnionem hypostaticam,quę transcendit beatificam vnionem,nihil probat.Nam non videtur cur non possit ordinari meritum nostrum ad vnionẽ hypostaticam ex ordinatione diuina, sicut ad beatitudinem.Id vero quod assumit in secũda probatione,quòd gratia non cadit sub merito cum sit merendi principium,& ideò multò minus incarnatio cadit sub merito,quia est gratiæ principium,parum probat; quoniam ideo non potest homo primam gratiam mereri,quia ante primam gratiam non est amicus Dei,sed ante incarnationẽ homines iusti erãt amici Dei,ergò similitudo non consistit. Sed & tertia ratio D.Thom.leuis videtur. Nam non videtur impossibile, quòd Deus potuerit conferre tantam gratiam primo parenti, aut Abrahamo,vt reformaret totam naturam humanam. ¶ Deinde arguitur, beata Virgo Maria meruit de condigno esse matrem Dei, ergò meruit,quòd Christus incarnaretur.Antecedens probatur à quibusdam Theologis ex eo quòd meruit gloriam, quæ maius aliquid est.Potest etiam probari,quoniam merito beatæ virginis aliquid altius tribuendum est,quam merito aliorum hominum.Et confirmatur,nam D.Tho.in solutione ad vltimũ apertè docet,quòd beata Virgo ex gratia sibi collata illum puritatis, & sanctitatis gradum meruit,vt congruè esset mater Dei. Et certè videtur loqui de merito de condigno quo genere meriti iusti homines merentur augmentum puritatis,& sanctitatis. ¶ In contrarium est,quòd meritum cuiuscunque puri hominis est finitũ in genere meriti,sed vnio hypostatica est aliquid infinitum & increatum, ergò impossibile est,quòd cadat sub merito puri hominis.¶ Pro explicatione veræ doctrinæ est prima conclusio.De potentia Dei absoluta purus homo in gratia Dei existens potuit mereri de condigno incarnationem filij Dei, vt si Deus statuisset pactum cum Abrahã,aut cum alio iusto, si feceris hanc rem ego polliceor tibi in præmium obedientiæ incarnationẽ,ac multòmagis(vt antea indicatũ est)Christus Dominus mereri potuit,quòd pater æternus,aut Spiritus sanctus incarnaretur. Hanc conclusionem probat efficaciter argumentũ primum, quod fecimus contra probationes D.Tho. Sed obseruãdum est, quòd prędictũ meritum non esset tam propriè meritum de condigno sicut meritum sanctorum ad beatitudinem. Nam meritum sanctorum habet quandam æqualitatem cum beatitudine, vt ostendit Diuus Thomas 1. 2. quæstione vltima,articulo tertio, sed prædictum meritum non haberet æqualitatem cũ vnione hypostatica,haberet tamẽ vim ex institutione diuina. Veluti si rex ordinaret dare Petro regnum si saltaret,non ideo mereretur regnum de condigno ad æqualitatem. ¶ Secunda conclusio. De lege ac potentia ordinaria non potuerunt puri homines quantumlibet iusti promereri de condigno incarnationem.Hanc conclusionẽ conatur probare Apostolus in epist.ad Romanos

Ad sextum

Ad vltimũ. Meritum & satisfactio differunt.

Dubium Vtrũ vnio hypostatica cadat sub merito de condigno.

Primum argumentũ

Secundum.

In oppositũ

1. Cõclusio

D.Thom.

2. Cõclusio

Paulus

manos copioſè, & effuſe ſatis oſtendendo, quòd Iudæi non meruerunt incarnationem.

Pſal.88. Dauid etiam in Pſalm.88.Si dereliquerint filij eius legem meam,&c.vſque ad illud,miſericordiam autem meam nõ diſpergam ab eo, &c.Probatur deinde concluſio. Quoniam de lege ac potentia ordinaria meritum tãtum ordinatur,vt inquit D.Tho.in prima ratione,ad beatitudinem tanquam ad præmium. Ac rurſus de lege ac potentia ordinaria incarnatio Chriſti eſt principiũ meriti,multò magis quã prima gratia,vt inquit D.Tho.in ſecunda ratione,quoniam prima gratia collata eſt homi nibus per Chriſtum,& ſic patet ad primum.

3.Cõcluſio Beata Virgo Maria nõ meruit de cõdigno eſſe matrẽ Dei. Gabr. Almay.

¶ Tertia concluſio.Beata Virgo non meruit de condigno eſſe matrem Dei,hæc concluſio ſtatuitur contra Gabrielem,& Almaynum in 3.d.4.q.1.aſſerentes quòd ſuppoſita incarnatione aliquando facienda,beata Virgo etiam merito condigni,meruit eſſe matrẽDei.Itaq; non meruit ſimpliciter incarnationem Chriſti, quia potuit Deus de alia matre incarnari,ſed ſuppoſito quòd filius erat incarnãdus, meruit quòd ex ipſa carnem aſſumeret. Hęc ſententia videtur mihi falſa & improbabilis. Nam meritum condigni præſupponit legem de mercede reddenda pro meritis, at nulla extat lex diuina de tali mercede reddenda pro meritis cuiuſque,ergò non eſt meritum condigni ad vnionem hypoſtaticam.¶Secundò, & hoc argumẽtum eſt neceſſarium.Beata Virgo meruit de condigno eſſe matrem Dei, ergò meruit de condigno, quòd eſſet Deus filius eius.Quòd argumentum ſit neceſſarium patet.Nam conſequens includitur intrinſecè in antecedenti.Aſſerere verò beatam Virginẽ promeruiſſe de condigno eſſe Deum filium eius,alienum eſt à vera Theologia. Explicatur hoc euidentius.Nam ſi meruit de condigno vt eſſet mater Dei,ergò meruit de condigno vt Chriſtus ex ea naſceretur, ac ſubinde meruit de condigno,quòd Chriſtus eſſet in rerum natura. Tertiò. Si beata Virgo meruit de condigno,quòd eſſet Deus filius eius, ſequitur quòd meritum Virginis ſit melius, & excellentius,quam meritum Chriſti.Nã Chriſtus meruit ſibi gloriam corporis,& exaltationem ſui nominis, & meruit nobis remiſsionẽ peccatorum,& vitam gloriæ,ſed maius &excellẽtius eſt promeruiſſe,quòd Deus ſit filius Virginis,ergò meritum beatæ Virginis excellentius eſt. Quartò. Beata Virgo in cantico ſuo commemorans hoc beneficium, non refert illud in ſua merita,ſed in Dei gratiam, & ſummam liberalitatem.Sed & Paulus Roma.

Argumẽti neceſſariũ.

Rom.4. 4. de hoc beneficio verba faciens ſic loquitur:Non enim per legem promiſsio Abrahæ & ſemini eius, vt hæres eſſet mundi, id eſt, promiſsio Chriſti ex ſemine Abrahæ venturi non facta eſt per circunciſionem, neque per legem,neque per merita operum,ſed per gratuitam Dei beneuolentiam conceſſam credentibus in eum. Et in tertio capite habetur Rom.3. inſigne teſtimonium ad id probandum. Nun quid (inquit) incredulitas illorum fidei Dei euacuauit?abſit.Eſt enim Deus verax. Cuius loci communis expoſitio eſt,duplex eſſe genus diuinarum promiſsionum. Alterum eſt certæ determinationis, quod propter merita hominum non variatur,aliæ ſunt promiſsiones diuinæ,quæ reſpiciunt qualitatem,& conditionem hominum. Et iſtæ propter merita hominum variantur. Et de his non loquitur Diuus Paulus in præſenti loco. Prioris generis promiſsio fuit promiſsio Chriſti venturi ex ſemine Dauid,& ex beata Virgine. Et docet Diuus Paulus, quòd etiam ſi omnes Iudei non credidiſſent, & nulla hominum eſſent merita,Deus impleſſet promiſsionem ſuam, ergò non venit propter merita. Huic conſonat quod iterum dicit Paulus Romanorũ. 4. Rom.4. ideò ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſsio.Loquitur de promiſsione Chriſti venturi ex ſemine Dauid. Et ſenſus eſt, promiſsio hæc facta eſt non ſecundum merita hominum,ſed ſecundum gratiam,& liberalitatem Dei,vt firma & rata ſit promiſsio,& nõ ex peccatis hominum impediatur. Sed dices hæc argumenta non labefactare opinionem Gabriel.& Almay. Nam illi planè aſſerunt, quòd beata Virgo non meruit abſolutè incarnationem,ſed ſuppoſita prædeſtinatione diuina,& conditionaliter meruit illam.Sed ego dico,quòd hæc defenſio friuola eſt, & periculoſa. Nam ex ea ſequitur, quòd poſſemus dicere ſine periculo Abraham meruiſſe de condigno,quòd Chriſtus ex ſuo ſemine naſceretur. Et poſſemus explicare ſcripturam quæ ſonat contrarium, quòd non meruit illud abſolutè, ſed conditionaliter ſuppoſito quòd eſſet incarnandus. Rurſus ſequitur ex eadem doctrina, quòd quilibet prædeſtinatorum mereatur gratiam prædeſtinationis ſibi conceſſam,& poſſumus explicare ſacras literas,quæ ſonant contrarium, quòd non meremur prædeſtinationem abſolutè,ſed ſuppoſito quòd ſumus prædeſtinati ad talem,& tantam gratiam. Vltimò, hæc numero incarnatio,& quòd Deus fiat hic homo filius Virginis fuit abſque meritis,ergò beata Virgo non meruit de condigno,vt eſſet Dei mater. Antecedens patet,nam prædicti autores concedunt

dunt quòd prædestinatio incarnationis fuit gratis absque meritis, sed nulla fuit prædestinata incarnatio, nisi hæc numero ex Maria virgine, ergo hæc fuit sine meritis. ¶ Vltima conclusio. Patres antiqui & præcipuè beatissima Virgo meruerunt de cõgruo incarnationem petendo, & desiderando. Nam cõgruum est, vt Deus obedientes sibi exaudiat. Ita tenent omnes Theologi in. 3. dist. 4. quanquam Gabriel negat sanctos, & antiquos Patres meruisse de congruo incarnationem, sed tantum accelerationem. Et arguitur in fauorem huius. Nam ex contrario sequitur, quòd Patres antiquæ legis meruerint de congruo primam gratiam: siquidem meruerunt incarnationem Christi, quæ est fons, & principium gratiæ. Certè qui meretur fontem lucis meretur subinde ipsam lucem. Sequitur etiam, quod meruerint suam prædestinationem: siquidē meruerunt Christum, qui est causa suæ prædestinationis. Sequitur præterea, quòd meruerint de congruo gratiam, & gloriam Christi: siquidem meruerunt incarnationē Christi, ex qua sequitur gratia, atque gloria Christi. Vltimo ideo prima gratia non cadit sub merito de cõgruo, quia est radix omnis meriti, sed incarnatio Christi est radix omnis meriti, ergo. ¶ Ad hæc argumenta dicendum est, ad primum, & ad secundum, neganda est consequentia duplici ex causa. Tum quoniam Christus non fuit causa efficiens gratiæ, quæ collata est patribus antiquæ legis, vt superius dictum est, & patet euidēti ratione. Nam causa efficiens nõ potest causare antequam sit, certum autē est quod gratia antiquorum fuit prior tempore, quam Christi incarnatio, ex quo euidens est quod non meruerunt Christum, vt causam efficientem suæ gratiæ, & sic non meruerunt suam gratiam: tum deinde quoniam Patribus antiquis data est gratia ex meritis Christi præuisis, & id quidem gratis, sed postquam habuerunt gratiam meruerunt, vt veniret desideratus gentibus qui multo ante erat promissus. ¶ Ad tertium negandum est, quod Patres meruerint Christo gratiam, & gloriam. Quoniam hæc ex incarnatione non sequuntur necessario. Deinde quia deprecati sunt Deũ pro incarnatione, & nõ pro gratia, & gloria. ¶ Ad vltimum dico duo: vnum est non consistere similitudinem. Nam ante primam gratiam homo non est amicus Dei, ante incarnationem vero antiqui Patres erant amici Dei. Alterum est non omne meritũ fundari in incarnatione exhibita, & ideo meruerunt, vt exhiberetur. ¶ Ad argumenta in principio dubitationis proposita. ¶ Ad primum dicendum, quòd rationes D. Thomæ procedunt secundũ legem ordinariam, & sic sunt euidentes. ¶ Ad secundum respondetur, quòd beata Maria meruit de congruo incarnationē Christi multo melius, quam Patres antiqui, meruitque illā ineffabilem dignitatē, quod esset mater Dei, meruit etiam de condigno eum puritatis, & sanctitatis gradum, vt congruo esset mater Dei.

Vltima cõclusio.

Doctores Scholastici.

Prima obiectio.

Secunda obiectio.

Tertia obiectio.

Vltima.

Ad argumẽta ad primũ & secundũ.

Ad tertium argu.

Ad vltimũ.

Ad argumẽta in principio.

Ad primũ respondetur.

Ad secũdũ.

ARTICVLVS DVODECIMVS.

Vtrùm gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis.

AD duodecimũ sic proceditur. Videtur quod gratia vnionis nõ fuerit homini Christo naturalis. Vnio enim incarnationis non est facta in natura, sed in persona: vt dictum est*: sed vnum quodque denominatur à termino. Ergo gratia illa magis debet dici personalis, quàm naturalis. 18

Inf. q. 7. ar. 13. 2. & q. 34. ar. 3. 2. & 3. dist. 4. q. 3. ar. 2. q. 1. arti. 1. & 2. huius ¶.

¶ 2. Prætereà, Gratia diuiditur cõtra naturam: sicut gratuita quæ sunt à Deo, distinguuntur contra naturalia, quæ sunt à principio intrinseco. Sed eorum, quæ ex opposito diuiduntur, vnum non denominatur ab alio. Ergo gratia Christi non est ei naturalis.

¶ 3. Prętereà, Naturale dicitur quod est secundum naturã: Sed gratia Vnionis non est naturalis Christo secundum naturam diuinam (quia sic conueniret etiam alijs personis) nec etiam naturalis est ei secũdum naturam humanam: quia sic conueniret omnibus hominibus, qui sunt eiusdem naturæ cũ ipso. Igitur videtur, quòd nullo modo gratia Vnionis sit Christo naturalis.

Sed contra est, quod Augu. dicit in Enchir*. in humanæ naturæ susceptione fit quodãmodo ipsa gratia illi homini naturalis, qua nullum possit admittere peccatum.

c. 40. post med. to. 3.

Respondeo dicendum, quòd secundum Philosophũ in quinto Metaphy.* natura vno modo dicitur ipsa natiuitas, alio modo essentia rei. Vnde naturale potest aliquid dici dupliciter: Vno

Li 5. meta. tex. 5. to. 3.

modo, quod est tantum ex principijs essentialibus rei: sicut igni naturale est sursum ferri: Alio modo dicitur esse homini naturale, quod ab ipsa natiuitate habet: secundum illud Eph. 2. Eramus natura filij iræ. Et Sap. 12. Nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum.

Gratia igitur Christi siue Vnionis, siue habitualis non potest dici naturalis, quasi causata ex principijs humanæ naturæ in Christo, quamuis possit dici naturalis, quasi proueniens in naturam humanam Christi, causante diuina natura ipsius.

Dicitur autem naturalis vtraque gratia in Christo, in quantum eam à natiuitate habuit: quia ab initio conceptionis fuit natura humana diuinæ personæ vnita, & anima eius fuit munere gratiæ repleta.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet Vnio non sit facta in natura, est tamen causata ex virtute diuinæ naturæ, quæ est verè natura Christi: Et etiam conuenit Christo à principio suæ natiuitatis.

Ad secundum dicendum, quòd nó secundum idem dicitur gratia & naturalis: sed gratia quidem dicitur, inquantum non est ex merito: naturalis autem dicitur, inquantum est ex virtute diuinæ naturæ in humanitate Christi ab eius natiuitate.

Ad tertium dicendum, quòd gratia Vnionis non est naturalis Christo secundum humanam naturam, quasi ex principijs humanæ naturæ causata: & ideo non oportet quòd conueniat omnibus hominibus. Est tamen naturalis ei secundum humanam naturam propter proprietatē natiuitatis ipsius: prout sic conceptus est ex Spiritu sancto, vt esset idem naturalis filius Dei & hominis. Secundum verò diuinam naturam est ei naturalis, inquantum diuina natura est principium actiuum huius gratiæ. Et hoc conuenit toti Trinitati, scilicet huius gratiæ esse actiuum principium.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio, gratia Christi, siue vnionis, siue habitualis non fuit Christo naturalis quasi ex principijs naturæ humanæ causata. Hanc conclusionem tanquam manifestā sine probatione aliqua statuit Diuus Thomas. ¶ Secunda conclusio, vtraque gratia fuit Christo naturalis, tum quoniā vtraq; gratia conuenit ei à natiuitate. Etenim natura interdum, ipsam rei natiuitatem significat. Tum vero quoniam vtramque gratiam habuit Christus ex virtute diuina, quæ est idem cum natura diuina, quam Christus habet. Prima conclusio. Secunda cōclusio.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo obseruandum est, quòd esse naturale à natiuitate, dupliciter potest intelligi. Tum concomitanter, tumvero ex vi natiuitatis. Dico ergo quòd Christo est naturalis gratia non tantum concomitanter, sed ex vi natiuitatis, & virtute principij actiui, quod est Spiritus sanctus iuxta illud Lucæ. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, ideoque quod nascetur ex te sanctum, &c. At vero gratia Angelis, & Adæ collata fuit naturalis concomitanter solū, quia principiū creationis de se non necessario debuit facere Adam, vel Angelum Deo gratum, Christus autem non poterat non esse gratissimus Deo ex vi suæ natiuitatis præsuppositā Dei lege. Præterea scindum est, quod si beata Virgo fuit concepta sine peccato originali gratia fuit illi naturalis à natiuitate concomitanter sed non causaliter. Nam ex vi natiuitatis suæ nata est filia iræ, & priuilegium fuit quod nasceretur in gratia. Denique notandum est, quod non solum gratia vnionis, sed etiam gratia habitualis fuit Christo Domino naturalis. Nam iste homo ex definitione sua propria in quantum hic homo habet, quod sit filius Dei, & Sanctus Sanctorū. Neque huic aduersatur quod vtraque gratia à diuina natura libere procedat. Nam sufficit ad hoc quod dicatur naturalis, quod dimanet ab aliqua natura intrinseca ipsius Christi in ipsum Christum, sicut motus animalis sursum est naturalis licet sit à principio libero, scilicet, à voluntate. Ex his sequitur quòd simpliciter loquendo, id est, sine addito, potest dici quòd omnis gratia est naturalis Christo, sicut homini est naturale discurrere, quanquam libere discurrit. Naturale dupliciter. Lucæ. 1.

QVÆ-

QVAESTIO III.

De modo vnionis ex parte personæ assumentis, in octo articulos diuisa.

DEinde considerandum est de vnione ex parte personæ assumentis.

¶ Et circa hoc quærunturocto.

¶ Primò, vtrùm assumere conueniat personæ diuinæ.

¶ Secundò, vtrùm conueniat naturæ diuinæ.

¶ Tertiò, vtrùm natura possit assumere abstracta personalitate.

¶ Quartò, vtrùm vna persona possit assumere sine alia.

¶ Quintò, vtrùm quælibet persona possit assumere.

¶ Sextò, vtrùm plures personæ possint assumere vnam numero naturam.

¶ Septimò, vtrùm vna persona possit assumere duas numero naturas.

¶ Octauò, vtrùm magis fuerit conueniens de persona filij Dei, quod assumpserit humanam naturã, quàm de alia persona diuina.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm personæ diuinæ conueniat assumere naturam creatam.

19 3.di.5.q.2. arti.1.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd personæ diuinæ non conueniat assumere naturã creatã. Persona enim diuina significat aliquid maximè perfectum: Perfectum autẽ est, cui non potest fieri additio. Cùm igitur assumere sit quasi ad se sumere, ita quòd assumptum addatur assumenti: videtur quod personæ diuinæ non conueniat assumere naturam creatam.

¶ 2. Prætereà, Illud, ad quod aliquid assumitur, communicatur quodã modo ei, quod in ipsum assumitur: sicut dignitas communicatur ei, qui in dignitatem assumitur: Sed de ratione personæ est, quòd sit incommunicabilis: vt in prima parte dictum est*: Ergo personæ diuinæ non conuenit assumere, quod est ad se sumere. P.p.q.29. arti.1.

¶ 3. Prętereà, Persona constituitur per naturã: Sed inconueniens est, quòd constitutũ assumat cõstituens: quia effectus non agit in suã causam. Ergo personæ non conuenit assumere naturam.

Sed contra est quòd Augustinus dicit de fide ad Petrum*. Formam, id est, naturam serui, in suam accepit Deus, ille scilicet Vnigenitus, personam: Sed Deus vnigenitus est persona. Ergo personæ competit accipere naturã, quod est assumere. In li. de fid. ad Pet. c. 2. à med. to. 3

Respondeo dicendum, quòd in verbo assumptionis duo importantur, videlicet principium actus & terminus: dicitur enim assumere quasi ad se sumere. Huius autem sumptionis, persona est, & principium & terminus. Principium quidem, quia personæ propriè cõpetit agere: huiusmodi autem sumptio carnis per actionem diuinã facta est. Similiter etiã persona est huius sumptionis terminus: quia sicut suprà dictũ est*, Vnio facta est in persona nõ in natura. Et sic patet quòd proprijssimè cõpetit personæ assumere naturam. q. præc. art. 1. & 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd cùm persona diuina sit infinita, non potest ei fieri additio. Vnde Cyrillus dicit in Epistola synodali Ephe*. concil. Non secundum appositionem coniunctionis intelligimus modum. Sicut etiam in vnione hominis ad Deum, quæ est per gratiam adoptionis, non additur aliquid Deo: sed illud, quod diuinũ est, apponitur homini. Vnde non Deus, sed homo perficitur. In epist. 1. syn. Ephes. ad Nestor. circa med. illius.

Ad secundum dicẽdum, quòd persona dicitur incommunicabilis, inquãtum non potest de pluribus suppositis prædicari: nihil tamen prohibet plura de persona prædicari. Vnde non est

contra rationem personæ sic communicari, vt subsistat in pluribus naturis: quia etiam in personam creatã possunt plures naturæ concurrere accidentaliter: sicut in persona vnius hominis inuenitur quantitas & qualitas. Hoc autem est proprium diuinæ personæ, propter eius infinitatem, vt fiat in ea concursus naturarum: non quidem accidẽtaliter, sed secundum subsistentiam.

Ad tertium dicendum, quòd sicut q.2.arti. 1. suprà dictum est*, natura humana non constituit personam diuinam simpliciter, sed constituit eam secundum quòd denominatur à tali natura. Non enim ex natura humana habet filius Dei q̃ sit simpliciter, cùm fuerit ab æterno: sed solùm quòd sit homo: Sed secundũ naturam diuinam constituitur persona diuina simpliciter. Vnde persona diuina non dicitur assumere diuinam naturam, sed humanam.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio. PRima Conclusio proprijssimè conuenit personæ diuinæ assumere naturam creatam. Hanc conclusionem ostendit D. Thom. D. August. primùm autoritate D. August. libro de fide ad Petrum capit. 2. Deindè persona diuina est principium & terminus huius admirabilis assumptionis, ergo proprijsime conuenit personæ diuinæ assumere naturam creatam. Antecedens probatur. Tum quia assumere est agere, & actiones sunt suppositorum & personarum, tum vero quoniam vnio non est facta in natura sed in persona, vt superius ostensum est. Consequentia vero probatur, quia in hoc quod est assumere, tria importantur principium, & terminus, & ipsemet actus assumen- 2. Concluſ. di. ¶ Secunda conclusio in solutione ad secundum proprium est diuinæ personæ propter eius infinitatem, vt fiat in ea concursus naturarum secundum subsistentiam.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrum persona creata possit subsistere in duabus naturis? IN hoc articulo est grauis & difficilis quæstio, Vtrum ita sit propriũ diuinæ personæ assumere naturam creatam, vt sit prorsus impossibile, quod persona creata subsistat in aliena natura, quam assumat in vnitatem personę, & suppositi. Videtur certè quòd hoc nõ sit impossibile. Nam nõ implicat cõtradictionem, quod Angelus subsistat in natura angelica & humana. Ex hoc enim non inferuntur duæ contradictoriæ, ergo hoc numerandum est inter possibilia. ¶ Secũdo Deus potest eleuare corpus, vt agat in spiritum, ergo potest eleuare suppositum creatum, vt subsistat in pluribus naturis substantialibus. Consequentia inde probatur quia sicut secundũ cursum naturæ suppositum creatum determinatur ad naturam propriam, ita naturaliter loquendo corpora determinantur, vt agant in corpora, & non in spiritus: sed antecedens probatur. Nam vt habet sana doctrina, sacramenta cum sint res corporeæ agunt in animas iustificãdo eas, & ignis inferni corporeus cum sit, agit in angelicos spiritus cruciando, & affligendo illos. ¶ Tertio, subsistere in humana natura nõ est effectus formalis animæ rationalis, nec vero humanæ naturæ. Alioqui Deus in mysterio incarnationis non posset dare subsistentiam humanæ naturæ. Non enim potest supplere effectum causæ formalis, ergo potest Deus efficere quod humanitas subsistat in aliena subsistentia, absque eo quòd vniatur sibi hypostaticè. Probatur consequẽtia. Nam omnem effectum, qui non sit causæ formalis potest Deus supplere absque vnione hypostatica ad humanitatẽ. ¶ Quarto, sequitur ex opposita sententia, quod Angeli, & dæmones naturali facultate sui intellectus possint euidenter cognoscere mysterium Dominicę incarnationis, quod asserere alienum est à vera Theologia. Quod sequatur patet, nam Angeli cognoscunt euidenter, quòd humanitas Christi non subsistit per propriam subsistentiam. Nam nullam vident ibi propriam subsistentiam, ergo si est euidens, quod non potest subsistere in alieno supposito creato, euidens est quòd subsistit in supposito increato, quod est cognoscere mysterium incarnationis. Et explicatur hoc. Nam Angeli cognoscunt euidenter humanitatem Christi nõ subsistere subsistentia propria, ergo subsistere aliena, non creata, ergo increata. ¶ Prætereà si suppositum creatum nõ potest assumere alienam naturam in vnitatem suppositi maximè quoniam assumere, & terminare alienã naturã exposcit infinitam perfectionẽ, quam rationem insinuat D. Tho. ad secundum: sed hæc ratio nihil valet. Nam verbũ Dei terminat humanitatem ratione proprietatis personalis, at hæc non dicit perfectionẽ, aliàs aliqua perfectio esset in filio, quæ non esset in patre, nam proprietas personalis filij non est in patre. ¶ Confirmatur, nam si assumere actu alienam naturam est perfectio, ergo aliqua perfectio competit filio, quæ non competit patri, nam filius

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Confir.

filius assumpsit naturam humanam nō pater, imo sequitur, quòd verbum Dei ex tempore acquisiuit aliquam perfectionē. ¶ Vltimo, secundum naturam rei tantum dependet accidens à subiecto, quantum natura à proprio supposito, sed Deus potest conseruare accidens sine proprio subiecto, vt patet in sacramento Eucharistiæ, ergo potest conseruare naturam in alieno supposito. In hac quæstione explicanda variant Doctores. Tertullianus libro de carne Christi Domini existimat, q Angeli cum assumunt corpora vniunt ea sibi hypostaticè in vnitatem personæ. Origenes docet Malachiam fuisse Angelum incarnatū, vt indicat D. Hieronymus in præfatione super Malachiam, & in commentarijs Aggæi ca. 1. Idem autor in. 2. tomo in Ioan. exponēs illud, Hic venit in testimonium, &c. dicit plerosque angelos olim fuisse incarnatos, & vnū ex ijs fortè fuisse Ioannem Baptistam. Scotus in. 3. d. 1. q. 4. vbi exponit istam difficultatem manet dubius, & tandem docet esse opinionē probabilem, quòd virtute supernaturali potest suppositum creatum naturam alienā assumere in vnitatem personæ. Hanc sententiam amplectitur sine formidine Ocham ibidem q. 1. Sed Caieta. hic, & Durandus in. 3. d. 1. q. 5. tenent vehementer non esse factibile, quòd suppositum creatum subsistat in duabus naturis substantialibus. Sed pro expositione sit prima conclusio. Suppositum creatum potentia, & virtute naturali non potest assumere naturam creatam alienam in vnitatem suppositi. Hæc conclusio asseritur ab omnibus Theologis in. 3. sententiarum in principio, & probatur primo. Nam aliâs non esset magnum & stupendum miraculum, quòd verbū Dei copulauerit sibi naturam humanam in vnitatem personæ, at est miraculum supra omne miraculum. Secundo, nos supra q. 1. art. 1. euidēter ostendimus non posse ratione naturali cōprehendi, quod Deus possit esse homo, ergo multo minus potest comprehendi ratione naturali quòd Angelus possit esse homo, ergo in Angelo non est potentia naturalis, vt fiat homo. Tertia probatio est, quam hic habet D. Tho. ad secundum. Ait enim proprium esse diuinæ personæ subsistere in duabus naturis substantialibus perfectis propter suam infinitatem, sed nullum suppositum creatum habet infinitam virtutem, vt apertè constat, ergo nō potest subsistere in pluribus naturis substantialibus. Quarta probatio, subsistentia, & personalitas cuiuscunque suppositi creati est determinata, & limitata in proprio genere, ergo non potest tribuere subsistentiam alienæ naturæ. Certè subsistentia humana limitata est ad certum genus, & ad certam speciem, ergo non potest dare subsistentiam equo, aut leoni, sicut esse albedinis, quia est determinatum non potest dare esse nigredinis. Vltima probatio, Angeli, vt docet D. Tho. 1. p. q. 110. arti. 2. 3. & 4. non possunt immutare naturas rerū, neque materia obedit eis ad nutum, nec possunt facere miracula, at si Angelus posset incarnari mutaret naturas rerum, & faceret stupendum miraculum. An nō esset miraculum quòd idem suppositum esset mortale, & immortale? spiritus & corpus? ¶ Secunda cōclusio non est factibile etiā de potentia Dei absoluta, quod suppositum creatum assumat alienam naturam in vnitatem suppositi. Hanc sententiam videtur docere D. Thom. hic ad secundum, inquit enim esse proprium diuinæ personæ propter suam infinitatē, vt in ea fiat concursus duarum naturarum secundū subsistentiam, sed nulla creatura etiam supernaturaliter potest esse infinita, ergo nulla creatura potest subsistere in duabus naturis. Hæc ratio D. Tho. est efficax si rectè expendatur, & arguitur in eius explicationem, & confirmationem. Si suppositum creatum potest subsistere in duabus naturis poterit etiam subsistere in infinitis si essent, sed hoc expostulat infinitam virtutem, ergo subsistere in duabus naturis exposcit infinitam virtutem, quæ creaturæ communicari non potest. Maior patet nam si semel admittatur, quod suppositum creatum non determinatur ad propriam naturam, non potest demonstrari ratio, quare potius determinetur ad istam naturam alienam, quam ad aliam, ad tres vel quatuor, quam ad mille. Minor patet. Nam sustentare duas naturas maioris virtutis est, quam vnam sustentare, & tres maioris virtutis est, quam duas, & sic in infinitum. Item nulla creatura etiam de potentia Dei absoluta potest eleuari, vt sit causa creationis iuxta doctrinā D. Tho. 1. p. q. 45. art. 5. ex eo quòd ad creandū requiritur virtus infinita in causando, sed ad assumendum alienam naturam in vnitatem suppositi necessaria est infinita virtus in subsistendo, vt iam probatū est, ergo non potest creaturæ communicari. Alia argumenta, quæ solent fieri in huius sententiæ confirmationem parum probare vidē tur, & ideo illis prætermissis ad argumenta in contrarium respondēdum est. ¶ Ad primum argumentum nego antecedens, & ad probationem respondetur, quòd licet non euidēter inferantur duæ contradictoriæ, inferuntur tamen satis probabiliter, nēpè, quòd istud suppositum sit finitum, & infinitum. Primum est

Vltimum.
Tertul.
Origenes.
D. Hieron.
Scotus.
Ocham.
Durandus.
Caietanus.
Prima conclusio.
D. Thom.
D. Tho.
Secunda cō clusio.
D. Tho.
Explicatur ratio D. Tho.
D. Tho.
Ad argumēta in cōtrarium.
Ad primū.

euidens: siquidem est creatura. Secundũ vero colligitur optima argumentatione. Nam ad subsistẽdum in duabus naturis requiritur virtus infinita, vt dudum probatũ est. Itaq; hæc est contradictio, quòd subsistentia illius suppositi creati esset finita, & infinita. ¶ Ad secũdum argumentum negatur consequentia, & est duplex ratio dissimilitudinis. Nam exẽpla adducta procedunt de eleuatione ad agendũ, subsistere vero in aliena natura, non est agere sed dare suum esse alienæ naturæ, hoc vero præstare non potest nisi sit esse infinitum, & illimitatum. Secunda differentia est, nam cum res creatæ assumuntur vt instrumẽta, vt agant in spiritum, vel vt faciant miraculum, concurrunt tanquam causæ instrumentarię, & minus principales, Deus vero vt causa principalis, sed si suppositum creatum subsisteret in natura aliena, præcipuũ subsistens in natura aliena esset suppositum creatum, & non Deus. Tertiò dico, quòd hoc argumentum est simile ac si conficeretur tale argumentum. Deus potest eleuare creaturam vt faciat miraculũ, ergo potest illam eleuare, vt creet. Argumentum nullum est. Nam ad creandum requiritur virtus infinita. ¶ Ad tertium argumẽtum respondetur conuincere euidenter, quòd esse humanitatis in Christo nõ est effectus rationalis animæ, neque humanitatis. Rursus dico euidenter conuincere, quòd Deus potest conseruare humanitatem sine proprio esse, sicut fecit in incarnationis mysterio, sed ex hoc nõ sequitur, quòd possit sustentare humanam naturam per alienam subsistentiam creatã. Hoc enim implicat cõtradictionem. Pro cuius explicatione sciendũ est, quòd Deus potest conseruare naturam humanam sine proprio esse, sed non potest efficere, vt existat sine existentia. Hæc enim est euidens cõtradictio: ex quo sequitur quod si existit, & non habet propriã existentiam ex necessitate, debet habere existentiam increatam. Nam per existentiam alienam creatam existere non valet. ¶ Ad quartũ respondetur, quod de mysterio incarnationis hæc possunt dæmones cognoscere naturaliter, & euidenter. In primis cognoscunt euidenter, quòd humanitas Christi non existit per propriam existentiam. Rursus cognoscũt euidenter, quòd non subsistit aliena existentia creata, ex quo consequens est, quòd intelligant euidenter existere per existentiam increatam, sed ex hoc non sequitur, quod intelligant euidenter mysterium incarnationis. Nam nõ intelligunt modum, quo humanitas existat per existentiam increatam, an supponendo, an conseruando, vel alio modo. Et certè hoc argumentum non est euidens, hoc vnitur Deo hypostaticè, ergo est Deus. Nam sanguis secundum veram doctrinam vnitur Deo hypostaticè, at non est Deus. ¶ Ad quintum argumentum respõdetur negando quod assumere naturam creatam non sit perfectio. Et ad argumentum respondetur, quòd licet proprietas personalis filij sit infinita perfectio non sequitur, quòd aliqua perfectio sit in filio quæ non sit in patre. Nam tanta perfectio, est in patre paternitas, quanta in filio filiatio. Vel dicendum est, quòd eadem numero perfectio quæ est in filio filiatio est in patre paternitas, sicut eadem essentia, quæ est in patre paternitas est in filio filiatio, & hoc argumentum nihil valet, filiatio est perfectio, filiatio non est in patre, ergo aliqua perfectio non est in patre, sicut non rectè sequitur filiatio est essentia, filiatio non est in patre, ergo essentia non est in patre. In his argumentis variatur appellatio, & argumentamur à formali ad identicam negatiuè, vel (vt dicunt antiqui Theologi) mutatur ad aliquid in quid. ¶ Ad confirmationem respondet hic Dominus Caietanus in solutione primi, ostendens euidenter, quòd ex hoc quòd Deus assumpsit naturam humanam nullam adeptus est perfectionem, cum hoc tamen verum est, quod posse sustentare alienam naturam infinita perfectio est, quod vberius explicatum est in secunda quæstione introductionis. ¶ Ad vltimum argumentum respondetur, quòd accidens dependet à subiecto in genere causæ efficientis, & conseruantis, & hæc efficientia, & conseruatio potest suppleri à Deo, sed suppositare alienam naturam est dare illi suum esse, quod non potest præstare nisi sit esse infinitum, & illimitatum. Secundò respondetur argumentum probare, quòd potest subsistere in alieno supposito, quod factum est in incarnationis mysterio. ¶ Sed adhuc non quiescit animus, & videtur profecto, quòd suppositũ creatum sæpenumero assumat alienam naturam in vnitatem suppositi. Nam Angeli assumunt corpora, vt constat ex sanctis scripturis, sed assumere, vt sæpè dictum est, est ad suam hypostasim assumere, ergo vniunt corpora sibi assumpta hypostaticè. Confirmatur etiã nam Angeli in corporibus assumptis loquuntur, comedunt, quæ sunt operationes vitales. Ergo corpora assumpta vniuntur Angelis hypostaticè. Nam viuunt per vitam Angelorum, nec enim habent aliam formam viuendi. ¶ Deinde suppositum creatum potest sibi vnire accidentia hypostaticè, & partes, vt manum, pedem, poterit ergo assumere alienã naturam,

Ad secũdũ.

Notandum discrimen.

Ad tertium

Ad quartũ.

Dæmones quid cognoscunt circa mysterium incarnationis.

Ad quintũ.

Ad confir. Caietanus.

Ad vltimũ.

Alia argumenta. Primum argu.

Confir.

Secundum.

naturam, veluti cum ramus inseritur ramo.

Tertium. ¶Tertio, sanguis vnitur homini hypostaticè, quod sic ostendo ex vera doctrina. Nam sanguis vnitur Christo hypostaticè, & ob id est infiniti valoris, sed sanguis non vnitur homini tanquam pars: siquidem est inanimatus, & discótinuus, nec vero, vt suppositum, alioqui in homine essent plura suppositа, scilicet, sanguis, bilis, atra bilis, reliquum est, vt vniatur homini veluti natura quædam ergo homo subsistit in pluribus naturis, & in eo fit cócursus duarum naturarum.

Ad primũ. D. Tho. ¶Ad hæc argumenta dicendum est breuiter. Ad primum respondetur ex doctrina D. Tho. 1. p. q. 51. art. 2. ad secũdum, quòd Angelus cum assumit corpus, nõ assumit ad vnitatem suppositi, sed vnitur ei vt motor, vt per ipsum repræsentetur. Itaque manẽt duo suppositа distincta: nec enim Angelus est corpus, aut homo. Neque vero exercet operationes vitales in corpore assumpto,

Tobiæ. 12. sed tantum similitudinarie. Vnde Tobiæ. 12. habetur quod dixit Angelus, cum essem vobiscum videbar comedere, sed egó cibo inuisibili vtor. Itaque videbatur Angelus come-

Ad secũdũ. dere sed verè non comedebat. ¶Ad secũdum respondetur, quòd cum ex diuina Theologia asseritur suppositum creatum non posse subsistere in duabus naturis, de perfectis integris discontinuis intelligendum est, contra quem sensum non militat argumentum, secundum illud vero, quod de insertis asseritur in superioribus à nobis cõfutatum est.

Ad tertiũ. ¶Ad tertium respondetur, quòd de eius difficultate est magna dissensio inter Theologos, vt videbimus infra quæst. 5. articu. 2. nunc breuiter dicendum est, quòd sanguis non est natura perfecta, sed est via quædam, quæ destinatur, & ordinatur ad naturam perfectam, & ad nutriendum corpus viuum. Obidque non dicitur filius Dei assumpsisse plures naturas, quáuis assumpsit sanguinem, & reliquos humores, & propter eandem causam non dicitur homo subsistere in duabus naturis, sed in vna duntaxat. Vel dicendum est & hæc est vera solutio, quod sanguis est vera pars humanæ naturæ, & illi continuata, de qua solutione tractabitur diligentius in loco citato. Hactenus expositum est, quemadmodum sit proprium diuinæ personæ propter eius infinitatem, quod subsistat in duabus naturis perfectis. Proximum est, vt exponamus quemadmodum diuinæ personæ proprijssimè conue-

Explicatur prima conclusio, articuli. niat assumere naturam creatam, quod asserit D. Thom. in prima conclusione. Pro cuius rei intelligentia obseruandum est, quòd persona

Persona. in hac conclusione accipitur formaliter, vt distinguitur contra naturam siue significatam in abstracto, vt Deitas, siue significatã in concreto vt Deus. Nec vero fit sermo de persona considerãdo an in diuinis sit vna persona, vel plures, neque considerando an sit persona relatiua, vel absoluta. Secundo obseruandũ est, quòd personæ diuinæ proprijssimè conuenit assumere naturam creatam. Quod demóstrat D. Tho. euidenti argumento. Nam persona diuina est principium, & terminus huius admirabilis assumptionis ergo diuinæ personæ proprijssimè conuenit assumere naturã creatam. Ex hac demonstratione liquido constat, quod persona diuina terminat istam admirabilem assumptionem.

Arguitur contra conclusionem D. Thomę. Primũ arg. Secundum. ¶Sed contra hanc sententiam fiunt argumenta non inualida. Nam terminare naturam humanam dicit causalitatem ad extra, ergo prius conuenit naturæ diuinæ, quam personis. ¶Deinde terminare naturam dicit causalitatem ad extra, ergo conuenit vniuersis tribus personis. Consequentia probatur. Nam opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, & in actione ad extra nulla est distinctio diuinarum personarum in agendo.

Tertium. ¶Tertio, terminare naturam humanam est illam sustentare per subsistentiam verbi diuini, sed sustentare est operari, & causare ad extra, ergo competit tribus personis.

Quartum. ¶Quarto, quòd natura humana sustentetur à verbo diuino, est quòd dependeat à verbo diuino, dependentia autem, vt sic est inter effectum, & causam, ergo sustentare, aut terminare naturam est causare.

Expositio. Difficultatem in his argumentis propositam exponunt Doctores in principio distinctionis primæ tertij sententiarum, & summa consensione definiunt, quod terminare naturam nõ est agere, neque causare.

Terminare naturã non est agere Caietanus. Hoc ipsum docet Dominus Caietanus hic in suis commentarijs. Et patet euidenti ratione. Nam alioqui vna persona non posset assumere naturam creatam sine alia, quod est hæreticum. Vnde filiatio in filio potest esse ratio terminandi, sed non causandi, & hinc est, quod in diuinis relatio non est

Relatio nõ est agendi principiũ. principium agendi nec ad intra, neque ad extra. Pater enim non generat paternitate, nec vero creat, sed tantum dat esse personale, & incommunicabile, & terminat, & complet rationem personæ, & determinat naturam diuinam ad personalitatem, sicut personalitas Petri naturam humanam. Itaque quemadmodum personalitas diuina ad intra constituit personam diuinam absque aliqua causalitate, & efficientia, sic personalitas verbi diuini ad extra, constituit vnam personam in duabus naturis subsistentem absque aliqua

causalitate, & efficientia. Sed adhuc demonstratur exemplis adductis ex rebus naturalibus, quòd terminare non sit agere, quod certè eleganter demonstrat Scotus in. 3. dist. 1. in principio. Nam suppositum in rebus creatis terminat naturam, at secundum istam considerationem non agit in naturam, quin potius natura ordine naturæ præcedit suppositum, constituit namque suppositum. Deinde punctus terminat lineam, at non causat re vera lineam. Vnum relatiuum terminat aliud relatiuum, at non causat illud. Filius enim patrem non causat, sed & centrum terminat motum, sed non causat motum. ¶ Ex his dictis sequitur quomodo sit intelligendum illud, quod dicit D. Augustl. libro de fide ad Petrum ca. 2. quòd licet solus filius assumpserit carnem humanam, incarnationem tamen ipsam cum Patre, & Spiritu sancto operatus est. ¶ Secundò sequitur, quod aliud est facere incarnationem, & aliud incarnari, hoc est naturæ humanæ vniri. Nam primum conuenit vniuersis personis sanctissimæ Trinitatis, secundum vero soli filio competit. ¶ Tertiò sequitur, quòd ad assumptionem, vel incarnationem prout importat conditionem efficientis, producentis, vel conseruantis tota Trinitas concurrit, sed prout importat terminare naturam, & dare illi proprium esse solus filius assumpsit humanam naturam. ¶ Quartò sequitur, quòd nullus modus verbi specialis agendi reperitur in incarnatione Dominica, propter quem dicatur verbum sustentare naturam humanam, quo pater, & Spiritus sanctus non dicantur sustentare illam, sed solum verbum Dei dicitur sustentare humanitatem in hoc sensu, quoniam solum verbum terminat humanam naturam dando illi suum esse. Et in eodem sensu potest concedi, quòd solum verbum Dei terminat dependentiam humanæ naturæ, sed hæc dependentia non est causati à causa, sed est tantummodo dependentia in ratione terminandi. Item sequitur quòd cum verbum Dei copulauit sibi naturam humanam potest comparari ad naturam humanam in ratione principij causantis, & in ratione suppositi terminantis, & tribuentis ei suum esse. Et in prima comparatione necessario communicant omnes tres personæ Trinitatis. Nam in Deo vna est natura, vnica est virtus per quam est causa omnium creaturarum. Sed secunda comparatio respicit aliquam personam distinctam. Nam licet vna persona conueniat cum alia in natura, & in virtute operandi, sed distinguitur ab alia in ratione suppositi, & in proprietate personali, & hinc est quòd potest assumere vna persona naturam creatam sine alia. ¶ Vltimò sciendum quòd personalitas verbi diuini est infinita in terminando. Itaque sicut Deitas continet eminenter, vel formaliter omnes perfectiones essendi, & causandi, & ob id potest supplere omnem causalitatem, & omnes vices cuiuscunque efficientis, sic personalitas verbi continet eminenter omnes personalitates creatas, & creabiles, & ob id potest supplere omnem rationem personalitatis, & terminare quamcumque naturam. Et hoc est quod dicit D. Tho. in solutione ad secũdum quòd verbum Dei propter suam infinitatem subsistit in duabus naturis. Ex his documentis facilè confutantur argumenta proposita, & articulus iste manet explicatus. Nam reliquæ annotationes, quas ponit Caietanus per faciles sunt, & non egent nostra expositione.

Scotus.

Primũ corollarium.

D. Augusti.

Secundum corollariũ.

Tertiũ corollarium.

Quartũ corollarium.

Verbũ dupliciter cõparatur ad naturã humanam.

Notãdum.

D. Thom.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum diuinæ naturæ conueniat assumere.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd naturæ diuinæ non conueniat assumere: Quia, sicut dictum est*, assumere dicitur quasi ad se aliquid sumere: Sed natura diuina non sumpsit ad se humanam naturam, quia non est facta vnio in natura, sed in persona: sicut suprà dictum est*. Ergo naturæ diuinæ non competit assumere naturam humanam.

20

3. di. 5. q. 2. artic. 2.

* ar. præced.

* q. 2. arti. 1. & 2.

¶ 2. Prætereà, Natura diuina communis est tribus personis. Si ergo naturæ conuenit assumere, sequitur quòd conueniat tribus personis. Et ita Pater assumpsit naturam humanam, sicut & Filius: quod est erroneum.

¶ 3. Prætereà, Assumere est agere. Agere autem conuenit personæ, non naturæ, quæ magis significatur vt principium, quo agens agit. Ergo assumere non conuenit naturæ.

Sed contra est, quòd Augustl. dicit in lib. de Fide ad Pet*. Illa natura quæ semper genita manet ex Patre, id est, quæ est per generationẽ æternam accepta à Patre,

* Cap. 2. inter prin. & me. c. to. 3.

Patre, naturam nostram à matre sine peccato susceptit.

Respõdeo dicẽdũ, quòd sicut dictũ est*, in verbo assumptionis duo significantur, scilicet principiũ actionis & terminus eius. Esse autẽ assumptionis principiũ, cõuenit naturæ diuinæ secũdum seipsam, quia eius virtute assumptio facta est. Sed esse terminũ assumptionis nõ cõuenit diuinæ naturæ secũdum seipsam: sed ratione personæ, in qua cõsideratur. Et ideo primò quidem & proprijssimè persona dicitur assumere: secũdariò autẽ potest dici, quòd etiã natura assumpsit naturã ad sui personã. Et secũdũ etiã hunc modũ dicitur natura incarnata: non quasi sit in carnẽ conuersa, sed quia naturam carnis assumpsit. Vnde Damascenus dicit*, Dicimus naturã Dei incarnatã esse, secundũ beatos Athanasium† & Cyrillum*.

art. preced.

Lib. 3. ort. fid. ca. 6. ad finem.

†Athan. in symbo. suo fi.

*Cyrill. in cõci. Chal. act. 1. post epist. Cyrill. ad Ioã. episcõ. Antioch.

Ad primum ergo dicendum, quòd ly se, est reciprocum, & refert idem suppositum. Natura autem diuina non differt suppositò à persona Verbi: & ideo inquãtum natura diuina sumit naturam humanam ad personam Verbi, dicitur eam ad se sumere. Sed quamuis Pater sumat naturam humanã ad personam Verbi, non tamen propter hoc sumit eam ad se: quia non est idem suppositum Patris & Verbi, & ideo non potest dici propriè, quod Pater assumat naturam humanam.

Ad secundum dicendum, quòd illud quod conuenit naturæ diuinæ secũdum se, conuenit tribus personis: sicut bonitas, sapientia, & huiusmodi. Sed assumere conuenit ei ratione personæ Verbi, sicut dictum est*. Et ideo soli illi personæ conuenit.

In cor. arti.

Ad tertiũ dicendum, quòd sicut in Deo idẽ est quod est, & quo est: ita etiã in eo idẽ est quod agit, & quo agit: quia vnumquodque agit inquãtum est ens: Vnde natura diuina est illud, quo Deus agit, & est ipse Deus agens.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Esse principium assumptionis conuenit diuinæ naturæ secũdum seipsam. Probatur hæc, assumptio fit virtute diuina, ergo natura diuina secundum seipsam est huius assumptionis principium. Prima conclusio.

¶Secũda conclusio esse terminũ assumptionis non conuenit naturæ diuinæ secundum se ipsam, sed ratione personæ. Hæc conclusio demonstrata est articulo præcedenti. Secunda cõclusio.

¶Tertia cõclusio primo, & proprijssimè diuina persona dicitur assumere, secundario tamen dici potest, quòd natura diuina assumpsit naturam ad sui personam, secundum quem modum natura diuina dicitur incarnata. Hæc conclusio colligitur ex duabus præcedentibus, & probatur autoritate Damasceni. Tertia cõclusio.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVæstionem huius articuli scribit Magister in. 3. d. 5. esse satis perplexã propter varia sanctorum patrũ testimonia. Quatuor sunt de ea celebres opiniones. Prima opinio est Durandi in. 3. d. 1. q. 2. & cõsistit in tribus propositionibus. Prima propositio, personæ diuinæ cõuenit terminare humanã naturã ratione essentiæ, & nõ ecõtrario. Secũda propositio prius facta fuit hæc vnio ad naturam, quã ad personã. Tertia propositio, immediatius natura diuina assumpsit naturã humanã, quã persona, sed nõ principalius. Sed vt fugeret Durãdus periculũ errãdi, & nõ videretur cõcedere, q; nõ magis filius est homo, quã pater, & Spiritus sanctus, dicit quòd hæc vnio vlterius facta est ad ea, quæ sunt propria filij. Magister. Durandus.

¶Ad probãdum hanc opinionem præmittit Durandus vnũ fundamentũ, quòd in diuinis est tantũ vnũ subsistere absolutũ, & essentiale cõueniẽs vniuersis personis ratione essentiæ, & hoc fundamentũ esse verũ probat multis argumentis. Fundamentum Durandi.

¶Primum, ex differentia, quæ est inter suppositum in creaturis, & suppositum in Deo: nam suppositũ in creaturis ab eodem habet, quòd subsistat, & quòd sit singulare, & incõmunicabile, sed persona diuina per aliud formaliter subsistit, & per aliud est suppositũ incommunicabile, nam subsistit per essentiã, est incommunicabile per relationem, ergo subsistere in diuinis essentiale est & vnicum. Primum argumentum ad probandum fundamentũ Durandi.

¶Secundò, subsistere dicit perfectissimũ modum essendi, sed perfectior modus essendi est esse in se, quã ad aliud, ergo subsistere diuinis personis cõuenit ratione essentiæ, & nõ ratione relationis, quę dicit ad aliud. Secundum.

¶Tertiò, relatio de se est nullius perfectionis, sed subsistere est maximæ perfectionis, ergo nõ cõuenit Tertium.

Quartum. ratione relationis. ¶ Quartò, subsistẽtia essen tialis per quam Deus subsistit est infinita, ergo sufficit pro omnibus tribus personis, imo pro vniuersis, & infinitis personis si essent. Explicatur hoc. Nam hæc infinita subsistentia continet in se omnem rationem subsistendi, ergo non est necessaria alia subsistentia re-

Quintum. latiua, vt subsistat diuina persona. ¶ Quinto, probatur idem fundamentum autoritate D.

D. August. Augusti. 7. de Trinit. cap. 4. inquientis, quòd vniuersa res ad se ipsam subsistit, quanto magis Deus. Idem comprobatur ex documentis

D. Thom. D. Thomæ: nam infra q. 17. manifestè docet, quòd in diuinis personis est tantum vnũ esse, &. 1. p. q. 40. art. 2. ad secundum scribit, quòd diuinæ personæ non distinguuntur in esse in quo subsistunt sed solum ex eo quòd dicuntur ad aliquid. Et de potentia q. 2. arti. 6. scribit, quod in diuinis non est duplex esse essentiale, & personale. Persona namque nõ existit nisi per esse essentiæ. Et in. q. 9. art. 5. ad. 13. expresse docet, quod proprietates personales ha

Argumẽta pro sententia Durãdi. bent quod subsistant ab essentia. Ex hoc fundamento verè, & rectè constituto conficiuntur talia argumenta in fauorem Durandi. In

Primum. primis per idem cõuenit diuinæ personæ esse terminum assumptionis, per quod conuenit subsistere, sed subsistere conuenit ratione essentiæ, vt dudum probatum est, ergo esse terminum conuenit personæ ratione essentiæ.

Secundum ¶ Deinde quòd filius terminet, & assumat naturam humanã ex eo habet, quòd suam subsistentiam communicat naturæ humanæ, sed hæc subsistentia conuenit filio ratione essen-

Tertium. tiæ, ergo terminat ratione essentiæ. ¶ Tertio, essentia diuina prout est in patre est principiũ, & ratio generandi nõ paternitas, aut proprietas personalis, ergo ad eundẽ modũ subsistentia essentialis prout est in filio est ratio ter

Quartum. minandi naturã humanã non filiatio, vt proprietas personalis. ¶ Quarto, filius cũ assumit ad se naturã humanã vel tribuit illi esse relatiuum, vel absolutũ & essentiale, non esse relatiuum, ergo esse essentiale. Probatur minor. Nã esse relatiuum nõ potest tribuere personalitatem absolutam, sed hoc esse tribuit personalitatẽ absolutã, nam constituit personam huma-

Quintum. nam, quæ est persona absoluta. ¶ Item aliàs sequitur, quòd filius diceretur persona diuina, & humana æquiuocè. Nam vt persona diuina subsistit per esse relatiuum, vt vero est persona humana est per esse absolutum, imo

Vltimum. Durãdi sententia est periculosa. Capreolus. sequitur, quòd in Christo est duplex personalitas, vna relatiua, alia absoluta. Hæc opinio Durãdi est improbabilis, & periculosa (ne dicam) erronea. Ita pronuntiat Capreolus in. 3. dist. 1. q. 1. & probat ita esse. Nam Durandus constituit duas vniones in mysterio incarnationis, alterã immediatã qua humanitas vnitur naturæ diuinæ, alteram mediatã, qua vnitur filio, cõstituere vero duas vniones inaudi

Obiectio. tum est apud patres, & sacra cõcilia. Quòd si dicat Theologus etiã D. Tho. cõstituere duas vniones, vnam primariã qua vnitur personæ, alteram secundariã qua vnitur naturæ. Respõ

Solutio. detur id falsum esse. Nam licet D. Tho. dicat, quòd hęc vnio immediatè terminatur ad personam, & ex cõsequenti ad naturã tanquã ad terminum secũdarium propter vnitatẽ suppositi cum natura, & essentia, non tamen constituit nisi vnam vnionem. Quemadmodũ vnica est generatio, qua Petrus generatur, licet ex consequenti generetur homo, animal, viuens. Sed Durandus constituit euidẽter duas vniones, alteram, quæ præexigitur ad alterã. Quæ præexigitur est vnio naturæ humanæ cum diuina essentia, vlterior vero est vnio cũ proprietate personali filij. Et docet Durãdus, quòd prior illa vnio non sufficit, vt potius dicatur filius homo, quam Pater, aut Spiritus sanctus. Itaque constituit duas vniones distinctas, quarum altera nõ necessario sequitur ex altera. Secundo vix Durandus potest defendere, quòd pater non sit homo, & Spiritus sanctus, quod est hęreticũ. Probatur sic, nam id quod conuenit essentiæ diuinæ secundum se ipsam, est commune omnibus tribus personis. Nec valet solutio Durandi, quòd postmodum natura diuina vniuit humanitatem filio. Nam ex hoc solum sequitur, quod humanitas est vnita filio duobus modis communiter, & singulariter, sed non sequitur, quod nõ sit vnita patri. Tertio secundum Durandum, & secũdum veram Theologiam Deus immediatè potest assumere naturam humanam, ita quòd natura humana non potius terminaretur ad vnam personam, quam ad aliam, & tũc pater esset homo, & constituamus, quòd post modum hæc humanitas singulariter verbo vniatur non mutando priorem vnionẽ, certè tunc pater maneret homo, ergo & modo manet homo secũdum opinionẽ Durandi. Nam apud Durandũ res eodẽ modo se habet. Vltimo, sicut Deus est principium actiuum huius assumptionis per essentiã, ita est terminus per essentiam, vt existimat Durãdus, sed esse principium huius admirabilis assumptionis cõpetit omnibus tribus personis, ergo esse terminum conuenit omnibus personis, ergo pater terminat, ergo pater est homo. Et confirmatur. Nam his argumentis conuictus Durãdus in eadem dist. quæst. 4. ausus est concedere,

quòd

quòd pater in quantum Deus est homo, quæ sententia vel est hæretica, vel sapit hæresim.

Secúda opinio Marsil. ¶ Secunda opinio est Marsilij quæstione. 2. articu. 1. quæ consistit in tribus propositionibus. Prima propositio, persona diuina immediatè terminat hanc vnionem, secundario verò natura diuina. Secunda propositio, ratio terminandi est subsistentia essentialis, nõ proprietas personalis. Tertia propositio, subsistẽtia essentialis est ratio terminandi prout est in filio, non prout est communis tribus personis. Quemadmodũ essentia diuina prout est in patre est principium generandi non prout est communis tribus personis. Hæc sententia

Argumẽta Marsilij. probatur in primis. Nam persona terminat ratione subsistentiæ, sed hæc subsistentia vnica

Primum. est & essentialis, vt iam dictum est. ¶ Deinde

Secundum. filius eodem modo nunc subsistit, atque si solum in Deo esset vna persona, sed si esset tantum vna persona subsisteret per essentiam, ergo eodem modo nũc subsistit per essentiam.

Tertium. ¶ Tertio, Petrus subsistit per suam essentiam, ergo & verbum diuinum subsistit per suam

Vltimum. essentiam. ¶ Vltimo, secundum documenta huius doctrinæ facilè explicatur mysterium incarnationis quemadmodũ filius sit homo, & non pater, nec Spiritus sanctus. Elucidatur præterea, quod hæc argumentatio est omnino infirma. Verbum terminat naturam humanam ratione essentiæ, ergo essentia terminat, sicut non valet pater generat ratione essentiæ, ergo essentia generat. Et non sequitur paries est albus ratione albedinis, ergo albedo

Hęc opinio placuit Magist. Victorię, & Soto. est alba. Hæc opinio est probabilis, & probatur autoritate præclarissimorum virorum Victoriæ, & Soto qui illam sunt sequuti. Probatur deinde argumentis dudum factis,

Impugnatur hæc sententia. quæ probabilia videntur. Sed hæc sententia habet duo incommoda. Nam ex ea sequitur, quod possemus dicere, quod diuinæ personæ distinguuntur per absolutum, & per essentiam, quod asserere alienum est à vera doctrina. Quod rectè sequatur patet. Nam potest dicere Theologus, quòd pater distinguitur à filio per essentiam, non absolutè sed prout est in patre. Nam prout est in patre est principium generandi, vt est in filio non est principium generandi. Deinde est aliud incommodum. Nam si filius terminat deitate, sicut pater generat Deitate, sequitur quòd sicut pater generando filium non communicat filio suam paternitatem, sed suam essentiam, ita filius terminando naturam non communicat illi suam personalitatem, sed illam subsistentiam absolutam. Ex quo cósequens est, quòd humanitas non est vnita ad hypostasim filij. ¶ Tertia opinio est Capreoli in 3. distinctione. 1. quæstione. 1. conclusione. 3. & 4. docet iste autor, quòd in diuinis personis est tantum vnum subsistere essentiale, quod proinde competit personis ratione essentiæ. Docet deinde, quòd humanitas habet duplicem dependentiam ad personam diuinam. Prima est tanquam id à quo, & in quo accipit existentiam. Secunda est tãquam id à quo, & in quo accipit suppositionem, & personalitatem. Prima, inquit, est ab essentia, & ad essentiam immediatè. Secunda vero est ratione personæ immediatè, & sic facilè explicat quemadmodum filius Dei sit homo, & pater non sit homo. Nam humanitas est vnita supposito filij Dei, & non supposito patris. Hæc sententia Capreoli valde probabilis est, & non videtur multum differre à sententia Marsilij. ¶ Quarta opinio est Caietani in his commentarijs, quæ complectitur mirabiles sententias. In primis statuit D. Caietanus, quòd cum hic inquiritur, an naturæ diuinæ conueniat assumere, per naturam non solum intelligitur deitas sed etiam hic Deus, & quicquid non est personale in diuinis, vt insinuat D. Thom. ad secundum, & tertium. Secundo statuit Caietanus, quod hæc quæstio est de facto, & de incarnatione iam facta, nam de possibili disputatur in articulo sequenti. Tertio dicit Caietanus, quòd cum quæritur vtrum naturæ diuinæ conueniat assumere nõ quæritur de principio quo, sed de principio quod, id est, vtrum natura diuina assumpserit. ¶ His constitutis principijs est prima conclusio Caietani. Differentia est inter creaturas, & Deum, quòd in creaturis idem est habens naturam, & suppositum, siue persona, sed in Deo est duplex habens naturam, scilicet, hic Deus, qui est communis omnibus tribus personis & persona. ¶ Secunda conclusio, hic Deus formaliter subsistit Deitate, persona vero proprietate personali. Et quòd persona subsistat proprietate personali sic ostenditur. Nam de ratione personæ est subsistere, sed relationes diuinæ constituunt personas, ergo dant subsistere. Deinde in diuinis secundum fidem catholicam sunt tria subsistentia, sed si esset tantum vnicum subsistere esset tantum vnum subsistens, ergo sunt tres subsistentiæ personales. Itẽ D. Tho. 1. p. q. 40. ar. 3. apertè docet, quòd proprietates personales afferunt secum suas hypostases, & subsistẽtias. ¶ Tertia cõclusio, hic Deus subsistit cõmuniter, pater, vel filius subsistit singulariter. Hæc cõclusio sequitur ex prædictis. ¶ Quarta cõclusio subsistere magis

Tertia opinio Capreoli.

Quarta opinio Caietani, & propria autoris.

Prima conclusio Caietani.

2. Conclus.

D. Tho.

3. Conclus.

4. Conclus.

magis est esse personale, quam essentiale formaliter loquendo. Nam persona distinctè, & absolutè importat subsistentiam, natura vero minimè. Cuius indicium manifestarium est quòd etiam natura diuina quando significatur per modum subsistentis significatur nomine personali, scilicet, hic Deus. Sed dixit Caietanus formaliter nam radicaliter omnis persona diuina habet subsistentiam à diuinitate, & ab essentia. ¶ Quinta conclusio, filius Dei terminat assumptionem immediatè ratione proprietatis personalis, & per subsistentiam personalem. Existimat enim Dominus Caietanus, quòd in Deo est vna subsistentia essentialis absoluta communis tribus personis, sed præterea sunt tres subsistentiæ personales relatiuæ inter se realiter distinctæ. Itaque in diuinis non solum sunt tres subsistentes, sed etiam tres subsistentiæ personales, & vnicuique personæ sua propria conuenit subsistentia. Et quòd hæc sententia Caietani de tribus subsistentijs vera sit probatur autoritate Patrum, & conciliorum. Nam in Concilio. 5. Constantinopolitano actione. 4. Canone. 1. sic definitur: Confitemur vnam naturam in tribus subsistentijs. Et in Concilio. 6. Constantinopolitano actione. 11. dicitur, quòd est Sabellij hæresis confundere tres subsistentias in vnam. Idem definitum est in Concilio Ephesino Canone. 4. Idem habet aperte Concilium. 6. Toletanum in assertione fidei. De qua re videndus est Damascenus lib. 3. capitulo. 10. Sed est aduertendum circa testimonia adducta, quòd si rectè expendantur parum fauent Domino Caietano. Nam subsistentia est nomen æquiuocum & in prædictis definitionibus non significat existentiam, sed personam, & sensus fidei est quod in sanctissima Trinitate sunt tres personæ, & tres hypostases. Sed vnicum est testimonium irrefragabile pro sententia Domini Caietani in Concilio. 5. Constantinopolitano actione. 11. vbi definitur, sanctissimam Trinitatem esse numerabilem tribus personalibus subsistentijs, in quo testimonio subsistentia non potest accipi pro persona, sed pro existetia. Alioqui fieret sensus, quod numeratur sanctissima Trinitas tribus personis personalibus, qui sensus est incongruentissimus. His testimonijs accedunt optimæ rationes. Prima est, in diuinis sunt tres personæ, ergo tres personalitates, ergo tres existentiæ. Probatur consequentia ista vltima. Nam existentia est ratio quæ complet definitionem personæ, & eius rationem, & ob id humanitas in Christo Domino non habet propriam subsistentiam, neque propriam personalitatē, quia nō habet propriā existentiā. Secunda ratio, relationes diuinæ, vt habet sana doctrina, constituunt personas in quantum sunt subsistentes, ergo dant, & præbent rationes subsistendi diuersas atque distinctas. Tertia ratio, humanitas, atque diuinitas in Christo ob id cōstituunt vnum suppositum, quia habent idem esse, ergo si tres personæ diuinæ haberent idem esse, consequens est, quòd essent vnum & idē suppositū, quod est dogma hæreticum. Quarta ratio, si hoc modo res definiatur facillimè explicatur Dominicæ incarnationis mysterium, videlicet, quid est quod filius sit homo, & pater, aut Spiritus sanctus non sit homo, cum tamen sint vnus idemque Deus. Dicendum namque est, quòd humanitas in Christo habet esse filij, & non habet esse patris, & ideo filius est homo & non pater. Si vero sentiamus, quòd pater, & filius, & Spiritus sanctus habent idem esse numero, cum magna difficultate hoc mysterium elucidatur. Vltima ratio, terminus assumptionis huius non dicit aliquam causalitatem, vt superiori articulo ostensum est, ergo per id terminat quod non habet rationem causalitatis, ergo non terminat ratione essentiæ, sed ratione esse relatiui, quod non est principium actionis, neque ad extra neque ad intra. Hæc opinio Caietani videtur mihi vera, & omnino tenenda, propter quod ad argumenta in contrarium satisfaciendum est, & in primis ad argumenta, quibus Durandus probat fundamentum illud, quòd in diuinis est tantum vnum subsistere. ¶ Ad primum respondetur versari duplex discrimen inter suppositum creatum & increatum. Nam suppositum increatum subsistit per subsistentiam essentialem, & communem, & subsistit per subsistentiam personalem. Suppositum vero creatum tantum subsistit subsistentia personali. Item est aliud discrimen. Nam in rebus creatis habens naturam, & persona siue suppositum idem est prorsus, sed in diuinis, vt iam dictum est, est duplex habens naturam, scilicet hic Deus, & persona. Cum vero dicit Durandus, quòd persona diuina per aliud formaliter subsistit, & per aliud est persona, verum est si sit sermo de subsistentia essentiali, cæterùm falsum est si fiat sermo de subsistentia personali. Nam per idē est suppositū per quod subsistit personaliter. ¶ Ad secūdū respondetur, quòd perfectissimus modus essendi est ad se, ideſt, nō ad aliud in essentia, bene tamen ad aliud in persona, vel dicatur, & est vera solutio, quod relatio diuina cōstituit personam,

Quinta cōclusio.

In diuinis sunt tres subsistētiæ personales & vna essentialis.

Conci. Constanti.

Ephesinū.

Toletanū.

Damasc.

Conc. Constantinop.

Ad primū fundamētū Durandi.

Suppositi creati & increati discrimen.

Ad secūdū.

personam, vt subsistens est non vt refertur ad aliud. Propter quod dicit D. Thom. 1. par. q. 29. artic. 4. quod persona diuina significat relationem vt subsistentem, non vt relatam ad alterum, itaque relatio diuina dat subsistere incommunicabile, sed hæc doctrina explicata est à nobis diligenter in materia de Trinitate. ¶ Ad tertium respondetur, quòd quicquid sit de relationibus creatis, hoc est certissimum, & exploratum in diuina Theologia, quòd diuinæ relationes sunt infinitæ perfectionis, nam constituunt infinitas personas, quod est summæ & infinitę dignitatis, & perfectionis. Deinde posse generare filium æternum infinitæ perfectionis est, sed posse generare, relationem importat quapropter soli patri competit. Præterea generare filium æternum infinita perfectio est, sed generare, relationem denotat. ¶ Ad quartum neganda est consequentia. Nam licet subsistentia essentialis sit infinita, requiritur tamen subsistentia personalis, per quam vnaquæq; persona subsistat formaliter, & singulariter. Quemadmodum licet essentia diuina infinita sit requiritur tamen proprietas personalis per quam persona existat singulariter. Pro cuius explicatione sciẽdum est quòd si in diuinis esset tantum vnum suppositum, subsisteret certè per suam essentiam: cæterum cum sint tria suppo sita distincta necessum est, quòd habeãt inter se oppositionem, & distinctionem. Ex quo consequens est esse necessariũ, quòd habeant inter se distinctas personalitates, & subsistentias. ¶ Ad autoritatem August. iam dictum est quẽmadmodum persona diuina per relationem subsistat ad se. Ad D. Thom. respondetur quod loquitur de esse essentiali. Vel dicendum quòd aliud est esse, & aliud subsistere. Esse primo, & per se cõuenit essentiæ, subsi stere vero, vt ante dictum est, magis est perso nale, quam essentiale. Et ideo sequendo documenta D. Thomæ nunquam concedendum est, quod in diuinis est multiplex esse. Potest tamen verè concedi quod in diuinis sunt tres subsistentiæ. ¶ Sed iam respondeamus argumentis Durandi, quæ colligebat ex prædicto fundamento. ¶ Ad primũ respondetur, quòd verbum diuinum terminat humanitatem per idem ipsum, per quod subsistit personaliter, non autem per illud esse, per quod subsistit essentialiter. Et sic facilè etiam confutatur secundum argumentum. ¶ Ad tertium respondetur, quòd exemplum non cõsistit. Nam pater generãdo filium non cõmunicat filio suã proprietatẽ personalẽ, scilicet paternitatem, sed communicat illi suam essentiam, sed filius assumendo naturam humanam communicat illi suam proprietatem personalem. Secunda differentia est, quoniam generare est agere, essentia vero est principium actionis, sed terminare naturam non est agere, sed dare illi suam subsistẽtiam, & personalitatem vt sæpè dictum est. ¶ Ad quartum respondetur, quòd filius dat humanitati suum subsistere relatiuum, sed subsistere relatiuum in diuinis est subsistens per se, & relatiuum. Relatio enim diuina est subsistens per se, & hoc subsistere personale filij est infinitum in terminando, & ideo potest terminare omnes naturas creatas, & creabiles, absolutas, & relatiuas. ¶ Ad quintum neganda est sequela: siquidem persona filij siue in diuina, siue in humana subsistat natura semper importat subsistentiam relatiuã, vt expositum est. ¶ Ad sextum negatur quòd in Christo sit duplex personalitas, sed vna duntaxat, licet sit ibi duplex ratio personæ prout in duabus naturis subsistit. ¶ Ad argumenta Marsilij, ad primum patet ex dictis solutio. ¶ Ad secundum respondetur, quòd si in diuinis non esset nisi vna persona duntaxat alio modo subsisteret verbum diuinum, atq; modo subsistit. Nam modo subsistit per esse relatiuum habẽs oppositionem cum cæteris personis. ¶ Ad tertiũ negatur consequentia. Nam Petrus nõ est persona relatiua. ¶ Ad quartum respondetur, quòd secundum documẽta Marsilij verè explicatur mysteriũ incarnationis, sed multo verius, & elegantius si sequamur Caietani documenta. Hæc de ista dubitatione. ¶ Est aliud dubium de tertia cõclusione, vtrum sint cõcedendæ istæ propositiones. Natura diuina est incarnata, natura diuina est facta caro, siue homo, natura diuina est homo, natura diuina est nata de virgine, crucifixa, & passa. Primam propositionem concedit hic D. Thom. & Magister in. 3. distin. 5. & D. Damascenus lib. 3. capit. 6. D. Cyrillus, & habetur eius sententia in Concilio Chalcedonensi act. 1. D. August. de fide ad Petrum capitu. 2. & allegant prædicti autores Diuum Athanas. idem sentientem. Et ratio suffragatur: nam natura diuina assumpsit verè humanitatem, ergo verè incarnata est. Secundam propositionem negat Magister in loco citato, & huius rei adducit duas rationes. Vna est quoniam videtur significari in ea locutione, quod natura diuina sit conuersa in carnem. Altera est quoniam hæc locutio non est consueta apud sanctos Patres. Tertiam propositionẽ, scilicet, natura diuina est homo, videtur negare Magister, sed cõcedit eam D. Tho. in expositione textus Magistri in sensu identico

non

D. Thom.

Ad tertiũ. Relatio diuina importat perfectionem.

Ad quartũ.

Explicatio D. Augu. & D. Tho.

Ad argumẽta Durãdi, secundo loco proposita.

Ad primũ.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Ad sextũ.

Ad argumẽta Marsilij.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

Dubium.

Natura diuina est incarnata, est vera propositio.

D. Tho. Magister. Damasce. Cyrillus. August. Athanasius.

non formali. Et certè in sensu identico hæc loquutio verum dicit. Nam hæc argumentatio est necessaria. Hic homo est Deus, Deus est Deitas, ergo hic homo est Deitas. Sed non inferat Theologus subinde, quòd si natura diuina est homo, & non est ab æterno homo, quod sit facta homo. Nam in consequenti fit variatio appellationis, & fit sensus, quod natura diuina immediatè copulauerit sibi naturam humanam, qui sensus falsus est. Quarta & quinta propositio omnino sunt negandæ propter eandem rationem, qua negatur, quod essentia generet licet Deus generet. De qua re legendus est D. Thom. infra quæst. 16. artic. 5. ad primum. Et D. Damasc. lib. 3. cap. 6. sic scribit, Naturam verbi passam carne non audiuimus, Christum carne passum edocti sumus. Ratio huius est, nam hæc adiectiua nata, mortua, & cætera id genus, appellant suum significatum formale supra significatum formale huius nominis essentia. Et fit sensus quod natura diuina secundum se traxit originem à beatissima Virgine. Istæ vero propositiones Deus natus est de Virgine, mortuus, & crucifixus concedendæ sunt. Nam hoc nomen Deus supponit pro persona, & applicant illa nomina adiectiua suum significatum formale ad personam, quæ secundum aliquam naturam mortua est.

D. Tho. D. Damasc.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm abstracta personalitate per intellectum, natura possit assumere.

21 3. di 5 q. 2. artic. 3.

AD tertiũ sic proceditur. Videtur, quòd abstracta personalitate per intellectũ, natura nõ possit assumere. Dictum est* enim, quòd naturæ conuenit assumere ratione personæ: Sed quod conuenit alicui ratione alicuius, remoto eo, non potest ei conuenire: sicut corpus, quod est visibile ratione coloris, sine colore videri non potest. Ergo abstracta personalitate per intellectũ, natura assumere nòn potest.

art. præced.

Ar. 1. huius quæst.

¶ 2. Præterea, Assumptio importat terminum Vnionis, vt dictum est*: Sed Vnio non potest fieri in natura, sed solùm in persona: Ergo abstracta personalitate, natura diuina non potest assumere.

¶ 3. Præterea, In prima parte dictũ est*, quòd in diuinis abstracta personalitate, nihil manet: Sed assumens est aliquid. Ergo abstracta personalitate, non potest diuina natura assumere.

P. p. q. 40. art. 3.

Sed contra est, quòd in diuinis personalitas dicitur proprietas personalis: quæ triplex est, scilicet paternitas, filiatio & processio: vt in Prima parte dictũ est*: Sed remotis his per intellectum, adhuc remanet Dei omnipotentia, per quam est facta incarnatio: sicut Angelus dicit Lucæ primo, Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Ergo videtur, quòd remota personalitate, natura diuina possit assumere.

P. p. q. 30. art. 3.

Respondeo dicendum, quòd intellectus dupliciter se habet ad diuina. Vno modo vt cognoscat Deum sicuti est: & sic impossibile est, quòd circũscribatur per intellectum aliquid à Deo, & quòd aliud remaneat: quia totũ, quod est in Deo, est vnum, salua distinctione personarum: Quarum tamen vna tollitur sublata alia, quia distinguuntur solis relationibus, quas oportet esse simul. Alio modo se habet intellectus ad diuina, nõ quidem quasi cognoscẽs Deum, vt est, sed per modum suum, scilicet multipliciter & diuisim, id quod in Deo est vnum. Et per hunc modum potest intellectus noster intelligere bonitatem & sapientiam diuinam, & alia huiusmodi, quæ dicuntur essentialia attributa, non intellecta paternitate vel filiatione, quæ dicuntur personalitates. Et secundum hoc abstracta personalitate per intellectum, possumus adhuc intelligere naturam assumentem.

Ad primum ergo dicendum, quòd quia in diuinis idem est quo est, & quod est, quicquid eorum, quæ attribuuntur Deo in abstracto, secundum se consideretur alijs circumscriptis, erit aliquid subsistens, & per consequens persona: cùm sit in natura intellectuali. Sicut igitur nunc positis proprieta-

tibus

tibus personalibus in Deo dicimus tres personas: ita exclusis per intellectum proprietatibus personalibus, remanebit in consideratione nostra, natura diuina, vt subsistens, & vt persona. Et per hunc modũ potest intelligi, quòd assumat naturam humanam ratione suæ subsistentiæ vel personalitatis.

Ad secundum dicendum, quòd etiã circunscriptis per intellectum personalitatibus trium personarum, remanebit in intellectu vna personalitas Dei, vt Iudæi intelligunt, ad quam poterit terminari assumptio, sicut nũc dicimus eam terminari ad personam Verbi.

Ad tertium dicendum, quòd abstracta personalitate per intellectum, dicitur nihil remanere per modum resolutionis: quasi aliud sit quod subijcitur relationi, & aliud ipsa relatio; quia quicquid consideratur in Deo, consideratur vt suppositum subsistens. Potest tamen aliquid eorum, quæ dicuntur de Deo, intelligi sine alio, non per modum resolutionis, sed per modum iam dictum*.

In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est affirmans. Primò, quoniam abstractis per intellectũ proprietatibus personalibus permanet Dei omnipotẽtia per quam est facta incarnatio. Secundò, abstractis personalitatibus remanet in consideratione nostra natura diuina, vt subsistens, & vt persona, ergo optimè potest intelligi incarnatio, & assumptio etiã si personalitates abstrahantur.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Abstractio duplex. IN expositione huius articuli sciendum est, quòd duplex est abstractio. Altera negatiua, in qua vnum negatur de altero, vt homo non est equus. Altera simplicis intelligentiæ, in qua vnum intelligitur non considerando aliud, & vocatur simplicis intelligentiæ, quoniam fit per primam operationem intellectus, quæ vocatur simplicium apprehensio.

Aristot. De hac abstractione intelligitur illud Aristo. 2. Physi. tex. 18. abstrahentium non est mendacium. Secundò nota, quod abstractione simplicis intelligentiæ aliquando abstrahitur ab aliquo id quod differt ab illo secundum rem, sicut albedo à subiecto, forma à materia, aliquando abstrahitur id, quod differt tantum secundum rationem, licet hæc distinctio habeat fundamentum in re, quemadmodum abstrahitur genus ab specie, animal ab homine. Denique hoc genere abstractionis, aliquando abstrahitur id, quod differt sola ratione, & nullum in re habet fundamentum distinctionis, & hoc pacto abstrahimus vnũ attributum diuinum ab altero, bonitatem à sapientia, &c. & etiam attributa diuina à proprietatibus personalibus. Etenim hæc à parte rei nullatenus distinguuntur, sed noster intellectus distinguit. Nam propter celsitudinem diuinæ naturæ noster intellectus non potest vno conceptu comprehendere infinitam illam perfectionem, & ideo multiplicat varios, & infinitos conceptus. Tertiò sciendum, quòd titulus huius articuli potest bifariam intelligi. Vno modo quòd fiat abstractio à personalitate per negationem. Et sit sensus vtrum si per impossibile Deus non esset tres personæ, sed vna tantum persona sicut arbitrantur ethnici, & Iudæi, posset assumere naturam humanam? in hoc sensu disputatur hæc quæstio ab vniuersis ferè Theologis in. 3. dist. 1. & definitur affirmatiuè. Nam posita illa fictione adhuc intelligeretur Deus omnipotens & infinitæ virtutis, ergo posset assumere naturam humanam. Quidam viri doctissimi existimant D. Thom. in hoc sensu inuestigasse, & definisse propositam quæstionem, idque colligunt ex solutione secũdi in qua scribit D. Thom. quòd si maneret in Deitate vna persona sicut existimant Iudæi posset sibi vnire naturam humanam. Alius sensus est reconditus in diuina Theologia, vtrum abstractis personalitatibus nõ à Deo, sed ab actu incarnationis, id est, vtrum si persona nõ assumeret immediatè, natura diuina posset assumere immediatè? itaque quæstio sic proponitur ad disputandum, vtrum hic Deus posset assumere naturam humanam nõ terminando illam per aliquam proprietatem personalem, sed per illam subsistentiam communem tribus personis, sicut dicimus, quod creat non ratione personarum, sed ratione suæ essentiæ. Et pro parte negatiua quòd hoc fieri non possit sic arguitur. Nam assumere naturam creatam est proprium personæ subsistentis incommunicabiliter, sed hic Deus nõ est persona subsistẽs incõmunicabiliter, ergo. Maior probatur nam assumere naturam nihil aliud est, quam illam sustentare per propriam personalitatem dando illi suum suppositum. Secundò, non potest intelligi, quòd hic Deus assumat naturam humanam immediatè quin omnes

Primus sensus articuli.

D. Thom.

Secundus sensus.

Arguitur pro parte negatiua. Primo.

Secundo.

omnes tres personæ æquè immediatè assumant, ergo non potest intelligi, quòd hic Deus terminet naturã, quin omnes tres personæ æquè immediatè terminent. Antecedens probatur. Nam hic Deus est idem cum tribus personis, imo hic Deus immediatè & per se est tres personæ. Quod si dicat Theologus, quod differunt ratione. Contra, nam sola distinctio rationis non sufficit falsificare propositionem, ergo hic Deus consideratus vt distinguitur ratione à personis non potest vnire sibi naturam quin vniat personis æquè immediatè. Tertio, visio beata non potest terminari ad naturam quin terminetur ad personas, sic adeo quòd asserunt Theologi in primis graues esse prorsus impossibile, quod beatus videat essentiam, & non videat personas, ergo assumptio nõ potest terminari ad hunc Deum, quin simul terminetur ad personas. De hac quæstione versantur tres opiniones.

Capreolus. Prima est Capreoli in.3. d.1.q.1. in solutionibus argumentorum contra quartam conclusionem asserentis hoc fieri non posse. Hanc sententiam sequutus est doctissimus Pater Victoria, & in eius confirmationem produxit optima argumẽta. ¶ Primum, omnis vnio secundum D. Thom. aut est in natura, aut in persona, sed talis vnio nõ est in natura neque in persona, ergo fictio est. ¶ Deinde in nobis impossibile est, quòd aliquid vniatur humanitati, quin immediatè vniatur personæ, sed in Deo maior est identitas inter naturam & personas, ergo impossibile est quòd aliquid vniatur naturæ diuinæ quin immediatè vniatur diuinis personis. ¶ Tertio, si Petrus & Paulus essent omnino idem fieri non posset, vt aliquid vniretur vni, quin vniretur alteri immediatè, sed maior identitas est in Deo naturæ, & personæ, ergo. ¶ Præterea si in Deo esset tãtum vna persona, impossibile esset quod aliquid vniretur naturæ quin vniretur personæ immediate, ergo nec nunc fieri potest. Probatur consequentia. Nam tanta est identitas nunc inter naturam, & personas quanta tunc esset. ¶ Vltimo Deus non potest supplere personalitatem propriam humanitatis assumptæ, ergo non potest illam assumere. Antecedens probatur. Nam hic Deus non habet personalitatem, ergo non potest supplere illam. Hæc argumenta procedunt ex parte naturæ assumentis, alia fiunt ex partæ naturæ assumptæ. ¶ Primum sic habet, tunc hic Deus esset homo, ergo vel iste, vel ille. Rursus ergo est persona. Nam hic homo est nomen suppositi, vel personæ. Præterea omnis homo est suppositum, & omne suppositum in natura rationali est persona, ergo omnis homo est persona, ergo iste homo est persona, ergo sit vnio ad personam. ¶ Tertio, tunc illa humanitas non esset in supposito proprio neque alieno. ¶ Item ex illa vnione non resultaret natura neq; persona. ¶ Vltimo ille homo Deus vel generaret, vel non. Si primum, ergo est pater: si secundum ergo non est Deus. Nam bene sequitur. Est hic Deus, ergo generat. Cum Capreolo sentiunt antiqui Theologi. Alexand. Alensis.3.p.q.2. memb.3. D. Bonauentura in.3.dist.1.q.1. ¶ Secunda opinio est D. Caietani in his commẽtarijs asserentis hoc fieri posse, docetque quòd in eo casu quælibet persona esset homo. ¶ Tertia opinio est media sed vitiosa, quam sustinet Durandus in.3.d.1.q. 4. docet hic autor, quod de facto vnio humanitatis facta fuit cum hoc Deo, negat tamen, quod pater aut Spiritus sanctus sit homo nisi cum addito in quantum Deus. Inter has opiniones sententia Domini Caietani mihi magis probatur, quæ hoc tempore magis communis est, & plausibilior, quam tenẽt multi Theologi. Scotus in.3. d.1.q.1. &. 2. & d.5.q.1. Durandus in distin.1. &.5. Richardus q.4. Ocham. q.1. Gabriel q.1. & quãtum ego possum colligere ex discursu huius quæstionis, D. Thom. est in hac opinione. Nam in argumento, sed contra huius articuli, & in sequentibus articulis ex Dei omnipotẽtia multa concludit D. Tho. & inducit illud D. Aug. ex Epistola.3. ad Volusianum, quod in mysterio incarnationis tota ratio facti est omnipotentia facientis, sed abstractis per intellectum proprietatibus personalibus adhuc verè intelligitur hic Deus subsistens omnipotens, ergo potest assumere naturam creatã. Deinde hæc res est digna tractatione, & inuestigatione Theologica, videlicet scire vtrum hic Deus immediate possit assumere naturam humanam, sed hanc quæstionem in nullo alio articulo inuestigat D. Thom. ergo in hoc definiuit, alioqui eius doctrina esset manca, & deficiens. Vltimo D. Thomas in hac quæstione quæsiuit diligẽter, vtrum vna persona posset assumere sine alia, & vtrum quælibet persona posset assumere, atque adeo vtrum omnes simul possent assumere, reliqua erat vna quæstio, vtrum hic Deus immediate possit assumere; quam non prætermisit D. Thom. ergo definiuit in hoc articulo affirmanter. Quæ sententia sic probatur. Nam hic Deus, vt habet sana doctrina immediate creat, & causat, diuinæ personæ mediate, & secundario, ergo hic Deus immediatè potest assumere naturã humanã, diuinæ vero personæ secundario, & mediatè.

Victoria. Argumẽta pro sententia Capreoli.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Vltimum.

Argumẽta ex parte naturæ assumptæ.

Primum, & secundum.

Tertium.

Quartum.

Vltimum.

Alex. Alen. Bonauen.

Secũda opinio Caieta.

Tertia opinio.

Sententia Caieta. est probabilior.

Scotus.

Durandus.

Richardus.

Ocham.

Gabriel.

D. Thom.

D. Augus.

mediatè. Consequentia argumenti tenet ex euidenti similitudine. Secundò, hic Deus secundum fidem Catholicam est communistribus personis, & vt sic est omnipotens, ergò vt sic potest assumere naturam creatam. Tertiò, hic Deus sic consideratus habet omnia requisita ad assumendum, ergò potest assumere. Probatur antecedens. Nam est per se subsistens & infinitæ perfectionis, & habet esse illimitatum & infinitum. Quartò, hic Deus sic consideratus habet, quicquid habet verbum, sed verbum potest assumere, ergò hic Deus potest assumere. Probatur maior. Nam verbum ratione relationis non potest assumere. Relatio enim diuina non est principium alicuius operationis ad extra. Sed probandum est, quòd negat Durādus, quòd quælibet persona esset homo. ¶ In primis ea quæ conueniunt naturæ diuinæ secundum se, & immediatè conueniunt vniuersis personis, sed in eo casu Deus immediatè assumit naturam humanam, ergò hoc ipsum conuenit vniuersis personis. Deinde arguitur argumento Scoti. Nā si albedo esset in superficie, & superficies esset in Petro, & in Ioanne quilibet illorum esset albus, ergò si humanitas est immediatè in natura diuina, & natura diuina in qualibet persona, euidens est quòd quælibet persona homo est. Tertiò, sicut modo de facto vna natura deitatis est communis tribus personis, ità positione illa facta vna natura humana esset cōmunis tribus personis. Existeret namque per subsistentiam essentialem communem, ergò sicuti modo de facto quælibet persona est Deus, ità positione illa facta quælibet persona esset homo. Essentialia enim sunt communia omnibus personis. Vltimò, modo de facto quælibet persona creat, & causat, tametsi quòd sit principium creationis, non conuenit personis propter proprietates personales, sed inquantum sunt hic Deus, sed in casu commemorato hic Deus terminat naturam humanā inquantum hic Deus, ergò id ipsum conuenit vniuersis personis diuinis secundariò. Quòd vero dicit Durandus, quòd in incarnatione iam facta, pater in quantum Deus est homo, hæreticum est, vel sapit hæresim, vt dictū est in præcedenti articulo. Probaturque peculiari ratione. Illud additū inquātum Deus, non importat conditionem diminuentem, & secundum quid iuxta Durandi sentētiam, sed potius importat causam, & accipitur reduplicatiuè, etenim exponi debet illa propositio ad hunc modum. Pater est homo, & Deus est homo, & quia pater est Deus, pater est homo. Illud etiam sciendum est, quòd in casu commemorato, omnes tres personæ essent vnus homo. Nam omnes tres personæ sunt vnus Deus, quoniam habent vnam deitatem, ergò eadē ratione omnes tres personæ essent vnus homo, quoniam haberent eandem humanitatem. Sed aduertat Theologus, quòd in eo casu hic homo non esset persona completa, nā esset communis tribus personis. Vltimò sciendum, quòd hæc vnio esset alterius rationis ab illa vnione, quæ facta est. Nam hæc terminatur ad subsistens communicabile, illa ad incōmunicabile, hæc ad naturam diuinam immediatè, illa ad personam diuinam immediatè. Præterea hæc ad tres personas secundariò & mediatè, illa verò ad vnam personam tantū.

¶ His constitutis ad argumenta in contrariū respondetur & ad primum nego maiorem. Dicendum namque est, quòd hic Deus potest immediatè vnire sibi naturam humanam per subsistentiam essentialem, & communem. Nā talis subsistentia est infinita, & continet in se omnem perfectionem subsistentiæ creatæ, & creabilis. ¶ Ad secundum nego antecedens, & dicendum est, quòd illo casu admisso ex necessitate oportet concedere, quòd vnio terminatur mediatè & secūdario ad personas diuinas, non autem primario, & cum dicitur in argumento, quòd distinctio rationis non sufficit ad faciendam istam diuersitatem, negandum est omnino vbi admiscetur appellatio aliqua, vt expositū est in superioribus, & ità fit in præsentia. Quoniā illa dictio terminus, & illa dictio, immediatus, importāt appellationē. Etenim licet totū & partes non distinguātur realiter, sed sola ratione, totū est terminus generationis nō partes, rursus licet Petrus & homo non distinguātur nisi sola ratione, Petrus est immediatus terminus generationis nō homo. ¶ Ad tertium negatur consequentia. Nā natura diuina, & diuinæ personæ sub eadem ratione formali beatificant homines, scilicet, sub ratione summi, & primi boni. Sed alia & alia ratione Deus terminat naturam humanā, & persona. Nam Deus per subsistentiam essentialem, persona per subsistentiam personalem. Vel dicendum est, quòd aliud est iudicium de visione, & intellectione beatifica, & aliud de assumptione reali. Nam res non potest videri quidditatiuè absque eo, quod est de eius essentia, cæterum actio realis bene potest terminari ad aliquid, absq; eo quod terminetur immediatè ad omne illud, quod est de eius essentia. Certè Petrus non potest intelligi sine homine, at generatio Petri immediatè terminatur ad Petrum, & non ad hominem. ¶ Ad argumenta doctissimi Victoriæ,

Arguitur contra Durandum.

Notandum.

Ad primū.

Ad secūdū

Ad tertium

Ad argumenta ex parte naturæ assumentis.

quibus confirmabat sententiam Capreoli.

Ad primũ. ¶Ad primum respondetur, quòd talis vnio est in natura, non quòd ex vnione resultet vna natura, sed ex eo quòd natura diuina dat suam subsistentiam humanæ naturæ. Vel dicendum, quòd vnio est in hoc Deo, qui habet rationem personę quantum ad hoc quòd

Ad secũdũ. subsistit per se in natura intellectuali. ¶ Ad secundum negatur consequentia. Et ratio disscriminis est. Nam in nobis natura non habet subsistentiam nisi à persona, in Deo verò è cõtrario. Vnde cum natura diuina sit subsistens per se, potest suam subsistentiam communicare alienæ naturæ, in nobis verò cùm natura non subsistat nisi ratione suppositi, non potest assumere nisi ratione suppositi. Vel dicendum quòd in Deo est duplex subsistens, hic Deus, & hæc persona, & vtrumque infinitum, potest assumere alienam naturam, in nobis vero hic homo & persona sunt peni-

Ad tertium tus idem subsistens. ¶ Ad tertium negatur consequentia. Nam distinctio rationis sufficit, vt Deus dicatur immediatè terminare naturam humanam, & non persona immediatè, sicuti pater generat, & essentia non generat, cum tamen sola ratione distinguantur. Et certè si hoc argumẽtum aliquid probaret, etiam probaret, quòd nunc in incarnatione iam facta, vnio terminaretur immediatè ad personã, & immediatè ad naturam diuinam, quod est

Ad quartũ absurdissimum. ¶ Ad quartum nego consequentiam. Nam si tantum esset vna persona in deitate, hic Deus esset persona. Nam esset subsistens incommunicabile, modo vero hic Deus non est persona, vt euidenter demon-

Ad vltimũ. stratum est. ¶Ad vltimum respondetur, quòd Deus supplet personalitatem humanæ naturæ per illam subsistentiam essentialem, quæ est infinitæ perfectionis. Sed est notandum, quòd nõ dat personalitatem completam. Nã hic homo in casu commemorato non esset persona completa: siquidem esset communis

Ad argum. ex parte naturę assumptæ. tribus personis. ¶Ad alia argumenta ex parte naturæ assumptæ. ¶Ad primum respõdetur, quòd hic Deus esset homo. Rursus concedo

Ad primũ quòd esset iste homo demonstrato hoc Deo. Et cum infertur, ergò est persona, nego consequentiam. Nam hic homo est communistri

Ad secũdũ bus personis, vt antea dictum est. ¶Ad secundum negatur, quòd in eo casu omnis homo

Ad tertium sit suppositum. ¶Ad tertiũ respõdetur, quòd humanitas in eo casu nõ est in supposito proprio, nec in alieno, sed est in hoc Deo subsistẽti, qui habet rationem personæ, vt antea dixi-

Ad quartũ. mus. ¶ Ad quartum respõdetur, quòd ex illa vnione resultat hic Deus homo subsistens in natura diuina, & in natura humana. ¶Ad vltimum respondetur, quòd hic homo in quantũ hic Deus generat, imò concedo, quòd hic homo est pater, & filius, & spiritus sanctus, & in quantum pater generat, in quantum filius gignitur, & in quantum procedens est Spiritus sanctus. Hæc de isto articulo.

Ad vltimũ.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm vna persona possit sine alia naturam creatam assumere.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd vna persona non possit assumere naturã creatã, alia nõ assumente. In diuisa enim sunt opera Trinitatis, vt dicit Aug*. in Enchir. sicut autem triũ personarum est vna essentia, ita & vna operatio: Sed assumere est operatio quędã. Ergo non potest conuenire vni personæ diuinæ, quin conueniat alij.

22 3. dist. 1. q. 2. ar. 1.

Ench. c. 38 à medio to. 3.

¶ 2. Prẹterea, Sicut dicimus personã Filij incarnatam, ita & naturã: tota enim diuina natura in vna suarũ hypostasum incarnata est: vt dicit Dam. in 3. li*. Sed natura communis est tribus personis: ergo & assumptio.

li. 3. orth. fidei c. 6.

¶ 3. Præterea, Sicut humana natura in Christo assumpta est à Deo, ita etiam & homines per gratiam assumuntur ab ipso, secundum illud Rom. 14. Deus illum assumpsit: Sed hęc assumptio communiter pertinet ad omnes personas: ergo & prima.

Sed contra est, quòd Dionys. 2. cap. de Diui. no*. Incarnationis mysterium dicit pertinere ad discretã Theologiã: secundum quam scilicet aliquid distinctim dicitur de diuinis personis.

c. 1. p. 1. à medio & ante medium.

Respondeo dicendum, quòd (sicut dictum est*) assumptio duo importat, scilicet actum assumentis, & terminum assumptionis. Actus autem assumentis procedit ex diuina virtute, quæ communis est tribus personis, sed terminus assumptionis est persona, sicut dictum est*: Et ideo id quod est actionis in assumptione, commune

ar. 1. huius quæst.

ar. 1. huius quæst.

est

est tribus personis: sed id quod pertinet ad rationem termini, conuenit ita vni personę, quod non alij. Tres enim personæ fecerunt, vt humana natura vniretur vni personæ Filij.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte operationis. Et sequeretur conclusio, si solam illam operationem importaret absque termino, qui est persona.

Ad secundum dicendum, quòd natura dicitur incarnata, sicut & assumęs, ratione personæ, ad quam terminata
Ar.1 huius quæst. est vnio (sicut dictum* est) non autem prout est communis tribus personis. Dicitur autem tota natura diuina incarnata: non quia sit incarnata in omnibus personis, sed quia nihil deest de perfectione diuinæ naturæ personę incarnatæ.

Ad tertium dicendum, quòd assumptio quæ fit per gratiam adoptionis, terminatur ad quandam participationem diuinæ naturę secundum quadam assimilationem ad bonitatem illius: secundum illud 2. Pet. 1. Vt diuinę consortes naturæ, &c. Et ideo huiusmodi assumptio communis est tribus personis, & ex parte principij, & ex parte termini: Sed assumptio, quæ est per gratiam Vnionis, est communis ex parte principij, non autem ex parte termi-
Ar.2.huius quæst. ni, vt dictum est*.

SVMMA TEXTVS.

2.Cõclusio PRima conclusio. Id quod est actionis in assumptione commune est tribus personis. Probatur, quia id quod est actionis prouenit ex diuina virtute, quæ est communis tribus
1.Cõclusio personis. ¶ Secunda conclusio, id quòd pertinet ad rationem termini in assumptione, ita conuenit vni personæ, quòd non aliæ. Hæc
D.Dionys. conclusio probatur primo autoritate Diui Dionysij capit. 2. de diuinis nominibus. Deinde id quod pertinet ad rationem termini est personalitas, sed non est eadem personalitas in omnibus personis, ergò.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtraq; conclusio est de fide. PRima conclusio est certa secundum fidem Catholicam, & est definita in Concilio Lateranensi, & habetur definitio in cap. firmiter de summa Trinitate, quæ sic habet. Vnigenitus Dei filius à tota Trinitate communiter est incarnatus. Idem definitur in Concilio sexto Toletano, & adducitur pro ratione euidenti, quia opera Trinitatis ad extra sunt inseparabilia. Idem habetur in Concilio Toletano 11. de qua re allegat testimonia Patrum Magister in 3. distinctione 1. & distinctione 5. ¶ Secunda conclusio similiter est de fide, & est definita in concilijs superius citatis, & in vniuersis fere concilijs, & in omnibus symbolis fidei nostræ. Et colligitur efficaci argumento ex sacris literis. Nam Ioannis primo, & in alijs locis diuinarum scripturarum asseritur, quòd filius sit homo, & nunquam asseritur, quòd pater, aut spiritus sanctus sit homo. Et argumentum ab autoritate negatiuum in re tanti momenti est irrefragabile, & infallibile. Sed est sciendum, quòd quidam hæreticus, cuius meminit Anselmus libro de incarnatione capitulo primo, & est condemnatus in Concilio Rhemensi, argumentabatur ad hunc modum contra secundam conclusionem. Hic Deus est homo, & hic Deus est pater, ergò pater est homo, ergò non tantum filius est homo. Sed respondetur quòd hic paralogismus facile confutatur. Medium namque non singularizatur complete, & ideo non est syllogismus expositorius. Simile vitium committitur in hoc argumento. Hic Deus est pater, hic Deus est filius, ergò filius est pater. Nam hic Deus semper manet communis tribus personis. Secundò sciendum est, quòd Gabriel in 3. distinctione prima, magnam difficultatem facit in hoc, quare operari sit commune tribus personis, & non terminare, & tandem docet, hoc ratione humana non posse comprehendi, sed tantum teneri autoritate scripturæ. Sed fallitur Gabriel, nam in primo articulo huius quęstionis euidenter ostensum est, quomodo terminare non sit agere. Rursus in secundo articulo demonstratum est quemadmodum persona diuina ratione proprietatis personalis terminet naturam humanam, cum ergò quælibet persona habeat suam proprietatem personalem non est valde difficile ad intelligendum, quòd vna persona possit assumere sine alia. Hanc rem explicant Theologi, non inepto exemplo de tribus hominibus, qui induunt vnum illorum, vbi omnes tres effectiuè vestiunt, at vnus tantum manet vestitus. Videndus est de hoc Diuus Augustinus primo de Trinitate capitulo 13. ¶ Sed argumentabitur quis contra nostram

Cõci. Late. Cõci. Tole. Ioan. 1. Anselmi Cõcil. Rhemense. Gabri. D. August. Obiectio.

conclusionem. Nam maior est vnio per assumptionem, quam per visionem beatificam, sed visionem beatificam non potest terminare vna persona sine alia, ergò neque assumptionem: respondetur negando consequentiam. Nam homo vnitur Deo per beatitudinem tanquam vltimo fini, & summo bono, quod competit Deo ratione suæ perfectionis, & ratione essentiæ, non autem ratione relationis, sed vniri Deo hypostaticè autore Diuo Dionysio capitulo secundo de diuinis nominibus pertinet ad discretam Theologiam, secundum quam aliquid dicitur distinctum de diuinis personis. Hæc de isto articulo.

Solutio.

D. Diony.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm quælibet persona diuina potuerit humanam naturam assumere.

23 3.dist.1.q.2. ar.3.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd nulla alia persona diuina potuerit humanam naturam assumere, præter personã Filij. Per huiusmodi enim assumptionem factum est, quòd Deus sit filius hominis. Sed inconueniens esset, quod esse Filium hominis conueniret Patri vel Spiritui sancto: hoc enim vergeret in confusionem diuinarũ personarũ. Ergo Pater vel Spiritus sanctus carnem assumere non potuit.

¶ 2. Præterea, Per Incarnationem diuinam, homines assecuti sunt adoptionem filiorum, secundum illud Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed Spiritum adoptionis filiorũ: Sed filiatio adoptiua est participata similitudo filiationis naturalis, quę non conuenit nec Patri nec Spiritui sancto: vnde dicitur Ro. 8. Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui. Ergo videtur, quòd nulla alia persona potuerit incarnari, præter personam Filij.

¶ 3. Præterea, Filius dicitur missus & genitus natiuitate temporali, secundũ quod incarnatus est: Sed Patri non conuenit mitti, qui etiam est innascibilis: vt in Prima parte habitum est*. ergo saltẽ persona Patris non potuit incarnari.

P.p.q.43. artt. 4. & q. 30. ar. 3.

Sed contra est, quòd quicquid potest Filius, potest Pater & Spiritus sanctus: alioquin non esset eadem potentia trium personarum: Sed Filius potuit incarnari. Ergo similiter Pater & Spiritus sanctus.

Respondeo dicendum, quòd sicut dictum* est, assumptio duo importat, scilicet ipsum actum assumentis & terminum assumptionis: principium autem actus est virtus diuina: terminus autem est persona. Virtus autẽ diuina cõmuniter & indifferenter se habet ad omnes personas: eadem etiam est cõmunis ratio personalitatis in tribus personis, licet proprietates personales sint differentes. Quandocunque autem virtus aliqua indifferenter se habet ad plura, potest ad quodlibet eorum suam actionem terminare: sicut patet in potentijs rationalibus, quę se habent ad oppositа, quorum vtrũque agere possunt. Sic ergo diuina virtus potuit naturam humanã vnire personę Patris vel Spiritus sancti, sicut vniuit eã personæ Filij. Et ideo dicendũ, quòd Pater vel Spiritus sanctus potuit carnem assumere, sicut & Filius.

Ar. 1. huius quæst.

Ad primum ergo dicendum, quòd filiatio tẽporalis, qua Christus dicitur filius hominis, non constituit personã ipsius, sicut filiatio æterna: sed est quiddam consequens natiuitatem temporalem. Vnde si per hunc modũ nomen Filiationis ad Patrem vel Spiritũ sanctũ transferretur, nulla sequeretur confusio diuinarum personarum.

Ad secundum dicendum, quòd filiatio adoptiua est quædam participata similitudo filiationis naturalis: Sed fit in nobis appropriatè à Patre, quę est principium naturalis filiationis: & per donum Spiritus sancti, qui est amor Patris & Filij: secundum illud Gal. 4. Misit Deus Spiritum Filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. Et ideo sicut filio incarnato, adoptiuã filiationẽ

accepi-

accepimus ad similitudinem filiationis naturalis eius: ita Patre incarnato adoptiuam filiationem reciperemus ab eo, tanquam à principio naturalis filiationis, & à Spiritu sancto tanquam à nexu communi Patris & Filij.

Ad tertium dicendum, quòd Patri conuenit esse innascibilem secundum natiuitatem æternam: quod non excluderet natiuitas temporalis. Mitti autem dicitur filius Dei secundum Incarnationem, eo quòd est ab alio, sine quo Incarnatio non sufficeret ad rationem missionis.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est affirmatiua, & probatur primo. In omnibus personis est æqualis potentia, & infinita, ergò si vna potest assumere, & altera poterit assumere. Secundò, quandocunque virtus aliqua indifferenter se habet ad plura potest ad quodlibet illorum suâ virtutem determinare, sed virtus diuina indifferenter se habet ad omnes personas, ergò sicut virtus diuina vniuit naturam humanam personæ filij, ita potest vnire eam personæ patris, vel Spiritus sancti.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm plures personæ diuinæ possint assumere vnam numero naturam.

14 3. di. 1. q. 1. ar. 4. AD sextum sic proceditur. Videtur quòd duę personę diuinę non possint assumere vnam & eandem numero naturam. Hoc enim supposito, aut essent vnus homo vel plures: Sed non plures: sicut enim vna natura diuina in personis pluribus non patitur esse plures Deos, ita vna natura humana in pluribus personis non patitur esse plures homines. Similiter etiam non possent esse vnus homo: quia vnus homo est iste homo, qui demonstrat vnam personam: & sic tolleretur distinctio trium personarum diuinarum: quod est inconueniens. Non ergo duę aut tres personæ possunt accipere vnã naturã humanã.

ar. 2. huius quæst. ¶ 2. Prętereà, Assumptio terminatur ad vnitatem personę: vt dictũ est*. Sed non est vna persona Patris & Filij & Spiritus sancti. Ergo non possunt tres personę assumere vnam naturam humanam.

¶ 3. Prętereà, Damascen*. dicit in 3. li. & August. in 1. de Trinit*. quod ex incarnatione Filij Dei consequitur, quod quicquid dicitur de filio Dei, dicitur de filio hominis, & è conuerso. Si ergo tres personæ assumerent vnam naturam humanam, sequeretur quòd quicquid dicitur de qualibet trium personarum, diceretur de illo homine: & è cõuerso, quæ dicerentur de illo homine, possent dici de qualibet trium personarum. Sic ergo id quod est proprium Patris, scilicet generare filium ab æterno, diceretur de illo homine: & per consequens diceretur de filio Dei, quod est inconueniens. Non ergo est possibile, quòd tres personę diuinę assumant vnã naturam humanam.

Dama. li. 3. c. 3. & 4. *li. 1. ex ca. 11. 12. & 13. collig. to. 3

Sed contra, Persona incarnata subsistit in duabus naturis, diuina scilicet & humana: Sed tres personæ possunt subsistere in vna natura diuina: Ergo etiam possunt subsistere in vna natura humana, ita scilicet, quòd sit vna natura humana à tribus personis assumpta.

Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est*, ex vnione animæ & corporis in Christo, non fit neque noua persona, neq; noua hypostasis: sed fit vna natura assumpta in personã vel hypostasim diuinã. Quod quidẽ nõ fit per potentiã naturę humanę, sed per potentiã diuinę personę. Est autẽ talis diuinarũ personarũ conditio, quòd vna earũ non excludit aliam à communione eiusdẽ naturæ, sed solùm à communione eiusdẽ personę. Quia igitur in mysterio Incarnationis tota ratio facti, est potentia facientis (vt August. dicit in Epistola* ad Volusianum) magis circa hoc est iudicandum secundum conditionem diuinæ personæ assumentis, quàm

q. 1. ar. 5. ad 1.

est epis. 3. non multũ ante med. tom. 1.

secundum conditionem naturæ humanę assumptæ. Sic ergò non est impossibile diuinis personis, vt duæ vel tres assumant vnam naturam humanã. Esset tamen impossibile vt assumerent, vnam hypostasim, vel vnam personam humanam: sicut & Anselᵐ. dicit in lib. cur Deus homo, quod plures personæ non possunt assumere vnum eundemque hominem: scilicet in vnitate personæ.

lib. 2. cur Deus homo cap. 9. circa principiũ.

Ad primum ergo dicendum, quòd hac positione facta, scilicet quòd tres personę assumerent vnam humanam naturam, verum esset dicere quòd tres personæ essent vnus homo, propter vnam naturam humanam. Sicut enim nunc verum est dicere, quòd tres personæ sunt vnus Deus propter vnam diuinam naturam, sic verum esset dicere quod essent vnus homo propter vnam naturam humanam. Nec ly vnus, importaret vnitatem personę, sed vnitatẽ in natura humana. Non enim posset argui ex hoc, quod tres personę sunt vnus homo, quod essent vnus simpliciter: nihil enim prohibet dicere, quod homines, qui sunt plures simpliciter, sint vnus quantũ ad aliquid: puta vnus populus. Et sicut Augᵐ. dicit 6. de Trin. diuersum est natura Spiritus Dei & spiritus hominis, sed inhęrendo fit vnus Spiritus: secundũ illud 1. Cor. 6. Qui adhęret Deo, vnus spiritus est.

li. 6. c. 5. an te med. to. 3.

Ad secundum dicendum, quòd illa positione facta, humana natura esset assumpta in vnitate, non vnius personæ, sed in vnitatem singularum personarum: ita scilicet quòd sicut diuina natura habet naturalem vnitatem cum singulis personis: ita natura humana haberet vnitatem cum singulis per assumptionem.

Ad tertium dicendum, quòd circa mysterium incarnationis fit communicatio proprietatum pertinentium ad naturam: quia quæcunque conueniũt naturę, possunt prędicari de persona subsistente in natura illa, cuiuscunque naturæ nomine significetur. Prędicata igitur positione facta, de persona Patris poterunt prędicari, & ea quę sunt humanæ naturę, & ea quę sunt diuinę: & similiter de persona Filij & Spiritus sancti. Non autem id quod cõueniret personę Patris ratione propriæ personę, posset attribui personę Filij aut Spiritus sancti, propter distinctionem personarum, quę remaneret. Posset ergo dici, quod sicut Pater est ingenitus, ita homo esset ingenitus, secundum quod ly homo supponeret pro persona Patris. Si quis autem vlteriùs procederet, Homo est ingenitus, Filius est homo, ergo Filius est ingenitus: esset fallacia figurę dictionis vel accidentis: Sicut & nũc dicimus Deum esse ingenitum, quia Pater est ingenitus: nec tamen possumus concludere, quòd Filius sit ingenitus, quamuis sit Deus.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio est affirmatiua, & probatur primo. Tres personæ subsistunt in vna natura diuina, ergò poterunt subsistere in vna natura humana. Secundò, ex vnione animę & corporis in Christo non fit noua hypostasis, neque persona, sed fit vna natura assumpta in diuinam personam, sed talis est conditio diuinarum personarum, quòd vna earum non excludit aliam à communione eiusdem naturæ, ergò ex diuina potentia fieri potest, vt plures personæ in eadem assumpta natura communicent. 1. Cõclusio

¶ Secunda conclusio, impossibile est, quòd plures personæ assumant vnam personam humanam. Hæc probatur ex Diuo Anselmo libro secundo, cur Deus homo capitulo 9. 2. Cõclusio

¶ Tertia conclusio ad primum, illa positione admissa omnes tres personæ essent vnus homo propter vnam naturam humanã, non tamen essent vnus simpliciter. Probatur, plures personæ diuinæ sunt vnus Deus propter vnitatem naturæ diuinæ, ergò plures personæ essent vnus homo propter vnitatem naturæ humanæ. 3. Cõclusio

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVæstionem propositam in hoc articulo explicant doctores in 3. dist. 1. & ferè omnes

omnes conueniunt in prima conclusione D. Thom. Durandus q.3. Marsilius q.2. Capreolus q.vnica. Gabriel q.1. dominus Caietanus in his commentarijs. Scotus vero quæst.2. opinatur esse impossibile, quòd plures personæ immediatè assumant eandem naturam numero, sicut modo Verbum Dei assumpsit immediatè. Nã quòd tres personæ mediatè assumant non inficiatur Scotus. Quoniam si hic Deus assumeret immediatè naturam humanam tres personæ eandem naturam assumerent, non quidem immediatè, sed mediatè vt in articulo 3. expositum est. Et arguitur pro Scoti sententia. ¶ Nam diuina natura est in tribus personis, quia est infinita & illimitata. Sed natura humana non est infinita, ergò non potest esse in pluribus personis. Certè qua ratione natura humana potest esse in tribus personis, potest esse in infinitis si essent.

Durand. Marsil. Capreol. Gabr. Caiet. Scotus.

Arguitur pro sententia Scoti. Primum.

Secundum. ¶ Secundum argumentum, vnum accidens non potest esse in pluribus subiectis, ergò vna natura non potest esse in pluribus personis. Antecedens statuitur pro certo, consequentia probatur. Nam sicut vnum accidens ex sua natura determinatur ad vnum subiectũ, quia ab eo accipit esse, ita vna natura determinatur ad vnum suppositum, à quo habet esse.

Tertium. ¶ Tertiò, impossibile est, quòd vnum & idẽ dependeat simul à pluribus causis totalibus & essentialibus, sed natura assumpta dependet totaliter, & essentialiter à persona assumente, ergò impossibile est quòd vna numero natura à pluribus assumatur. Maior probatur. Nã impossibile est, & euidens contradictio, quòd hic numero calor producatur totaliter ab isto igne, & producatur totaliter simul ab alio igne.

Quartum. ¶ Quartò, si humana natura haberet propriam personalitatem & sibi natiuam, verbũ Dei non posset assumere illam, ergò si humana natura habet personalitatem verbi diuini non potest pater æternus illam sibi assumere. Consequentia probatur. Nam multò perfectiùs est terminata, & vt ita dixerim persona. ta per personalitatem verbi, quam per propriam personalitatem. ¶ Ad hæc argumenta continuò respondendum est. Nam sententia Diui Thomæ satis confirmata est autoritate Theologorum, & argumentis, quæ adduxit D. Thom. in articulo.

Ad primũ. ¶ Ad primum respondetur, quòd cum natura ex virtute sua, & ex natura rei communicatur pluribus suppositis sine multiplicatione naturæ ostenditur infinita virtus ipsius naturæ communicatæ. Cæterùm quòd vna natura per omnipotentiam Dei sit in pluribus suppositis, non arguit infinitam virtutem ipsius naturæ, sed infinitam virtutem Dei omnipotentis. Priori autem modo communicatur natura diuina, posteriori vero communicatur natura humana. Hanc solutionem insinuat D. Thom. hic in corpore articuli.

Ad secũdũ ¶ Ad secundum, in primis negatur antecedens: nam sicuti nunc in sacramento Eucharistiæ accidentia quæ manent sine subiecto eadem ante fuere in subiecto, sic per Dei omnipotentiam possunt collocari in alio subiecto, quis prohibet? Secundo negatur consequentia. Nam accidens indiuiduatur ex proprio subiecto. Et si sint duo subiecta, non erit vnum accidens, sed duo, at humanitas non indiuiduatur ex supposito, sed ex suis principijs essentialibus, scilicet ex materia & forma, & certè humanitas, quæ est in Christo eadem esset, etiam si à verbo Dei non esset assumpta.

Ad tertium Gabr. ¶ Ad tertium, variæ sunt responsiones doctorum. Gabriel in loco cita to negat maiorem argumenti. Neque enim videtur impossibile esse, quòd vnus & idem effectus dependeat totaliter à pluribus causis. Quare enim duo Angeli non possunt mouere cælum, sicut modo mouetur? Idem calor numero producitur à sole, & ab igne, & quidẽ totaliter. Nam solus Sol potest causare calorem, & solus ignis, ergò quilibet est causa totalis: siquidem quilibet sufficit se solo. Similiter idem effectus est à causa prima, & à causa secũda, & quælibet est totalis. Sed dicet Theologus, quòd hæc exempla non quadrant. Nã procedunt de causis subordinatis. Sed dicendum, quòd si causæ subordinatæ possunt producere eundem effectum totaliter, multò magis diuinæ personæ, quæ habent virtutem infinitam, quæ non est minor in vna, quam in omnibus simul sumptis. Adducunt etiã Theologi aliud exemplum. Si duo homines trahãt nauim, quorum quilibet poterat per se solus trahere, quilibet illorum est causa illius tractionis, & tractio dependet totaliter, & causatur à quolibet illorũ. Quòd si dicat Theologus vnus non tanta velocitate trahit quanta ambo simul, & sic adiuuant se, & non sunt causæ totales. Respondetur, illud prius verũ esse, & id prouenire quia nullus habet virtutẽ infinitã. Sed constituamus per impossibile, quòd quilibet illorum habet virtutem infinitã, tũc quilibet illorũ esset causa totalis illius tractionis, sic in nostro proposito quælibet persona diuina habet virtutem infinitam terminandi, & ideo quælibet persona diuina terminat totaliter. Deinde dicit Gabriel, quòd illa maxima Scoti fortasis dicit verum naturaliter, sed supernaturaliter vera non est. Nam Deus potest constituere vnum accidens in duobus

subiectis,& ita à duabus causis totaliter depẽ deret. Tandem scribit Gabriel,quòd causa to talis potest intelligi dupliciter. Primò quod causet per se,& quòd absque illa effectus cau sari non possit,& in hoc sensu vera est maior, sed nihil ad propositum. Secundò potest intelligi,quòd causa sit totalis,id est, quòd possit producere effectum secluſa quacunque alia,quæ aliâs vocatur sufficiens,& in hoc sen su maior Scoti est falsa,& irrationabilis. Ha-
Caietan. ctenus Gabriel.Caietanus aliter soluit hoc ar gumentum,& dicit, quòd terminare non est agere,neque causare,vt antea à nobis dictum est. Vnde impropria est hæc locutio, quòd verbum Dei terminet dependentiam naturæ humanæ. Dependentia namque tantum est effectus ad causam. Nihilominus dependentia aliquando accipitur magis communiter, & sic dicimus, quòd vnum relatiuum depen det ab alio relatiuo. Et in hoc sensu non est impossibile,quòd vnum & idem dependeat à pluribus. Nam eadem relatio patris terminatur ad plures filios, & dependet totaliter à pluribus. Item eadem relatio dupli terminatur ad dimidium A. & ad dimidium B. & C. Et eadem est ratio in relationibus alijs, vt in æqualitate,& similitudine. Ibi namque non est dependentia causalis, sed dependentia in genere terminandi.Itaque iuxta documenta Caietani,maior Scoti fortasis est vera de dependentia causali,sed non de alijs dependentijs.Et ratio discriminis est, nam dependentia causalis ponit in causato indigentiam , & ideo si iam est ablata indigentia per vnam cau
Marsil. sam non indiget alia causa.Marsilius in tertio quæstione secunda,dubio tertio dicit,concedendo totum antecedens,quòd in eo casu essent plures assumptiones, & plures vniones, & sic plures effectus,& ideo non est mirum,
Ad quartũ. quòd dependeat à pluribus. ¶ Ad quartum respondetur,quòd natura humana per se constituit personalitatem propriam, quæ terminat illam naturam,& suscipitur in illa tanquã perfectio intrinseca. Quamobrem impossibile est assumere naturam humanam in propria persona,&non simul assumere propriam personalitatem,quæ est inassumptibilis. At personalitas diuina est quodammodo extrinseca naturæ humanæ , & ideo potest assumi ab vna persona diuina non obstante, quòd ab
Obiectio. alia sit assumpta.Sed dicet Theologus natura &persona distinguuntur realiter, ergò potest assumi natura sine persona,non enim habent intrinsecam dependentiam,sicuti materia ad formam.Respondetur,quòd ex eo quòd di-
Solutio. stinguuntur realiter satis probabiliter colligitur,quòd vnum possit ab altero separari,& sic contingit in Christo Domino.Nam humanitas in Christo non habet propriam personalitatem.Cæterum ex hoc non colligitur, quòd possit assumi natura supposito non assumpto,si suppositum permaneat. Nam ex hoc sequitur euidens contradictio, quòd esset vna persona,& non esset vna persona. ¶ Est aliud Dubium circa tertiã cõclusionẽ. Primum argumentũ dubium graue de tertia conclusione,an in casu commemorato tres personæ essent plures homines an vnus?Et videtur quòd essent plures, nam sunt tria suppositа humana, & tres humanitatem habentes,ergo tres homines. ¶ Deinde sunt homines,ergo sunt plures ho- Secundum. mines. Præterea sunt homo , & homo, ergò plures homines. Insuper si sunt vnus homo, ergò sunt vnum suppositum humanum,nam in eo casu omnis homo est suppositum humanum. ¶ Confirmatur,nam si sunt vnus homo Confirmat. vel iste,vel iste demonstrato patre, vel filio, consequens est manifestæ falsitatis.Nam tunc iste homo supponeret pro filio , & tunc verè filius esset pater,imò esset omnes tres personæ. ¶ Confirmatur,rursus sequitur,quòd nũc Confir. de facto pater vel Spiritus sanctus potest esse hic homo demonstrato Christo.Quòd rectè sequatur patet. Nam pater potest assumere eandem humanitatem,quam habet Christus, & tunc esset idem homo , iuxta istam sententiam quam impugnamus,cum Christo. ¶ Vl- Vltimum. timò,si tres homineshaberent eandem albedinem nõ esset vnum album sed tria alba, vt est in confesso apud omnes,ergò si tres personæ habent eandem humanitatem non sunt vnus homo,sed tres homines. Consequentia probatur.Nam si in eo casu esset vnus homo maximè quia secundum doctrinam D.Tho. nomen numerale additum substãtiuo numerat naturas, sed hoc fundamentum non est firmum quanquam doceat illud D. Thom. 1.p. q.39.arti.3.quod sic ostendo. Primùm ex exẽplo adducto de albedine , nam tunc essent tria alba,licet non esset nisi vna albedo.Deinde D.Thom.in art.sequenti ad secundum docet apertè,quòd si vna persona diuina assumeret duas naturas esset vnus homo propter vnitatem suppositi, ecce nomẽ numerale, vnus, non numerat naturam neque formam. De
Pri.opinio. hac quæstione sunt tres opiniones. ¶ Prima dicit,quòd in casu commemorato essent plu
Marsil. res homines simpliciter.Hæc placuit Marsilio in 3.q.2.ar.3. ¶ Secunda dicit,quòd tũc esset
Secũ.opin. D. Thom. vnus homo simpliciter.Hæc placuit D.Tho. in 3.d.1.quæst.2.ar.4.ad 6.& in hac opinione sunt aliqui interpretes D.Thom. & probatur sic,nam omnes tres personæ sunt vnus Deus sim-

Primum argumẽtũ pro hac sententia.

simpliciter propter vnitatem deitatis, quæ est in tribus personis licet sint tria suppositа distincta, ergò tunc tres personę essent vnus homo simpliciter propter vnam humanitatem, quæ est in tribus personis. ¶ Secundò, si hic Deus immediatè assumeret naturam humanam tres personæ essent vnus homo, vt antea à nobis est explicatum, ergò & tunc essent vnus homo. Probatur consequentia: nam vt dicatur vnus homo parum refert, quòd eadem humanitas assumatur ab hoc Deo immediatè, à tribus vero personis mediatè vel è cõtrario. Nam in vtroque casu hic Deus est homo, & omnes tres personæ, & quælibet persona est homo. ¶ Tertiò in diuinis omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationis oppositio, vt docet fides Catholica, sed hic non est oppositio relatiua, vt planè constat, ergò sunt vnus homo. ¶ Vltimò, in hoc casu non sunt plures homines simpliciter: siquidem habent vnam naturam humanam, ergò sunt vnus homo simpliciter. Probatur consequentia: nam vnum & multa sufficienter diuidunt ens in tota sua latitudine. Sic tenet Durandus in 3. distinctione 1. quæstione 3. ad 3. & constituit hanc regulam. Pluralitas vel vnitas substantię ex parte naturæ sumenda est. Propter quòd personæ diuinæ non sunt tres dij, sed vnus Deus propter vnam deitatem. ¶ Tertia opinio est Caietani in his commentarijs, quòd tunc essent plures homines simpliciter, & vnus secundum quid in quantum habent vnam naturam humanam. Hæc sententia videtur mihi vera, & sufficienter probata argumentis in principio dubitationis positis, & probatur diligentiùs. Nam si plures Angeli assumerent vnam naturam numero essent plures homines, ergò si plures personæ diuinæ assumunt eandem naturam, sunt plures homines. Consequentia argumenti euidẽs est. Antecedens probatur. Nam constituamus (disputationis gratia) quòd vnus Angelus assumit naturam humanam Salmanticæ, & alius eandem Romæ, tunc certè iste homo qui est Salmanticæ, non est iste homo, qui est Romæ. Secundò, si filius Dei & Michael assumerent eandem naturam humanam, non essent vnus homo, ergò si plures personæ assumunt eandem naturam non sunt vnus homo. Antecedens probatur, & constituo, quòd Michael prius assumpsit naturam humanam, & postea filius Dei assumpsit eandem, tunc certè ille homo, qui est Michael, non est ille homo, qui est filius Dei. Nam ille homo, qui est Michael est pura creatura, homo verò ille, qui est filius Dei, non est creatura, sed Deus. Tertiò constituamus, quòd omnes tres personæ, & quælibet assumant hanc humanitatem, quam habet filius tunc erunt homo, videlicet A homo, secundum istam opinionem, quam impugnamus. Rursus constituamus, quòd crastina die omnes tres personæ assumant aliam humanitatem, & tunc erunt vnus homo, videlicet B, homo. Tunc sequitur euidenter, euidens contradictio, quòd essent vnus homo, & non essent vnus homo. Quòd essent vnus homo patet. Nam secundum illam opinionem, omnes tres personæ sunt A homo. Quòd vero non sint vnus homo ostenditur, nam sunt plura suppositа humana, & sunt plures humanitates, ergò plures homines, & vnus homo. Sed hoc continet euidentem contradictionem. Nam plures simpliciter, & vnũ simpliciter contradicunt. Vltimò constituamus, quòd pater assumpsit vnam naturam humanam, & quòd filius assumpsit aliam, itẽ quòd Spiritus sanctus accepit vtramque, tunc interrogo, an essent vnus homo, vel non essent vnus homo. Certè videtur, quòd essent vnus homo. Nam Spiritus sanctus est illemet homo, qui est pater. Nam habet eandem naturam humanam, quam habet pater. Et eadem ratione est idem homo, qui est filius. Quòd vero non sint vnus homo liquidò constat. Nam sunt duo suppositа, & duæ humanitates, sequitur ergò euidens contradictio. Sed iam respondeamus argumentis factis pro secunda opinione. ¶ Ad primum negatur consequentia, nam essentia diuina est per se subsistens, & idem secũdum rẽ cũ singulis personis, & cum omnibus personis, sed humanitas non est per se subsistens, neque est idem secundum rem cum omnibus personis. Sicut modo humanitas non est idem cum Christo. Secundo respõdetur, quòd in sanctissima Trinitate est vnus Deus numero cõmunis tribus personis, sed in casu commemorato non est vnus homo numero cõmunis tribus personis. Deniq; est manifesta differentia. Nam humanitas aduenit filio Dei, sicut forma accidentaria, & in formis accidentarijs ita comparatum est, quod cum numerantur suppositа non numeratur forma accidentaria, vt patet in exemplo adducto de albedine. ¶ Ad secũdũ nego consequentiã. Nã si hic Deus assumit immediatè conuenit illi esse hominẽ secundũ se, & ideo cõuenit omnibus personis, sed si quælibet persona assumat immediatè, non conuenit illi esse hominem, nisi ratione personæ, & ideo cũ sint tres personæ, sunt tres homines. ¶ Ad tertium respondetur, quòd illud prouerbium intelligitur de ijs, quę cõpetunt Deo

Secundum

Tertium.

Vltimum.

Durandus.

Tert. opin. Caietani & autoris.

Ad argum. Ad pri. arg.

Ad secũdũ.

Ad tertium

ad intra. Vel dicatur, quòd hîc est oppositiõ relatiua. Nã pater assumit ratione proprietatis personalis, & filius etiam ratione proprietatis personalis, & istæ proprietates relatiuè oppohuntur. ¶ Ad quartum nego, quòd non sint plures homines simpliciter, vt iam expositum est. Hæc de isto articulo.

Ad quartũ

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrùm vna persona diuina possit assumere duas naturas humanas.

25 3.di.1.q.2.ar.5.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd vna persona diuina non possit assumere duas naturas humanas. Natura enim assumpta in mysterio Incarnationis non habet aliud suppositũ prẽter suppositũ personę diuinę: vt ex supradictis patet*. Si ergo ponatur esse vna persona diuina assumẽs duas humanas naturas, esset vnũ suppositũ duarũ naturarũ eiusdẽ speciei, quod videtur implicare contradictionẽ: nõ enim natura vnius speciei multiplicatur, nisi sẽcũdum distinctionem suppositorum.

Ar.præc. & art.2.huius q.& q.1.ar. 2.& 3.

¶ 2. Præterea, Hac suppositione facta, non posset dici, quòd persona diuina incarnata, esset vnus homo: quia nõ haberet vnam naturam humanam. Similiter etiam non posset dici, quòd esset plures: quia plures homines sunt suppositi distincti, & ibi esset tantum vnũ suppositum. Ergo prædicta positio est omnino impossibilis.

¶ 3. Prętereà, In incarnationis mysterio tota natura diuina est vnita toti naturæ assumptę, id est, cuilibet parti eius: est enim Christus perfectus Deus & perfectus homo, totus Deus, & totus homo: vt Dam*. dicit in 3. lib. Sed duæ humanę naturę non possent totaliter sibi inuicẽ vniri: quia oporteret quòd anima vnius esset vnita corpori alterius: & quòd etiam duo corpora essent simul, quod confusionẽ induceret naturarum. Non ergo est possibile, quòd vna persona diuina duas humanas naturas assumat.

li.3.orth.fi. cap.7.

Sed cõtra est quòd quicquid potest Pater, potest Filius: Sed Pater post Incarnationem Filij potest assumere naturã humanam aliam numero ab ea, quã Filius assumpsit: in nullo enim per Incarnationẽ Filij est diminuta potentia Patris vel Filij. Ergo videtur quòd Filius post Incarnationem possit aliam humanam naturam assumere præter eã, quã assumpsit.

Respondeo dicendum, quòd illud quod potest in vnum, & non in amplius, habet potentiam limitatam ad vnum. Potentia autem diuinæ personę est infinita, nec potest limitari ad aliquid creatum. Vnde non est dicendũ, quòd persona diuina ita assumpserit vnam naturam humanam, quòd non potuerit assumere aliam. Videretur enim ex hoc sequi quod personalitas diuinæ naturæ esset ita comprehensa per vnam naturam humanam, quòd ad eius personalitatem alia assumi non possit, quod est impossibile: non enim increatum à creato comprehendi potest. Patet ergo quòd siue cõsideremus personam diuinam secundum virtutẽ, quę est principium vnionis, siue secundum suam personalitatem, quæ est terminus vnionis, oportet dicere quòd persona diuina prẽter naturam humanam, quã assumpsit, possit aliam numero naturã humanam assumere.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd natura creata perficitur in sua ratione per formã, quę multiplicatur secundũ diuisionẽ materiæ. Et ideo si cõpositio materiæ & formę constituat nouũ suppositũ, consequẽs est quòd natura multiplicetur secundũ multiplicationẽ suppositorũ: Sed in mysterio Incarnationis vnio formæ & materię, id est, animę & corporis, nõ constituit nouũ suppositũ, vt suprà dictũ est*. & ideo posset esse multitudo secundũ numerũ ex parte naturę propter diuisionẽ materię absq; distinctione suppositorum.

Art.præc.

Ad

Ad secundum dicendum, quòd posset videri dicendum, quod prędicta positione facta sequeretur, quòd essent duo homines propter duas naturas absque hoc, quòd essent ibi duo suppositа: sicut econuerso tres personę diceren tur vnus homo, propter vnam naturam humanam assumptam, vt suprà dictum est*: Sed hoc non videtur esse verum: quia nominibus est vtendum secundum quòd sunt ad significandum imposita: quod quidem est ex consideratione eorum, quę apud nos sunt. Et ideo oportet circa modum significandi & consignificandi considerare ea, quæ apud nos sunt: in quibus nunquã nomen ab aliqua forma impositũ pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatẽ suppositorum. Homo enim, qui est duobus vestimentis indutus, non dicitur duo vestiti, sed vnus vestitus duobus vestimentis: & qui habet duas qualitates, dicitur singulariter aliqualis secundum duas qualitates. Natura autẽ assumpta quantum ad aliquid, se habet per modum indumenti, licet non sit similitudo, quantum ad omnia: vt suprà dictum est*: Et ideo si persona diuina assumeret duas naturas humanas, propter vnitatem suppositi, diceretur vnus homo, habens duas naturas humanas. Contingit autem quòd plures homines dicuntur vnus populus, propter hoc quòd conueniunt in aliquo vno: non autem propter vnitatem suppositi. Et similiter si duę personæ diuinæ assumerent vnam numero humanã naturam, dicerentur vnus homo (vt suprà dictũ est*) nõ vnitate suppositi, sed in quantũ conueniunt in aliquo vno.

Art. præce. ad 1.

q. 2. ar. 6. ad 1.

q. 2. ar. 6. ad 1.

Ad tertium dicendum, quòd diuina & humana natura non eodem ordine se habent ad vnam personam diuinam, sed per prius comparatur ad ipsam diuina natura, vtpote quæ est vnum cum ea ab ęterno: Sed natura humana comparatur ad personam diuinam per posterius vtpote assumpta ex tempore diuina persona: nõ quidem ad hoc quod natura sit ipsa persona, sed quod persona Dei in humana natura subsistat: filius enim Dei est sua deitas, sed non est sua humanitas. Et ideo ad hoc, quòd natura humana assumatur à diuina persona, requiritur quòd diuina natura vnione personali vniatur toti naturę assumptæ, id est secundum omnes partes eius: Sed duarum naturarum assumptarum esset vniformis habitudo ad personã diuinã, nec vna assumeret aliã. Vnde non oporteret quòd vna earũ totaliter alteri vniretur, id est omnes partes vnius omnibus partibus alterius.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua. Quam probat D. Tho. in primis quoniã eadẽ est potentia patris & filij, sed pater post incarnationẽ filij potest assumere naturam humanam aliam numero, quã filius assumpsit, ergò filius post incarnationem potest aliam naturam assumere, deinde terminus huius assumptionis est personalitas diuina infinita, ergò non limitatur per assumptionem vnius humanæ naturę, sed poterit plures naturas adhuc terminare. 1. Cõclusio.

¶ Secunda conclusio in solutione secundi illa positione facta illa persona diuina esset vnus homo habens duas naturas. Nam nomẽ impositum ab aliqua forma nunquam pluraliter dicitur nisi propter pluralitatem suppositorum, sed in hoc casu non sunt plura suppositа, ergò non sunt plures homines. 2. Cõclusio.

EXPOSITIO ARTICVLI.

SCotus in 3. di. 1. q. 3. argumentatur contra probationem huius argumenti in hũc modum. Sequitur (inquit) quòd diuinæ personæ possunt dici tres dij, quia sunt tria suppositа deitatis, quæ est forma significata hoc nomine Deus. ¶ Deinde arguitur contra secundã conclusionem. Nam vt aliquid dicatur vnus homo requiritur vnitas suppositi, & vnitas naturæ, siue formæ, sed in eo casu commemorato non est vnitas naturæ, neque formæ, ergò non est vnus homo. ¶ Tertiò arguitur deducẽdo ad incõueniens. Si illa persona esset vnus homo, sequitur quòd idem homo esset simul mortuus & viuus, vt si separetur anima ab vno corpore, & nõ ab alio. Sequitur secũdo, quòd vnus homo esset in duobus locis, & in vno loco prędicaret, & in alio audiret, vel dormiret. Scotus. Prim. argu. Scoti. Secundum. Tertium.

Tertiò sequitur, quòd idem homo nascere-
tur ex diuersis matribus secundum diuersas
naturas, vt si assumeret naturam Sortis qui est
Ad argum. pater, & Platonis, qui est filius. ¶ Ad hæc ar-
respond. gumenta breuiter dicendum est. ¶ Ad primũ
Ad primũ respondetur, quòd Scotus non rectè animad-
uertit dum obijcit hoc argumẽtum. Nam D.
Thom. solum asserit, quòd requiritur plurali
tas suppositorum, sed nõ dicit, quòd sufficit,
imò quando est nomen substantiale, vltra nu
merum suppositorum exigitur numerus for-
marum, & naturarum, vt rectè docet Diuus
Ad secũdũ Thomas. 1. p. q. 39. ar. 3. ¶ Ad secundum qui-
dam discipuli D. Thom. dicunt, quòd in tali
casu illa persona non esset vnus homo simpli
citer, neque plures homines, quia deest plura
litas suppositorum, sed esset vnus homo cum
addito habens duas naturas humanas, vt asse-
D. Thom. rit Diuus Thomas in secunda conclusione, in
qua retractat quod dixerat in 3. d. 1. quæst. 2.
artic. 5. ad 2. & 5. quòd essent plures homines.
Ego verò sentio, quòd essent vnus homo sim
pliciter. Nam si Petrus haberet duas albedi-
nes, vel duos Episcopatus, esset tantum vnum
album, vel vnus Episcopus non duo. Et regu
la D. Thom. quòd ad numerandum nomen
concretum saltim requiritur pluralitas suppo
Ad tertium sitorum est euidens, & infallibilis. ¶ Ad ter-
tium respondetur, quòd primum inconue-
niens ex necessitate est concedendum, vide-
licet, quòd ille homo in vna natura moreretur, & viueret in alia. Neque hoc est magnum
inconueniens. Nam filius Dei in triduo erat
viuus, & mortuus. Viuus secundum diuinita-
tem, mortuus secundum humanitatem. Et in
eo casu docet dominus Caietanus, quòd si il-
le homo secundum primam naturam vocare
tur Christus, & secundum aliam vocaretur
Ioannes, mortuo Christo, non diceretur mor
tuus Ioannes, diceretur tamen mortuus filius
Dei, vel Deus. Similiter viuo Ioanne tantum,
non diceretur viuere Christus, diceretur ta-
Obiectio. men Deus, vel filius Dei viuere. ¶ Sed con-
tra hanc doctrinam est argumentum. Nam
rectè sequitur, vt videtur, filius Dei est mor-
tuus, filius Dei est Ioannes, ergo Ioannes est
Solutio. mortuus. ¶ Respondetur, quòd argumen-
tatio non est necessaria. Nam in consequen-
ti fit sensus, quòd Ioannes sit mortuus in pro
pria natura. Ad secundum inconueniens di-
co, esse concedendum, neque habendum pro
inconuenienti de potentia Dei absoluta. Ad
tertium incommodum idem respondendum
est. Ad quartum dico non esse concedendum. Nam humana natura non est filia, neq;
pater.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrũ fuerit magis conueniẽs, quòd per sona Filij assumeret humanam naturam, quàm alia persona diuina.

AD octauũ sic proceditur. 26
Videtur quòd non fuerit magis conueniens filium Dei incarnari, quàm Patrẽ, vel Spiritum sanctum. Per mysterium enim Incarnationis, homines ad verã Dei cognitionem sunt perducti: secundum illud Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum. vt testim. perhib. veritati. Sed ex hoc, quòd persona filij Dei est incarnata, multi impediti fuerunt à vera Dei cognitione, eaque dicuntur de Filio secundum humanã naturam referentes ad ipsam Filij personam sicut Arrius, qui posuit inæqualitatem personarũ propter hoc, quod dicitur Ioannis. 14. Pater maior me est. Qui quidem error non proueniisset, si persona patris incarnata fuisset: nullus enim æstimasset Patrem Filio minorẽ. Magis ergo videtur fuisse conueniens, quòd persona Patris incarnaretur quã persona Filij.

Infra. q. 39. arti. 8. ad 3. & 3. dist. 1. q. 2. ar. 2. & 4. contra c. 39. fi. & 42.

¶ 2. Præterea, Incarnationis effectus videtur esse recreatio quædã humanæ naturæ: secundũ illud Gal. vlt. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, nec præputium, sed noua creatura: Sed potentia creandi appropriatur Patri. Ergo magis decuisset Patrem incarnari, quàm Filium.

¶ 3. Præterea, Incarnatio ordinatur ad remissionem peccatorum: secundũ illud Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populũ suum à peccatis eorum. Remissio autẽ peccatorum attribuitur Spiritui sancto, secundum illud Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remis. pec. re. eis. Ergo magis congruebat personã Spiritus sancti incarnari, quàm personã Filij.

Sed

Sed contra est, quòd Damas. dicit in 3. lib*. In mysterio Incarnationis manifestata est sapientia & virtus Dei: sapientia quidem, quia inuenit difficillimi solutionem pretij quam decentissimam: virtus autem, quia victum fecit rursus victorem: Sed virtus & sapientia appropriantur Filio: secundum illud 1. Cor. 1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Ergo conueniens fuit personã Filij incarnari.

lib. 3. cap. 1.

Respondeo dicendũ, quòd conuenientissimum fuit, personam Filij incarnari: Primo quidem ex parte vnionis. Conuenienter enim ea, quæ sunt similia, vniuntur: Ipsius autem personæ Filij, qui est verbum Dei, attenditur vno quidem modo communis conuenientia ad totam creaturã: quia verbum artificis, id est conceptus eius, est similitudo exemplaris eorum, quę ab artifice fiunt. Vnde verbũ Dei, quod est æternus conceptus eius, est similitudo exẽplaris totius creaturæ. Et ideo sicut per participationẽ huius similitudinis creaturæ sunt in proprijs speciebus institutæ, sed mobiliter: ita per vnionem Verbi ad creaturam, non participatam, sed personalẽ, conueniens fuit reparari creaturã in ordine ad ęternã & immobilẽ perfectionẽ. Nã & artifex per formã artis conceptã, qua artificiatũ condidit, ipsum si collapsum fuerit, restaurat. Alio modo habet conuenientiã specialiter cũ humana natura, ex eo quòd Verbũ est conceptus æternę Sapientię, à qua omnis sapientia hominũ deriuatur. Et ideo per hoc homo in sapientia perficitur, quæ est propria eius perfectio, prout est rationalis, quòd participat verbũ Dei: sicut discipulus instruitur per hoc quod recipit verbũ magistri: vnde Eccl. 1. dicitur, Fons sapientiæ verbũ Dei in excelsis. Et ideo ad cõsummatã hominis perfectionẽ conueniens fuit, vt ipsum verbum Dei humanæ naturæ personaliter vniretur.

Secundò potest accipi ratio huiuscõgruentię ex fine vnionis, qui est impletio prædestinationis, eorum scilicet, qui pręordinati sunt ad hæreditatem cælestem, quæ non debetur nisi filijs: secundum illud Ro. 8. Si filij, & hęredes. Et ideo congruum fuit, vt per eum, qui est filius naturalis, homines participarent similitudinem huius filiationis secundum adoptionem: sicut Apostolus ibidem dicit, Quos pręsciuit, & prędest. confor. fieri ima. fi. sui. Tertiò potest accipi ratio huius congruentiæ ex peccato primi parentis, cui per incarnationem remedium adhibetur. Peccauerat enim primus homo, appetendo scientiam: vt patet ex verbis Serpentis promittentis homini scientiam boni & mali. Vnde conueniens fuit, vt per Verbum verę sapientiæ homo reduceretur in Deum, qui per inordinatum appetitum scientiæ recesserat à Deo.

Ad primum ergo dicendum, quòd nihil est, quo humana malitia non possit abuti: quando etiam ipsa Dei bonitate abutitur, secundum illud Ro. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Vnde etiam si persona Patris fuisset incarnata, potuisset ex hoc homo alicuius erroris occasionem sumere: quasi Filius sufficere non potuisset ad humanã naturam reparandam.

Ad secundum dicendum, quòd prima rerum creatio facta est à potentia Dei patris per Verbum. Vnde & recreatio per Verbum fieri debuit à potentia Dei patris, vt recreatio creationi responderet: secundũ illud 2. Cor. 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.

Ad tertium dicendum, quòd Spiritui sancto proprium est quòd sit donũ Patris & Filij. Remissio autem peccatorum fit per Spiritum sanctum tanquam per donum Dei: Et ideo conuenientius fuit ad iustificationem homi-

num, quòd incarnaretur Filius, cuius Spiritus sanctus est donum.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua. Et probatur primo autoritate Damasc. 3. lib. orthodoxæ fidei. Deinde quoniam persona filij & humana natura quandam similitudinẽ habent. Verbum enim Dei est exemplaris similitudo omnis creaturæ, & ideo sicut per participationẽ huius similitudinis creaturæ sunt institutæ in proprijs speciebus sed mobiliter, ita pervnionem verbi ad creaturam nõ participatam, sed personalem conueniens fuit reparari creaturã in ordine ad æternam & immobilẽ perfectionem. Cum etiam artifex per formam artis cõceptam qua artificiatum condidit, ipsum restauret si collapsum fuerit. Ad hoc additur quòd verbum est conceptus æternę sapientię à qua omnis sapientia hominum deriuatur. Vnde ad consummatam hominis perfectionem conueniens fuit ipsum Dei verbum humanæ naturæ personaliter vniri. Congruumque fuit, vt per eum qui est filius naturalis participarent homines similitudinem huius filiationis secundum adoptionem, vt dicit Apostolus ad Roman. 8. Vlterius sicut peccauerat primus homo appetendo scientiam inordinatè sic conueniens fuit, quòd per verbum verę sapientiæ reduceretur in Deum, quem reliquerat.

EXPOSITIO ARTICVLI.

HVius articuli conclusio est obseruanda pro concionatoribus, quam colligit Diuus Thomas optimis argumentis, vel potius congruentijs, quas accepit ex Diuo Augustino libro de fide ad Petrum capit. 2. & ex Diuo Bernardo sermone primo in aduentu Domini, ex Diuo Damasceno libro 3. capi. 4. Anselm. libro de incarnatione capit. 4. libro 2. cur Deus homo capit. 9. & ex Magistro sententiarum in 3. in principio. Et præter congruentias commemoratas à Diuo Thoma, sunt aliæ duæ breues. Prior est ne sequeretur confusio diuinarum personarum. Nam si alia persona assumeret, iam essent duo filij inęquales in filiatione. Alter filius naturalis, alter filius hominis ex tempore. Posterior est nam congruum est, vt illa persona, quæ fit homo mittatur à Deo, & mittat aliam in nostram sanctificationem, Pater autem, vt constat ex diuina Theologia mitti non potest. Spiritus autem sanctus non poterat mittere aliam personam, & sic solus filius missus est à patre, & misit nobis Spiritum sanctum.

D.Thom. D. August. D.Bern. D.Damasc. D.Anselm. Mag.sentẽ.

QVAESTIO IIII.

De modo vnionis ex parte naturæ humanæ assumptæ, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de vnione ex parte assumpti. Circa quod primò considerandum occurrit de his, quę sunt à Verbo Dei assumpta. Secundò, de coassumptis, quæ sunt perfectiones & defectus. Assumpsit autem Dei filius humanam naturam & partes eius.

¶ Vnde circa primum triplex considerationis occurrit. Prima est quãtum ad ipsam naturam humanam. Secunda est quantum ad partes ipsius. Tertia, quantum ad ordinem assumptionis.

¶ Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm humana natura fuerit magis assumptibilis à filio Dei, quàm aliqua alia natura.

¶ Secundò, vtrùm assumpserit personam.

¶ Tertiò, vtrùm assumpserit hominem.

¶ Quartò, vtrùm fuisset conueniens, quòd assumpsisset naturã humanã à singularibus separatam.

¶ Quintò, vtrùm fuisset conueniens, quòd assumpsisset humanam naturam in omnibus eius singularibus.

¶ Sextò, vtrùm fuerit conueniẽs, quòd assumeret humanã naturã in aliquo homine ex stirpe Adę progenito.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm natura humana fuerit magis assumptibilis à filio Dei, quàm aliqua alia natura.

27

ADprimum sic proceditur. Videtur quòd humana natura non fuerit magis assumptibilis à filio Dei, quã quælibet alia natura. Dicit enim Augu. in

3. di. 2. q. 1. arti. 1. & 4. contra c. 53 tertiũ & 4.

In epist. 3. non multũ ante mediũ tom. 2. in Epist*. ad Volusianum, In rebus mirabiliter factis, tota ratio facti est potẽtia facientis: Sed potentia Dei facientis Incarnationem, quę est opus maximè mirabile, nõ limitatur ad vnam naturam: cùm potentia Dei sit infinita. Ergo natura humana non est magis assumptibilis à Deo, quàm aliqua alia creatura.

¶ 2. Præterea, Similitudo est ratio faciens ad congruitatem Incarnationis diuinę personę: vt suprà dictum est*: Sed sicut in creatura rationali inuenitur similitudo imaginis, ita in creatura irrationali inuenitur similitudo vestigij. Ergo creatura irrationalis assumptibilis fuit, sicut humana natura.

q. præc. ar. 8

¶ 3. Pręterea, In natura angelica inuenitur expressior Dei similitudo, quàm in natura humana: sicut Grego. dicit in hom*. de centum ouibus, introducens illud Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis: Inuenitur etiam in angelo peccatum, sicut in homine: secundum illud Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatẽ: ergo natura angelica fuit ita assumptibilis, sicut natura hominis.

Est hom. 34 in euã. ante med. illius.

¶ 4. Pręterea, Cùm Deo competat summa perfectio, tantò magis est Deo aliquid simile, quantò est magis perfectum: Sed totum vniuersum est magis perfectum, quàm pars eius, inter quas est humana natura, ergo totum vniuersum est magis assumptibile, quàm humana natura.

Sed contra est, quod dicitur Prou. 8. ex ore Sapiẽtię genitę, Delicię meę sunt esse cum filijs hominum. Et ita videtur esse quædam congruentia vnionis filij Dei ad humanam naturam.

Respondeo dicẽdum, quòd aliquid assumptibile dicitur quasi aptum assumi à diuina persona. Quæ quidem aptitudo non potest intelligi secundũ potẽtiã passiuã naturalẽ: quę nõ se extendit ad id quod transcẽdit ordinẽ naturalẽ, quẽ trãscendit vnio personalis creaturę ad Deũ. Vnde relinquitur quòd assumptibile aliquid dicatur, secundũ cõgruẽtiã ad vnionẽ prædictã. Quæ quidẽ congruẽtia attenditur secundũ duo in humana natura, scilicet secundũ eius dignitatẽ & necessitatem. Secundũ dignitatem quidem, quia humana natura, in quantum est rationalis & intellectualis, nata est attingere aliqualiter ipsum Verbũ per suã operationem, cognoscendo scilicet, & amando ipsum. Secundũ necessitatem autem, quia indigebat reparatione, cùm subiaceret originali peccato. Hęc autem duo soli humanę naturę conueniunt: nam creaturę irrationali deest cõgruitas dignitatis: naturę autẽ angelicę deest congruitas prędictę necessitatis. Vnde relinquitur quòd sola natura humana sit assumptibilis.

Ad primum ergo dicendum, quòd creaturæ denominantur aliquales ex eo quod competit eis secundum proprias causas: non autem ex eo quod cõuenit eis secundũ causas primas & vniuersales: sicut dicimus aliquem morbũ esse incurabilem, non quia non potest curari à Deo, sed quia per propria principia subiecti curari nõ potest. Sic ergo dicitur aliqua creatura non esse assumptibilis, nõ ad subtrahendum aliquid potentiæ diuinę, sed ad ostendendum cõditionem creaturæ, quæ ad hoc aptitudinem non habet.

Ad secundum dicendum, quòd similitudo imaginis attenditur in natura humana secundum quòd est capax Dei, scilicet ipsum attingendo propria operatione cognitionis & amoris. Similitudo autem vestigij attenditur solùm secundum repręsentationem aliquam, ex impressione diuina in creatura existentem: nõ autem ex eo quòd creatura irrationalis, in qua est sola talis similitudo, possit Deum attingere per solam suam operationem. Quod autem deficit à minori, non habet congruitatẽ ad id quod est maius: sicut corpus, quod non est aptum perfici anima

sensitiua,

sensitiua, multò minus est aptum perfici anima intellectiua. Multò autem maior & perfectior est vnio ad Deum secundum esse personale, quàm quę est secundum operationem. Et ideo creatura irrationalis, quę deficit ab vnione ad Deum per operationem, non habet congruitatem, vt vniatur ei secundum esse personale.

Ad tertium dicendum, quòd quidam dicunt angelum non esse assumptibilem: quia à principio suę creationis est in sua personalitate perfectus, cùm non subiaceat generationi & corruptioni. Vnde non posset in vnitatem diuinę personę assumi, nisi eius personalitas destrueretur: quod neque conuenit incorruptibilitati naturę eius, neque bonitati assumentis: ad quam non pertinet, quod aliquid perfectionis in creatura assumpta corrumpat: Sed hoc non videtur excludere totaliter congruitatem assumptionis angelicę naturę: potest enim Deus producēdo nouam angelicam naturam, copulare eam sibi in vnitate personę: & sic nihil prę existens ibi corrumperetur: Sed, sicut dictum est*, deest congruitas ex parte necessitatis: quia etsi natura angelica in aliquibus peccato subiacet; est tamen eius peccatum irremediabile, vt in Prima parte habitum est*.

In corp. ar.

P.p.q.64. ar.2.

Ad quartum dicendum, quòd perfectio vniuersi, non est perfectio vnius personę, vel suppositi, sed eius quod est vnum positione vel ordine, cuius plurimę partes non sunt assumptibiles, vt dictum est*. Vnde relinquitur, quòd sola natura humana sit assumptibilis.

In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

Sap.8.

CONclusio est affirmatiua, & probatur ex illo quod dicitur Sapien. 8. Ex ore sapiētiæ genitæ, deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Pro cuius maiori intelligentia notat D. Thom. quòd hæc conclusio non asseritur ad subtrahendum aliquid diuinæ potentiæ, cum absolutè omnia potuisset, sed ad ostendendā conditionem creaturæ, quę ad hoc aliqualem habet aptitudinem, nam creatura irrationalis quæ deficit ab vnione ad Deum per operationem, quia non cognoscit, non habet cōgruitatem vt vniatur ei secundum esse personale creatura vero angelica, etsi peccato subiaceat eius tamen peccatum est irremediabile, vnde relinquitur quod sola natura humana sit assumptibilis, nata est enim aliqualiter contingere ipsum verbum per suam operationem, videlicet cognoscendo & amando ipsum, per quod aliqualem habebat dignitatem, habebat etiam necessitatem, quia indigebat reparatione cū subiaceret peccato originali. Quare creaturis irrationabilibus deficit dignitas, Angelis autem malis necessitas, quia non reparantur.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Dubium. Vtrū Deus potuerit assumere quācunq; naturam.

IN hoc articulo est prima dubitatio, vtrùm Deus potuerit assumere quamcunque naturam. Et videtur pars negatiua vera inductione facta in creaturis vniuersis. ¶ In primis videtur, quòd non potuerit assumere naturam Angelicam. Nam in Angelis natura, & suppositum re ipsa non distinguuntur, ergò non potest natura Angelica assumi sine supposito, sed suppositum assumi non potest, ergò nec natura. ¶ Deinde Angelus ex sentētia omniū Theologorum rectè sentientium cum sit forma simplex & impartibilis non potest desinere esse nisi per annihilationem; at si Deus potest assumere naturam Angelicam Michaelis iam desineret esse Michael, sed non desineret esse per anihilationem: siquidem eius natura manet, ergò. ¶ Tertiò, si Deus potest quālibet naturam hypostaticè assumere, posset assumere naturam dæmonis, & tunc diabolus diceretur Deus, & è conuerso, & Deus diceretur damnatus, quod tamen absurdissimū est, ergò. Præterea probatur, quòd Deus non possit assumere creaturam irrationalem. Nā vnūquodque est propter suam operationem, sed creatura irrationalis non potest habere operationem supernaturalem intellectus, vel voluntatis, ergò neque esse supernaturale. Certè esse supernaturale nunquam est sine operatione supernaturali. ¶ Item cui non potest communicari minus non potest communicari id quod maius est, sed maius est vnio hypostatica, quam visio beatifica, at creatura rationis expers non potest eleuari ad visionem beatificam, ergò. Amplius, asserere quòd Deus possit assumere naturam bruti, aut lapidis, aut cucurbitæ valdè absurdum est, & indecorum, & piarum aurium offensiuū. ¶ Sed vlterius probatur, quòd non potuerit assumere partes naturæ, vt materiam, formam, caput. Et quidem de

Primum argumentū

Secundum.

Tertium.

Probatur quod non possit assumi natura irrationalis

Prim. argu.

Secundum.

Probatur quod non possint assumi partes naturæ.

de materia exploratum est iuxta D. Tho. opinionem, secundum quam materia per potentiam Dei absolutam non potest esse sine forma, ergo neque assumi potest sine forma. Verum conficiamus argumentum, quod omnes partes substantiæ comprehendat. Nam Deus non potest esse anima, non digitus, nó caput, neque verò capitatus, ergo non potest assumere partes ad vnitatẽ suppositi. Sed de accidentibus suadetur quòd non possint assumi à Deo. Tum quoniam Deus neque potest esse albedo, neque albus per talem vnionẽ. Tum vero quoniam accidentia non possunt vniri Deo per inhæsionem, cum Deus sit actus purus expers omnis potentiæ passiuæ. Neque Deus potest dare suam subsistentiam accidentibus, nam tota inexistentia accidentis sumitur per ordinem ad subiectum, ergo nó possunt accidentia existere per subsistentiam diuinam, quæ est substantialis sine ordine ad subiectum. ¶ De hac quæstione, quam disputant Doctores in. 3. d. 2. versantur variæ opiniones. Albertus Magnus. d. 2. q. 2. artic. 2. tenet, quòd natura Angelica non potest à Deo assumi in vnitatem personæ. Alij quòd natura irrationalis assumi nó possit cóstanter affirmant. Hæc opinio placuit Henric. Gandauẽ. quolibeto. 13. q. 5. & Alexand. Alens. 3. p. q. 11. &. 12. memb. 1. art. 1. & Pico Mirãdulano. q. 4. suæ Apologiæ. Sunt qui dicant, quòd Deus non possit assumere materiam primam sine forma, alij vero contrarium affirmãt. De accidentibus vero eadem est dissensio inter Doctores. Nobis vero placet hæc sententia quòd Deus (quæ sua est omnipotentia) possit quãlibet naturã assumere excepta materia sine forma. Probatur in primis: quoniam hoc nó implicat aliquid impossibile, aut inconueniens, ergo diuinæ potentiæ non est subtrahẽdum. Deinde diuina subsistentia est infinita, ergo potest personare quamlibet naturam, alioqui subsistentia diuinæ naturæ esset comprehensa per naturam humanam, si solam naturã rationalẽ potest assumere. Tertia ratio est, quia Deus in triduo suppositauit corpus, quod erat in sepulchro, quod tamen non erat rationale, & sicuti habuit illud vnitum per triduũ, poterat & pro quantocumque voluisset tempore. Propter hoc argumentum male audiuit Romæ ille Picus Mirandulanus. Neque valet solutio, quam adhibet Henricus, quòd cadauer, & corpus illud ordinabatur, vt iterũ vniretur animæ rationali in resurrectione. Hæc (inquam) solutio friuola videtur. Tum quia ille ordo erat supernaturalis. Nam à morte ad vitam nó est regressus per naturam. Tum etiã quia licet corpus illud ordinaretur ad animã rationalem, in actu tamen habebat formam rationis & sensus expertem, & planè irrationalem. Item sana & vera doctrina docet, vt postea videbimus, quòd Deus assumpsit sanguinem & alios humores, qui profecto non sunt animati. Demũ negare, quòd Deus possit assumere naturam irrationalem prouenit ex falsa imaginatione, scilicet, quòd in aliqua natura sit aliquid ignominiosum, vel pudendum, vel non bonum etiam si absit peccatũ, quod est falsum, vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Certè Deus est in qualibet re quantumcunq; humili per essentiam, & potentiam, & tamen ex illa coniunctione nihil detrimenti capit diuina maiestas, ergo neque ex assumptione. Tertul. libro de carne Christi columna. 4. elidit elegãter Marcionis vesaniam, qui negabat Christum verã carnem sumpsisse. Cuius potissimũ argumentum erat, quia putabat indignissimum esse, vt diuina maiestas contaminaret se humanis sordibus. Tertullianus autem nó hoc solum, sed si lupus fieret nihil indignum Deum passurũ existimat. Ex his argumentis liquidò cõstat, quod Deus possit assumere naturam irrationabilem. Sed probatur quod possit assumere partes substantiæ. Quoniam fides docet animam rationalem vnitã fuisse Deo in triduo, ergo omnes aliæ formæ substantiales poterãt Deo vniri. Aliud etiam argumentum de sanguine, & reliquis humoribus, quos Deus sibi vniuit hypostaticè probat efficaciter potuisse etiam assumere reliquas partes integrales caput, digitum. Sed iam progrediamur ad ostendendum, quòd possit assumere naturam accidentariam, cuius rei istæ sunt probationes. Prima accidens est forma quædam, quæ per potentiam Dei absolutam potest sine subiecto existere, quod nũc statuo pro certo, ergo poterit illi Deus communicare suum esse destructa ipsius accidentis propria inexistentia. Secunda ratio, supposítare, & sustentare accidens est perfectio, ergo potest Deo conuenire. Tertia, substantia creata hoc facit, ergo id ipsum potest facere Deus. Itaque si hoc modo vniretur albedo haberet esse à persona diuina, vt modo habet à subiecto excepto q̃ nó inhæreret. Postremò probatur quod nó possit assumere materiã sine forma. Nam est opinio probabilis D. Tho. quòd non possit esse materia sine forma etiam de potẽtia Dei absoluta. Sed iam tẽpus est, vt respondeamus argumentis factis in principio, & in primis ad illa argumenta, quæ procedunt de natura Angelica. ¶ Ad primum dicendum est esse certũ, &

Albertus Magnus.

Henricus. Alexã. Alẽ. Picus Mirãdula.

Sententia autoris.

Deus potest quamlibet naturã hypostatice assumere.

Tertullia.

Deus põtest partes substantiæ assumere.

Accidentia possunt assumi.

Materia nõ potest assumi sine forma.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

exploratum, quòd in Angelis distinguuntur realiter esse ab essentia, & natura à supposito, & ideo potest Deus assumere essentiã Angeli sine ipso esse Angelico tribuendo esse personale diuinum. Sed etiã si consideremus, quod natura Angelica, & suppositum nõ distingue rentur realiter, non est consequens, quod non possit assumi natura sine suppositо. Nam satis est vt possit assumi sine suppositо, quòd de essentia naturæ Angeli nõ est per se existere, vnde quando per se existit constituit suppositum, quando vero existit in alio non cõstituit suppositum. ¶ Ad secundum argumentũ dicendũ est, quòd Angelus si desineret per se, desineret esse per annihilationem, vt argumẽtum factũ efficaciter probat. Cęterum quãdo definit esse per hoc quòd Deus assumit eius naturam, vel per hoc quòd cõuertitur in corpus Christi, quod quidam Theologi arbitrantur esse possibile, nõ definit esse per annihilationem. ¶ Ad tertium argumentum Gabriel, Marsilius, & Almainus concedunt, quod si Deus assumeret naturã diaboli diabolus esset Deus, & esset damnatus ad infernum. Sed decipiuntur omnino. Nam si assumeret naturã dæmonis angelus esset, non diabolus, nec diceretur damnatus. Assumeret namq; naturã diaboli, quæ bona est, non culpam, quæ mala est. Propter eandem rationem si assumeret humanitatem hominis peccatoris non esset peccator, nam statim ñatura illa esset grata Deo. ¶ Ad alia argumenta, quæ procedunt de natura irrationali dicendum est. Ad primũ respondetur, quòd esse supernaturale nõ semper sequitur operatio supernaturalis, aliâs omnes potentiæ humanitatis Christi fuissent eleuatę ad operationes supernaturales, quod apertè falsum est. Certè sanguis in Christo habebat esse supernaturale, sed non habebat operationem supernaturalem. Deinde sciẽdũ est, quòd operari sequitur formam, & non esse, immediatè, & ideo quando solum eleuatur ad esse non oportet eleuari ad operationes. Denique dico, quòd natura irrationalis potest eleuari tanquam instrumentum ad operationes miraculosas. ¶ Ad secundum dico, quòd non valet nõ potest cõmunicari minus, igitur neque maius quando non sunt eiusdem ordinis, & rationis, vnde homini communicatur intelligere & non volare, & anima potest recipere gratiam, & non albedinem, & homo potest producere hominem & non asinum. ¶ Ad tertium argumentum iam dictum est quemadmodum Deus nihil indignum patiatur etiã si fieret lupus, aut leo. ¶ Ad argumenta alia, quæ procedunt de partibus substantiæ quantum ad illud de materia prima iam satis responsum est, sed quantum ad id quod obijcitur de reliquis partibus respondetur, quòd Deus data illa vnione neque esset anima, neq; digitus, neque caput, quoniam significantur per modum partis non per modum totius. Propter quam causam humanitas modo non prædicatur de Deo. Sed & illud sciendũ est, quòd neque diceretur Deus in illo casu capitatus, aut animatus. Quoniam hæc significant compositum ex capite, & alijs partibus ex anima & materia, sed tantum diceretur persona diuina vnita capiti, vnita animæ, sicut modo fides docet, quòd in triduo mortis verbum diuinum vnitum fuit animæ, non tamen erat animatum neque anima. Ad alia argumenta, quæ procedunt de accidentibus dicendũ est breuiter, quod si Deus assumeret naturã albedinis tunc persona diuina non esset albedo neq; alba, sed albedini vnita, & sic albedo subsisteret per subsistentiã diuinã, quæ suppleret vicẽ suæ inexistentiæ, non tamen inhæreret, propter quod non faceret albũ, veluti si albedo esset separata. Sunt quidã Doctores non ignobiles, qui dicunt quòd in tali casu Deus esset albedo, sed profecto decipiũtur, vt ex dictis patere potest. Nescio enim quare nõ cõceditur ista, Deus est anima si cõceditur, Deus est albedo. ¶ Est aliud dubiũ, Vtrùm sit dignius vel maius assumi ad vnionẽ hypostaticã, quam eleuari ad fruitionem, & visionẽ beatificam? hæc dubitatio in superioribus ex parte posita est, sed nũc diligentius examinanda est. D. Tho. in solutione ad secũdũ propositã difficultatem breuiter dissoluit dicens: quòd perfectior est vnio ad Deũ secundũ esse personale, quam quæcũq; alia vnio secundũ operationem. ¶ Hæc sententia videtur falsa, quoniam D. Augustinus lib. de sancta virginit. cap. 3. dicit expressè quod melius est cõcipere Deũ mente, quam carne. ¶ Deinde visio beatifica solummodo potest communicari creaturæ rationali, at vnio hypostatica potest communicari creaturæ irrationali, vt dudum dictum est, ergo illa est perfectior. ¶ Tertiò, visio beatifica est beatitudo, & status omniũ bonorũ aggregatione perfectus, ergo est eligibilior, & iucũdior, quã vnio hypostatica. ¶ Quartò, visio beata est appetibilior, quam vnio hypostatica, ergo est maius bonũ. Cõsequẽtia inde patet: nam appetibile, & bonum idem valent. Antecedens probatur. Nam magis satiat nostrũ appetitum, quam vnio hypostatica: siquidem est finis vltimus vltra quẽ nihil desiderat ur, at anima quæ esset vnita Deo, si non videret Deum, desideraret vtique videre Deum.

Ad secũdũ.
Ad tertiũ. Gabriel. Marsilius. Almayn.
Ad argumẽta quæ procedũt de natura irrationali.
Ad primũ.
Ad secũdũ.
Ad tertiũ.
Ad argumẽta quæ procedunt in partibus substantiæ.
Ad argumẽta quæ militant in accidentibus.
Dubium, vtrùm dignior sit vnio hypostatica quã visio beata.
D. Tho.
Primũ arg.
D. August.
Secundum.
Tertium.
Quartũm.

In hac

Scotus. In hac quæstione Scotus in.3.d.2.q.1.Durād. ibidem,sentiunt quòd eleuatio naturæ ad visionem est melior quam ad vnionem. Imo Durandus. Durandus docet, quòd si ista duo diuidantur vnio in persona, & vnio per gratiam quòd maius bonum est creaturæ vniri per gratiam, quam in persona sine gratia licet vtrumque coniunctum maius sit, sicut fuit in Christo. Mihi vero sententia D. Tho.ita probatur, vt habeam illa pro certa, & euidenti. In primis Sententia autoris. Heb.1.2. D.Paul.ad Hebr.cap.1.&.2. multis argumentis concludit hominem cōstitutum esse super omnes angelos, & super omnia. Quoniā homo eleuatus est ad vnionem hypostaticā, vt sit filius Dei naturalis, tametsi Angeli sint eleuati ad gratiā & gloriā. Ad hoc pertinet illud argumentum ex cap.1. cui enim dixit aliquando Angelorum,Filius meus es tu? Et rursum Ego ero illi in patrē, & ipse erit mihi in filiū. Certè hoc argumētum procedet etiam si anima Christi non videret Deum, ad idem pertinet illud,Et adorent eum omnes Angeli Dei. Quibus verbis probat Christū præstantiorē esse Angelis ex adoratione, quam Angeli exhibere tenentur, quippe, qui sit filius Dei na- D.Augusti. turalis & verus.D.August.13. de Trinita.c. 9. apertè docet,quòd summa gratia, quæ potest excogitari fuit hominem esse Deū. Idē habet libro de prædestinat.Sanctor.c.15. & in cōmētarijs in Ioan.elucidans illud, Verbū caro factum est,sic scribit.Hoc maius & difficilius est, quam id quod præmiserat, dedit eis po- D.Thom. testatem filios Dei fieri.D.Tho. in innumeris locis id ipsum docet signanter supra q. 2.arti. 9.& art.10.ad primum, & artic.11.in corpore. &.q.50.artic.2.& quæst.25. ostendit D. Tho. humanitati Christi deberi propter vnionem hypostaticam adorationem latriæ, quæ est cultus soli Deo debitus. Sed prætermissis autoritatibus progrediamur ad argumenta. Primum,vnio hypostatica confert naturę assumptæ ipsum esse subsistantiale,& personale Dei, ita quòd homo est Deus, at vnio etiam per visionem beatificam non confert ipsum esse subsistantiale,& personale Dei,sed quoddā participium & similitudinē Dei,cum ergo ipsum esse subsistantiale Dei in infinitum sit præstantius, quam quæcūq; diuinitatis participatio: siquidem illud est increatum, hoc vero creatum, sequitur apertè quòd vnio hypostatica melior sit,& perfectior. Secundo magnitudo & perfectio gratiæ attēditur ex magnitudine & perfectione doni, quod donatur, sed per vnionē hypostaticā datur persona diuina, at per quācumq; aliam vnionē id quod cōfertur est aliquid creatum, ergo illa est perfectior. Vltimo res est indubia, & quę probatione nō eget esse dignius & melius esse filiū Dei naturalē,quā adoptiuū, at per vnionē hypostaticā homo est filius Dei naturalis,ergo dignius est eleuari ad vnionē hypostaticā, quam ad quācumq; gratiam,per quam homo fit filius Dei adoptiuus. ¶ Ad argumenta in contrariū,ad primū respōdetur,quòd maternitas corporalis etiā Dei quāquam est maxima dignitas nō tamen constituit ipsam Christi matrē Deam. Cæterum vnio hypostatica cōstituit Deum. ¶ Ad secundū argumentū negatur cōsequentia, & quòd rectè negetur patet euidēti exemplo. Nam causare gratiā est simpliciter perfectio, quæ proinde inuenitur in Deo formaliter,mereri vero minimè, at causare gratiā potest cōmunicari,imo de facto communicatur rebus insensibilibus,aquæ,oleo: mereri vero nō potest cōmunicari nisi creaturæ rationali. Idē patet alio exēplo: nam videre perfectius est quā peccare,cū tamē peccare solum possit cōpetere creaturæ rationali,videre vero etiā irrationali. ¶ Ad tertiū argumētū respōdetur, quòd ex ipsa vnione homo ille est beatus beatitudine increata sicut ex vnione est Deus,sed visio beata facit hominē beatum beatitudine creata; quod docet apertè D.Tho. infra q.9. art.2.ad.2.exploratū autē est,q beatitudo increata sit perfectior creata. Sed & illud addendum est pro cōfutatione argumēti,quòd beatitudo est summū bonum ideſt, est cōsecutio summi boni,sed melius est summū bonū esse, quā cōsequi summū bonū,atqui hominē esse Deū est esse summū bonū. ¶ Ad quartū argumētū nego antecedēs,& ad probationē respōdetur,q stat habere aliquid melius, & nō frui illo: quoniā ad fruitionē requiritur operatio. Vnde natura leonis vnita Deo haberet maius bonū,quā beatus sed nō frueretur illo,cōtingit enim habere optimū panē, & nō frui illo. ¶ Dubiū aliud breue an inter omnes naturas, quæ possunt assumi à Deo natura humana sit magis assumptibilis.D.Tho.respōdet affirmatiuè in hoc articulo.Sed videtur eius sentētia, falsa & quòd eius probatio non rectè procedat. Nam assumptibile in præsentia vel accipitur vt dicit potentiā naturalem vt assumatur, vel vt dicit potentiā obedientialē supernaturalem. Si in priori sensu accipitur, falsum dicit D.Tho.nam in creatura non est potentia naturalis ad res supernaturales, cuiusmodi est vnio hypostatica.Maximè quòd in natura humana nō est potētia naturalis ad gratiā neque ad gloriā,ergo multo minus ad vnionē hypostaticam,quæ perfectior est. Si vero sit sermo de potētia obediētiali omnes creaturæ æqua-

Ad argumēta in cōtrarium.

Ad primū.

Ad secūdū.

Ad tertiū.

Ad quartū.

Dubium, vtrūm natura humana sit magis assumptibilis.

Secundum. liter ſunt in potentia obedientiali, ergo. ¶ Secundò, probatio D. Tho. habet euidens vitiũ, nam ſic procedit. Aſſumptibile aliquid dicitur quaſi aptum natum, vt poſsit aſſumi à diuina perſona, hæc autem aptitudo nõ poteſt intelligi ſecundum potentiam naturalẽ paſsiuam, ergo debet intelligi ſecundum cõgruentiam, quæ attenditur ſecundum duo, ſecundũ dignitatem & ſecundum neceſsitatẽ, quæ cõueniunt naturæ humanæ ex proprijs. Hoc argumẽtum videtur vitioſum. Nam poteſt dici aliquid aſſumptibile non ſecundum potentiã naturalem, neque ſecundum congruentiam,

Vltimum. ſed ſecundum potentiã obedientialem. ¶ Vltimò, hęc congruentia, quæ eſt in natura humana, vt aſſumatur vel eſt naturalis, vel ſupernaturalis, vel obedientialis, ſed non eſt obedientialis tantũ, nã hæc cõmunis eſt omnibus naturis, nec ſupernaturalis, quoniã hæc cõuenit naturę humanę ex proprijs & ex naturali cõditione, nec eſt naturalis vt ipſemet D. Tho. fatetur in articulo, ergo nó eſt talis cõgruẽtia.

Solutio. ¶ Ad hoc dubiũ reſpondetur, q̃ hæc doctrina D. Tho. eſt valde profunda. Pro cuius elucidatione nota, quòd aſſumptibile hic denotat aliquod medium inter potentiam naturalem, & obedientialem. Hoc medium eſt congruentia, & quædam decentia naturalis, cui coreſpondet actus altioris ordinis, ſcilicet, ſupernaturalis. Itaque potẽtia naturalis ſemper ordinatur ad actum naturalem, potentia obedientialis ſemper ordinatur ad actum ſupernaturalem, congruentia vero naturæ aliquando ordinatur ad actũ ſupernaturalem. Explicatur duobus exemplis adductis ex Theologia.

Appoſita exempla. Aſſerunt Theologi cum magiſtro, quòd Angelis data eſt gratia ſecũdum capacitatem naturalem. Et in materia de gratia definiunt, quòd opera moraliter bona per vires naturæ exercita ponunt quandam congruitatem & decentiam in homine ad infuſionem gratiæ, non quòd dignitas naturæ, aut opera moraliter bona ſint eiuſdem ordinis cum gratia, aut propriè diſponant ad gratiam, ſed quòd opera moraliter bona faciant ſubiectum minus ineptum, & minus ſub contraria forma. Ad eundem modum dicendum eſt de congruentia naturæ humanæ quantum ad aſſumptionem. Ex hac doctrina facilè intelligitur, quã aliena eſt à mente D. Tho. illa ſententia, quòd in homine eſt potentia naturalis, & appetitus videndi Deum per eſſentiam. Certè ſi Deus conſtitueret noſtram beatitudinẽ in vnione hypoſtatica eodem modo appeteremus illam ſuppoſita cognitione, ſicut modo appetimus videre Deum, ſed nullus ſanæ mentis diceret quòd in nobis eſt appetitus naturalis ad vnionem hypoſtaticam, ergo. Ex his patet ad argumenta in principio dubij. ¶ Eſt alia dubitatio vtrùm ſit ſumma gratia, qua maior excogitari non poſsit Deum eſſe hominem, an vero ſit maior gratia, quòd Deus ſe nobis in potũ, & cibum dederit in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento? quæ quæſtio ſolet moueri ſub alijs verbis, nempè vtrum Dei charitas magis fuerit declarata in incarnatione, & paſsione, quam in ſacramẽto Euchariſtiæ? A parte negatiua ſic arguitur. Nam Ioan. 13. cum fieret ſermo de inſtitutione huius ſacramẽti D. Ioánes præmittit dicẽs: Cum dilexiſſet ſuos, qui erãt in mundo, in finem dilexit eos, id eſt, vſq; ad ſummum, & vltimum potentiæ ſuam declarauit charitatẽ, & dilectionẽ erga homines. Videtur ergo ſignificari, quòd beneficiũ incarnationis nõ tantum Dei charitatem declarat, quantũ huius ſacramenti inſtitutio. ¶ Deinde beneficium illud maius apparet in quo magis Dei virtus & potẽtia manifeſtatur, ſed hoc fit in ſacramẽto Euchariſtię, iuxta illud Pſal. 110. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus eſcam dedit timentibus eum. Quod exponit D. Hierony. & gloſſa, & alij de altiſsimo corporis, & ſanguinis Domini ſacramẽto. ¶ Tertiò, magnitudo beneficij ex magnitudine liberalitatis expẽditur, ſed maior liberalitas fuit cõferre hominibus corpus ſuum in cibum & potum, quam Deũ fieri hominẽ, quod ſic oſtendo ex autoritate D. Tho. opuſculo. 58. ca. 5. ſcribit enim, quòd cum Deus ſit ſummè bonus ſumma eũ decet liberalitas, & quòd nulla maior fuerit, quam hoc ſacramentũ inſtituere, in quo ſumma Dei liberalitas ex tribus animaduerti poteſt ex magnificentia doni, ex nobilitate donãtis, & ex ſuſcipiẽtium vtilitate. Quod attinet ad magnificẽtiam doni, largitor omnium bonorum in hoc ſacramẽto dat ſe ipſum, & hoc largiſsimè, quia dat proprium corpus in cibũ. Certè magna liberalitas fuit largiri homini cœlum, & terrã, & omnes irrationabiles creaturas, maior, in miniſterium hominis ſanctos Angelos ad miniſtrandum mittere, maxima tamẽ fuit ſe ipſum homini tradere in Doctorem, ſeruum, hoſtiam, hac tamen maior eſt, quòd ſe ipſum in cibum & potum tradiderit. Alia ſiquidẽ beneficia in aliqua ſeparatione ab eo, cui dantur conſiſtunt, ſed cum datur in cibum datur non ad aliquam ſeparationẽ, ſed ad omnimodam vnionem. Vniũtur enim in vnitate corporis cibus, & ſumens. Ioan. 6. Qui manducat meam carnem in me manet & ego in illo. Huic conſonat D. Gregorius dicens:

Dubiũ an ſit maior gratia Deũ fieri hominem, quam dare ſe in Euchariſtię ſacramẽto? Primum argu.

Ioan. 13.

Secundum.

Pſal. 110.

Tertium.

D. Tho.

Ioan. 6.

dicens:bonus pastor animã suam pro ouibus suis posuit,vt in sacramẽto nostro corpus suũ & sanguinem verteret, & oues quas redemerat carnis suæ alimento satiaret, & in hoc est expressio summæ largitatis,& præcipui amoris. Sed & commendatur huius liberalitatis excellentia ex nobilitate dantis: quia non solum dat corpus suum dignis,& amicis,sed nõ subtrahit indignis, & inimicis. Commẽdatur etiã, & exaggeratur huius beneficij liberalitas ex susciptentium vtilitate. In hoc enim sacramento homines Deiformes efficiuntur. Amplificatur quoq; ex hoc quòd in hoc sacramẽto nobiscũ permanet vsque ad cõsummationem seculi, in figura vero & in consuetudine humanæ vitæ breui tempore nobiscũ est conuersatus. Sed & illud cõmendatiorem reddit huius doni magnificentiam. Nam semel tantum semetipsum tradidit, semel mortuus est, & crucifixus, at in sacramento Eucharistiæ se ipsum sæpissimè tradi patitur, & peccatorum manibus se attrectari, & eorum dentibus

In oppositum. Ioannis. 3. &. 15.

in sacramento atteri permittit.In oppositum est illud Ioan.3. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.& Ioan.15.Maiorem hac charitatem nemo habet quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis, ergo maior charitas ostensa fuit & declarata in

Solutio.

Domini incarnatione, & passione. ¶Decisio & solutio huius quæstionis maxima ex parte pendet ex ijs, quæ in superioribus dicta sunt q.1. art.1. vbi varijs testimonijs sacrarum literarum,& argumentis ostensum est, quòd cõmunicatio, qua Deus se communicauit creaturæ per incarnationis mysterium est summa communicatio,& summum beneficiũ, quod esse potest,& omnia beneficia mũdo exhibita si cum hoc incarnationis beneficio comparen

Nota discrimen.

tur minima esse. Modo solum ostendendum est discrimen inter cõmunicationẽ,qua Deus se humanitati Christi communicauit dum ei contulit suũ esse personale, & cõmunicationem,qua Deus in Eucharistiæ sacramẽto hominibus cõmunicatur.Etenim etiã si in participatione huius sacramẽti corpus Christi verum sumatur, nõ tamen esse personale ipsius Dei nobis confertur,sed sola gratia supernaturalis,& diuina,per quã eleuamur in consortiũ diuinæ naturæ, & efficimur filij Dei per adoptionem, at vero in incarnationis sacramento per hypostaticam vnionẽ creaturæ confertur esse,& personalitas ipsius Dei,quæ est summa & perfectissima communicatio, summum & perfectissimum beneficiũ,& idcirco tãto excellentior est hęc cõmunicatio,& vnio,quam cõmunicatio & vnio in sacramento Eucharistiæ,quanto excellentius est ipsum esse personale filij Dei,quam esse gratuitũ, quod puræ creaturæ cõmunicatur. Modo probãdum est qualiter maius dilectionis signum, & maius beneficiũ ostenderit Christus patiendo pro nobis, quam tradendo corpus suum in cibũ, & sanguinem suum in potum. Pro cuius intelligentia notat D.Thom.quolib.5.q.3.artic.6. quòd illud, quod est potissimũ in vno quoq; genere est mensura eorum, quæ sunt illius generis,vt patet per Philosophũ in. 10. metaph. potissimum autem in genere amoris hominũ est amor,quo quis amat se ipsum, & ideo ex hoc amore necesse est mensurã accipere omnis amoris,quo quis aliũ amat. Vnde & in.9. Ethicorũ dicitur, quòd amicabilia, quæ sunt ad alterũ veniunt ex amicabilibus, quæ sunt ad se ipsum.Pertinet autẽ ad amorẽ,quo quis amat se ipsum,vt velit sibi bonũ.Vnde tanto aliquis aliũ magis amare probatur,quãto magis bonũ quod sibi vult propter amicũ prætermittit. Secundum illud Prouer.12. qui negligit damnũ propter amicũ iustus est. Vult autẽ homo sibi triplex bonũ particulare quæ sunt anima,corpus,res exteriores, est ergo ali quod signũ amoris,quòd aliquis in rebus exterioribus propter alium detrimentum patiatur:maius autem amoris signum,si etiã corporis proprij detrimentum patiatur,vel labores, vel verbera pro amico sumendo. Maximũ autem dilectionis signum,si etiam animam suã deponere velit pro amico moriendo. Quòd ergo Christus pro nobis patiendo animã suã posuit maximũ fuit dilectionis signũ. Quòd autem corpus suum dedit in cibum sub sacramento ad nullum detrimentum ipsius pertinet.Vnde patet, quòd primum est maius dilectionis signum. Vnde & hoc sacramẽtum est memoriale quoddã, & figura passionis Christi,veritas autem præeminet figuræ,& res memoriali.Et ex his facilè soluuntur argumenta in oppositum.

D.Thom.

Aristot.

Prou.12.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm filius Dei assumpserit personã.

AD secũdum sic proceditur. 28

Videtur, quòd filius Dei assumpserit personam. Dicit enim Dam*. in 3. lib. quòd filius Dei assumpsit humanã naturã in atomo, id est in indiuiduo: Sed indiuiduũ rationalis naturæ est persona: vt patet per Boet.in lib†.de Dua.natur. Ergo filius Dei, personam assumpsit.

Locis ar. sequenti notatis.

Lib.3. ort. fid. cap.11.

In 3. pag. à princ.lib.

Lib.3.c.6. circa med.

¶ 2 Præterea, Damas.*dicit, quòd filius Dei assumpsit ea, quę in natura nostra plantauit: Plantauit autem ibi personalitatem. Ergo filius Dei assumpsit personam.

¶ 3 Præterea, Nihil consumitur nisi quod est: Sed Innocen. tertius dicit in quadam Decre. quòd persona Dei consumpsit personam hominis. Ergo videtur quòd persona hominis fuerit prius assumpta.

cap.2.to.3. Sed cótra est quod Aug. dicit in li*. de fide ad Pe. quòd Deus naturam hominis assumpsit, non personam.

Respondeo dicédum, quòd aliquid dicitur assumi ex eo, quod ad aliquid sumitur. Vnde illud quod assumitur, oportet præintelligi assumptioni, sicut illud quod mouetur localiter, præintelligitur ipsi motui. Persona autem nó præintelligitur in humana natura assumptioni, sed magis se habet vt terminus assumptionis, vt suprà dictum est*. Si enim præintelligeretur, vel oporteret quòd corrumperetur; & sic frustra esset assumpta; vel quòd remaneret post vnionẽ; & sic essent duæ personæ, vna assumẽs, & alia assumpta, quod est erroneum, vt suprà ostensum est*. Vnde relinquitur, quod nullo modo filius Dei assumpsit humanam personam.

q.præc.art. 1.&.2.

q.2. arti.6.

Ad primum ergo dicendum, quòd naturam humanam assumpsit Filius in atomo, id est in indiuiduo: quod non est aliud à suppositó increato, quod est persona filij Dei. Vnde non sequitur, quòd persona sit assumpta.

Ad secundum dicendum, quòd naturæ assumptæ non deest propria personalitas propter defectum alicuius, quod ad perfectionem humanæ naturæ pertineat: sed propter additionem alicuius, quod est supra humanam naturam, quod est vnio ad diuinam personam.

Ad tertium dicendũ, quod consumptio ibi non importat destructionem alicuius, quod prius fuerat, sed impeditionem eius, quod aliter esse posset. Si enim humana natura non esset assumpta à diuina persona, natura humana propriam personalitatem haberet: & pro tanto dicitur persona cõsumpsisse personam, licet impropriè: quia persona diuina sua vnione impediuit, ne humana natura propriam personalitatem haberet.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio.

COnclusio est negatiua, quam probat primo D.Tho. ex D.Augustí.lib.de fide ad Petrum.c.2. vbi dicitur, quòd Deus naturam hominis assumpsit, non personam. Secundò, illud quod assumitur oportet præintelligi assumptioni, sed persona non præintelligitur assumptioni, ergo non assumitur persona. Maior patet ex quid nominis ipsius assumptionis; est enim assumptio ab alio ad se sumptio. Minor vero probatur, quia si persona præintelligitur, oportet ipsam vel corrumpi, & sic frustra esset assumpta, vel remanere, & sic essent duæ personæ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Quid addat persona supra naturam.

IN hoc articulo est quæstio grauis, & per difficilis, & omnino necessaria ad intelligẽdum Dominicæ incarnationis mysterium, ea est quid addat persona supra naturã? Et certè quantum colligere possumus ex documentis D. Tho. videtur, quòd addat aliquid positiuum. Nam in hoc articulo expressè docet, quod si persona præintelligeretur assumptioni oporteret aliquid corrũpi. Et in præcedẽti articulo apertè docet, quod si persona Angeli assumeretur, aliquid perfectionis corrũperetur. Et in hoc articulo ad tertiũ distinctè affirmat, quòd persona diuina sua vnione impediuit ne natura humana haberet propriam personalitatem, at si persona non adderet aliquid positiuum supra naturã, impedimentũ nihilo esset præstitũ. In oppositũ est, quod D.Tho. docet in solutione ad secundum, scribit enim, quòd naturæ assumptæ deest propria personalitas, non propter defectum aliquorum quæ ad ipsam naturam spectant, sed propter additionem de nouo, at si persona addit aliquid positiuum supra naturam oportet omnino illud deesse naturæ assumptæ, non ergo addit aliquid reale. ¶ In hac quæstione explicanda quod facesit negotiũ est diuersitas opinionum, & obscuritas rei. Dominus Caiet. in his commentariis refert octo opiniones, & ijs plures.

D.Caietan.

Prima opinio Herici.

plures. ¶Prima opinio docet, quòd ſuppoſitum,& hæc natura differunt ex modo ſignificandi quo eſt,& quid eſt,ſunt tamen idem re. Natura enim humana Sortis eſt homo,Sortes vero eſt natura humana vt habens eſſe à generante. Hæc opinio placuit Henrico Gandauenſi quolibeto.4.q.3.

Secunda opinio.

¶Secunda opinio eſt, quòd ſunt idem quantum ad intrinſeca, ſed quantum ad extrinſeca connotata differunt realiter. Nam ſuppoſitum connotat omnia illa,ſine quibus humanitas in rerum natura haberi non poteſt,humanitas vero hæc nõ connotat. Hæc ſententia placuit Herueo quolib. 3.q.6.

Herueus.

Tertia opinio.

¶Tertia opinio docet,quod diſtinguũtur realiter medio modo inter intrinſecè & extrinſecè.Nam ſuppoſitum dicit ſupra naturam affectionem quandam,qua natura ſubeſt accidentibus. Vnde Petrus nõ eſt humanitas. Nam Petrus ſignificat humanitatem affectam accidentibus, humanitas verò non ſignificat iſtam affectionem. Hanc opinionem commemorant,& improbãt Herueus, & Ioannes de Neapoli.

Quarta opinio.

¶Quarta opinio eſt, quòd differunt vt totum,& pars:nam ſuppoſitum dicit compoſitum ex natura,& eſſe exiſtẽtiæ. Hanc opinionem commemorant etiam prædicti autores.

Quinta opinio.

¶ Quinta opinio eſt, quòd differunt per connotatum extrinſecum.Nam ſuppoſitũ dicit actum eſſendi. Eſſe namq; eſt actus ſuppoſiti:& ſuppoſitũ eſt id quod eſt.Sed dicit hæc opinio, quòd eſſe non eſt de eſſentia ſuppoſiti,connotatur tamẽ per illud. Hæc eſt opinio Capreoli in.3.d.5.q.3.

Capreolus.

Sexta opinio. Scotus.

¶Sexta opinio eſt Scoti in.3.d.1.q.1.dicẽtis,quòd ſuppoſitum addit aliquid intrinſecũ cõſtitutiuum perſonæ, ſed illud eſt negatiuum.Addit (inquit)duas negationes ſuppoſitũ ſupra naturã,ſcilicet,dependentiæ actualis,& aptitudinalis. Itaq; ſuppoſitum eſt illud quod nõ depẽdet actu,neq; aptitudine ab alia perſona.Vnde Petrus eſt ſuppoſitum quia nõ terminatur actu,vel aptitudine ad aliam perſonã.

Septima opinio.

¶ Septima opinio docet,q̃ ſuppoſitũ,& natura ſunt idẽ realiter, ſed ſuppoſitum addit,quod non ſuſtẽtetur ab alieno

Ioannes de Neapoli.

ſuppoſito. Hæc ſentẽtia eſt Ioãnis de Neapoli,& eſt ſciendũ, quòd vniuerſi autores,qui ſuſtinent,quòd ſuppoſitũ nõ addit aliquid poſitiuũ ſupra naturam fundãtur in duobus argumentis.

Primum argu.

¶Primũ eſt,hoc ſuppoſitũ nõ eſt accidens, vt liquido cõſtat, neq; eſt ſubſtantia:ſiquidẽ nõ eſt materia neq; forma neq; cõpoſitum,ergo tãtùm addit prædictã negationem.

Secundum.

¶Secũdũ argumẽtũ eſt autoritas Ariſt.7.metaph.vbi docet q̃ in his,quę ſunt per ſe,id eſt, in ſubſtãtijs idẽ eſt quod quid eſt,&cuius eſt. Cæterùm illi autores, qui aſſerũt,quòd addit aliquid negatiuũ ſiue poſitiuum mouẽtur duplici argumẽto. Tum ex diuerſo modo ſignificãdi, tũ vero ex myſterio Dominicæ incarnationis in quo Deus aſſumpſit naturã humanã ſine ſuppoſito.

Probatur quòd ſuppoſitum & natura non differãt realiter.

Sed probatur diligẽtiùs,quòd ſuppoſitũ,& natura nõ differunt realiter.Primò,nihil reale includit Petrus,quod nõ includit ſua humanitas,ergo nõ diſtinguũtur realiter. Cõſequẽtia eſt euidẽs,& probatur antecedens.

Primũ arg.

Nam ſi includit præterea accidens, ergo Petrus eſt ens per accidens,ſicut Petrus albus.

Confir.

Confirmatur etiã: nam ſi Deus ſepararet à Petro vniuerſa accidentia, ſubſtantia Petri eſſet ſuppoſitũ quoddã,ergo ſuppoſitũ non addit accidẽtia ſupra naturã.

Secundum.

¶Secundò, hæc humanitas, & hic homo in nullo differre videntur, ergo nõ differũt realiter. Probatur antecedẽs. Nam vniuerſa quæ includit hic homo, includit hæc humanitas: ſiquidem hæc humanitas includit iſtam materiã, iſtas carnes, iſtas oſſa. Vnde dicunt Theologi, quòd filius Dei aſſumpſit naturam humanam cum conditionibus indiuiduantibus,& vt ait D.Damaſc.lib.3. orthodoxæ fidei capit.11.in atomo.

Damaſcẽ.

Tertiũ.

¶Tertiò, ſi differunt realiter maximè quia aliquid reale includit ſuppoſitum quod non includit natura:ſed hæc ratio nihil valet, nam homo, & animal non differunt realiter, vt conſtat, at homo includit aliquid reale, quod non includit animal, videlicet rationale.

Vltimum.

¶ Vltimò, ſi verbum Dei dimitteret modo humanitatem ſtatim illa humanitas eſſet quidam homo per ſe ſubſiſtens abſque productione perſonalitatis nouæ, aut alicuius entitatis realis, ergo perſonalitas non diſtinguitur realiter à natura humana.Cõfirmatur, nam humanitas etiã per Dei omnipotentiam non poteſt exiſtere ſine perſonalitate, at ſi diſtinguerentur realiter Deus poſſet vnum ab altero ſeparare,ergo non diſtinguuntur realiter.

Probatur quòd in rebus immaterialibus non diſtinguãtur realiter.

¶Probatur tamen vehementius, quòd in rebus immaterialibus ſuppoſitum & natura non diſtinguãtur. Hoc affirmat D.Thom.1.p.q.3.artic.3.& de anima libro.3.lect.8.commento.9.&.3. cap. de ente & eſſentia. Et probatur ſic, nam forma immaterialis ſe ipſa indiuiduatur, vt repetit D.Thom. ſæpiſsimè in ſua doctrina, ergo ſe ipſa, & per ſe ipſam ſubſiſtit per ſe, ergo eſt ſuppoſitũ.

D.Tho. Primũ arg.

Secundum

¶Deinde,Angelus eſt forma quędam immaterialis per ſe ſubſiſtẽs, ſed natura, & eſſentia Angeli eſt ipſa forma,ergo non diſtinguũtur realiter ſuppoſitum & natura.

Argumenta Scoti.

Sed oportet videre argumẽta Scoti, quibus conatur probare in.3.d.1.q.1.quòd perſonalitas nõ ſit aliqua poſitiua entitas diſtincta à natura.Si eſſet aliqua entitas diſtincta à natura (inquit

Primum.

Scotus) illaque positiua sequitur, quòd aliqua entitas positiua est inassumptibilis à verbo diuino quod est incóueniens, tum quoniã secũdum D. Damasc. lib. 3. c. 6. quod est inassumptibile est incurabile, tum vero quoniam vniuersa entitas creaturæ est æquè in potẽtia obedientiali respectu personæ diuinæ. ¶ Secundò sequitur (inquit Scotus) quòd naturæ assumptæ à verbo deest illa entitas positiua, quæ secundum D. Thom. est vltima, & actualissima perfectio, ergo caret entitate magnæ perfectionis, & sic non dicitur homo vniuocè nobiscũ. ¶ Tertiò sequitur, quòd si Deus dimitteret humanitatẽ oporteret illi dare nouã entitatem, vt esset persona. ¶ Sequitur quartò, quòd Deus non posset dimittere humanitatem. Probatur sequela, nam illa humanitas nõ esset personata: non enim personalitate diuina, vt patet, nec verò personalitate propria. Nam hæc personalitas non est materia, non forma, non compositum, nec potest demonstrare Theologus vnde veniat. ¶ Vltimò sequitur, quòd sit aliqua natura intellectualis in nulla persona. Quod rectè sequatur patet: nã natura, quæ assumitur prior est se ipsa vt subest personalitati, in illo priori non assumatur à Deo, tunc est natura intellectualis in nulla persona. Hactenus Scotus. Aureolus apud Capreolum in. 3. d. 5. q. 3. ad idem ostendendum multiplicat infinita argumenta tantum duo commemorabo. ¶ Primum est, omnis entitas positiua est assumptibilis à Deo, excepta materia sine forma, vt in superiori articulo ostensum est, sed personalitas nõ est assumptibilis à Deo, ergo non est entitas positiua. ¶ Secundum argumentũ, personalitas est entitas ergo est ens, ergo quidditas, & quid, iuxta Arist. doctrinam. 7. metaphy. ergo est natura, ergo est assumptibilis. ¶ Hæc quæstio de distinctione suppositi à natura disputatur à Theologis in duobus locis, tũ. 1. p. q. 3. art. 3. tũ in hoc loco, & in vtroq; loco disputat eam eleganter Dñs Caietanus, sed hic doctiùs & copiosiùs. Pro expositione veritatis est prima cõclusio. Supposituũ & natura in rebus creatis distinguũtur realiter. Hæc est cõcors sentẽtia ferè omnium sanctorũ asserentiũ, esse propriũ Dei quòd natura, & suppositũ in eo nõ distinguantur. Loquitur de hac re optimè D. Augu. 11. de ciuit. ca. 10. & 11. & 15. de Trinit. c. 17. D. Bernardus sermone. 80. in Cantica. & Magister Sentẽtiarum in. 1. dist. 8. & 34. colligit in vnum varias sententias sanctorum hoc ipsum asserẽtium. Hæc est sententia omnium Doctorũ, qui amplectuntur doctrinam D. Thom. & probatur sic. Nam multa affirmãtur de supposito, quæ negantur de natura. Petrus currit, Petrus generat, humanitas non currit, non generat. Item vniuersas actiones, & passiones, & accidentia tribuimus supposito non naturæ, atque adeo hęc propositio est falsa, homo est humanitas, ergo distinguũtur realiter. Nam distinctio rationis sola non sufficit falsificare propositionem, nisi quãdo variatur appellatio, & in hac propositione nõ variatur appellatio, sicut nec in ista, Deus est Deitas. Præterea arguitur ex diuina Theologia. Fides docet, quòd Deus assumpsit naturam humanam, non suppositũ nec personam, ergo distinguuntur realiter. Certè nisi Theologus dicat ad istũ modũ nõ poterit facilè intelligere quæ Doctores asserunt de mysterio incarnationis. In primis dicunt, quòd humanitas caret propria personalitate, & quod inclinatur ad propriã personalitatẽ, & quòd si Deus assumeret naturã alicuius personæ præexistentis corrumperetur illa persona, & desineret esse, ipsa natura permanente, quæ omnia indicant naturã & personã distingui realiter. Et quòd in Angelis distinguantur probat argumẽtũ fidei, quod modo insinuauimus. Nam est sentẽtia ferè omnium Theologorũ, quòd Deus potest assumere naturã Angelicã sine suppolito Angelico, ergo distinguuntur realiter. Hoc ipsum docet D. Tho. 1. p. q. 50. art. 2. ad. 3. & q. 75. artic. 5. ad. 4. & in hac parte. q. 17. artic. 1. & 2. & quodlib. 2. art. 4. Sed pro maiori declaratione sciẽdũ est, quòd maiores nostri ne multiplicẽt tot entitates tenẽt, quòd suppositũ & natura nõ distinguũtur tanquã res à re. Itaq; dicunt quòd homo est res, quæ est humanitas, cæterũ formaliter homo non est humanitas, sicut actio est res, quæ est passio, tamẽ formaliter actio non est passio. Sed quanquã hoc esset verũ in suppositis creatis, in Christo Domino hoc nõ est verũ. Falsum enim est dicere, quòd Christus est res, quę est sua humanitas, sicut falsum est, q; Deus est res, quæ est humanitas, aut Deitas est res, quæ est humanitas, quæ propositiones ex necessitate sunt cõcedẽdæ, si prior illa conceditur. Propter quod in Concilio Basilienſi Sess. 22. condẽnatur quidã Episcopus Nazarenus, quòd dixerit naturã humanã in Christo esse Christũ, & esse personã verbi, quæ propositiones necessario sunt cõcedẽdæ si prior illa conceditur, humanitas est res, quæ est Christus. Ratio vero ex diuina Theologia adducta, quare Christus nõ est sua humanitas triplex est. Prima, quoniam suppositũ Christi includit aliquid distinctũ realiter tanquã res à re ab ipsa humanitate, scilicet esse diuinum. Secunda ratio est, quoniã humanitas aduenit Christo

D. Damasc. — Secundum. — Tertium. — Quartum. — Vltimum. — Aureolus. — Primũ arg. Aureoli. — Secundum — Caietanus. — Prima conclusio. Supposituũ, & natura in rebus creatis realiter distinguuntur. — D. Augusti. — D. Bernar. — Magister. — D. Thom. — Christus non est res quæ est humanitas. — Concil. Basilienſe.

Christo veluti accidentariè, & ideo humanitas non est Christus. Tertia ratio euidentior, nam humanitas esset idē cum suppositō proprio,& naturali,sed suppositū diuinū non est suppositum propriū huius humanitatis neq; illi naturale,sed per gratiam vnit illā sibi Christi suppositū in vnitatē suppositi. ¶ Sed vt hoc melius intelligatur est secūda cōclusio. Valdē consentaneum est diuinæ Theologiæ, quod suppositū & natura singularis distinguantur tanquā duæ res distinctæ.Probatur nam fides docet,quòd in Christo natura,& suppositum sunt duæ res distinctæ,vt paulo ante demonstratū est,ergo sentētia,quæ docet hoc ipsum reperiri in reliquis suppositis creatis valde cō sonat fidei catholicæ. Secundò, distinctiùs & explicatiùs intelligitur quomodo Deus assumat naturā singularē,& nō suppositū si sentiamus,quòd sunt duæ res distinctæ, quā si sentiamus esse eandē rem.Nam certè si sunt eadē res vix intelligitur quomodo assumpserit naturam,& non suppositum,ergo hæc sententia accōmodatior est ad fidē explicādam. Tertio prædicti autores,qui dicunt suppositū, & naturam esse eandē rem referunt illā distinctionem ad modum diuersum significandi,quia videlicet suppositum significatur,vt totum & vt quod, humanitas vero aut natura significatur per modum partis,& vt quo.Hæc vero diuersitas tantum denotat distinctionem rationis nō realem. Vltimò, persona addit aliquid positiuum supra naturam distinctum realiter tanquam vna res ab alia re, ergo distinguuntur tanquā duæ res.Antecedens demonstrabitur in sequenti cōclusione. ¶ Tertia cōclusio, suppositum siue persona addit supra naturā aliquid positiuū intrinsecū cōstitutiuū ipsius personæ.Probatur,nam substantia autore Aristote.5.metaph.tex.15.distribuitur in essentiā & primā substantiam. Et simili diuisione distribuitur in prædicamento substantiæ in primam & secundā, sed essentia & secunda substantia cōstituitur per aliquid reale positiuū, ergo prima substantia quę maximè est substātia constituitur per aliquid positiuum, & non per negatiuum,aut vero per accidens, vel aliquid extrinsecum.Certè Petrus quod est nomen primæ substantiæ,nō significat negationem, aut aliquod accidens, sed substantiam. Deinde omnes fatemur hæc nomina hypostasis,persona,hic homo,hic leo, & hæc pronomina ego,tu, ille,significare formaliter substātiam non negationē.Tertiò, personalitas diuina est aliquid positiuum constituens intrinsecè personā diuinam, à qua omnis persona in cœlo & in terra nominatur, ergo personalitas in rebus creatis non est negatiuum, sed positiuum. Quartò, fides docet ex doctrina sanctorum, quòd personalitas verbi in Christo supplet personalitatem humanam, ergo personalitas humana non est negatio, alioqui suppleret nihil: negatio enim nihil est. Præterea est argumentum. Si Deus dimitteret humanitatem statim in illa humanitate esset alia persona distincta à persona verbi Dei, ergo alia substantia, ergo persona significat substantiam. Hoc idem esse verum demonstrant satis efficaciter rationes in principio dubitationis adductæ. Ex dictis sequitur, quòd personalitas est aliqua realitas positiua, quæ constituit personam, & facit illam per se subsistere. ¶ Quarta conclusio. Hæc personalitas, quæ distinguit suppositum à natura est subsistentia. Itaque differentia consistit in hoc,quòd suppositum subsistit per se, natura vero est,qua suppositū subsistit. De hac conclusione loquitur optimè Capreolus in. 3. d. 5.q.3.Ad argumenta contra secundam cōclusionem Dominus Caietanus in hoc loco loquitur obscurè. Dicit enim quòd personalitas constituit subiectum capax existentiæ, quasi personalitas non sit existentia,& inquit, quòd personalitas est terminus naturæ, sicut punctus est terminus lineæ, sed non exponit quid sit iste terminus. Nos hoc exponentes dicimus, quòd est subsistentia. Et probatur nam D.Thom.supra q.2.arti.3.ad.2. expressè docet, quod persona, siue hypostasis significat substantiam particularem per se subsistentem. Vnde colligit efficaci argumento quòd humanitas in Christo non est persona: nam non subsistit per se. Item ipsemet Caietanus supra q.3.art. 2. expressè affirmat, quòd subsistere est magis personale, quam essentiale. Quoniam est intrinsecum & proprium personæ. Ex quo deducit, quod in diuinis sunt tres subsistentiæ, quoniam sunt tres personalitates. Præterea humanitas in Christo Domino secūdum veram doctrinam trahitur ad personalitatem verbi diuini,& per eam termi natur, quoniam verbum diuinum dat suum subsistere humanitati, ergo secundum veram doctrinam personalitas est subsistentia. ¶ Sed nunquid hæc subsistentia est intrinseca suppositō,an potius extrinseca,& extra eius essentiam? Capreolus tenet, quòd est extrinseca & mouetur non inualidis argumentis. Primum existentia fluit tanquam propria passio ex natura, siue ex suppositō, ergo est extrinseca suppositō. Antecedēs probatur:nam D.Tho. infra quæstione.17.articu.2.ad.1. dicit apertè, quòd esse consequitur ad naturam, non sicut

2.Concluſ. Suppoſitū & natura ſingularis diſtinguuntur realiter.

3.Concluſ. Suppoſitū addit ſupra naturā poſitiuum aliquid intrinſecum.

4.Concluſ. Perſonalitas eſt ſubſiſtentia.

Capreolus.

Caietanus.

D.Tho.

Caietanus.

Vtrùm ſubſiſtentia ſit intrinſeca ſuppoſito? Capreolus.

Primū arg. D.Tho.

ad habentē esse, sed sicut qua aliquid est, personam vero & hypostasim consequitur sicut ad habentem esse. ¶ Secundò, existentia non est de essentia creaturæ, vt planè constat ex diuina Theologia, ergo nec de essentia suppositi creati. ¶ Tertiò, sequitur ex opposita sentētia (inquit Capreolus) quòd Christus non sit vniuocè nobiscum suppositū humanū. Nam in Christo nō est subsistentia humana, sed diuina, & increata. His argumentis non obstantibus ego teneo cū Domino Caietano, quòd subsistentia est intrinseca suppositio. Et probatur efficaci argumento. Nam illud est intrinsecum alicui rei, sine quo illa res intelligi non potest etiam per primam operationem intellectus, sed suppositū, vel hypostasis non potest intelligi sine subsistentia, ergo est intrinseca suppositio. ¶ Ad argumenta autem Capreoli, & ad primum respondetur, quòd esse consequitur naturam, siue suppositum non tanquā propria passio, sed tanquam terminus, & complementum ipsius naturæ. Deinde respondetur, quòd licet esse esset propria passio naturæ, aut suppositi, non est tamē propria passio suppositi quod habeat esse, sed eius ratio & essentia. ¶ Ad secundum respondetur, quòd licet non sit de essentia suppositi, quòd actu existat, est tamen de eius essentia, quòd sit aptum natum subsistere per se. Vnde Petrus licet non existat in rerum natura, est tamen suppositum, quoniam est aptum natum subsistere per se. ¶ Ad tertium negatur sequela. Nam ad hoc, vt dicatur homo vniuocè nobiscum satis est, quòd subsistat in natura humana, siue per istam subsistentiam, siue per illam. Vnde rectissimè docuit D. Thom. superius, quod Christus est in specie humana ratione naturæ, non ratione hypostasis. ¶ His constitutis ad argumenta in principio posita satisfaciendum est, & in primis ad obiectionem ex litera D. Thom. in solutione secundi respondetur, quòd si subtiliter inspiciatur litera supponit defectum propriæ personalitatis in natura assumpta, & addit pro causa nō defectum aliquorum, quæ pertineant ad integritatem naturę vt distinguitur contra personā, sed additionem alicuius supernaturalis, videlicet personalitatem diuinam. Itaq; natura in Christo est perfecta & integra in ratione naturæ non tamen personata propria personalitate. Secundo loco oportet labefactare illud fundamentum, cui innituntur septē illæ opiniones commemoratæ. Inquirunt namque quid est illa personalitas, an materia? an forma? an compositum? an accidens? Respondetur, quòd est actus essendi, qui reductiuè cōstituitur in prædicamento substantiæ. Pro cuius elucidatione notandū, quòd persona siue hypostasis directè collocatur in prędicamento substantię: ex quo cōsequens est, quòd cōstitutiuum personæ reductiuè cōstituatur in eodem prædicamēto. Quemadmodū homo directè constituitur in prædicamēto substantiæ, at rationale quod constituit hominē collocatur ad latus & reductiuè. ¶ Proximum est vt respondeamus ad illa argumenta, quę probant, quòd non distinguuntur realiter. Ad primum nego antecedens, & ad probationem dicendum, quòd Petrus physice loquēdo includit hęc accidentia, & collectiones proprietatum, quæ in alio non inueniuntur, sed metaphysicè rem considerando includit subsistentiam, & personalitatem, quam nō includit humanitas: item dicendum pro confutatione argumēti, quòd si Deus separaret vniuersa accidentia à Petro adhuc maneret Petrus aptus natus adhæc accidentia, & ad istas conditiones particulares. ¶ Ad secundum argumētum nego antecedens, & ad probationē respōdetur, quòd ad rationē suppositi nō satis est habere cōditiones singulares, sed præcipuè, & essentialiter requiritur, quòd subsistat per se, quod non cōpetit huic humanitati. ¶ Ad tertiū argumentū nego minorē, & ad probationem respōdetur, quòd animal implicite & in cōfuso includit quicquid homo includit. Sed humanitas nō includit suppositū, imo potius excludit. ¶ Ad quartum respondetur, quòd si Deus dimitteret humanitatē quā semel assumpsit cōtinuo ex naturali quadā consecutione resultaret alia personalitas creata in natura humana, sicut ex lumine resultat splendor, & ex homine risibilitas. De qua re dicetur copiosius infra q. 17. ¶ Ad confirmationem respondetur, quòd quantum ego intelligo Deus per suam omnipotentiam potest conseruare, & sustentare naturam sine aliqua ratione personæ aut suppositi. Qui vero velit sustinere oppositū, quod est valde probabile dicat, quod licet de essentia naturæ non sit personalitas, est tamē de essentia naturæ existentis. Quemadmodum licet non sit de essentia materiæ forma, est tamen de essentia materiæ existentis. ¶ Ad argumenta, quæ procedunt de Angelis respondet Dominus Caietanus. 1. p. quæstione. 3. articulo. 3. ideo dixisse D. Tho. suppositum, & naturam non distingui in Angelis, quoniam distinguuntur non per aliquid intrinsecum sed per aliquid extrinsecum, scilicet, per subsistentiam. Sed in hoc commentario apertè docet, quod omne suppositū in rebus creatis distinguitur à natura per aliquid intrin-

Secundum.

Tertium.

Propria sententia.

Ad argumēta Capre.

Ad primū.

Ad secūdū.

Ad tertiū.

Ad argumēta in principio.

Actus essendi reductiuè ponitur in prædicamēto substantiæ.

Ad argumēta, quę probant nō distingui realiter.

Ad primū.

Ad secūdū.

Ad tertiū.

Ad quartū.

Ad confir.

Ad argumēta quę procedunt de Angelis. Caietanus.

In natura singulari duo sunt cõsiderãda.

intrinsecum supposito. Quapropter vera explicatio D.Tho.hæc est quòd in natura singulari duo sunt cõsideranda. Vnũ est ipsa singularitas per quã natura est hæc, alterũ est ipsa personalitas, quæ est complementum naturæ per quam subsistit persona. Inter hęc duo, singularitas competit naturæ Angelicæ ex proprijs principijs speciei. Nec enim in natura Angelica inueniuntur aliqua principia, & accidentia indiuiduãtia pręter passiones proprias ipsius speciei. Et hinc est quòd in Angelis nõ possunt esse plures eiusdem speciei. Ex quo sequitur, quòd si suppositum accipiatur pro indiuiduo, & singulari suppositum & natura in rebus immaterialibus non distinguuntur, quanquam distinguuntur in rebus materialibus propter principia indiuiduãtia. Cæterùm si accipiatur suppositum pro hypostasi per se subsistenti, suppositum & natura in vniuersis rebus creatis distinguuntur realiter, & hęc est vera doctrina D.Tho. ¶ Ad argumẽta Scoti, ad primũ concedo sequelã: nam personalitati repugnat, ꝙ assumatur à verbo diuino quia esset vna, & essent duę personæ. Quare nõ est in potẽtia obediẽtiali vt assumatur. Illud vero quod dicit D.Damas. quod est inassumptibile est incurabile, sic intelligitur. Quod est in assumptibile inter naturalia est incurabile nõ tamen est sermo de personalibus. Nam secundum doctrinam sanctorum Patrum naturalia multiplicãtur in Christo, personalia vero minimè. ¶ Ad secundum respondetur, quòd naturæ assumptæ deest personalitas creata; sed hoc non prouenit propter defectum alicuius quod ad perfectionẽ naturæ pertineat, nam personalitas non est perfectio intrinseca naturæ, sicuti si Deus separaret à me risibilitatem perfectus homo remanerem in essentia, quia risibilitas non est perfectio hominis intrinseca, sed personalitas est terminus naturę. Maximè quòd personalitas diuina in Christo per quam subsistit humanitas continet in se perfectionem personalitatis creatę, & aliquid amplius, altius, & excellentius. Illa vero sequela adducta quia non diceretur homo vniuocè de Christo, nihil valet. Nam vniuocatio non sumitur ex personalitate, sed ex ratione naturæ. Vniuoca enim dicuntur, quorum nomen est commune, ratio autem substantiæ eadem. ¶ Ad tertiũ respondetur, quòd si Deus dimitteret suam humanitatem; sola separatione subsisteret in propria personalitate. Quemadmodum per solam separationem aqua fit hypostatis, quæ antea erat pars. Doctrina est D.Thom.in.3.d.5.q.3. articulo.3. ad tertium. ¶ Ad quartum respondetur, iam à nobis esse expositum quemadmodum si Deus deponeret humanitatem continuo naturali consecutione cõsequeretur propria personalitas ablato impedimento. Sicut statim atque lapis qui erat impeditus dimittitur, descendit. ¶ Ad vltimum respondetur, quòd naturaliter loquendo neganda est sequela argumenti. Non enim omne prius potest esse absque eo, quod posterius est: non potest homo esse sine risibilitate, neque sine intellectu, aut voluntate. Si vero fiat sermo de potentia Dei absoluta non existimo esse impossibile, quòd Deus possit sustentare naturam intellectualem sine aliqua persona. ¶ Ad argumenta Aureoli, ad primum respondetur esse valde probabile, quòd omnis entitas, quæ ad naturam pertinet possit assumi à diuina persona, etiam materia sine forma, & etiam accidens. Cæterùm entitas personalis, & quæ intrinsecè pertinet ad personam assumi non potest. Nam ex hoc sequitur euidens contradictio, vt supra expositum est. ¶ Ad secundum respondetur, quòd ista entitas non est quod est, sed quo aliquid est, sicut existentia non est quod est, sed quo aliquid est. Et ideo propriè non habet quiddi tatem neque naturam. ¶ Est aliud dubium, vtrùm humanitas in Christo appetitu naturali appetat propriam personalitatem, & ad eam inclinetur? A parte affirmatiua sic argumentor. Nam autore D. Thom. in solutione ad tertium, natura humana impeditur à persona diuina ne habeat propriam personalitatem, nihil autem impeditur nisi ab eo ad quod tendit, & inclinatur, ergo inclinatur ad propriam personalitatem. In oppositum est. Nam tunc humanitas in Christo violenter quiesceret, & nullum violentum est perpetuum. Respondent aliqui ad hoc, quòd humanitas in Christo Domino inclinatur ad propriam personalitatem. Et probatur primo quia carens aliquo sibi debito & connaturali per miraculum, naturaliter inclinatur ad illud. Ignis naturaliter inclinabatur ad comburendos pueros Daniel. 3. Sed humanitas in Christo caret personalitate sibi debita, & cõnaturali, & id per miraculum, ergo inclinatur ad illam. ¶ Deinde humanitas in Christo Domino est eiusdem conditionis cum alijs, sed aliæ inclinantur, ergo humanitas in Christo Domino. ¶ Tertiò, accidens à subiecto separatum habet naturalem inclinationem ad inhærendum subiecto, vt planè constat, ergo etiam substantia ad subsistendum per se: siquidem hoc est de ratione illius. ¶ Vltimò, magis naturaliter & per se consequitur ad naturã propria personalitas quã ad intellectum propria

Ad argumẽta Scoti. Ad primũ.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

D. Tho. Ad quartũ.

Ad vltimũ.

Ad argumẽta Aureoli. Ad primũ.

Ad secũdũ.

Dubium, vtrùm humanitas Christi appetat propriã personalitatem?

Primũ arg.

Quorundã sententia.

Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

Vltimum.

propria operatio, sed intellectus naturaliter inclinatur ad intelligendum etiam si actu non intelligat, ergo, &c. Confirmatur, nam magis naturaliter & per se consequitur ad naturam propriā personalitas, quam intellectus, aut voluntas: prima siquidem passio, & quæ immediatè consequitur naturam est ipsa personalitas, & secundario sequuntur potentiæ, & earū operationes, sed si humanitas non haberet intellectum, aut voluntatem, naturaliter inclinaretur ad istas potentias, ergo cum non habeat propriam personalitatem, naturaliter inclinabitur ad illam. Nec satis expeditur horum argumētorū difficultas si dicamus, quod humanitas in Christo Domino habet perfectiorē personalitatem, & ideo nō desiderat propriā. Nam quòd hæc solutio sit inualida sic ostendo. In primis rationalis anima est perfectissima inter omnes formas quæ sunt in materia, at non tollit appetitū materię ad alias formas. ¶Rursus beatitudo est status omniū bonorū aggregatione perfectus, sed non tollit appetitum naturalē, quo anima desiderat vniri corpori. ¶Item visio beata non tollit appetitum naturalem quo anima desiderat scire res naturales, quamuis videat omnia in verbo. ¶Insuper ipsum existere diuinū, & persona diuina quæ mansit vnita animæ in triduo mortis nō abstulit ab anima desiderium naturale quo desiderabat vniri corpori, etiam si haberet esse diuinū omnia superexcedens, & tunc subsisteret per illud. ¶Vltimò intellectus, & voluntas diuina licet sint infinitæ potentię non tollunt ab humanitate inclinationem naturalem ad suas potentias naturales intellectum, & voluntatem, & si humanitas careret intellectu & voluntate creata absque dubio naturali appetitione desideraret prædictas potentias, ergo licet personalitas diuina sit infinita, non tollit quin humanitas desideret propriam personalitatem. Ad huius dubij expositionem sciendum est, quòd de humanitate Christi duplici ter loqui possumus. Primo abstrahēdo à personalitate verbi, & sic dico, quòd inclinatur ad propriam personalitatem, sicut aliæ cum sint eiusdem rationis. Vnde separata, continuo naturali sequela haberet propriam personalitatem. Secundo modo considerari potest prout nunc est de facto vnita verbo, & sic dico, quòd non inclinatur ad propriam personalitatem, nec desiderat illam. Probatur, potentia quæ inclinatur ad actum aliquem si alio actu perficiatur continente id quod primus actus & aliquid amplius, quiescit & satiatur, sed personalitas verbi diuini continet quicquid perfectionis est in personalitate creata, & aliquid amplius infinitum, ergo perfectè satiat appetitum naturæ humanæ. Deinde appetitus si propriè loquamur, est tantum perfectionis quā priuatur res, quę appetit. Causa namque appetitus est priuatio, quod dicitur in communi prouerbio, quod commemorat Arist. 1. Phys. tex. 81. sed humanitas in Christo Domino non caret aliqua perfectione pertinente ad suam propriam personalitatē, ergo non inclinatur ad propriam personalitatem. Minor probatur, nam personalitas verbi continet quicquid perfectionis est in personalitate creata, & continet & confert omnē perfectionem & quantum ad esse & quātum ad operari, quam poterat præstare personalitas humana, & id quidem multo altius, & excellentius. Tertio probatur exemplis, materia prima post resurrectionē in homine beato nō desiderat alias formas quoniā anima rationalis est perfectissima inter omnes quas potest habere & possidet illā inamissibiliter. Secundum exemplū, beatus homo, qui habet beatitudinem supernaturalē, scilicet, visionē diuinitatis nō desiderat beatitudinē aliā naturalē, sed in ea naturaliter quiescit, & satiatur, quoniam beatitudo supernaturalis continet in se quicquid perfectionis est in beatitudine naturali. Deniq; est exēplū, si esset aliqua forma rei generabilis, quę cōtineret in se quicquid perfectionis est in formis generabilium, certè sub illa materia quiesceret, & satiaretur plenè. Sed hic obseruandum est, quòd id quod assumitur præintelligitur assumptioni, & ideo D. Tho. acutè dixit, quod persona diuina impediuit naturam humanam à propria personalitate. Nam in illo priori consideratur secundum se natura nondum facta vnione, sed non dicit D. Tho. quòd nunc impedit humanitatem. Nam nunc perfectè satiata est, & quieta, per præteritam ergo impeditionem significatur inclinatio naturę ad propriam personalitatem, per negationem vero præsentis impeditionis, ostenditur satiatus appetitus eiusdē naturæ. ¶Ad argumenta in contrarium dicendum est, quòd procedunt secundum primum modum respondendi considerata natura abstracta ab omni personalitate, vt si Deus crearet illā absq; omni personalitate. ¶Sed oportet confutare illa argumenta, quę probant nō esse consequens, quòd si natura humana habet perfectiorem in Christo personalitatem, non desiderat propriam. Et dico quòd exempla adducta in argumentis non rectè quadrant. Non primum, nam anima rationalis pro isto statu vnitur materiæ amissibiliter, at in vita beata perfectè satiat appetitum materiæ,

Impugnatur quædā solutio.

Primū arg.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Vltimum.

Expositio.

Notādum.

Solutio argumētorū in principio.

materiæ, quia vnitur ei inamisibiliter; non secũdum, nam esse essentiæ totius cõpositi ad quod inclinatur anima tanquam pars ad totũ non potest suppleri per beatitudinẽ, imo non potest suppleri per esse diuinum personale: nam semper est pars, & semper habet hanc imperfectionem, & sic patet ad tertiũ exemplũ. Similiter patet ad quartũ. Nam potẽtia vitalis habet rationẽ causæ formalis respectu actionis vitalis. Est enim de ratione formali actionis vitalis, quod procedat à potentia vitali intrinseca, & ita anima Christi intelligere non potest per intellectũ diuinum, aut amare per voluntatem diuinam. Deus enim non potest supplere effectũ causæ formalis. Vel dicatur, quòd est differentia manifestaria. Nam si humanitas caret intellectu, aut volũtate sibi connaturali non habet perfectionem intrinsecam sibi debitã, & ideo non est perfecta in ratione naturæ. Propter quod desiderat suam perfectionem. Cæterum humanitati assumptæ nihil deest eorũ, quæ pertinent ad perfectionẽ naturæ, deest quidem propria personalitas, quæ suppletur per diuinam personalitatem.

Dubium, vtrũ in natura sit causalitas respectu personalitatis?

¶ Est aliud dubium, vtrùm in natura substantiali sit aliqua causalitas respectu rationis suppositalis vel personalitatis? Respõdetur, quod

Solutio.

natura habet causalitatem supra personalitatẽ propriam creatam, & personalitas creata habet similiter causalitatem aliquam supra naturã. Prima pars huius conclusionis est D. Tho. supra q. 2. art. 1. ad secundum, & arti. 5. ad. 1. & colligitur ex articulo. 9. argumento. 3. si solutio cum argumento cõferatur. Et infra q. 16. artic. 12. in corpore & ad primum. Ratione vero probatur. Generans per naturam, & essentiam rei genitæ tanquam per principiũ & causam producit personalitatẽ, quæ est terminus ipsius naturæ, & essentiæ, ergo natura causalitatẽ habet respectu rationis suppositalis. Confirmatur & explicatur. Generans per naturam & essentiam rei genitę tanquam per principiũ quo producit propriam passionem per simplicem quandam emanationem. Item generans. v.g. lapidem producit motũ, per quem lapis in centrum, & in terminum suum fertur, ergo ad eundem modum generans per simplicem quandam emanationem mediante ipsa natura rei genitæ producit personalitatem, quæ est terminus ipsius naturæ. Verum est tamen esse inter hæc aliquam differẽtiam. Nam ipsa propria passio sequitur essentiã in actu existẽtem. Cæterum personalitas est ipsamet subsistentia per quam subsistit essentia, & redditur potens in potẽtia proxima, vt recipiat naturа actũ existendi, qui est substãtiæ vltima actualitas. Item est aliud discrimen, quòd centrum qui est terminus lapidis est extrinsecus ipsi lapidi, at personalitas est intrinseca ipsi naturæ. Sed contra hoc est vnum argumentum, sequitur quòd natura sit prior, quam personalitas. Consequens est contra superius dicta, vbi ostendimus, quòd esse prius comparatur ad suppositum seu personam, quam ad naturam. Probatur sequela. Causa prior est quam eius effectus, sed natura habet rationem causæ respectu personalitatis, ergo prior est quã personalitas. Respondetur primo distinguendo consequens. Etenim esse prius conuenit personæ tanquam quod, quam naturæ, naturæ vero prius conuenit tanquam quo, quia natura est via per quam esse ad personam cõparatur. Secundo respondetur negando sequelam, siquidem causa in vniuersum non est necesse quod sit prius quam effectus, vt patet in causis formalibus & materialibus, quæ sunt posteriores cõpositio, sed satis est, quod tales causæ dent prius esse, quam effectus sit, natura vero respectu personalitatis habet se velut causa materialis, vel potẽtia. Hinc patet secunda pars conclusionis, personalitas recipitur in natura tanquam actus in potentia, vel tanquam forma in materia, personalitas inquam creata, quoniam personalitas increata non habet hanc imperfectionem, & idcirco personalitas in communi, & secundũ rationẽ propriã est purus terminus, vt supra diximus, & non causa, & sic competit personæ verbi personare humanitatem terminãdo & perficiendo humanitatem absque eo, quòd sit in illa tanquam in potentia. Est simile, species intelligibilis creata secundum propriã rationem creatæ speciei est in intellectu tanquam in subiecto, attamẽ non habet hoc inquãtum species intelligibilis, sed in quãtum creata est, species autẽ intelligibilis vt sic tantum habet vnire obiectũ intellectui, & sic cõpetit essentiæ diuinæ respectu intellectus cuiuscunque beati.

Obiectio.

Solutio.

¶ Tertio dubitatur, vtrùm si Christus relinqueret naturam humanã illa humanitas explicaret se in propriam personalitatẽ absq; actione aliqua de nouo? Solutio est affirmãs. Nam agens per actionem antiquam, qua produxit naturam humanam produxit humanitatem etiam in suam personalitatem inclinatam & propensam, ergo sine noua actione produceretur personalitas in tali natura. Antecedens ostensum est ex ijs, quæ diximus dubio præcedenti. Quoniam si non esset humanitas præuenta & anticipata per verbi personalitatem citra dubium ipsa humanitas explicaret se per generationẽ in suam propriam perso-

Dubium.

Solutio.

Discrimen inter personalitatẽ & proprias passiones.

personalitatem, ergo in casu quòd dimittatur humanitas exereret se in propriam personalitatem. Nam talis dimissio est veluti remotio prohibentis propriã personalitatẽ, generatio vero antiqua est actio per quam se explicat in illam. Est simile in descensu lapidis, qui causatur per accidens à remouente prohibens, per se autem causatur à generante per actionẽ illã per quam genuit lapidẽ. Confirmatur humanitas dimissa à Christo modo perinde se haberet ac si non esset assumpta. At si assumpta non fuisset, per generationem se explicaret in propriã personalitatẽ, ergo. Neq; tamen inde sequeretur, quòd humanitas illa corrupta esset, quia amittit esse diuinũ, aut generata quia comparat aliud esse substantiale humanum, quoniã ad rationem corruptionis requiritur, quòd res corrupta mutetur ad non esse, ad rationem vero generationis requiritur, quod res mutetur ad esse simpliciter, ita quòd non sufficit, quòd ab vno esse mutetur in aliud esse, sed quòd omnino desinat esse si corrumpitur, acquirat autem esse si generatur, maximè quoniam in corruptione necesse est, quòd corrumpatur ipsum esse essentiæ, & in generatione generetur ipsum esse essentiæ. Concedẽdũ est tamẽ, quòd in tali casu generaretur suppositum humanũ per generationem antiquam. Sed de hac re plura dicentur infra q. 17. arti. 2.

Dubium, vtrũ Christus sit persona humana.

¶ Vltimo dubitatur, vtrùm Christus Dominus sit persona humana eiusdem rationis cum alijs personis humanis. Responsio est affirmatiua. Probatur primo ad rationem humanæ personæ id solum sufficit, quòd sit naturæ humanæ indiuidua substantia, impertinens est autem omnino, quòd talis indiuidua substantia sit creata vel increata, finita vel infinita, causata ex ipsis principijs naturæ humanæ, vel nõ causata ex illis, sed Christus Dominus est naturæ humanæ indiuidua substantia, ergo.

Solutio.

Est simile, ad rationem cathedræ satis est, quòd sit corpus taliter figuratum, quòd autem lapidea sit, ænea, vel lignea impertinens est. Secũdo probatur natura humana est quæ dat supposito cuiq́ue & personæ rationem humanæ personæ, sed natura humana in Christo eiusdem rationis est cum alijs hominibus ergo ratio personæ humanę eadem est in Christo, & in alijs. Nihilominus tamẽ concedendum est, quòd ratio personæ absolutè & in communi non est eadem in Christo, & in alijs quibuscunque. Quoniam persona in Christo est diuina, increata, infinita, in alijs vero personis non item. Nihil autẽ omnino eiusdẽ rationis cõmune est Deo, & creaturis, sed vt minimũ analogicè dicuntur, quæ communia sunt.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm persona diuina assumpserit hominem.

AD tertium sic proceditur. 29
Videtur quòd persona diuina assumpserit hominẽ. Dicitur enim in Psal. 64. Beatus, quẽ elegisti & assumpsisti. quod glos*. exponit de Christo. Et Aug. dicit in lib†. de Agone Chri. quod filius Dei hominem assumpsit, & in illo humana perpessus est.

3. di. 6. q. 1. ar. 2. & opu. 1. cap. 21. & opusc. 3. c. 215. & Ro. 1 lect. 3. co. fin. & Phil. 2. co. 4. fin. *glo. ordi. & interli. †c. 11. ante mediũ to. 3

¶ 2. Præterea, Hoc nomen homo, significat naturam humanã: Sed filius Dei assumpsit humanam naturam. Ergo assumpsit hominem.

¶ 3. Præterea, Filius Dei est homo: Sed non est homo, quem nõ assumpsit: quia sic esset pari ratione Petrus, vel quilibet alius homo. Ergo est homo, quem assumpsit.

Sed cõtra est autoritas Felicis Papæ & Martyris, quæ introducitur in Ephesina synodo*. Credimus in Dominum nostrum Iesum Christum de virgine Maria natum: quia ipse est Dei sempiternus filius & verbum: & non homo à Deo assumptus, vt alter sit præter illũ; neque enim hominem assumpsit Dei filius, vt alter sit præter ipsum.

Ex Ephesina synodo refertur in Chalcedonensi act. 1. dũ Nicenæ synodi fides legitur.

Respondeo dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, illud quod assumitur, non est terminus assumptionis, sed assumptioni præintelligitur. Dictum est autem†, quod indiuiduum, in quo assumitur humana natura, non est aliud quàm diuina persona, quæ est terminus assumptionis. Hoc autem nomen homo, significat humanam naturam, prout nata est in supposito esse: quia, vt dicit Dama*. sicut hoc nomen Deus significat eum, qui habet diuinã naturam: ita hoc nomen homo significat eum, qui habet naturam humanam. Et ideo non est propriè dictum, quod filius Dei assumpsit hominem,

Art. præce.

q. 3. arti. 1. & 2.

Lib. 3. c. 4. in princ. & clarius c. 11. circa finẽ.

suppo-

ſupponendo. (ſicut rei veritas ſe habet) quòd in Chriſto ſit tantùm vnum ſuppoſitum, & vna hypoſtaſis: Sed ſecundum illos, qui ponunt in Chriſto duas hypoſtaſes, vel duo ſuppoſita, conuenienter & propriè dici poſſet, quod filius Dei hominem aſſumpſiſſet. Vnde & prima opinio quæ ponitur in ſexta diſtinct. tertij lib*. Sentent. cõcedit hominem eſſe aſſumptum: ſed illa opinio erronea eſt, vt ſuprà dictum eſt†.

Dist. 6. paragrapho. 2. q. 2. art. 6.

Ad primum ergo dicendum, quòd huiuſmodi locutiones non ſunt extendendæ tanquam propriæ: ſed piè ſunt exponendæ vbicunque à ſacris Doctoribus ponuntur: vt dicamus hominem aſſumptum, quia eius natura eſt aſſumpta, & quia aſſumptio terminata eſt ad hoc, vt filius Dei ſit homo.

Ad ſecundum dicẽdum, quòd hoc nomen, homo, ſignificat naturam humanam in concreto, prout ſcilicet eſt in aliquo ſuppoſito: & ideo ſicut non poſſumus dicere, quòd ſuppoſitum ſit aſſumptum: ità non poſſumus dicere, quòd homo ſit aſſumptus.

Ad tertium dicendum, quòd filius Dei non eſt homo, quem aſſumpſit, ſed cuius naturam aſſumpſit.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio. CONcluſio eſt, nõ eſt propriè dictũ, quod perſona diuina aſſumpſerit hominem. Hæc concluſio probatur primo autoritate Felicis Papæ & Martyris, quæ introducitur in Epheſina ſynodo. Ratione probatur, homo ſignificat humanam naturã in ſuppoſito, ergo non eſt propriè dictũ, quòd filius Dei aſſumpſit hominem. Antecedens probatur, quia ſicut Deus ſignificat eum, qui habet Deitatem, ita homo eum, qui habet humanitatem. Conſequentia probatur. Illud quod aſſumitur nõ eſt terminus aſſumptionis, ſed præintelligitur illi, indiuiduum autem in quo natura humana aſſumitur eſt terminus aſſumptionis, ſcilicet, diuina perſona, ergo ſi homo ſignificat naturam humanã in ſuppoſito nõ aſſumitur.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo ſciendum eſt, quòd ſancti Patres, & ſacra concilia aliquando vtuntur hac locutione, quod filius Dei aſſumpſerit hominem, propter quod D. Tho. modeſtiſsimè dicit in articulo, hoc non eſſe propriè dictũ, & in ſolutione primi ſcribit has locutiones piè eſſe interpretandas. Inuenitur hęc locutio in Concilio. 1. Toletano, & in Concil. Toletano. 6. ſic habetur. Tota Trinitas operata eſt ſuſcepti hominis formationem. Et in Toletano. 11. ſic dicitur, ſolam filij perſonam verũ hominem ſine peccato ex ſancta, & immaculata virgine aſſumpſiſſe credimus. Idem habetur in Cõcilio Epheſino. 1. in Epiſtola ad Neſtorium capit. 8. eadem phraſi vtuntur ſancti Patres. Nominatim Auguſt. ſuper Pſal. 4. & 29. & lib. de prædeſt. Sanctor. c. 15. & libro de agone Chriſtiano cap. 11. & 9. de ciuit. ca. 17. & 21. & lib. 10. cap. 22. & 29. & epiſtola. 66. & D. Anſelmus lib. de Incarnatione capit. 5. & in cantico, quod tribuitur Ambroſio, & Auguſtino cantat Eccleſia: Tu ad liberandũ ſuſcepturus hominem non horruiſti virginis vterum. Hæc locutio Sanctorum Patrum habet varias expoſitiones. Prima eſt, quòd homo ſumatur pro natura humana. Hæc eſt expoſitio D. Anſelmi loco citato. Secunda eſt, quòd ſit ſenſus Deum aſſumpſiſſe hominem, quoniã aſſumptione factum eſt, vt Deus eſſet homo. Tertia explicatio eſt, vt ſit ſenſus, quòd Deus in carne humana geſsit ſe vt homo mortalis, paſsibilis. Quo in ſenſu ſolent dicere, quempiam aſſumere perſonam Regis, aut Epiſcopi quia gerit ſe vt Rex. Vltima explicatio eſt, vt ſit ſenſus, quòd Deus aſſumpſit, ſeu ſuſcepit in ſe curam totius generis humani. Hoc ſenſu vtitur D. Paul. Roma. 14. dicens, Deus illum aſſumpſit. & Lucæ. 1. Suſcepit Iſrael puerum ſuum. Sed libet hic commemorare nimiam libertatẽ grammaticã Ioannis Ludouici Viues, qui ſuper Auguſt. 9. de ciuitate cap. 17. reprehendit omnes Doctores Scholaſticos ex eo quòd nolunt hanc locutionem in proprietate ſermonis admittere. Sed huic autori poteſt obijci illud celebre dictũ, Ne ſutor vltra crepidam. Certè ſi rem Theologicè conſideraſſet vidiſſet apertè tam falſam eſſe iſtam locutionem in proprietate ſermonis, atque eſt falſa iſta, Deus aſſumpſit perſonam hominis, vt optimè deducit D. Thom. in articulo.

Cõc. Tole. Conc. Eph. D. Auguſt. Ludouicus Viues reprehenditur.

¶Eſt tamen dubium an Deus potuerit aſſumere naturam in ſuppoſito præexiſtentem. Hanc quæſtionem diſputat D. Tho. 4. contra gentes cap. 43. & exponitur tribus propoſitionibus. Prima propoſitio. In incarnatione facta humanitas aſſumpta non præexiſtit aſſumptioni, ſed in ipſa conceptione Domini aſſumpta eſt ad eſſe hypoſtaticum. Hæc concluſio eſt certa fides, quam demonſtrat D. Tho.

Dubium. D. Thom. Prima concluſio.

2. Conclus. D. Tho. euidenter in loco citato. ¶ Secunda cõclusio, si fiat sermo de eo quod fieri potest mihi non est dubium, quin possit Deus assumere naturam cuiuslibet nostrum. Nam alias sequeretur quod si Deus dimitteret humanitatem non posset iterum eam assumere. Continuo enim atque humanitas dimittitur constituit suppositum, & exerit se in propriã personalitatem, & est persona sicut Ioannes. Ex hoc sequitur, quòd Deus nunc potest assume-
3. Conclus. re naturam Michaelis. ¶ Tertia conclusio, in tali euentu persona præexistens destrueretur, & desineret esse. Ita pronunciat D. Tho. loco citato. & in hac quæstione art. 1. ad. 3. & ratio est. Nam si maneret persona præexistens, & assumeretur à diuina persona ipsa natura, iam essent duæ personæ, & sic non esset vnio hypostatica.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm filius Dei debuerit assumere humanam naturam abstractam ab omnibus indiuiduis.

30 Sup. q. 2. ar. 2. ad 3. & 5. ad 2. & q. 4. ar. 2. ad 1. & 3. c. & 3. dist. 5. q. 3. ar. 3 ad 1. & dist. 6. q. 1. arti. 1. q. 3. ad 1.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd filius Dei debuerit assumere humanam naturam abstractã ab omnibus indiuiduis. Assumptio enim humanæ naturæ facta est ad communem omnium hominum salutem: vnde dicitur primæ ad Tim. 4. de Christo, quòd est Saluator omnium hominum, maximè fideliũ: Sed natura prout est in indiuiduis, recedit à sua communitate. Ergo filius Dei debuit humanam naturam assumere, prout est ab omnibus indiuiduis abstracta.

¶ 2. Præterea, In omnibus id, quod est nobilissimum, est Deo attribuendũ: Sed in vnoquoque genere illud, quod est per se, potissimum est. Ergo filius Dei debuit assumere hominem per se. Qui quidẽ secundũ Platonicos* est ipsa
Vt patet ex Ari. 1. meta. tex. 6. & 25 humana natura ab indiuiduis separata. Hanc igitur debuit filius Dei assumere.

¶ 3. Præterea, Humana natura non est assumpta à filio Dei, prout significatur in concreto per hoc nomen homo,
Art. præce. vt dictum est*. Sic autem significatur, prout est in singularibus, vt ex dictis patet†. Ergo filius Dei assumpsit naturam humanam, prout est ab indiuiduis separata. Art. præce.

Sed contra est quod dicit Dam*. in 3. lib. Deus verbum incarnatum non eam, quæ nuda contemplatione considerator naturam, assumpsit: non enim incarnatio hoc sed deceptio & fictio Incarnationis esset. Sed humana natura, prout est ab indiuiduis separata vel abstracta, in nuda contemplatione cogitatur: quia secundum seipsam non subsistit, vt ibidem Damas*. dicit. Ergo filius Dei non assumpsit humanam naturam, secundum quòd est à singularibus separata. Li. 3. ort. si. ca. 11. circa princip. Loco nunc citato.

Respondeo dicendum, quòd natura hominis vel cuiuscunque alterius rei sensibilis, præter esse, quod in singularibus habet, dupliciter potest intelligi. Vno modo quasi per seipsam esse habeat præter materiam, sicut Platonici posuerunt. Alio modo sicut in intellectu existens, vel humano vel diuino. Per se quidem subsistere non potest, vt Phi. probat in 7. Meta†. quia ad naturã speciei rerum sensibiliũ, pertinet materia sensibilis, quæ ponitur in eius definitione: sicut carnes & ossa in definitione hominis. Vnde non potest esse, quòd natura humana sit præter materiam sensibilem. Li. 7. meta. text. 26. & 27. tom. 3.

Si tamen esset hoc modo subsistens natura humana, non fuisset cõueniens, vt à verbo Dei assumeretur. Primò quidem, quia assumptio ista terminatur ad personam: hoc autem est contra rationem formæ communis, vt sit in persona: quia in persona indiuiduatur. Secundò: quia naturæ communi non possunt attribui nisi operationes communes & vniuersales: secundum quas homo non meretur, nec demeretur. Cùm tamen illa assumptio ad hoc facta sit, vt filius Dei natura assumpta nobis mereretur. Tertiò: quia natura sic existens

existens non est sensibilis, sed intelligibilis: Filius autem Dei assumpsit humanam naturam, vt hominibus in ea visibilis appareret, secundum illud Baruc. 3. Post hęc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Similiter etiã non potuit assumi humana natura à filio Dei, secundum quòd est in intellectu diuino: quia sic nihil aliud est, quã natura diuina, & per hunc modum ab æterno esset in filio Dei humana natura. Similiter non conuenit dicere, quòd filius Dei assumpsit humanam naturã, prout est in intellectu humano: quia hoc nihil aliud esset, quàm quòd intelligeretur assumere naturam humanã. Et sic si non assumeret eam in rerum natura, esset intellectus falsus. Nec esset aliud ista naturę humanæ assumptio, quàm fictio quædam Incarnationis: vt Damas.* dicit.

li. 3. cap. 11. circa princ.

Ad primum ergo dicendum, quòd filius Dei incarnatus, est communis omnium Saluator, non communitate generis vel speciei, quę attribuitur naturę ab indiuiduis separatæ: sed communitate causę, prout filius Dei incarnatus, est vniuersalis causa salutis humanæ.

Ad secundum dicendum, quòd per se homo, non inuenitur in rerũ natura: ita quòd sit præter singularia, vt Platonici posuerunt*. quãuis quidã dicant, quòd Plato non intellexit hominẽ separatũ esse, nisi in intellectu diuino. Et sic non oportuit quod assumeretur à Verbo, cùm ab æterno sibi affuerit.

Apud Ari. l. 2. met. tex. 6. & 25.

Ad tertium dicendum, quòd quamuis natura humana non sit assumpta in concreto, vt suppositum præintelligatur assumptioni: sic tamen assumpta est in indiuiduo, quia assumpta est, vt sit in indiuiduo.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio est negatiua. Quã probat primo D. Thom. ex Damas. 3. lib. orthodo. fidei cap. 11. Deinde quoniam quælibet natura rei sensibilis præter esse, quòd habet in singularibus, dupliciter potest intelligi. Vno modo quasi per se ipsam esse habeat, vt Platonici posuerunt. Et sic non potest esse in rerum natura, vt ostenditur in 7. metaph. neq; fuit conueniens, vt à verbo diuino assumeretur. Tùm quoniã assumptio ista terminatur ad personã incõmunicabilem. Natura vero sic abstracta est cõmunicabilis pluribus suppositis. Tùm quia assumptio ad hoc facta est, vt filius Dei aliquas exerceret peculiares operationes per quas mereretur, quæ tamẽ nõ poterãt naturæ cõmuni cõuenire. Tùm vltimò quoniã Christi natura humana est sensibilis, non intelligibilis tantũ, ergò non debuit Christus talẽ naturam assumere. Alio modo potest natura cõsiderari prout in intellectu existens, & sic nõ potuit assumi, nam vel consideratur vt est in intellectu diuino, & sic cũ nihil aliud sit quã natura diuina, ab ęterno esset in filio Dei natura humana, vel vt est in intellectu humano, & sic non esset realis assumptio, sed tantũ intelligeretur assumi natura humana.

EXPOSITIO ARTICVLI.

RAtiones, quibus D. Thom. ostendit conclusionem huius articuli, sunt adeò euidentes, vt nostra non indigeant expositione. Verumtamen est dubium circa illã propositionem D. Thomæ qua asserit esse contra rationẽ formę cõmunis esse in persona, videtur siquidem falsa primo, quoniam si humanitas esset subsistens, & ab omni materia sensibili separata vt Platonici posuerunt, non esset excellentior alijs substantijs separatis, quales sunt Angeli, sed non est contra rationẽ Angelicæ naturę esse in persona, imò de facto natura Angelica per suppositalem rationem terminatur, ergò non esset contra rationem humanitatis separatæ per personalitatem terminari. Dubium. Prim. argu.

¶ Deinde natura sic separata licet in ratione exemplaris esset vniuersalis & communis, esset tamen in essendo singularis, ergò poterat per personalitatem terminari. ¶ Confirmatur illa humanitas sic separata esset subsistens, ergò singularis in essendo, & per cõsequens suppositali, & personali ratione terminata. Dominus Caietanus in huius dubij explicatione dicit duo. Primum, quòd ratio D. Tho. non affertur ad ostendendum impossibilitatem assumptionis, sed ad manifestandã incongruentiam. Alterum est, quòd persona non esset eiusdem rationis in natura subsistenti, & abstracta à conditionibus singularibus, & in natura singulari concreta materiæ sensibili. Vnde quando dicit D. Thom. quòd natura communis non potest esse in persona loquitur de

Secundum.

Confir.

Caietanus.

persona non absolutè, sed vt conditionibus materialibus, & sensibilibus determinatur. Hæc sententia domini Caietani quantũ cõijcere licet non est consona rationi D.Tho. in articulo. Nam D.Tho. loquitur de natura cõmuni, quam ponebant Platonici ab omni cõditione materiæ segregatam, quæ iuxta sententiam Aristot. 7. lib. metaph. text. 28. 31. 45. non solum erat vniuersalis, & communis in ratione exemplaris verum etiam in essendo. Et de hac optimè procedit ratio D. Thom. nam implicat, quòd sit natura communis, & indifferens pluribus suppositis, & quod vt sic determinetur per aliquam personalitatem. Et iuxta hunc sensum intelligenda est similiter secunda ratio D. Thom. videlicet, quòd naturæ cõmuni asscribendæ sunt operationes cõmunes, in quibus non reperitur ratio meriti, & ideo natura sic communis, nõ potest à filio Dei assumi. ¶ Ad primum argumentũ respondetur, quòd etiam si natura angelica sit magis abstracta, & immaterialior, quam humanitas, nihilominus potuit assumi natura angelica singularis, eo quod determinabilis est per personalitatem, non autem humanitas abstracta ab omnibus cõditionibus singularibus. ¶ Ad secundum & tertium patet quid dicendũ sit ex supradictis. Dicitur enim quòd natura sic abstracta, non solum in ratione exemplaris sve rum etiam in essendo esset vniuersalis, & ideo non potest assumi. De alijs huius articuli dubijs videndus est Caietanus, qui optimè loquitur.

Aristo. Ad primũ. Ad secũdũ & tertium.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm filius Dei naturam humanã assumere debuerit in omnibus indiuiduis.

31 Sup. q. 2. ar. 5. ad 1. & 3. dist. 2. q. 1. ar. 2. q. 1.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd filius Dei humanam naturam assumere debuerit in omnibus indiuiduis. Illud enim, quod primo & per se assumptum est, est natura humana: Sed quod conuenit per se alicui naturę, cõuenit omnibus in eadem natura existẽtibus: ergo conueniens fuit vt natura humana assumeretur à Deiverbo in omnibus suis suppositis.

¶ 2. Pręterea, Incarnatio diuina processit ex diuina charitate, vnde dicitur Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filiũ suũ vnigenitũ daret: Sed charitas facit vt aliquis se communicet amicis, quantũ est possibile. Possibile autẽ fuit filio Dei, vt plures naturas hominũ assumeret (vt suprà dictum est*) & eadem ratione omnes. Ergo conueniens fuit, quòd filius Dei assumeret naturam humanam in omnibus suis suppositis. * q. 3. ar. 7.

¶ 3. Præterea, Sapiens operator perficit opus suum breuiori via, qua potest. Sed breuior via fuisset, si omnes homines assumpti fuissent ad naturalẽ filiationem, quàm quòd per vnum filiũ naturalẽ multi in adoptionem filiorũ adducantur: vt dicitur Gala. 4. Ergo humana natura debuit à filio Dei assumi in omnibus suppositis.

Sed contra est quod Damasc.* dicit in 3. lib. quòd filius Dei non assumpsit humanam naturam, quę in specie consideratur: neque enim omnes hypostases eius assumpsit. * l. 3. cap. 11. cir. princ.

Respondeo dicendum, quòd non fuit conueniens quòd humana natura in omnibus suis suppositis à Verbo assumeretur. Primò, quia tolleretur multitudo suppositorum humanæ naturę, quę est ei connaturalis. Cùm enim in natura assumpta non sit considerare aliud suppositũ præter personã assumentẽ (vt suprà dictũ est*) si non esset humana natura, nisi assumpta, sequeretur quòd non esset nisi vnũ suppositũ humanæ naturæ, quod est persona assumens. Secundò, quia hoc derogaret dignitati filij Dei incarnati, prout est primogenitus in multis fratribus secundum humanã naturã, sicut est primogenitus omnis creaturæ secundũ diuinã: essent enim tunc omnes homines æqualis dignitatis. Tertiò, quia conueniens est, quòd sicut vnũ suppositũ diuinũ est incarnatũ: ita vnam solã naturã humanã assumeret, vt ex vtraque parte vnitas inueniatur. * art 3. huius quæst.

Ad primum ergo dicendum, quòd assumi conuenit secundũ se humanæ naturæ,

naturæ, quia scilicet non conuenit ei ratione personæ, sicut naturę diuinę conuenit assumere ratione personę. Nō autē conuenit ei secundū se, sicut pertinēs ad principia essentialia eius, vel sicut naturalis eius proprietas: per quē modū cōueniret omnibus eius suppositis.

Ad secundū dicendū, quòd dilectio Dei ad homines manifestatur non solū in ipsa assumptione humanę naturę, sed pręcipuè per ea, quę passus est in humana natura pro alijs hominibus: secundū illud Roma. 5. Commendat autē Deus suā charitatē in nobis: quia cū inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est: quod locū non haberet, si in omnibus hominibus naturā humanam assumpsisset.

Ad tertiū dicendū, quòd ad breuitatē vię, quā sapiens operator obseruat, pertinet, quòd non faciat per multa quod sufficienter potest fieri per vnū. Et ideo conuenientissimū fuit, quòd per vnū hominē omnes alij saluarētur.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Damasce. CONclusio est negans. Et probatur primo ex Damasceno libro tertio orthodox. fidei capitulo 11. Secundò, quia non debuit tolli multitudo suppositorum humanæ naturæ, quæ est ei connaturalis, tolleretur autem eo quòd in natura assumpta solum est vnicum suppositum diuinum assumens, ergò. Tertiò, non decuit, vt Christus non esset primogenitus, & primatum tenens inter omnes homines, at si filius Dei assumpsisset naturam in omnibus suppositis nulla esset inæqualitas, ergò. Quartò, conueniens est, vt sicut vnicum suppositum diuinum est incarnatum, ita vnam solam, & singularem naturam assumpserit, vt ex vtraque parte vnitas inueniatur, ergò filius Dei non debuit assumere naturam in omnibus indiuiduis.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Dubium IN hoc articulo sciendum est esse certum, quòd filius Dei assumpsit tantum vnam humanitatem ex sancta & immaculata Virgine. ¶ Sed dubiū est, vtrùm sit euidens, quòd non assumpserit omnes naturas humanas? pro parte negatiua sic arguitur. Tùm quoniam Primum argumentū. Secundum. potest nobis nescientibus assumere. Tùm verò quoniam hæc vnio est supernaturalis, ergò non potest nobis constare, nisi per diuinam reuelationem. Tùm tertiò, quoniam de Christo nullus hoc cognouisset nisi per diuinam reuelationem. Tùm quartò, quoniam mihi non est euidens, quòd non sim assumptus. Nam non est mihi euidens, an habeam propriam personalitatem, an vero alienam, imò propria personalitas est mihi occulta & incognita. ¶ Respondetur, quòd illi qui tenent, quòd natura assumpta necessario est beata, dicerent subinde homines assumptos necessario esse beatos, qui proinde euidenter cognoscerent ex visione beatifica se esse assumptos. Secundò dico, quòd homo qui peccat, euidenter cognoscit se non esse assumptum, nam euidenter cognoscit hominē assumptum à Deo non posse peccare. Tertium. Quartum. Solutio.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm conueniens fuerit quod filius Dei humanam naturā assumeret ex stirpe Adæ.

AD sextum sic proceditur. 32
Videtur, quòd non fuerit conueniens, vt filius Dei naturā humanā assumeret ex stirpe Adæ. Dicit enim Apostol. ad Heb. 7. Talis decebat, vt esset nobis Pōtifex segregatus à peccatoribus: Sed magis esset à peccatoribus segregatus si nō assumpsisset naturā humanā ex stirpe Adę peccatoris. Ergo videtur quòd nō debuerit de stirpe Adę naturā humanā assumere. Infrà q. 31. arti. 1. & 3. dist. 2. q. 1. arti. 2. q. 1. & opusc. 3. cap. 224.

¶ 2. Prętereà, In quolibet genere principium nobilius est eo, quod est à principio. Si igitur assumere voluit humanam naturam, magis debuit eam assumere in ipso Adam.

¶ 3. Prętereà, Gentiles fuerūt magis peccatores quàm Iudęi: vt dicit gl.* ad Gal. 2. super illud, Nos natura Iudęi, & nō ex Gentibus peccatores. Si ergo ex peccatoribus naturam humanam assumere voluit, debuit eam magis assumere ex Gentibus, quā ex stirpe Abrahę, qui fuit iustus. gloſ. inter li.

Sed contra est, quod Lu. 3. Generatio domini reducitur vsque ad Adam.

Respondeo dicendum, quòd sicut Aug. dicit in 13. de Trin.* Poterat Deus hominem aliunde suscipere, non de genere istius Adę, qui suo peccato obligauit genus humanum: sed melius iudicauit, vt de ipso, quod victum fuerat genere, assumeret hominem Deus, per quem generis humani vinceret inimicum.

l.13.c.18. in principio tom.3.

Et hoc propter tria. Primò quidem, quia hoc videtur ad iustitiã pertinere, vt ille satisfaciat qui peccauit: & ideo de natura per peccatũ corrupta debuit assumi id, per quod satisfactio erat implẽda pro tota natura. Secundò, quia hoc etiã pertinet ad maiorẽ hominis dignitatẽ, dũ ex illo genere victor diaboli nascitur, quod per diabolũ fuerat victum. Tertiò, quia per hoc etiam Dei potẽtia magis ostenditur, dum de natura corrupta & infirma assumpsit id, quod in tantam virtutem & dignitatem est promotum.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus debuit esse à peccatoribus segregatus quantum ad culpam, quam venerat destruere: non quantum ad naturam, quam venerat saluare: secundum quam debuit per omnia fratribus assimilari, vt idem Apost. dicit ad Hebr. 2. Et in hoc etiam mirabilior est eius innocẽtia, quòd de massa peccato subiecta, natura assumpta tantam habuit puritatem.

Ad secundum dicendum, quòd (sicut dictum est*) oportuit eum, qui peccata venerat tollere, esse à peccatoribus segregatum, quantum ad culpam, cui Adam subiacuit, & quem Christus à suo delicto eduxit: vt dicitur Sapien. 10. Oportebat autem eum, qui mundare omnes venerat, non esse mundandum, sicut & in quolibet genere motus, primum mouens est immobile secundum illum motum, sicut primum alterans est inalterabile. Et ideo nõ fuit conueniens, vt assumeret humanam naturam in ipso Adam.

in solu. præc.

Ad tertium dicendum, quòd quia Christus maximè debebat esse à peccatoribus segregatus, quantum ad culpam quasi summam innocentię obtinens, conueniens fuit, vt à primo peccatore vsque ad Christum peruenire tur, mediantibus quibusdam iustis, in quibus præfulgerent quædam insignia futurę sanctitatis. Et propter hoc etiam in populo, ex quo Christus erat nascitu rus, instituit Deus quædam sanctitatis signa, quæ inceperunt in Abraham, qui primus promissionem accepit de Christo, & circuncisionem in signum fœderis consummandi: vt dicitur Gene. 17.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua, quæ ostenditur ex serie, & genealogia Christi Dñi, quæ refertur à D. Luc. c. 3. Vbi generatio Christi reducitur vsq; ad Adam. Et ex D. Aug. 13. de Trinita. Rationes huius congruentiæ sunt istæ. Prima, quia hoc videtur ad iustitiam pertinere, vt ille satisfaciat, qui peccauit, & ideo de natura per peccatum corrupta debuit assumi id, per quod satisfactio erat implenda pro tota natura. Secunda, quia hoc pertinet ad maiorem hominis dignitatem dum ex illo genere victor diaboli nascitur, quod per diabolum fuerat victum. Tertia, quia per hoc Dei potentia magis ostenditur dum de natura corrupta & infirma assumpfit id, quod in tantam virtutem, & dignitatem est promotum.

Conclusio. Luc. 3. D. Augus.

QVAESTIO V.

De modo vnionis ex parte partium humanæ naturæ, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandũ est de assumptione partium humanæ naturæ.

¶ Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm filius Dei debuerit assumere verum corpus.

¶ Secundò, vtrùm assumere debuerit

corpus

corpus terrenum, scilicet carnem & sanguinem.

¶ Tertiò, vtrùm assumpserit animam.

¶ Quartò, vtrũ assumere debuerit intellectum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Dei filius debuerit assumere verum corpus.

33 Infr. ar. 2. c. & quæst. 14 artic. 1. c. & 3. dist. 2. q. 1. ar. 3. q. 1. c. & q. 2. c. & 4. cõtra c. 29. 30. & 34. princ. & 35. fi. & Po. q. 6. art. 7. cor. co. 1. & opusc. 3. cap. 213. & 217.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd filius Dei nõ assumpserit verum corpus. Dicitur enim Phil. 2. quòd in similitudinem hominum factus est: Sed quod est secundum veritatem, nõ dicitur esse secundum similitudinem. Ergo filius Dei non assumpsit verum corpus.

¶ 2. Præterea, Assumptio corporis in nullo derogauit dignitati diuinitatis: dicit enim Leo Papa in sermone de Natiuit.* quòd nec inferiorem naturam consumpsit glorificatio, nec superiorem minuit assumptio: Sed hoc ad dignitatem Dei pertinet, quòd sit omnino à corpore separatus. Ergo videtur quòd per assumptionẽ non fuerit Deus corpori vnitus.

in sermo 1. post med. illius incipit hic ser. saluator nost.

¶ 3. Præterea, Signa debent respondere signatis: Sed apparitiones vet. Testamen. quæ fuerunt signa apparitionis Christi, non fuerunt secundum corporis veritatem, sed secundum imaginariam visionem: sicut patet Isa. 6. Vidi Dominum sedentem, &c. Ergo videtur quòd etiam apparitio filij Dei in mundo, non fuerit secundum corporis veritatem, sed solùm secundum imaginationem.

Sed contra est quod dicit Augustinus* in libro 83. quæst. Si phantasma fuit corpus Christi, fefellit Christus: Et si fefellit, veritas non est. Est autem veritas Christus. Ergo non fuit phantasma corpus eius. Et sic patet, quòd verum corpus assumpsit.

l. 83. q. q. 14. in prin. tom. 4.

Respondeo dicendum, quòd sicut dicitur in lib. de Ecclesiasticis* dogmatibus, natus est Dei filius, non putatiuè, quasi imaginatum corpus habens, sed corpus verum.

c. 2. à med. habetur in ter opera Aug. to. 3.

Et huius ratio potest triplex assignari. Quarum prima est ex ratione humanę naturæ, ad quam pertinet verum corpus habere. Suppositio igitur ex præmissis*, quòd conueniens fuerit filium Dei assumere humanam naturam, consequens est quòd verum corpus assumpserit. Secunda ratio sumi potest ex his, quę in mysterio Incarnationis sunt acta. Si enim non fuit verum corpus eius, sed phantasticum, ergo nec veram mortem sustinuit, nec aliquid eorum, quę Euangelistæ de eo narrant secundum veritatem gessit, sed solum secundum apparentiam quandam. Et sic etiam sequeretur, quòd non fuerit vera salus hominis subsecuta: oportet enim effectum causę proportionari. Tertia ratio potest sumi ex ipsa dignitate personę assumentis: quæ cum sit veritas, non decuit, vt in eius opere aliqua fictio esset. Vnde & dominus hunc errorem per seipsum excludere dignatus est, Lucę vltimo, cùm Discipuli conturbati & conterriti, putabant se spiritum videre, & non verum corpus: & ideo se eis palpandum prębuit, dicens, Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.

q. 1. arti. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd similitudo illa exprimit veritatem humanę naturę in Christo, per modum, quo omnes qui verè in natura humana existunt, similes specie esse dicuntur: non autem intelligitur similitudo phãtastica. Ad cuius euidentiam Apostolus subiungit, quòd factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, quod fieri non potuisset, si esset sola similitudo phantastica.

Ad secundum dicendum, quòd per hoc, quod filius Dei verum corpus assumpsit, in nullo est eius dignitas diminuta. Vnde Augustᵒ dicit in lib. de fi. ad Pe. Exinaniuit seipsum, formam serui accipiens, vt fieret seruus: sed formę Dei plenitudinem non amisit. Non enim filius Dei sic assumpsit verum corpus, vt forma corporis fieret, quod repugnat diuinæ simplicitati & puritati. Hoc enim esset assumere corpus in vnitatem naturę, quod est impossibile, vt ex suprà dictis patet. *Sed salua distinctione naturę assumpsit corpus in vnitatem personę.

c.2.declin. ad fin.to.3.

q.2.ar.1.

Ad tertium dicendum, quòd figura debet respondere rei quantum ad similitudinem, non quantum ad rei veritatem. Si enim secundum omnia esset similitudo, iam nō esset signum, sed ipsa res: vt Damasc.* dicit in 3. lib. Conueniens ergo fuit, vt apparitiones vet. Testament. essent secundum apparentiam, quasi figurę: apparitio autem filij Dei in mundo esset secundum corporis veritatem, quasi res figurata per illas figuras. Vnde dicit Apostolus 2. Col. 2. Quę sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi.

li.3.ca.26. circa fin.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. D. Augustᵒ.

COnclusio est affirmans, & probatur primò ex D. Augustᵒ lib. 83. quæstionum q. 14. Deinde filius Dei re vera assumpsit naturā humanā, de cuius ratione & essentia est verū corpus, ergò. Tertiò, si non assumpsit verum corpus, ergò necveram mortem sustinuit, neque aliquid eorum, quæ Euangelistæ de eo narrant secundum veritatem gesit, sed solū secundum apparentiam quandam. Quartò, filius Dei est ipsamet veritas, ergò non decuit, quòd in eius opere aliqua fictio esset, sed id quod re vera gestum est. Vnde Lucæ vltimo, vt hunc errorem Christus è cordibus discipulorum euelleret, inquit, palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habent sicut me videtis habere.

Luc.vltim.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Manichæi. Marcionis.

IN hoc articulo sciendum est, quòd Manichæi hæretici, & Marcionistæ aiebāt Christum Dominum non assumpsisse verum corpus, sed phantasticum, & imaginarium. Et Manichæi quidem mouebantur ad hoc asserendum, quoniam existimabant omnia corpora visibilia à malo Deo esse condita. Marcionistę vero ex eo quoniam arbitrabantur esse indignissimum, quòd diuina maiestas nostris sordibus se commacularet. Contra istos hæreticos statuitur conclusio D. Thomæ, quæ est certa secundum fidem Catholicam, & definita in omnibus ferè concilijs. In concilio Nicæno, Ephesino, Chalcedonēsi, in 5. & 6. Constantinop. in concilio Lateranens. & habetur definitio in capit. firmiter. de summa Trinitate. In concilio Florentino, sessione prima. In concilio Toletano. 1. in assertione fidei. In concilio 1. Bracharen. capitulo quarto. Et denique in vniuersis concilijs, in quibus definitur, quòd Christus sit verus homo. Habetur eadem veritas expresse in diuinis literis. Ioannis primo. Verbum caro factum est. Romanorum primo. Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem. Ad Galatas quarto. Misit Deus filium suum factum ex muliere. Iugulatur hæc hæresis Manichæorum in illis verbis Matthæi primo, De qua natus est Iesus. Et iterum, Peperit filium suum primogenitum. Vnde beatissima Virgo sola dicitur interemisse cunctas hæreses pariendo Christum verum Deum & verum hominem. In hoc enim iugulantur infinitæ hæreses, negantes veram humanitatem Christi. Confutatur etiam iste error manifestè in illo Lucæ vltimo. Palpate & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habent sicut me videtis habere. De confutatione huius hæresis, legatur Diuus Augustinus libro de hæresibus capitulo 46. Tertullianus libro de carne Christi cōtra Marcionem. Diuus Thomas quarto contra Gentes capitulo 29. Alphonsus de Castro libro de hæres. verbo Christus, hæresi. secunda.

Ephesinum Chalcedo. Cōstātino. Florent. Lateranen. Toletanū. Bracharen.

Ioan.1. Rom.1. Galat.4. Mat.1. Luc.vlt. Augustᵒ Tertul. D. Thom. Alphon. de Castro.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Dei filius debuerit assumere corpus terrenum, scilicet carnem & sanguinem.

34 Infrà q.35. artic.3.c.& q.37.art.1. c. & q.54. ar.3.c.& 3. dist.2.q.1. ar.3.q.1.c. & q.2.c.& 4.cōtra ca. 30.& 34.& opusc.3.ca. 214.

AD secundum sic procedi-tur. Videtur quòd Christus non habuerit corpus carnale siue terrestre, sed cæleste. dicit enim Apostolus primę ad Corint.

Corint. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis: Sed primus homo, scilicet Adam fuit de terra, quantum ad corpus, vt patet Genes. 1. Ergo etiam secundus homo scilicet Christus fuit de cælo, quantum ad corpus.

¶ 2. Præterea, Primæ ad Corinth. 15. dicitur, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: Sed regnum Dei principaliter est in Christo. Non ergo in ipso est caro & sanguis, sed magis corpus cęleste.

¶ 3. Præterea, Omne quod est optimum, est Deo attribuendum: Sed inter omnia corpora nobilissimum est corpus cæleste. Ergo tale corpus debuit Christus assumere.

Sed contra est, quòd Dominus dicit Lucę vltimo. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Caro autem & ossa non sunt ex materia cælestis corporis, sed ex inferioribus elementis. Ergo corpus Christi non fuit corpus cęleste, sed carneum & terrenum.

Respondeo dicendum, quòd eisdem rationibus apparet, quare corpus Christi non debuit esse cæleste, quibus ostensum est* quod non debuit esse phantasticum. Art. præce.

Primò enim, quia sicut veritas humanę naturæ non saluaretur in Christo, si corpus eius esset phantasticum (vt posuit Manichæus) ita etiam non saluaretur si poneretur cęleste: sicut posuit Valentinus. Cùm enim forma hominis sit quædam res naturalis, requirit determinatam materiã, scilicet, carnes & ossa, quę in hominis diffinitione poni oportet: vt patet per Philosophũ.* 7. Metaph. li. 7. tex. 39. tom. 3.

Secundò, quia hoc etiam derogaret veritati eorum, quę Christus in corpore gessit. Cùm enim corpus cæleste sit impassibile & incorruptibile (vt probatur in* primo de Cęlo) si filius Dei corpus cęleste assumpsisset, non verè esurisset, nec sitisset, nec etiam passionem, & mortem sustinuisset. Tertiò etiam hoc derogaret veritati diuinæ. Cùm enim filius Dei se hominibus ostenderit, quasi corpus carneum & terrenum habentem, fuisset falsa demonstratio, si corpus cęleste habuisset. Et ideo in libro de Ecclesiasticis* dogmatibus dicitur, Natus est Dei filius carnem ex Virginis corpore trahens, & non de cęlo secum afferens. li. 1. tex. 20 tom. 2. ca. 2. àmed. to. 3. inter opera Aug.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus dicitur de cęlo descendisse dupliciter. Vno modo ratione diuinę naturę, non ita, quod natura diuina in cęlo esse desierit, sed quia in infimis nouo modo esse cœpit, scilicet secundum naturam assumptam: secundum illud Ioannis tertio. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cęlo Filius hominis, qui est in cęlo. Alio modo ratione corporis: non quia ipsum corpus Christi secundum suam substantiam de cęlo descenderit, sed quia virtute cęlesti, id est, Spiritu sancto, est eius corpus formatum. Vnde Augustin*. dicit ad Orosium, exponens autoritatem inductam, Cęlestem dico Cristum: quia non ex humano conceptus est semine. Et hoc etiam modo Hilarius exponit in libro de Trinit*. In dialogo 65. q. 4. à med. illius tom. 4. li. 10. de Trini. anteme. ad sensum.

Ad secundum dicendum, quòd caro & sanguis non accipiuntur ibi pro substantia carnis & sanguinis, sed pro corruptione carnis & sanguinis. Quæ quidem in Christo non fuit quantum ad culpam: fuit tamen ad tempus quantum ad pœnam, vt opus nostræ redemptionis expleret.

Ad tertium dicendum, quòd hoc ipsum ad maximam Dei gloriam pertinet, quòd corpus infirmum & terrenum ad tantam sublimitatem prouexit. Vnde in Ephesina synodo legi-

tur verbum ſancti Theophili dicentis, Qualiter artificum optimi non in pretioſis tantum materiebus artem oſtendentes, in admiratione ſunt, ſed viliſsimum lutum & terram diſſolutam plerumque aſſumentes, ſuę diſciplinę demonſtrantes virtutem, multò magis laudantur: ita omnium optimus artifex Dei verbum, non aliquâ pretioſam materiam corporis cęleſtis apprehendens, ad nos aduenit, ſed in luto, magnitudinem ſuę artis oſtendit.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio: COncluſio eſt affirmans. Et eſt vera fides contra Valentinum hæreticũ Manichęi diſcipulũ aſſerentẽ, Chriſtũ habuiſſe corpus cæleſte, non terrenũ. Hæc veritas cõprobatur eiſdẽ teſtimonijs, quibus cõcluſio præcedentis articuli. Et rationes D. Tho. cõprobant eã eſſe certam ſecundum fidem. Legatur tamen D. Thom. 4. contra Gentes cap. 30. vbi fuſius hanc hæreſim deſtruit, & impugnat.

D. Thom.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Queſtio: Vtrùm ſanguis, & alij humores ſint vniti hypoſtaticè Prim. argu. IN hoc articulo eſt grauis quæſtio, vtrũ Dei filius vnierit ſibi hypoſtaticè ſanguinẽ, & cæteros humores, qui ad conſiſtentiã humani corporis ſunt neceſſarij? A parte negatiua ſic arguitur. ¶ In primis eſt ſentẽtia valde, ꝓbabilis, quòd ſanguis & reliqui humores nõ informãtur anima rationali, nec recenſentur inter partes humanæ naturæ, ſed Dei filius tantum aſſumpſit partes humanæ naturæ, & ea quæ ſunt de veritate humanæ naturę, ergò. Maior aſſeritur à pleriſq; doctiſsimis Theologis, & Philoſophis. ¶ Secũdò, filius Dei quod ſemel aſſumpſit, nũquã dimiſit, vt eſt celebre Theologorũ prouerbiũ ex D. Damaſ. ſed Chriſtus Dñs in paſsione ſua vniuerſum ſanguinẽ ſuũ effudit, ergò dimiſit, ergò nunquã aſſumpſit. ¶ Confirmatur, ſanguis effuſus in paſsione nõ eſt totus reaſſumptus in reſurrectione, ergò nõ fuit prius aſſumptus in incarnatione. Antecedens patet quoniã, vt refert Sylueſter in Roſa aurea tract. 3. q. 31. Pius ſecundus definiuit, quòd multæ particulæ ſanguinis Chriſti reſeruãtur apud nos. ¶ Tertiò, oẽs quatuor humores, ſcilicet, ſanguis, flegma, bilis, atra bilis, ex æquo pertinẽt ad corporis humani conſiſtentiam. Sed videtur eſſe inconueniens aſſerere, quòd alij tres humores ſint vniti diuinitati hypoſtaticè, vel ſaltim non eſt certũ, quòd ſint vniti diuinitati, ergò idẽ eſt aſſerendũ de ſanguine. ¶ Quartò, aſſerere quòd filius Dei aſſumpſit ſanguinẽ, & reliquos humores, infert grauiſsima incõmoda contra diuinã Theologiã, ergò nõ eſt aſſerẽdũ. Antecedes probatur. Nã ſi ſanguis eſt vnitus Deo hypoſtaticè, ſequitur in primis ſanguinem eſſe Deũ, nam habet ſanguis exiſtentiã diuinã ſicut humanitas. Sequitur rurſus, ſanguinẽ eſſe hominẽ. Nã bene ſequitur, hic Deus eſt ſanguis, & hic Deus eſt homo, ergò homo eſt ſanguis. Præterea, ſi ſanguis fuit vnitus Dei verbo, ſequitur, quòd etiã ſeparatus & vnitus manſit, quẽadmodũ corpus & anima in triduo mãſerunt vnita, ex quo ſtatim ſequitur, quòd omnes particulæ ſanguinis effuſi Domini noſtri manſeruntvnitæ diuinitati, atq; adeò quòd quęlibet particula eſſet Deus: ſiquidem habebat vnitam diuinitatẽ, & cum eſſent in infinitũ ſparſæ ſequitur, quòd in triduo ferè infinita entia eſſent Deus, & cum aliqua particula ſanguinis ſit cõuerſa in puluerẽ, & in lutum cui ſubinde eſſet vnita diuinitas, ſequitur lutũ eſſe Deum. Sed & illud incõmodum videtur euidenter ſequi ex prędicta aſſertione, nẽpè eſſe concedendũ, quòd Chriſtus in paſsione fuerit effuſus. Quòd ſequatur patet, nam ſanguis fuit vnitus Chriſto perſonaliter, & ſanguis fuit effuſus in cruce, ergò Chriſtus debet dici effuſus in propriętate ſermonis, ſicut Chriſtus dicitur ſepultus, quoniam corpus, quod erat vnitum Chriſto perſonaliter fuit ſepultũ, & dicitur deſcendiſſe ad inferos, quoniam anima, quæ erat vnita diuinitati deſcendit ad inferos. ¶ Pro explicatione huius quæſtionis ſciendum, quòd in quæſtione propoſita duæ dubitationes inſinuantur. Vna eſt Phyſica, vtrùm ſanguis & reliqui humores informentur anima rationali, ſaltim quantum ad eſſe vegetabile. Altera eſt Theologica, vtrùm ſanguis & reliqui humores fuerint vniti in Chriſto verbo diuino hypoſtaticè. Secũdò, ſcire oportet, quòd de hac quæſtione ſunt variæ ſententiæ inter doctores. Durãd. in. 4. d. 10. q. 1. pro certo habet, ſanguinem non eſſe partem humanæ naturę, nec fuiſſe vnitum diuinæ naturæ hypoſtaticè. Cõſentit Abulenſis in paradoxa. 2. ca. 40. Secunda opinio docet ſanguinem non eſſe partem humanæ naturæ, verùm fuiſſe aſſumptum à verbo diuino hypoſtaticè. Hæc ſententia placuit Capreolo in 4. diſtinct. 10. quæſt. 2. ad 4. contra primam concluſionem, & magiſtro Soto in eadem diſtinct. quæſtio. 1. artic. 2. Et probata fuit magiſtro Victoriæ. Alij diſtinguunt geminum ſanguinem, vnum qui eſt in alimentum corporis viuentis, & vocatur nutrimentalis, & iſte nec informatur rationali anima, neque fuit vnitus verbo hypoſtaticè.

Secundum.

Confir.

Sylueſt.

Tertium.

Quartum.

Explicatio quæſtionis.

Durand. opinio.

Capr.

Soto.

M. Victor.

Alter

Alter sanguis est perfectus, qui est necessarius ad consistentiam corporis humani, etiam si alimento nó indigeat, & is informatur anima rationali, & fuit vnitus verbo hypostaticè, est enim pars humanæ naturæ, sicut caput, manus, &c. Hæc sententia placuit Sylvestro in Rosa aurea, quæstione 30. 31. & 32. quibus in locis fusissimè, & diligentissimè explicat propositam quæstionem. In hac sententia est dominus Caietanus hic, & infrà quæstione 54. articulo 3. Sunt qui dicant, quòd vniuersus sanguis, qui versatur in venis informatur anima rationali, & fuit vnitus verbo diuino hypostaticè. ¶ In huius rei expositionem est prima conclusio. Sanguis in Christo Domino fuit vnitus verbo diuino hypostaticè, & contrarium asserere est magnus & intolerabilis error. Probatur. Nam sanguis Christi Domini fuit infinitum pretium nostræ redemptionis, sed nisi fuisset vnitus verbo diuino hypostaticè, non fuisset infinitum pretium nostræ redemptionis, ergò fuit vnitus verbo hypostaticè. Maior probatur, nã sanguini Christi Domini tribuuntur in diuinis literis istæ excellentiæ, & prærogatiuæ, quòd sit effusus in remissionem peccatorum, quòd per illum Christus dicatur propitiatio, pacificator, redemptor, & quòd ipse sanguis emundet conscientias nostras, & lauet à peccatis, & quod ipso in sanguine nos vincimus, & lauamus stolas nostras, vt patet Matth. 26. Marc. 14. Roman. 3. Ephes. 1. & 2. Colos. 1. Hebræo. 9. 10. 12. & 13. 1. Petri 1. 1. Ioan. 1. Apocalyp. sæpissimè, at si sanguis non esset infinitum pretium nostræ redemptionis, non magis istæ prærogatiuæ tribuerentur sanguini Christi, quam eius lachrymis, aut sudoribus, imò quam cuicunque dono, quod Deo obtulisset, non certè magis quam eleemosynæ, quam largitus fuisset pauperi. Cùm igitur in sanctis scripturis tam crebra, & assidua fiat mentio de valore sanguinis Christi effusi, asserendũ est omnino, quòd sanguis Christi in se propter vnionem ad verbum habet infinitum valorem, sicut corpus Christi. Confirmatur etiam. Nam D. Petrus 1. canonica capit. 1. sic loquitur: Non corruptibilibus auro & argento, sed pretioso sanguine Agni immaculati redempti estis. Quibus in verbis apertè significat sanguinem Christi in se habere infinitum valorem, neque aliquo pretio posse æstimari. Secundò probatur ex definitionibus Pontificum. Clemens VI. in extrauag. Vnigenitus, de pœnitentia, & remissione definit planè, quòd vna gutta sanguinis Christi erat sufficiens pretium nostræ redemptionis, propter vnionem ad verbum. Itaque non habebat infinitatem sicut ieiunium & fletus Christi, quia erant opera infiniti suppositi, sed habebat infinitatem in se propter vnionem hypostaticam ad diuinitatem sicut corpus Christi habet infinitatem. Hanc definitionem quidam Theologi explicant, vt accipiatur gutta sanguinis pro effusione guttæ sanguinis, quæ effusio erat infiniti valoris, quoniam erat operatio infiniti suppositi. In quo sensu etiam lachrymatio, & ieiunium Christi erant opera infiniti valoris. Sed contra hanc expositionem est argumentum dudum factum. Nam est incredibile secundum seriem sanctarum scripturarũ, quòd non sit maior virtus in sanguine ad redimendum genus humanum, quam in agno si Christus obtulisset illum. Deinde, in hac expositione infertur violentia definitioni Pontificis, dum gutta sanguinis accipitur pro effusione sanguinis. Tandem ipse Summus Pontifex definiuit nostram conclusionem expressis verbis, vt refertur in Directorio inquis. quæs. 10. & apud Sylvestrum loco citato. Et condemnauit concionatorem quẽdam qui apud Barchinonam prædicauit sanguinem non fuisse vnitum Christo personaliter, & præcepit, quòd oppositum nostræ conclusionis vbiq́ue prædicaretur & denunciaretur tanquam hæreticum. Idem ipsum definiunt duo alij Summi Pontifices post longam deliberationem, vt autor est Sylvest. loco citato. Ex quo sequitur, quòd cum Summi Pontifices non definiant istam veritatem nisi ex sanctis scripturis superiùs commemoratis, sequitur inquam sacras scripturas superius citatas in hoc sensu esse accipiendas, vt significẽt in sensu literali sanguinẽ Christi diuinitati fuisse vnitum. Tertia probatio, si in triduo mortis Eucharistia fuisset consecrata sicut fuisset filius Dei sub speciebus panis per concomitantiam sic fuisset sub speciebus vini, ergò sanguis fuit vnitus verbo diuino hypostaticè, alioqui non est ratio, quare sit verbum diuinũ sub speciebus vini per concomitantiã. Cõfirmatur, nam de fide est, quòd in sanguine consecrato est diuinitas per cócomitãtiã, ergò certũ est quod sanguis est vnitus diuinitati. ¶ Secũda cõclus. licet sanguis nó esset pars humanæ naturæ, & haberet formã distinctã, nó cogimur dicere filiũ Dei assumpsisse duas naturas. Nã sanguis nõ est perfecta natura, sed est via quædã, quæ destinatur ad naturam aliam perfectam in alimentum corporis viui. Explicatur hoc exemplo adhibito. Quamuis in generatione hominis ex necessitate prærequiratur generatio embrionis, & animalis priusquam

sylvest.

1. Cõclusio sanguis fuit vnitus verbo hypostaticè.

Mat. 26. Mar. 14. Rom. 3. Ephe. 1. & 2 Col. 1. Heb. 9. 10. 12. & 13. 1. Pet. 1. 1. Ioan. 1.

Clemẽs. 6.

2. cõclusio.

generetur homo nunquam tamen dicitur homo generare plures naturas, aut plura suppositata. Nam natura & suppositum embrionis suapte natura destinatur ad suppositum humanum. Est aliud simile in supernaturalibus, quauis Christus assumpserit in triduo naturá cadaueris nusquá dicitur assumpsisse duas naturas humanitatem, & naturam cadaueris: siquidem naturam cadaueris non assumpsit per se, sed consequenter, ex eo quod ex morte, & interitu hominis naturali consequio sequitur forma cadaueris. ¶ Tertia conclusio. Licet sanguis vnitus diuinitati esset natura distincta, & suppositum distinctum, vt aqua in vase non compellimur dicere illum sanguinem esse Deum. Nam corpus emortuum in triduo mansit vnitum diuinitati. Rursus ipsa anima mansit etiam vnita verbo diuino, sed neque anima, neque corpus fuit Deus.

3. Cõclusio Sanguis vnitus diuinitati non est Deus.

D. Thom. Quod apertè docet Diuus Thomas infrà q. 50. articulo 3. ad 3. & ratio est. Quoniam corpus & anima sunt partes essentiales humanæ naturę, & ideo propter vnionem ad vtramq; non est consequens aut corpus, aut animam esse Deum. Non dissimili argumento concludo, quòd si sanguis est vnitus diuinitati, non rectè sequitur esse Deum. ¶ Quarta conclusio, licet concedatur quod sanguis fuit vnitus verbo diuino, non compellimur idem dicere de cæteris humoribus. Nam de cæteris humoribus non est definitio Ecclesiæ. Rursus ex alia parte non constat ratione naturali esse partes humanæ naturæ. Atque adeò potest Theologus rationem differentiæ inter sanguinem, & cæteros humores adinuenire, videlicet quòd quoniam Deus statuit per sanguinem veluti per instrumentum coniunctũ infiniti valoris redemptionem efficere, ideo vniuit sibi sanguinem non cæteros humores. Ex quo sequitur non esse absurdum concedere, quòd Deus non sibi vniuit personaliter cæteros humores. ¶ Quinta conclusio, non est consequens si sanguis est vnitus diuinitati, quòd totus fuerit reassumptus in resurrectione, sicuti neque capilli, neque vngues. Et Pius secundus, vt refert Syluester in rosa aurea quæstione 31. definiuit planè, quòd aliquot particulæ sanguinis effusi Domini nostri adhuc reseruantur apud nos. Et illa sentẽtia celebris Damasceni, quod semel assumpsit nunquam dimisit, intelligenda est de partibus præcipuis, quæ secundum se totas pertinent ad veritatem humanæ naturæ. Certè quando Christus attondebat capillos, dimittebat illos nunquam reassumendos. Reassumpsit tamen de capillis, & de vnguibus id, quod erat necessarium ad ornatum & pulchritudinem corporis humani. ¶ Sexta cõclusio, illa sententia, quæ asserit, quòd sanguis est pars continua humani corporis, & informatur anima rationali quantum ad esse vegetabile, mihi maximè probatur, & est valde consentanea doctrinæ fidei. Hanc doctrinam habet Diuus Thomas in 4. distinctione 44. q. 1. artic. 2. q. 2. ad 3. & quodlibet 5. q. 5. in his locis pro manifesto habet Diuus Thomas sanguinem esse partem humanæ naturæ, ex quo efficaciter colligit fuisse vnitum verbo personaliter, & in resurrectione reassumptũ. Et in hoc articulo si bene expendatur pro eodem accipit D. Tho. corpus terrenum, & carnem, & sanguinem, sed est de fide quòd assumpsit corpus terrenum, ergò est certum, quòd assumpsit carnem & sanguinem. Idem docet dominus Caietanus 1. p. q. vltima. ar. 2. & in hoc articulo, & infrà q. 54. art. 3. Et certè ego non video quomodo cohæreãt ista duo, quòd sanguis non sit pars humanæ naturæ, & quòd sit vnitus verbo diuino personaliter. Nã sanguis non est magis vnitus Christo, quã mihi meus sanguis, ergò si meus sanguis non vnitur mihi personaliter & hypostaticè, neq; sanguis Christi vnitur Christo personaliter. Deinde, fides, & vera doctrina tantum docet, quòd filius Dei assumpsit partes humanæ naturæ, ergò si sanguis non est pars humanæ naturæ, certè nó assumpsit illum. Item sequitur, quòd Dei filius assumpsit duas naturas, humanitatem & sanguinem, sicuti si assumpsisset corpus, & aquam. Nam secundum istam opinionem quã impugnamus sanguis est in corpore humano sicut aqua in vase. Ex hac conclusione sequuntur duo. Vnum est, quòd sanguis est continuus cum cæteris corporis partibus. Nam anima rationalis non potest informare distincta suppositа, & distinctas materias. Sed aduertat Theologus, quòd non necesse est, quòd continuetur cum omnibus partibus corporis, sed satis est cum partibus præcipuis, cum corde, cum epate. Nam quòd nó sit continuus cum omnibus partibus liquidò demonstrat motus eius intravenas. Quòd verò sit continuus cum partibus præcipuis argumento dudum facto euidenter demonstratur, quia videlicet non informaretur anima rationali. Et non est maior labor in huius rei expositione, quã exponere quomodo ossa & carnes continuantur inter sese. Sequitur secundo, quòd sanguis, & reliqui humores nó sunt tã perfectę partes corporis humani, sicut partes solidę, & permanẽtes in quarũ cõparatione docet D. Tho. sæpissimè, quòd sanguis nó est

4. Cõclusio

5. Cõclusio

6. Cõclusio Sanguis est pars humanæ naturæ.

D. Thom.

Caietan.

actu

Quomodo sanguis sit pars humanæ naturæ.

actu pars humanæ naturæ, sed est in via ad sui scipiendam naturam specici. Itaque quemadmodũ in vniuerso, nõ solũ sunt partes corpora mixta, sed etiã simplicia & elementa, quę in mixta conuertuntur, & transformantur, itá in homine, qui est paruus mũdus non solũ sunt partes quæ sunt solidæ & permanentes, sed etiã fluidæ, quæ sunt quatuor humores. ¶ Ad argumenta in contrarium & ad primũ respondetur illam sententiam commemoratam in argumento non esse valde probabilem, nec admodum consentaneam sanæ doctrinæ, vt antea à nobis expositum est. Cęterũ illi, qui sunt in illa opinione consequenter dicunt filiũ Dei non solum assumpsisse partes humanæ naturæ, quæ informantur anima rationali, sed etiã quæ ad integritatem & perfectionem corporis humani spectant, omnes autem quatuor humores pertinere ad integritatem corporis humani exploratum est. ¶ Ad secundum, iam satis diximus quemadmodum sit intelligẽda illa sententia D. Damasceni, filius Dei quod semel assumpsit nunquam dimisit. Et nunc dico clarius quòd illa sententia tùm de partibus essentialibus corpore & anima est intelligẽda, tũ de integralibus capite, manu, &c. tùm de ijs, quæ sunt necessariæ ad corporis integritatem & pulchritudinem, verum est intelligenda de partibus quantum ad earum speciẽ non tamen materialiter. Nam quãuis Christus Dominus secaret vngues, & tonderet capillos, quos certè capillos dimissos, & vngues sectos nõ informabat anima rationalis, nec habebat diuinitas vnitos, semper tamen retinuit speciẽ vnguium, & capillorum, imò partes materiæ in Christo per continuam nutritionẽ fluebãt & corrumpebantur, sed illud quod corrũpebatur reparabatur per continuam nutritionẽ. Ad eundem modum dicimus, quòd sanguis qui effusus est in circuncisione potest dici dimissus à Deo, quantum ad partem materialẽ semper tamẽ retinuit sanguinis speciem. Imò illa particula, sanguinis, quantum ego intelligo reparata est per continuam nutritionem, sicut particulæ capillorum & vnguium. Ad confirm. patet ex his, quæ dicta sunt in quinta conclusione. ¶ Ad tertium iam dictum est, quemadmodum non sit idem iudicium de sanguine & de cæteris humoribus. Nã de sanguine est veritas fidei irrefragabilis, de reliquis vero humoribus nó est tanta certitudo. Nihilominus tamen asserere, quòd omnes quatuor humores sunt vniti Christo personaliter est doctrinæ diuinæ Theologię maximè consona ¶ Ad quartum, in quo commemorãtur incommoda contra diuinam Theologiã iam dictũ est quẽadmodum illa incommoda non sequantur, sed vltimum incommodũ requirit specialem solutionẽ, & dicendũ est nó esse absurdũ concedere, quòd Christus Dominus fuit effusus in cruce, imò ipse Dñs apud regium Prophetã Psal. 21. ita conqueritur sicut aqua effusus sum. Fateor tamẽ quòd propriè effundi, & effluere est tantum corporum liquidorum, vt aquæ, & sanguinis, & ideo in proprietate sermonis Christus non dicitur effusus in cruce. Et de ista dubitatione tantum dictum sit.

Ad argum. in cõtrariũ.

Ad primũ.

Ad secundũ.

Ad tertium

Ad quartũ.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm filius Dei assumpserit animam.

AD tertium sic proceditur. 35
Videtur quòd filius Dei animam non assumpserit. Ioannes enim Incarnationis mysterium tradens, dixit, Verbum caro factum est, nulla facta de anima mentione. Non autem dicitur caro factum, eo quòd sit in carnem conuersum, sed quia carnem assumpsit. Non ergo videtur assumpsisse animam.

3. di. 2. q. 1. ar. 3. q. 2. & 4. contra ca. 32. 34. princi. 35. col. 2. fi. 37. fi. & 41. co. 1. & veri. q. 20. art. 1. co. & vnio. ar. 1. co. & opusc. 3. cap. 211.

¶ 2. Præterea, Anima necessaria est corpori ad hoc, quod per eam viuificetur: Sed ad hoc non fuit necessaria corpori Christi, vt videtur: quia ipsum Verbum Dei est, de quo dicitur in Psalmo 35. Domine apud te est fons vitæ. Superfluum ergo fuisset animam adesse, Verbo præsente. Deus autem & natura nihil frustra faciunt: vt etiam Philosophus dicit in primo de Cæ*. Ergo videtur quod filius Dei animam nõ assumpserit.

li. 1. de cæ. tex. 32. & li. 2. tex. 59 tom. 2.

¶ 3. Prętereà, Ex vnione animę ad corpus, constituitur natura communis, quæ est species humana. In Domino autem Iesu Christo non est communem speciem accipere, vt Damasc*. dicit in 3. libro. Non igitur assumpsit animam.

li. 3. cap. 3. & 11.

Sed contra est, quòd Augustinus dicit in lib. † de Agone Christiano, Non

ca. 21. in princ. to. 3.

eos

eos audiamus, qui solum humanũ corpus dicunt esse susceptum à Verbo Dei: & sic audiunt quod dictum est, Verbũ caro factum est, vt negent illum hominem, vel animam, vel aliquid hominis habuisse, nisi carnem solam.

Respondeo dicendum, quòd sicut dicit Aug*. in lib. de hæresibus, opinio fuit primò quidem Arrij, & postea Apollinaris, quòd filius Dei solam carnem assumpsit absque anima, ponentes quòd Verbum fuerit carni loco animę. Ex quo sequebatur, quòd in Christo non fuerint duæ naturæ, sed vna tantũ: ex anima enim & carne, vna natura humana constituitur.

li. de hæres. c. 49. & 55. tom. 6.

Sed hęc positio stare nó potest propter tria. Primò quidem: quia repugnat autoritati Scripturę, in qua Dominus de sua anima facit mentionem Matth. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. & Ioannis 10. Potestatem habeo ponendi animam meam. Sed ad hoc respondebat Apollinaris, quòd in his verbis anima metaphoricè sumitur: per quem modum in vet. Testam. Dei anima commemoratur, Isai. 1. Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea. Sed sicut dicit Augustin. in lib. 83. q. Euangelistæ in euangelica narratione narrant, quòd miratus est Iesus, & iratus & cõtristatus, & quòd esurijt. Quæ quidem ita demonstrant eum veram animam habuisse, sicut ex hoc, quòd comedit, & dormiuit, & fatigatus est, demonstratur eum habuisse verum corpus humanum: Alioquin si & hęc ad metaphoram referantur, cùm similia legantur in vet. Test. de Deo, peribit fides Euãgelicę narrationis. Aliud enim est quod Propheticè nuntiatur in figuris, aliud quod secundum rerum proprietatem ab euangelistis hystoricè scribitur. Secundò derogat prędictus error vtilitati Incarnationis, quę est liberatio hominis. Vt enim argumentatur Aug. in lib. cõtra Felicianum: Cur accepta carne animam dispensatio mediatoris omisit? Nisi forte aut innoxiã sciens, medicinæ indigentem esse non credidit, aut à se alienam putans redemtionis beneficio non donauit, aut ex toto insanabilem iudicans, curare nequiuit, aut vt vilem, & quę nullis vsibus apta videretur, abiecit. Horum duo blasphemiam important in Deum, quomodo enim diceretur Omnipotes, si curare nõ potuit desperatam? aut quomodo omnium Deus, si non ipse fecit animam nostram? Duobus autem alijs, in vno animæ causa nescitur, in altero meritum non tenetur. An intelligere causam putandus est animę, qui eam ad accipiendã legem, habitu mentis rationis instructam, à peccato voluntariæ transgressionis nititur separare? Aut quomodo eius generositatem nouit, qui ignobilitatis vitio dicit esse despectam? Si originem attendas, pretiosior est animæ substantia: si transgressionis culpã, propter intelligentiam, peior est causa. Ego autem Christum, & perfectam sapientiam dico & scio, & pijssimum esse non dubito, quorum primò meliorẽ & prudentię capacem non despexit: secundò, eam, quæ magis fuerat vulnerata, suscepit. Tertio verò hæc positio est contra ipsam incarnationis veritatem: caro enim & cęterę partes hominis per animam speciem sortiuntur: Vnde recedente anima nõ est os, aut caro, nisi æquiuocè, vt patet per Philosophum in 2. de Anima, & 7. Metaphy*.

li. 83. q. q. 80. à medio tom. 4.

Ad primum ergo dicendum, quòd cùm dicitur, Verbum caro factum est, caro ponitur pro toto homine: ac si diceretur, Verbum homo factum est: sicut & Isa. 40. Videbit omnis caro pariter, quod os Domini loquutũ est. Ideo autem totus homo per carnem significatur: quia, vt dicitur in autoritate inducta, per carnem filius Dei visibilis apparuit. Vnde subditur, Et vidimus gloriã eius. Vel ideo: quia vt Augustin*. dicit in

li. 2. de anima text. 9. l. 7. metap. tex. 35. circa medium tom. 2. & 3.

In huius solut. princ. *li. 83. q. q. 80. paulo post princ. tom. 4.

c. 13. post medium tom. 6.

in lib.83.quæst.in tota illa vnitate susce ptionis principale Verbum est, extrema autem atque vltima caro. Volens itaque Euangelista commendare pro nobis dilectionem humilitatis Dei, Verbum & carnem nominauit, omittens animam, quæ est Verbo inferior, carne prestantior. Rationabile etiam fuit, vt nominaret carnem: quę propter hoc, quòd magis distat à Verbo, minus assumptibilis videbatur.

Ad secundum dicendum, quòd verbum est fons vitæ, sicut prima causa vitæ effectiua: Sed anima est principium vitæ corporis tanquam forma ipsius: forma autem est effectus agentis. Vnde ex præsentia Verbi magis concludi posset, quòd corpus esset animatum: sicut ex præsentia ignis potest cõcludi, quòd corpus cui ignis adhæret, sit calidum.

Ad tertium dicendum, quod non est inconueniens, imò necessarium dicere, quòd in Christo fuerit natura, quę constituitur per animam corporì aduenientem. Damascen*. autem negat, in Domino Iesu Christo esse communem speciem, quasi aliquid tertium resultans ex vnione diuinitatis & humanitatis.

Loco iam ar. citato.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est affirmatiua, & asserenda secundum fidem contra Arrium, & Apollinarem, qui aiebãt in Christo Domino, verbum fuisse loco animæ. Cõtra istam hæresim disputat Aug. li. de hæres. ca. 49. & 55. & li. 83. q.q. 80. & libro de agone Christiano ca. 21. & libro contra Felicianum ca. 13. & alibi sæpenumero. Valent etiam ad confutandam istam hæresim testimonia omnia, quæ adduximus articulo primo huius quæstionis ad ostendendum, quòd Christus sit perfectus homo, & perfectus Deus. Valet etiam illud ex symbolo Athanasij, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens. Legatur etiã D. Thom. 4. contra gentes cap. 32. vbi fusissimè hanc hæresim subuertit. Veritas huiusconclusionis probatur à Diuo Thoma, primò quia aliàs derogaretur veritati diuinæ scriptu-

Mat. 26. ræ, in qua fit mentio de Christi anima Matth. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem, & Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam. Secundò, quia error Arrij, & Apollinaris derogat vtilitati incarnationis, quæ est liberatio hominis vt deducit D. Augustin. libro. contra Felicianum cap. 13. Tertiò, quoniam hæc veritas astruit incarnationis veritatem. Caro enim & cæteræ hominis partes per animam speciem sortiuntur. Vt patet 2. de anima text. 9. & 7. metaph. text. 35.

Ioan. 10. D. Augustin.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrũ anima Christi sit perfectior alijs in naturalibus.

IN hoc articulo est dubium, vtrùm anima Christi Domini sit perfectior alijs in naturalibus? Hæc quæstio pendet ex alia, vtrũ omnes animæ sint æquales in naturalibus: quæ disputatur ex professo fusissimè 1. p. q. 85. art. 7. propter quod breui sermone explico meã sententiam. In primis dico, quòd anima Christi Domini quantum ad esse est perfectior alijs. Nam anima Christi Domini existit per esse diuinum, aliæ verò animæ existunt per esse creatum. Secundò dico, anima Christi Domini est perfectior alijs, quantum ad potẽtias immateriales, scilicet, intellectum, & voluntatem. Sentio namque Christum Dominũ habere melioré intellectũ & voluntatem in naturalibus, quã cæteri homines. Tertiò dico, anima Christi Dñi est perfectior in naturalibus quantũ ad habitus cõcreatos, & inditos à natura, videlicet quantũ ad lumẽ naturale, & synderesim, & solertiã, & perspicacitatẽ ingenij. Quartò dico, anima Christi Dñi est perfectior in naturalibus, id est, in potẽtijs & proprietatibus cõmunibus toti cõposito quæ consequũtur ipsam animã, vt sunt sensus interiores, & exteriores, atq; etiã appetitus sensitiuus. Vltimò dico, quòd anima Christi Dñi est perfectior alijs in seipsa quantũ ad naturalia. Pro cuius explicatione aduertat Theologus ex doctrina dñi Caie. 1. p. loco citato, quòd sicut anima in cõmuni est actus corporis organici, ita hęc anima est actus huius corporis, & sic proportionãtur inter sese, & quemadmodũ anima hominis habet pro vltima differentia, rationale, per quã prestat cęteris animabus, sic hęc anima rationalis addit supra alias animas hãc differẽtiã indiuidualẽ, per quã est hęc, & ista differentia indiuidualis est quòd sit forma huius corporis melioris, vel deterioris. Hæc est vera ratio explicãdi quẽadmodũ aĩæ rationales in suis essentijs sint inæquales, nec ex ea inferat Theologus quòd aĩa est nobilior, quia habet nobilius corpus, imò è cõtrà res se habet. Nã corpus est propter animã, & nõ anima propter corpus, vt

Caietan. D. Thom. Capr.

rectè admonet D. Th. 1. p. loco citato, & in hac quæst. ar. seq. ad 3. Capr. in 2. d. 32. q. 1. alia via incedit. Dicit enim, quòd aĩa illa est pfectior & nobi-

& nobilior, quæ dat melius esse, & magis actuat corpus. Sed nō explicat quomodo vna anima det perfectius esse, & quodnā sit istud esse. Quapropter in explicatione domini Caietani omnino persistendum est, ex qua facilè intelligitur, quomodo anima Christi Domini sit perfectior alijs in naturalibus, quod adeò certum est, vt doctores Parisienses censeant esse errorem dicere, quòd anima Christi Domini non sit nobilior, & perfectior anima Iudæ traditoris.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm filius Dei assumere debuerit intellectum.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd filius Dei non assumpserit mentem humanam siue intellectum. Vbi enim est præsentia rei, non requiritur eius imago: Sed homo secundum mentem est ad imaginem Dei, vt Augustᵃ. dicit in lib. de Trin. Cùm ergo in Christo fuerit præsentia ipsius diuini Verbi, non oportuit ibi esse mentem humanam.

36 3.di.2.q.1.ar.3.q.2.c.&4.cō.c.33 & veri. q.20.art.1.c. & vnio.ar.1.c.& op.3.c.212.

1.14.c.3.& 6.to.3.

¶ 2. Præterea, Maior lux offuscat minorem: Sed verbum Dei, quod est lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum (vt dicitur Ioan.1.) comparatur ad mentem, sicut lux maior ad minorem: quia & ipsa mens lux quędam est, quasi lucerna illuminata à prima luce. Prouerb. 20. Lucerna Domini spiraculum hominis. Ergo in Christo, qui est Verbum Dei, non fuit necessarium esse mentem humanam.

¶ 3. Præterea, Assumptio humanę naturę à Dei verbo, dicitur incarnatio eius: Sed intellectus siue mens humana neque est caro, neque est actus carnis, quia nullius corporis actus est, vt probatur in 3. de* Anima. Ergo videtur quòd filius Dei humanam mentem nō assumpserit.

1.3.ex text.6.&12.

Sed contra est, quòd Augustin*. dicit in lib. de fid. ad Pe. Firmissimè tene, & nullatenus dubites, Christum filium Dei habere veram nostri generis carnem & animam rationalem, qui de carne sua dicit, Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Luc. vltimo. Animam quoque se habere ostendit dicēs. Ego pono animam meam, & iterum sumo eam. Ioan. 10. Intellectum quoque animæ ostendit se habere dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Matth. 11. Et de ipso per Prophetā Deus dicit, Ecce intelliget puer meus. Isa. 52.

cap.14.in princ.to.3.

Respondeo dicendum, quòd sicut Augustinus* dicit in lib. de hęresibus, Apollinaristę de anima Christi à Catholica Ecclesia dissenserunt, dicentes, sicut Arriani, Deum Christum carnem solam sine anima suscepisse: In qua quęstione testimonijs Euangelicis victi, mentem defuisse animę Christi, sed pro hac ipsum verbum in ea fuisse dixerunt. Sed hęc positio eisdem rationibus conuincitur, sicut & prædicta. Primò enim, hoc aduersatur narrationi Euangelicæ, quę cōmemorat eum fuisse miratum, vt patet Matthæi octauo. Admiratio autem absque ratione esse non potest: quia importat collationem effectus ad causam: dum scilicet aliquis videt effectum, cuius causam ignorat, & quærit: vt dicitur in principio Metaphysicæ*. Secundò repugnat vtilitati Incarnationis, quæ est iustificatio hominis à peccato. Anima enim humana non est capax peccati, nec gratiæ iustificantis, nisi per mentem. Vnde præcipuè oportuit mentem humanam assumi. Vnde dicit Damasce*. in 3. libro, quòd Dei verbum assumpsit corpus & animam intellectualem & rationalem. Et postea subdit†, Totus toti vnitus est, vt toti mihi salutem largiretur: quod enim inassumptum est, incurabile est. Tertiò hoc repugnat veritati Incarnationis: cum enim corpus proportionetur animæ sicut materia propriæ

cap.55.in princ.to.6.

1.1.met.t.c.2.in med.tom.3.

1.3.ort.fid.c.6.cir.medium.

eod.li.etc.nunc dictus

priæ formę, non est verè caro humana, quæ non est perfecta anima humana, scilicet rationali. Et ideo si Christus animam sine mente habuisset, non habuisset veram carnem humanam, sed bestialem: quia per solam mentem anima nostra differt ab anima bestiali. Vnde dicit Augustꝰ. in lib. 83.q. quòd secundum hunc errorem sequerẽtur, quòd filius Dei belluã quandam cum figura humani corporis suscepisset: Quòd iterũ repugnat veritati diuinæ, quę nullam patitur fictionis falsitatem.

lib.83.q.q. 80.nõ procul à princ. tom.4.

Ad primum ergo dicendum, quòd vbi est ipsa res per sui prẽsentiam, non requiritur eius imago ad hoc, quod suppleat locum rei: sicut vbi est imperator, milites non venerantur eius imaginem. Sed tamen requiritur cum prẽsentia rei imago ipsius, vt perficiatur ex ipsa rei prẽsentia, sicut imago in cera perficitur per impressionem sigilli, & imago hominis resultat in speculo per eius prẽsentiam. Vnde ad perficiendam mentem humanam, necessarium fuit, quòd eam sibi verbum Dei vniuerit.

Ad secundum dicendum, quòd lux maior euacuat lucem minorẽ alterius corporis illuminantis; non tamen euacuat sed perficit lucem corporis illuminati: ad præsentiam enim solis, stellarũ lux obscuratur, sed aëris lumen perficitur. Intellectus autem seu mens hominis est quasi lux illuminata à luce diuini Verbi: & ideo per præsentiam Verbi non euacuatur mens hominis, sed magis perficitur.

Inf.q.9. ar. 1.ad 2.& 3. dist.13.q.1. art.1.ad 3. & di.14.ar. 3.q.1.ad 2.

Ad tertium dicendum, quòd licet potentia intellectiua non sit alicuius corporis actus: ipsa tamen essentia animę humanę, quę est forma corporis, requiritur quòd sit nobilior ad hoc quòd habeat potentiã intelligendi: & ideo necesse est vt corpus melius dispositum ei respondeat.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua, & est certa secundum fidem contra Apollinarem hæreticum, qui conuictus testimonijs Euangelicis confessus est in Christo Domino fuisse animam sensitiuam, sed sine mente, & intellectu, itaq; verbum Dei fuerit illi animæ loco intellectus, & mentis. Contra istã hæresim agit D. Aug. li. de hæres. c. 55. & li. de fide ad Petrũ c. 14. & D. Tho. fusissimè 4. contra gentes c. 33. sed & probationes D. Thom. in hoc articulo positæ efficaciter destruũt istum errorẽ, quæ sunt eædẽ cũ rationibus articuli præcedẽtis. Conclusio.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Est dubium in hoc articulo. Vtrùm verbũ diuinũ potuerit esse in Christo loco animæ, & intellectus, id est, vtrùm potuerit supplere vicẽ animæ & intellectus. Capreolus in 3. d. 5. q. 2. & d. 14. q. 1. tenet quòd nõ, & adhibet efficacẽ rationẽ. Nã Deus non potest supplere causalitatẽ causæ formalis, nõ enim potest facere albũ sine albedine, ergò nõ potest facere hominẽ sine anima rationali. Anima siquidẽ rationalis est causa formalis hominis. Sed de hac re superiùs q. 2. ar. 5. adhibitæ sunt efficaciores demõstrationes. Sed illud non caret scrupulo quòd docet D. Th. in artic. Christũ Dñm verè fuisse miratũ. Nã admiratio fit ex ignorantia causę, quę in Christo nõ potuit esse. Dicitur tamẽ, quòd Christus est admiratus quoad scientiã experimentalẽ sicut etiam qui nouit eclypsim futuram per scientiã, quo dãmodo admiratur cũ experimento cognoscit. Sic exponit ipsemet D. Tho. ex D. Aug. infrà q. 15. ar. 8. hæc de ista quæst. dicta sufficiãt. Capreol.

QVAESTIO VI.

De modo Assumptionis quantũ ad ordinem, in sex articulos diuisa.

Deinde considerandũ est de ordine assumptionis prę dictæ.

¶ Circa quod quęrũtur sex.

¶ Primò, vtrùm filius Dei assumpserit carnem mediante anima.

¶ Secundò, vtrùm assumpserit animã mediante spiritu, siue mente.

¶ Tertiò, vtrùm anima Christi fuerit priùs assumpta à verbo quàm caro.

¶ Quartò,

¶ Quartò, vtrùm caro Christi fuerit prius à Verbo assumpta, quàm animę vnita.

¶ Quintò, vtrùm toto humana natura sit assumpta mediantibus partibus.

¶ Sextò, vtrùm sit assumpta mediante gratia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm filius Dei assumpserit carnem mediante anima.

37 3.di.2.q.2. ar.1.& dist. 3.q.5.ar.2. c.& 4.cõt. c.44.& ſpi- tigu art.3.5.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd filius Dei non assumpserit carnẽ mediante anima. Perfectior enim est modus, quo filius Dei vnitur humanæ naturę & partibus eius, quàm quo est in omnibus creaturis: Sed in creaturis est immediatè per essentiam, potentiam & præsentiam. Ergo multo magis filius Dei immediatè vnitur carni, & non mediante anima.

¶ 2. Præterea, Anima & caro vnita sunt Deiverbo in vnitate hypostasis seu personæ. Sed corpus immediatè pertinet ad personam siue hypostasim hominis, sicut & anima: quinimò magis videtur se de propinquo habere ad hypostasim hominis corpus, quod est materia, quàm anima, quæ est forma: quia principiũ indiuiduationis, quę importatur in nomine Hypostasis, videtur esse materia. Ergo filius Dei non assumpsit carnem mediante anima.

¶ 3. Præterea, Remoto medio separantur ea, quæ per medium coniunguntur: sicut remota superficie, cessaret color à corpore, qui inest corpori per superficiem: Sed separata per mortẽ anima, adhuc remanet vnio Verbi ad carnem: quod infra patebit*. Ergo Verbũ non coniungitur carni mediãte anima.

q.50.art.2. Infr.art.3. & q.33.ar.2 Et 3.d.2.q. 2.ar.3.

Sed contra est, quòd Augu. dicit† in Epist. ad Volusianum: Ipsa magnitudo diuinę virtutis, animam sibi rationalẽ, & per eandem corpus humanum, totũque omnino hominem in melius mutãdum coaptauit.

† in epist.3. ante mediũ illius. to.2.

Respondeo dicendum, quòd medium dicitur respectu principij & finis. Vnde sicut principium & finis important ordinem quendam ita & mediũ. Est autem duplex ordo: Vnus quidem temporis, alius autem naturę. Secundũ autem ordinem temporis non dicitur in mysterio Incarnationis aliquid medium: quia totam humanam naturam simul sibi Verbum Dei vniuit: vt infrà* patebit. Ordo autem naturæ inter aliqua potest attendi dupliciter. Vno modo secundum gradum dignitatis, sicut dicimus Angelos esse medios inter homines & Deum: Alio modo secundum rationem causalitatis: sicut dicitur media causa existere inter primam causam & vltimum effectum. Et hic secundus ordo aliquo modo consequitur primum: sicut enim dicit Dionys. 13.c.de Diuin.nom*. Deus per substantias magis sibi propinquas agit in ea, quæ sunt magis remota. Sic ergo, si attendamus gradum dignitatis, anima media inuenitur inter Deum & carnẽ, & secundum hoc potest dici, quòd filius Dei vniuit sibi carnẽ mediante anima. Sed & secundum ordinem causalitatis ipsa anima est aliqualiter causa carnis vniendę filio Dei: non enim esset assumptibilis, nisi per ordinem, quem habet ad animam rationalem, secundũ quam habet quòd sit caro humana. Dictum est enim suprà,* quòd natura humana prę cęteris est assumptibilis.

q.33.ar.3.

c.13.& ca. 4. nõ remote à principio.

q.4.ar.1.

Ad primum ergo dicendum, quòd duplex ordo considerari potest inter creaturam & Deum: Vnus quidem secundum quòd creaturæ causantur à Deo, & dependent ab ipso, sicut à principio sui esse: & sic propter infinitatẽ suę virtutis Deus immediatè attingit quãlibet rem, causando & conseruando. Et ad hoc pertinet, quòd Deus immediatè est in omnibus per essentiam, prę sentiã & po-

& potentiam. Alius autem ordo est, secundum quem res reducuntur in Deũ, sicut in finem. Et quantum ad hoc inuenitur medium inter creaturã & Deum: quia inferiores creaturæ reducuntur in Deum per superiores: vt dicit Dion. in lib. Cæle. hierar. Et ad hunc ordinem pertinet assumptio humanæ naturæ à Verbo Dei, quod est terminus assumptionis: & ideo per animã vnitur carni.

Ad secundum dicendum, quòd si hypostasis Verbi Dei constitueretur simpliciter per humanam naturam, sequeretur quòd corpus esset ei vicinius: cùm sit materia, quæ est indiuiduationis principium: sicut & anima, quæ est forma specifica, propinquiùs se habet ad naturã humanã: Sed quia hypostasis Verbi est prior & altior, quàm humana natura, tantò id, quod est in humana natura, propinquiùs ad eam se habet, quantò est altius: & ideo propinquior est verbo Dei anima, quàm corpus.

Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet, aliquid esse causam alicuius quantum ad aptitudinem & congruitatem, quo tamen remoto, illud non tollitur: quia etsi fieri alicuius dependet ex aliquo, postquàm tamen est in facto esse, ab eo non dependet. Sicut si inter aliquos amicitia causatur aliquo mediã te, eo recedente adhuc amicitia remanet: & si aliqua in matrimonium ducitur propter pulchritudinem (quæ facit cõgruitatem in muliere ad copulam coniugalem) tamen pulchritudine cessante, adhuc durat copula coniugalis. Et similiter separata anima, remanet vnio Verbi Dei ad carnem.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio. PRima conclusio. Secũdum ordinem temporis in mysterio incarnationis non existit aliquod medium. Quia totam humanam
2. Concluſ. naturam simul sibi verbum Dei vniuit. ¶ Secunda conclusio, filius Dei assumpsit carnem mediante anima secundum ordinem dignitatis, eò quòd anima dignior sit & excellentior quam caro, & medium locum teneat inter Deum, & carnem. ¶ Tertia conclusio, filius 3. Concluſ. Dei assumpsit carnem mediante anima secundum ordinem causalitatis. Hæc cõclusio probatur ex D. Augu. Epistola ad Volusianum, vbi inquit ipsa magnitudo diuinę virtutis animam sibi rationalem, & per eandem corpus humanum totumque omnino hominem in melius mutandum coaptauit. Deinde caro habet quòd sit assumptibilis per ordinem ad animam rationalem, quia secundum hoc habet quod sit caro humana, ergo in anima importatur aliquis ordo causalitatis respectu carnis assumptæ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DVrandus in 3. d. 2. q. 2. negat vllum ordinem naturæ in mysterio incarnationis inueniri inter partes assumptas. Idq; probat: Durandus. Primũ arg. nam si esset ordo naturæ, vel esset ex parte assumptionis, vel ex parte assumptorum: non primum, quia est vnica assumptio tãtum, nec vero secundum, quoniam ea, quæ assumũtur, scilicet caro & anima non vniũtur verbo assumenti tanquam duæ res distinctæ, sed inquãtum faciunt vnum: vel sunt vnum, videlicet, natura humana, ergo vnum non est medium respectu alterius. Medium enim dicit distinctionem ad id, cuius est medium. ¶ Secundò Secundum arguitur in patrocinium Durandi: nam sequitur ex opposita sententia, quòd verbum diuinum non sit vnitum carni immediatè, sed tantum mediante anima, quod est apertè falsum. Nam in triduo mansit verbum copulatũ carni, tametsi illa caro non esset animata anima rationali. Pro intelligentia veritatis sciendum est, quòd conclusio D. Tho. est certissima & asseritur à D. Augusti. in Epistola. 3. ad Volu- D. Auguſt. sianum, & lib. de Agone Christiano capit. 18. & à D. Damasceno lib. 3. orthod. fidei cap. 6. D. Damaſc. & à Magistro Sententiarum in. 3. d. 2. vbi Do- Mag. Sent. ctores Scholastici versant istam quæstionem. Secundò sciendum est, quòd dupliciter potest esse vnum medium ad alterum. Vno modo medium, quod, scilicet, quando vnum assumitur, quia aliud priùs, & principaliter assumitur. Et hoc modo accidentia in Christo sunt assumpta mediante humanitate, & sic caro non est assumpta mediante anima. Nam ad vtramque partem assumptio per se & immediatè terminatur: aliud est mediũ quo, id est, ratio quare aliquid est. Sicut superficies est ratio quare corpus dicatur coloratum, licet ipsa non sit subiectum, quod recipiat colorem. Similiter diuina essentia est ratio, quare pater generat, quanquam diuina essentia non generat: ad eundem modum anima est ratio, quare caro assumatur à verbo. Caro enim non est

congrua vt assumatur per se nisi ratione animæ per quam fit humana caro & pars humanitatis. Certè anima rationalis ex sua productione, & creatione est cõgrua, vt assumatur, verum caro ex sua productione nõ intelligitur digna & congrua assumptioni nisi intelligatur animata anima rationali, nihil ergo mediat inter creationẽ animæ, & eius assumptionem, sed inter productionem carnis, & eius assumptionem mediat animatio, quæ fit ab anima rationali. Dicẽdum est ergo quòd Dei filius assumpsit carnem mediante anima non tanquam aliquo medio inter extrema. Nam ita est immediata diuinitati caro sicut anima, sed ad sensum iam expositum. Vltimò obseruandum est, quòd Deus vniuit sibi carnem mediante anima quantum ad fieri vnionis nõ tamen quantum ad esse. Nam vt patet in triduo mortis caro per se mansit vnita diuinitati, vt rectè admonet D. Thom. ad tertium. Quanquam potest dici quòd etiam tũc caro nõ est cõgrua assumptioni nisi quia fuit vnita animæ rationali. ¶ Ex his patet ad argumenta Durandi. Nam ad primum dicendũ est, quòd ordo naturæ reperitur in assumptione ex parte assumptorum. Nam licet componãt vnam naturam cõponunt tamen vt duæ partes physicæ distinctæ inter se se, & anima est ratio carnis vniendæ propter rationes superius positas. ¶ Ad secundum ex dictis patet euidenter solutio.

Ad argumẽta Durand.

Ad primũ.

Ad secũdũ.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Dei filius assumpserit animam mediante spiritu siue mente.

38 Locis sup. art. 1. notatis.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd filius Dei non assumpserit animam mediante spiritu. Idem enim non cadit mediũ inter seipsum & aliquid aliud: Sed spiritus siue mens non est aliud in essentia ab ipsa anima: vt in prima parte habitũ est*. Ergo filius Dei non assumpsit animam mediante spiritu siue mente.

P.p.q.77. art. 1. ad 1.

¶ 2 Præterea, Illud, quo mediante facta est assumptio videtur esse magis assumptibile: Sed spiritus siue mens nõ est magis assumptibilis, quàm anima: quod patet ex hoc, q̃ spiritus angelici nõ sunt assumptibiles: vt suprà dictum est*. Ergo videtur, quòd filius Dei non assumpserit animam mediante spiritu.

Q. 4. arti. 1.

¶ 3 Præterea, Posterius assumitur à primo mediante priori: Sed anima nominat ipsam essentiam, quæ est prior naturaliter, quàm ipsa potentia eius, quæ est mens. Ergo videtur quòd filius Dei non assumpserit animam mediante spiritu siue mente.

Sed contra est, quod August. dicit in lib. de Agone Christiano t. Inuisibilis & incommutabilis veritas, per spiritum animam, & per animam corpus accepit.

Ex c. 11. 19. 20. & 21. colligitur tom. 3.

Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est*, filius Dei dicitur assumpsisse carnem anima mediãte tum propter ordinem dignitatis, tum etiã propter cõgruitatẽ assumptionis. Vtrũque autem horum inuenitur, si comparemus intellectum, qui spiritus dicitur, ad cæteras animæ partes: non enim anima est assumptibilis secundum congruitatem, nisi per hoc, quòd est capax Dei ad imaginem eius existens: quod est secundum mentem, quæ spiritus dicitur: secundum illud Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Similiter etiam intellectus inter cæteras partes animæ, est superior, & dignior, & Deo similior. Et ideo, vt Damasce. dicit in 3. lib*. vnitum est carni per medium intellectus verbum Dei: intellectus enim est quid animæ purissimũ, sed & Deus est intellectus.

Arti. præc.

Li. 3. cap. 6. ante medium.

Ad primum ergo dicendum, quòd etsi intellectus non sit aliud ab anima secundum essentiam: distinguitur tamen ab alijs partibus animæ secũdum rationem potentiæ. Et secundum hoc competit sibi ratio medij.

Ad secũdum dicendũ, quòd spiritui angelico non deest cõgruitas ad assumptionẽ, propter defectũ dignitatis: sed propter irreparabilitatẽ casus, quod nõ potest dici de spiritu humano: vt patet ex his, quæ in prima parte* dicta sunt.

P.p.q. 64. art. 2.

Ad tertium dicendum, quòd anima (inter quam & Dei verbum ponitur medium

medium intellectus) non accipitur pro essentia animæ, quæ est omnibus potentijs communis: sed pro potentijs inferioribus, quæ sunt omni animæ communes.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est affirmatiua & probatur ex D. Augustin. libro de Agone Christiano. Deinde filius Dei assumpsit cęteras partes mediante intellectu tam secundum ordinẽ dignitatis, quam secundum congruentiam assumptionis, ergo assumpsit animam mediãte spiritu. Antecedens probatur. Tum quoniam intellectus est dignior, tum quoniã anima non est assumptibilis nisi per illud, quod est ad imaginem Dei. Hæc etiã conclusio probatur

Damasce. autoritate Damasc. lib. 3. orthod. fidei.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Anima rationalis diuersis nominibus appellatur. ANimaduertendum est. Primò, quod anima rationalis vna & eadem secũdũ substantiam susçipit varias denominationes iuxta varias functiones & officia, quæ habet. Dicitur & denominatur anima ex eo quod animat carnẽ, & propter operationes animæ vegetatiuæ & sensitiuæ. Dicitur autem spiritus siue mens secundũ quod operatur operationes animæ intellectiuæ, quæ non indigent organo corporeo, & secundum quòd eleuatur ad supernorum contemplationem. Secundò notandum est, quòd anima quæcunque dicitur quoddam potentiale respectu suarum potentiarum, vt anima rationalis respectu intellectus voluntatis, &c. rursus anima superior, & dignior dicitur esse quoddã totum potentiale respectu animæ inferioris, & indignioris. Verbi causa, anima rationalis dicitur esse totũ potentiale, & continere in potentia animam sensitiuam, & vegetatiuam, sensitiua verò vegetatiuam, vt docet Arist. 2. de Anima tex. 31. capit. 3. Tertiò notandum est, conclusionem D. Tho. intelligi posse in duplici sensu iuxta duplicem rationem totius potentialis, & partis potentialis, quæ in anima inueniri potest. Primus sensus est, quòd anima vna & eadem secundum substantiam, qua ratione est rationalis anima, spiritus, & mens sit medium respectu sui ipsius secundum essentiam, vt assumatur à verbo secundum inferiores rationes animæ vegetatiuæ & sensitiuæ. Secundus sensus est, quòd potentię spirituales animę intellectus, scilicet, & voluntas quæ sunt accidẽtia propria ipsius animę sint mediũ vt reliquę potẽtiæ inferiores sensitiuæ & vegetatiuæ eiusdem animę vniantur verbo. Quartò notandũ est, quòd vterque sensus est verus, & id ostendit ratio D. Tho. & ea est eius mens. Eadem rursus D. Augu. in loco allegato in argumẽto sed contra, in libro videlicet, de Agone Christiano cap. 18. cum sequẽtibus. Sed vt primus sensus est profundior & à priori infert posteriorem, ita certè magis intentus est, & à D. Augustin. & à D. Thom. probatur hoc documentum, quoniam ex eo quòd anima rationalis est secundum suam essentiam spiritus & non indiget organo corporeo habet dignitatem & congruitatem, vt ipsa assumatur, & tribuit congruitatẽ sibimet, vt quatenus vegetatiua est & sensitiua assumatur. Item potentiæ spirituales, quæ vniuntur in persona verbi digniores sunt & congruentiores, vt vniantur, quam potentiæ vegetatiuæ & sensitiuæ, imo hæ potentiæ susçipiunt ab illis dignitatem & congruentiam. Confirmatur hoc argumentum quoniam vnus sensus istorum infert alterum, prior à priori infert posteriorem, posterior à posteriori priorẽ. Quoniam anima secũdum quod rationalis est, principium est potentiarum spiritualium. Eadem rursus anima secundum quod continet in potentia formali inferiores animas sensitiuam videlicet, & vegetatiuam est principium omnium potentiarum sensitiuarum & vegetabilium. Et hinc patet, quod prior sensus est profundior maximè, quoniam potentiæ, siue intellectiuæ, siue sensitiuæ non assumũtur sicut assumitur caro, aut anima, sed quia sunt in anima vel in humanitate assumpta. Et idcirco si verbũ dimitteret animam non maneret verbum vnitũ intellectui nisi faceret nouum miraculũ, at si dimitteret animam maneret vnitum carni sine vllo prorsus miraculo. Contra vtrumque sensum argumentor primo testimonio D. Tho. in responsione ad primum dicẽtis, & si intellectus non sit aliud ab anima secundum essentiã, distinguitur tamẽ ab alijs partibus animæ secundum rationem potentiæ, & secundũ hoc competit sibi ratio medij. Prioribus verbis impugnatur posterior sensus, qui erat de potentijs animæ, quæ distinguuntur realiter ab anima. Posterioribus autẽ verbis impugnatur prior sensus, vt patet apertè. Secundò argumentor speciatim contra priorem sensum ex verbis D. Tho. ad tertium inquiẽtis, anima inter quã & Dei verbũ ponitur mediare intellectus non accipitur pro essentia animæ. Tertiò contra eundem sensum. Anima secundum quod intellectiua est spiritus non est causa sui ipsius secũdum quod vegetatiua, aut sensitiua, ergo non est mediũ sui ipsius in assumptione. Ad primum respondetur sententiam D. Thom.

manifestam esse, animæ potentias realiter distingui ab anima ipsa, vt habetur. 1. p. q. 77. art. 1. in præsentia vero solum vult, quod etiã si non distinguerentur potẽtiæ realiter ab animæ essentia, nihilominus tamen quoniam intellectus habet aliam rationem potentiæ, competeret ei ratio medij, quoniam sufficeret distinctio formalis & ab anima & ab alijs potentijs vt esset medium, & sic patet responsio ad priora verba, quæ impugnabant primum sensum. Ad posteriora vero respondetur, quòd nomen partis potentialis, & nomen totius potentialis non solum competit potẽtijs animæ, & ipsi animæ respectu potentiarum, verũ anima in communi dicitur habere partes veluti potestatiuas, vegetatiuũ, sensitiuum, & intellectiuum, & quamuis respectu animæ in communi istæ partes dicantur etiam subiectiuę & species, tamen intellectiuum est quoddam totum potestatiuum respectu vegetatiui, & sensitiui, sensitiuum autem & vegetatiuũ partes potentiales respectu intellectiui. Quocirca verba D. Tho. allegata possunt optimè intelligi iuxta vtrũque sensum. Sed plura de re hac dicuntur & apud Arist. 2. de anima loco allegato, vbi legatur Caietanus inter omnes interpretes Arist. & 1. p. q. 76. art. 3. ¶ Ad secundum respondetur quòd verba, quæ continuo subijcit D. Tho. explicant illius mentẽ. Nam postquam dixerat quod anima, inter quã & verbũ dicitur mediare intellectus, non accipitur pro animæ essentia, subditur, quę est omnibus potentijs communis, sed pro potentijs inferioribus, quæ sunt omni animæ cõmunes. Itaque sensus est, non accipitur anima pro essentia secundum quod est principium omnium potentiarũ, quæ sunt animæ rationali propriæ, sed accipitur pro animæ essentia secundum quod est principium omnium potentiarum, quæ sunt communes animæ & sensitiuæ, & vegetatiuæ. ¶ Ad tertium respondetur, non esse exigẽdam eandem rationem causæ inter partes potestatiuas, de quibus modo loquimur, & inter partes physicas essentiales de quibus in articulo præcedẽti. Sufficit ergo ad rationem causæ quod attinet ad præsens institutum, quòd sensitiuum, vegetatiuum, & intellectiuum reperiantur quandoque separata secundum rem vt reperiuntur in plantis vegetatiuum, in brutis sensitiuum, in hominibus intellectiuum. In hominibus vero in quibus ista omnia secundum rem coniunguntur, inferiores partes, videlicet, vegetatiuum, & sensitiuum continentur in superiori parte, hoc est in intellectiuo in potentia formali eminentiore & excellentiore. ¶ In solutione primi argumenti videtur docere D. Tho. quod intellectus & mens non distinguantur ab essentia animæ realiter. Cuius contrarium docuit. 1. p. q. 77. artic. 1. Sed hæc obiectio duas habet solutiones. Prior est, quòd hic tantum voluit D. Tho. docere, quod etiam si intellectus & anima nõ distinguerentur realiter, intellectus tamen esset ratio, quare assumeretur anima. Anima enim vt habet vires ad intelligendum perfectior est se ipsa, vt habet vim sentiendi & vegetandi. Alia expositio est, quòd hic per intellectum, & mentem non intelligimus potentiam animæ, sed ipsam animam prout est intellectiua, & sensus est, ideo assumpsit animam, quia est intellectiua. In eodem sensu accipit D. Thom. in præcedenti q. art. 4. dum interrogat, vtrùm filius Dei assumpserit intellectum, id est, animam intellectiuam.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm anima à Dei filio prius fuerit assumpta, quàm caro.

AD tertiũ sic proceditur. Videtur quòd anima Christi fuerit prius assumpta à Verbo, quàm caro. Filius enim Dei assumpsit carnem mediante anima: vt dictum est*: Sed prius peruenitur ad medium, quàm ad extremum. Ergo filius Dei assumpsit prius animã, quàm corpus. 39 Inf. ar. 4. & q. 33. art. 1. ad 2. & 3. & q. 35. art. 4. Et 3. dist. 2. q. 2. & 3. & dist. 3. q. 5. art. 2. Et 4. cõt. ca. 33. 44. & 45. *ar. 1. huius quæst.

¶ 2. Præterea, Anima Christi est dignior angelis: secũdum illud Psal. 96. Adorate eum omnes Angeli eius: Sed Angeli creati sunt à principio: vt in primo habitũ est†. Ergo & anima Christi, quæ non fuit antè creata, quàm assumpta: dicit enim Damasce. in 3. lib*, quòd nunquam neque anima neque corpus Christi propriam habuerũt hypostasim, præter Verbi hypostasim. Ergo videtur quòd anima fuerit antè assumpta, quàm caro, quæ est concepta in vtero Virginis. P. p. q. 46. art. 3. Lib. 3. ca. 2.

¶ 3. Præterea, Ioan. 1. dicitur, Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis: & postea subditur, quòd de plenitudine eius nos omnes accepimus, id est, omnes fideles quocunque tempore: vt

Chryſ.

Hom.13.in Ioan. aliquantulũ à prin.to.3. Chryſ. exponit*. Hoc autem non eſſet niſi anima Chriſti habuiſſet plenitudinem gratiæ & veritatis ante omnes ſanctos, qui fuerunt ab origine mundi: quia cauſa non eſt poſterior cauſato. Cùm igitur plenitudo gratiæ & veritatis fuerit in anima Chriſti ex vnione ad Verbum, ſecundum illud quod ibidem dicitur, Vidimus gloriã eius quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis: conſequens videtur, quòd à principio mũdi anima Chriſti fuerit à Verbo Dei aſſumpta.

Li.4.cap.6. in princi. Sed contra eſt quod Damaſce. dicit† in 4.lib. Non, vt quidam mentiuntur, ante eam, quæ eſt ex Virgine Incarnationem, intellectus eſt vnitus Deo verbo, & ex tunc vocatus eſt Chriſtus.

Lib.1.ca.7. &.8.to.4. Reſpondeo dicendum, quòd Origenes poſuit in ſuo Periarchôn*, omnes animas à principio fuiſſe creatas, inter quas etiam poſuit animam Chriſti creatam. Sed hoc quidem eſt inconueniens, ſi ponatur quòd fuerit tunc creata, ſed non ſtatim verbo vnita: quia ſequeretur quòd anima illa aliquando habuiſſet propriam ſubſiſtentiam ſine Verbo: & ſic cùm fuiſſet à Verbo aſſumpta, vel non eſſet facta vnio ſecundum ſubſiſtentiam, vel corrupta fuiſſet ſubſiſtentia animæ præexiſtens. Similiter etiam eſt inconueniens, ſi ponatur quòd anima illa fuerit à principio Verbo vnita, & poſtmodũ in vtero Virginis incarnata: quia ſic eius anima videretur eſſe non eiuſdem naturæ cum noſtris: quæ ſimul creantur, dum corporibus infunduntur. Vnde Leo Papa dicit in Epiſtola ad† Iulianum, quòd non alterius naturæ erat caro Chriſti, quàm noſtra: nec alia illi quàm cæteris hominibus anima eſt à principio inſpirata.

Eſt epi. 11. ad Iulian. epiſc. Coenſem non multũ ante finem.

Ar.1.huius quæſt. Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut ſuprà dictum eſt*, anima Chriſti dicitur eſſe medium in vnione carnis ad Verbum ſecundũ ordinem naturæ: non autem oportet ex hoc, quòd fuerit medium ex ordine temporis.

Ad ſecundum dicẽdum, quòd ſicut Leo Papa in eadem Epiſtola dicit†, anima Chriſti excellit noſtras animas non diuerſitate generis, ſed ſublimitate virtutis: eſt enim eiuſdem generis cum noſtris animabus, ſed excellit etiam angelos ſecundum plenitudinem gratiæ & veritatis. Modus autẽ creationis reſpõdet animæ ſecundum proprietatem ſui generis: ex quo habet, cùm ſit corporis forma, vt creetur ſimul, dum corpori infunditur & vnitur. Quod non competit angelis, qui ſunt ſubſtantiæ omnino à corporibus abſolutæ.

Ad Iuli. ep. non multũ ante fin. illius & eſt epiſt. 11.

Ad tertium dicendum, quòd de plenitudine Chriſti omnes homines accipiunt ſecundum fidem, quam habent in ipſum: dicitur enim Rom.3. quòd iuſtitia Dei eſt per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes, qui credunt in ipſum. Sicut autem nos in ipſum credimus vt in iam natum: ita antiqui crediderunt in ipſum vt in naſciturum: habẽtes enim eundem ſpiritum fidei credimus: vt dicitur ſecundæ ad Cor.4. Habet autem fides quæ eſt in Chriſtum, virtutem iuſtificandi ex propoſito gratiæ Dei: ſecundum illud Roman. 4. Ei, qui non operatur, credenti autem in eum, qui iuſtificat impium, fides reputatur ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei. Vnde quia hoc propoſitum eſt æternum, nihil prohibet per fidem Ieſu Chriſti aliquos iuſtificari, etiam antequam eius anima eſſet plena gratia & veritate.

Inf.q.68. ar.1.ad 1. Et 3.d.24.ar.1. q.2.1.& 2. Et veri.q. 29.art.4. 9.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio eſt negatiua. Et patet ex Damaſc.lib.3.ortho.fid.c.6. Deinde probatur, anima Chriſti fuit ſimul cum carne, ergo non fuit prius aſſumpta, quam caro. Antecedens patet. Nam dupliciter poteſt poni animã Chriſti ab initio mundi creatã fuiſſe, vel creatam & non ſimul aſſumptam à filio Dei, vel tunc creatam & ſimul aſſumptam à filio Dei, ſed poſteà in vtero virginis carni vnitam, ſed

neutrum horum dici potest, ergo fuit simul cum carne. Probatur minor. Nam si ab initio mundi est creata & nó assumpta, ergo in eius assumptione corrúpitur subsistétia, per quam erat. Si vero simul esset creata & assumpta nõ videretur anima Christi eiusdem rationis cũ animabus aliorum hominum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Origenis error. HÆc est vera fides contra Origenem, qui introduxit hunc erroré, quòd vniuersæ animæ à principio creaturæ sunt conditæ, vt videre est. 1. lib. Periarchôn. c. 7. & 8. & lib. 2. cap. 2. 3. 6. & speciatim de anima Christi Domini in. 6. cap. eiusdem libri sic scribit. Illa anima de qua dixit Christus, nemo auferet animam meam, ab initio creaturæ fuit, & inseparabiliter, & indissolubiliter verbo Dei vnita.

Sexta Synodus. Hic error in generali cõfutatur in. 6. Synodo generali Constantinopolit. act. 11. in oratione Sophronij ad finem, quæ oratio approbatur in actione. 13. Confutatur etiam iste error in

Concil. Bracharense. Concilio Bracharensi. 1. Canone. 6. & in Epistola. 93. Leonis cá. 10. Refellit etiam istũ erro

D. Tho. rem D. Tho. 1. p. q. 118. art. 3. & 2. contra gent. cap. 83. & 84. De anima Christi Domini con

Sophroni'. futatur iste error peculiariter in oratione So-

Leo Papa. phronij citata. Et in Epistola. 11. Leonis ad Iulianum. Errorem hunc falsitatis conuincũt rationes D. Thom. adductæ in articulo. Verum circa illud quod in prima ratione dicit D. Tho. scilicet, subsistentia animæ præexistens

Caietanus. corrumperetur, D. Caietanus vt suam tueatur sententiam de personalitate & subsistétia realiter ab actu essendi distincta, dicit mirabilia fingés in anima separata subsistentiã, per quã suscipiat actum essendi. Nam anima separata, vt ipse existimat, est semipersona. Sed quis potest hęc intelligere? profecto metaphysica Caietani in hac parte obscurissima est, & tenebris inuoluta. Nihilominus tamé ex doctrina D. Tho. & Caietani hæc documenta sunt obseruanda. Primum est; D. Tho. pro eodem accipit subsistentiam, & personalitatem, nam re vera sunt idem, vt superius est demonstratũ. Secundum est, quod D. Tho. apertè docet in hoc articulo naturam, quę habet propriã subsistentiam posse assumi à Deo, dum tamen illa propria subsistétia corrumpatur, quod supra nos diximus. Tertiũ est pro materia de resurrectione, quòd anima separata habet propriam subsistentiam & potest dici semipersona, quam subsistentiam communicat corpori dum ei copulatur in resurrectione. Ex hoc sequitur quartum documentum, quod subsistentia animę & existentia sunt penitus idem. Nam anima dum iterum copulatur corpori in resurrectione non dat corpori nisi suũ esse, & suam propriam subsistentiam. Ita docet rectissimè Caietanus supra q. 2. arti. 6. & in oratione de vnione verbi incarnati corã Alex. 6.

Caietanus. Quintò obseruandum est ex Domino Caietano, quòd rationalis anima in primo instanti sui esse indiuiduatur per materiã, quam indiuiduationem semel acquisitam in sempiternũ retinet. Sed in resurrectione ipsa anima indiuiduat materiã. Quare si in resurrectione alia materia addatur animæ, sicut fit in his, qui semper sunt nutriti carnibus humanis, vel addatur magna pars materiæ sicut accidit in his qui moriuntur in tenera ætate, omnino erit

Durandus. idem homo in resurrectione. Idem docet Durandus, & inquit, quòd vt resurgat idé homo in resurrectione non est necesse, quòd eadem materia reuniatur. Hæc sententia Caietani & Durandi est improbabilis, & ædificat periculosum dogma de fide resurrectionis, vt videbimus in materia de resurrectione. Et nũc impugnatur breui sermone. Nam vna anima rationalis potest per Dei omnipotẽtiam informare succesiue duo corpora, & tunc euidens est, quod non essent idem corpus, ergo anima rationalis non indiuiduat corpus. Deinde si admittatur per Dei omnipotentiam vnã animam rationalem simul informare diuersa corpora in diuersis locis, tunc exploratũ est quòd non essent idem corpus, nec idé homo. Tandem si dicitur vnum corpus propter vnam animam, quodcunque assumat est idem propter vnitatem animæ. Sed de hoc latius disputabitur in materia de resurrectione.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm caro Christi fuerit prius à Verbo assumpta, quàm animæ vnita.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd caro Christi fuerit prius à Verbo assumpta, quàm animæ vnita. Dicit enim Augu. in lib. de Fide * ad Petr. Firmissimè tene, & nullatenus dubites, non carné Christi sine diuinitate cõceptã in vtero virginis, priusquã susciperetur à Verbo: Sed caro Christi videtur prius fuisse concepta, quàm animæ rationali vnita: quia materia vel dispositio prior est in via generationis, quàm forma completiua. Ergo prius fuit caro Christi assumpta, quàm animæ vnita.

40 Locis sup. arti. 3. citatis.

Cap. 18. in princ. to. 3.

¶ 2. Præ-

¶ 2. Prætereà, Sicut anima est pars naturæ humanæ, ita & corpus: Sed anima humana non habuit aliud principiũ sui esse in Christo, quàm in alijs hominibus, vt patet ex autoritate Leonis Papæ suprà inducta*. Ergo videtur quòd nec corpus Christi aliter habuerit principium essendi, quàm in nobis. Sed in nobis antè concipitur caro, quàm adueniat anima rationalis, ergo etiã ita fuit in Christo. Et sic caro prius fuit à Verbo assumpta, quàm animæ vnita.

In ar. præc. in fin. corp.

¶ 3. Prętereà, Sicut dicitur in lib. de Causis*, causa prima plus influit in causatum: & prius vnitur ei, quàm causa secũda: Sed anima Christi comparatur ad Verbum, sicut causa secunda ad primam. Prius ergo Verbum est vnitum carni, quàm anima.

In propo. 1. habetur hic liber inter ope. Arist. to. 3.

Sed contra est, quòd Damas. dicit in 3. lib*. Simul Dei verbi caro, simul animata caro rationalis & intellectiua. Nõ ergo vnio Verbi ad carnem, præcessit vnionem ad animam.

Li. 3. orth. fid. cap. 2.

Respondeo dicendum, quòd caro humana est assumptibilis à Verbo, secundum ordinem, quem habet ad animam rationalem, sicut ad propriam formam. Hunc autem ordinem non habet antequam anima rationalis ei adueniat: quia simul dum aliqua materia fit propria alicuius formæ, recipit illam formam: vnde in eodem instanti termi natur alteratio, in quo introducitur forma substantialis. Et inde est, quòd caro non debuit antè assumi, quàm esset caro humana, quod factum est anima rationali adueniente. Sicut igitur anima nõ est prius assumpta, quàm caro, quia contra naturam animæ est, vt prius sit quàm corpori vniatur: ita caro non debuit prius assumi, quàm anima: quia nõ prius est caro humana, quàm habeat animam rationalem.

Ad primum ergo dicendum, quòd caro humana sortitur esse per animam. Et ideo ante aduentum animæ, non est caro humana, sed potest esse dispositio ad carnem humanam. In conceptione tamen Christi, Spiritus sanctus qui est agens infinitæ virtutis, simul & materiã disposuit & ad perfectum perduxit.

Ad secundum dicendum, quòd forma actu dat speciem: materia autẽ quãtum est de se, est in potẽtia ad speciẽ. Et ideo cõtra rationem formæ esset, quòd præexisteret naturæ speciei, quæ perficitur per vnionem eius ad materiã: non autem est contra naturã materiæ, quod præexistat naturæ speciei. Et ideo dissimilitudo, quæ est inter originẽ nostrã, & originem Christi secũdũ hoc, quòd caro nostra prius concipitur, quàm animetur, non autem caro Christi, est secundum illud, quod præcedit naturæ complementum, sicut & quòd nos cõcipimur ex semine viri, non autẽ Christus. Sed differentia, quæ esset quantum ad originem animæ, redundaret in diuersitatem naturæ.

Ad tertiũ dicendum, quòd verbum Dei per prius intelligitur vnitum carni, quàm anima per modũ cõmunẽ, quo est in cæteris creaturis, per essentiã, potentiã & præsentiã. Prius tamẽ dico, nõ tẽpore, sed natura: prius enim intelligitur caro vt quoddã ens, quod à Verbo habet, quàm vt animata, quod habet ab anima. Sed vnione personali prius secũdũ intellectũ oportet, quòd caro vniatur animæ, quàm Verbo: quia ex vnione ad animã, habet q̃ sit vnibilis Verbo in persona: præsertim, quia persona nõ inuenitur nisi in rationali natura.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio.

COnclusio est negatiua. Et est vera fides definita in. 6. Synodo generali act. 11. in oratione Sophronij sub his verbis. Simul quippe caro, simul Dei verbi caro, simul caro animata rationalis. Loquitur de hac re optimè D. Ambrosius lib. de incarnatione cap. 7. & D. Damascenus lib. 3. capitu. 2. & probatur. Caro Christi est assumptibilis quatenus informatur anima rationali, ergo non debuit prius assumi, quã informaretur anima rationali.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Conclusio huius articuli nó potest rectè intelligi nisi prius intelligatur an corpus Domini nostri fuerit formatum subito an successiue. Quam quæstionem disputat D. Tho. infra q.33.& in 3.sententiarum dist.3. ad finē. & in 4.contra gentes cap.43.&.44.pro breui tamen explicatione sciēdum est, quòd in formatione corporis humani tria concurrūt. Primum est motus sanguinis fœminei in locum conceptionis. Secundum est formatio, & organizatio corporis humani. Tertium est augmentū corporis iam formati. Tūc dico, quòd primum non fuit factum in instanti, quia erat motus localis qui non potest fieri in non tempore. Tertium etiam dico, quòd nō fuit factū in instanti. Quod demonstro his argumentis. Nam fœtus dum est in vtero post corporis formationem nó manet in vtero nisi ad augmentum recipiēdum, ergo si augmētatio fuit facta subito reliquum est, quod nó permansit Christus intra vterū per nouem menses. Deinde augmentum non potest fieri sine motu locali, & motus localis nō potest fieri in instāti, ergo. Præterea tale augmentum præcessit ex virtute animæ operantis in corpore iam formato, quæ nō potest operari tale augmētum in instanti & subito. Dicendū est ergo ex vera fide, quòd corpusculū Domini in vtero virginis suscepit incrementū per interualla tēporis sicut & nostrū. De secūdo verò omnes Doctores affirmāt, quòd formatio corporis Christi fuit instantanea: nec hoc est volūtariè dictū, sed omnes Doctores affirmant illud pro certo secundū fidē, videlicet, quòd in annuntiatione Dominica, quam primū beata Virgo præbuit cōsensum, in eodē instāti corpus Domini fuit formatū, & organizatū, & per consequens anima rationali animatū, & in eodem instanti à verbo Dei assumptū. Hoc refert inter dogmata fidei D. Augu. lib. de fide ad Petrum. c. 18. & D. Tho. ait esse asserendū secundum fidē. Et probatur primo ex definitione fidei superius cōmemorata. Secundò probatur, filius Dei vt habet vera fides in primo instanti vnionis, & assumptionis fuit conceptus de Spiritu sancto ex Maria Virgine, ergo in eodem instanti fuit & habuit corpus formatum, & animatum anima rationali. Consequentia probatur. Nam non decuit filiū Dei assumere corpus non formatum, & non perfectum. Antecedens vero probatur, alioqui non tota conceptio esset filij Dei: siquidem aliquo temporis spatio nōdum erat filius Dei conceptus. Tertiò, si formatio corporis Christi fuit successiua more aliorum hominum, ergo prius fuit embrio ante corporis perfectam formationem, & integram, ac subinde embrio fuisset conceptus de Spiritu sancto. Vltimò, successio in his actionibus prouenit ex resistentia patientis, & imbecillitate agentis, sed hic autor est Spiritus sanctus agens infinitæ virtutis, cui nulla potuit fieri resistentia, ergo formatio corporis Christi non fuit successiua. Dicendum est ergo ex vera fide & irrefragabili, quòd beata Virgo materiā suorum purissimorum sanguinum administrauit, sed Spiritus sanctus agens infinitæ virtutis ex hac materia carnem diuini verbi fabricauit, nō per moras temporis sicut nostra fabricatur, sed in instanti sanguis coagulatus formatus est in corpus, & animatus anima rationali, & a verbo Dei assumptus. Itaq; simul caro, simul Dei verbi caro, simul caro animata, & rationalis. Et hæc est veritas fidei, quam definit D. Tho. in hoc articulo.

D. Thom. Corpus Christi Domini subito an successiue fuerit formatum.

D. August. D. Thom.

ARTICVLVS QVINTVS: *Vtrùm tota humana natura sit assumpta mediantibus partibus.*

AD quintum sic proceditur. 41

Videtur quòd filius Dei assumpserit totam naturā humanam mediantibus partibus eius. Dicit enim August. in libro de Agone Christiano,* quòd inuisibilis & incommutabilis veritas per spiritū animā, & per animā corpus, & sic totū hominē assumpsit: Sed spiritus, anima & corpus sunt partes totius hominis. Ergo totū assumpsit mediātibus partibus.

3.di.2.q.2. ar.1.q.3. & ar.3.q.1.c. & di.3.q.5. arti.2.c. & dist.5. q.2. arti.3. *colligitur ex cap. 18. 19.20.21. tom.3.

¶ 2. Præterea, Ideo filius Dei carnem assumpsit mediante anima, quia anima est Deo similior, quàm corpus: Sed partes humanæ naturæ, cū sint simpliciores, quàm corpus, videntur esse similiores Deo, qui est simplicissimus, quàm totum. Ergo assumpsit totū mediantibus partibus.

¶ 3. Præterea, Totum resultat ex vnione partiū: Sed vnio intelligitur vt terminus assumptionis, partes autem præintelliguntur assumptioni. Ergo assumpsit totum per partes.

Sed contra est quod Damas. dicit in 3. lib.* in Domino nostro Iesu Christo non

*Li.3.c.16. circa finē.

non partes partium intuemur, sed quæ proximè componuntur, id est, deitatem & humanitatem. Humanitas autē est quoddam totum, quod componitur ex anima & corpore sicut ex partibus. Ergo filius Dei assumpsit partes mediante toto.

Respondeo dicendum, quòd cùm dicitur aliquid medium in assumptione Incarnationis, non designatur ordo téporis: quia simul facta est assumptio totius & omnium partium: * ostensum est enim quòd simul anima & corpus sunt adinuicem vnita ad constituēdam naturam humanam in Verbo: Designatur autem ibi ordo naturæ, vnde per id, quod est prius in natura, assumitur id quod est posterius. Est autem aliquid prius in natura dupliciter: Vno modo, ex parte agentis; alio modo ex parte materiæ: hæ enim duæ causæ præexistunt rei. Ex parte quidem agentis est simpliciter primum illud, quod primo cadit in eius intentione: sed secundum quid prius est illud, à quo incipit eius operatio. Et hoc ideo, quia intentio est prior operatione. Ex parte verò materiæ est primum illud, quod prius existit in transmutatione materiæ. In Incarnatione autem oportet maximè attendere ordinem, qui est ex parte agentis: quia vt Augustī. dicit in Epist. ad Volusianum, † in talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis. Manifestum autem est, quòd secundum intētionem facientis prius est completum, quàm incompletum, & per consequens totum, quàm partes. Et ideo dicendum est, quòd verbum Dei assumpsit partes humanæ naturæ mediante toto: sicut enim assumpsit corpus propter ordinem, quem habet ad animam rationalem, ita assumpsit corpus & animam, propter ordinem, quem habet ad humanam naturam.

Ar. 1. huius q. & ar. 2.

Non multum remotè ante medium: est epi. 3. to. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd ex verbis illis nihil aliud datur intelligi, nisi quòd Verbum, assumendo partes humanæ naturæ, assumpsit totam humanam naturam: & sic assumptio partium est prior in via operationis, intellectu, non tempore: Assumptio autem naturæ est prior, in via intentionis: quod est esse prius simpliciter, vt dictum est*.

In corp. ar.

Ad secundum dicēdum, quòd Deus ita est simplex, quòd etiā est perfectissimus: & ideo totum est magis simile Deo, quàm partes, inquantum est perfectius.

Ad tertium dicendum, quòd vnio personalis est ad quam terminatur assumptio: non autem vnio naturæ, quæ resultat ex coniunctione partium.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Secundum ordinem intentionis agentis filius Dei assumpsit partes mediante humana natura. Hæc conclusio probatur autoritate Damasceni libro. 3. orthodoxæ fidei. Deinde totum & perfectum prius est secundum intentionem agentis, quam partes, ex quibus totum consurgit, sed humana natura habet rationem totius respectu partium, ergo secundum ordinem intentionis agentis filius Dei assumpsit partes mediante humana natura. ¶ Secunda conclusio. Secundum ordinem executionis & operationis filius assumpsit naturam humanam mediantibus partibus, quia agens incipit à materia & partibus suam operationem, quæ in complemento, & perfectione totius perficitur. ¶ Tertia conclusio. Simpliciter & absolutè prius fuit totū assumptum, quam partes, sed secundum quid prius sunt assumptæ partes, quam totum ipsum. Hæc conclusio deducitur ex duabus prioribus. Etenim id dicitur simpliciter prius, quod primo intenditur ab agente.

Prima conclusio.

2. Conclus.

3. Conclus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CIrca hunc articulum ingentes bellorum procellas mouent Scotus, & Durandus in 3. dist. 2. q. 2. tollentes omnem ordinem naturæ inter totum & partes in ista assumptione, & conantur multis argumentis conuellere doctrinam D. Thom. sed omnia argumenta sunt eiusmodi, vt nullum prorsus habeant valorem, vt postea videbimus. Profecto isti arguunt magis ex zelo reprehendendi, quam ex zelo indagandæ veritatis. Quod

Scotus. Durandus.

vt planum fiat sciendum est, quod conclusio D. Thom. est D. Augustin. lib. de Agone Christiano capitulo. 18. & tribus sequentibus, & D. Damasc. libro. 3. capitu. 16. & probatur effi caciter à D. Thom. in articulo. Secundò scire oportet, quod hęc sententia habet tres expositiones veras, & legitimas. Prima est, quòd priùs secundum ordinẽ naturæ & intellectus in executione operis verbum diuinum cõmunicauit suam personalitatem & existentiã partibus humanæ naturæ, quàm ipsi humanitati. Hanc explicationem sequitur hic Dominus Caietanus. Cuius rei maximum argumentum est, quod postmodum in resolutione istius assumptionis, quæ quodammodo facta est in triduo mortis personalitas verbi diuini desiuit communicari toti humanæ naturæ, videlicet, humanitati. Cæterùm non desiuit cõmunicari singulis partibus humanę naturæ, videlicet, carni & animæ: cũ ergo ordo resolutionis sit contrarius ordini compositionis dicendum est, quòd in ipsa compositione prius verbum diuinum communicauit suam personalitatẽ & existentiã singulis partibus, & deinde progressum est, vt humanitati cõmunicaret. Explicatur hoc adhibito exemplo. Nam quãdo fabricatur domus, in cõpositione priùs est fundamentum, deinde eriguntur parietes, & tandem consurgit tectum. Et si domus fieret subitò per miraculum, priùs intelligerẽtur parietes quam domus, ergo ad eũdem modum iudicandum est de ista admirabili assumptione. Certè D. Augustin. ita censet inquiẽs, quòd Deus incommutabilis per spiritum animam, & per animam corpus, & sic totum hominem assumpsit. Secunda expositio est, q̃ D. Tho. non docet assumptionem priùs fuisse terminatam ad totum, quàm ad partes, vel vice versa, imo quòd ad vtrumq; assumptio terminata est immediatè, nihilominus docet, quòd filius Dei assumpsit partes mediante humana natura, quia ratio, quare assumpsit partes est humana natura, propter quam assumpsit partes. Tertia expositio est, quæ ab omnibus approbatur vt legitima & vera, videlicet, quòd partes humanæ naturæ dicuntur priùs assumi quàm totum, non quòd prius existant, aut personentur à verbo diuino, quam ipsa humanitas, sed quoniam priùs componunt & causant ipsam humanitatem, quàm ipsa humanitas assumatur à verbo diuino. Et quòd hæc sit mens D. Thom. & vera probatur primo. In vniuersa compositione corporis physici prius intelligũtur partes esse, & causari, quam sit compositum, non quòd prius existant quam compositum, imo secundum veram philosophiam compositũ prius existit quam partes, sed quoniam causant & componunt totum, ergo similiter in ista assumptione partes prius dicuntur assumi, quia prius componunt, non quia prius subsistant, aut personentur à verbo diuino. Secundò, in nobis humanitas prius personatur, quam singulæ partes, vt planè constat, ergo etiam in Christo. Probatur consequentia. Nam quando fides non repugnat naturæ, de supernaturalibus iudicandum est sicut per naturam est comparatum. Certè D. Thom. in tertia conclusione manifestè docet, quod simpliciter & absolutè prius est assumptum totum, quam partes, sed secundum quid partes sunt prius assumptæ quam totum, sed si partes prius subsistunt, & personantur quàm totum, euidẽter sequitur, q̃ partes prius simpliciter sunt assumptæ quã totum. ¶ Sed cõtra istam expositionem fiunt argumẽta fortissima. Sequitur in primis, quòd anima Christi non fuit creata & producta per se, sed comproducta & concreata ad productionem humanitatis. Patet sequela. Nam illa forma comproducitur, quæ acquirit esse per esse totius, sed in Christo Domino totũ prius existit, & per eius existentiã existit anima, sequitur ergo apertè, quòd anima Christi Domini non creetur, sed comproducatur. Explicatur hoc euidentiùs. Nam anima equi ideo comproducitur secundum veram philosophiam, quia equus prius habet esse, quam anima equi. ¶ Præterea, anima rationalis in productione hominis ideo venit de foris, quia prius inspiratur à Deo quam corpori infundatur, ergo si totũ in Christo prius existit quam anima rationalis, consequens est quòd anima rationalis in Christo non veniat de foris. ¶ Vltimo est violentum argumẽtum. Rationalis anima Christi Domini prius fuit creata quam assumpta, ergo prius habuit esse quã assumeretur humanitas. Consequentia inde probatur. Nam creatio habet pro termino esse. Antecedens probatur. Nam anima præintelligitur assumptioni, ergo præintelligitur creata. Propter hæc argumẽta quidam Theologus valde acutus ausus est asseuerare animam Christi non fuisse creatam, sed concreatam. Cuius sententiæ errorem sic demonstro. In primis D. Leo in Epistola. 11. ad Iulianum sic scribit, Non erat alterius naturæ caro Christi, quam nostra, neque ab alio illi, quàm cæteris hominibus anima inspirata principio. In qua sententia si rectè expendatur non agit sanctissimus Pater de vnitate principij nostrarum animarum & Christi Domini. Nam agit contra Origen. qui non negabat

Argumẽta contra verã expositionẽ D. Tho. Primũ arg.

Secundum

Vltimum.

Anima christi Domini fuit creata sicut animę cæterorum hominum.

negabat animas nostras, & Christi Domini ab eodem principio fluxisse, sed asseuerabat, quod anima Christi à principio creaturæ fuit condita, & postmodum corpori infusa. Contra hunc errorem definit Leo, quòd anima Christi Domini sic est inspirata sicut nostra, sed anima nostra est creata, ergo anima Christi Domini creata est non autem concreata.

D. August. Secundò idem probatur ex D. August. Epistola. 99. quo in loco ex professo suscipit hãc disputationem, vnde esset anima Christi. Et respondet, non absurde dicitur, quod ille qui homini primo creauit animam, creauit etiam sibi. Et paulo inferiùs ita filius Dei creauit sibi animam sicut cæteris hominibus. Tertiò,

D. Hieron. probatur ex autoritate D. Hieronymi in secũda Apologia contra Ruffinum, qui locus est omnino videndus, qui mirum in modum refutat istum errorem. Quartò, si anima rationalis Christi comproducitur ad productionem humanitatis, sequitur, quòd anima Christi est ex substantia beatissimæ Virginis Mariæ, consequens est planè hæreticum. Nam sacra concilia & sancti Patres definiũt, animam Christi à Deo fuisse inspiratam, & venisse de foris. Sequela probatur. Nam virgo beatissima fuit mater huius hominis Christi, & humanitas Christi est ex virgine Maria, ergo si anima Christi fuit producta ad productionem humanitatis, euidens est quòd sit ex virgine Maria. Nam euidens est, quòd ab eodem principio est res aliqua, & id quod comproducitur ad productionem illius. Præterea idẽ probatur ex documentis D. Thom. in hac quæst. art. 3. vbi pro euidenti relinquit, quod modus diuersus productionis ostendit diuersitatem naturæ in rebus, quæ producuntur, videlicet, produci in corpore, & extra corpus. Sed magis differunt isti modi productionis, produci per se, & cõproduci ad productionem alterius, ergo anima Christi non erit eiusdem naturæ cum nostris. Vltimò, formam substantialem produci ad productionem alterius est magna imperfectio. Et ideo hic modus productionis tribuitur animis brutorum propter earum imperfectionem, produci vero per se est magna perfectio formæ, in quo est assimilatio ad naturas angelicas, quæ producuntur per se, ergo ille modus productionis imperfectus non debuit tribui

Ad argumenta. animæ Christi Domini. ¶ Ad argumenta in contrarium respondetur, quòd anima Christi Domini non fuit concreata, nec comproducta, imò prius fuit creata, quam assumpta, sed in illo priori secundum intellectum impeditur à proprio esse, quod iam erat habitura, & assumitur tanquam via ad habendum esse diuinum, & ideo in illo priori non intelligitur esse, sed intelligitur vniri ad habendum esse diuinum. Deinde dicendum nulla ratione posse concedi animam Christi fuisse comproductam, & concreatam ad productionem humanitatis. Nam illa forma dicitur comproduci, quæ habet esse dependenter à toto, sed licet anima Christi habeat esse diuinum mediante humanitate, non tamen dependenter ab humanitate in esse. Nam in triduo mortis humanitas Christi amisit personalitatem diuinam & anima rationalis minimè. Vltimò dicendum est, pro confutatione argumentorum, quod aliud iudicium est ferendum de personalitate & aliud de actu existendi. Nam de personalitate dicendum est, quòd prius conuenit humanitati, quam singulis partibus, de actu vero existendi videtur dicẽdum, quòd anima rationalis prius existit ordine naturæ per esse diuinum, quam humanitas Christi, & sic facilè confutantur argumenta proposita. ¶ Sed iam proximũ est vt proponantur argumenta Durandi, & Scoti, quæ militant contra conclusionẽ D. Tho. Primum argumentum Durandi sic habet. Totum & partes non distinguuntur realiter, ergo filius Dei non assumpsit totum mediantibus partibus, nec è diuerso. Medium enim importat distinctionem ad id, cuius medium est. Secundò, vnio, & assumptio fuit tantum vna, ergo fuit tantum assumptio vnius, scilicet, naturæ compositæ. Scotus verò sic argumentatur. Primò, assumptum non est natura humana, sed pars vel partes naturæ humanæ, ergo assumens non est primo homo. Et confirmatur, nam sicut in instanti assumptionis se habuit verbum diuinum ad totum & partes, sic se habet modo, ergo modo non est primo homo, sicuti Petrus est primo homo, quod videtur inconueniens ad asserendum: imo videtur quòd non sit homo, nam denominatio à partibus non præbet denominationem à toto. Præterea, propter duas vniones verbi ad partes humanæ naturæ non est homo, ergo requiritur tertia, quæ sit totius, sed hæc tertia sufficit vt sit homo, ergo aliæ duæ superfluunt. Vltimò, id quod est primo personabile est primo assumptibile, sed natura humana est primo personabilis, vt planè constat, ergo est primo assumptibilis. ¶ Ad hæc argumenta statim respondendum est. Ad primum Durandi respondet hic Dominus Caietanus, quod humanitas nõ est suæ partes simul sumptæ. Existimat enim, quod totũ distinguitur à suis partibus simul sumptis.

Argumẽta Scoti, & Durandi.

Ad argumẽta Durãdi. Ad primũ. Caietanus.

Scotus. Capreolus. Palude.

sumptis. Et in eadem sententia est Scotus in 3. distinctione. 2. quæstione. 2. consentit Capreolus in eadem dist. vnica quæstione. Sed Palude ibidem tenet contrarium, cuius sententia iam approbatur ab vniuersa schola, secundum quam ad argumentum negatur consequentia. Nam licet totum & partes non distinguantur realiter, distinguuntur tamen ratione formali, propter quod verificatur quod totum generatur, partes non generantur. Et in mysterio incarnationis Dominicæ verè affirmatur quòd filius Dei assumpsit humanitatem mediantibus partibus. ¶ Ad secundum concedo, quòd fuit tantum vna vnio, & vna assumptio, & fuit tantum vna natura humana assumpta ex principali destinato & intentione, sed hæc natura quoniam est composita, filius Dei assumendo partes assumpsit humanam naturam. ¶ Ad argumenta Scoti, ad primum respondetur, quòd primum assumptum totale fuit humana natura, & primo assumptum partiale, fuerunt partes humanæ naturæ, & ideo ad confutandum argumentum dico, quòd assumens est primo homo quoniam primo assumpsit humanitatem tanquam assumptum principale. ¶ Ad confirmationem concedo, quòd sicut verbum diuinum se habuit in instanti assumptionis ad totum, & ad partes sic se habet modo, sed tunc & modo assumens est primo homo, quoniam primo assumptum totale est humanitas. ¶ Ad aliud argumentum respondetur, nos nunquam docere, quòd denominatio fiat a partibus, imo docemus apertè, quòd Christus denominatur homo à perfecta humanitate, quam principaliter assumpsit. ¶ Ad tertium respondetur, quòd D. Thom. non constituit tres vniones sicut imaginatur Scotus, sed vnam vnionem, quæ in ordine executionis progreditur prius ad partes, quam ad totum. Sicut vna scriptura est quæ per actionem meam producitur cum tamē prius terminetur actio ad dictionem quam ad orationem, & prius ad literas & syllabas quam ad dictionem. ¶ Ad vltimum respondetur, quòd id quod est primo personabile est primo assumptibile tanquam totum: & hoc modo se habet humanitas in mysterio Dominicæ incarnationis. Tandem dico, quod iam dixeram à principio, quòd hæc argumenta sunt indigna, quæ in scholis referantur.

Ad secundū. Ad argumēta Scoti. Ad primū. Ad confir. Ad secundū. Ad tertiū. Ad vltimū.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm humana natura sit assumpta mediante gratia.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd filius Dei assumpserit humanam naturam mediāte gratia. Per gratiam enim vnimur Deo: Sed humana natura in Christo maximè fuit Deo vnita. Ergo illa vnio facta fuit per gratiam. 42 3. di. 2. q. 1. art. 2. & di. 13. q. 3. art. 1. c. Et veri. q. 29. art. 2. Et opu. 3. c. 222.

¶ 2. Præterea, Sicut corpus viuit per animam, quæ est eius perfectio, ita anima per gratiam: Sed humana natura redditur congrua ad assumptionē per animam, vt dictum est: ergo & anima congrua redditur ad assumptionē per gratiam. Ergo filius Dei assumpsit animam mediante gratia.

¶ 3. Præterea. Aug. in 15. de Trin*. dicit, quòd Verbum incarnatū est sicut verbū nostrū in voce: Sed verbum nostrū vnitur voci mediante spiritu. Ergo verbum Dei vnitur carni mediante Spiritu sancto, & ita mediante gratia, quæ Spiritui sancto attribuitur: secundum illud primæ ad Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Li. 15. c. 11. tom. 3.

Sed cōtra est, quòd gratia est quoddam accidens animæ, vt in secūda parte habitum est*. Vnio autem Verbi ad humanam naturam est facta secundum subsistentiam, & non secundum accidens, vt ex supra dictis patet†. Ergo natura humana nō est assumpta mediante gratia. 1. 2. q. 110. art. 2. † Q. 2. art. 6.

Respondeo dicendū, quòd in Christo ponitur gratia vnionis & gratia habitualis. Gratia ergo non potest intelligi, vt medium in assumptione humanæ naturæ, siue loquamur de gratia vnionis, siue de gratia habituali. Gratia enim vnionis est ipsum esse personale, quod gratis diuinitus datur humanæ naturę in persona Verbi: quod quidem est terminus assumptionis. Gratia autem habitualis pertinēs ad spiritualem sanctitatem illius hominis, est effectus quidam consequens vnionem: secundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriā eius

quasi

quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. Per quod datur intelligi, quòd ex hoc ipso, quòd ille homo est Vnigenitus à Patre, quod habet per vnionem, habet plenitudinem gratiæ & veritatis. Si verò intelligatur gratia, voluntas Dei, aliquid gratis faciens vel donans, sic vnio facta est per gratiam, non sicut per medium, sed sicut per causam efficientem.

Ad primum ergo dicendum, quòd vnio nostra ad Deum est per operationem, in quantum, scilicet, eum cognoscimus & amamus, & ideo talis vnio est per gratiam habitualem, in quantum operatio perfecta procedit ab habitu: Sed vnio naturæ humanæ ad Verbum Dei, est secundum esse personale: quod non dependet ab aliquo habitu, sed immediatè ab ipsa natura.

Ad secundum dicendum, quòd anima est perfectio substantialis corporis, gratia verò est perfectio animæ accidentalis. Et ideo gratia non potest ordinare animam ad vnionem personalem (quæ non est accidentalis) sicut anima & corpus.

Ad tertium dicendum, quòd verbum nostrum vnitur voci mediante spiritu: non quidem sicut medio formali, sed sicut per medium mouens. Nam ex verbo concepto interiùs procedit spiritus, ex quo formatur vox. Et similiter ex verbo æterno procedit Spiritus sanctus, qui formauit corpus Christi: vt infrà patebit*. Non autem ex hoc sequitur, quòd gratia Spiritus sancti sit formale medium in vnione prædicta.

Q. 32. ar. 1.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio.

PRima conclusio. Gratia siue vnionis, siue habitualis non potest intelligi vt medium in assumptione humanæ naturæ. Probatur, nam gratia est quoddam accidens animæ, vnio autem verbi ad humanam naturam est facta secundum subsistentiam, & non secundum accidens, ergo natura humana non est assumpta mediante gratia. Deinde probatur. Gratia vnionis est ipsum esse personale, quod gratis diuinitus datur humanę naturæ in persona verbi, quod quidem est terminus assumptionis. Gratia vero habitualis est effectus quidam consequēs vnionem, ergo nulla istarum gratiarum potest intelligi, vt medium in assumptione humanæ naturæ. ¶ Secunda conclusio, si accipiatur gratia pro gratuita Dei voluntate, vnio hæc facta est per gratiam non sicut per medium sed sicut per causam efficientem.

2. Conclus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo est dubium, vtrùm sit aliquod medium inter humanitatem & verbum in hac admirabili assumptione? & cùm sit certum & exploratum, quòd non mediat aliqua substantia, reliquum est vt sit accidens si interstat aliquod medium, & cùm non possit esse aliquod accidens nisi gratia, merito inquit D. Thom. specialiter de gratia, Vtrùm Christus assumpserit humanam naturam mediante gratia. Hanc quæstionem propositam sic explicat D. Thom. vt dicat, quòd gratia in proposito accipi potest tripliciter. Vno modo pro gratuita Dei voluntate. Secundò, pro gratia vnionis. Tertiò, pro gratia habituali. Et hoc supposito principio docet in primis D. Thom. quòd gratia vnionis non potest esse medium in assumptione humanę naturę. Nam gratia vnionis nihil aliud est, quam esse verbi personale, quod gratis & diuinitus conceditur humanæ naturæ, & quod est terminus vnionis, & sic non potest esse medium, gratia verò habitualis consequitur ipsam vnionem secundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis. Illa enim gratia data est ratione vnionis, vel assumptionis, & non econtrà. Voluntas autem Dei gratuita, est causa efficiens & non medium huius admirabilis vnionis, & sic nullo modo gratia potest esse medium vnionis vel assumptionis. Sed dato, quòd gratia non sit medium, ad hunc modum expositum potest esse medium, id est, dispositio. Forma enim immediatè vnitur materiæ, tamen hoc fit medijs dispositionibus, quæ consequūtur ipsam formam in genere causæ efficientis, & formalis, antecedunt vero in genere causæ materialis, & dispositiuæ. Dubitatur ergo vtrùm hoc modo humana natura sit assumpta mediante gratia. De qua dubitatione sunt variæ Theologorū sententię, de quibus censebimus quęstione sequenti articulo vltimo vbi hæc quæstio habet propriam sedē. Verūtamen dubiū

Ioan. 1.

difficile

difficile satis in præsentiarũ examinãdum est, vtrum in Christo vnio illa admirabilis duarũ naturarum, per quam humana natura in id dignitatis euecta est, vt filius Dei sit verus homo, ponat in ipsa humanitate Christi vllum aliud creatum donum præter gratiam creatam, seu habitualem charitatem, cæteraſque creatas dotes in pura creatura reperibiles? Et videtur pars affirmatiua vera. Nam non videtur humana natura in Christo posse à persona verbi esse sustentata, si non aliter se habeat assumpta, quam nõ assumpta. Hoc idem confirmatur. Nam non videtur esse sublimioris & altioris gradus, & dignitatis quam foret ipsa si cum omnibus eiusdem donis, seu creatis dotibus sibi esset derelicta, seu à verbo Dei deposita. ¶ Præterea, si natura humana ex eo, quòd assumpta est non obtinuit aliquod creatum donum præter ea, quæ sunt commemorata consequens est, quod si separaretur, & deponeretur à verbo nihil præter solam relationem vnionis amitteret. Rursus sequitur, quod natura illa humana à verbo separata cum gratia & cæteris charismatibus, quæ modo habet posset satisfacere de toto rigore iustitiæ pro vniuersis peccatis generis humani: siquidem Christo vnità nihil aliud habere ponitur, quã si esset à verbo separata dempta vnionis relatione. ¶ Ad hæc si vnio illa duarum naturarum in Christo in vnitate personæ diuinæ nihil aliud exigit præter solam relationem in natura assumpta, quod non posset in eadem inueniri etiam si assumpta non esset, consequens esse videtur, quòd per vnionem creatæ charitatis, aut per fruitionem diuinæ visionis melius sit humanitati Christi, quam per vnionem realem verbi incarnati: siquidem hæc vnio nihil ponit in humanitate nisi solam vnionis relationẽ. ¶ Postremò, sic argumentor, aut hæc admiranda vnio ponit aliquid creatum in humanitate assumpta, aut nihil ponit præter hoc quod sit vnita verbo diuino. Si primum conceditur habeo intentum, si secundum sequitur quòd humanitas Christi ex sacramento Dominicæ incarnationis nihil habeat præter relationem vnionis. Ad hoc dubium exponendum, dico primo, non oportere in præsentiarum de sacratissimo Incarnationis mysterio curiosius perscrutari, sed satis esse ad sobrietatem sapere. Tam grande enim, tam altum & sublime, tamque super omnem naturam existit vt sit ab humano genere impenetrabile. Secundo dico, sufficere in hac parte credere Spiritum sanctum mirabili quodam & ineffabili modo inhabitasse & possedisse humanam naturam in Christo ab initio conceptionis, & id quidem inhabitatione & possessione longè altiori, longeque diuersa à possessione ac inhabitatione illa, qua inhabitat, & posidet cæterorum hominum Sanctorum corda. Sic enim tota diuinitatis plenitudo naturam humanam non in propria personalitate creauit, sed tanquam instrumentum verbo vnigenito in vnitatem personæ vniuit mirabili quadam & ab humano ingenio incomprehensibili vnione, qua factum est, vt Deus inciperet esse homo, quoniam non alia persona, quam Deus esset, qui nos sua morte redimeret. Quamuis enim aliud à filio Dei, vtpote forma serui in cruce pateretur non tamen patiebatur in Cruce alia persona, quam filius Dei verus Deus, & homo. Tertiò dico, natura humana si admittatur per Dei omnipotentiam, quòd sit deposita à verbo Dei, suaque naturæ relicta, subsistens in personalitate propria cum eisdem creatis dotibus non potuisset satisfacere de rigore iustitiæ pro delictis generis humani, non esset reconciliator, neque satisfactor, neque caput Ecclesiæ sicuti modo est. Potuisset quidẽ purus homo sub illa natura humana sic deposita pro humano genere orare Deum, impetrare, sacrificium offerre, se se morti exponere, sed huiusmodi officia in persona illa non fuisset emptio, satisfactio, seu pro humano genere condigni pretij exolutio. Iam enim demonstrauimus in superioribus neminem posse pro peccato humani generis satisfacere de toto rigore iustitiæ, nisi persona quæ se offert Deo sit aliquid magis pretiosum, quam sit tota vniuersitas rerum sub Deo existentium, nihil autem potest esse sic magis pretiosum, quam verbum Dei factum caro, quod est Iesus Christus forma serui indutus, qui propterea vocatus est Emmanuel, id est, nobiscum Deus. Quarto dico, naturæ humanæ sic existere in persona verbi est sibi melius ac dignius esse, quam existere per se in personalitate propria, potestque sic coniuncta in opera Deo propria, in quæ non posset separata. Quemadmodum linguæ hominis melius est non in se sed in corpore existere tanquam instrumentum coniunctum personæ, quæ potest per illam benedicere, orare, Deum laudare, gratias agere, in quæ opera non posset per se subsistens separata. Quemadmodũ instrumentum si quã dignitatem, vim, & efficaciam habet, illã habet à persona, quæ per instrumentum ipsum operans est operationis causa, ita natura humana in Christo suam habet dignitatẽ & efficaciam à

Primũ arg.

Confir.

Secundum

Tertium.

Vltimum.

Solutio dubij.

persona

persona verbi, quæ per eandem humanam naturam sibi hypostaticè vnitã potest facer- opera quædam soli Deo propria, videlicet, satisfaciendo, redimendo, pretiumque condignum exsoluendo pro delictis generis humani. Adest etiam aliud simile. Quemadmodum mens intellectiua in homine per linguam loquitur, per linguam Deum laudat, illique gratias agit, quæ sic sunt ipsius linguæ opera, vt tamen non sint alterius personæ opera quam hominis, qui per mentem suam operans corporali lingua vtitur tanquam instrumento, ita diuina natura in Christo per humanam naturam genus humanum redimit, & saluat, quæ sic sunt ipsius humanæ naturæ opera vt tamen non sint alterius personæ operã, quam filij Dei. Vtitur quidem filius Dei cuiuslibet alterius hominis voluntate vt instrumento, sed non tanquam instrumento sibi in vnitate personæ vnito, proinde opus alterius volũtatis est quidem opus filij Dei, sed non est opus solius personæ, quæ Deus est. Quintò dicó, per nullum creatum gratiæ donum fieri potuit vt homo esset verus Deus, & Deus homo: siquidem humanam naturam superexaltari & sublimari vt sit vnita verbo diuino in vnitatem personæ longè superexcellit omnem creaturæ modũ, & omnis creatæ gratiæ donum. Totus mundus est plenus diuinitate, quæ in omni creatura per essentiam, præsentiam, & virtutem existit, & super hæc habitat in sanctis per gratiam & charitatem eleuantem illos supra omnem naturam vt sint tanquam filij Dei consortes diuinæ naturæ, verum quamlibet fuerint per amorem rapti & eleuati, fruitioneque gloriæ inebriati non sic eleuantur vnquam, vt in persona diuina personaliter vniãtur, habeatque homo idem esse personale verbi diuini. Proinde etiam si eadem humana natura habeat omnium virtutum & charismatum dona creata, vniuersa hæc non sufficiunt eleuare illam supra personalitatem propriam in personam filij Dei. Et ideo huius vnionis causa effectiua est gratia non vlla creata sed increata, atque immensa, hoc est, gratuita Dei bonitas faciens personam filij sui esse personam seu hypostasim humanæ naturæ, non aliquid operando in filio, qui Deus intransmutabilis est, sed eleuando & magnificando, & exaltando humanam naturam, vt non subsistat in propria personalitate creata, sed in persona increata, æterna, quæ Deus est. Ex quo non accepit aliquod donum creatum, nec solam relationem, sed esse diuinum.

QVAESTIO VII.

De Gratia Christi, prout quidam singularis est homo, in tredecim articulos diuisa.

DEinde considerandum est de coassumptis à filio Dei in humana natura. Et primò de his, quæ pertinent ad perfectionem. Secundò de his, quæ pertinent ad defectum.

¶ Circa primum cõsideranda sunt tria: Primo, de gratia Christi: secundò, de scientia eius: tertiò, de potentia ipsius.

De gratia autem Christi considerandum est dupliciter. Primo quidem de gratia eius, secundum quòd est quidam singularis homo. Secundò, de gratia eius, secundum quod est caput Ecclesiæ. nam de gratia vnionis iam dictum est*. In quæst. 4

Circa primum quærũtur tredecim.

¶ Primò, vtrum in anima Christi fuerit aliqua gratia habitualis.

¶ Secundo, vtrum in Christo fuerint virtutes.

¶ Tertio, vtrum in eo fuerit fides.

¶ Quarto, vtrum fuerit in eo spes.

¶ Quinto, vtrum in Christo fuerint dona.

¶ Sexto, vtrum in Christo fuerit timoris donum.

¶ Septimo, vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datæ.

¶ Octauo, vtrum in Christo fuerit prophetia.

¶ Nono, vtrum in eo fuerit plenitudo gratiæ.

¶ Decimo, vtrum talis plenitudo sit propria Christi.

¶ Vndecimo, vtrum Christi gratia sit infinita.

¶ Duodecimo, vtrum potuerit augeri.

¶ Decimotertio, qualiter hæc gratia se habeat ad vnionem.

ARTI-

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm in anima Christi fuerit aliqua gratia habitualis.

43 3. dist. 13. q. 1. arti. 1. Et veri. q. 27. ar. 1. Et op. 3. c. 221. Et Ioan. 3. l. 6. co. 2.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd in anima assumpta à Verbo non fuerit gratia habitualis. Gratia enim est quædam participatio diuinitatis in creatura rationali: secundũ illud 2. Pet. primo, Per quem maxima & pretiosa promissa nobis donauit, vt diuinæ simus consortes naturæ. Christus autem est Deus, non participatiuè, sed secundum veritatem. Ergo in eo non fuit gratia habitualis.

¶ 2 Præterea, Gratia ad hoc est necessaria homini, vt per eam bene operetur (secundum illud 1. Corin. 15. Abundantius omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum) & etiam ad hoc quòd homo consequatur vitam æternam: secundum illud Rom. 6. Gratia Dei vita æterna: Sed Christo ex hoc solo quòd erat naturalis filius Dei, debebatur hæreditas vitæ æternæ, ex hoc etiam quòd erat Verbum, per quod facta sunt omnia, aderat ei facultas omnia bene operandi. Non ergo secundũ humanam naturam indigebat alia gratia nisi vnione ad Verbum.

¶ 3 Præterea, Illud, quod operatur per modum instrumenti, non indiget habitu ad proprias operationes, quia habitus fundatur in principali agente. Humana autem natura in Christo fuit sicut instrumentum diuinitatis: vt dicit Damasc*. in 3. lib. Ergo non debuit in Christo esse aliqua gratia habitualis.

Li. 3. orth. fid. c. 15. à medio.

Sed contra est, quòd dicitur Isa. 11. Requiescet super eum spiritus Domini. Qui quidem in homine esse dicitur per gratiam habitualem, vt in Prima parte dictum est †. Ergo in Christo fuit gratia habitualis.

P. p. q. 43. art. 6.

Respondeo dicẽdum, quòd necesse est ponere in Christo gratiam habitualem, propter tria. Primò quidem propter vnionem animæ illius ad Verbum Dei: Quãtò enim aliquod receptiuum est propinquius causæ influenti, tanto magis participat de influentia ipsius. Influxus autem gratiæ est à Deo: secundum illud Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Et ideò maximè fuit conueniens, vt anima illa reciperet influxum diuinæ gratiæ. Secundò, propter nobilitatẽ illius animæ, cuius operationes oportebat propinquissimè attingere ad Deum per cognitionem & amorem: ad quod necesse est eleuari humanam naturam per gratiam. Tertiò, propter habitudinem ipsius Christi ad genus humanum. Christus enim, inquantum homo, est mediator Dei & hominũ, vt dicitur 1. ad Tim. 2. & ideo oportebat, quòd haberet gratiam etiã in alios redundantem, secundum illud Ioan. primo, De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus est verus Deus secundũ personam & naturam diuinam: sed quia cum vnitate personæ remanet distinctio naturarũ (vt ex supradictis patet†) anima Christi non est per suam essentiam diuina: vnde oportet quòd fiat diuina per participationem, quæ est secũdum gratiam. Q. 2. arti. 1. & 2.

Ad secundũ dicendum, quòd Christo, inquantum est naturalis filius Dei, debetur hæreditas æterna, quæ est ipsa beatitudo increata, per increatũ actum cognitionis & amoris Dei, eundem scilicet, quo Pater cognoscit & amat seipsum, cuius actus anima capax non erat propter differentiã naturæ. Vnde oportebat, quòd attingeret ad Deum per actum fruitionis creatum: qui quidem esse non potest nisi per gratiam. Similiter etiam, in quantum est verbum Dei, habuit facultatem omnia bene operãdi operatione diuina: sed quia præter operationem diuinam oportet poni in eo

operatio-

operationem humanam (vt infra patebit*) oportuit in eo esse habitualé gratiam, per quam huiusmodi operatio in eo esset perfecta.

q.19.ar.1.

Ad tertium dicendum, quòd humanitas Christi est instrumentum diuinitatis, non quidem sicut instrumentum inanimatum, quod nullo modo agit, sed solum agitur, sed tanquam instrumentum animatum anima rationali, quod ita agitur, quod etiã agit. Et ideo ad conuenientiam actionis oportuit eũ habere gratiam habitualem.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est, necesse est ponere in Christo gratiam habitualem. Primò, quia anima eius maximè propinqua est principio gratiæ, sed quanto aliquod receptiuum est propinquius causæ influenti, tantò magis participat de influentia ipsius. Secũdò, anima illa nobilissimas habet operationes videndi, & amãdi Deum, ad quod necesse est eleuari naturã rationalem per gratiã. Tertiò, mediator Dei, & hominum est Christus in quantum homo, & ideo oportebat, quòd haberet gratiam, quę etiam in alios redundaret, de cuius plenitudine accepimus omnes, oportebatque animam eius per actum fruitionis creatum qui est per gratiam, attingere ad Deum, quanuis vt filius naturalis est, debeatur ei hæreditas ęterna per actum increatum cognitionis, & amoris Dei. Hæc etiam conclusio probatur ex illo Esaiæ 11. Requiescet super eum Spiritus Domini, &c.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Quid sit gratia. QVid sit gratia habitualis, & quomodo diuidatur, disputant copiosè doctores in 2.d.26. Sed copiosius D.Th.1-2.q.110. Certè gratia habitualis est qualitas animæ inhærens, per quam homo gratificatur interius, & efficitur consors diuinæ naturę, qua definitione ad hunc modũ statuta arguitur ad probandũ quòd gratia habitualis in Christo sit ociosa. Nam sine gratia habituali ille homo esset Deo gratus, & verè affirmaretur de illo. Hic est filius meus dilectus, & eius opera studiosa essent infinitè meritoria, quia procederent à suppositio infinitè grato Deo, ergò non indiguit gratia habituali. Prętereà, hic homo Christus non est plus gratus cum gratia, quam sine illa, ergò ociosè ponitur in illo. Probatur antecedens, nam semper est gratus infinitè Deo. ¶ Tertiò, iste homo est infinitè gratus Deo, ergò non est opus gratia creata. Probatur cõsequentia. Nam gratia creata non potest efficere hominem infinitè gratũ Deo. ¶ Ad hæc, si Petrus est gratus, vndecunq; sit gratus, anima eius est grata, ergò si verbum incarnatum est gratum Deo, etiam eius humanitas. ¶ Cõfirm. Nam si verbi humanitas esset grata, verbum vtiq; esset gratum, ergò ècontra si verbũ est gratum, etiam eius humanitas erit grata, ergò non est opus gratia creata. ¶ Item, gratia quæ est qualitas animæ inhærens non habet ex se facere hominem gratum, & Deo acceptum, ergò potest Deus facere hominem gratũ per albedinem, ergò multò magis per diuinitatem vnitam hypostaticè. Probatur antecedens. Nam si esset effectus formalis gratiæ habitualis facere hominem gratum Deo, sequitur quod Deus de potentia sua absoluta non possit facere hominem gratum sine gratia habituali, sicut non potest facere album sine albedine, quod ab omnibus Theologis improbatur, ¶ Vltimò, fideles tantùm tenemur credere, & confiteri, quòd Christus est patri ętherno gratus, sed potest esse Deo gratus sine habitu gratiæ superaddito animæ, per vnionem hypostaticam, & per acceptationem diuinam. Certè ciuis est gratus regi non per aliquẽ habitum superadditum animę, sed per fauorem regis. Et multi Theologi tenẽt, quòd gratia & virtutes nõ sunt habitus infusi. ¶ De hac quæstione, de qua tractant Theologi 3.d.13. sunt variæ sententiæ. Aliqui dicunt quòd in anima Christi non fuit necessaria gratia habitualis, & creata, quam sententiam commemorat Palud. in d.citata q.2. Alij dicunt gratiam habitualem sic fuisse necessariam in Christo, vt etiam de potentia Dei absoluta non potuerit mereri, nec habere operationes supernaturales sine tali gratia. Alij verò media via dicunt, quòd in Christo fuit necessaria gratia habitualis de lege ordinaria, & suaui Dei dispositione, at de potentia Dei absoluta optimè potuit mereri, & habere operationes supernaturales sine gratia Dei habituali. Vt veritas elucidetur notandũ, quòd de gratia possumus tripliciter loqui, vno modo, vt est quædam entitas, & res vera habitus quidam in anima inhærens. Alio modo possumus loqui de gratia secundũ suũ effectum formalem, qui est facere hominem Deo gratũ, & acceptũ. Tertio prout est quędam rectitudo, & sanitas animæ, & potentiarũ eius. ¶ Hoc posito sit prima cõclusio. Certum est secundum fidẽ, quòd in anima Christi fuit gratia. Patet Esa.11. Requiescet super eũ spiritus Dñi, qui quidem dicitur esse in homine per gratiã habitualẽ. Idẽ patet Luc.2. Et

Vtrùm gratia habitualis in Christo fuerit ociosa? Primum argumẽtũ

Secundum

Tertium.

Quintum.

Confirmat.

Quartum.

Vltimum.

De gratia tripliciter possumus loqui.

1. Cõclusio

Esa.11.

Luc.2.

Mat.3. Ioã.1.&10. gratia Dei erat in illo. Et Matth.3. dicit Pater: Hic est filius meus. &c. Et Ioã.1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre plenum gratiæ, & veritatis. Et Ioan.10. Quem Pater sanctificauit. Quæ omnia testimonia intelliguntur de Christi humanitate. Secundò. Idē probatur ex testimonijs scripturæ, & cōciliorum in quibus planè dicitur, quòd homini iusto infunduntur gratia, charitas, & virtutes.

Cōci. Trid. Sed insigniter hoc diffinitur in concil. Tridē. sess. 6. c. 7. & can. 11. vbi dicitur, Si quis dixerit hominem iustificari vel sola imputatione iustitię Christi; vel sola remissione peccatorum exclusa gratia, & charitate, quæ in cordibus hominum diffundatur, & inhæreat; vel dixerit gratiam esse tantum fauorem Dei, anathema sit. Vbi planè diffinitur, quòd gratia in Christo, & etiam in omnibus iustis est aliquid creatum animæ inhærens. Idem etiam proba

2. Cōclusio tur ex rationibus D. Tho. hic. ¶ Secunda conclusio. Certum est secundum fidem in anima Christi fuisse gratiam formaliter secundum suum effectum formalem. Probatur, nam anima Christi fuit grata Deo. Iterū, anima Christi ab instāti suæ conceptionis fuit beata, vt est veritas, ergò ab instanti suæ cōceptionis fuit Deo grata. Tertiò probatur, nam anima Christi habuit operationes supernaturales charitatis, obedientiæ, religionis quæ maximè erant gratæ Deo, ergò anima ipsa erat grata, & accepta Deo. Vltimò probatur, ex testimonijs scriptu

3. Cōclusio ræ superiori conclusione adductis. ¶ Tertia conclusio. Secūdum fidem gratia est aliquid creatum inhærens animæ hominis grati, vel in ipso homine. Hæc conclusio patet ex diffinitione conci. Triden. iam citata. Nam concilium diffinit hominem non iustificari, nec gratificari coram Deo per iustitiam quæ est in Christo, nec per illam quæ est in Deo, sed iustitia, & gratia quæ diffunditur inhæret cor

4. Cōclusio dibus iustorum. ¶ Quarta conclusio. Non est de fide, quòd Christus Dominus habuit gratiam habitualem, nam non est de fide, quòd sint habitus infusi, sed est ingens temeritas, & ferè hæresis negare habitus infusos. Hæc conclusio probatur euidentius. 1.2. q. 51. ar. 4. & q. 63. vbi agitur ex professo de habitibus infusis.

Obiectio. Nunc statuatur pro certo. Sed dices, si gratia est aliquid creatū hærens animæ, quid potest esse nisi habitus? quia certū est non esse actus, vt patet in paruulis qui iustificātur per baptis

Solutio. ma sine aliquo actu. Respōdetur, quod difficillimè explicatur, quomodo gratia nō sit habitus, sed explicatur vtcunq; hoc exēplo. Fides docet, quod peccatū originale est transfusum à primo homine in omne genus humanū, & inesse omnibus hominibus, & vnicuiq; esse propriū, vt diffinit cōcil. Trid. sess. 5. can. 3. & 4. at hoc peccatum originale non est aliqua qualitas ab anima distincta, nec ponit aliquē habitū, vel actū in anima, cui inhæret, sed tantū inordinationē potentiarū, & animā inuisam Deo. Eodē modo fides docet, quòd gratia est aliquid creatū animæ inhærens, sed nō docet fides, quòd est aliqua qualitas habitualis distincta ab anima. Sed poterit quis dicere sine errore hæretico, quod est quędā rectificatio & sanitas, & pulchritudo animæ nō distincta realiter ab ipsa anima, sed negare quòd sit habitus infusus est magna temeritas, vt diximus. ¶ Cōclusio quinta. De potētia Dei absoluta potuit nō habere gratiā habitualē, & potuit nō esse gratus Deo secundū humanitatē. Patet, nā stat quantū est de se, quòd humanitas Christi nō sit accepta ad gloriā. Itē posset fieri vt verbū assumeret naturā in puris naturalibus, id est, sine gratia, & sine peccato, & tūc nec esset grata, nec ingrata Deo. Certè mihi est euidēs, quòd potuit assumere naturam humanā, quæ nec esset habitura gloriā, nec vitā beatā, sed secundū legē ordinariam fuit maximè cōueniens, vt Christus esset gratus Deo secundū humanitatē, sicut est beatus secundū humanitatē. ¶ Cōclusio sexta. De potētia Dei absoluta Christus nō potuit esse ingratus, & inuisus Deo. Patet, de potētia Dei absoluta nō potuit esse peccator, vt infra dicemus, ergò. Item de potētia Dei absoluta non potest esse, quod nō sit filius Dei, ergò nō potest esse ingratus Deo. ¶ Sed cōtra arguitur. Nā filius Dei potest assumere naturā humanam in peccato existentē, & in illo permanentē, ergò potest esse peccator, & sic Deo ingratus. ¶ Respōdetur, quòd cōtinuò atq; assumeret naturam in peccato existentē deleret illius peccatū. Sed iā respōdeamus ad argumēta in principio facta. ¶ Ad 1.2. & 3. respōdetur, quod Christus est verus Deus, & ratione diuinitatis est infinitè gratus patri æterno, sed quia cū vnitate personæ remanet distinctio naturarū vt est vera fides, & anima rationalis non est diuina per suā essentiā, ideo oportet, quod sit diuina per participationē, quæ est secundū habitum gratiæ. Hāc solutionē dat hīc D. Tho. ad 1. & 2. ¶ Ad quartū respōdetur, esse impossibile, quod Petrus sit acceptus ad vitā æternā, & eius humanitas nō sit grata Deo, tū quia humanitas est intima, & cōnaturalis Petro, tū quoniā est impossibile, quòd Petrus videat Deū, & nō eius anima; at suppositū diuinū in Christo potest esse Deo gratū, & nō eius humanitas, & sic nō quadrat exemplum. ¶ Ad quintum negatur antece-

5. Cōclusio

6. Cōclusio

Obiectio.

Solutio.

Ad argum. in principio.

Ad quartū

Ad quintū

antecedens, sentio enim quòd gratia, quæ est qualitas suapte natura facit hominem gratũ Deo, aliàs non magis redderemur grati Deo per gratiam, quàm per albedinem. Et ad argumentum in contrarium respondetur, quòd est duplex effectus formæ, vnus primarius, qui non potest à forma separari. Alter secundarius, qui potest separari. Exemplum est in quantitate, cuius effectus primarius est facere rem diuisibilem, & hic effectus non potest esse sine quantitate. Alter secundarius, quòd sicet faciat partẽ extra partẽ, & hic potest separari à quantitate, vt dicunt Philosophi. Aliud exẽplũ est in materia prima. Deus namq;, vt sentiunt viri docti, potest facere vt maneat sine forma, cum tamen existere sit effectus formæ formalis secundarius. Dicendum ergò est quòd gratia, quæ est qualitas, habet pro effectu primario facere hominem gratum, & pulchrum intrinsecè sic qualificatum, & hic effectus non potest esse absq; eo quòd gratia dif fundatur in cordibus nostris, at effectus secũdarius est facere hominem gratum, & acceptum Deo, & hic potest suppleri à Deo sine gratia, quæ sit qualitas animis nostris inhærens.

Effectus formalis duplex.

Ad vltimũ. ¶ Ad vltimũ negatur minor loquẽdo de lege ordinaria, & secũdum suauem Dei dispositionem. Et simile quod adducitur nihil valet, nã amor humanus non causat bonitatem in homine qui amatur, amor verò diuinus causat bonitatem, & pulchritudinem in amato.

Dubium Vtrũ filius Dei sine gratia habituali possit mereri. ¶ Est aliud dubium, vtrùm si filius Dei assumeret naturam in purisnaturalibus, id est, sine peccato, & gratia possit mereri. Probatur quòd non. Nam ad meritum requiritur ordo in finem supernaturalem, at in puris naturalibus non est talis ordo, ergò.

Primum argumentũ.

¶ Secũdò. Ad meritum requiritur participatio naturæ diuinæ, & hæc non potest haberi nisi per gratiam, vt dicit hic D. Tho. fol. 1. & 2. ergò.

Secundum.

¶ Deindè, vt sit meritum de condigno necessariũ est, quòd opus proportionetur fini supernaturali, qui est vita æterna, vt dicit sæpè D. Tho. 1. 2. q. 114. ar. 2. & 3. at in puris naturalibus nõ est aliquod opus proportionatum fini supernaturali, qui excedit omnem naturam, ergò in tali statu nõ potest esse meritum.

Tertium.

¶ Præterea, ad meritum vitæ æternæ est necessaria operatio supernaturalis, nam operatio ex facultate naturæ cõparata non potest attingere finem supernaturalem excedentem omnes vires naturæ, ergò in puris naturalibus non potest esse meritum.

Quartum.

¶ Vltimò. Vnio hypostatica de se, & in sui ratione tãtum habet communicare esse diuinũ personale, & de se non includit ordinem ad beatitudinem creatam, & ad eius participatio nem, ergò vnio hypostatica de se non præbet vires ad merendũ vitã æternã. Explicatur hoc. Nam si vnio hypostatica de se includit ordinem ad beatitudinem, sequitur quòd Deus de potentia absoluta non possit assumere naturã humanam sine eo, quòd illam beatificaret, cuius contrarium suprà diximus. Nam quæ sunt de natura rei Deus non potest immutare. Hæc omnia confirmantur autoritate D. Thom. hic in fol. 1. & 2. vbi dicit apertè esse necessarium, quòd humanitas Christi vel eius anima eleuetur per gratiam habitualem, vt possit habere operationes supernaturales. Et de verit. q. 29. ar. 1. in corp. & ad 4. & ad 5. ad 4. dicit, quòd prẽter gratiam vnionis est necessaria gratia habitualis in Christo ad meritum, à qua gratiã habituali operationes Christi habent rationẽ meriti. Nec satis explicatur hæc doctrina dicẽdo, quòd loquitur D. Tho. de potentia Dei ordinaria, nam quantum colligitur ex textu D. Tho. loquitur de his, quæ simpliciter, & absolutè sunt necessaria ad rationem meriti, quæ verò sunt necessaria ad rationem, & essentiam rei Deus non potest mutare. Contrarium suadetur optimis argumentis.

Quartum.

¶ Primò, vt opus sit meritorium coram Deo, sufficit, quòd sit opus studiosum, & suppositum à quo progreditur sit gratum Deo, at Christus sine gratia habituali esset Deo infinitè gratus, & efficeret opera moraliter bona, & studiosa, imò perficeret omne opus humanæ consentaneum rationi, ergò.

Primum argumẽtũ in oppos.

¶ Secundò, gratia vnionis præstat in infinitum gratiæ habituali creatę, vt suprà demonstrauimus, at gratia habitualis est principiũ meriti, ergò multò magis poterit esse principium meriti gratia vnionis, saltem de potentia Dei absoluta.

Secundum.

¶ Tertiò, sequitur ex opposita sententia, si requiritur gratia habitualis ad meritum Christi, quòd eius meritum, & satisfactio non sit infinita de rigore iustitiæ, cuius contrarium suprà diximus. Probatur sequela, nam iuxta oppositam sententiã meritũ Christi, & satisfactio fundatur in gratia creata, habituali, & finita, & non de rigore iustitiæ, siquidem dependet ex acceptatione diuina.

Tertium.

¶ Præterea, meritum fundatur in ordinatione diuina, vt sæpè dicit D. Tho. 1. 2. q. vltim. at Deus de potentia sua absoluta potuit ordinare, operationes Christi naturales ad beatitudinem supernaturalem, ergò in puris naturalibus potest esse meritum.

Quartum.

¶ Vltimò arguitur. Deus de potentia sua absoluta potest facere, quòd homo habeat actum fidei, & charitatis sine habitu fidei, & charitatis, ex solo diuino auxilio, imò potest facere quòd homo videat Deum sine habitu luminis gloriæ supernatu-

Vltimum.

ralis per ſolum diuinum auxiliũ, ergò de potentia Dei abſoluta poteſt eſſe meritum ſine gratia habituali ex ſolo diuino auxilio eleuante naturam ad operationem ſupernaturalem.

1.Cõcluſio ¶ Pro huius expoſitione ſit prima concluſio. Certum eſt, quòd de potentia Dei abſoluta non eſt neceſſaria gratia habitualis ad meritum in nobis, vel in Chriſto. Probatur hæc concluſio ex ſententia omnium Theologorum dicentium, quòd poſſumus iuſtificari, & mereri vitam æternam ſine habitibus infuſis de potentia Dei abſoluta. Idem probatur argumento vltimo iam facto pro parte affirmatiua quæſtionis. ¶ Secunda concluſio. Probabile eſt, quòd purus homo etiam de potentia Dei abſoluta non poteſt mereri ſine auxilio ſupernaturali eleuante naturam ad operationes ſupernaturales. Hanc concluſionem eſſe veram probant argumenta, quæ pro parte negatiua quæſtionis ſunt adducta. Vnde dicendum eſt, quòd poteſt quidem Deus operationes naturales ordinare ad vitam æternam conſequendam, ſed in eis non eſſet propriè meritum, nam in eis propriè non eſt dignitas ad vitam æternã, ſed haberent vim meriti ex acceptatione diuina extrinſeca, eſt ſimile, ſi Deus conferret beatitudinem propter conſanguinitatem vel pulchritudinem. ¶ Tertia cõcluſio. Chriſtus Dominus licet nullam gratiam creatam ſuſcepiſſet mereretur coram Patre æterno, & eius opera eſſent infinitè meritoria, ſicut modo. Hanc ſententiam docuit Pater Victoria, & Soto 3. de nat. & grat. ca. 6. & in 4. d. 19. q. 1. ar. 2. Et probatur primò. Opera Chriſti ſunt infiniti valoris perſonaliter, nam ſunt opera verbi incarnati, vt ſuprà probatum eſt, ſed tunc eſſent opera huiuſmodi, ergò eſſent infinitè meritoria. Item, nam euidens contradictio eſt, quòd Chriſtus filius Dei offerat aliquod opus Patri, & opus illud non ſit infinitè illi acceptum. Præterea, ſi Chriſtus offerret ieiunium Patri in ſatisfactionem omnium ſcelerum ſine dubio ſatisfaceret de rigore iuſtitię, & opus eius eſſet infinitè meritorium. Quod probatur, nam plus eſt quòd perſona diuina per vnum temporis momentum patiatur vel minimum pœnæ, quàm vniuerſa pœna omnibus ſceleribus debita. Ad hæc, ieiunium amici Dei in gloriam Domini relatum, eſt meritorium vitæ æternæ de cõdigno, vt eſt veritas. At ieiunium filij Dei naturalis præſtat multis titulis in valore, & dignitate, ergò eſt plus meritoriũ. Vltimò. Opus hominis iuſti ideo eſt meritoriũ corã Deo, quia procedit ex motione Spiritus ſancti, vt dicit D. Tho. 1.2.q. vlti. ar. 2. & 3. at opus Chriſti procederet ex motione verbi, ergò eſſet maximè meritoriũ. Quod confirmatur, nã ad meritũ bonorũ operum ideo eſt neceſſarium diuinum auxiliũ ſupernaturale, vt eleuet potentias, & operationes ad finem ſupernaturalem, ſed opera Chriſti ex vnione hypoſtatica, quia erant opera verbi incarnati erant infinitæ dignitatis, ergò erãt maximè meritoriæ. Et ex hoc confutantur argumenta pro parte negatiua quæſtionis.

M. Victor. Soto. D. Thom.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm in Chriſto fuerint virtutes.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd in Chriſto non fuerint virtutes. Chriſtus enim habuit abũdantiam gratię; Sed gratia ſufficit ad omnia rectè agendum, ſecundum illud ſecundę ad Corin. 12. Sufficit tibi gratia mea. Ergo in Chriſto non fuerunt virtutes. 44 Infrà art. 3. ad 1. & 2. Et quæſt. 15. ar. 2. c. Et 3. diſt. 13. q. 1. ar. 1. c.

¶ 2. Præterea, Secundum Philoſophum 7. Ethi.* virtus diuiditur cõtra quendam heroicum ſiue diuinum habitum, qui attribuitur hominibus diuinis: Hic autem maximè conuenit Chriſto. Ergo Chriſtus non habuit virtutes, ſed aliquid altius virtute. li. 7. ech. in princ. to. 3.

¶ 3. Præterea, Sicut in ſecunda parte dictum eſt*, virtutes omnes ſimul habentur: Sed Chriſto non fuit cõueniens habere omnes virtutes, ſicut patet de liberalitate & magnificentia: quæ habent actum ſuum circa diuitias, quas Chriſtus contempſit, ſecundum illud Matth. 8. Filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Temperantia etiam & continentia ſunt circa concupiſcentias prauas, quę in Chriſto non fuerunt. Ergo Chriſtus non habuit virtutes. 1.2.q.65. arti. 1. & 3.

Sed contra eſt, quòd ſuper illud Pſalm. 1. Sed in lege Domini voluntas eius, dicit gloſ*. Hic oſtenditur Chriſtus plenus omni bono: Sed bona qualitas mẽtis eſt virtus. Ergo Chriſtus fuit plenus omni virtute. gloſ. ordi. ibi ex Caſſiodoro.

Reſpon-

Respondeo dicendũ, quòd sicut in
p.2.q. 110. ar.1.& 3. Secũda parte dictũ est*, sicut gratia respicit essentiam animę, ita virtus respicit potentiam eius. Vnde oportet quòd sicut potentię animæ deriuantur ab eius essentia, ita virtutes sint quędam deriuationes gratiæ. Quantò autem aliquod principium est perfectius, tantò magis imprimit suos effectus. Vnde cùm gratia Christi fuerit perfectissima, consequens est quòd ex ipsa processerint virtutes ad perficiendum singulas potentias animæ, quantum ad omnes animæ actus. Et ita Christus habuit omnes virtutes.

Ad primum ergo dicendum, quòd gratia sufficit homini, quantum ad omnia, quibus ordinatur ad beatitudinem: Horum tamen quædam perficit gratia immediatè per seipsam, sicut gratum facere Deo, & alia huiusmodi: quędam autem mediantibus virtutibus, quæ ex gratia procedunt.

Ad secundum dicendum, quòd habitus ille heroicus vel diuinus non differt à virtute communiter dicta, nisi secundum perfectiorem modum: in quantum scilicet aliquis est dispositus ad bonum quodam altiori modo, quã communiter omnibus competat. Vnde per hoc non ostenditur, quòd Christus non habuerit virtutes, sed quòd habuerit eas perfectissimè vltra communem modum. Sicut etiam Plotinus posuit quendam sublimem modum virtutum, quas esse dixit animi purgati.

Ad tertium dicendum, quòd liberalitas & magnificentia commendantur circa diuitias, in quantum aliquis non tantùm appretiatur diuitias, quòd velit eas retinere, prętermittendo id quod fieri oportet. Ille autem minimè diuitias appretiatur, qui penitus eas cõtemnit, & abijcit propter perfectionis amorẽ. Et ideo in hoc ipso, quòd Christus omnes diuitias contempsit, ostendit in se summum gradum liberalitatis & magnificentiæ. Licet etiam liberalitatis actum exercuerit, secũdum quod sibi conueniens erat, faciendo pauperibus erogari quę sibi dabantur. Vnde cùm Dominus Iudæ dixit, Ioannis 13. Quod facis, fac citiùs, discipuli intellexerunt Dominum mandasse, quòd egenis aliquid daret. Concupiscentias autem prauas Christus omnino non habuit, sicut infrà patebit*: nec propter hoc tamen excluditur quin habuerit tẽperantiã, quæ tantò perfectior est in homine, quantò magis prauis concupiscẽtijs caret. Vnde secundum Philosophũ 7. Ethi.* temperatus in hoc differt à cõtinente, quòd tẽperatus non habet prauas concupiscentias, quas continens patitur. Vnde sic accipiendo continentiã, sicut Philosophus accipit, ex hoc ipso, quòd Christus habuit omnem virtutẽ, non habuit continentiam, quę non est virtus, sed aliquid minus virtute.

q.15. art.1. & 2.

li.7. ethic. cap. 9. non remotè à fi.to.5.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua. Probaturq; ex glossa super illud Psalm.1. Sed in lege Domini fuit voluntas eius. Idem patet, quia gratia Christi fuit perfectissima ex qua procedebant virtutes ad perficiendum singulas potentias animæ quantum ad omnes actus eius. Nã quantò aliquod principium est perfectius, tãtò magis imprimit suos effectus. Et certè sicut gratia est in essentia animæ, ita virtutes in potentijs. Conclusio.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Videtur certè in primis quòd in Christo non fuerint vllæ virtutes. Nã quicquid potest Deus facere cum causa secunda potest facere se solo, sed Christus Dominus habuit vnitam sibi diuinitatem, per quã poterat omnia perfectissimè operari, ergò non est opus superaddere virtutes, quibus rectè, & studiosè operaretur. ¶ Deindè, Deus est sapiẽtia, bonitas, & ipsa virtus, & certè si diuinitas esset albedo per solam vnionem cum corpore faceret album, ergò cum Christus habeat diuinitatem sibi vnitam hypostaticè, quæ bonitas, & virtus est, nõ fuit opus alias virtutes superinfundere. ¶ Præterea, Aliqui homines ex sola complexione naturali meliùs inclinantur ad opera virtutum, quàm alij per virtutes, sed Vtrùm in Christo fuérint virtutes. Primum argumẽtũ. Secundum. Tertium.

Christus Dominus fuit optimæ complexionis, ergò non indiguit virtutibus. ¶ Vltimò. Hoc pertinet ad dignitatem Christi, & in eo non est euidens impossibilitas, ergò ita assetendum est. Certè Palude in 3. distinctione 13. quæstione 2. refert opinionē quorundam asserentium, quòd in Christo non fuere virtutes creatæ. Et certè, quòd in eo non fuerint virtutes acquisitæ his argumentis suadetur.

Vltimum.

Palud.

An fuerint in Christo virtutes acquisitæ.

Prim. argu. ¶ Tū, quia Christus non habuit passiones immoderatas, & immodicas, quas virtutes moderarentur, & compescerent. ¶ Tùm deindè, quia etsi Christus has virtutes non haberet, non poterat peccare, neque agere perperam moraliter, nec deflecti à rationis regula, quorsum ergò in eo ponuntur virtutes? Deus enim, & natura nihil faciunt frustrà. ¶ Tùm vltimò, quia ex actibus virtutum infusarum non generantur virtutes acquisitæ, vt exploratum est ab omnibus Theologis, sed omnes actus Christi fuerunt virtutum infusarum, vt potè exerciti propter nostram salutē, & propter finem supernaturalem, ergò non habuit virtutes acquisitas. Vt istæ dubitationes exponantur, in primis dicendum est, Deum de potentia Dei absoluta efficere posse vt quis ita bene, & melius quidem operetur studiose, & rectè sine habitibus virtutum, atque cū illis. Patet ex illo axiomate communi. Quicquid Deus potest facere cum causa secunda efficiente, potest facere se solo, habitus autem virtutum sunt causæ efficientes, & veluti quædam instrumenta ad opera virtutum efficienda, ergò absque illis potest Deus efficere vt homo opera virtutum præstantissimè præstet. Hoc ipsum confirmatur. Nam virtus effectiuè se habet producendo, moderando, intendēdo actū virtutis, ergò hanc efficientiā Deus potest supplere, sicuti potest supplere efficientiā caloris. Ad hæc, virtus nō ponitur ad substantiam operationis producendā, sed ad modum, vt promptè, facilè, & cum delectatione operemur, hoc Deus omni dubio procul supplere potest. Pro cuius euidentiore declaratione sciendum est, quòd sicut Deus non potest supplere denominationem caloris, nō enim potest facere calidum sine calore, potest tamen efficientiam caloris supplere, vnde sine calore calefacere poterit: sic sanè potest efficientiā habituū supplere, denominare aūt animā studiosam non potest. Sed dicet Theologus, ergò talis homo studiosus non esset, si quidem talis à sola virtute denominatur, quam denominationem, si vera sunt, quæ diximus, Deus supplere non potest. Magnum certè argumentum, sed quod solutionem habet. Nam quòd homo sit studiosus, non est denominatio formalis adæquata, quam faciat virtutis habitus. Nam si quis promptè, & delectabiliter operetur opera virtutis, studiosus vocabitur per solos virtutum actus. Denominatio autem formalis, quam facit habitus in anima, quamque Deus supplere non potest, est facere hominem studiosum habitualiter per qualitatem inhærentem. Secundo dico, quòd Deus secundum legem ordinariam, & communem cursum nunquam facit hominem studiosum sine virtutibus superadditis. Deus enim suauiter disponit omnia, & sicut dedit agentibus naturalibus instrumenta ad operandum, sic & agentibus liberis, & in Christo non sunt ponenda miracula sine necessitate. Et ideo dico tertio, quòd in Christo fuit plenitudo virtutum, & quidem in gradu heroico, & perfectissimo. Hanc sententiam esse veram probat sufficienter Diuus Thomas in articulo. Sed sciendum est, quòd licet probationes Diui Thomæ potissimè procedant de virtutibus infusis, quæ simul infunduntur cum gratia, & sunt veluti potentiæ gratiæ ad operationes supernaturales, nihilominus tamen conclusio Diui Thomæ est intelligenda de omnibus virtutibus, tam infusis, quam acquisitis. Oportet enim Theologus constituat omnes potentias animæ Christi fuisse perfectas non solum in ordine ad finem supernaturalem, & ad regulam diuinam, sed etiam in ordine ad finem naturalem, & ad regulam rationis humanæ, imò certissimè asserendum est, quòd ab instanti suæ conceptionis habuit istas virtutes acquisitas, infusas per accidens, vt esset perfectus in vtroque statu gratiæ, & naturæ. Sicut dicimus, quòd primo parenti à principio conditionis suæ fuerunt infusæ istæ virtutes per accidens, quas alioqui poterat suis operibus comparare. Sed dicet Theologus, si hæc vera sunt, consequens est, quod actus virtutum, quos exercebat Christus non generabant, nec producebant virtutes, siquidem iam à principio eas habebat. Respondetur quòd per actus virtutum in Christo augebantur virtutes præexistentes, non producebantur de nouo. Quod si dicas, quid est in causa, quòd Christus Dominus virtutes morales non acquisierit suo marte, & proprijs actibus, sicut acquisiuit scientias humanitus acquisitas virtute intellectus agentis? Ad satisfaciendum huic percunctationi quidam Theologi dicunt, quòd Christus Dominus ab instanti suæ conceptionis acquisiuit virtutes morales per proprium actum. Etenim in primo instanti vsus

Expositio.

Argumētū.

Solutio.

Virtutes fuerunt in Christo in gradu heroico.

Obiectio.

Solutio.

rationis

rationis habuit actum perfectissimum virtutis, & meritorium quo sibi comparauit omnium virtutum plenitudinem. Verum hæc sententia sustineri non potest, tùm quoniam virtutes humanæ acquisitæ regulantur per rationem, & scientiam humanam. qua in re potissimum distinguuntur ab infusis, quæ regulantur scientia supernaturali, sed Christus Dominus in primo instanti suæ conceptionis nõ habuit scientiam humanam, sed eam acquisiuit ex rerum experientijs, ergò in primo instanti vsus rationis non acquisiuit per proprios actus virtutes morales acquisitas. Deindè, quædam virtutes morales acquisitæ sunt in appetitu sensitiuo, & in corpore constituuntur, vt fortitudo, & temperantia, quæ proinde sequuntur cognitionem sensitiuam, & perfectam quidem sicut requiritur ad virtutis perfectę dispositionem, sed hanc non habuit Christus in infantili ætate, ergò non comparauit prædictas virtutes per actus proprios, maximè quia virtutes acquisitæ vt sunt in gradu heroico, oportet vt acquirantur magno temporis spatio, & exercitio. Præstat ergò dicere, & ita dicendum est Christum Dominum à principio prædictas virtutes per infusionem à Deo habuisse. Quartò dico conclusionem D. Thom. esse intelligendam de virtutibus, quæ non repugnant statui beatifico, vnde Christus Dominus non habuit fidem, nec spem, vt docet Diuus Thomas sequenti articulo, quoniam fides, & spes repugnant cum clara Dei visione, & possessione vitæ æternæ. Rursus, exponenda est conclusio de virtutibus, quæ non pugnant cum dignitate verbi diuini. Vnde in Christo non fuit virtus pœnitentiæ, nam hæc virtus suapte natura destinatur ad satisfaciendum pro peccatis propijs, Christus verò non potuit habere peccata propria, & ob eandem causam Christus non habuit virtutem continentiæ, vt docet Diuus Thomas in solutione tertij. Nam hæc virtus patitur secum rebelles, & exorbitantes passiones, cum quibus semper bellum gerit. Dico quinto esse certum secundum fidem in Christo fuisse actus aliquarum virtutum, vt mansuetudinis, obedientiæ, charitatis, vt passim testantur diuinæ scripturæ. De habitu verò charitatis sentiendum est sicut in præcedenti articuli, de habitu gratiæ dictum est, esse certum, quòd charitas in Christo est aliquid creatum animæ eius inhærens, per quod diligit Deum. Vtrùm verò sit habitus infusus nondum planè diffiniuit Ecclesia, verum nec est fides, nec pertinet ad fidem dicere in Christo Domino fuisse virtutes morales

Virtutes quę sunt in Christo nõ repugnant cum statu beatifico.

infusas, nam multi Theologi sine errore existimant, quòd sufficit charitas cum virtutibus adquisitis sine infusis ad vitam rectè instituendam. De qua sententia disputatur 1. 2. q. 63. artic. 3. & 4. ¶ Ad primum argumentum respondetur euidenter ex eo probari, posse fieri per diuinam potentiam, vt homo sit perfectè studiosus sine virtutibus superadditis, sed Deus qui suauiter disponit omnia semper dat virtutes superadditas, quæ sunt veluti instrumenta intrinseca ad rectè, & studiosè operandum. ¶ Ad secundum argumentum respõdetur, quòd licet Deus sit ipsa bonitas, & virtus, & vniatur Christo hypostaticè non tamen inhæret animæ Christi, & ideo hęc vnio per se sola non faceret animam intrinsecè studiosam. Sicut si Deus esset albedo, si non inhęreret corpori, non faceret corpus album. Certè hoc argumẽtum probaret, quòd etiam anima Christi amaret per amorem diuinum, si quidem Deus amor est, & vnitur Christo hypostaticè. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, non mihi fieri probabile, quòd homo ex complexione naturali, ita benè se habeat ad opera virtutis, vt alius omnibus virtutibus præditus. Salua enim natura hominis licet ex complexione ad vnam actionem virtutis, vel ad alteram sit magis inclinatus, non tamen ad omnes. Nam naturale est, vt caro concupiscat aduersus spiritum; & licet ad omnes esset prõptus, non tamen ita benè sicut cum virtutibus in gradu heroico. Vnde licet Christus ex cõplexione naturali melius quam alij esset dispositus ad opera virtutum, multò melius per virtutes. ¶ Ad vltimum, iam dictum est, quemadmodum hoc pertineat ad suauem Dei dispositionem, & ad dignitatem Christi, quòd omnibus virtutibus, tam infusis, quam acquisitis sit præditus, & ornatus. Ad alia argumenta de virtutibus acquisitis. ¶ Ad primum respondetur, quòd Christus non habuit passiones immodicas, & immoderatas, sed maximè morigeras, & ad ordinem redactas, sed hoc quidẽ per virtutes, quemadmodum primus parens in statu innocentiæ non habuit immoderatas passiones, moderãtas tamen habuit eas, & ad mediocritatem redactas beneficio iustitię originalis, & cęterarum virtutum. ¶ Ad secundũ respondetur, quòd licet Christus peccare non potuerit, neque vllo modo à regula rationis deflecti, habuit tamen omnium virtutum comitatum, vt promptè, & delectabiliter, suauiter, ac ex se opera studiosa perficeret, potissimè ea, quæ ex præcepto non tenebatur facere. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, non esse necesse concedere,

Ad argum. in principio.
Ad primũ.
Ad secũdũ.
Ad tertium
Ad vltimũ.
Ad argum. secundo loco posita.
Ad primũ.
Ad secũdũ
Ad tertium

quòd omnes actus studiosi Christi, fuerint actus infusarum virtutum, nihil enim absurdi est concedere, quòd aliquando ad opera virtutum motus sit, & concitatus ex pietate naturali, & regulis humanæ prudentiæ. Quan uis necessum sit concedere, quòd omnia opera direxerit in finem charitatis. Dubium. Sed de virtutibus infusis quas ponimus in Christo, aliud dubium supereſt explicandum, num istæ virtutes infusæ in Christo sint in illo gradu, in quo gratia consistit? Et videtur ita esse, oriuntur enim ex gratia tanquam propriæ passiones, ergò sunt in eo gradu, in quo gratia consistit. Pars negatiua probatur primo. Contrarium esse verum probatur efficacius, nam gratia Christi erat summa, & infinita, vt paulò pòst dicemus, at nulla virtus in Christo erat infinita. Secundum. ¶ Deindè, non potest esse habitus virtutis infinitus intensiuè, alioqui eliceret operationem intensiuè infinitam, & ita anima Christi amaret infinitè per habitum charitatis, & infinitè delectaretur in opere virtutis, quia virtus facit delectationem, & infinitè tristaretur de peccato, & de offensa Dei, & ex consequenti non poterat naturaliter viuere, quia cum infinita tristitia non potest quis naturaliter in vita persistere. Quod si dicas, quòd per eiusmodi virtutes operabatur anima Christi finitè, videas te incidere in incommodum, & absurdum, frustrà enim dedisset Deus infinitas virtutes, nisi ad operandum infinitè, quemadmodum si Deus Soli daret infinitam lucem, certè esset ad illuminandum infinitè. Solutio dubij. ¶ Ad hoc dubium, qui tenent, quod gratia Christi fuit summa, & infinita coguntur respondere. Nos verò qui censemus gratiam animæ Christi finitam fuisse, & potuisse crescere, nullo modo difficultate huius argumenti premimur. Sed etiam qui tenent gratiam illam fuisse infinitam huius rei difficultatem effugere valent dicentes, gratiam non dari ad operandum, sed ad conferendum esse quoddam supernaturale, & participium diuinæ naturæ. Virtutes verò dantur ad operandum, & ideo non est simile. Et cum dicitur, quòd virtutes infusæ sequuntur ex gratia tanquam propriæ passiones, non est sensus ita proprius, sed sensus est, quòd sicut propriæ passiones præsupponunt essentiam, à qua dimanant, sic virtutes infusæ præsupponunt hominem esse gratum per gratiam, à qua virtutes dimanant, sed non semper in eodem gradu.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm in Christo fuerit fides.

AD tertium sic proceditur. 45
Videtur quòd in Christo fuerit fides. Fides enim est nobilior virtus, quàm virtutes morales: puta temperantia, & liberalitas. Huiusmodi autem virtutes fuerunt in Christo, vt dictum est.* Multò ergo magis fuit in eo fides. Infrà ar. 4. ca. Et ar. 3. ad 2. & art. 9. ad 1. & 1.2.q.65. ar.5. ad 3. Et 3.di. 13. q.1.ar. 2.q. 1.ad 1. Et di.36.ar.2. ad 3. Et veri.q.29.art. 4.ad 15. Et veri.q.4. ar.1.ad 11. *Ar.præce.

¶ 2. Præterea, Christus non docuit virtutes, quas ipse non habuit, secundum illud Actorum primo. Cœpit facere, & docere: Sed de Christo dicitur Hebr.12. quòd est autor & consummator fidei. Ergo in eo maximè fuit fides.

¶ 3. Præterea, Quicquid est imperfectionis, excluditur à beatis: Sed in beatis est fides: nam super illud Romanor.1. Iustitia Dei reuelatur in eo ex fide in fidem, dicit glos.* de fide verborum & spei, in fidem rerum & speciei. Ergo videtur quòd etiam in Christo fuerit fides, cùm nihil imperfectionis importet. Glos. ordinar. ibid.

Sed contra est, quod dicitur Heb.11. quòd fides est argumentum non apparentium: Sed Christo nihil fuit non apparens: secundum illud quod dixit ei Petrus Ioan.vlt. Tu omnia nosti. Ergo in Christo non fuit fides.

Respondeo dicendum, quòd sicut in Secunda parte dictum est*, obiectum fidei est res diuina non visa. Habitus autem virtutis sicut & quilibet alius recipit speciem ab obiecto. Et ideo excluso, quòd res diuina sit non visa, excluditur ratio fidei. Christus autem à primo instanti suæ conceptionis plenè vidit Deum per essentiam, vt infrà dicetur. Vnde in eo fides esse non potuit. 2.2.q.1.ar. 1. q.34.art.1.

Ad primum ergo dicendum, quòd fides est nobilior virtus virtutibus moralibus: quia est circa nobiliorem materiam, sed tamen importat quendam defectum in comparatione ad illã materiam, qui defectus in Christo non fuit.

fuit. Et ideo non potuit in eo esse fides, licet fuerint in eo virtutes morales, quę in sui ratione huiusmodi defectum nō important per comparationem ad suas materias.

Ad secundum dicēdum, quòd meritum fidei consistit in hoc, quòd homo ex obedientia Dei assentit illis, quæ non videt: secundum illud Romano. primo: Ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius. Obedientiam autem ad Deum plenissimè habuit Christus: secundum illud Phili. 2. Factus est obediens vsque ad mortē. Et sic nihil ad meritū pertinens docuit, quod ipse excellentius non impleret.

Ad tertium dicendum, quòd sicut glossa ibidem dicit, * fides propriè est, qua creduntur quę non videntur: Sed fides, quę est rerum visarum, impropriè dicitur, & secundum quandam similitudinem, quātum ad certitudinem, aut firmitatem adhęsionis.

Aug. in li. 2 q. Euang. q. 39. in prin. to. 4.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio Heb. 11.

COnclusio est negatiua. Patet ex illo ad Heb. 11. Fides est argumentum non apparentium, sed Christo nihil fuit non apparens, secundum illud, quod dixit ei Petrus Ioā. vlt. Tu omnia nosti. ergò in Christo non fuit fides. Deindè probatur, quia in primo instanti suæ conceptionis vidit Deum per essentiā, obiectum vero fidei est res non visa, & ideo excluso, quòd res diuina sit non visa, excluditur ratio fidei: quamobrem in eo non potuit esse fides, licet fuerint in ipso virtutes, quia importat quendam defectum in comparatione ad illam materiam, quam nō videt, qui defectus in Christo non fuit.

Ioan. vlt.

EXPOSITIO ARTICVLI.

COnclusionem D. Tho. persuasum habēt omnes Theologi in 3. distin. 23. 24. 26. & 31. in quibus locis diffinitur, quòd neque in Christo, neque in beatis manet fides. De qua re disputatur copiosius in 1. 2. q. 67. & 2. 2. q. 1. ar. 4. Sed Durandus in 3. d. 24. q. 1. & distinctio. 31. quæst. 3. & 4. affirmat, quòd ratio formalis fidei non est non visum, sed assentire propter autoritatem dicētis, tametsi assensus sit euidens, quo constituto principio disputat duo. Vtrùm sit hæresis dicere, quòd actus fidei maneat in vita beata? &: Vtrùm de facto sit verum, quòd maneat? In expositionem primi dicit non esse hæreticum. De secundo dicit, quod de facto fides non manet quantum ad actum, benè tamen quātum ad habitum. Neque obstat illud 1. Corinth. 13. cum venerit quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Neque illud; videmus nunc in ænigmate per speculum, tunc autem facie ad faciem. Nam sermo est de actu fidei, qui non manet in vita beata. Vel intelligitur, quòd fides non manet sicut in vita præsenti, perficitur enim maximè, in quo sensu dicit Apostolus ibidem, esse etiam euacuandum omne linguarum genus. Idem tenet Palude in 3. distinctione 24. quæstione 2. & distinct. 31. quæstio. 2. Gerson alphabeto 13. litera B. dicit, quòd opinio Durandi non est improbabilis, sed alphabeto 27. litera T. affirmat, quòd fides in beatis maneat. Erasmus in responsionibus ad articulos Parisienses videtur sentire cum Durando, vt insinuat Eckius in principio centuriarum. Et videtur profecto, quòd hæc sententia non sit admodum improbabilis. Nam scientia, visio, fides, opinio, non habent oppositas rationes, ergò possunt esse simul. Probatur antecedens: Nam de ratione visionis est præsentia rei, de ratione autem scientiæ cognoscere rem per causas, fidei verò propria ratio est assentiri propter autoritatem dicentis, opinionis verò propter rationem probabilem, sed fieri potest, vt per hæc omnia media assentiamur veritatibus fidei. ¶ Præterea, fides humana perseuerat adueniente scientia humana, vt patet in addiscente perspectiuam ex principijs creditis, talis re vera credit veritatibus perspectiuæ, quæ si postea demonstrabuntur illi, non perdit fidem, quam prius doctori adhibuerat, ergò etiam fides diuina perseuerat adueniente scientia diuina. ¶ Item, scientia adiuuatur, & intēditur propter auctoritates doctorum, & rationes probabiles, ergò fides, & opinio non aduersantur scientiæ. ¶ Insuper, quanquam demonstretur mihi ista veritas, Deus est, manet nihilominus fides diuina inclinans ad illam, siquidem assentior quia Deus dixit, & quia in diuinis literis continetur. ¶ Item, Moses, & Paulus in hac vita existentes viderunt diuinam essentiam, vt existimant Diuus Augustinus, & Diuus Thomas, at non perdiderunt fidem, erant enim viatores. Quid? quòd lumen minus non corrumpitur à maiori lumine gloriæ. ¶ Sed arguitur ex proprijs, & validissimè quidem ad probandum quòd in Christo fuerit fides. Nam Christus per scientiā infusam cognouit mysterium Trinitatis, & omnia illa quę

Durandus.

Palud.

Gerson.

Erasmus. Vtrū scientia & fides possint esse simul.

Primum argumētū.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Probatur quod in Christo sit fides. Primum argumentũ.

per diuinam reuelationem hominibus innotescunt,& omnia mysteria scripturæ; at per istam scientiam non cognouit euidenter mysterium Trinitatis,ergò obscurè,ergò habuit fidem.Probatur minor.Tùm quoniã est impossibile, quòd per species creatas cognoscatur euidenter mysterium Trinitatis, omnes namque res creatæ ducunt nos in cognitionem Dei vt effectus in cognitionem causæ. At Deus vt vnus, non vt trinus, est causa omnium rerum,propter quod verisimè dicitur omnia opera ad extra esse indiuisa totius Trinitatis. Ex quo est euidens,quòd ex effectibus creatis non possumus cognoscere euidenter mysterium Trinitatis, tùm quoniam diuinitas,&trinitas personarum non potest euidenter repręsentari,nisi per essentiam diuinam intellectui vnitam in ratione speciei intelligibilis,vt ostendit Diuus Thomas 1.parte,quæstione 12.articulo 2.ergò est impossibile,quòd cognoscatur euidenter mysterium Triniratis per speciem infusam, & creatam. Vltimò,cognitio euidens Trinitatis,& diuinitatis non est ænigmatica, ergò facialis, ergò beata.At cognitio scientiæ infusæ in Christo non est beata,ergò obscura.Sed vt veritas definiatur dico primò,esse errorem contra scripturam dicere,quòd actus fidei maneat in patria.Patet ex illo Hebræ.11. Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium.In qua diffinitione duo significantur. Alterum est, quòd fides est fundamentum spei,spes autem non manet in patria, ergò nec fides.Alterum est, quòd est persuasio de rebus non visis, at beati vident,ergò. Secundum testimonium est 2.Corin.5. Quamdiu sumus in corpore peregrinamur à Domino per fidem enim ambulamus, & non per speciem.In qua sententia significatur, quòd actus fidei tantum competit viatoribus,actus visionis beatis.Cui consonat illud suprà citatum.Videmus nunc per speculum &c. Quantum ad habitumverò dicendum est,quòd sententia D.Tho.est certa,quia non solùm pugnat cum clara visione Dei actus fidei,sed etiã habitus luminis obscuri qualis est habitus fidei,vt dicit Diuus Thomas & plenius eius interpretes 1.2.quæstione 67.qui locus omnino videndus est ad huius rei euidentiorem demonstrationem,in quo argumenta in contrarium proposita euidenter sunt confutata. Et nunc dico pro breui eorũ cõfutatione, quòd ratio propria fidei nõ est assentiri propter autoritatem dicentis, sed assentire obscurè, & ænigmaticè,fides enim est credere quod non vides,quo principio animaduerso confutantur facilè, omnia argumenta proposita. Excipio vltimum de Christo, quod habet difficilem solutionem,pro quo dico breuiter, nã longa huius disputatio pertinet ad q. 11. huius partis. Vnde dico, quòd Christus per scientiam infusam cognouit euidenter mysterium Trinitatis sine ænigmate.Secundo dico,quod hæc euidentia fuit in attestante,&in testificante,non in reipsa,nam si videret Deũ sicuti est per hanc scientiam,certè esset scientia beata.Tertio dico,quòd hęc euidentia nõ erat euidentia qua cognoscebatur diuinitas, & Trinitas,vt sunt à parte rei. Nã vt diximus hæc euidentia est visionis beatificę tantum. His positis pro solutione argumenti dico, quòd Christus per scientiam infusam, & diuinam reuelationem cognouit euidẽter mysterium Trinitatis, sed diuina reuelatio non est formalis ratio fidei nisi addatur diuina reuelatio obscura,& ænigmatica, qualis in Christo non fuit.Secundo dicendum est,quòd euidẽtia in attestante excludit fidem,vt docent vniuersi interpretes D.Thom. contra Caietanũ 2.2.q.5.ar.1.cum igitur Christus habuerit euidentiam in attestante de mysterio Trinitatis, consequens est,quòd nõ habuerit fidem,quæ sententia mihi non placet, sentio enim quòd euidentia in attestante nõ excludit fidẽ. Ideo dicendũ est,&hæc est tertia confutatio huius argumẽti,quòd euidẽtia in attestãte sola non excludit fidẽ,ita quod si ego assentiorvni propter autoritatẽ dicẽtis licet assensusit euidẽs, fides est.Cæterũ si euidentia in attestante est cõiunctavisioni,certè excludit fidẽ.Vt si ego video eclypsim Lunę,quãuis habeã hoc ex autoritate Astrologi dicentis, certè non credo, nec habeo fidem,sed video.Ad eundem modum cum euidentia in attestante in Christo Domino fuerit coniuncta cum visione beatifica,euidens est,quòd non habuerit fidem.

1.Cõclusio Actus fidei non manet in beatis. Heb.11.

2.Cor.5.

Habitus fidei non manet in patria.

Solũ.arg.

Ad vltimũ.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm in Christo fuerit spes.

AD quartum sic procedi-
tur. Videtur,quòd in Christo fuerit spes. Dicitur enim Psalm.30. ex persona Christi.In te Domine speraui:Sed virtus spei est,qua homo sperat in Deũ. Ergo virtus spei fuit in Christo. 46

¶ 2. Præterea, Spes est expectatio futuræ beatitudinis,vt in secunda parte habitum est*. Sed Christus aliquid expectabat ad beatitudinem pertinens: vide-

Infrà art.6. ad 1.& ar.1. ad 2.& art. 9.ad 1.Et 1. 2.q.65. art. 5.ad 3 Et 2. 2.q.18.art. 2.ad 1.Et 3. di.26.q.1. art.5.q.1.& dist.30.art. 2.ad 3.

*2.2.q.17. ar.5.ad 3.

videlicet gloriam corporis. Ergo videtur quòd in eo fuerit spes.

¶ 3. Prętereà, Vnusquisque potest sperare illud quod ad eius perfectionẽ pertinet, si sit futurum: Sed aliquid erat futurum quod ad perfectionem Christi pertinet: secundum illud Ephe. 4. Ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ędificationem corporis Christi. Ergo videtur, quod Christo cõpetebat habere spem.

Sed contra est, quòd dicitur Rom. 8. Quod videt quis, quid sperat? Et sic patet, quòd sicut fides est de non visis, ita & spes: Sed fides non fuit in Christo, sicut dictum est*: ergo nec spes. Art. præce.

Respondeo dicendum, quòd sicut de ratione fidei est, quòd aliquis assentiat his, quæ non videt: ita de ratione spei est quòd aliquis expectet id quod nondum habet. Et sicut fides, in quantum est virtus theologica, non est de quocunque non viso, sed solum de Deo: ita etiam spes, in quantum est virtus theologica, habet pro obiecto ipsum Deum: cuius fruitionem homo principaliter expectat per spei virtutem. Sed ex consequenti ille, qui habet virtutem spei, potest etiam in alijs diuinum auxilium expectare: sicut & ille qui habet virtutẽ fidei, non solũ credit Deo de rebus diuinis, sed etiam de quibuscunque alijs diuinitus sibi reuelatis: Christus autem à principio suę conceptionis plenè habuit fruitionem diuinã (vt infrà dicetur*) & ideo virtutem spei non habuit: Habuit tamen spem respectu aliquorum, quę nondum erat adeptus: licet non habuerit fidem respectu quorumcunque: quia licet plenè cognosceret omnia, per quod totaliter fides excludebatur ab eo: non tamen adhuc plenè habebat omnia, quę ad eius perfectionem pertinebãt, puta immortalitatem & gloriam corporis, quam poterat sperare. 3. 34. art. 4.

Ad primum ergo dicendum, quòd hoc non dicitur de Christo secundum spem, quę est virtus theologica, sed eo quòd quædam alia sperauit nõdum habita: sicut dictum est*. In corp. art.

Ad secundum dicendum, quòd gloria corporis non pertinet ad beatitudinem, sicut in quo principaliter beatitudo consistat, sed per quandam redundantiam à gloria animę: vt in Secunda parte dictum est†. Vnde spes secundum quòd est virtus theologica, nõ respicit beatitudinem corporis: sed beatitudinẽ animæ, quę in diuina fruitione consistit. P. 2. q. 4. ar. 6. & q. 67. ar. 4.

Ad tertium dicendum, quòd ædificatio Ecclesię per conuersionem fidelium, non pertinet ad perfectionem Christi, qui in se perfectus est: sed secundum quod alios ad participationem suę perfectionis inducit. Et quia spes dicitur propriè respectu alicuius, quod expectatur ab ipso sperante habendum, non propriè potest dici, quòd virtus spei Christo ratione inductæ cõueniat. In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Christus nõ habuit spẽ, quæ est virtus Theologica. ¶ Secunda cõclusio. Christus habuit spem aliquorum, quæ nondum erat adeptus. Probatio vtriusq; conclusionis patet ex illo Roma. 8. Quod videt, quis, quid sperat? Et sic patet, quòd sicut fides est de non visis, ita & spes, sed fides non fuit in Christo, vt dictum est, ergò nec spes. Deinde probatur. Spes est de Deo non habito vt obiecto, ergò in Christo non fuit spes. Probatur consequentia. Quia Christus ab initio cõceptionis suæ plenè habuit fruitionem diuinam, sed quantum ad secũdario sperata, videlicet, aliquorũ quæ adhuc nõ erat adeptus, vt immortalitatem, & gloriã corporis potuit habere spẽ. Certè, qui principaliter per virtutem spei fruitionẽ Dei expectat, ex cõsequenti habẽs talẽ virtutẽ potest in alijs etiã diuinũ auxiliũ expectare. ¶ Tertia cõclus. Nõ est eadẽ ratio fidei, & spei. Quia fides nec quãtũ ad principale creditũ, nec quãtũ ad secũdario credita locũ habet in Christo. Quia hoc ponit imperfectionẽ cognitionis in anima eius. Spes verò quãtũ ad secũdariò sperata potuit habere locũ 1. Cõclusio. 2. Cõclusio. Rom. 8. 3. Cõclusio.

in eo,

in eo, quia non omnia sperata actu habebat à principio, vt de immortalitate, & gloria corporis dictum est.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVòd Christus Dominus per virtutē spei non sperauerit gloriā animæ sic certum est, vt asserere oppositum error sit cōtra D. Paul. ad Rom. 8. dicentē: Quod videt quis, quid sperat? At certum est Christum Dominum ab instanti suæ cōceptionis habuisse gloriam animæ, vidisseque diuinam essentiam. Verum quòd Christus Dominus in vita mortali degens per virtutem spei non sperauerit gloriam sui corporis etiam certissimū dogma est, atq; idem est censendum de beatis animabus; cuius triplex ratio à diuinis Theologis demonstrari solet. Prima, quando nō adest obiectum formale alicuius virtutis, virtus ipsa adesse non potest, at obiectum formale spei, vt est virtus Theologica, est Deus nondum possessus, sed in vita beata possidetur Deus, ergò in beata vita spes locum non habet. Secunda ratio, deficiente primario obiecto alicuius virtutis deficit virtus, sicuti deficiente periculo mortis deficit virtus fortitudinis, quæ primario circa pericula mortis versatur, licet etiam secundario ad alia pericula sese extendat, at in vita beata non inuenitur primarium spei obiectum, quod est Deus nondum habitus, ergò in vita beata virtus spei non inuenitur. Tertia ratio, obiectum spei est bonum futurum arduum, at postquam quis habet gloriā animæ, gloria corporis desinit habere rationē ardui, etenim gloria corporis ex naturali cōsequio ex gloria animæ deriuatur suo tempore cōferenda, Christus ergò sperabat gloriam sui corporis non per virtutem spei, sed per charitatē, & fruitionem beatificam, quæ multò meliùs perficiebat eius voluntatem ad hoc desideriū habendum, quam virtus spei, quæ est in viatoribus, de qua re plura dicuntur 1.2.q.67.& 2.2.q.18.

Rom. 8.

Quare in beatis non sit virtus spei respectu gloriæ corporis futuræ.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm in Christo fuerint dona.

47 Isa. 11. l. 2. col. 1.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd in Christo nō fuerint dona. Sicut enim communiter dicitur, dona dantur in adiutorium virtutum: Sed id quod est in se perfectum, non indiget exteriori auxilio. Cùm igitur in Christo fuerint virtutes perfectę, videtur quòd in eo non fuerint dona.

¶ 2. Prętereà, Non videtur esse eiusdem dare dona & recipere: quia dare est habentis, accipere autem non habētis: Sed Christo conuenit dare dona, secundum illud Psal. 57. Dedit dona hominibus. Ergo Christo non conuenit accipere dona Spiritus sancti.

¶ 3. Præterea, Quatuor dona videntur pertinere ad contemplationē vię, scilicet sapientia, scientia, intellectus, & consilium, quod pertinet ad prudentiam: vnde & Philosophus in 6. Ethic*. numerat ista inter virtutes intellectuales: Sed Christus habuit contemplationem patriæ. Ergo non habuit huiusmodi dona.

li. 6. eth. c. 3 & seq. to. 5.

Sed contra est, quod dicitur Isaiæ 4. Apprehendent septem mulieres virū vnum. Gloss.* id est, septem dona Spiritus sancti Christum.

gloss. ordinaria ibid.

Respondeo dicendum, quòd sicut in Secunda parte dictum est*, dona propriè sunt perfectiones quædam potentiarum animæ, secundum quod sunt natæ moueri à Spiritu sancto. Manifestum est autem, quòd anima Christi perfectissimè à Spiritu sancto mouebatur: secundum illud Lucę quarto. Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane, & agebatur à Spiritu in desertum. Vnde manifestū est, quòd in Christo fuerunt excellentissimè dona.

P. 2. q. 68. ar. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd illud quod est perfectum secundum ordinem suę naturæ, indiget adiuuari ab eo, quod est altioris naturę: sicut homo, quantumcunque perfectus indiget adiuuari à Deo. Et hoc modo virtutes, quæ perficiunt potentias animæ, secundum quod ducuntur ratione, quantumcunque sint perfectę, indigent adiuuari per dona, quę perficiunt potentias animæ, secundum quod sunt motæ à Spiritu sancto.

Ad secundum dicēdum, quòd Christus non secundū idē est recipiēs & dās,

dona

dona Spiritus sancti: sed dat, secundum quod Deus; & accipit, secundum quod homo. Vnde Gregor. dicit in secundo Moral*. quòd Spiritus sanctus humanitatem Christi nunquam deseruit, ex cuius diuinitate procedit.

li. 2. c. 41. à medio illius.

Ad tertium dicēdum, quòd in Christo non solùm fuit cognitio patrię, sed etiam cognitio vię: vt infrà dicetur†. Et tamen etiam in patria sunt per aliquem modum dona Spiritus sancti, vt in Secūda parte dictum est*.

q. 34. art. 4.

P. 2. q. 68. ar. 6.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. In Christo excellētissimè fuerunt dona Spiritus sancti. Probatur primò ex glossa in illud Esa. 4. Apprehēdent septem mulieres virum vnum. Deindè, quoniam anima Christi perfectissimè Spiritu sancto mouebatur, ergò in Christo fuerunt excellentissime dona, patet consequentia, nam dona sunt perfectiones potentiarum animæ secundum quod sunt natæ moueri à Spiritu sancto.

Esa. 4.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DE donis Spiritus sancti, & quomodo fuerint in Christo disputant doctores in 3. d. 34. & D. Tho. 1. 2. q. 68. quo in loco nos fusissimè hanc materiam explicauimus. Nūcverò breui sermone persequemur quæ huic articulo explicando videbuntur necessaria. Pro cuius breui intelligentia scire oportet, quòd vt homo viuat, & dirigatur in suis operationibus secundum præscriptum, & regulam rationis humanæ constituuntur virtutes acquisitę, vt verò viuat, & operetur secundum prescriptum, & regulam supernaturalem constituuntur virtutes infusæ, & Christianæ: iuxta quòd dicit D. Paulus. Iustus meus ex fide viuit. Cæterum quatenus homo mouetur impulsu, & afflatu Spiritus sancti constituuntur dona Spiritus sancti, quæ aptissimo vocabulo appellantur Spiritus. Spiritus namque inter cætera significat ventum quendam, & concitatum aērē, atqui per huiusmodi dona rapitur homo quodam afflatu, & impulsu diuino præter communes leges fidei, charitatis, & prudentiæ, & discursus humani, qua ratione vel maximè dona à virtutibus distinguuntur, prout docet D. Thomas in 1. 2. loco citato. Illud etiam est sciendum, quòd conclusio D. Thom. est certa secundum fidem Catholicam. Patet ex illo Esaiæ 11. Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ, & intellectus, Spiritus consilij, & fortitudinis, Spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini. De sensu huius loci lege Originem in capitulo 11. Numerorum. homil. 6. Et Irenæum libro 3. capitulo 10. quorum eadem est sententia cum Tertullian. libro 3. aduersus Marcionem, qui interpretans hunc locum ait, significari his verbis plenitudinem gratiæ, & donorum Spiritus sancti fuisse in Christo. Et infrà. Nec enim vlli hominum diuersitas spiritalium donorum competebat nisi Christo. Et libro 5. de epistol. ad Corinth. 1. Alijs videtur, inquit, his verbis significatum esse ipsam substantiam Spiritus sancti semper cum Christo futuram, quod in principio capitis dictum est, & in testimonijs sanctorum Patrum, quodque notum est, nam ipse filius spirat vna cum Patre Spiritum sanctum, & ideo dicitur Spiritus Christi. Vltimò notandum est, quòd alij homines quando mouentur ex afflatu Spiritus sancti non planè capiunt quomodò, & quando moueantur, Christus verò propter plenitudinem scientiæ quam habebat, perfectissimè intelligebat omnes suorum operum motus, & instinctus. Hoc tamen certum est, quòd tam Christus, quam cæteri homines quādo mouētur ex afflatu Spiritus sancti potius aguntur, quā se agāt. Et de Christo Domino Mar. 1. dicitur, expulit eum Spiritus in desertū. & Luc. 4. agebatur ab Spiritu. Sed illud potest reuocari in dubium. Vtrùm omnes actus Christi fuerint ex speciali motione Spiritus sancti? Respondetur negatiue, quoniam alioqui ociosum fuisset in Christo omne officium virtutum acquisitarum, & infusarum, quas dicimus fuisse in Christo. Deindè ego existimo, & existimant viri doctissimi, quod Christus interdum operabatur per regulam rationis humanæ sicut nos, præcipuè quando exercebat opera communia & vulgaria, cuiusmodi sunt comedere, dormire, exterere sudorem.

Origenes. Irenæus.

Tertul.

Notandum

Mar. 1. Luc. 4.

Nō omnes actus Christi fuerunt ex speciali motione Spiritus sancti.

Qua ratione ponuntur dona à virtutibus distincta.

Esa. 11.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm in Christo fuerit donū timoris.

AD sextū sic proceditur. Videtur, quòd in Christo nō fuerit donū timoris. Spes enim videtur potior, quā timor: nam spei obiectum est bonum, timoris verò malum: vt in Secunda parte habitum est*. Sed in Christo non fuit virtus spei, vt suprà habitum est*. Ergo etiā non fuit in eo donum timoris.

48

Infr. q. 15. art. 7. Et 3. dist. 15. q. 2. ar. 2. q 3.

2. 2. q. 19. & 17. ar. 1. art. 4. huius quæst.

¶ 2. Præ-

¶ 2. Præterea, Dono timoris timet aliquis vel separationem à Deo, quod pertinet ad timorem castum: vel puniri ab ipso, quod pertinet ad timorem seruilem: vt Aug. dicit * super Cano. Ioã. Sed Christus non timuit separari à Deo per peccatum, neque etiam puniri ab eo propter culpam, quia impossibile erat ei peccare: vt infrà dicetur †. Timor autem non est de impossibili. Ergo in Christo non fuit donum timoris.

Augusti. in Can. Ioan. trac. 9. circa medi. to. 9.

q. 15. ar. 1. & 2.

¶ 3. Præterea, Primę Ioan. 4. dicitur quòd perfecta charitas foras mittit timorem. Sed in Christo fuit perfectissima charitas, secundum illud Ephe. 3. Supereminentem scientię charitatẽ Christi. Ergo in Christo non fuit donum timoris.

Sed contra est, quòd dicitur Isa. 11. Replebit eũ Spiritus timoris Domini.

Respondeo dicendum, quòd sicut in Secunda parte dictum est *, timor respicit duo obiecta, quorum vnum est malum terribile, aliud est illud, cuius potestate malum potest inferri: sicut aliquis timet Regem, in quantum habet occidendi potestatem. Non autem timeretur ille, qui potest nocere, nisi haberet quandam eminentiam potestatis, cui de facili resisti non possit: ea enim quę in promptu habemus repellere, non timemus. Et sic patet, quòd aliquis non timetur nisi propter suam eminentiam. Sic igitur dicendum est, quòd in Christo fuit timor Dei: non quidem secundum quod respicit malum separationis à Deo per culpam, neque etiam secundum quòd respicit malum punitionis pro culpa, sed secundum quòd respicit ipsam diuinam eminentiam: prout scilicet anima Christi quodam affectu reuerentiæ mouebatur in Deum, à Spiritu sancto acta. Vnde Hebr. 5. dicitur, quòd in omnibus exauditus est pro sua reuerentia. Hunc enim affectum reuerentię ad Deum, Christus secundum quòd homo, præ cęteris habuit pleniorem. Et ideo ei attribuit Scriptura plenitudinem timoris Domini.

p. 2. q. 19. ar. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd habitus virtutum & donorum, propriè & per se respiciunt bonum: malum autem ex consequenti. Pertinet enim ad rationem virtutis vt opus bonum reddat, vt in secundo Ethi*. dicitur. Et ideo de ratione doni timoris non est illud malum, quod respicit timor, sed eminentia illius boni, scilicet diuini, cuius potestate aliquod malum infligi potest: Sed spes, secundum quod virtus est, respicit non solùm autorem boni, sed etiam ipsum bonum, in quantum est non habitum. Et ideo Christo, qui iam habebat perfectum beatitudinis bonum, non attribuitur virtus spei, sed donum timoris.

li. 2. eth. ca. 6. in principio to. 5.

Ad secundum dicẽdum, quòd ratio illa procedit de timore, secũdum quòd respicit obiectum, quod est malum.

Ad tertium dicendum, quòd perfecta charitas foras mittit timorem seruilem, qui respicit principaliter pœnam: Sic autem timor non fuit in Christo.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est. In Christo fuit timor Dei non respectu mali, sed respectu summæ maiestatis, quã summè reuerebatur. Patet ex illo Esa. 11. Replebit eum spiritus timoris Domini. Patet rursus, nam in Christo non fuit timor, secundum quod respicit malum separationis à Deo per culpam, aut malum punitionis pro culpa, quia in eo non erat peccatum, neque dolus, sed respectu eminentiæ Dei, qui timor est affectus quidam reuerentiæ ad diuinam magnitudinem.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVæstio huius articuli affert specialem dubitationem, propter quod Diuus Thomas prætermissis alijs sex donis quærit speciatim de dono timoris, nam de passione timoris disputat infrà quæstione decimaquinta, articulo septimo, & de timore seruili certissimũ est, quòd non fuerit in Christo. Nam, vt inquit Diuus Ioannes in 1 canon. capitulo 4. Perfecta charitas foras mittit timorẽ, seruilẽ, scilicet.

Quomodo donũ timoris fuerit in Christo.

scilicet. Sed scire oportet, quod non est facilè ad explicandum quomodo in Christo fuerit donum timoris. Nam D. Tho. 1.2. q. 42. art. 1. dicit expressè, quòd Deus est obiectum timoris vt causa mali, & ibidem affirmat, quòd eminentia potestatis non timetur, nisi quatenus est causatiua mali, & in 2. art. eiusdem q. affirmat planè, quòd obiectum timoris est malum futurum arduum, quod vitari non potest, nec illi resisti: & 2.2. q. 19. arti. 9. & 11. vbi disputat de dono timoris, dicit quod habet pro obiecto primario, & principali malũ quod refugit. Et hic q. 15. ar. 7. dicit, quòd in Christo fuit verus timor de malo, & Caietan. hic dicit quod Deus non potest timeri, nisi vt causa mali, & hoc modo timetur quatenus est potens infligere malum abstrahendo à malo futuro, siue non futuro. In hoc vero articulo in corpore, & in solut. 1. docet expressè, quòd donũ timoris primò & per se non respicit malum, sed bonum, hoc est, eminentiam diuini boni potẽtis infligere malum. Hæc sententia videtur falsissima & improbabilis, nã ex ea sequitur, quòd in Christo verè non fuerit timoris donum, cuius primarium obiectum malũ est, vt fuit antea declaratum. ¶ Secundò. Eminẽtia diuinæ maiestatis vt sic adoranda est, & veneranda, non timenda, si quidem vt sic nullam habet rationem mali. ¶ Tertiò. Qui malum nullum timet, non timet potestatem potentem infligere malum, nam potentia ob id timetur, quoniam potest infligere malũ, sed Christus nullum malum timuit, nec culpę, nec pœnę, ergò non timuit eminentiam potestatis potẽtis infligere malum. ¶ Certè si Christus timuit eminentiam potestatis potentis infligere malum pœnæ, sequitur quòd timor Christi fuit potius timor pœnæ, quam timor filialis. ¶ Vltimò. Opinio est Theologica, & nõ fides infallibilis, quòd in beatis manet donũ timoris, prout disputatur 2.2. q. 19. ar. 11. Sed Christus ab instãti suæ cõceptionis erat beatus, ergo opinio est, & nõ certa fides, quòd in Christo fuit donũ timoris. Pro intelligentia veritatis sciendum est, quod quidam Petrus Abaylardus, vt refert D. Bernard. epist. 190. ad Innocentium negauit in Christo fuisse donum timoris. De qua hæresi legatur Castro lib. de hæres. verbo, Christus, hær. 9. vbi confutat istam hæresim. Et contra istum errorem est conclusio de fide Catholica. In Christo fuit donum timoris excellentissimè. Probatur ex illo Esaiæ 11. Repleuit eum spiritus timoris Domini. Et ad Hebr. 5. Exauditus est pro sua reuerentia, id est, pro affectu reuerentiali, quo erga patrem suum in hac vita fuit pientissimus. Sed, vt verum fatear, magna difficultas versatur, quem actum habuit istud donum timoris in Christo. Dominus Caietanus sic explicat istã difficultatem, vt dicat quòd Deus non est obiectum timoris, nisi in ordine ad malum, quod est per se primo obiectum timoris. Vnde diuina eminentia non potest esse obiectum timoris nisi vt est causatiua mali. Ex quo sequitur, quòd si consideretur diuina eminentia, vt est potens inferre malum est obiectum timoris, sed si consideretur vt est determinata ad non inferendum malum, non est obiectum timoris. Tunc enim animus redditur securus, & certus quod non eueniet malum. Vnde contemplando diuinam eminentiam vt potentem infligere malum consurgit in Christo timor reuerentialis, quo maximè reueretur diuinam maiestatem; sed sciendo quod est determinata ad non inferendum malum illi, securus manet. Id verò quod Diuus Thomas dicit in solutione primi, quòd donum timoris primò, & per se non respicit malum, sed bonum, sic explicat Caietanus. Timor, inquit, vt sic directè respicit malum, sed vt est actus doni respicit bonum, & in bonum tendit, sed licet respiciat Deum vt potentẽ infligere malum, non tamẽ vt exequutiuum mali, sed vt causatiuum. Itaque reueretur diuinam maiestatem vt potentem inferre malum, si modò vellet, sed scitur quod nunquam inferet malum, & ideo donum timoris propter suam celsitudinem minimum habet de aspectu ad malum. Hæc sunt documenta Caietani, quæ, si rectè animaduertantur, conciliant diuersa loca Diui Thomæ, quæ prima facie sibi videntur contraria.

Doctissimus Pater Victoria aiebat, quòd Diuus Thomas non negat, in Christo timorem de malo, sed timorem culpæ, vel pœnæ. pro culpa, alioqui namque rectissimè cognoscebat anima Christi Deum posse illam annihilare. Et ex hoc consurgebat quidam timor reuerentialis in anima Christi. Alij viri doctissimi explicant propositam difficultatem dicentes, quòd iste timor in Christo est actus summæ reuerentiæ, quo summè reueretur Deum; considerans namque anima Christi summam Dei eminentiam, & suam naturam ab eo infinitè distantem tremit, & non audet coram eo loqui facie ad faciem. Cuius timoris exempla passim sunt obuia in diuinis scripturis. Ioannes Baptista non audet tangere sanctum Dei verticem, sed clamat cum tremore: Saluifica me. Et Diuus Petrus aiebat: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Et S. Elisabeth dixit ad Ma-

riam

D. Thom. — Obiectum timoris quid sit. — Prim. argu. — Secundum. — Tertium. — Quartum. — Vltimum. — Abaylar. D. Berna. — Castro. — Veritas fidei est, quod in Christo fuerit donum timoris. Esa. 11. Heb. 5. — Caietan. — D. Thom. — Victoria. — Vera explicatio de actu quem habet in Christo donum timoris.

riam beatiſsimam:& vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Et frequenter cum Chriſtus Dominus faciebat miraculum aliquod ſtupendum, dicit Euangeliſta. Accepit autem omnes timor, & glorificabant Deum, qui talem poteſtatem dedit hominibus. Conſpicitur etiam in humanis huius rei exemplũ. Si enim rex, vel princeps admittat ad ſuam familiaritatem hominem ruſticum, licet ille ruſticus nullum malum à rege timeat, quin potius experiatur regis clementiam, ſemper tamen operatur cum tremore, & timore conſiderans regiam dignitatem, & ſuam vilitatem. Ex quo ſequitur quòd hic timor in Chriſto eſt eiuſdem rationis cum timore caſto, qui manet in patria, & in beatis, & permanet in ſæculum ſæculi, vt optimè docet D. Dionyſius cap. 13. de cæleſti hierarchia, & D. Gregor. 17. moral. c. 14. & 15. Sequitur ſecundo, quòd hic timor non eſt actus religionis, ſed pertinet ad donum timoris, nam donum timoris conſequenter reſpicit malum, religio verò minimè. Ex his documentis facilè confutantur argumenta. Sed ad finem huius articuli obſeruandum eſt, quòd Vatablus, & Pagninus illã ſententiam Eſaiæ, in qua fundatur diſcurſus doctrinæ præhabitæ: Repleuit eum ſpiritus timoris Domini, in alium ſenſum, omninò diuerſum retorquent. Sic enim vertunt. Odorari faciet eum omnes in timore Domini, vt ſit ſenſus huius loci, facturum Spiritum ſanctũ, vt Chriſtus cito odoretur illũ, qui timet Dominum, diſcernetque facilè inter bonos, & malos. Sed hæc explicatio, & contra Patres eſt, & contra ſcripturam editionis vulgatę, cõtra quam diſputauimus in 1. 2. in materia de donis, & ideo ab eius impugnatione hic ſupерſedendum eſt.

Mat. 9.

D. Dionyſ.

D. Gregor.

Vatablus.

Pagninus.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrùm in Chriſto fuerint gratiæ gratis datæ.

AD ſeptimum ſic procedi-
tur. Videtur, quòd in Chriſto non fuerint gratię gratis datę. Ei enim qui habet aliquid ſecundum plenitudinem, non competit illud habere ſecundum participationem. Sed Chriſtus habuit gratiam ſecundum plenitudinem: ſecundum illud Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Gratiæ autem gratis datę videntur eſſe quędam participationes diuinæ diuiſim, & particulariter diuerſis attributæ: ſecundum illud 1. ad Corin. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt. Ergo videtur quòd in Chriſto non fuerint gratiæ gratis datæ.

49 3. cõt. 154. fin. Et veri. q. 27. art. 1. & 5. cor. Et opuſc. 3 ca. 221. Et Ro. 1. l. 3. col. 2 Et epheſ. 1. l. 2.

¶ 2. Prætereà, Quod debetur alicui, non videtur eſſe gratis ei datum: Sed debitũ erat homini Chriſto, quod ſermone ſapientię & ſcientiæ abundaret, & potens eſſet in virtutibus faciendis, & in alijs huiuſmodi, quę pertinent ad gratis gratias datas: cùm ipſe ſit Dei virtus & Dei ſapientia, vt dicitur 1. ad Corin. 1. Ergo Chriſto non fuit conueniens habere gratias gratis datas.

¶ 3. Prętereà, Gratię gratis datæ ordinantur ad vtilitatem fidelium: ſecundum illud 1. ad Cor. 12. Vnicuique datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem. Non autem videtur ad vtilitatem aliorum pertinere habitus aut quæcunque diſpoſitio, ſi homo non vtatur: ſecundum illud Eccl. 20. Sapientia abſcõdita & theſaurus inuiſus, quę vtilitas in vtriſque? Chriſtus autem non legitur vſus omnibus gratijs gratis datis, præſertim quantum ad generalinguarũ. Non ergo in Chriſto fuerunt omnes gratiæ gratis datę.

Sed contra eſt, quòd Auguſtinus dicit in epiſtola ad Dardanum*, quòd ſicut in capite ſunt omnes ſenſus, ita in Chriſto fuerunt omnes gratiæ.

epi. 57. declinãdo ad fi. tom. 1.

Reſpondeo dicendum, quòd ſicut in Secunda parte habitum eſt*, gratię gratis datę ordinantur ad fidei & ſpiritualis doctrinæ manifeſtationem: oportet enim eum, qui docet, habere ea, per quæ ſua doctrina manifeſtetur: aliàs ſua doctrina eſſet inutilis. Spiritualis autem doctrinę & fidei primus & principalis doctor eſt Chriſtus: ſecundum illud Hebr. 2. Cùm initium accepiſſet enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis & portentis, &c. Vnde manifeſtum eſt, quòd in Chriſto ex

p. 2. q. 111.

cellen-

cellentissimè fuerũt omnes gratiæ gratis datæ, sicut in primo & principali fidei doctore.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut gratia gratum faciens, ordinatur ad actus meritorios tã interiores quàm exteriores, ita gratia gratis data ordinatur ad quosdam actus exteriores, fidei manifestatiuos: sicut est operatio miraculorum & alia huiusmodi. In vtraque autem gratia Christus plenitudinẽ habuit: in quantum enim diuinitati vnita erat eius anima, plenam efficaciam habebat ad omnes prædictos actus perficiendos: Sed alij Sancti, qui mouentur à Deo sicut instrumenta non vnita, sed separata, particulariter efficaciam recipiunt ad hos vel ad illos actus perficiendos. Et ideo in alijs Sanctis huiusmodi gratiæ diuiduntur, non autem in Christo.

Ad secundum dicendũ, quòd Christus dicitur Dei virtus & Dei sapientia, in quantum est æternus Dei filius: Sic autem non competit sibi habere gratiam, sed esse potius datorem gratiæ. Competit autem sibi habere gratiam secundum humanam naturam.

Ad tertium dicẽdum, quòd donum linguarũm datum est Apostolis, quia mittebantur ad docendas omnes gentes. Christus autem in vna sola gente Iudæorum voluit personaliter prædicare, secundum quod ipse dicit Matth. 18. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Et Apostolus dicit Rom. 15. Dico Christũ Iesum ministrum fuisse circũcisionis. Et ideo nõ oportuit, quòd loqueretur pluribus linguis: Nec tamẽ defuit ei omniũ linguarum notitia: cùm etiam occulta cordiũ ei non essent abscondita (vt infrà dicetur*) quorum voces quęcunque sunt signa: Nec tamen inutiliter hanc notitiam habuit: sicut non inutiliter habet habitum, qui eo non vtitur quãdo non est opportunum.

Q. 10. ar. 2.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. D. Augusti.

CONclusio est affirmatiua. Et probatur quia D. Augustinus in Epistola ad Dardanum dicit, quòd sicut in capite sunt omnes sensus, ita in Christo fuerunt omnes gratiæ. Probatur rursus, nam sicut gratia gratum faciens ad actus interiores, & exteriores meritorios ordinatur, ita gratia gratis data ad quosdam actus exteriores fidei manifestatiuos, sicut est operatio miraculorum, & similium, in quibus gratijs Christus habuit plenitudinem in quantum anima eius erat vnita diuinitati personaliter, vnde habebat plenam efficaciam perficiẽdi omnes istos actus. Hoc ipsum confirmatur. Nam gratiæ gratis datæ dantur ad manifestationem fidei, & spiritualis doctrinæ, at Christus est primus, & principalis Doctor fidei, & doctrinæ reuelatæ iuxta D. Paulum ad Hebr. 2. Hebræ. 2.

EXPOSITIO ARTICVLI.

D. Tho. Auguſt. Magiſter.

PRO explicatione huius articuli legendus est D. Tho. 1. 2. q. 111. art. 4. vbi demõstrat D. Paulum rectissimè omnes gratias gratis datas connumerasse. 1. Corinth. 12. legatur insuper in. 2. 2. q. 171. & deinceps per octo quæstiones, vbi specialiter agit de gratijs gratis datis. Quòd verò Christus habuerit omnes gratis datas docet expressè D. Augu. in Epist. 57. ad Dardanum. & est expressa sententia Magistri in. 3. dist. 13. Quòd si fiat sermo de gratijs gratis datis quantum ad actum est vera, & infallibilis fides, quòd in Christo Domino fuit vsus gratiæ, & sanitatum, & prophetiæ, & interpretationis diuinorum sermonum. Vtrùm verò fuerit vsus doni linguarum in Christo Iesu controuertitur inter Doctores Scholasticos, & verisimiliter asseritur quòd fuerit, vt cum loquebatur cum Gentibus, cum Chananæa; cum Regulo illõ. Et est huius sententiæ Euseb. lib. 1. histor. Eccle. c. 13. Vbi dicit quòd Christus Dominus scripsit Agbaro Ediſſenorum Regi, Epistolam in lingua, quæ posset ab eo intelligi. Sed D. Tho. in solutione. 3. expresse docet quòd nunquam est vsus dono linguarum. Illud tamẽ certissimum est, quòd fides, quæ connumeratur ab Apostolo inter gratias gratis datas verissimè fuit in Christo, fides enim vt pertinet ad gratias gratis datas importat eminentem certitudinem, & penẽtrationem rerum supernaturalium in eo qui docet veritates supernaturales, & huiusmodi verissimè fuit in Christo euidens tamen, non obscura. Circa illud quod D. Tho. dicit in solutione. 1. quòd in Christo omnes gratiæ gratis datæ sunt vnitæ, in alijs verò sanctis sunt

Vtrùm fuerit vsus doni linguarũ in Christo Domino.

Euſebius.

D. Tho.

diuisæ, obseruandum est quod non est ita intelligendum, quòd in Christo omnes gratiæ gratis datæ sunt vna gratia, sicut omnes perfectiones in Deo sunt vna perfectio. Gratia enim prophetiæ in Christo non est gratia sanitatum, sed vera intelligentia est, quòd Christus habuit simul omnes gratias gratis datas, cæterum sanctis facta est diuisio gratiarum. Vni data est vna gratia, alteri altera, & talis gratia data est sanctis ad mensurã, Christo verò secundum plenitudinem. Quod vt euidentius intelligatur, legatur D. Thom. 4. contra gentes capit. 41.

ARTICVLVS OCTAVVS.
Vtrùm in Christo fuerit prophetia.

50 Infrà q. 31. artic. 2. & 2. 2. qõ. 174. ar. 5. & Psa. 44. co. 2. Et Mat. 1. col. 2. Et Ioan. 4. l. 6. co. fi. Et 1. cor. 13 l. 1. col. 1.

AD octauũ sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit Prophetia. Prophetia enim importat quãdam obscuram & imperfectam notitiam: secundum illud Numer. 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, per somnium aut in visione loquar ad eum: Sed Christus habuit plenam & apertam notitiam multò magis quàm Moyses, de quo ibi subditur, quod palàm & non per ænigmata videt Deum. Non ergo in Christo debet poni Prophetia.

¶ 2. Præterea, Sicut fides est eorũ, quæ non videntur & spes eorum, quæ non habentur; ita Prophetia est eorum, quæ non sunt præsentia, sed distant: nã Propheta dicitur quasi procul fans: Sed in Christo non ponitur fides nec spes, vt suprà dictũ est. Ergo prophetia etiam non debet poni in Christo.

Ar. 3. & 4. huius q.

¶ 3. Præterea, Propheta est inferioris ordinis, quàm Angelus: vnde & de Moyse, qui fuit supremus Prophetarum (vt in secũda parte dictum est*) dicitur Act. 7. quòd locutus est cum Angelo in solitudine: Sed Christus non est minoratus ab Angelis secũdum notitiam animæ, sed solum secundum corporis passionem, vt habetur Hebr. 2. Ergo videtur quòd Christus non fuit Propheta.

2. 2. q. 174. art. 4.

Sed contra est, quòd de eo prædicitur Deuter. 18. Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris. Et ipse de se dicit Matt. 13. & Ioã. 4. Non est Propheta sine honore nisi in patria sua.

Respondeo dicendum, quòd Propheta dicitur quasi procul fans, vel procul videns: inquantum scilicet cognoscit & loquitur ea, quæ sunt procul ab hominum sensibus: sicut etiam Augu. dicit 16. contra Faustum. * Est autem considerandum, quòd non potest dici aliquis Propheta ex hoc quòd cognoscit & annuntiat ea quæ sunt alijs procul, cum quibus ipse non est. Et hoc manifestum est secundum locum & secundum tempus: si enim aliquis in Gallia existens, cognosceret & annuntiaret alijs in Gallia existentibus ea, quę tunc in Syria agerentur, propheticum esset: sicut Helisæus ad Giezi dixit. 4. Reg. 5. quomodo vir descenderat de curru, & occurrerat ei. Si verò aliquis in Syria existens, ea, quæ sunt ibi annuntiaret, non esset propheticum. Et idem apparet secundum tempus. Propheticum enim fuit quod Isaias prænuntiauit, quòd Cyrus rex Persarum templum Dei esset reædificaturus, vt patet Isa. 44. Non autem fuit propheticum, quòd Esdras hoc scripsit, cuius tempore factum est. Si igitur Deus aut Angeli vel etiam Beati cognoscunt & annuntiant ea, quæ sunt procul à nostra notitia, hoc non pertinet ad prophetiam: quia in nullo nostrum statum attingunt. Christus autem ante passionem nostrum statũ attingebat, in quãtum non solùm erat comprehensor, sed etiam viator. Et ideo propheticum erat, quòd ea, quę erant procul ab aliorum viatorum notitia, & cognoscebat & annuntiabat. Et hac ratione dicitur in eo fuisse prophetia.

Ad primum ergo dicendum, quòd per illa verba non ostenditur esse de ratione prophetiæ ænigmatica cognitio, quæ

* Li. 16. cap. 18. tom. 6.

quæ scilicet est per somniũ & in visione: sed ostenditur comparatio aliorum Prophetarũ, qui per somnium & in visione perceperunt diuina, ad Moysen, qui palàm & non per ænigmata Deum vidit. Qui propheta est dictus: secundũ illud Deut. vlt. Non surrexit vltrà Propheta in Israel, sicut Moyses. Potest tamen dici quòd etsi Christus habuit plenam & apertã notitiam, quantũ ad partem intellectiuam: habuit tamẽ in parte imaginatiua quasdam similitudines, in quibus etiam poterat speculari diuina: in quantum non solum erat cõprehensor, sed etiam viator.

Ad secundum dicẽdum, quòd fides est eorum, quæ nõ videntur ab ipso credente, & similiter spes est eorum, quæ non habentur ab ipso sperante: sed prophetia est eorum quæ sunt procul à cõmuni hominũ sensu, cum quibus propheta conuersatur, & communicat in statu viæ. Et ideo fides & spes repugnãt perfectioni beatitudinis Christi: non autem Prophetia.

Ad tertium dicendum, quòd Angelus cùm sit cõprehensor, est supra Prophetam, qui est purus viator: nõ autem supra Christum, qui fuit simul viator & comprehensor.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Deuter. 18. COnclusio est affirmatiua, & patet ex illo Deuteron. 18. in quo prædicitur de Christo. Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris. Et ipse Dominus de se dicit Matth. 13. & Ioan. 4. Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua. Deinde probatur, quia Christus nõ solùm comprehensor erat, sed viator, & sic quæ procul erant ab aliorum notitia & cognoscebat, & dicebat; Nam Prophetæ sunt qui fantur, & vident quæ procul sunt ab hominum sensibus & secundum locum, & tempus.

Matt. 13. Ioan. 4.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Abulensis. ABulensis super Numeros ca. 11. q. 64. tenet quòd Christus Dominus nõ fuit Propheta, In cuius rei expositionem sic procedit. Nam in primis sibi persuadet non fuisse Prophetam, quia erat Deus, Deus autem, & Propheta distinguuntur, cum Propheta accipiat à Deo reuelationẽ sicut Dominus dixit Moysi Exo. 7. Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Verum est tamen quòd mulier Samaritana vocauerit eum Prophetã Ioã. 4. inquiẽs: Propheta magnus surrexit in nobis; & discipuli eius aliquãdo sic eum vocauerũt Luc. 24. De Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta potẽs in opere, & sermone. Isti tamen dicebant hoc, quia non cognoscebant, quis esset in veritate, cum tamen Christus Propheta non fuerit, sed Deus. Nam si de Ioãne Baptista dixit ipse, q̃ nõ erat Propheta, sed plusquã Propheta Matth. 11. à fortiori Christus nõ erat Propheta. Aliquando tamẽ ipse cõdescẽdens infirmitati, & ignorantiæ Iudæorũ vocabat se Prophetã, vt patet Luc. 13. Ite, dicite vulpi illi, Ecce dæmonia eijcio, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die cõsummor, verũtamẽ oportet me hodiè & cras, & sequẽti die ambulare, quia nõ capit Prophetã perire extra Hierusalẽ. Dicendũ est igitur q̃ Christus nõ erat Propheta. Vnde Esai. 11. dicitur, q̃ repleuit eum Dñs spiritu sapiẽtiæ, & intellectus, & nõ spiritu prophetiæ. Hæc Abulensis, & quòd hæc sentẽtia Abulensis probabilis sit, probatur. ¶ Nam de Ioanne Baptista dicit Dñs Matth. 11. Quòd non erat Propheta, sed plusquam Propheta, ergo à fortiori Christus non erat propheta, sed plusquã Propheta. ¶ Deinde, Deus & beati non sunt prophetæ, vt patet, ergo Christus nec in quantũ Deus, neq; in quantũ homo erat Propheta, si quidẽ in quãtũ homo beatus erat. ¶ Præterea, si quis videret omnia in speculo, & ea annunciaret nobis, non diceretur Propheta, at Christus videbat omnia in verbo, ergo non fuit verus Propheta. ¶ Postremò, si fuit verus Propheta, ergo habuit lumen propheticũ, sed lumẽ propheticũ est obscurũ, & ænigmaticũ, ergo Christus habuit lumẽ obscurũ, & ænigmaticũ: quod est planè cõtra veram Theologiã. ¶ In huius dubij expositionẽ dico primò certissimè esse tenẽdum Christũ Dñm fuisse Prophetam, si quidẽ diuinæ scripturæ passim appellãt illum Prophetã signãter Luc. 7. 13. & 24. & in locis suprà citatis. Secũdò dico, quòd in Christo Domino fuit prophetia per modũ habitus, prophetabat enim quãdo volebat, in cæteris vero Vatibus extitit per modũ actus, & coruscationis, vnde non prophetabãt quando volebant, habitibus enim vtimur cum volumus, vt dicit Arist. 7. Ethicorum. Tertiò dico vt hæc veritas melius intelligatur, quòd hoc nomen Propheta in sanctis scripturis habet multiplex significatũ, & certè Græca vox,

Exo. 7. Ioan. 4. Luc. 24. Matth. 11. Luc. 13. Esai. 11. Primũ arg. Matt. 11. Secundum Tertium. Vltimum. Christus Dominus verè fuit Propheta. Luc. 7. 13. & 24. Arist. Quid significet hoc nomẽ Propheta in diuinis literis.

prophitis, à qua Propheta deriuatur propriè, & peculiariter illũ significat, qui diuina mẽte rem præsentiẽs antequàm eueniat edicit, atq; præfatur, composita enim est ex, pro, quod præ, vel antè significat, & phimi, quod est dico, siue loquor. Hinc factum est, vt sit iam communis, & vulgaris accepta opinio Prophetam duntaxat esse, qui prædicit futura. Cæterum Hebraica dictio, *nabi*, cui apud Græcos, & nos semper correspondet nomẽ, Prophetæ, non dicitur à prædicendo, neque eum tantum significat, qui res futuras prædicit, sed omnem qui non vulgariter conscius est mentis diuinæ interpres, videlicet, & nuntius cœlestis numinis, quiq; arcana, & abstrusa voluntatis, ingenijque diuini perspecta habet, quod vt exemplis illustre fiat, Gene.20. legimus Dominum dixisse ad Abimelech de Abraham; Nunc ergo redde viro suo vxorem, quia Propheta est, & orabit pro te, & viues. Ex quibus verbis satis apparet hominem Deo charum, cum quo Deus colloquere tur Prophetam in scripturis vocari, talis enim erat Abraham, & omnes Patriarchæ, de quibus Psal. 104. Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Deinde Exod. 7. ita Dominus loquitur Moysi; Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Hic quid propheta significat nisi interpretem, & internuncium voluntatis diuinæ? Prætereà Nume. 12. sic loquitur Dominus: Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum, at non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore enim ad os loquor ei, palàm, & non per ænigmata, & figuras Dominum vi det. Et muliercula Samaritana in Euangelio Ioan.4. Christum proclamat prophetã, quòd secreta cordis ipsius reuelasset ei. Certè in nouo testamento, sicut in veteri non defuerunt diuini Prophetæ, qui omnigena vaticinia populis enunciarent. Nam fuerunt qui futura, & occulta diuino spiritu prædicerent, qualis erat Agabus, qui prædixerat famem magnam futuram, & Pauli vincula. Petrus item hanc prophetiæ partem exhibuit, cum dolum proderet Ananiæ, & Saphiræ. Fuerunt item qui diuino spiritus afflatu, & reuelatione ad pietatem instituerunt homines mysteria christianæ religionis, ac loca obscura scripturarum explicantes, quales erant illi Prophetæ, de quibus Paulus. 1. Corinth. 12. &. 14. & ad Ephe.4. de quibus sic dicit. 1. Corint. 14. Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem.

Gene.20.

Pſal. 104.

Exo.7.

Nume.12.

Ioan.4.

1.Cor.12. &.14. Ephe.4.

Est autem & alius vsus nominis, Prophetæ, in scripturis, sed superiori significationi non absimilis. Nam 1. Regum. 10. & 19. legimus de choris Prophetarum, ad quos cum Saul venisset, insiluit in eum spiritus Domini, & prophetauit pariter factus vir alius. Et 19. cap. scribitur vestes deposuisse, & nudus cecinisse per diem, & noctem. Istud autem prophetare, nihil aliud videtur fuisse, quàm hymnis Deum celebrare, populumque ad pietatem prouocare, sed ita vt appareret tamen certa vis spiritus, quo arripiebantur, & excitabantur ad hymnorum decantationem. Sic enim legitur. 1. Regum cap. 10. dictum Sauli à Samuele; Obuium habebis gregem Prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium, & cytharam, & tympanum, & tibiam, ipsosque prophetantes. Et insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium. Non est autem verisimile illis Prophetis omnibus facultatem adfuisse vel prædicendi futura, vel recondita alia, & diuiniora enarrandi, & si semper aliquos tales inter illos fuisse probabile sit, vt gens illa peculiariter dono prophetiæ insignis extitit, vt haberet semper qui de diuina voluntate responderent. Iam quoniam quicumque afflati spiritu diuino insolentiùs quædam loquebantur, & ob id à carnalibus tales pro insanis habebantur, & arreptitijs (eo quòd caro insanum iudicet, quicquid suum captum excesserit) prophetare dicebantur, hinc prophetare aliquando in scripturis ponitur pro delirare, insanire, & afflatu maligni spiritus quædam insolentius loqui. Sic de Saul legimus. 1. Regum. 18. Inuasit spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus. Hic enim prophetare nihil aliud est, quàm delirare, & insolentia loqui, vt enthusiasmo acti solent. Vnde & apud prophanos scriptores quanquam Vates Latinis, & prophitæ Græcis, propriè dicantur antistites Deorum, diuinorumque oraculorũ interpretes, vocantur tamen etiam omnes Poëtæ, Vates, & Prophetæ, eo quòd & ipsi credantur musarum quodam furore agi in decantandis carminibus. Hinc Paulus Epimenidem Poëtam vocat Titũ. 1. Prophetam Cretensium, vt minus mirandum sit in scripturis Prophetas quosdam dici non ratione futurorum ab eis prædictorum. Sicut autem Saul malo spiritu afflatus prophetare dictus est, sic & Pseudoprophetæ aliquando Prophetæ vocantur in scripturis, & prophetare dicuntur, vt Zachariæ. 13. In die illa cõfunden tur Prophetæ, vnusquisq; ex visione sua cum prophe-

1.Reg.10.

1.Reg.19.

1.Reg.10.

1.Reg.18.

Ad Tit.1.

Zach.13.

prophetauerint, nec operientur pallio faccino, vt mentiantur. Postremùm videtur verbum, prophetare, in scripturis etiam his quandoque tribui, qui hymnos, & laudes Dei decantabant sine afflatu spiritus singulari, vt
1.Par.25. cum.1. Paralip. 25. tribuitur omnibus cantoribus à Dauide ordinatis, vt compositos Psalmos certis horis decantarent, quanuis inter hos fuerint etiã veri nominis Prophetæ. Nam Principes cantorũ Asaph, Idithun, & Heman satis illo capite significantur fuisse veri prophetæ, qui ex Psalmorum quorundam inscriptione omninò videntur ex afflatu spiritus psalmos quosdam composuisse, in quibus futura quædam, & ad Christum etiam pertinentia canuntur. In principio tamen capitis verbum, prophetare, omnibus cantoribus tribuitur, cum sic dicitur; Igitur Dauid, & magistratus exercitus segregauerunt in ministerium filios Asaph, Heman, & Idithun qui prophetarent in cytharis, & psalterijs, & cymbalis secundum numerum suum dedicato seruitio sibi seruientes. Vbi prophetare nihil aliud videtur esse, quàm sacros hymnos decantare. Posteà enim sequitur; Vniuersi sub manu patris sui ad cantandum in templo Domini distributi erant in cymbalis, in psalte-
1.Par.15. rijs, & cytharis. Sic & 1.Paralipo. 15. Prophetia accipitur pro hymnorum decantatione, cum dicitur: Chonenias autem princeps Leuitarum prophetiæ præerat, & ad præcinendam melodiam, erat quippè valde sapiens. Vbi illud; ad præcinendam melodiam; cum non sit in Hebræo, additum videtur ad explicandum quid per prophetiam significetur. Sic videtur accipiendum verbum, pro-
1.Corin.11. phetare apud Paulum. 1. Corinth. 11. cum dicitur; Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum. Loquitur enim de his, quæ facienda sunt in publico conuentu fidelium, in quo mulieri Paulus nõ permittit loqui, & docere: vnde non potest ibi, prophetare, accipi pro eo, quod est ex afflatu spiritus loqui ad ædificationem fidelium, quomodo accipitur cap. sequenti. 12. Frequenter autem Paulus orationi coniungit gratiarum actionem, & Dei laudem. Vnde sensus videtur esse. Mulier orans, aut hymnis, & Psalmis Deum laudans. Quod autem hodie quidam prophetare hic putant accipi pro audiendis Prophetis, & Doctoribus intentum esse, vt prophetare dicantur quicumque sacris doctrinis sunt dediti, nulla scripturæ autoritate nitũtur. Ex his constat prophetare varijs, & præcipuè quinque modis debere exponi pro loci exigentia. Quandoque enim est futura, vel occulta enunciare afflatu spiritus vel boni, vel mali, quandoque est ex afflatu spiritus docere, & exhortari ad pietatem, quandoque ex afflatu Spiritus sancti laudes Dei decantare, quandoque ex afflatu spiritus mali delira, & insana proloqui, quandoque simpliciter Dei laudes etiam compositis Psalmis personare. Est & alia noua huius verbi acceptio in Ecclesiast. cap. 48. & 49. Illic enim dicitur mortuum corpus Helisei prophetasse, hîc vero dicuntur ossa Ioseph post mortem prophetasse. Quibus locis, si Lyrano creditur, prophetare accipitur pro ostendere aliquem fuisse verum Prophetam. Quoniam enim ad tactũ ossium Helisei surrexit mortuus, declaratum est Helisęum fuisse verum Prophetam. Ex dictis patet, quemadmodum nomen Prophetæ multis de causis Christo Domino conueniat, quantumque errauerit Abulensis dicens eum non fuisse verum Prophetam. Ecclef. 48. & 49.

¶Nunc ad argumenta in cõtrarium facta respondetur, & ad primum, quòd Ioannes Baptista in annuntiando Christo erat plusquam Propheta. Nam quem cæteri Vates prædixerunt esse venturum, ipse indice ostendebat, dicens; Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. ¶Ad secundum respondetur, quòd Christus non erat Propheta in quantũ Deus, neque in quantum beatus, sed in quantum viator nobiscum commorans, & viuens. In Christo namque & fuit cognitio beata, & cognitio infusæ scientiæ per proprias species, atque adeò in Christo Domino fuit cognitio sensitiua in sensu communi, & in imaginatione. Vnde fuit verè Propheta secundum partem intellectiuam, & imaginariam, sicut cæteri Prophetæ. Imò existimo quòd fuit verè Propheta secundum scientiam beatam, erat enim verè viator, ergo licet annunciaret futura, quæ videbat in verbo, verè erat Propheta, sicuti Moyses dicens ea quæ vidit in diuina essentia verè erat Propheta. ¶Ad tertium nego maiorem. ¶Ad quartum negatur in primis, quòd de ratione Prophetiæ sit obscuritas, vt optimè negat D. Tho. in solutione. 1. & Dominus Caietan. 2.2.q.171. art.5. Secundò respondetur, quòd etiam si de ratione prophetiæ sit obscuritas, eam habuit Christus Dominus non in intellectu, sed in parte imaginatiua. Tertiò respondetur, quòd licet prophetia in cæteris vatibus sit obscura, in Christo tamẽ est euidẽs, & perspicua quoniam erat coniuncta visioni beatificæ.

Ad argumẽta.
Ad primũ.
Ad secũdũ.
Ad tertiũ.
Ad quartũ.
De ratione prophetiæ non est obscuritas.

SVMMA TEXTVS
Artic. 9. 10. 11. 12.

Conclusio. Ioan. 1. ¶ Conclusio Artic. 9. est affirmatiua. Patet ex illo Ioan. 1. Vidimus eum plenũ gratiæ, & veritatis. Et certè plenitudo gratiæ dupliciter dicitur, vno modo intensiuè, & alio secundum virtutẽ. Primo modo Chrus habuit plenitudinẽ gratię, quia eam habuit in summo secundũ perfectissimum modũ, quo haberi potest. Quod patet primò ex propinquitate animę Christi ad causam gratiæ: erat enim cõiũcta personaliter verbo, sed quod propinquius est causę influenti, abundãtius recipit influxum. Secundò, patet ex effectu, quia anima Christi accepit gratiam, vt ex ea transfunderetur quodãmodo in omnes alios, vnde oportuit, quòd maximam haberet: sicut ignis, qui est causa caloris in omnibus calidis, ipse est maximè calidus. Secundo modo etiam Christus habuit plenitudinem gratiæ quantũ ad virtutem; quia virtus primi principij alicuius generis vniuersaliter se extendit ad omnes effectus illius generis. Sicut sol qui est causa vniuersalis generationis extendit se ad omnia, quæ cadunt sub generatione. Sed Christo conferebatur gratia tanquã cuidam vniuersali principio omnium habentium gratiam, ergo habebat plenitudinem eius.

51 Inf. art. 10. & 12. c. & 3. dist. 13. q. 1. ar. 2. q. 1. & dist. 15. q. 1. arti. 2. 5. Et opusc. 3. c. 221. Et opusc. 60. c. 3. col. 9. *P. 2. q. 110. articu. 4. ad 1. †Ar. 3. & 4. *P. 2. q. 111. art. 2.

ARTICVLVS IX.
Vtrùm in Christo fuerit plenitudo gratiæ.

AD nonũ sic proceditur. Videtur q̃ nõ fuerit in Christo gratię plenitudo. A gratia eñ deriuantur virtutes, vt in Secũda parte dictum est*. Sed in Christo nõ fuerũt oẽs virtutes: non enim fuit in eo fides neque spes: vt ostensum est†. ergo in Christo nõ fuit gratiæ plenitudo.

¶ 2. Prætereà, Sicut patet ex his, quæ in secunda parte dicta sunt*, gratia diuiditur in operantẽ & cooperantẽ: Operans autem gratia dicitur, per quã iustificatur impius. Quod quidẽ non habuit locũ in Christo, qui nunquã subiacuit alicui peccato. ergo in Christo nõ fuit plenitudo gratiæ.

¶ 3. Prętereà, Iac. 1. dicitur, Omne datum optimum, & omne donũ perfectũ, desursum est descẽdens à Patre luminũ: Sed quod descendit, habetur particulariter & non plenè. Ergo nulla creatura, nec etiam anima Christi potest habere plenitudinem donorum gratiæ.

tum ad essentiã, & quãtum ad virtutem cum illa maxima excellentia, quæ haberi potest. Sed ex parte subiecti est cõmunis multis per Christum secundum mensuram eis à Deo præfixam, vt dicit Apostolus ad Ephe. 3. & 4. & hoc modo Maria virgo, & Stephanus pleni gratia dicuntur. Eph. 3. & 4.

¶ Prima cõclusio Articu. 11. Gratia vnionis in Christo est infinita. Probatur, nã vniri personaliter filio Dei, est infinitũ secundũ q̃ ipsa persona verbi est infinita, ergo gratia vnionis est infinita. Prima conclusio.

¶ Secunda cõclusio. Gratia habitualis Christi in quãtum ens est finita. Patet, nã gratia hæc est quid creatum in anima, at omne creatum finitum est, secundum illud Sapien. 11. Omnia in numero, & pondere, & mensura dispositi, ergo gratia hæc finita est. Deinde probatur, nam est in anima Christi sicut in subiecto, ergo est ens finitũ. Consequentia inde probatur, quia non excedit suum subiectum, quod est finitæ capacitatis. 2. Conclus. Sapien. 11.

¶ Tertia conclusio. Gratia hæc est infinita secundum rationem gratiæ, eo quòd non limitatur secundum aliquam creatam mensuram, cum habeat quicquid potest pertinere ad rationem gratiæ: collata est enim animæ Christi gratia sicut cuidam vniuersali principio gratificationis in natura humana, secundum illud Apostoli ad Ephes. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo, sicut si dicamus lucem solis esse infinitam non quidem secundum suum esse, sed secundum rationem lucis, quia habet quicquid ad rationem lucis pertinere potest. 3. Conclus. Ephe. 1.

¶ Conclusio Articul. 12. est negans. Et probatur ex illo Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à Patre plenum gratiæ, & veritatis, sed nihil potest esse aut intelligi maius, quàm quòd aliquis sit vnigenitus à Patre: ergo etiam Conclusio. Ioan. 1.

etiam non potest esse, vel intelligi maior gratia, quàm illa, qua Christus fuit plenus. Et quidé gratia Christi nõ poterat augeri ex parte formæ, neq; ex parte subiecti. Quod patet ex parte formæ, quia quãdo aliquod subiectũ attingit ad vltimam perfectionẽ, quam potest habere talis forma in natura, tũc nõ potest fieri augmẽtum. Sed omniũ formarum est determinata mẽsura à diuina sapientia, quæ vnicuiq; prę-

Sed contra est quod dicitur Ioã. 1. Vidimus eum plenũ gratiæ & veritatis.

Respondeo dicẽdum, quòd plenè dicitur haberi quod perfectè & totaliter habetur. Totalitas autẽ & perfectio potest attendi dupliciter. Vno modo quãtũ ad quãtitatem eius intẽsiuã: puta si dicã aliquẽ plenè habere albedinem, si habet eam, quantũcunq; nata est haberi. Alio modo secũdũ virtutem: puta si aliquis dicatur plenè habere vitam: quia habet eam secũdum omnes effectus vel opera vitæ, & sic habet

gitur per cõparationẽ ad suũ finẽ, vnde nõ potest esse maior gratia, quàm illa Christi, cũ finis gratiæ sit vnio creaturę rationalis ad Deũ. Sed vnio in Christo est personalis, qua maior non potest intelligi, ergo non poterit augeri. Nec ex parte subiecti poterat augeri gratia in Christo, quia ab instãti suæ conceptionis fuit plenè comprehensor, illi enim qui sunt in termino, non possunt recipere augmentum.

EXPOSITIO ISTORVM ARTICVLORVM.

HActenus egit D. Tho. de gratia Christi secundum se, & non tantum de gratia gratum faciente, sed etiam de gratijs gratis datis; deinceps verò ab articulo nono vsque ad articulum duodecimum aggreditur disputare de plenitudine gratiæ Christi, & disputat de quantitate eius intensiua, & extensiua non solùm in principio infusionis, sed etiam in progressu totius vitæ Christi, differit subinde de augmento eius, & termino. Vt verò hæc doctrina D. Tho. diligentiùs examinetur, oportet disputationem ad certa capita reducere. ¶ Primum disputandum est, an sit certum quòd in Christo fuerit gratiæ plenitudo. Deinde, vtrùm gratia Christi sit eiusdem rationis, & speciei cum gratia aliorum hominum. Vltimò, vtrùm gratia Christi ita sit summa, & infinita, quòd etiam per potentiam Dei absolutam non possit augeri. ¶ Est igitur primum dubium, Vtrùm sit certum quòd in Christo fuerit plenitudo gratiæ? A parte negatiua arguitur sic. Nam si colligeretur in Christo Domino fuisse plenitudinem gratiæ, maximè ex illo Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis, sed ex hoc loco non efficaciter colligitur. Quod sic ostendo; nam Erasmus in annotationibus, quem sequitur Dominus Caietanus, dicit sic esse legendum: Vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à Patre, vt ibi sit punctũ clausulæ, & cõtinuò subsequatur: plenus gratiæ & veritatis Ioannes perhibet testimonium. Et mouet Erasmus ista cõiectura, quoniam in Græco exemplari habetur: plenus, in masculino genere, non in neutro, & in nominatiuo, non in accusatiuo, sicut habet editio Vulgata. ¶ Secundò sic, si in Christo fuit plenitudo gratiæ, ita quòd habuerit quicquid pertinet ad rationem gratiæ, sequitur quòd angelis data est gratia de plenitudine Christi, quod à pluribus Theologorum negatur: sequitur rursus, quòd primo homini in statu innocentiæ data sit gratia propter merita Christi, quod esse falsum conuincitur isto argumento. Nam si gratia primo homini concessa in illo statu fuit ex meritis Christi, sequitur quòd si perseuerasset in gratia, fuissent merita Christi; sequitur itidem quòd fuisset Christus, & venisset in carne mortali, etiam si homo non peccasset, quod ab vniuersis Theologis negatur. ¶ Deinde, rationes quibus D. Thom. probat suam conclusionem infirmissimæ videntur, præcipuè illa, qua sæpius, & libentius vtitur, quòd Christo Domino data est gratia tanquam vniuersali principio gratificatiuo gratificationis omnium hominum. Certè hæc ratio infirma videtur, nam ex ea sequitur, quòd gratia Christi Domini non sit eiusdem rationis cum gratia aliorum hominũ. Sol enim qui est causa vniuersalis omnium generationum non est causa vniuoca generationis, si quidem est ingenerabilis, & incorruptibilis. ¶ Adhæc, D. Thom. in explicanda plenitudine gratiæ Christi est sibi contrarius, ergo eius sententia non est approbanda. Probatur antecedens, nam in articulo. 9. in solutione. 3. tribuit animæ Christi plenitudinem gratiæ secundum capacitatem creaturæ ex parte subiecti, & in articulo. 10.

De plenitudine gratię Christi tria disputãtur.

Vtrùm in Christo fuerit plenitudo gratiæ disputatur.

Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

dicit, quòd in Christo est plenitudo gratię ex parte ipsius gratiæ, & quòd plenitudo ex parte subiecti est cõmunis multis alijs sanctis, ergo nõ sibi constat D. Tho. Nihilominus dico esse certũ secundũ fidẽ Christo Domino cõpetere plenitudinẽ gratię, & quòd talis plenitudo est propria Christi, in qua alij sancti nõ communicant. Probatur primo ex illo Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratię, & veritatis. Qđ autẽ hoc testimoniũ sit intelligẽdum ad literã de Christo est adeo certum, vt cõtrarium existimem esse erroneum, & temerarium. Quod suadeturhis argumentis. Primò, ex ipso cõtextu, nã paulò post sequit: De plenitudine eius oẽs accepimus, eius scilicet Christi, nõ Ioãnis Baptistę: & cõtinuo subiũgitur: lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christũ facta est. In quo significatur q̃ nõ solũ plenitudo gratiæ fuerit in Christo, verum etiã q̃ fuerit vniuersale principiũ, ex quo omnis gratia deriuatur. Idẽ probatur ex communi intelligẽtia omniũ sanctorũ Patrũ, tam Grẽcorũ, quàm Latinorũ ab exordio Ecclesię vsq; in præsens, & deserere communẽ explicationẽ Sanctorũ magna temeritas est, vt diffinitur in Conc. Trid. Sess. 4. & certè post diffinitionẽ Cõcilij Tridentini cõstruere illa verba, sicut cõstruxit Erasmus cõtra tenorẽ editionis Vulgatę temeritas est. Diffinitio sic habet: Æditio vulgata Latina in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus pro authentica habeatur, & nemo eam reijcere quocũq; prætextu audeat, vel presumat. Probatur deinceps nostra sententia, quoniã de Chro ad literã dicitur Ioan. 3. Quòd nõ dedit Deus illi spiritũ ad mẽsurã; de alijs vero sanctis dicitur Eph. 4. Quòd vnicuiq; data est gratia secũdũ mẽsurã donationis Christi. Idem patet ex illo Ephe. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo; in quo apertè significatur, q̃ Chrus sit vniuersale principium gratificatiõis in humana natura, cui cõsonat illud Euãgelij. Hic est filius meus dilect⁹, in quo mihi benè cõplacui. ¶ Ad argumẽta in cõtrariũ respõdetur, & ad primũ dico, non esse mirãdũ, q̃ interpres Latinus dixerit, plenũ, in neutro genere, & nõ dixerit plenus in masculino genere, licet in exemplari Græco legatur in masculino genere. Nã apud Græcos habetur, Logos, qui est masculini generis: at hæc dictio vertitur à nostro interprete verbũ. Vt ergo cõgruè aptarẽtur istæ voces necessariũ fuit dicere plenum in neutro genere, & sic excluditur Grãmatico rũ cauillus. ¶ Ad secũdũ respõdetur, q̃ ex sanctis scripturis tãtũ habetur, q̃ Christus sit vniuersale principiũ gratificationis in natura humana, quod apertè docet D. Tho. in art. 11. huius quæstionis. & cõstat ex illo Eph. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo; & ex illo Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Itaq; ex sanctis scripturis, & ex doctrina fidei efficaciter nõ cõcluditur, q̃ Christus fuerit vniuersale principiũ gratificationis in natura angelica.

Christo Domino competit plenitudo gratiæ.

Ioan. 1.

*arti. 1. huius quæst.

Conci. Tri.

Ioan. 3.

Eph. 4.

Eph. 1.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

Ad secũdũ.

Eph. 1. Ioan. 1.

est causa caloris in omnibus calidis, est maximè calidus. Similiter etiã quãtũ ad virtutẽ gratię plenè habuit gratiam: quia habuit eã ad omnes operationes vel effectus gratię. Et hoc ideo, quia conferebatur ei gratia tãquã cuidã vniuersali principio in genere habẽtiũ gratiam. Virtus autẽ primi principij alicuius generis vniuersaliter se extendit ad omnes effectus illius generis: sicut sol, qui est vniuersalis causa generationis (vt Diony. dicit 4. ca. de Diui. no.) eius virtus se extẽdit ad omnia, quæ sub generatione cadunt. Et sic secunda plenitudo gratiæ attẽditur in Christo, in quantum se extendit eius gratia ad omnes gratiæ effectus, qui sunt virtutes & dona, & alia huiusmodi.

lica. Rursus dico, q̃ ex sanctis scripturis tantũ cõcluditur, quòd gratia Christi sit gratia propitiatoris, & redẽptoris, iuxta illud ad Rom. 3. Quẽ proposuit Deus propitiatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius. Ex quo nõ cõcluditur nec apparẽter quidẽ, q̃ gratia concessa primo parenti in statu innocẽtiæ fuerit ex meritis Christi, nã illa gratia nõ fuit in propitiationẽ, & remediũ peccati. ¶ Ad tertiũ dico, rationes D. Th. esse efficacissimas, & ad impugnationem cõtra eas dicẽdũ est, q̃ licet Chr̃us sit vniuersale principiũ gratiæ, nõ inde sequitur quòd eius gratia, & nostra differant specie. Nã lux solis est vniuersale principiũ ex quo omnis lux deriuatur, ex quo tamẽ nõ sequitur quòd lux solis, & lux istorũ inferiorũ differant specie. Rursus ignis est primo, & per se calidus, ex quo omnia calida deriuãtur, ex hoc tamẽ non deducitur, q̃ calor in igne, & in aqua differãt specie. Sed in huius rei explicationẽ notat Dominus Caiet. art. 9. quòd Christũ Dominũ esse principiũ vniuersale gratificationis generis humani potest intelligi dupliciter. Primò, vt sit principiũ vniuersale cõtentũ sub eodẽ genere. Secundò, q̃ sit principiũ vniuersale non contẽtũ sub eodẽ genere. Et hoc secũdo modo docet Dñs Caietan. esse intelligendũ: neq; ex hoc sequitur, quòd Christus nõ habuit gratiã, sed solùm quòd habet gratiam alio modo. Est enim clarũ discrimẽ inter Christũ, & cæteros homines. Nam cæteri homines sunt grati per adoptionẽ, Christus verò est gratus, & sanctus per naturã, iuxta illud; Vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à Patre, plenũ gratiæ, & veritatis. Sed quanquã hęc doctrina Caietani vera sit, non tamẽ mihi videtur necessaria ad rationẽ D. Tho. elucidandã. Nam vniuersale principiũ alicuius generis siue sit contentũ sub eodem genere, siue non, necessariũ est quod habeat omnes perfectiones illius generis, cuius est principiũ. v. g. Sol nõ solùm cõtinet eminenter omnes perfectiones omniũ generabilium, quorũ est principiũ vniuersale; verum etiã ignis, qui cõtinetur in genere calidorum q̃m est principium vniuersale omniũ calidorum cõtinet in se omnes perfectiones, & omnes gradus caloris. Quinimò illud exemplũ de sole quod adducit Diuus Thom. ex D. Diony. c. 4. de Diui. nom. potest calumniã pati, nam sol non habet omnes perfectiones generabilium, & corruptibilium. Viuentia enim sunt generabilia, & corruptibilia, at sol nõ habet vitã. Sed respondeat Theologus in defensionẽ huius exẽpli, q̃ sol vt instrumentũ, nõ vt causa principalis efficit vitã, causa autẽ principalis est intelligẽtia, quæ mouet cœlũ. Itaq; sol ex coniunctione ad intelligentiam, quam habet, cãusat vitã, & hos admirabiles effectus. Doctrina est D. Thom. 1. p. q. 70. art. 3. ad 3. & sic mirũ in modũ quadrat exemplũ de Sole ad nostrũ propositũ cõfirmandũ. Quemadmodũ enim Sol ex coniunctione ad intelligentiã causat vitã; sic humanitas Christi ex vnione ad Verbũ diuinũ causat gratiã vitę, propter quod rectissimè appellatur sol iustitiæ. ¶ Ad quartum respõdetur, quòd D. Tho. negat plenitudinẽ gratiæ in Christo per cõparationẽ ad causam efficientẽ, id est, ad infinitatem diuinæ bonitatis, cõcedit tamẽ plenitudinem gratiæ in Christo secũdũ capacitatẽ creaturæ, id est, tãta, quãta potuit inesse creaturæ. Cæteris sanctis datur gratiæ plenitudo ex parte subiecti ad istũ statũ, vel illũ, ad istud officiũ, vel illud. De Christo vero Ioannes Baptista Ioan. 3. fert testimoniũ dicẽs; illũ oportet crescere, me autẽ minui, & paucis interpositis adiecit:

Ad Rom. 3.

Ad tertiũ.

Caietanus.

Ioan. 1.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd fides & spes nominant effectus gratię in quodã defectu, qui est ex parte recipiẽtis gratiã, in quãtũ scilicet, fides est de nõ visis, & spes de nõ habitis. Vnde nõ oportet, q̃ in Christo, qui est autor gratiæ, fuerint defectus, quos important fides & spes: sed quicquid est perfectionis in fide & spe, in Christo est multò perfectius: Sicut in igne non sunt omnes modi caloris defectiui ex defectu subiecti, sed quicquid pertinet ad p̃fectionẽ caloris.

Ad secũdũ dicendũ, q̃ ad gratiã operantẽ per se, pertinet facere iustũ: sed quòd iustũ faciat ex impio, hoc accidit ei ex parte subiecti, in quo peccatum inuenitur. Anima Christi igitur iustificata est per gratiã operantem, in quãtum per eam facta est iusta & sancta à principio suæ cõceptionis, nõ quòd ante fuerit peccatrix, aut etiam non iusta.

Ad tertiũ dicẽdum, q̃ plenitudo gratię attribuitur animæ Christi secundum capacitatem creaturæ: nõ autẽ per comparationẽ ad plenitudinẽ infinitam bonitatis diuinæ.

Dionysius.

D. Thom.

Ad quartũ.

Ioan. 3.

adiecit: Non ad mensurã dat illi Deus spiritũ, apertè insinuans crescentiã hanc intelligẽdam esse secundũ famã, exaltationẽ, & fidẽ in cordibus hominũ, vt credatur ipse esse magister, ego autem minister. Crescere, inquam, illum oportet nõ secũdum incrementa graduũ gratiæ, aut charismatum, cui Deus ab initio dedit absque mensura Spiritum sanctum omnium charismatũ autorẽ. Quemadmodũ in corporalibus rebus quisq; dicitur absq; mẽsura dare vinũ, aut liquorẽ vasi infundere, dum largiter, & copiosè ad satietatẽ plenam dat, totã replens capacitatem illius. Sic & Deus dicitur dedisse Christo ab initio suæ cõceptionis charismata sancti spiritus, absq; mẽsura. Vnicuiq; autem nostrum, inquit Paulus, data est gratia secundum mensuram donationis Christi, ad Eph. 4. Quibus verbis quid aliud docuit Paulus, quàm vnicuiq; nostrũ datam esse gratiã, sicuti Christo placuit eam donare, atq; secundum quasdã mensuras diuidere, & nõ singulis dispensare gratias vniuersas? At in Christo triplex gratiæ plenitudo considerari potest, prima est plenitudo gratiæ vnionis hypostaticę; secunda est plenitudo gratiæ singularis personæ, qua vniuersos sanctos, & iustos Christus euincit, & superat; tertia est plenitudo gratiæ capitis. Prima plenitudo est infinita, & est prima omniũ. Deinde est plenitudo secũda, quæ est absoluta, & nõ relatiua ordinata ad sanctificationẽ animę Christi, & ad operationes meritorias, quas erat effecturus. At tertia plenitudo est in bonũ totius Ecclesiæ, est nãq; Christus caput mysticũ, & influit in fideles suos veluti in membra gratiã, & gloriã. Sed de hoc in sequenti quæstione cõmodius disputabitur.

52 3.di.13.q.1.ar.2.q.2.

Ad Eph. 4.

Triplex gratiæ plenitudo in Christo.

Vtrùm gratia Christi, & nostra sint eiusdẽ speciei disceptatur.

¶ Quæstio secunda, Vtrùm gratia Christi, & nostra sint eiusdẽ speciei? Pro parte affirmatiua arguitur. Nam gloria Christi, & nostra sunt eiusdem speciei, nam vtraq; est visio diuinitatis, ergo gratia Christi, & nostra non differũt specie. Probatur consequentia. Nam gratia est

Primũ arg.

Articvlvs x.

Vtrùm plenitudo gratiæ sit propria Christi.

AD decimum sic proceditur. Videtur quòd plenitudo gratiæ nõ sit propria Christi. Quod enim est propriũ alicuius, sibi soli cõuenit: Sed esse plenũ gratia, quibusdã alijs attribuitur: dicitur enim Luc. 1. beatę Virgini, Aue gratia plena, dicitur etiã Act. 6. Stephanus plenus gratia & fortitudine. Ergo plenitudo gratiæ non est propria Christo.

¶ 2. Prætereà, Illud quod potest cõmunicari alijs per Christum, nõ videtur esse propriũ Christo: Sed plenitudo gratiæ potest communicari per Christũ alijs: dicit enim Apost. Eph. 3. Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ergo plenitudo gratiæ non est propria Christo.

radix gloriæ Rom. 6. Gratia Dei vita æterna, & certè primarius effectus gratiæ est acceptatio ad gloriã. ¶ Deindè, charitas Christi, & nostra non differunt specie, nam habẽt idẽ obiectũ formale, ergo gratia Christi, & nostra sunt eiusdẽ speciei. Probatur cõsequẽtia. Nã charitas est passio, quæ cõsequitur gratiã. ¶ Prætereà, gratia habitualis ideo constituitur in Christo, vt eleuet eius animã ad operatiões supernaturales, quibus ad beatitudinem peruenitur. Sic dicit D. Tho. 1. ar. huius quæstionis ad 2. at operationes Christi, & nostræ sunt eiusdẽ speciei, ergo gratia eius etiã est eiusdẽ speciei cũ nostra. ¶ Vltimò, effectus gratiæ formalis est facere hominẽ Deo gratũ, & consortẽ diuinæ naturæ, sed istũ effectũ habet in anima Christi, ergo gratia Christi, & nostra non differunt specie. ¶ In oppositũ est, q̃ in Chro gratia illa est principiũ vniuersale gratificationis, sicut sol generationis, sed sol habet virtutẽ alterius rationis eminentẽ, & eximiã, ergo etiã gratia Christi, propter quod Christus Dominus merito appellatur sol iustitiæ. ¶ Item, secũdo arguitur ex doctrina D. Tho. in arti. 11. in solutione. 3. vbi sic habet: Id quod minus est per augmẽtũ potest peruenire ad quãtitatẽ maioris in his, quæ habẽt quantitatẽ eiusdẽ rationis, sed gratia alterius hominis cõparatur ad gratiam Christi sicut causa particularis ad causam vniuersalẽ, vnde sicut virtus ignis nõ potest adæquare virtutẽ solis quantũcumq; crescat; sic gratia alterius hominis non potest adæquare gratiã Christi quantũcumq; crescat. Quibus in verbis manifestè significatur, quòd gratia Christi, & nostra differunt specie. ¶ Ad hæc, gratia Christi habet effectus differentes: specie ab his quos efficit in nobis, ergo differunt specie. Probo antecedens, nam gratia habitualis in Christo disponit ad vnionẽ hypostaticam, vt videbimus art. 13. Rursus, Christi gratia cæusat gratiã, & gratificat omnes homines, atq; adeò per istã gratiã meruit Christus, & satisfe-

Rom. 6.

Secundum

Tertium.

D. Thom.

Vltimum.

Argumẽta in contrarium.

Primũ arg.

Secundum D. Tho.

Tertium.

D. Tho.

& satisfecit de omni rigore iustitiæ, quod supra q.1.art.2. demonstrauimus, isti vero effectus admirabiles non possunt competere gratiæ aliorum hominũ, quantumcũq; sint iusti, ergo gratia Christi & nostra differunt specie.

Quartum. ¶ Vltimò, gratia habitualis in Christo cõsequitur velut propria passio ad vnionẽ hypostaticam, vt patet ex illo Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratię, & veritatis, sed gratia cõpetit nobis per modum dispositionis, & habitus accidentalis, Vnde hæc prædicatio; Christus est gratus Deo; est in secundo modo per se; ista vero; Petrus est Deo gratus; est prædicatio accidentalis, ergo differunt specie, nam propria passio differt specie à quinto prædicabili, quod est accidẽs. ¶ Pro explicatione huius difficultatis statuitur hoc principiũ. Gratia habitualis potest dupliciter cõsiderari, primo modo secundũ suã essentiã præcisè; altero modo secundũ modũ essendi.

Ioan. 1.

*Hom. 34. in Euang.

Explicatio quæstionis propositæ.

1. Cõclusio. ¶ Hoc cõstituto principio perfacili, est prima conclusio. Gratia Christi, & nostra si cõsiderentur secũdũ suã essentiã absolutè sunt eiusdem speciei. Hanc cõclusionẽ probant euidẽter argumẽta facta pro parte affirmatiua quæstionis. ¶ Secũda conclusio. Gratia Christi secundũ modũ essendi ex parte subiecti est alterius rationis, & essentiæ. Hanc conclusionem probãt efficaciter argumẽta, quæ adduximus pro parte negatiua quæstionis. Habet hãc sententiã Dominus Caiet. art. 9. & 11. huius quæstionis. & explicat eam appositio exẽplo. Calor ignis eiusdẽ speciei est secundũ suã essentiã in igne, in aëre, & in mixtis, verũtamen ex modo essendi differt specie. Nã calor in igne residet tanquam in proprio subiecto, & fonte, in quo est plenitudo caloris secũdũ omnes gradus quantũ ad intensionẽ, & secundũ omnes effectus, & omnẽ virtutẽ quantũ ad extensionẽ, videlicet, secundũ virtutẽ calefaciendi, exiccandi, inflammandi, at vero in aëre, & in cæteris mixtis non residet secundũ istã plenitudinẽ. Ad eundẽ modũ anima Christi suscepit gratiã secundũ omnem plenitudinẽ intensiuam, & extensiuã, cæteris verò hominibus data est gratia secundũ mẽsuram donationis Christi, propter quod verissimè docet D. Tho. in ar. 10. quòd plenitudo gratiæ ex parte ipsius gratię est propria Christo. Explicat hoc euidẽtiori exẽplo. Calor in stomacho secundum suam speciẽ eiusdẽ speciei est cũ calore alterius corporis, sed exmodo essendi differt specie nam calor in stomacho animato anima rationali habet virtutẽ cõuertendi cibũ in carnẽ humanã, quã virtutem nõ habet in cæteris corporibus vitæ expertibus, imo in stomacho fœminæ producit lac, & in viro nõ producit. Itẽ probatur cõclusio ex illo principio metaphysico; sicut res se habet ad esse, ita ad operationẽ, cum ergo in Christo Domino sit tantũ vnum esse verbi diuini, vt ostẽdit D. Tho. infrà q. 17. art. 2. necessarium est q; Christi Domini operationes, quę procedũt ex gratia sint perfectiores excellẽtia quadã alterius rationis. Vltimò probatur ex actibus, & effectibus, nã vt anteà dictũ est, gratia in Christo habet effectus differẽtes specie ab his, quos gratia efficit in nobis. Quòd si quærat Theologus, quę est ista excellẽtia, & dignitas quã habet gratia Christi ad effectus gratiæ producendos ex eo, quod est in anima vnita verbo diuino personaliter? nam videtur volũtariè dictum, q; aliqua forma varietur in specie suа à subiecto, in quo est; alioqui enim sequitur, q; albedo Christi, & nostra differũt specie. ¶ Respõdeat tamẽ nõ esse eandẽ rationẽ de albedine. Nam ad rationẽ, & dignitatẽ albedinis nihil refert dignitas subiecti; cæterũ ad dignitatẽ, & valorẽ operũ humanorũ maximè refert dignitas personæ operantis, iuxta illud Gen. 4. Respexit Dñs ad Abel, & ad munera eius. & ad Hebr. 5. Exauditus est pro sua reuerẽtia. Itaque dignitas personæ operantis auget

¶ 3. Præterea, Status viæ proportionari videtur statui patriæ: Sed in statu patriæ erit quędam plenitudo: quia in illa cælesti patria, vbi plenitudo est omnis boni, licet quędam data sint excellẽter, nihil tamẽ possidetur singulariter, vt patet per Greg. in homi. *de centũ ouibus. Ergo in statu viæ habetur gratiæ plenitudo à singulis hominibus: Et ita plenitudo gratiæ non est propria Christi.

Sed cõtra est quod plenitudo gratię attribuitur Christo, in quantum est vnigenitus à Patre: secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à Patre plenum gratiæ & veritatis. Sed esse vnigenitum à Patre, est propriũ Christo. Ergo & sibi proprium est, esse plenum gratiæ & veritatis.

Respõdeo dicẽdum, q; plenitudo gratiæ potest attendi dupliciter. Vno modo ex parte ipsius gra

D. Tho.

Obiectio.

Solutio.

Gene. 4.

Hebr. 5.

auget gratiam, & valorẽ. Ex his quæ diximus, ſequitur in primis q̃ ſimiliter iudicãdũ eſt de habitu charitatis, & aliarũ virtutũ in Chriſto Domino. Dicendũ nãq; eſt, quòd ſunt perfectiores in Chriſto excellẽtia quadam alterius rationis. Nam actus charitatis, & aliarum virtutũ in chriſto habent meritũ infinitũ, & ſunt ſatisfactorij de toto rigore iuſtitiæ. Secũdò ſequitur, q̃ ſi gratia Chriſti poneretur in anima Petri, aut verò gratia animæ Petri poneret in Chr̃o, gratia illa haberet excellẽtiam alterius rationis ratione ſubiecti, in quo reſideret, quanq̃ in Petro eſſet intẽſior in ratione qualitatis. Tertiò ſequitur, q̃ quãuis Chriſto Dñno in diuinis ſcripturis tribuatur & plenitudo gratiæ, & plenitudo ſcientiæ, nihiloſecius differens eſt ratio, nam in Chriſto eſt infinita in genere gratiæ, ſcientia verò creata in anima Chriſti non eſt infinita. Ratio huius differentiæ eſt, nam dignitas perſonæ infinitæ cauſat gratiã infinitam, ſed dignitas perſonæ parũ, aut nihil conducit ad rationem ſcientiæ, mẽſuratur namq̃; ſcientia cum lumine illuſtrante veritates ſcientiæ, & quoniam lumen ſciẽtiæ in anima Chriſti eſt creatum, & habet mẽſuram, hinc etiam prouenit quòd eius ſcientia non ſit infinita.

Chriſto Domino aliter tribuitur plenitudo gratiæ, aliter plenitudo ſciẽtiæ.

¶ Quæſtio tertia, Vtrùm Chriſti gratia ſit ſumma, & infinita ſic quòd etiam de potentia Dei abſoluta non poſsit eſſe maior, & perfectior. ¶ In hac re inuenio tres opiniones. Prima dicit, quòd gratia Chriſti eſt ſumma, & infinita ſic quod etiã per potẽtiã Dei abſolutam non poſsit eſſe maior. Itaq; gratia illa eſt maxima, ſic quod melior, & excellẽtior excogitari non poſsit. Hanc ſententiã tenet Scotus

Vtrùm gratia Chriſti Domini ſit ſumma & infinita?

Tres opiniones de propoſita quæſtione.

Scotus.

tiæ, alio modo ex parte habẽtis gratiam. Ex parte quidẽ ipſius gratiæ dicitur eſſe plenitudo gratiæ ex eo quod aliquis pertingit ad ſummũ gratiæ, & quantũ ad eſſentiã, & quãtũ ad virtutẽ, quia ſcilicet habet gratiam & in maxima excellentia, qua poteſt haberi, & in maxima extenſione ad omnes gratiæ effectus, & talis gratiæ plenitudo eſt propria Chriſto. Ex parte verò ſubiecti gratiam habẽtis, eſſe dicitur gratiæ plenitudo, quando quis habet plenè gratiã ſecundũ ſuã cõditionẽ, ſiue ſecũdum intẽſionẽ, prout in eo eſt intẽſa gratia vſq; ad terminũ præfixũ ei à Deo: ſecũdũ illud Eph. 4. Vnicuiq; noſtrũ data eſt gratia ſecũdũ menſurã donationis Chriſti: Siue etiam ſecũdũ virtutẽ: in quãtũ ſcilicet habet facultatem gratiæ ad omnia, quę pertinẽt ad ſuũ officium ſiue ſtatũ, ſicut Apoſtolus dicebat Eph. 3. Mihi omniũ Sanctorum minimo data eſt gratia hæc illuminare omnes, &c. Et talis gratiæ plenitudo nõ eſt propria Chriſto, ſed communicatur alijs per Chriſtum.

Ad primũ ergo dicendũ, q̃ beata Virgo dicta eſt plena gratia, nõ ex parte ipſius gratiæ: quia non habuit gratiã in ſumma excellẽtia, qua poteſt haberi, nec ad omnes effectus gratiæ, ſed dicitur fuiſſe plena gratia per cõ-

in 3. d. 13. q. 1. & 4. & probat eam ſic; quia humanitas in Chriſto aſſumitur ad ſummũ eſſe, quo melius & excellentius excogitari non poteſt, ergo aſſumitur ad ſummã operationẽ vltra quã nõ poſsit procedere; Rurſus, ergo aſſumitur ad ſummũ habitũ gratiæ, & charitatis ita quòd excreſcere nõ poſsit. Antecedens huius argumẽti eſt certum ſecũdum fidẽ, cõſequẽtia prima probatur, nã operatio ſequitur ad eſſe; ſecũda vero cõſequẽtia inde patet, nã ſi actus eſt ſummus, neceſſe eſt quod habitus à quo procedit ſit ſummus. ¶ Deinde, Deus põt facere ſummã gratiã creabilem ſimul, ergo credẽdum eſt, q̃ eam dederit filio ſuo, cõſequẽtia videtur nota, & probo antecedens. Nam Deus cognoſcit ſummã gratiã creabilẽ, ergo poteſt eam dare, ergo & dedit filio ſuo. ¶ Ad hæc, Deus cognoſcit infinitos gradus gratiæ, quos poteſt producere in infinitis hominibus ſucceſsiuè, ergo poteſt producere infinitã gratiã intẽſiuè, ſiquidẽ illã cognoſcit. ¶ Prętereà, gratia Chriſti eſt diſpoſitio ad gratiã vnionis, vt dictum eſt, & etiam vniuerſale principium ad gratificandũ infinitos homines, imo infinitos mundos ſi eſſent, eſtque infiniti meriti ſufficiens principium, & infinitæ ſatisfactionis de toto rigore iuſtitiæ pro infinitis peccatis, nequit ergo eſſe maior, aut perfectior gratia, nã non poteſt ordinari etiam de potẽtia Dei abſoluta ad aliquid melius, quàm ſit vnio hypoſtatica. Et certè quòd ſit vniuerſale principiũ ad gratificandos infinitos homines, & ad meritum infinitũ oſtendit efficaciter, quòd hæc gratia ſumma ſit, & infinita. ¶ Item, id quod eſt infinitum ſimpliciter augeri non poteſt, infinito

Argumẽta primæ opinionis quibus probatur gratiam Chriſti non potuiſſe eſſe maiorẽ. Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

infinito enim nõ potest fieri additio, sed gratia Christi est infinita simpliciter, ergo nequit esse maior. Quòd sit infinita simpliciter, sic demõstro, nam id quod est infinitũ in aliquo genere, simpliciter est infinitum, sed gratia Christi est infinita in genere gratiæ, vt docet D. Th. in his articulis, ergo est infinita simpliciter. Maior patet, linea enim infinita esset simpliciter infinita, & similiter albedo infinita. At gratia Christi est infinita in genere gratiæ, vt dicit D. Tho. in his articulis, ergo est infinita simpliciter.

Sextum. ¶ Vltimò, gratia Christi est infinita in genere qualitatis, & in genere gratiæ, ergo omnibus modis est infinita, ergo excrescere non põt. Quòd sit infinita in genere gratiæ conceditur à D. Tho. in his articulis. Quòd verò sit infinita in genere qualitatis, sic ostẽdo. Nã gratia intrinsecè, & essentialiter est qualitas, ergo si est infinita in genere gratiæ, erit infinita in genere qualitatis. Explicatur hoc, nam differẽtia intrinseca huius qualitatis, quæ est gratia, est qualitas, ergo si est infinita in genere gratiæ erit etiã infinita in genere qualitatis: dicere vero quòd vltima differẽtia huius qualitatis est ens rationis absurdum est, nã sequitur q̃ gratia esset ens rationis. Hãc

Durandus. Caietanus. sententiã tenet cũ Scoto Durãd. in. 3. d. 13. q. 1. & Caietan. in his articulis, &. 2. 2. q. 24. arti. 7. existimat, quòd hęc sentẽtia sit D. Thomæ in hoc loco. Nam in ar. 9. docet expressè q̃ Christus habuit gratiã in summo gradu secũdum perfectissimũ modũ, quo haberi potest, & loquitur de ea secũdum intensionẽ & in art. 10. præordinãtur oẽs Sancti: vel aliquid speciale, quod pertinet ad excellẽtiã aliquorũ. Et secundum hoc quædã plenitudo gratiæ est omnibus sanctis communis, vt scilicet habeãt gratiã sufficientẽ ad merendum vitam æternam, quæ in plena Dei fruitione consistit: & hanc plenitudinẽ optat Apost. fidelibus, quibus scribit.

Ad tertium dicẽdum, quòd illa dona, quæ sunt communia in patria, scilicet visio, cõprehensio, & fruitio, & alia huiusmodi, habent quędam dona sibi correspondẽtia in statu viæ, quæ etiã sunt cõmunia omnibus Sanctis: Sunt tamẽ quædã prærogatiuæ Sanctorum in patria, & in via, quæ non habentur ab omnibus.

scribit quòd attingit summũ gratiæ, & secundum essentiã, & secundũ virtutem, obidq̃; in art. 12. cõcludit, quòd non potuit augeri, nec esse maior. Hæc sentẽtia videtur esse Magistri in. 3. d. 13. vbi sic habet: Anima Christi habuit tãtã gratiæ plenitudinem, vt amplioré Deũ cõferre nõ posset. Et confirmatur ex illo Ioan. 3. Nõ ad mensuram Deus dedit illi spiritum, at certè si crescere posset, certè mensurã haberet. Secũda opinio est Capreoli in. 3. d. 13. q. vnica, & dicit duo. Vnum est, quòd gratia Christi fuit summa intra naturam talis speciei. Itaq̃; habuit omnẽ perfectionem debitam suæ speciei, sicut lux Solis credẽdum est q̃ habuit summã lucẽ, quæ haberi potest in tali specie, & si albedo esset separata ab omni subiecto haberet omnẽ perfectionẽ debitã suę speciei. Hæc videtur esse doctrina D. Tho. art. 12. in solutione primi, & fundamentũ huius doctrinæ est, quoniam omnis forma terminatur ad maximũ quod sic, gratia est quædã forma, ergo est terminata ad maximum quod sic. Hoc fundamentũ cõmemorat D. Tho. in loco dudum citato, cui concinit illud Sap. 11. Omnia in mẽsura, põdere, & numero cõstituisti. Secũdò dicit hæc opinio, quòd hoc nõ obstãte de potentia Dei absoluta potuit esse maior licet de potẽtia ordinaria fuit summa. Hoc secũdũ assertũ probat Capreolus ex varijs locis doctrinæ D. Tho. nam de verit. q. 29. arti. 3. ad 3. &. 6. dicit quòd gratia Christi licet impleat capacitatẽ naturalẽ animæ, nihilominus secũdũ potẽtiã obediẽtialẽ manet subiecta, vt maior esse

Magister. Ioan. 3. Secũdæ opinionis argumẽta Capreol. D. Tho. D. Tho.

esse queat,& in arti.9. huius quæstionis ad.3. tribuit D. Tho. plenitudinem gratiæ animæ Christi secúdú capacitaté creaturæ.Et in arti. 12.ad primum dicit, quòd gratia Christi fuit summa sicut quãtitas cœli, at nulla est repugnantia q̃ quãtitas cœli sit maior secúdú potétiam Dei absolutã: & in solutióe ad secundum dicit q̃ Deus, quæ sua est omnipotens virtus, potest facere aliquid maius, & melius gratia Christi habituali. Et est insignis locus infrà q.10.art. 4.ad.3.Vbi sic habet loquẽs de gratia, & visione beata animæ Christi: licet gratia Christi, & visio beata in ordine ad vnionem hypostaticã nõ possit esse maior,absolutè pót esse altior gradus gratiæ, & visionis beatæ. Sed præter testimonia citata hæc sententia habet pro se duas rationes. ¶Prima,visio beata animæ Christi potuit crescere vt constat ex doctrina omniú Theologorú,ergo & lumẽ gloriæ,ergo & gratia habitualis. Explicatur hoc, nam gloria secundú legẽ ordinariã correspondet quãtitati gratiæ,ergo si gloria potest crescere, etiam gratia potest augmentú suscipere. ¶Secunda ratio, nam si gratia potest esse summa taliter quòd non potest crescere, sequitur quòd potest dari homo purus viator,qui non possit amplius mereri, nec in gratia Dei amplius proficere.Probatur sequela,quia si daretur talis gratia puro homini iam esset viator, & amplius mereri non posset, nec in gratia proficere.Et idẽ argumẽtú fieret, si Christus à primo instanti nõ fuisset beatus.Hanc sentẽtiam tenet Gab.& Almay.& Soto lib.1. Phys. de maximo & minimo.Et fundamentú huius sentẽtiæ est,quòd nulla forma nec substantialis nec accidẽtalis est terminata ad maximum, vel ad minimú cõparata ad diuinã potẽtiam, sed vniuersa potest crescere in infinitú syncathegorematicè. ¶ Tertia sententia est,q̃ gratia Christi est summa de lege ordinaria,quod nemo negare potest;cæterú secundú naturam, & speciẽ suã non vẽdicat sibi certú gradum perfectionis,sed potest crescere in infinitú, sicut quidã philosophi dicunt de igne quòd nõ habet terminum, vnde potest crescere in infinitú, si ei infinita cõbustibilia applicẽtur. Et probatur hæc sententia: nã hæc diuina qualitas differt à cæteris qualitatibus naturalibus,quòd cæterę qualitates ordinantur ad cõseruationẽ, & ad bonú speciei, & ideo sicut forma est finita,ita qualitas disponẽs ad illã habet terminú prout expedit tali formæ, at gratia nõ disponit ad aliquã formam naturalẽ, sed ad visionẽ beatificam, quæ non habet terminum, Deus enim in infinitú est visibilis, & ideo gratia nõ habet terminú.Vnde D.Tho.2.2.q.24.art.7. inde demõstrat, quòd charitas ex sua ratione potest crescere in infinitum, quia ordinatur ad amandum Deum,& amor Dei potest crescere in infinitum. ¶ Et in eodẽ loco adhibet aliã demonstrationẽ ad idẽ probandú. Nam tale augmentum in infinitum, non repugnat charitati ex parte causæ efficientis, si quidem causa efficiens est Spiritus sanctus qui est infinitæ virtutis, nec verò ex parte subiecti quod est anima. Nam anima semper est in potentia obedientiali ad susciendam maiorem, atque maiorem charitatem sine vllo termino; nec verò repugnat ex parte formæ. Nam charitas est participatio quædã diuini amoris,

53 3.d.13.q.1. ar.2.q.2.& di.14.ar.1. q.1.co. Et veri.q.29. ar.3. Et op. 3.cap.221. Et opu.60. ca.3.col.9. & Ioan.3. lec.6.col. 2.& 3.

Primũ arg. Secundæ opinionis.

Secundum

Gab. Almay. Soto.

Tertia opinionis argumenta.

Primũ arg.

D.Tho.

Secundum

ARTICVLVS XI.

Vtrùm Christi gratia sit infinita.

AD vndecimum sic proceditur. Videtur quòd gratia Christi sit infinita. Omne enim immensum, est infinitum: Sed gratia Christi est immensa: dicitur enim Ioã.3. Nõ enim ad mensurã dat Deus Spiritum Filio scilicet Christo. Ergo gratia Christi est infinita.

¶ 2. Præterea, Effectus infinitus demõstrat virtutẽ infinitã, quæ non potest fundari, nisi in essentia infinita: Sed effectus gratiæ Christi est infinitus:extendit enim se ad salutem totius humani generis: ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris & totius mũdi:vt dicitur primę Ioã.2.ergo gratia Christi est infinita.

¶ 3. Præterea, Omne finitum, per additionem finiti potest peruenire ad quantitatẽ cuiuscunq; finiti.Si igitur gratia Christi esset finita, posset alterius hominis gratia tãtú crescere, quòd perueniret ad æqualitatẽ gratiæ Christi. contra quod dicitur Iob.28.Nõ adæquabitur ei aurum vel vitrũ: secundum quod Gregorius ibi exponit. Ergo gratia Christi est infinita.

Sed cõtra est,quod gratia est quiddã creatum in anima: Sed omne creatũ est finitũ: secúdum illud Sap.11. Oĩa in numero &

amoris, qui est immensus, & infinitus. Eadē demōstratio, & multò euidētior procedit de gratia. Nā gratia habet in officio reddere animā gratā, & dilectā Deo, Deus autē potest in infinitū efficere eā gratiorē & magis dilectā.

Tertium. D.Tho. ¶ Prętereà idē D.Tho. 1.p.q. 61.ar.6. docet angelis datam fuisse gratiam secundū quantitatem suarū naturarū. Itaque perfectio ri angelo in natura data fuit perfectior gratia, sed quocūq; gradu naturæ dato ad huc pōt Deus perfectiorem producere, ergo quocūque gradu gratiæ demonstrato potest Deus perfectiorem producere secundum communem cursum.

*q.2.ar.10.

†q.6.art.6.

Quartum. Deniq; proprietas rei determinatur secūdum naturā ad quam cōsequitur, sed gratia est quædā participatio diuinæ essentiæ, & naturæ, quę est immēsa, & infinita, & terminū nescit, ergo gratia Dei terminum nō habet. Hęc sententia fuit doctissimi P. Victoria, & existimo q̄ fuit etiam sapiētissimi M. Soto

Victoria. Soto.

Pro huius quæstionis explicatione, quæ difficillima est, & perfectè à nemine explicata, sciēdum est quòd finitum, & infinitum primo cōueniunt quantitati corporeæ, & inde translata sunt ad designandā virtutis quātitatē, & perfectionē, & sicut dicitur quantitas infinita, vel finita secundū triplicē dimensionē longitudinem, latitudinē, & profunditatem, vel secūdū aliquam tantum; sic gratia Christi potest dici infinita vel in genere entis, vel in genere qualitatis, vel in genere gratiæ & secundum intensionem, & secundum extensionē.

Expositio propositæ quæstionis.

¶ Hoc cōsti tuto principio sit prima cōclusio. Gratia Christi in genere entis finita est, & non est summa entitas. Patet, nā est creatura, & solū Deus est infinitum, & summum ens.

Prima conclusio.

¶ Secūda conclusio. Gratia Christi in genere qualitatis non est infinita, necsumma. Probatur sic, nā gratia Christi, & nostra sunt eiusdem speciei, vt paulo ante demōstratū est, sed gratia nostra non est infinita, nec summa qualitas, ergo nec Chri gratia in genere qualitatis est infinita. Deinde, gratia Christi vt sic est finita sicuti nostra, quia est finita in genere entis, & determinata ad certū genus, & ad certā speciē, ideo enim Deus dicit infinitus in genere entis, qm̄ non est determinatus nec ad certū genus, nec ad certā differentiā, vt dicitur prima parte in principio. Adhæc idē probatur, nā Deus non potest facere infinitā qualitatē nec intēsiuè, nec extensiuè vt demōstrat D.Tho. 1.p.q.7. Deniq; probatur, nā illa gratia non erat summa, nec Deus potest facere summā gratiā, quacūq; em̄ data potest Deus facere meliorē, imò fortasis visio beata, & lumē gloriæ de facto sunt perfectiores qualitates, fateor tn̄ q̄ hęc diuina qualitas est admirādæ perfectionis, habet siquidē admirādos effectus, quos hic cōmemorat D.Tho. excediq; omnia accidentia corporalia, & spiritualia, quæ

2. Concluſ.

Alio modo potest considerari secundū propriam rationē gratiæ. Et sic gratia Christi potest dici infinita, eo quòd non limitatur: quia scilicet habet quicquid potest pertinere ad rationē gratię: & nō datur ei secūdum aliquā certam mēsurā id, quod ad rationem gratiæ pertinet: eo quòd secundum propositū Dei, cuius est gratiam mensurare, gratia confertur animę Christi, sicut cuidam vniuersali principio gratificationis in humana natura: secundū illud Ephe. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo: Sicut si dicamus lucem solis esse infinitā: non quidem secundum suum esse, sed secundum rationem lucis, quia habet quicquid ad rationē lucis pertinere potest.

Ad primū ergo dicendum, quòd id quòd dicitur, Pater nō ad mensurā

quæ in hac vita habentur, imo certissimè asserendũ est, quòd de lege ordinaria gratiã Christi in genere habitus, & in genere qualitatis, & in genere gratiæ est maxima omnium gratiarum, quas Deus hucusq; produxit, & postmodũ est producturus; & si vera esset illa opinio quòd Deus posset facere infinitum in actu intensiuè, non deciperetur Theologus, qui diceret illam esse infinitã intẽsiuè. ¶ Tertia conclusio. Deus de potẽtia absoluta potest producere gratiã intensiorẽ in genere qualitatis quàm sit gratia Christi habitualis. Itaq; gratia Christi non fuit infinita intẽsiuè, nec summa, loquẽdo de potẽtia Dei absoluta. Hæc cõclusio sufficiẽter probatur argumẽtis pro secũda & tertia opinione factis, quæ meo iudicio sunt euidẽtia; sed adhuc probatur plenius, tũ quoniam Deus nõ potest facere infinitã qualitatẽ intẽsiuè, nec extensiuè vt paulo antè dictũ est, tũ verò quoniam nulla virtus in Christo fuit infinita, nec charitas quidẽ, ergo nec gratia habitualis. Probatur cõsequentia, nam gratia vel est charitas, vel simul infunditur cum charitate in eodem gradu intẽsionis; deinde, nullus actus virtutis in anima Christi fuit infinitus, alioquin infinitè amaret Deum, & infinitè tristaretur de peccato. Item, aliâs voluntas Christi prędita virtutibus infinitè intensis esset agens infinitæ virtutis. Item, aliâs gloria animę Christi esset infinita, & sic infinitè videret Deum.

3. Concluſ.

dat Spiritũ filio, vno modo exponitur de dono quod Deus pater ab æterno dedit Filio, scilicet diuinã naturã, quæ est donum infinitũ. Vnde quędam glos. dicit ibidẽ, Vt tantus sit filius, quãtus & Pater. Alio modo potest referri ad donũ, quod datum est humanæ naturæ, vt vniatur diuinæ personæ: quod etiã est donum infinitũ. Vnde glos. dicit ibidem, Sicut Pater plenum & perfectũ genuit Verbum, sic & plenum & perfectum est vnitum humanæ naturæ. Tertio modo potest referri ad gratiã habitualẽ, in quantum gratia Christi se extẽdit ad omnia quæ sunt gratiæ. Vnde Augu. hoc exponens dicit, Mensura diuina, diuisio quędã donorũ est: alij enim datur per Spiritũ sermo sapientiæ, alij sermo sciẽtiæ: sed Christus, qui dat, non ad mensuram accepit.

Ad secũdum dicendũ, quòd gratia Christi habet infinitũ effectũ: tum propter infinitatem prædictam gratiæ, tum propter vnitatẽ diuinæ personæ, cui anima Christi vnita est.

Ad tertium dicẽdum, quòd minus per augmẽtum potest peruenire ad quantitatem maioris, in his, quæ habent quantitatem vnius rationis: sed gratia alterius hominis cõparatur ad gratiã Christi, sicut quædam virtus particularis ad vniuersalem. Vnde sicut virtus ignis, quantumcumque crescat, non potest adæquare virtutem solis: ita gratia alterius hominis, quantumcũque crescat, non potest adęquare gratiam Christi.

Articvlvs xii.

Vtrùm gratia Christi potuerit augeri.

AD duodecimũ sic proceditur. Videtur q̃ gratia Christi potuerit augeri. Omni enim finito potest fieri additio: Sed gratia Christi fuit finita: vt dictum est*. Ergo potuit augeri.

¶ 2. Prætereà, Augmẽtum est perfectionem gratiæ, quæ est in Christo Iesu. Secũda solutio huius argumẽti est, quã habet D. Tho. art. 11. ad 3. quòd gratia Christi, & nostra sunt diuersarũ rationũ, & ideo quantumcumque crescat gratia hominis particularis non potest adæquare gratiam Christi Domini, quemadmodum quantumcumque crescat virtus

¶ Sed ex hac cõclusione videtur sequi euidẽter quod homo viator magis ac magis merendo posit æquare gratiam Christi, siquidẽ est finita. Prætereà, si daretur alteri maior gratia, qđ posse fieri præsens concedit conclusio, sequitur q̃ esset gratior Deo, quàm Chrus, quod asserere ab omni theologia alienum est. Nihilominus tamen respõdeat Theologus ad primum de lege ordinaria non esse periculum formidãdum, nã Deus cognouit maximã gratiã, ad quã homo viator peruẽturus est & dedit Christo longè maiorẽ, propter quòd in Clemẽtina ad nostrũ definitur, neminẽ posse peruenire ad

Obiectiones aduersus tertiam conclusionem.

Solutiones

54 1. d. 15. q. 5. ar. 1. q. 4. & d. 17. q. 2. artt. 4. ad 3. Et 3. d. 13. q. 1. ar. 2. q. 3. & d. 18. art. 5. co. Et Isa. 11. l. 2. principio. * ar. præce.

D. Thom.

virtus ignis, nunquam poterit æquare virtutem solis. Tertia solutio est, quòd quanquam gratia Christi, & nostra essent eiusdem rationis, & speciei, non est consequens, quòd gratia nostra possit adæquare gratiam Christi. Sicuti lux aëris non potest adequare lucé solis, sunt tamen eiusdem speciei. Rursus, calor mixtorum nó potest adæquare calorem ignis, at non differunt specie. Et hoc prouenit ex subiectis, ná lux est in sole tanquã in proprio subiecto ab intrinseco, & non ab alio. Item, calor est in igne tanquã in proprio subiecto: ad eundé modũ gratia est in Christo tãquam in proprio fonte, & ideo gratia hoís particularis quantũcunq; crescat non potest eã adæquare. Ad secũdũ respõdetur, quod in illo casu ille homo nõ esset gratior Deo, quã Christus, náChristus est infinitè gratus Deo propter vnionẽ hypostaticam, concedo tamen, quòd anima Christi potuit esse gratior Deo, quàm modo sit. Rursus concedo, quòd alteri homini de potentia Dei absoluta potuit dari gratia intẽsior in genere qualitatis, sed ex hoc non sequitur, quòd ille homo esset melior, & gratior Deo propter rationem nunc commemoratam. Et est alia ratio, mentum gratię fit per virtutem diuinam: secundũ illud 2. ad Cor. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: Sed virtus diuina, cùm sit infinita, nullo termino coarctatur. Ergo videtur, quòd gratia Christi potuerit esse maior.

¶ 3. Prętereà, Luc. 2. dicitur, quòd puer Iesus proficiebat sapientia & ętate, & gratia apud Deum & homines. Ergo gratia Christi potuit augeri.

Sed contra est quod dicitur Ioan. 1. Vidimus eũ quasi vnigenitum à Patre, plenum gratię & veritatis. Sed nihil potest esse aut intelligi maius, quã quòd aliquis sit vnigenitus à Patre. Ergo etiã non potest esse vel intelligi maior gratia, quàm illa, qua Christus fuit plenus.

Respondeo dicendũ, quòd aliquam formã nõ posse augeri, cõtingit dupliciter. Vno modo ex parte ipsius subiecti: alio modo ex parte ipsius formæ. Ex parte quidẽ subiecti, quando subiectum attingit ad vltimum gradum in participatione illius formæ secũdum suũ modum: sicut si dicatur, quòd aër non potest crescere in caliditate, quãdo pertingit ad vltimũ gradũ caloris, qui potest saluari in natura aëris; licet possit esse maior calor in rerum natura, qui est calor ignis. Ex parte autem formę excluditur possibilitas augmenti, quãdo aliquod subiectum attingit ad vltimam perfectionem, quã potest talis forma habere in natura: sicut si dicamus, quòd calor ignis non potest augeri, quia nõ potest esse perfectior gradus caloris quã ille, ad quem pertingit ignis. Sicut autem aliarum formarum est ex diuina sapiẽtia determinata propria mẽsura, ita & gratiæ: secundum illud Sapiẽ. 11. Omnia in numero & põdere & mensura disposuisti. Mensura autẽ vnicuique formę prẽfigitur per comparationem ad suũ finem: sicut non est maior nam non facit meliorem intensior gratia in esse qualitatis, sed maior gratia in genere gratiæ, gratia autem Christi in genere gratiæ est infinita. Hactenus de gratia Christi in genere qualitatis, deinceps dicendum est in genere gratiæ. ¶ Prima conclusio. Gratia Christi in ordine ad subiectum finita est in genere gratiæ. Volo dicere, quòd si gratia Christi cõsideretur, quatenꝰ facit animam Christi gratã finita est in genere gratiæ: patet euidenti ratione, nam facit animã Christi finitè gratã, solus enim Deus est infinitè gratꝰ. Deindè probatur, nam dona, & virtutes, quæ ex gratia dimanant, sunt finita. Ex hoc sequitur quòd anima Christi Dñi de potentia Dei absoluta potuit esse gratior Deo, & acceptari ad maiorem beatitudinẽ. Hic tamen est obseruãdũ quòd etiam hoc modo est quodãmodo infinita, vt docet D. Thom. in his articulis, nam est summa de lege ordinaria, & dona, & virtutes, quæ ex illa dimanant, sunt in summo gradu, & non est limitata sicut nostra. Certè quemadmodum lucem solis possumus appellare quodammodo infinitam, sic gratiam Christi possumus appellare infinitã, etiam in ordine ad suum subiectum. ¶ Secunda con-

Quid sit sentiendũ de gratia Christi in genere gratiæ explicatur.

1. Cõclusio

2. Cõclusio

da conclusio. Gratia Christi in ordine ad beatitudinem finita est in genere gratiæ, & potest esse maior. Patet, nam beatitudo ad quam ordinatur finita est, & omnium doctorum sententia visio beata animæ Christi potuit esse maior. Itē patet, nā accepta tio ad gloriam potuit esse maior: ergò gratia sub ista cōsideratiōe potuit esse maior

Obiectio. Sed cōtra istā cōclusionē est argumētū. Nā meritum Christi fuit infinitum, ergò gloria fuit infinita. Confirmatur etiam, quia nullum meritum manet irremuneratum apud Deū, ergò nec Christi meritum, quare ergò nō fuit augmētata gloria ꝓportionabiliter ad meritū, quod fuit

Solutio. infinitū? ¶ Ad hoc argumentū respōdetur breuiter, quòd Christus prout videbimus infrà q. 19. nō meruit sibi gloriā animæ, sed tantū gloriam corporis, nobis autē vtrāq; promeruit, & ideo gloria data est illi sine merito, sed de hoc dicetur copiosius in loco citato. Ad confirm. vero respondetur, quòd anima Christi non fuit capax infinitæ gloriæ, & ideo data est illi gloria pro sua capacitate, vnde eleganter docet Diuus Thomas in his articulis, quòd Deus tribuit animæ Christi gratiæ plenitudinem, & gloriæ secundum capacitatem creaturæ, ex hoc vero non sequitur, quòd non possit crescere, nam secundum potentiam obedientialem semper manet subiecta anima, vt in gloria possit crescere. Sed de hoc diligentius loco citato. ¶ Tertia conclusio. Gratia Christi in ordine ad vnionem hypostaticam est infinita, & non potest esse maior nam est ornamentum & dispositio ad bonum infinitū, & est euidens contradictio, quòd possit eleuari ad aliquid altius, & melius quàm ad vnionē hypostaticā. Sed contra est argumētum, nā hæc gratia habitualis potuit ordinari ad vnionem hypostaticam cum alijs personis Patre, & Spiritu sancto, ad quam modo nō ordinatur, ergò potest augeri. ¶ Respōdetur tamen, quòd vnio cū omnibus tribus personis non esset melior, neq; perfectior, quā vnio cum solo filio, sicut vnitas trium personarum non est pfectior, quā vnitas filij. ¶ Quarta conclusio. Gratia Christi vt est principium gratificandi homines est infinita in genere gratiæ, & non potest esse maior. Probatur sic, nam gratia Christi est sufficiens principium gratificandi vniuersum genus humanum, & infinitos homines, & mūdos si essent. Deindè, gratia Christi est principium

3. Cōclusio

Obiectio.

*l.2. de anima, tex. 41. to. 2.

Solutio.

4. cōclusio

cendum, quòd si loquamur de quantitatibus mathematicis, cuilibet finitę quantitati potest fieri additio: quia ex parte quantitatis finitę, non est aliquid quod repugnet additioni. Si vero loquamur de quantitate naturali, sic potest esse repugnātia ex parte formę, cui debetur determinata quātitas, sicut & alia accidentia determinata. Vnde Philosophus * dicit in secundo de anima, quòd omnium natura constantium est terminus & ratio magnitudinis & augmenti. Et inde est, quòd quantitati totius cæli non potest fieri additio. Multò igitur magis in ipsis formis consideratur aliquis terminus, vltra quem nō progrediuntur. Et propter hoc nō oportet, quòd gratiæ Christi possit fieri additio, quamuis sit finita secundum sui essentiā.

Ad secundum dicendū, quòd virtus diuina licet possit facere aliquid maius & melius, quàm sit habitualis gratia Christi:

cipium infiniti meriti & infinitæ satisfactionis, vt dictum est in exordio huius partis, ergò est infinita secundum virtutem. Quod si dicat Theologus, quòd ad hoc sufficit gratia vnionis. Respondetur, quòd Christi opera habent quidem infinitam efficaciam ex vnione hypostatica, sed non eliciũtur immediatè ab ipsa, sed ab habitu gratiæ, & charitatis, & ideo sicut opa Christi ex vnione hypostatica habet infinitam efficaciam merendi, & satisfaciõdi, sic habitus gratiæ licet esset minimus, propter dictam rationem haberet infinitam efficaciam. Tertiò probatur, nam Christus per gratiam suam promeruit nobis gratiam infinitam syncathegorematicè id est, quacunque demonstrata adhuc nobis maiorem promeruit, ergò est infinita secundum virtutem, nam certè si esset finitæ virtutis non posset producere nisi finitum, & limitatum effectum. ¶ Sed contra hanc conclusionem sunt quædam argumenta. Primò, videtur impossibile, quòd aliqua res habeat infinitam virtutem præter solum Deum. Deindè apparet impossibile, quòd gratia Christi cum sit finita habeat virtutem producendi infinitam gratiam syncathegorematicè, nam si gratia Christi est vt viginti, quomodo potest producere infinitum sine termino? Item, quomodo potest esse possibile, quòd Deus fecerit gratiam Christi infinitam in genere gratiæ, cum tamen sit constans doctrina Deum non posse facere infinitum. Vltimò, gratia Christi potuit se extendere ad Angelos gratificandos, vt planè constat, sed de facto ad hoc non se extendit, vt habet sana doctrina, ergò potuit crescere in virtute gratificandi. ¶ Ad hæc argumenta respondetur & ad primum dicendum est, quòd gratia Christi est infinita in genere gratiæ, & non simpliciter, & ideo non potest producere infinitos effectus, cæterum potest gratificare infinitos homines, & infinitos gratiæ effectus producere. Itaque solus Deus habet virtutem simpliciter infinitam, & ideo potest producere infinitos effectus simpliciter. Ad secundum respondetur, quòd minimus gradus gratiæ Christi propter vnionem hypostaticam potest producere infinitos gradus gratiæ in hominibus, maximè cum gratia Christi est alterius ordinis, & diuini, & vna perfectio altioris ordinis est tantæ perfectionis, quòd excedit infinitas perfectiones inferioris ordinis, & eminenter illis æquiualet, vt doctissimè docet Caietanus. 1.p.q.57.art.2. Ad tertium dico, quòd infinitas in gratia, aut in operatione Christi non est aliqua entitas positiua, absoluta, aut relatiua, nec enim oportet commentari, quòd ex verbo diuino fluat aliquid positiuum in operatione Christi; nam ad explicãdum infinitum valorem meriti Christi satisfuerit, quòd sit operatio elicita, & producta à verbo incarnato; sicut in motione brachij artificiosa, quando pictor pingit imaginem, nõ oportet commentari, quòd aliquid effluat positiuũ ab intellectu artificis, sed satis est, quòd operatio ipsa dirigatur ab intellectu artificis. Itaq; gratia in Christo est quidam habitus finitus, finitè intensus, qui ex vnione hypostatica habet infinitatem. Ad quartum respondetur, quòd gratia Christi de se est sufficiens ad gratificandos vniuersos Angelos, licet de facto ad id non fuerit ordinata. ¶ Quinta conclusio. Gratia Christi in ordine ad subiectum proprium summa est de lege ordinaria, cæterum ex natura suæ speciei nõ habet terminũ, sed potest crescere in infinitum. Hanc conclusionem probant efficaciter argumenta, quæ fecimus pro tertia opinione, quæ mihi sunt euidentia. Vnde ad argumenta primæ, & secũdæ opinionis est respondendum. ¶ Ad primũ respondetur, quòd humanitas in Christo eleuatur ad summam operationem, & ad summã gratiam de lege ordinaria, & ad summam gratiam in genere gratiæ, prout iam expositũ est. Quemadmodum Christi meritum, & operatio est finita secundum intensionem actus, ve-

Obiectio. Solutio. Caietanus. Allę obiectiones. 5. Cõclusio Solutiones Ad argum. primæ opinionis. Ad pri. arg.

rum habet quandam infinitatem ex dignitate personæ, sic per omnia de habitu gratiæ dicendum est. ¶ Ad secundum respondetur, quòd Deus non cognoscit summam gratiam creabilem, nec potest producere summã gratiam, nam quacunque demõstrata potest producere meliorem, sicut non cognoscit vltimã partem continui, nec vltimum numerum, nec summam quantitatem cęli de potentia sua absoluta, quacunque enim demonstrata potest facere maiorem. ¶ Ad tertium respondetur, quòd Deus cognoscit infinitos gradus qualitatis simul, non tamen cognoscit posse simul esse, & ideo non sequitur, quòd si Deus cognoscit infinitum, quòd illud possit esse simul, nam Deus potest cognoscere omnia quę sunt in entibus successiuis, non tamen potest facere, quòd omnes illæ entitates sint simul, rursus cognoscit simul infinitos Angelos possibiles, at non potest facere, quòd infiniti Angeli sint simul. ¶ Ad quartum respondetur, quòd euidenter probat tertiam, & quartam conclusionem nostram. ¶ Ad quintum respõdetur, quòd gratia ea parte, qua est finita potest esse maior, vt est expositum in prima & secũda cõclusione, sed ea parte, qua est infinita non potest crescere, vt dictum est in tertia conclusione. ¶ Ad sextum respondetur, negando consequentiam, nam quanquam gratia sit qualitas, stat quòd sit infinita in genere gratiæ, in quãtum per eam est acceptus Christus ad conferendam quamcunque gratiam hominibus sine termino, & est finita in genere qualitatis, in quantum finita actuat subiectum, & facit finitè animam gratam, sicut meritum Christi fuit operatio finita secundum intensionem actus, finitè enim anima Christi diligebat Deum, sed fuit infinita in ratione valoris. Explicatur hoc alijs exemplis. Nam licet albedo sit similitudo, stat quòd in ratione albedinis sit intensa, & in ratione similitudinis non sit intensa. Item, licet scientia sit qualitas, optimè stat, quòd sit intensa in ratione qualitatis, & non in ratione scientiæ. Itaque variatur appellatio in argumento, nam est diuersa consideratio de gratia in esse gratiæ, & in genere qualitatis. Ad Magistrum sententiarum, & ad locum Euangelij respondetur, quòd loquitur de lege ordinaria, vel de gratia in genere gratiæ. ¶ Ad argumenta secundæ opinionis respondetur, quòd quatenus probant gratiam posse crescere in infinitum, rectè probant, sed quatenus probant gratiam habere terminum in sua specie, non rectè procedunt. Hactenus de hac quæstione.

Ad secũdũ.

Ad tertium

Ad quartũ

Ad quintũ.

Ad sextum.

Ad argum. secundæ opinionis.

ARTICVLVS XIII.

Qualiter gratia Christi habitualis se habeat ad vnionem.

AD tertiumdecimum sic proceditur. Videtur quòd gratia habitualis in Christo nõ subsequatur vnionem. Idẽ enim non sequitur ad seipsum. Sed hæc gratia habitualis videtur eadem esse cum gratia vnionis: dicit enim Augustinus in libro de Prædestinat.* Sanctorum, Ea gratia fit ab initio fidei suæ homo quicunque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus. Quorum duorum primum pertinet ad gratiam habitualem: secundum ad gratiam vnionis. Ergo videtur, quòd gratia habitualis non subsequatur vnionem.

55 3.dist.13.q.1.ar.2.q.3. Et op.3.ca. 221. Et op. 60.c.3.co. 2.

* ca. 15. antẽ mediũ to.7

¶ 2. Præterea, Dispositio præcedit perfectionem tempore, vel saltem intellectu: Sed gratia habitualis videtur esse sicut quędam dispositio humanę naturę ad vnionem personalem. Ergo videtur, quòd gratia habitualis nõ subsequatur vnionem, sed magis præcedat.

¶ 3. Præterea, Cõmune est prius proprio: Sed gratia habitualis est communis Christo & alijs hominibus: gratia autem vnionis est propria Christo. Ergo prior est secundum intellectum gratia habitualis quàm ipsa vnio. Non ergo sequitur eam.

Sed contra est, quod dicitur Isa. 42. Ecce seruus meus, suscipiam eum: & postea sequitur, Dedi Spiritum meum super eum, quod quidem pertinet ad donum gratiæ habitualis. Vnde relinquitur, quòd susceptio naturę humanæ in vnitatem personæ, præcedat gratiã habitualem in Christo.

Respondeo dicendum, quòd vnio humanæ naturę ad diuinam personam (quam suprà* diximus esse ipsam gratiam vnionis) præcedit gratiam habitualem in Christo: non ordine tempo-

* q.2.art.10. & q.6.ar.6.

ris,

ris, sed naturę & intellectus.

Et hoc triplici ratione : primò quidem secũdum ordinem principiorum vtriusque . Principium enim vnionis est persona Filij , assumens humanam naturam , quę secundum hoc dicitur missa esse in mundum, quòd humanam naturam assumpsit . Principium autem gratię habitualis, quę cum charitate datur, est Spiritus sanctus, qui secundum hoc dicitur mitti , quòd per charitatem mentem inhabitat. Missio autem Filij secundum ordinem naturę, prior est missione Spiritus sancti, sicut ordine naturæ Spiritus sanctus procedit à Filio, & à sapientia dilectio . Vnde & vnio personalis, secundum quam intelligitur missio Filij , est prior ordine naturę, habituali gratia, secundum quã intelligitur missio Spiritus sancti. Secundò accipitur ratio huius ordinis ex habitudine gratię ad suam causam. Gratia enim causatur in homine ex præsentia diuinitatis , sicut lumen in aëre ex præsentia solis. vnde dicitur Ezech. 43. Gloria Dei Israël ingrediebatur per viam Orientalem , & terra splendebat à maiestate eius . Præsentia autem Dei in Christo intelligitur secundum vnionem humanæ naturæ ad diuinam personam : vnde gratia habitualis Christi intelligitur , vt consequens hanc vnionem, sicut splendor solem.

Tertiò, ratio huius ordinis sumi potest ex fine gratiæ : ordinatur enim ad bene agendum . Actiones autem sunt suppositorum & indiuiduorum. Vnde actio, & per consequẽs gratia ad ipsam ordinans, præsupponit hypostasim operantem. Hypostasis autem non præsupponitur in humana natura ante vnionem: vt ex suprà dictis patet *. Et ideo gratia vnionis secundum intellectum præcedit gratiam habitualem.

q. 4. ar. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd Aug*. ibi gratiam nominat gratuitam Dei voluntatem, gratis beneficia largiétem. Et propter hoc eadem gratia dicit hominem quemcunque fieri Christianum, qua gratia factus est homo Christus: quia vtrumque gratuita Dei volũtate absque meritis factum est.

Loco citato in arg.

Ad secundum dicendum, quòd sicut dispositio in via generationis præcedit perfectionem, ad quam disponit in his, quæ successiuè perficiuntur: ita naturaliter perfectionem sequitur, quã aliquis iam consecutus est: sicut calor, qui fuit dispositio ad formam ignis, est effectus profluens à forma ignis iã præexistentis . Humana autem natura in Christo vnita est personę Verbi à principio, absque successione. Vnde gratia habitualis non intelligitur vt præcedẽs vnionem, sed vt consequens eam, sicut quędam proprietas naturalis. Vnde & Augustinus dicit in Enchi*. quòd gratia est quodãmodo Christo homini naturalis.

Enchir. ca. 40. to. 3.

Ad tertium dicendum, quòd commune est prius proprio, si vtrumque sit vnius generis. Sed in his, quę sunt diuersorum generum , nihil prohibet proprium esse prius communi. Gratia autem vnionis non est in genere gratię habitualis: sed est supra omne genus, sicut & ipsa diuina persona.

Vnde hoc proprium nihil prohibet esse prius communi: quia non se habet per additionem ad commune , sed potius est principium & origo eius, quod est commune.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio. Gratia vnionis in Christo, præcedit gratiam habitualem non ordine tẽporis sed naturæ & intellectus. Hæc conclusio probatur triplici ratione. Prima, quia missio filij est prior ordine naturæ, quam missio Spiritus sancti, siquidem Spiritus sanctus à Patre & Filio procedit. Vnde vnio personalis secundũ quam intelligitur missio filij est prior ordine naturæ gratia habituali , secundum quam intelligitur missio Spiritus sancti. Secunda, nam ratio huius ordinis sumitur ex habitudine gratiæ ad suam causam cum gratia causetur in homine ex præsentia diui-

Conclusio.

nitatis sicut lumen in aëre ex præsentia solis, sed præsentia Dei in Christo est secundum vnionem, gratia vero habitualis intelligitur vt consequens hanc vnionem, sicut splendor solem, ergò. Tertia ratio, gratia habitualis præ supponit hypostasim operantem, nam gratia ordinatur ad actũ, agere vero est suppositorũ ergò in Christo prior erat vnio personalis secundum intellectum quam gratia habitualis. Esa.42. Quæ omnia testimonio Esa.c.42.confirmantur. prout habet Diuus Thomas.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrũ gratia habitualis sit dispositio ad vnionẽ hypostaticam.

IN hoc articulo est quæstio non omnino facilis. Vtrùm gratia habitualis sit dispositio, aut medium ad vnionem hypostaticam? Et apparet certè pars affirmatiua vera his argumentis. ¶ In primis natura humana ex sese non est aptè, & sufficienter dispositа, vt vniatur verbo diuino, ergò indiget aliqua dispositione, per quam eleuetur ad huiusmodi vnionem, hæc autem dispositio non potest alia intelligi, quam gratia habitualis creata. ¶ Confirmatur hoc idem. Nam natura humana ex natura sua non est assumptibilis, nisi eleuata per Dei gratiam, ergò gratia habitualis est veluti dispositio ad vnionem hypostaticam. ¶ Confirmatur hoc ipsum. Nam alioqui non potest legitima demonstrari ratio ob quam potius istam humanitatem, quàm aliam sibi copulauit. ¶ Deindè, beatitudo naturæ humanæ in vita beata, eget gratia Dei tanquam medio. Vt enim essentia diuina vniatur intellectui beati necessaria est dispositio luminis gloriæ, ergò vt vniatur humanitas Deo per vnionem hypostaticam, quæ multò excellentior est, requiritur dispositio. ¶ Tertiò, quòd gratia habitualis sit medium ad vnionem hypostaticam asserit expressè Diuus Thomas in articulo 10. huius quæstionis in corpore, & in solutio. 2. inquiens, quòd gratia ordinatur ad vnionem hypostaticam, tanquàm ad finem, & quæst. sequenti articul. 5. ad 3. scribit, quòd gratia personalis, hoc est, gratia habitualis potest quodammodo dici gratia vnionis prout facit congruitatem quandam ad vnionem, & in 3. dist. 2. quæst. 2. articul. 2. quæst. 1. inquit, quòd gratia habitualis est medium congruitatis ad vnionem, ergò vnio hypostatica fit mediante gratia habituali. ¶ Præterea, vnio hypostatica ad naturam humanam fuit facta mediante anima, & mediante corpore cum suis organis, quoniam alioqui non esset apta materia ad vnionem, ergò pari ratione concedi potest, quòd vnio hypostatica fuit facta mediante gratia, humanitas enim nisi affecta gratia non est apta ad vnionem. ¶ Vltimò, probationes, quibus probat Diuus Thomas contrarium non sunt legitimæ, probat enim D. Thom. gratiam habitualem non esse dispositionem ad gratiam vnionis, quoniam est veluti propria passio, ac proprietas, & effectus consequens istam gratiam vnionis; at hęc probatio inualida est, nam calor indubiè est proprietas naturalis consequens formam ignis, & omni dubio procul est dispositio ad formam illam introducendam. In hac quæstione exponenda variè procedunt doctores. Quidam distinguunt gratiam creatam, & increatam, & gratiam increatam appellãt ipsam vnionem hypostaticam, est enim gratia vnionis gratia hæc, quòd homo sit Deus, & Deus homo, & hoc certè factum est non ex aliquo habitu infuso gratiæ mediante, sed ex sola diuina voluntate. Et gratia creata consequuta fuit ex vnione hypostatica, iuxta verbum Ioánis; vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre plenum gratię, & veritatis. Gab. in 3. d. 1. q. 1. asserit, quòd vnio hypostatica facta est mediante gratia habituali, quæ est in Christi anima tanquam in subiecto, & ille habitus gratiæ dicitur gratia vnionis, per quem humanitas copulatur verbo diuino, sicut duę tabulæ copulantur glutino. Cæterum Alexã. Alens. in 3. p. q. 7. membr. 2. arti. 1. & quæst. 12. memb. 1. arti. 1. & 2. existimat gratiam vnionis esse gratiam habitualem, ex qua eleuata natura humana copulata est verbo diuino personaliter, diciturque gratia vnionis, quia disponit ad vnionem, à qua sententia non multum abhorret D. Bonauent. in 3. dist. 2. quæst. 2. imò neque Diuus Thomas in dist. 2. quæst. 2. artic. 2. Verùm Diuus Thomas in hoc articulo apertè contradicit vtrique sententiæ. Pro explicatione veritatis aduertat Theologus finem, & medium dupliciter inter se comparari posse, in primis sic comparantur vt finis dependeat in fieri, & in consequutione ab ipso medio, sicut sanitas dependet ex medicina. Quandoque verò comparantur inter se sic, quòd finis præintelligatur existere ante medium, cæterum assumit mediũ ipsum ad operandum. Itaque illud tale est medium, non vt finis sit in rerum vniuersitate, sed vt finis operetur, atqui hoc modo Deus est finis creaturarum, creaturæ medium. Hoc etiam modo potentiæ naturales dicuntur media ad rerum essentias, ex quibus consequuntur. Hoc constituto principio quod verissimum est, sequitur explicatio propositæ quæstionis, quę talis est. Nulla ratione concedendũ est, quòd vnio hypostatica sit facta mediante gratia habituali. Probatur sic. Nã esse præcedit omnem habitum

Secunda confir.

Secundum.

Tertium.

D. Thom.

Quartum.

Vltimum.

Expositio quæstionis.

Gratia alia increata alia creata.

Gab.

Alexand. Alens.

D. Bonauẽ.

D. Thom.

Nulla ratione cõcedendũ est, quòd vnio hypostatica fit facta mediante gratia habituali.

tum infusum, ergò prius ordine naturæ, & intellectus natura humana fuit eleuata ad esse diuinum quàm quòd habitus infusos habuerit. Deindè, natura humana in Christo ante omnem gratiam habitualem est Deo grata ex vnione hypostatica, siquidē hic homo demōstrato Christo est Deo gratus etiam si creatā gratiā non habuisset. Etenim gratus Deo est, quia vnigenitus eius est. Præterea, vnio hypostatica secundum fidem Catholicam est substantialis, prout suprà demonstratum est, at vero si vnio facta esset mediante gratia habituali esset accidentaria, quod sic ostendo. Nam illo dato natura humana vniretur mediante accidenti verbo diuino, si quidē gratia habitualis accidens est. Insuper, gratia habitualis non potest vniri immediatè verbo diuino, sicut accidens vnitur subiecto, alioqui verbum diuinum mutaretur. Rursus, non vnitur immediatè verbo diuino, sicut accidens subiecto, neq; vnitur immediatè tanquam ad hypostasim, ergò humanitas est, quæ vnitur immediatè, alioqui prius Deus infunderet habitū gratiæ animæ, quàm vniret sibi animam ad esse substantiale. Hoc ipsum potest demōstrari inductione in omni vnione substātiali, in qua nullū interuenit mediū, forma immediatè vnitur materiæ, essentia immediatè vnitur suppositō. ¶ Ad argumenta in principio facta, ad primū respondetur, naturam humanam ex natura sua non esse assumptibilē, quia hoc nō est eius essentia, nec proprietas naturalis, verū est in potentia obedientiali, vt assumptibilis sit, & ideo non indiget habituali gratia, vt vniatur ad esse diuinum personale, & per hoc confutatur prima & secunda confirmatio. ¶ Ad secundū argumentum in primis negatur consequentia, nam ad operationē natura humana indiget habitu, at vero ad esse personale immediatè ordinatur sine habitu, de qua re loquitur optimè D. Thom. suprà q. 6. ar. 1. & 2. Sunt qui dicant nō esse necessum concedere gratiam habitualem præcessisse beatitudinis gloriam in Christo, vt in cæteris sanctis. Nam anima Christi fuit beata simul atq; cōdita est, fuitq; beata non ex meritis, quæ procedūt ex gratia, sed ex vnione hypostatica, nā propter hanc habet beatitudinis gloriam, gratiæ infusionem, & scientiam, neque est omnino modus dicendi improbabilis. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, posse concedi optimè, quòd gratia habitualis sit medium ad vnionē hypostaticam, non vt vnio hypostatica sit, nec vt Deus homo sit, sed vt Deus homo factus benè, & rectè in suis operationibus se habeat, quod quomodo sit intelligendum patet ex principio præstituto ad huius dubitationis expositionem. ¶ Ad quartum argumentum respondetur, non consistere similitudinem, nam vnio animæ ad corpus, & corporis organizato est quid prærequisitum, vt humana natura vniatur verbo diuino persona liter, cæterum hominem esse gratum non est medium, vt Deus fiat homo per vnionem hypostaticam, imò ex hoc sequitur quòd anima Christi Deo grata sit. ¶ Ad vltimum argumentum respondetur probationem Diui Thomæ legitimè procedere, & ad probationem in contrarium dicitur, quòd quando id quod consequitur formam, est qualitas passibilis, tunc non inconuenit, quòd sit etiam dispositio ad formam, & in diuersis generibus causarum sit causa, & effectus, antecedat, itaque formam in genere causæ materialis, sequatur verò illam in genere causæ formalis, & proinde tunc etiam potest esse medium exequens, & producens finem in suo esse, hoc est formam ad quam ordinatur in suo esse. Exemplum est in calore; cæterum quando id, quod consequitur formam, non est qualitas passibilis tunc impossibile est, quòd disponat ad formam, vt patet manifestè in risibilitate, & in potentijs omnibus, & idcirco gratia habitualis cum non sit qualitas passibilis non potuit esse dispositio, cum esset proprietas consequens. ¶ Aliud dubium est, vtrùm possit concedi, quòd Christus meruerit sibi primam gratiam habitualē? Ratio dubitandi est, nam postquam prius natura fuit vnio hypostatica, quàm gratia, quid vetat, quòd in illo priori meruerit gratiam per actum, quem habuit simul cum vnione hypostatica? Similis dubitatio solet inuestigari de gratia primi hominis, & Angelorum, an scilicet sint creati in gratia, & illam promeruerint? In huius rei expositionē Doctissimus Pater Soto duas constituebat propositiones. Prima est, nulla est implicatio contradictionis, aut verò euidens impossibilitas dicere, quòd Christus in illo priori ordine naturæ meruerit suam gratiam. Etenim non est euidens impossibilitas, quòd Christus in eodem instanti sit genitus, & habuerit actum meritorium, habueritque ratione illius actus gratiā habitualem; & idem est dicendum de Angelis, & de primo homine. Secunda propositio, Christus non meruit sibi gratiam in illo priori, sed nec se disposuit ad illam. Patet, nam sicut actus Christi præsupponit Christum, actiones enim sunt suppositorum; ita secundum legem ordinariam præsupponit gratiā, vt sit meritorius, ergò Christus non habuit,

Ad argum. Ad pri. arg.
Ad secū. ar.
D. Thom.
Ad ter. arg.
Ad quartū argumētū.
Ad vltimū.
Vtrùm possit cōcēdi, quòd Christus meruerit sibi gratiā habitualem.
Soto.

nec meruit gratiam ratione actus, quem habuit in illo priori ordine naturæ. Hoc ipsum probatur. Nam Christo ratione vnionis debebatur gratia habitualis, ergò frustrà ponimus in Christo actum ratione cuius daretur illi gratia. Certè melius est, quòd habeat gratiam ratione vnionis, quia est vnigenitus à patre, quàm per merita operum. Hæc sententia patris Soto non mihi in omnibus probatur, in primis displicet id quod dicit, quòd Christus non se disposuit ad gratiam habendam, nam huius rei contrarium demonstrauimus esse verum in materia de gratia in 1. 2. Vniuersus enim, qui habet vsum rationis, non habet gratiam, nisi per proprium consensum, & per propriam dispositionem. Item, non mihi placet, quòd asserit gratiam habitualem posse cadere sub merito, nam principium merendi non potest cadere sub merito, sed gratia habitualis est principium merendi, ergò non potest cadere sub merito. Sed de hoc alias in alio loco commodiori disputabitur.

¶ Aliud dubium breue supereſt, postquàm Christus habuit gratiam ratione vnionis, & non ratione alicuius operis meritorij, an etiã nunc homines habeant gratiam à Christo ratione vnionis, & incarnationis, & non ratione meritorum eius? Respondetur minimè, sed habemus gratiam, quę nobis confertur ex opere operato propter bona Christi merita, propter passionem, crucem &c. Ratio huius est, quoniam illa vnio non fuit meritoria gratiæ respectu Christi, sed sequebatur gratia habitualis ex vnione hypostatica, sicut ex sole suapte natura lux emanat. Vt tamen hæc gratia refunderetur in homines necessum fuit, vt haberet alia opera meritoria, ratione quorum nobis communicarentur.

QVAESTIO VIII.

De Gratia Christi, secundum quod est caput Ecclesiæ, in octo articulos diuisa.

DEinde considerandum est de gratia Christi, secundum quod est caput Ecclesię.

¶ Et circa hoc quęruntur octo.

¶ Primò, vtrùm Christus sit caput Ecclesiæ.

¶ Secundò, vtrùm sit caput hominum, quantum ad corpora: vel solùm quãtum ad animas.

¶ Tertiò, vtrùm sit caput omnium hominum.

¶ Quartò, vtrùm sit caput Angelorum.

¶ Quintò, vtrùm gratia Christi, secundum quam est caput Ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius, secundum quod est quidam homo singularis.

¶ Sextò, vtrùm esse caput Ecclesiæ, sit proprium Christo.

¶ Septimò, vtrùm diabolus sit caput omnium malorum.

¶ Octauo, vtrùm Antichristus etiã possit dici caput omnium malorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christus sit caput Ecclesiæ.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd Christo secundum quod est homo, non competat esse caput Ecclesię. Caput enim influit sensum & motum in membra. Sensus autem & motus spiritualis, qui est per gratiam, non influitur nobis à Christo homine: quia sicut August. dicit in libro de Trinita. * nec etiam Christus, secundum quod est homo, dat Spiritum sanctum, sed solùm in quantum est Deus. Ergo ei, secundum quòd est homo, non competit esse caput Ecclesię.

56 Infrà q. 48. ar. 1. c. & q. 49. artic. 1. cor. Et 3. d. 13. q. 1. art. 1. Et veri. q. 29. ar. 3. c. fi. & ar. 4. & artic. 5. co. Et opu. 3. c. 223. Et opu. 60. c. 3. col. 9. Et 1. cor. 11. l. 1. col. 2. & Ephe. 1. f. *l. 1. de Trica. 12. ante medi&, to. 4

¶ 2. Prętereà, Capitis non videtur esse aliud caput: Sed Christi, secundum quòd est homo, est caput Deus: secundum illud primæ ad Corinth. 11. Caput Christi Deus. Ergo ipse Christus non est caput.

¶ 3. Prętereà, Caput in homine est quoddam particulare membrum, influentiam recipiens à corde: Sed Christus est vniuersale principium totius Ecclesię. Ergo non est Ecclesię caput.

sed

Sed contra est, quod dicitur Ephes. 1. Ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam.

Respondeo dicendum, quòd sicut tota Ecclesia dicitur vnum corpus mysticum per similitudinem ad naturale corpus hominis, quod secundum diuersa membra habet diuersos actus (vt Apostolus docet Rom. 12. & primę ad Cor. 12.) ita Christus dicitur caput Ecclesiæ secundum similitudinem humani capitis. In quo tria possumus considerare, scilicet ordinem, perfectionem, & virtutem. Ordinem quidem: quia caput est prima pars hominis, incipiendo à superiori, Et inde est, quòd omne principium consueuit vocari caput: secundum illud Ezech. 16. Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuę: Perfectionem autem: quia in capite vigent omnes sensus & interiores & exteriores, cùm in cæteris membris sit solus tactus: & inde est quòd dicitur Isa. 9. Senex & longæuus ipse est caput. Virtutem vero: quia virtus & motus cęterorum membrorum, & gubernatio eorum in suis actibus, est à capite, propter vim sensitiuam & motiuam ibi dominantem: vnde & rector dicitur caput populi, secundum illud 1. Reg. 15. Nonne cùm paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es? Hæc autem tria competunt Christo spiritualiter. Primò enim secundum propinquitatem ad Deũ gratia eius altior est & prior, etsi non tempore: quia omnes alij receperunt gratiam per respectum ad gratiam ipsius: secundum illud Roma. 8. Quos præscivit, hos & prędestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Secundò verò perfectionem habet quantum ad plenitudinem omnium gratiarum: secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratię & veritatis: vt etiam suprà ostensum est*. Tertiò virtutem habet influendi gratiam in omnia membra Ecclesiæ: secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Et sic patet, quòd Christus conuenienter dicitur Ecclesię caput.

* 1. prę. ar. 9

Ad primum ergo dicendum, quòd dare gratiam aut Spiritum sanctum cõuenit Christo secundum quòd Deus, autoritatiuè: sed instrumentaliter conuenit etiam ei, secundum quòd homo, in quantum scilicet eius humanitas instrumentum fuit diuinitatis eius. Et ita actiones ipsius ex virtute diuinitatis fuerunt nobis salutiferæ: vtpote gratiam in nobis causantes, & per meritum & per efficientiam quandam. Augu*, autem negat Christum, secũdum quòd homo est, dare Spiritum sanctum per autoritatem: instrumentaliter autem, siue ministerialiter etiam alij Sancti dicuntur dare Spiritum sanctum: secundum illud Galat. 3. Qui tribuit vobis Spiritum, &c.

* Loco citato in argu.

Ad secundum dicendum, quòd in metaphoricis locutionibus non oportet attendi similitudinem quantum ad omnia: sic enim non esset similitudo, sed rei veritas. Capitis igitur naturalis non est caput aliud, quia corpus humanum non est pars alterius corporis: Sed corpus similitudinariè dictum, id est aliqua multitudo ordinata, est pars alterius multitudinis: sicut multitudo domestica est pars multitudinis ciuilis: & ideo paterfamilias, qui est caput multitudinis domesticę, habet supra se caput, rectorem ciuitatis. Et per hunc modum nihil prohibet, caput Christi esse Deum, cum tamen ipse Christus sit caput Ecclesiæ.

Ad tertium dicendum, quòd caput habet manifestam eminentiam respectu cæterorum exteriorum membrorum: sed cor habet quandam influentiam occultam. Et ideo cordi comparatur Spiritus sanctus, qui inuisibiliter Ecclesiam viuificat & vnit: capiti

autem comparatur ipse Christus secundum visibilem naturam, secúdum quã homo hominibus præfertur.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio sic habet. Conuenienter dicitur Christus Ecclesię caput. Patèt ex illo Ephe. 1. ipsúm dedit caput supra omné Ecclesiá. Et certè Christus caput Ecclesiæ dicitur secundũ similitudinẽ capitis humani; in quo tria considerare possumus, ordinẽ, perfectionẽ, virtutem: ordinem quidem, quia caput est prima pars hominis, incipiẽdo à superiori vnde omne principiũ cõsueuit vocari caput. Perfectionẽ, quia in capite vigent oẽs sensus interiores, & exteriores præter sensum tactus. Virtutẽ, quia virtus, & motus cæterorũ mẽbrorũ, & gubernatio eorũ in suis actibus est à capite propter vim sensitiuã, & motiuã ibi dominantẽ; vnde rector caput populi dicitur. Quæ tria cõpetũt Christo spiritualiter. Primò, quia secundũ propinquitatẽ ad Deũ, gratia eius est altior, & prior, & si nõ tẽpore, cũ omnes alij acceperint gratiam per respectum ad gratiã ipsius. Secundò, habet plenitudinẽ omniũ gratiarũ, & sic perfectionẽ secundũ illud Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis. Tertiò, habet virtutem influendi gratiam in omnia membra Ecclesiæ, quia de eius plenitudine omnes accepimus.

Ephes. 1.

Ioan. 1.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Contra conclusionem huius articuli, quæ certissima est, solẽt fieri nónulla argumẽta, vt melius intelligatur. ¶ In primis, vna tãtũ est ab orbe cõdito fidelium Ecclesia à primo parente ad finem vsque mundi deriuata, sed Christus Dñs non fuit caput Ecclesiæ in statu innocentię, ergò non verè dicitur caput totius Ecclesiæ. ¶ Deindè, exploratum est ex diuina Theologia vnam esse Dei Ecclesiá, Deique ciuitatem cælestem Hierusalem ex Angelis, & hominibus electis constitutam, & illam etiam futuram, si nemo peccasset & Christus incarnatus non fuisset, ergò Christus caput totius Ecclesiæ non existit. Hæc duo argumenta proposita innituntur illi principio à nobis iam demõstrato quòd filius Dei carnẽ nõ sumpsisset, si homo nõ peccasset. ¶ Sed arguitur tertiò, nã cor in animali est principiũ virtutis vitalis, radix vitę, à quo in cætera mẽbra deriuatur vita, spiritusque vitalis, vnde solet prouerbio dici, in animali cor esse primum viuens, & vltimum moriens, ergò potius Christus debet dici cor Ecclesiæ, quam caput. Cõsequentia inde probatur. Nam caput non est

Argu. cõtra conclusionem.

Primum argumentũ.

Secundum.

Tertium.

principium totius vitæ, sed tantũ sensitiuæ, vt autor est Arist. lib. de somno & vigil. c. 2. & li. de communi animalium motu c. 4. & 5. & lib. 2. de generat. animalium, & id docent plęriq; Philosophorum, & Theologorum contra me dicos. Nihilominus in defensionem veritatis, & D. Thom. statuitur, prima conclusio. Christus est Ecclesiæ suæ caput. Hæc propositio est Apostoli multis in locis. 1. ad Cor. 6. Nescitis, inquit, quia corpora vestra membra sunt Christi, & ad Ephes. 1. ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, & c. 5. eiusdem epistolæ. Vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ, & paucis interpositis, nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiã, quia mẽbra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius, propter hoc relinquet homo patrẽ, & matrẽ, & c. sacramentũ hoc magnũ est in Christo, & Ecclesia, & ad Col. 1. ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principiũ, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatũ tenens. Huiusmodi scripturæ sunt innumeræ. Demonstrat hanc conclusionem esse verã D. Aug. habens considerationẽ ad proprietates capitis, quę in articulo sunt commoratæ multis in locis, & præsertim in lib. de agone Christiano. Nã ipse Christus est cõformis naturæ cũ omnibus Ecclesiæ mẽbris habens veram carnẽ, veramq; rationalẽ animã. Rursus est dignissimus, in quo & natura humana est exaltata, vsq; ad vnionem in diuina persona, habetq; nobilissimos actus, qui sunt redimere, & reconciliare Ecclesiam in sanguine suo. Ad hæc ipse Christus est, in quo est plenitudo, & perfectio omnis gratiæ, est veluti origo, propago, seu vitis fructificans, à qua in cæteros homines ceu in membra ac palmites fluit spiritalis vita, sensus, & motus. Vidimus eum, inquit Euangelista, plenum gratiæ, & veritatis, & de plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia. Ex his igitur manifestum est Christum esse caput à quo fluit, decurrit, & crescit, atque diffunditur quicquid salutaris gratiæ habere potest vllum Ecclesiæ membrum, quemadmodum & apud Prophetam in Psalm. 131. vox patris de Christo est. Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea, & talis quidem est sanctificatio, vt ab ipso tanquam à capite stillet vnguentum cælestis gratiæ in barbam Aaron, & in oram vestimenti eius, hoc est, à Christo in Apostolicos sacerdotes, & indè in totum corpus, quod est Ecclesia fidelium habens cor vnum, & vnam animã in Domino. ¶ Secunda conclusio. Inter corporale caput respectu

Aristot.

1. Cõclusio

1. Cor. 6.

Ephe. 1. & 5

Col. 1.

D. August.

Psal. 131.

2. cõclusio.

pectu membrorum suorum,& Christum spirituale caput Ecclesiæ latum,longumq; discrimen interstat; nam Christus etiam secundum formam humanam nullis indiget membrorum suorum ministerijs,nullis alimentis, ipse à mẽbris Ecclesiæ nihil accipit cõmodi, aut vtilitatis; caput autem corporale recipit vitam,& nutrimentum, aliaq; obsequia à corde,ab epate &stomacho.Rursus,caput corporale non potest facere membrum de non mẽbro,Christus autem meruit,vt de non membro membrum fieret. At qui cum efficimur membra sub capite Christo mirabili quadam Sancti spiritus operatione vnimur, & transimus in Christum,induimusque illum,& deiformi quadam insitione, atque vnione illi inserimur, vt illi iam implantati efficiamur socij pinguedinis, ac diuinæ consortes naturæ, sicut & ipse Christus dignatus est pro nobis particeps fieri fragilis naturæ nostræ. ¶ Tertia conclusio.Christus secũdum naturam humanam est caput Ecclesiæ.Hæc conclusio asseritur hîc à D.Tho.in solu.1.ostendens quòd omnes proprietates capitis corporalis conueniunt Christo etiam quatenus homo est. Idẽ patet,quia ipse Christus secundum formã humanam, & Ecclesia sunt tanquã vnũ corpus propter vnam carnem,& eundẽ spiritũ viuificantem,mouentẽ,& dirigentem,spiritus autẽ iste viuificans secundum gratiã in cætera mẽbra fluit à Christo efficienter,&meritorie,cæterum iste influxus per modum meriti,& efficientiæ non potest esse à Christo secundũ naturam diuinam,quæ mereri non potuit,vnde constat eum esse à Christo secundum naturã humanam.Hæc est Prophetica,simul & Apostolica doctrina,nam & ipse Adam prophetico spiritu de coniugio loquens dixit: Erunt duo in carne vna.Igitur,iam non duo,sed vna sunt caro.Paulus autem Apostolus ad Ephes. 5. dicit hoc sacramentum esse magnum in Christo,& Ecclesia.Ex hoc igitur spõso ceu capite, & ex Ecclesia sponsa ceu corpore fit tanquam vna caro, & vna quædam persona, nullum maius donum,inquit Augustinus,potuit Deus præstare hominibus, quàm vt verbum suum,per quod omnia condidit, faceret illis caput, & illos tanquam membra sibi ipsi coaptaret, vt vnus Deus, & homo Iesus Christus esset,qui & oraret pro nobis,& oraret in nobis,& oraretur à nobis. Oraret quidem pro nobis vt Sacerdos,Pontifex,& Episcopus animarum nostrarum, oraret in nobis vt caput nostrum,& oraretur,atque adoraretur à nobis vt Deus noster. ¶ Sed contra istã conclusionem sic obijcitur,nam caput influit

3.Cõclusio

D.Thom.

Ephes.5.

D.August.

Obiectio.

sensum,& motum in membra, sensus autem, & motus spiritualis,qui est per gratiam, non influitur nobis à Christo homine, quia sicut Augustinus dicit 1.libro de Trinitate capitu. 12.neque etiam Christus secundum quod est homo dat Spiritum sanctum,sed solũ in quãtum Deus,ergò ei secundum quòd est homo non competit esse caput Ecclesiæ. ¶ Ad hoc argumentum dicendum est, quòd dare gratiam, aut Spiritum sanctum conuenit Christo, secundum quòd Deus autoritatiuè, sed instrumentaliter conuenit etiam ei secundũ quòd homo in quantum, scilicet,eius humanitas instrumentum fuit diuinitatis eius,& ita actiones ipsius ex virtute diuinitatis fuerunt nobis salutiferæ,vtpotè gratiam in nobis causantes, & per meritum, & per efficientiam quandam.Augustinus autem negat Christum secundum quòd homo est dare Spiritum sanctum per autoritatem, instrumentaliter autem nunquam negat. Et profectò quadam tenus ratione accommodatius, & significantius transfertur per metaphoram vocabulum caput ad significandum Christum,qua ratione homo est, quàm secundum quòd Deus est,tàm quoniam secundum quòd homo est habet & naturam, & gratiam eiusdem rationis cum cæteris Ecclesiæ membris, caput autem homogeneum,& eiusdem rationis oportet vt sit, tùm quoniam vt præclarè docet Diuus Thomas in solutione tertia, caput dicitur de Christo secundum naturam sensibilem,qua hominibus præfertur, at hæc sensibilis, & apparens ratio, qua homo hominibus præfertur,& præponitur competit Christo secundum quòd homo est. ¶ Quarta conclusio. Christus est caput Ecclesiæ triumphantis,militantis, in purgatorio existentis. Pro cuius declaratione obseruandum est Ecclesiam aliquando vsurpari vt significet totam communitatem, integramque Angelorum,& hominum,& eorum qui beati sunt,& qui viatores sunt, sic accipitur ad Ephesios primo & quinto. Quandoque vero Ecclesia distribuitur in partes tres, vna est triumphantium in cælis; altera est militantium adhuc cum hoste in hac vita mortali; tertia est eorum, qui igne purgatorij purgant reliquias suorum peccatorum, & hæc dicitur purgans.In hoc verò articulo D. Thom. sumit Ecclesiam in ampla,& vniuersali significatione, vt comprehendat sub se vniuersas Ecclesiæ partes; deinceps verò in progressu quæstionis descendit speciatim ad singulas partes huius corporis, vt videbimus articulo tertio & quarto. ¶ Quinta conclusio.

Solutio.

D. Thom.

4.Cõclusio

Ephe.1.& 5

5.Cõclusio

Quam-

Quamuis Christus secundum quòd homo sit caput Ecclesiæ, ipse tamen non esset caput Ecclesiæ sicut modo existit, nisi simul & Deus, & homo esset, sicut Augustinus in libro de Trinitate, inquit: Christus non esset Dei, hominumque mediator, nisi esset idem Deus & homo, quod patet, nam vt suprà demonstrauimus, opera Christi Domini non fuisse pro toto genere humano meritoria, & satisfactoria plenè nisi fuissent exhibita à persona, quæ simul Deus, & homo esset. Ad argumenta in principio facta. ¶ Ad primum & secundum argumentum respondetur, non esse necessarium ad rationem capitis in genere gratiæ, quòd caput influat ipsis membris gratiam secundum essentiam ipsius gratiæ, sed sat fuerit, si aliqua accidentia ad gratiam spectantia conferat, prout demonstrabimus, articulo quarto. Gratia autem collata primo parenti magnum ornamentum accepit à Christo, viuificata enim fuit à Christo, quando per veram pœnitentiam ad Christum respiciens reuersus est. Secundo respondetur, Christum fuisse caput Ecclesiæ, postquam intelligitur ipse Christus esse, veruntamen antè peccatum non intelligitur Christus, quocirca in statu innocentiæ non fuit caput Ecclesiæ. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quòd caput habet manifestam eminentiam respectu exteriorum membrorum, sed cor habet quandam influentiam occultam, & arcanam, & ideo cordi comparatur Spiritus sanctus, qui inuisibiliter Ecclesiam viuificat, & vnit, capiti comparatur ipse Christus secundum visibilem naturam, secundum quam homo hominibus præfertur. Sed ex hoc enascitur aliud dubium quomodo à Christo secundum formam humanam sit in nos influxus gratiæ, & charisma tum. In cuius rei expositionem dicit Diuus Thomas in solutione primi, quòd actiones Christi, & operationes fuerunt nobis salutiferæ, & per modum meriti, & per modum efficientiæ, sic quòd humanitas Christi, & eius actiones fuerunt causæ meritoriæ, & efficientes nostræ iustificationis, & per has actiones influit vitam spiritualem in omnia membra. Hoc quod dicit D. Tho. quòd gratia fluat à Christo tanquam à causa præparante, impetrante, & promerente ab omnibus Theologis approbatur, verum quòd fluat tanquã à principio efficiente, & impartiente, ferè ab omnibus doctoribus negatur. Et quòd sit negandum potest sic suaderi, nam vel loquitur D. Thom. de actionibus quas gessit in corpore mortali, vel de his, quas modo habet in corpore glorificato. Non primum, nam illæ actiones iã sunt præteritæ, & non existunt, & quod non existit, non efficit, neque operatur. Nec vero secundum asserendum est, nam actiones Christi, quas habet in corpore glorificato, iá non sunt meritoriæ, quippè quę sint hominis existentis extra statum merendi; & certè, neq; actiones prioris, nec posterioris generis videntur in nobis causare gratiam per modum efficientiæ; nam priores iam non sunt, posteriores vero nulla ratione possunt in nobis gratiam efficere, si quidem humanitas Christi existentis in cælo, cum ego iustificor, nihil circa me operatur, vel saltim tantum habet actum interiorem, quo vult me iustificari. Deindè, nulla creatura potest concurrere efficienter ad creandum, vt pro certo statuit D. Thom. 1. parte, quæstione 45. articulo 5. Sed in nostra iustificatione gratia supernaturalis creatur, ergò non potest concurrere humanitas Christi effectiuè ad illius productionem. Iam vero quicunque meretur aliquid, expectat præmium recipere ab alio, ergò fieri non potest, quòd idem Christus sit causa efficiés, & meritoria nostræ iustificationis. Hanc dubitationem breuiter absoluam, nam eius fusior explicatio pertinet ad q. 13. & 48. art. 6. & q. 62. de sacramentorum causalitate. Dico igitur, quòd quidam autores claritatis amatores, cuiusmodi sunt Driedo libro de capt. & redempt. gen. human. tractatu secundo, capi. 2. parte 2. membro 1. sed potissimè membro 2. propositione quinta & sexta, & Pater Cano in relectione de sacramentis in communi ad explicandum quo nam pacto à Christo secundum formam serui est in nos influxus gratiæ, dicunt gratiam, vitamque spiritualem sensus, & motus fluere ab aliquo, bifariam posse intelligi. Vno modo, quòd fluat ab illo tanquam à principio efficiente, & impartiente, alio modo, quòd fluat ab illo tanquam à principio præparante, impetrante, & promerente, & Christus Dominus secundum formam serui est caput Ecclesiæ verè, & propriè, quia ex illo fluit gratia tanquam à principio præparante, impetrante, promerente, alioqui verò sola diuinitas est causa efficiens gratiæ, & nostræ iustificationis. Verùm Diuus Thomas in hoc articulo, & in locis suæ doctrinæ minimè paucis semper docet, quòd humanitas Christi vt instrumentum diuinitatis non solùm operata sit per modum meriti, & impetrationis, sed per modum efficientiæ. Hæc est recondita, & arcana Theologia, quæ maximè cedit in honorem, & excellentiam humanitatis Christi, quæ proinde

August.

Ad argum. Ad primũ & secundũ.

Ad tertium

Obiectio.

Solutio. D. Thom.

D. Thom.

Driedo.

Cano.

omni

omni dubio procul amplectenda est, cuius rei varias demonstrationes habes in locis citatis. Ad argumenta vero in oppositum sic

Solutiones

Ad primũ argumẽtũ. satisfaciendum est. ¶ Nam ad primum dicendum, quòd actiones, quas gessit in vita mortali, nunc operantur nostram salutem, & iustificationem vt instrumenta diuinæ virtutis, quæ ad omnia loca, & tempora se extendit, & talis contactus virtualis sufficit ad rationem huius efficientiæ. Rursus dico, quòd actiones, quas modo habet humanitas Christi in cælo, operantur nostram salutem, & iustificationem efficienter, siquidem quoties homines iustificantur, Christus per humanitatem ordinat, disponit, præcipit, quòd iustificentur, & sermo eius operatorius est, &

Ad secũ. ar. facit, quod dicit. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd gratia propriè non creatur, creatio enim est rei subsistentis sicut & generatio, gratia verò accidens est, quapropter non creatur, sed producitur in subiecto. Vnde quadam tenus ratione concedi potest, quòd educitur de potentia animæ, nã fit, & est dependens ab anima sicut vniuersum accidens à suo subiecto dependet. Sed hoc euidentius explicatur in locis superius ci

Ad ter. arg. tatis. ¶ Ad tertium respondeo, actiones Christi dupliciter posse considerari, ex virtute naturæ diuinæ cui humanitas Christi erat coniuncta personaliter, & sub hac consideratione actiones Christi erant causæ instrumentales efficientes nostræ iustificationis, alio modo considerantur illæ actiones in ordine ad voluntatem Christi illas acceptantis, voluntariè enim obediuit, & passus est mortem, & hoc modo actiones Christi meritoriæ fuére.

D. Thom. ¶ Sed ad coronidem huius dubitationis animaduertendum est ex Diuo Thoma, quæstione 29. de veritate articulo quarto ad nonum, quòd Christus secundum humanitatem est caput Ecclesiæ non solum post incarnationem, sed etiam antè incarnationem, sed diuersa ratione, nam post incarnationem per suas actiones, & operationes per modum causæ efficientis, & meritoriæ causat in nobis gratiam & iustificationem, verùm ante incarnationẽ Christus causauit gratiam, & iustificationem patrum antiquorum per modum causæ finalis, nam per fidem, spem, & charitatem erga Christum iustificati sunt quicunque iustificati sunt, vnde antè incarnationẽ Christus fuit verum caput Ecclesiæ siquidem omnis iustificatio antiquorum patrũ proueniebat propter merita Christi præuisa, imò credo esse satis probabile, quòd Christus præuisus fuit causa efficiens, & non tantùm finalis gratiæ antiquorum patrum. Quòd si quis obijciat mihi, quòd est impossibile, quòd res antequàm sit, operetur, videat huius obiectionis solutionem infrà q. 48. artic. 6.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus sit caput hominum, quantum ad corpora, vel solum quãtum ad animas.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit caput hominum, quo ad corpora. Christus enim dicitur caput Ecclesiæ, in quantum influit spiritualem sensum & motum gratiæ in Ecclesiam: Sed huius spiritualis sensus & motus capax non est corpus, ergo Christus non est caput hominum secũdum corpora. 57 3. dis. 13. q. 2. ar. 2. q. 3. Et veri. q. 29. ar. 4. ad 1. Et op. 60. c. 3. col. 7.

¶ 2. Præterea, Secundum corpora communicamus cum brutis. Si ergo Christus esset caput hominum quãtum ad corpora, sequeretur quòd etiã esset caput brutorum animaliũ: quod est inconueniens.

¶ 3. Præterea, Christus corpus suum ab alijs hominibus traxit: vt patet Mat. 1. & Lucę 3. Sed caput est primum inter cætera membra, vt dictum est*: ergo Christus non est caput Ecclesiæ quãtum ad corpora. ar. præc. ad 3. etiam.

Sed contra est, quod dicitur Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

Respondeo dicendum, quòd corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam rationalẽ, quæ est propria forma eius & motor. Et in quantum quidem est forma eius, recipit ab anima vitam & cęteras proprietates conuenientes humano corpori secundum suam speciem: in quantum verò anima est motor corporis, corpus instrumentaliter seruit animę. Sic ergo dicendum est, quòd habet vim influendi

humani-

humanitas Christi, in quantum est coniuncta Dei verbo, cui corpus vnitur per animam, vt suprà dictum est*. Vnde tota Christi humanitas, secundum scilicet animam & corpus, influit in homines, & quantum ad animam, & quantum ad corpus: sed principaliter quantum ad animam, secundariò quantum ad corpus. Vno modo in quantum membra corporis exhibentur arma iustitiæ in anima existenti per Christum, vt Apostolus dicit Rom.6. Alio modo in quantum vita gloriæ ab anima deriuatur ad corpus, secundum illud Rom. 8. Qui suscitauit Christum Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritũ eius in vobis.

q.6.ar.1.

Ad primum ergo dicendum, quòd sensus spiritualis gratię non peruenit quidem ad corpus primò & principaliter: sed secundariò & instrumentaliter: vt dictum est*.

In corp. ar.

Ad secundum dicendum, quòd corpus animalis bruti nullam habitudinẽ habet ad animam rationalem: sicut habet corpus humanum. Et ideo non est simile.

Ad tertium dicendum, quòd licet Christus traxerit materiam corporis ab alijs hominibus: vitam tamen immortalem corporis omnes homines trahunt abipso, secundum illud 1. ad Corint. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est. Tota humanitas Christi, scilicet, secundũ animã, & corpus influit in homines & quantũ ad animã principaliter, & quantũ ad corpus secundario. Patet ex illo ad Phil.3. Reformauit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, ex quo planè habetur, quòd sit caput hominum quantũ ad corpora. Quòd verò tota humanitas Christi secundũ animã, & corpus influat in homines, patet, nã hanc vim habet in quantum est coniuncta verbo, cui corpus vnitur per animam, vnde principaliter per animam influit, & secundariò per corpus, vno modo in quantum membra corporis exhibentur arma iustitiæ in anima existentis per Christum, alio modo in quantum vita gloriæ ab anima deriuatur ad corpus secundum illud Romanorum octauo. Qui suscitauit Christum Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, &c.

Phil.3.

Rom.8.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN expositionem huius veritatis audiui versari apud quosdam Doctores Hispaniæ nouam, & neotericam doctrinã, videlicet, quòd Christus Dominus sit caput Ecclesiæ, non solum quantum ad animas, & corpora influẽdo virtutes, & dotes supernaturales, verumetiam causando perfectiones, & pulchritudines rerum omnium naturalium. Existimant enim Deum Patrem inter omnia creata primùm ordinasse, & prædestinasse Christum verum hominem, & Deum, & statuisse propter illũ hominem, quem diffiniuit sanctificandũ, & mittendum in mundum omnibus rebus creatis præcipuè hominibus, & angelis dare perfectiones, tùm naturales, tùm supernaturales, & quòd omnes perfectiones creaturarũ de plenitudine Christi sint acceptæ. Et quòd ipse Christus etiam consideratus in quantum homo sit per quẽ omnia, in quo omnia, ex quo omnia; sed differenti ratione, nam vt verbum est, est causa principalis, vt homo est, est causa instrumentaria, & meritoria. Mirabilis sententia, & digna acceptione, si haberet fundamentũ in diuinis literis, & in sanctis patribus; nobis ex nouitate suspecta est, & quia humano ingenio excogitata est, & quia ex ea videtur esse consequens, quòd filius Dei veniret in carne, etiamsi homo nõ peccasset, & quòd Angeli habuerint gratiam per merita Christi, quæ omnia à veritate Theologiæ videntur esse aliena. Veritas ergò est, quòd pater æternus prædestinauit, & proposuit Christum in propitiatorem humani generis, in redemptorem, mediatorem, reconciliatorẽ, & ideo gratia, quam influit in sua membra est gratia redemptionis, & reconciliationis, confert etiam nónunquam perfectiones naturales suis mẽbris, quæ illis conducant ad finem redemptionis. Alias perfectiones siue hominum, siue aliarum creaturarum Deus causat non mediãte humanitate Christi.

Noua opinio.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christus sit caput omnium hominum.

Ad

58 Infrà q. 13. ar. 3. c. & q. 19. ar. 4. co. & 1. Et 3. dist. 13. q. 1. art. 1. q. 2. & 3.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit caput omnium hominum, caput enim non habet relationem nisi ad membra sui corporis. Infideles autem nullo modo sunt membra Ecclesię, quę est corpus Christi: vt dicitur Ephe. 1. Ergo Christus non est caput omnium hominum.

¶ 2. Prętereà, Apostolus dicit ad Ephes. 5. quòd Christus tradidit semetipsum pro Ecclesia, vt ipse exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi: Sed multi sunt etiam fideles in quibus inuenitur macula aut ruga peccati. Ergo nec etiam omnium fidelium Christus est caput.

¶ 3. Prętereà, Sacramenta veteris legis comparantur ad Christum, sicut vmbra ad corpus: vt dicitur Colos. 2. Sed patres veteris Testamenti sacramętis illis suo tempore seruiebant: secũdum illud Heb. 8. Qui exemplari & vmbrę deseruiunt cælestium. Non ergo pertinebant ad corpus Christi, & ita Christus non est caput omnium hominum.

Sed contra est, quod dicitur 1. Timoth. 4. Est Saluator omnium hominum, & maximè fidelium. Et 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Saluare autem homines, & propitiationem esse pro peccatis eorum, competit Christo, secũdum quòd est caput. Ergo Christus est caput omnium hominum.

Respondeo dicendum, quòd hæc est differentia inter corpus hominis naturale, & corpus Ecclesię mysticũ, quòd membra corporis naturalis sunt omnia simul, membra autem corporis mystici non sunt omnia simul, neque quantum ad esse naturæ, quia corpus Ecclesię constituitur ex hominibus, qui fuerunt à principio mundi vsque ad finem ipsius. Neque etiam quantum ad esse gratię: quia eorum etiam, qui sunt in vno tempore, quidam gratia carent, postmodum habituri, alijs eam iam habentibus. Sic igitur membra corporis mystici accipiuntur, non solùm secundum quòd sunt in actu, sed etiam secũdum quòd sunt in potentia. Quędam tamen sunt in potentia, quę nunquam reducuntur ad actum. Quędam verò sunt, quę quandoque reducuntur ad actum. Et hoc secundum triplicem gradum, quorum primus est per fidem, secũdus per charitatẽ vię, tertius per fruitionẽ patrię. Sic ergo dicendũ est, quòd accipiendo generaliter secundum totũ tẽpus mundi, Christus est caput omniũ hominum: sed secundum diuersos gradus. Primò enim & principaliter est caput eorum, qui actu vniuntur sibi per gloriam: secundò, eorum, qui actu vniũtur sibi per charitatem: tertiò eorum, qui actu vniuntur sibi per fidem: quartò verò eorum, qui sibi vniuntur solũ in potẽtia nondum reducta ad actum, quæ tamen est ad actum reducenda secundum diuinam prędestinationem: quintò verò eorum, qui in potẽtia sunt sibi vniti, quæ nunquam reducetur ad actum: sicut homines in hoc mũdo viuentes, qui nõ sunt prædestinati, qui tamẽ ex hoc sęculo recedentes, totaliter desinunt esse mẽbra Christi: quia iã nec sunt in potentia, vt Christo vniantur.

Ad primũ ergo dicendum, quòd illi qui sunt infideles, etsi actu non sint de Ecclesia, sunt tamen de Ecclesia in potẽtia. Quæ quidem potẽtia in duobus fundatur. Primò quidẽ & principaliter in virtute Christi, quæ est sufficiens ad salutem totius humani generis: secundariò in arbitrij libertate.

Ad secundum dicendum, quòd esse Ecclesiam gloriosam non habentem maculam neque rugam, est vltimus finis, ad quem perducimur per passionem Christi. Vnde hoc erit in statu patriæ, non autem in statu viæ: in quo si

dixeris

dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, vt dicitur primæ Ioannis primo. Sunt tamen quędam scilicet mortalia, quibus carent illi, qui sunt membra Christi per actualem vnionem charitatis. Qui verò his subduntur peccatis, non sunt membra Christi actualiter, sed potentialiter, nisi fortè imperfectè, per fidem informem: quæ vnit Christo secundum quid, & non simpliciter, vt scilicet per Christum homo consequatur vitam gratiæ. Fides enim sine operibus mortua est, vt dicitur Iacob.2. Percipiunt tamen tales à Christo quendam actum vitæ, qui est credere: sicut si membrum mortificatum moueatur aliqualiter ab homine.

Ad tertium dicendum, quòd sancti Patres non insistebant sacramentis legalibus tanquam quibusdam rebus, sed sicut imaginibus & vmbris futurorum. Idem autem est motus in imaginem, in quantum est imago, & in rem, vt patet per Philosophum in libro de Memo. & remi. *Et ideo antiqui Patres seruando legalia sacramenta, ferebantur in Christum per fidem & dilectionem eandem, qua & nos in ipsum ferimur. Et ita Patres antiqui pertinebant ad idem corpus Ecclesiæ, ad quod nos pertinemus.

*2.2. in medio, to.2.

SVMMA TEXTVS.

1.Cõclusio. PRima conclusio. Christus generali quadã ratione est caput omnium hominum. Probatur ex eo quod dicitur 1.ad Timoth.4. Est Saluator omnium hominum, maximè fidelium. Et 1.Ioan.2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiã pro totius mundi, saluare autem homines, & propitiationem esse pro peccatis eorum competit Christo secundum quòd est caput, ergò Christus est caput omnium hominum.

1.Timo.4.

1.Ioan.2.

2.cõclusio. ¶ Secunda conclusio. Hæc differentia versatur inter corpus hominis naturale, & corpus Ecclesiæ mysticum, quòd membra corporis naturalis sunt omnia simul, membra autem corporis mystici non sunt omnia simul, neq; quantum ad esse naturæ, quia corpus Ecclesię constituitur ex hominibus, qui fuerũt à principio mundi vsque ad finem ipsius, neq; etiã quantum ad esse gratiæ, quia eorum etiam qui sunt in vno corpore quidam gratia carẽt, postmodum habituri, alijs eam iam habentibus. ¶ Tertia conclusio. Christus est caput omnium hominum, sed secundum diuersos gradus. Primus est eorum qui illi vniũtur per gloriam; secundus eorum, qui actu vniuntur sibi per charitatem; tertius eorum, qui actu vniuntur sibi per fidem; quartus eorum, qui sibi vniuntur solum in potentia nondum reducta ad actum, reducenda tamen secundum diuinam prædestinationem; quintus eorum, qui in potentia sunt sibi vniti, quæ nunquam reducetur ad actum, sicut homines in hoc mũdo viuentes, qui non sunt prędestinati; sextus est eorum, qui ex hoc sæculo recedentes totaliter desinunt esse membra Christi, quia iam nec sunt in potentia, vt Christo vniantur. At qui in hoc gradu damnati existunt.

3.Cõclusio

EXPOSITIO ARTICVLI.

IDem est prorsus disputare, quæ nam sint membra Christi, & quę nam sint membra, & partes Ecclesiæ, nam ex Ecclesia, & Christo constituitur vnum corpus mysticum, & veluti vna persona. Disputatio autem copiosior de Ecclesia, & eius membris, & partibus instituitur in 2.2.q.1.artic.10. vbi agitur de autoritate Ecclesiæ infallibili in diffiniendis rebus fidei. Tractat etiam idem argumentum doctissimus Pater Cano lib.4. de locis in principio, & Turrecremata in sua summa lib.1.ca.44. & & deinceps per multa capita, & Hosius, & Frãciscus Sonnius explicantes illud verbum symboli; Credo sanctam Ecclesiam. Doctissimus etiam Pater Victoria in relect. de potest. Ecclesiæ. In his locis tres errores confutantur apertè; primus eorum, qui non putauerunt esse membra, & partes Ecclesiæ illos, in quibus non est solida vitæ puritas, & integritas sine peccato. Hunc errorem sequuti sunt Cathari, & Donatistæ. Alter error fuit eorum, qui asserunt solos prædestinatos esse membra Christi, & Ecclesiæ, cuius erroris autores præcipui fuere Ioannes VViclef, & Ioannes Hus damnati in concilio Constantiensi. Tertius error est eorum, qui asserunt peccatores etiam fideles non esse membra Christi, neque Ecclesiæ. Hunc errorem sequuntur nostra tempestate Lutherani quidam. Verum non est in animo eos errores in præsentia confutare, quos confutant diligentissimè autores suprà nominati; solum volo disputare ad explicandum D. Thom. in tertia conclusione, & in solutio.2.

Cano. Turrecremata. Hosius. Franciscus Sonnius. Pater Victoria.

Errores de Ecclesię partibus & membris.

Vtrùm

Vtrùm pec catores sint mẽbra Christi & Eccle siæ.

Vtrùm peccatores, qui fidem retinent, & vnitatem Ecclesiasticam, dicendi sunt Christi, & Ecclesiæ membra? A parte negatiua sic arguitur. ¶ In primis ex scripturis sanctis ex illo Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, oues meæ vocem meam audiunt, & cognosco oues meas, & sequuntur me, qui ergo vocem Christi non audit, is ad Christi ouile non pertinet, ac subinde membrũ Christi aut Ecclesiæ non est. & ex illo Ephe. 5. in quo D. Paul. describit Ecclesiam sine macula, & ruga. & iterum Roman. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius, ergo membrum Christi non est peccator qui spiritum Christi non habet. ¶ Prætereà arguitur ex Symbolo Apostolico, in quo cõfitemur Ecclesiam esse sanctam, imo confitemur Ecclesiam sanctorum, ergo homines iniusti, & impij à gremio Ecclesiæ, & corpore Christi alieni sunt, nam certè in sancta congregatione homines iniusti nunquam reputantur. ¶ Tertiò arguitur, nam in Concilio Tridentino Sess. 6. cap. 7. dicitur; Homo in iustificatione sua accipit per Iesum Christum, cui inseritur, fidẽ, spem, & charitatem: nam fides nisi spes accedat, & charitas neque perfectè vnit cum Christo, neque corporis eius viuum membrũ efficit; quo loco significatur neminem nisi iustificatum Iesu Christo inseri, ac rursus per solam fidem neminem esse Christi membrum, nisi spes accedat, & charitas. ¶ Quartò loco arguitur ex sententia sanctorum Patrum D. Augu. in multis locis suorum operum palàm affirmat malos non esse Ecclesiæ, neque Christi membra, signanter lib. 3. de doctrina christiana. c. 32. & lib. 2. cont. Petilian. c. vlt. lib. 2. cõt. Crescon. c. 21. lib. de vnit. Eccl. ca. 12. lib. 4. de baptismo contra Donatistas. c. 3. & lib. 6. c. 3. & lib. 7. c. 51. & in eodem lib. c. 49. &. 50. refert Cypri. in Epist. ad Magnum huius sententiæ esse autorẽ. Et Hierony. in Epist. ad Eph. ca. 5. ait: Ecclesia Christi non habet maculam, neque rugam, qui ergo peccator est, & aliqua sorde maculatus de Ecclesia Christi non potest appellari. Et D. Thom. in corpore huius artic. & ad 2. expressè docet, quòd peccatores in peccatis mortalibus existentes non sunt membra Christi actualiter, sed potentialiter, nisi fortè imperfectè, & secundum quid propter fidem informem, quæ vnit nos Christo secundum quid. Quam rem explicat exẽplo membri corporalis mortificati. Et Arist. sum mus Philosophus, cui D. Tho. etiam consentit, ait membra mortua non aliter esse membra, quàm ea, quæ picta, & figurata sunt. At homines mali, & iniusti charitate vacui, membra mortua sunt. ¶ Quintò loco arguitur rationibus Theologicis, quarum prima est: nam mali homines, & iniusti sunt membra diaboli, sic enim palàm docet Ioannes dicens; Qui facit peccatum ex diabolo est, quomodò ergo possunt esse mẽbra corporis Christi? nam quæ conuentio Christi ad Belial, lucis ad tenebras, vitæ ad mortem? vt ait D. Paulus 2. Corin. 6. ¶ Secunda ratio. Si corpus Christi boni simul, ac mali constituunt, qua ratione propter iustos sancta dicitur Ecclesia, eadem ac multo etiam maiore propter iniquos quã plurimos iniqua dicetur Ecclesia, & sic esset Ecclesia Christi, & Synagoga Satanæ. ¶ Secũda ratio. De ratione membri est quòd habeat vitam, imo quòd viuat vitam non tantum vegetabilem, sed etiam sensitiuam, & perfectam quidem, at peccator fidelis non habet vitam vllam coram Deo, quæ in charitate consistit, ergo non est membrum Ecclesiæ. Maior huius argumenti probatur ex doctrina Arist. 2. de Anima tex. 9. & lib. 1. de part. animalium. cap. 1. &. 5. Minor est certa ex doctrina fidei. ¶ Quarta ratio. Nam tametsi sit certum secundum fidem peccatores esse partes Ecclesiæ, non tamen consequẽs esse videtur, quòd sint membra Ecclesiæ, & corporis Christi mystici, nam ratio partis latius patet, quàm ratio membri, vngues enim, & capilli sunt partes, at non sunt membra, ergo licet mali, & peccatores essent partes Ecclesiæ, non inde licet colligere, quòd sint mẽbra Ecclesiæ. ¶ Postrema ratio, Schismatici fideles, qui adhuc retinent fidem Christi non sunt Ecclesiæ membra, ergo peccatores propter fidem informem, per quam vniuntur Christo non sunt connumerandi inter membra Christi. Antecedens huius argumenti est communis doctrina omniũ Doctorum & diffinit eam Pelagius Papa, in Can. Pudenda, & in Can. Schisma. 24. q. 1. & D. Cypria. in Canone, Didicimus, eiusdẽ causæ, & quæstionis & patet hoc ipsum euidenti ratione. Nam Schismaticus dicitur, vt nomen ipsum præsefert, qui se scindit, & diuidit ab Ecclesiæ gremio, & communione. ¶ In hac quæstione explicanda video variare Doctores. Quidam in hac opinione existunt peccatores charitate vacuos licet fidelium formam retineant, non esse Ecclesiæ, aut Christi membra, benè autem possunt dici partes Ecclesiæ. In hac sententia fuit Turrecremata lib. 1. suæ summæ cap. 8. ad 7. &. c. 11. ad 6. Doctissimus Cano lib. 4. de locis. c. vltimo ad 9. quam sententiam, vt audio, sequũtur viri docti nostræ tempestatis. Alij vero dicunt peccatores charitate vacuos esse mẽbra Christi in potentia,

Primũ arg. Ioan. 10.

Ephe. 5.

Rom. 8.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Auguſt.

Cyprianus. Hierony.

D. Thom.

Ariſtot.

Quintũ argumẽtum, quod continet varias rationes.

1. Ratio.

2. Cor. 6.

2. Ratio.

3. Ratio.

Ariſtot.

4. Ratio.

5. Ratio.

Pelagius Papa Canõ, Pudẽda, & Canõ, Schiſma. Canon, Locutus, Canon, Didicimus.

Variæ ſententiæ de propoſita quæſtione.

Turrecremata.

Cano.

& ſecundum quid, quorum ſententiæ videtur hoc in loco D. Tho. fauere. Sunt qui dicant, quòd peccatores, & mali ſunt membra corporis Chriſti hetereogenea, id eſt, alterius rationis, & ſpiritus, quàm boni. Vt ergo veritas exponatur eſt prima concluſio. Peccatores fideles, qui fidem, & Eccleſiæ vnitatem retinent, ſimpliciter, & abſolutè ſunt Chriſti, & Eccleſiæ membra. Et certè in Eccleſia Dei eſſe peccatores, alios occultos, alios manifeſtos, alios pœnitentes, alios impœnitentes ex diuinis ſcripturis luce clarius demonſtratur. Primò ex parabolis tam ſaluatoris, quam Apoſtoli. Deinde exemplis, tertio rationibus de ſcriptura ſumptis. Simile, inquit, Saluator, eſt regnum cœlorum, hoc eſt, præſentis temporis Eccleſia ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti bonos, & malos. Hæc parabola habetur Matth. 13. Alia habetur. Matth. 25. his verbis: Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, quarũ quinque erant prudentes, & quinque fatuæ. Tertiò idem demonſtrat Dominus ſumpta ſimilitudine ab area, & vinea. Docet enim vno in loco Eccleſiam veluti aream eſſe, aut horreum, in quod colligitur frumentum ſimul cum paleis, in die iudicij ſegregandis, & abijciendis in ignem æternum. Alio loco Eccleſiam eſſe vineam, in qua palmites non ſolum vuas faciunt, ſed etiam labruſcas; manifeſtum autem eſt in dictis parabolis neque collegium decem virginum, neque ſagenam neque areã, neque vineam ſignificare totius mundi populum, ſed communitatem quandam à cæteris congregatam, & populum Dei peculiarem. Hæc omnia confirmantur. Nam Diuus Paulus 2. ad Timoth. 2. ſic ſcribit; In magna domo vaſa ſunt non ſolum aurea, & argentea, ſed & lignea, atque fictilia; & quædam quidem in honorem, quædam verò in contumeliam, quod explicans Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas interpretatur ex doctrina Cypriani, Paulum per magnam domum nihil aliud intellexiſſe, quàm Eccleſiam Dei, in qua ſunt boni, & mali; Alij, quidem in honorem, alij vero in contumeliam. Hoc ipſum oſtenditur exemplis ex ſanctis ſcripturis petitis. Nam Iudas Iſchariotes erat intus in Eccleſia vſque ad diem mortis ſuæ, quia tunc primum vacauit Epiſcopatus miniſterij eius, vt patet Actu. 1. licet totus malus eſſet. Habuit præterea naſcens Eccleſia ſub Chriſto Ioannem, & Iacobum zelo vindictæ vltrà quàm oportuit inflammatos. Habuit Petrum tertio negantem Chriſtum Dominum ſuum. Habuit de primatu cõtendentes. Habuit denique quoſdam eo vſque ſuo ſenſui addictos, vt tandem Chriſtum, & Sanctum eius collegium deſererent, Ioan. 6. Et poſt Chriſtum ſub gubernatione Apoſtolica habuit inter Corinthios de virtute baptiſmi altercantes, cœnam quoque Dominicam irreligioſè tractantes. Habuit & inceſtuoſum illum Corinthium, inſuper Himenæum, & Alexandrum blaſphemantes, donec excommunicati per Paulum procul fierent ab Eccleſia. Habuit præterea falſos fratres ſine numero, Antichriſtos multos, infirmos, contumaces, pœnitentes denique, & impœnitentes. Porrò ſi hic ſtatus Eccleſiæ erat & ſub Chriſto, & ſub Apoſtolis ſtatim poſt Chriſtum, quibus nemo alius potuit aut inculpatius præeſſe, aut laborare ſtudioſius in verbo, & doctrina: quàm pugnant igitur impiè aduerſus veritatem Euangelicam, qui contendunt peccatores non poſſe pertinere ad vnionem Eccleſiæ, aſſerentes Eccleſiam Chriſti eſſe duntaxat communitatem Chriſti fidelium piè, ac ſanctè viuentium ſecundum ſpiritum Chriſti. Sed hæc adduxiſſe ex diuinis literis ſatis fuerit. Nunc probatur eadem concluſio rationibus Theologicis. Prima ſic habet, id quod eſt actu tale eſt ſimpliciter & abſolutè tale, vt patet ex omni philoſophia, ſed peccatores qui retinent fidem, & vnitatem Eccleſiæ ſunt actu membra, ergo ſimpliciter, & ſine addito ſunt membra Chriſti. Probatur minor huius argumenti. Nam D. Thom. apertè docet hanc doctrinam in articulo, dum numerat tres gradus actus, quibus vniuntur membra Chriſto Domino, quorum vnus eſt per fidem condiſtinctus contra alterum gradum, qui eſt per charitatem, ergo mens D. Thom. planiſſima eſt, quòd fides informis ſufficiat, vt quis actu ſit membrum Chriſti. Hoc ipſum repetit in ſolutione ad ſecundum. Altera ratio eſt in huius rei confirmationem, nam membrum mortificatum, & aridum tametſi ſenſu careat, & mortuum dicatur, nihilominus tamen vitam habet interdum vegetabilem, & membrum ſimpliciter dicitur, ergo peccatores licet vacui charitate, & ſpiritu Chriſti, ſi tamen fidem retinent membra ſunt Chriſti arida, & mortificata. Antecedens probatur, exemplo manus aridæ, quæ continua eſt toti compoſito, & informatur eadem forma, qua totum ipſum, cuius rei indicium eſt, quòd non putreſcit, nec diſſoluitur, & colorem aliquem retinet. Hoc exemplo vſus eſt D. Tho. in ſolut. 2. inquiens, quòd peccatores recipiunt à Chriſto quendã actum vitæ, qui eſt credere; ſicut membrum mortifi-

Prima concluſio.

Matt. 13.

Matt. 25.

2. ad Tim. 2

Auguſti.

Actor. 1.

Ioan. 6.

mortificatum aliquo modo ab ipso homine mouetur, & sustētatur. Demum arguitur contra illos autores, qui dicunt illos esse partes, non membra, nam quamuis nomen partis in sua ratione communi non includat vitam, verum pars corporis viuentis certè includit illam, cum ergo Ecclesia corpus viuens sit, peccatores vtique erunt partes viuæ corporis viuentis, & habebunt aliquem influxum vitæ, ergo qua ratione mali homines sunt partes Ecclesiæ, erunt vtique membra Ecclesiæ. Quidni? sunt Episcopi, sunt summi Pontifices, sunt duces, sunt capita populorum, ergo sunt membra Christi, & Ecclesiæ. ¶ Secunda conclusio. Fides infallibilis docet peccatores quoscumque licet habeant magnam fidem non esse membra viua Christi. Hæc veritas diffinita est in Concil. Triden. Sess. 6. capit. 7. sub his verbis: Homo in iustificatione sua accipit per Iesum Christum, cui inseritur, fidē, spem, & charitatem; nam fides, nisi spes accedat, & charitas, neque perfectè vnit cum Christo, neque corporis eius membrum viuum efficit. Hoc ipsum esse verum probant efficaciter argumēta, quæ pro parte negatiua quæstionis sunt proposita. Vnde ad illa, quia probāt nullo modo esse membra, satisfaciendū est. ¶ Ad diuinas scripturas respōdetur, quòd mali homines spiritu charitatis vacui nō sunt participes redemptionis, quæ est in sanguine Christi, nec genus ducūt ex Deo neque consortes Christi sunt in iustitia, quæ secundum Deū est, vt sint fratres, & cohęredes eius; pertinēt nihilominus ad vocationē Christi, iuxta illud: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Sacramēto enim fidei iam sunt transplantati de mundo in vineam Domini ad eum finem, vt fierent vuæ, sed factæ sunt labruscæ, prout legitur Esai. 5. in qua homo peccator pascitur, & admonetur verbo Dei, ac sacramentis, vt tandem incipiat esse Christi perfectè eiusdem spiritus participatione, quod nondum est. Quod vt vberius intelligatur sciendum est, quòd vniuersi Christiani tam boni, quàm mali insunt Ecclesiæ, eo existendi modo, quo pars integralis est in toto, domesticus est in familia domus suæ, ciuis est in ciuitate, miles in exercitu, membrum in corpore suo, palea denique in eodem culmo cum granis tritici. Porrò vt corpus humanum habet membra, alia quidem eiusdem generis, ac vitæ cum toto, alia verò alterius generis, ac naturæ quam totum: ita & corpus Christi, quod est Ecclesia. Boni quidem sunt membra Ecclesiæ veluti homogenea eodem spiritu, eodemque sensu viuificata, quo totum, nempe spiritu Christi, & viuifico illo influxu, qui est per fidem viuam, & charitatem. Mali verò ac scelerati sunt membra Ecclesiæ sed longè alterius naturæ, ac qualitatis, quàm totum; attamen reuera insunt, vt membra siue partes totius, quo modo insunt corpori languis, succus, capilli, vngues, membra arefacta. Quæ omnia etsi vitam non recipiant in se, tamen energia, & operatione eiusdem animæ viuificantis continentur in toto, vnūquodque in suo officio, & loco, non quidem frustrà, sed velut necessario in magnam vtilitatem totius. Cæterùm dum nimis exundat sanguis noxius, phlebotomia minuitur aut nimis luxuriat cæsaries capitis, siue barba, tondetur, vngues quoque dum indecorè extant, resecantur. Eodem modo dum nimis exundat in Ecclesia effrænis petulantia malorum, aut castigatione comprimitur, aut excommunicatione prorsus resecatur. Voluit æterna Dei sapientia perpetuò bonos esse inter malos, velut viua quædam specula melioris vitæ. Voluit & malos adhærere bonis in exercitium, velut limam repurgandæ virtutis, & id ad messem vsque, hoc est, vsque ad consummationem sæculi. Nam tunc demum mittet Dominus Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, atque prorsus separabunt malos, de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Matth. 13. Vniuersa vasa domus tam fictilia, ac lignea, quàm aurea, & argentea, eodem inexistendi modo sunt in domo, vt supellex quædam, tamen ista in honorem, illa autem in contumeliam, vt Paulus inquit. 2. Timoth. 2. & filij familias, & serui domus, sunt in familia domus eodem inexistendi modo, quia vtique tanquam reuera domestici, sed filius manet in domo in æternum, seruus autem non manet in æternum. Ex his patet apertè quo in sensu illi, qui non sequūtur Christum, neque spiritum eius habent, non dicantur esse eius, nec pertinere ad eius ouile. Illud verò quod adducitur ex Epistola ad Ephesios nihil mouere potest, nam verba Apostoli non asserunt Ecclesiam nunc non habere maculam, aut rugam, sed finem exprimunt Christi passi, & sacramenti instituti, ideo enim tradidit semetipsum pro Ecclesia, ideoque sacramenta instituit, vt tandem in vita beata exhiberet eam non habentem maculam, aut rugam. ¶ Ad illam vocem Symboli, Credo sanctam Ecclesiam, dico Ecclesiam dici sanctam non obstante quòd in ea sint multi peccatores, & scelerati. Dicitur in primis sancta

ex

§. Concluſ.

Conc. Tri.

Ad argumēta.

Ad primū ex diuinis ſcripturis.

Eſa. 5.

Matth. 13.

2. Timo. 2.

Quomodo peccatores ſint mēbra Eccleſiæ explicatur.

Quo in ſenſu Eccleſia dicatur ſancta.

ex phrasi notissima, qua totum nominatur à parte magis principali. Rursus dicitur sancta ea ratione, qua continet in se omnia instrumenta, omniaque media sanctificationi hominum deputata à Christo, videlicet, verbum Dei, sacramenta, ordinem iustitiæ seruandæ, imò quod plus est continet in se totum thesaurum meritorum Christi. Item alia ratione dicitur sancta, quia sanctificat ministerialiter per hæc, quæ à Christo accepit, quo modo medicina dicitur sana, quia sanat. Sed & alia ratione dicitur sancta, quia extra illam non est vera sanctitas; sicut olim tempore diluuij nemo saluari potuit extra arcam, quæ typum gessit Ecclesiæ sanctæ. Adhæc dicitur Ecclesia sancta, quia Deo consecrata sanguine Christi est, eo modo quo templa dicuntur sancta, quia Deo consecrata. Denique dicitur sancta, quia stabilis, firma, inuiolabilis semper perseuerat.

Explicatio Cõcilij Tridentini.

¶Ad Concilium Tridentinum iam respondetur ex D. Thom. in.2.2.q.1. articulo.9. ad.3. vbi dicit quosdam pertinere ad Ecclesiam solo numero; quosdam verò & numero, & merito: peccatores ergo quatenus retinent fidem, & Ecclesiæ vnitatem, etiam si spiritu Christi, & charitate vacui sint solo numero pertinent ad Ecclesiam, merito verò pertinent ad ciuitatem Babylonis, & sunt membra diaboli, & filij illius; cæterum iusti & numero, & merito sunt membra Christi. Sed hic aduertat Theologus, quòd hoc argumentum etiam militat contra eos autores, qui dicunt peccatores esse partes Ecclesiæ, non membra. Etenim simile argumentum fit contra illos, si quidem peccatores sunt partes ciuitatis Babylonicæ, & diaboli, ergo non sunt partes Ecclesiæ. Alia solutione confutatur hoc argumentum, si dicamus, quòd in nobis corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò viuit propter iustificationem, spiritus seruit legi Dei, caro autem legi peccati, spiritus concupiscit aduersus carnem, caro aduersus spiritum, non obstante quòd duæ hæ partes colligatæ sunt in vno, eodemque supposito hominis. Quid igitur mirum, quòd in mystico corpore Christi, quandiu peregrinamur hic à Domino, sint simul colligata membra quædam diaboli, cum electis membris Christi, carnales cum spiritualibus, mortui cum viuentibus? Et ideo diximus supra malos inesse tanquam membra heterogenea, id est, alterius naturæ, quia mali Christiani plus habent de natura diaboli, quam de natura Christi, fide quidem sunt Christi, corde verò, & opere sunt diaboli. ¶Ad secundam rationem dicendum est, non esse alienum à phrasi sacrarum literarum si eundem populum nunc propter iustos beatum, & sanctum, nunc propter improbos improbum, & infelicem nuncupemus. Vnde Moyses Israelem modò vocat populum electum, beatum, gentem sanctam, populum Dei peculia-

Ad rationes Theologicas.

Ad primã rationem.

Ad secundã rationem.

Augustin.

Obiectio.

Solutio.

Iacob. 2.

Voluit ergo dicere Diuus Thomas, quòd vnio per fidem ordinatur, & destinatur ad vnionem per gratiam, & charitatem, vnde vt sic, vnio per fidem imperfecta est. Vel dicatur, quòd homo peccator sine amore voluntatis, & amicitiæ non vnitur Christo, sed potius est hostilis conuentio contra illum, id autem quod voluntariè, & amore fit, dicitur simpliciter fieri, voluntas enim in hac vita in nostris operationibus primatum tenet, & ideo vnio per intellectum, quæ est per fidem, vocatur vnio secundum quid.

Obiectio. Sed dicet Theologus, quid est quòd dicit D. Tho. quòd homo peccator, & iniustus non est membrum Christi nisi secundum quid? Respondetur quòd hæc dictio secundum quid aliquãdo significat imperfectam rei rationem comparatam ad aliud, & in hoc sensu dicit D. Thom. quòd peccatores sunt membra Christi secundum quid, nam vnio ad Christum per fidem, ordinatur vt homo per Christum consequatur vitam gratiæ, fides autem sine operibus mortua est, vt dicitur Iacobi.2.

peculiarem: modo duriſsimæ ceruicis populum, ſtultum, & inſipientem. Et Eſaias interdum populum Gomorræ, interdum populum Dei appellat. Neque Auguſtinus dubitauit Eccleſiam nigram in malis, formoſam in bonis interpretari. 3. libro de doctrina Chriſtiana, capitu. 32. & Origenes Eccleſiam propter eos, qui columbas in ea vendunt, ſpeluncam latronum appellauit tracta. 15. in Matth. capit. 21. Poſſumus etiam reſpondere ad argumentum propoſitum, quòd eſt maior quædam vis boni, quam mali, pluſque valere paucos bonos, vt plebs bona ſit, quàm multos malos, vt nominetur mala. Demum dico Eccleſiam dici ſanctam multis titulis, quos ſuprà connumerauimus. Vnde quanuis mali in ea ſint quam plurimi, Synagoga Satanæ appellari non poteſt. Hinc enim in Concilio Conſtantienſi damnatus eſt quidam hæreticus eo quòd appellauerit Romanam Eccleſiam Synagogam Satanæ. ¶ Ad tertiam rationem dicendum, membrum in ſua naturali diſpoſitione, & temperamento conſtitutum expoſcere vitam, & vitam quidem ſenſitiuam, verumtamen ſi extra tale temperamentum exiſtat, poterit rationem membri obtinere ſine vita ſenſitiua, dum modò habeat vegetabilem, vt patet in exemplo manus aridæ, & mortificatæ. Fideles ergo quando ſunt in charitate membra ſunt perfecta, quippè qui fidem viuam habeant, at peccatores charitate vacui membra ſunt imperfecta, & extra naturalem diſpoſitionem conſtituta in genere gratiæ, cum ſolùm habeant fidem informem, & mortuam, obidque dicuntur membra mortua, nihilominus tamen quia continua ſunt, & vniuntur toti corpori, veram rationem retinent membrorum. ¶ Ad quartam rationem iam patet ex dictis, & nunc dico, quòd partes viuentis reuera expoſtulant vitam, quam nos dicimus ſufficere membris mortificatis, & aridis, quæ tamen vera membra ſunt, ſi toti compoſito cohæreant, & vniantur, quod etiam eſt neceſſarium vt ſint partes corporis viuentis. ¶ Ad vltimam dicendum, bifariam caput influere in membra ſua, vno modo influxu quodam interno conferendo motum ſenſitiuum, & vim ad operationes; alio modo externo quodam influxu gubernando, & dirigendo totum corpus; non diſſimiliter Chriſtus Dominus influit in membra influxu quodam interno gratiam, & dona ſupernaturalia; influit quoque influxu exteriori gubernando corpus ſuum myſticum, quod eſt Eccleſia, quem influxum communicat prælatis Eccleſiæ, potiſsimè ſummo Pontifici, quem conſtituit caput ipſius Eccleſiæ, quam voluit eſſe monarchiam, id eſt, vnius principatum. Schiſmaticus autem quia ſcindit ſe ab vnico corpore, quod Chriſtus gubernat, non poteſt recipere aliquem influxum ſecundum exteriorem gubernationem, ac ſubinde iſta ratione manet extra Chriſti Eccleſiam, veruntamen fides in ſchiſmatico ſufficit vt recipiat influxum internum à Chriſto, hoc eſt, actum fidei. Cuius rei cõſideratione poteſt dici membrum Chriſti.

Auguſti. Origenes. Matth. 21. Ad tertiam rationem. Ad quartã rationem. Ad vltimã rationem. Schiſmatici qua ratione poſſunt dici membra Chriſti & Eccleſiæ.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Chriſtus ſit caput Angelorum.

AD quartum ſic proceditur. 59

Videtur, quod Chriſtus, ſecundum quod homo, non ſit caput Angelorum. Caput enim & membra ſunt vnius naturæ: ſed Chriſtus, ſecundum quòd eſt homo, non eſt conformis in natura cum Angelis, ſed ſolùm cum hominibus: quia vt dicitur Hebræ. 2. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Ergo Chriſtus, ſecundum quod homo, non eſt caput Angelorum.

3. di. 13. q. 2. ar. 2. q. 1. & diſt. 14. ar. 3. q. 2. & 6. c. Et var. q. 2. 9. ar. 4. & 5. Et op. 3. c. 223. Et 1. Cor. 11. col. 2. Et Ephe. 1. in fi.

¶ 2. Prætereà, Illorum Chriſtus eſt caput, qui pertinent ad Eccleſiam, quæ eſt corpus eius, vt dicitur Epheſ. 1. Sed Angeli non pertinent ad Eccleſiam: nam Eccleſia eſt congregatio fidelium: fides autem non eſt in Angelis: non enim ambulant per fidem, ſed per ſpeciem: alioquin peregrinarentur à Domino: ſecundum quòd Apoſt. argumentatur 2. ad Corinth. 5. Ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, non eſt caput Angelorum.

¶ 3. Prætereà, Auguſt. dicit ſuper Ioan.* quòd ſicut Verbum, quod erat in principio apud Patrem, viuificat animas: ita Verbum caro factum viuificat corpora, quibus Angeli carent. Sed Verbum caro factum eſt Chriſtus, ſecundum quod homo. Ergo Chriſtus

Trac. 23. ante mediũ: & 19. trac. à med. to. 9.

secundum quòd homo, non influit vitam Angelis. Et ita secundum quòd homo, non est caput Angelorum.

Sed contra est, quòd Apostol. dicit Colossens. secundo: Qui est caput omnis principatus & potestatis. Et eadem ratio est de Angelis aliorum ordinum. Est ergo Christus caput Angelorum.

Respondeo dicendum, quòd sicut Art. 1. ad 2. dictum est, † vbi est vnum corpus, necesse est ponere vnum caput. Vnum autem corpus similitudinariè dicitur vna multitudo ordinata in vnum secundum distinctos actus siue officia. Manifestum est autem, quòd ad vnum finem, qui est gloria diuinæ fruitionis, ordinantur & homines & Angeli. Vnde corpus Ecclesiæ mysticum, non solùm consistit ex hominibus, sed etiam ex Angelis. Totius autem huius multitudinis Christus est caput: quia propinquius se habet ad Deum, & perfectius participat dona ipsius, non solùm quàm homines, sed etiam quàm Angeli: & de eius influentia non solùm homines recipiunt, sed etiam Angeli. Dicitur enim Ephes. 1. quòd constituit eum, scilicet Christum Deus pater ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem potestatem, & principatum, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius. Et ideo Christus non solùm est caput hominum, sed etiam Angelorum: vnde & Matth. 4. legitur, quòd accesserunt Angeli, & ministrabant ei.

Ad primum ergo dicendum, quòd influentia Christi super homines, principaliter quidem est quantum ad animas, secundum quas homines conueniunt cum Angelis in natura generis, licet non in natura speciei. Et ratione huius cõformitatis Christus potest dici caput Angelorum, licet deficiat conformitas quantum ad corpus.

Ad secundum dicendum, quòd Ecclesia secundum statum viæ est congregatio fidelium: sed secundum statum patriæ est congregatio comprehendentium. Christus autem non solùm fuit viator, sed etiam comprehensor. Et ideo non solùm fidelium, sed etiam comprehendentium est caput: vtpote plenissimè habens gratiam & gloriam.

Ad tertium dicendum, quòd Augusti.* ibi loquitur secundum quandam similationem causæ ad effectum: prout scilicet res corporalis agit in corpus, & res spiritualis in res spirituales. Tamen humanitas Christi ex virtute spiritualis naturæ, scilicet diuinæ, potest aliquid causare non solùm in spiritibus hominum, sed etiam in spiritibus Angelorum, propter maximam coniunctionem eius ad Deum, scilicet secundum vnionem personalem. Loco citato in argu.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua, patet ex Apo- Conclusio. Coloss. 2.
sto. ad Colossen. 2. loco citato à D. Tho. Deinde probatur, nam ordinantur homines, & Angeli ad vnum finem, videlicet, gloriam diuinæ fruitionis. Vnde corpus mysticũ Ecclesiæ consistit non solum ex hominibus, sed etiam Angelis, cuius caput est Christus, qui in omnes influit, vt dicit Apostol. ad Ephe. 1. quòd constituit eum Deus super om- Ephe. 1.
nem principatum, & potestatem, &c. Vnde & Angeli ministrant ei. Matth. 4. Matth. 4.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo duæ quæstiones sunt diligenter examinandæ, prima est; Vtrùm Christus secundum quòd homo, sit solùm caput hominum, an etiam Angelorum? & videtur primum esse verum, nam Deus semper moderatur, ac disponit inferiora per superiora, vt docet frequenter Diuus Dionysius præcipuè in libro de diuinis nominibus, capitulo. 13. At Christus secundum quòd homo est, inferior est Angelis, iuxta illud: Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, ergo Vtrũ Christus secũdũ quod homo sit solũ caput hominum? Primũ arg. Dionysius.

Secundum. lis, ergo non est caput Angelorum. ¶ Deinde, Christus secundum quòd homo non potest quicquam influere in Angelos, si quidem secundum quòd homo corporeus est, & res corporea in spiritum operari non potest, ergo non est Angelorum caput. Tertium. ¶ Tertiò, conditiones capitis respectu Angelorum Christo non competunt, caput enim oportet vt sit eiusdem naturæ cum membris, at Christus non est eiusdem naturæ cum Angelis, quia nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit Deus. Quartum. ¶ Quartò, Christus secundum quòd homo non est causa gratiæ, & gloriæ Angelorum, at de ratione capitis in genere gratiæ est quod influat, & causet gratiam, ergo Christus secundum quòd homo non est Angelorum caput. Maior huius argumenti probatur, nam etiam si verbum Dei non fieret caro, beatificarentur, & gratiam non acceperunt ex Christi meritis, si quidem Angeli sancti nunquam indiguerunt redemptore, nunquam Confir. enim sub captiuitate peccati extiterunt. Confirmatur hoc ipsum, nam dicere quòd Christus secundum quod homo est caput Angelorum propriè est incidere in sententias Origenes. Origenis damnatas. Dicit enim Origenes tomo in Ioannem. 1. elucidans illud; & verbum erat apud Deum; Christum passum esse non solum pro hominibus, sed etiam pro Angelis, atque syderibus in hæc verba: Quoniam igitur is, qui tam magna habet, & est aduocatus, compassus nostris infirmitatibus, quod tentatus est per omnia humana pro similitudinẽ, atque peccato, magnus est pontifex, cum non pro hominibus solis sed etiam pro omni, quod rationis est particeps, hostia, quæ semel oblata est, semetipsum obtulisset. Nam, excepto Deo, pro omnibus mortem gustauit, vt in quibusdam Epistolæ ad Hebræos exemplaribus positum est, Dei munere, & gratia. Siue autem Deo excepto pro omnibus mortem gustauit, non solum pro omnibus mortem perpessus est, sed etiam pro reliquis, quæ ratione vtuntur: siue Dei gratia pro omnibus mortem gustauit, pro omnibus præter Deum mortem pertulit. Gratia enim Dei mortem gustauit pro omnibus. Etenim absurdum est, eum pro humanis quidem peccatis mortuum esse dicere, non autem etiam pro aliquo alio, quod præter hominem in peccato fuit, veluti pro stellis, cum nec stellæ omninò mundæ sint coram Deo, vt in Iob legimus capitulo. 25. Stellæ autem non sunt mundæ coram ipso, nisi fortè hyperbolicè hoc dictum sit. Idem habet Origenes Homilia. 1. in Leuiticum in qua indicat Christum passum esse non solum pro peccatis hominum, sed etiam Angelorum. Ad eandem sententiam alludit Homilia. 2. in Leuiticum, & in libro. 1. comment. in Epistola ad Ephesios, explicans illud eiusdem Epistolæ. Omnia subiecit sub pedibus eius. Sed & Hieronymus explicans illud verbum ad Ephesios. 2. Veniens euangelizauit pacem, à Ruffino reprehensus est, quòd Originem imitatus affirmauerit omnes creaturas tam homines, quàm Angelos sanguine Christi purgatas, inquiens: Crux Domini non solùm terræ, sed & cœlo profuit, non solum hominibus, sed Angelis; & omnis creatura Domini sui cruore purgata est. Iob. 25. Hieronym. ¶ Pro expositione veritatis est prima conclusio. Indubie asserendum est Christum Dominum esse Angelorum caput. Hoc probant euidenter autoritates scripturæ diuinæ, quæ in articulo sunt adductæ, & efficaciter probant saltem Christum Dominum vt Deus est, esse Angelorum caput. ¶ Secunda conclusio, certè statuendum est Christum Dominum prout homo esse caput Angelorum, & Gabriel & alij, qui contrarium audent affirmare temerariè loquuntur. Probatur conclusio, tum quoniam omnes Doctores Scholastici amplectuntur nostram sententiam, tum vero quoniam videtur affirmari in Epistola ad Ephesios cap. 1. Sic enim inquit Paulus, quod Deus pater suscitauit Christum à mortuis, & constituit eum super omnem principatum, & quod omnia subiecit pedibus eius. Certè loquitur Paulus de Christo, vt homo est; etenim vt sic suscitatus est à mortuis, vt sic constitutus est super omnem principatum. Et illud verbum constitutus est, planè designat Christum habere hanc dignitatem ex dono & gratia Dei patris, & non ex natura tantum diuinitatis. Ad idem confirmandum valet aliud argumentum. Nam si Christus esset caput Angelorum duntaxat, vt Deus est, non esset magis caput, quam pater aut Spiritus sanctus, cum tamen tota series scripturarum tribuat hanc prærogatiuam Christo Domino. Ad hæc omnes conditiones capitis cõueniunt Christo prout homo est, comparatione ad Angelos, si quidem Christus, vt homo est conformis est Angelis secundum animam rationalem. Rursus est magis propinquus Deo, atque etiam Expositio quæstionis. Prima conclusio. 2. Conclus. Ephe. 1.

est perfectior in bonis spiritualibus, vt planè asseritur Ioannis. 1. ad Ephesios. 1. ad Hebræos. 1. & ad Philippenses. 2. vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Præterea influit in Angelos dona gratiarum. Quod patet ex tribus actibus, quos exercet Christus vt homo circa Angelos. Primus est illuminare Angelos docendo illos ea, quæ ipsi ignorabant. Etenim qui beatiores sunt & plura vident in verbo, illuminant alios, qui in vita beata in inferiore gradu sunt constituti, & anima Christi inter omnes creaturas beatissima est, & plura videt in verbo, quam Angeli, ergo illuminat Angelos. Sic docet Diuus Dionysius capitulo. 7. de cœlesti hierarchia inquiens illam quæstionem, quæ habetur Isaiæ. 63. Quis est iste, qui venit de Edom? propositam esse ab Angelis, quibus ipse Christus respondit, ego qui loquor iustitiam & propugnator sum ad saluandum. De qua re etiam est videndus D. Thomas infrà quæst. 59. articulo vltimo. Secundus actus est mittere Angelos in ministerium nostrũ, de quo loquitur apertè Diuus Paulus ad Hebræos. 1. Tertius actus est iudicare Angelos, de quo munere agit Diuus Thomas in. 3. parte loco núc indicato. Illud tamen animaduertat Theologus, quod non solum Christi anima exercet istos actus in Angelos, verum etiam Christi corpus sanctissimum, prout docet Diuus Thomas in hoc articulo in solutione tertij. Ad cuius rei explicationem affert optimum exemplum Caietanus. Sicut phantasma corporeum illustratum lumine intellectus agentis eleuatur, vt possit in anima ipsa causare species intelligibiles, sic & potiori quadam ratione corpus Christi est coniunctum verbo Dei personaliter & eleuatur vt possit in Angelos agere, vt instrumentum verbi, itaque Christus etiam secundum corpus est caput Angelorum. ¶ Tertia cõclusio. Manifestum est, non tam influere Christum in Angelos, quam in homines, quos redemit sanguine suo, & illos docuit olim per se ipsum, & iustificat à peccatis, in quorum gratiam venit in orbem. Ob idque homines vocat fratres ad Hebræos 2. Vnde principalius & perfectius dicitur caput hominum, quam Angelorum. ¶ Ad argumenta. Ad primum dicendum, Christum esse caput Angelorum secundum esse supernaturale, quo longè supe rat omnes creaturas factas & factibiles. ¶ Ad secundum argumentum dicendum, quòd vt est instrumentum diuinitatis benè potest influere in Angelos, prout iam expositum est.

Ioan. 1. Ephe. 1. Hebræo. 1. & 2. Ad Phili. 2. Dionysius. Esa. 63. D. Tho. Ad Heb. 1. D. Tho. Caietanus. 3. Conclus. Ad Heb. 2. Ad argumẽta. Ad primũ argu. Ad secũdũ.

¶ Ad tertium iam à nobis est demonstratum, quomodo omnes conditiones capitis conueniant Christo comparatione ad Angelos. Et certè quantum ad animam rationalem spiritus est, sicut & Angeli spiritus sunt. ¶ Ad quartum vt respondeatur sciendum est, quod in eo insinuatur grauis & difficilis quæstio, Vtrùm Christus Dominus sit caput Angelorum per modum redemptionis & meriti sic quod per modum redemptionis & meriti causauerit gratiam & gloriam Angelorum sicuti hominum, sicut reuera collata fuit patribus antiquis propter merita Christi? A parte affirmante sunt hæc argumenta. ¶ Primum colligitur ex sanctis scripturis. Nã ad Ephesios. 1. dicitur, quòd Deus pater proposuit instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis & quę in terra sunt in ipso. & ad Colossenses. 1. Pacificans per sanguinem eius siue quæ in cœlis siue quæ in terra sunt. Et Apoc. 12. describitur bellum inter Angelos bonos & malos, & dicitur, quod boni vicerunt propter sanguinem agni. Atque in eiusdem rei confirmationem solet adduci illud Ioan. 8. Ille homicida erat ab initio & in veritate non stetit, quæ scriptura non potest apertè intelligi in hunc sensum, quod diabolus fuerit ab initio homicida, quia occidit hominem in anima & corpore. Abstulit enim vitam animæ, & corporis, non ab vno homine sed ab humano genere. Hic sensus, quanquam à sanctis Patribus huic sententiæ accommodetur, videtur esse violentus. Nam prius quam à veritate cecidit, dicitur homicida, ergo non loquitur de morte, quam primo parenti intulit, postquam à cœlo exclusus est. Vnde sensus germanus & verus huius sententiæ videtur esse, quod Angelus, qui diabolus est, cognouit mysterium incarnationis Dominicæ, & Christum futurum Angelorum & hominum caput, consideranśque suam naturam longè excedere humanam despexit illum per odium mentale, quod est homicidium, iuxta illud, qui odit fratrem suum homicida est, cui sensui rectè quadrat quod antecedit, vos desideria patris vestri vultis facere, videlicet, volentes me interficere. ¶ Secundum argumentum sumitur ex autoritate D. Bernar. sermone. 22. in Cantica exponens illud 1. Corinthior. 1. Qui factus est nobis à Deo sapientia, iustificatio, sanctificatio, & redemptio, scribit hæc omnia quatuor, fuisse Christum Iesum Angelis, & exponit quo pacto fuerit illis redemptor, inquiens, quod fuerit redemptor detinendo illos & præseruando, ne laberẽtur in peccatum. D. Thomas in arti-

Ad tertiũ. Ad quartũ. Grauis quæstio, vtrum angelis collata sit gratia ex meritis Christi. Primũ arg. Ephe. 1. Ad Colo. 1. Apoc. 12. Ioan. 8. Secundum Bernardus. 1. Corin. 1.

D.Thom. in articulo.9. præcedentis quæstionis expresse affirmat, Christo collatam esse gratiam tanquam principio vniuersali omnium habentium gratiam. & arti.11.scribit, Christum esse vniuersale principium gratificationis. Quem Caietanus. locum explicans Caietanus inquit, fuisse vniuersale principium gratificationis etiam Rupertus. Angelorum. Rupertus Abbas exponens illud Ioan. 8. Ille homicida erat ab initio, lubens amplectitur istam sententiam, & multi autores nostræ ætatis pedibus manibusque eam tenent, existimantes esse veram, & arbitrantes in hoc, amplificari & illustrari Christi gloriam. Tertium. ¶ Tertium argumẽtum est. Nam primum in vnoquoque genere est causa omnium aliorum, quæ sub illo genere continentur, sed Christus est primum in genere gloriæ & gratiæ, ergo est causa omnis gratiæ & gloriæ, quæ ad alios deriuatur. Confir. Hoc ipsum confirmatur. Nam si Christus in genere gratiæ non est primus, sequitur, quod sit alius in hoc genere primus, qui sit regula & mensura, ad cuius comparationem & mensuram, cæteri qui gratificantur debeant mensurari & expendi. Quartum. ¶ Quartum argumentum Angeli habuerunt veram fidem in Christum, credendo in ipsum, ergo per fidem in Christum communicatum est illis meritum Christi. Antecedens probatur. Nam Angeli antequam essent beati cognouerunt mysterium incarnationis, & non per euidentem cognitionem, ergo per fidem. Sed iam probatur consequẽtia. Nam hominibus communicatur meritum Christi per fidem in ipsum, ergo si Angeli habuerunt veram fidem in Iesum Christum, communicatum vtique fuit illis meritum Christi per quod sunt iustificati & gratificati. Et sanè si Angeli habuerunt fidem in Christum, ergo habuerunt spem in illum, habuerunt quoque amorem Vltimum. erga illum. ¶ Vltimo, Christus est caput Angelorum & hominum, ex quo consequens est, quod tam Angeli quam homines sint membra huius capitis, at si non causaret gratiam & gloriam in Angelis, non esset vna ratione caput vtrorumque, nec Angeli & homines constituerent vnum corpus, nec vnam Ecclesiam in genere gratiæ & gloriæ. Certè si non influeret in Angelis gratiam & gloriam, quæ dona influit in hominibus, æquiuocè diceretur influere, ac rursus homines & Angeli inter se non haberent cohærentiam & vnionem in gratia & charitate. Confir. Hoc confirmatur. Alioqui enim non esset Christus magis caput Angelorum, quam hominum in statu innocentiæ. Etenim sicut non causauit gratiam primorum parentum in statu illo fœliciſsimo sic nec causauit gratiam Angelorum. ¶ In hac quæstione explicanda quidam Doctores existimant & eorum opinio probabilis est, & pia, quod Angelis fuit collata gratia, & gloria ex meritis Christi, verum mihi contraria sententia semper visa est probabilior, & magis consentanea diuinæ Theologiæ, & quod ita sit hæc argumenta comprobant. In primis Christus Dominus non est incarnatus, nec mortuus pro Angelis, sed solum pro hominibus mortuus est & passus, vt tota series sacrarum literarum plane testatur, & patet ex illo, quod proclamant Angeli Lucæ. 2. Natus est vobis hodie saluator, non dixere nobis, sed vobis, & in eo testimonio, quod citat Bernardus. 1. Corinthiorum. 1. Qui factus est nobis à Deo sapientia, sanctificatio, &c. & in Symbolo confitemur, Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis: at si pro Angelis incarnatus fuisset & mortuus, scriptura diuina id non subticuisset, maximè cum Angeli excedant in numero & dignitate creaturas omnes corporales. Certè id videtur significasse Paulus, cum inquit ad Hebræos. 2. Nunquam enim Angelos apprehendit, illud, enim, habet vim causalis, sensus est, Messiam de quo tam magnifica dixi, facio hominem mortalem, quia facio eum hominem mortalium liberatorem, imo non ego, sed scriptura, nusquam enim Angelos apprehendit, id est, nusquam scriptura eum inducit apprehendentem Angelos, estque præsentis temporis illud verbum, apprehendit, cuius vim explicat Chrysostomus. Verbum, inquit, apprehendit, metaphoram habet sumptam ab eo, qui magno studio insequitur aliquem, omniaque facit, vt fugientem occupet, & apprehendat, non ergo propositum Christi fuit apprehendere Angelos & illos insequi, vt salutarem gratiam illis conferret. His accedit alterum argumentum non contemnendum. Nam si Christus pro Angelis incarnatus est & passus, consequens est, quod Angeli aliquo modo à Christo sunt redempti, siquidem Christi meritis fuerunt prẹseruati ne laberentur in peccatum, quemadmodum beatissima Virgo propriè fuit redempta à Christo, etiam secundum illos, qui tenent eam à peccato originali fuisse immunem, quoniam ex meritis Christi fuit ab illo peccato præseruata. Sed & tertium argumentũ subnectitur. Nam certè apud antiquos patres Origenes male audiebat, eo quod diceret Christum pro Angelis fuisse passum

Expositio dubitatiõis propositæ.

Angelis nõ est data gratia ex meritis Christi.

Luc.2.

1.Cor.1.

Hebr.2.

Chrysosto.

condemnabantque istam sententiam erroris. Quod si aliquo in sensu vera esset, non vtique eam absolute damnassent. Præterea hoc ipsum confirmo. Nam si Christus esset causa iustificationis & gratiæ & gloriæ Angelorum, sequeretur quod filius Dei veniret in carne etiam si homo non peccasset, consequens est contra doctrinam veram, quam statuimus supra quæstione. 1. articulo. 3. quod id sequatur patet. Nam Angelis data est gratia ante quam primus homo peccasset, ac sine dependentia & ordine ad primi parentis peccatum, ergo si illis data fuit gratia ex meritis Christi, futurum vtique erat meritum Christi, etiam si perseuerasset status innocentiæ & primus homo non peccasset. Postremo sic argumentor. Si Angeli iustificati essent per Christum non essent glorificati ante Christum, at omni dubio procul Angeli fuerunt beati ante Christi aduentum, ergo non acceperunt gratiam per Christum. Maior huius argumenti sic ostenditur. Nam ad eum modum argumentatur Diuus Paulus ad He-
Hebr.11. bræos. 11. de patribus antiquis, qui ex eo quod per Christum erant adducendi in gloriam, non acceperunt gloriam, nec consummatam gratiam, vsque dum Christus eam fuit consequutus. Hæc sententia, quam tot argumentis confirmauimus, est assertio omnium Theologorum Scholasticorum.
D.Tho. In primis est sententia Diui Thomæ in. 2. distinctione. 9. quæstione. 1. articulo. 8. ad secundum. Vbi docet operationem hominis fuisse efficaciorem ad merendam æternam vitam, quam sit operatio Angeli. Et inter alias rationes pro hac veritate, hanc vnam affert, scilicet, quia operatio hominis fundatur in meritis Christi, & non operatio Angeli, & cum gratia Christi, & meritum eius sit infinitum, communicat maiorem efficaciam. Et idem Diuus Thomas quæstione præcedenti. 7. articulo. 11. dicit, quod gratia fuit data animæ Christi tanquam principio vniuersali gratificationis in natura humana, & tamen si Christus esset causa meritoria in ordine ad Angelos, non limitasset Diuus Thomas virtutem eius in naturam humanam. & quæstione. 29. de veritate articulo. 7. ad quintum. dicit, quòd Christus non meruit Angelis præmium essentiale. Et super primum caput in Epistola ad Ephesios dicit Diuus Thomas. Christus erat instaurans omnia siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt, &c. explicat instauraſſe non redimendo vel moriendo pro Angelis sed reparando Angelorum ruinas.

¶ Ad argumenta in contrarium dicendum est. Ad primum ex sanctis scripturis dicendum est, quod scriptura ad Ephesios. 1. debet explicari ad istum modum, homines & Angelos, qui per peccatum diuisi erant, Deum voluisse coniungere, ac vnire per Christum, & in Christo vt in capite. Sed præstat explicare cum Diuo Augustino in Augusti. Enchiridio capitulo. 62. & capitulo. 63. vbi sic habet. Et vtique nouerunt sancti Angeli docti de Deo, cuius veritatis æterna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. Propter quod ait Apostolus, instaurari omnia in Christo, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris. In ipso quippè instaurantur quæ in cœlis sunt, cum id, quod inde in Angelis lapsum est, ex hominibus redditur. Instaurantur autem quæ in terris sunt, cum ipsi homines, qui prædestinati sunt ad æternam vitam à corruptionis vetustate rénouantur. Ac sic per illud singulare sacrificium, in quo mediator est immolatus, quod vnum multæ in lege victimæ figurabãt pacificantur cœlestia cum terrestribus, & terrestria cum cœlestibus. Quoniam sicut idem Apostolus dicit, in ipso complacuit, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem Crucis eius siue quæ in cœlis sunt, siue quæ in terris. Pax ista præcellit, sicut scriptum est, omnem intellectum, neque sciri à nobis, nisi cum ad eam venerimus potest. Quomodo enim pacificantur cœlestia nisi in nobis, id est, concordando nobiscum? nam ibi semper est pax, & inter se vniuersis intellectualibus creaturis, & cum suo creatore. Quæ pax præcellit, vt dictum est, omnem intellectum, sed vtique nostrum, non eorum, qui semper vident faciem patris. Nos autem quantuscumque sit in nobis intellectus humanus, ex parte scimus, & videmus nunc per speculum in ænigmate. Cum vero æquales Angelis Dei fuerimus, tunc quemadmodum & ipsi videbimus facie ad faciem, tantamque pacem videbimus erga eos, quantam & ipsi erga nos, quia tantum eos dilecturi sumus, quantum ab eis diligimur. Itaque pax eorum nota nobis erit, quia & nostra talis ac tanta erit, nec præcellet tũc intellectum nostrum. Dei vero pax, quæ illic est erga eos, & nostrum & illorum intellectum sine dubitatione præcellet. De ipso quippè beata est rationalis creatura

Ad argumẽta. Ad primũ argu. Ad Ephe. 1.

quæ-

quæcumque beata sit, non ipse de illa. Vnde secundum hoc melius accipitur quod scriptum est; Pax Dei, quæ præcellit omnem intellectum, vt in eo quod dicit, omnem, nec ipse intellectus sanctorum Angelorum esse possit exemptus, sed Dei solius. Neque enim & ipsius intellectum pax eius excellit. Hactenus Augustinus. Ad eundem modum debet exponi scriptura citata ex Epistola citata ad Colossenses. Ad tertiam scripturam ex Apocalypsi dicendum est, quod nihil contra nos concludit. Nam post descriptum prælium inter Angelos bonos & malos, interposuit Diuus Ioannes hæc verba, Victus est accusator fratrum nostrorum. Vocant autem in eo loco Angeli homines fratres; & post hæc verba ait Ioannes, Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni. Quæ sententia ad homines est referenda. Nam continuo sequitur, Et non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Ad quartam
D. Augusti. scripturam dicendum est ex D. Augusti. 11. super Genesim ad literam capitu. 16. Vtrumque ab initio intelligamus non solum quod homicida fuit, verum etiam quod in veritate non stetit. Et homicida quidem ab illo initio, ex quo homo potuit occidi, non autem potuit occidere antequam esset qui occideretur, ab initio ergo homicida diabolus, quia ipse occidit hominem ante quam nullus hominum. In veritate non stetit, & hoc ab initio, ex quo ipse creatus est, qui
Ad secūdū. staret, si stare voluisset. ¶ Ad secundum argumentum ex autoritate Sanctorum ad Di-
Bernardus. uum Bernardum respondetur, quòd fortassis Diuus Bernardus fuit in ista sententia, sed nos discedimus ab eo sequentes placitum aliorum Doctorum. Vel fortasis Diuus Bernardus loquitur eo in loco de Christo vt Dei verbum est, & causa effectiua totius sanctitatis, non autem de Christo vt homo est. Sic enim inquit: Qui à principio erat Angelis sapientia, iustificatio, sanctificatio, & redemptio, factus est nobis illa quatuor
D. Tho. in tempore. Ad Diuum Thomam respondetur in articulo. 11. addidisse, expresse esse principium vniuersale gratificationis in natura humana. Per quæ verba explicandus est idem autor in articulo. 9. & licet Caie-
Caietanus. tanus id extenderit ad Angelos, tamen re-
uera intelligendus est Caietanus iuxta mentem Diui Thomæ in hoc articulo, hoc est, de influentia secundum quædam charismata gratiæ, quæ supra à nobis sunt commemorata. ¶ Ad tertium argumentum dicendum est, satis esse vt aliquid dicatur primum in aliquo genere, quod sit exemplar reliquorum, quæ sunt in illo genere, sic homo dicitur primum in genere animalium, tametsi non influat in animalia cætera, Christus autem exemplar est & idea totius gratiæ & sanctitatis, ad quam ideam qui propius accedit siue Angelus siue homo sit gratior est. Adde his, Christum Dominum influere etiam in Angelos charismata quædam spiritualia ad gratiam & gloriam pertinentia, prout supra expositum est. Et per hoc patet ad confirmationem huius argumenti. ¶ Ad quartum in primis negatur an- Ad quartū.
tecedens, cuius ratio est. Nam licet verum sit Angelos fuisse viatores, & habuisse fidem circa aliqua mysteria reuelata, quibus præstabant assensum per fidem, verumtamen ignorabant mysterium Incarnationis, & sic non credebant in Christum, quippe qui illum ignorabant. Verum est tamen, quod à principio suæ beatitudinis reuelatum est illis mysterium Incarnationis non quoad omnia, sed secundum aliqua, iuxta illud Isaiæ. 63. Quis est iste, qui venit de Esai. 63.
Edom? Et illud Psalmi. 23. Quis est iste rex Psal. 23.
gloriæ? interrogatio est Angelorum inferiorum cupientium de mysterijs Christi illuminari. Illud etiam responderi potest, quod licet habuerint fidem in Iesum Christum cum essent viatores, non est inde consequens, quod per eam fidem communicatum sit illis meritum Christi, per quod iustitiam & gratiam consequerentur. Nam & primus parens in statu innocentiæ habuit fidem Christi venturi, at in eo statu non habuit gratiam ex meritis Christi. ¶ Ad quin- Ad quintū.
tum argumentum dicendum est, caput non ex æquo influere in omnia membra & in omnes corporis partes. In quasdam siquidem partes perfectiorem motum & sensum influit, in quasdam vero imperfectiorem motum, & quandoque sine sensu, nihilominus tamen respectu omnium retinet vnam capitis rationem. Ad eundem modum Christus vniuocè dicitur caput hominum & Angelorum, quamuis non eodē modo in vtrosque influat, sed peculiari quodam modo dicetur hominum caput: similiter vt tota multitudo hominum & Angelorum dicatur vnū corpus, & vna Ecclesia, sat fuerit vt docet Diuus Thomas in articulo, quod ordinetur ad vnum finem beatitudinis, quamuis caput diuersimodè influat in partes istius corporis & Ecclesiæ, redemptio ergo hominum à peccato fuit finis intentus in incarnatione, ac illuminatio Angelorum, collatio accidentium

tium gratiæ & gloriæ, quæ per Christum Dominum facta est, fuit effectus consequens incarnationem.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm gratia Christi, secũdum quam est caput Ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius, secũdum quòd est quidam homo singularis.

To 3. dist. 13. q. 3. ar. 2. q. 1. & 2. Et 4. dist. 5. q. 1. arti. 3. q. 2. ad 3. Et veri. q. 29. art. 2. c. fi. & 6. Et opu. 3. c. 222. & 223. Et Ioan. 3. l. 6. col. 2.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd non sit eadem gratia, qua Christus est caput Ecclesiæ, cũ gratia singulari illius hominis. Dicit enim Apost. Roman. 5. Si vnius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei, & donum, in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Sed aliud est peccatum actuale ipsius Adæ, & aliud peccatum originale, quod traduxit in posteros. Ergo alia est gratia personalis, quæ est propria ipsius Christi, & alia est gratia eius, in quãtum est caput Ecclesiæ, quæ ab ipso ad alios deriuatur.

¶ 2. Præterea, Habitus distinguuntur secundum actus. Sed ad alium actum ordinatur in Christo gratia eius personalis, scilicet ad sanctificationem illius animæ: & ad alium actum ordinatur gratia capitis, scilicet ad sanctificandum alios. Ergo alia est gratia personalis ipsius Christi, & alia est gratia eius, in quantum est caput Ecclesiæ.

¶ 3. Præterea, Sicut suprà dictum est†, in Christo distinguitur triplex gratia, scilicet gratia vnionis, gratia capitis, & gratia singularis illius hominis: sed gratia singularis Christi est alia à gratia vnionis: ergo etiam est alia à gratia capitis. † 3. q. 6. arti. 6.

Sed contra est, quod dicitur Ioan. primo. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Secundum hoc autem est caput nostrum quod ab eo accipimus. Ergo secundum hoc, quòd habuit plenitudinem gratiæ, est caput nostrum. Plenitudinem autem gratiæ habuit, secundum quod perfectè fuit in illo gratia personalis, vt suprà dictum est*. Ergo secundum gratiam personalem est caput nostrum, & ita non est alia gratia capitis, & alia gratia personalis. * Q. 7. art. 9.

Respondeo dicendum, quòd quia vnumquodque agit, in quantum est ens actu, oportet quòd idem sit actus, quo aliquid est actu, & quo agit, sicut idem est calor, quo ignis est calidus, & quo calefacit. Non tamen omnis actus, quo aliquid est actu, sufficit ad hoc, quòd sit principium agendi in alia: cùm enim agens sit præstantius patiente (vt Augu. dicit 12. super Gen. ad literam*: & Philosophus in 3. de anima†) oportet quod agens in alia, habeat actum secũdum eminentiã quandam. Dictum est autem suprà*, quòd in anima Christi recepta est gratia secundum maximam eminentiam: & ideo ex illa eminentia gratiæ, quam accepit, competit sibi quòd gratia illa ad alios deriuetur: quod pertinet ad rationem capitis. Et ideo eadem est secundum essentiam gratia personalis, qua anima Christi est iustificata, & gratia eius, secundum quam est caput Ecclesiæ, iustificans alios: differt tamen secundum rationem. * Aug. li. 12. ca. 16. circa med. to. 3. † Arist. de anima. l. 3. tex. 19. * art. 1. huius q. & q. 7. art. 9.

Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum originale in Adam, quod est peccatum naturæ, deriuatum est à peccato actuali ipsius, quod est peccatum personale: quia in eo persona corrupit naturam: qua corruptione mediante, peccatum primi hominis deriuatur ad posteros, secundum quòd natura corrupta corrumpit personam. Sed gratia non deriuatur à Christo in nos, mediãte natura humana, sed per solam personalem actionẽ ipsius Christi. Vnde non oportet in Christo distinguere

duplicem

duplicem gratiam : quarum vna respondeat naturæ, alia personæ, sicut in Adam distinguitur peccatum naturæ & personæ.

Ad secundum dicendum, quòd diuersi actus, quorum vnus est ratio, & causa alterius, non diuersificant habitum: actus autem personalis gratiæ, qui est sanctum facere formaliter habentē, est ratio iustificationis aliorū, quæ pertinet ad gratiā capitis. Et inde est quòd per huiusmodi differentiam non diuersificatur essentia habitus.

Ad tertium dicendum, quòd gratia personalis & gratia capitis ordinantur ad aliquem actum: gratia autem vnionis non ordinatur ad actum, sed ad esse personale. Et ideo gratia personalis & gratia capitis conueniunt in essentia habitus, non autem gratia vnionis. Quanuis personalis gratia possit quodammodo dici gratia vnionis: prout facit congruitatem quandam ad vnionem. Et secundum hoc vna per essentiam est gratia vnionis, & gratia capitis, & gratia singularis personæ, sed differens sola ratione.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est. Eadem est secūdum essentiam vtraque gratia, differunt tamen secundum rationem. Probatur ex eo quod dicitur Ioan. 1. de plenitudine eius omnes accepimus, secundum hoc autem est caput nostrum, quod ab eo accipimus, ergo secundum hoc quod habuit plenitudinem gratiæ, est caput nostrum. Plenitudinem autem gratiæ habuit secundum quod perfectè fuit in illo gratia personalis: vt supra dictum est, ergo secundum gratiam personalem, est caput nostrum, & ita non est alia gratia capitis & alia personalis. Hoc ipsum probatur. Nam in anima Christi recepta est gratia secundum maximam eminentiam, & ideo ex ea, quam accepit competit sibi, quod gratia illa ad alios deriuetur, quod ad rationem capitis pertinet.

Ioan. 1.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Triplex gratia in Christo Domino. EXploratum est ex prædictis, in Christo Iesu esse triplicem gratiam, gratiam vnionis ex qua deriuatur gratia habitualis, & personalis in Christo per quam habet, quod sit iustissimus & sanctissimus & gratificatus super omnes, & gratia capitis, qua influit in fideles suos, veluti in membra sua, gratiam & gloriam. Differtque inter gratiam vnionis & gratiam habitualem Christi, quod gratia vnionis est esse personale diuinum vnitum ex gratia naturæ humanæ, vnde gratia vnionis non est ad operationem sed ad esse personale diuinum, & ideo prima est inter omnes. Præterea gratia vnionis hypostaticæ Christo est singularis, quia nullus alius hanc gratiam obtinuit, gratia vero singularis personæ conuenit etiam alijs electis, qui sunt sancti & grati coram Deo. His adde gratiam vnionis non esse habitum, aut qualitatem sicut gratia habitualis & gratia capitis. Vnde gratia vnionis est fons omnium habituum & charismatum, quæ sunt in anima Iesu Christi. At gratia habitualis est quædam qualitas diuinitus infusa, qua anima Christi Domini est grata coram Deo. Quamuis enim anima Christi ex eo solum, quod est assumpta ad esse personale diuinum esset Deo gratissima, & per solam illam promereretur Christus, quidquid sibi & nobis promeruit, esset que caput Ecclesiæ, voluit tamen Deus etiam qualitates & habitus infundere animæ Christi propter rationes, quas commemorauimus supra quæstione. 7. Illud tamen aduertat Theologus, quod hæc gratia habitualis relata ad gratias membrorum dicitur gratia capitis, vt vero gratificat animam Christi dicitur gratia personalis, itaque tantum differunt ratione. Vnde Diuus Tho. in. 3. distinctione. 13. quæstione. 1. articulo. 2. quæstiuncula. 1. docet gratiam vnionis habere rationem causæ finalis, gratiam vero singularis personæ, affirmat habere rationem causæ formalis, qua Christi anima perficitur & gratificatur, verum gratiam capitis esse tanquam causam efficientem, quia ab ea omnium gratiarum charismata, quæ conferuntur Ecclesiæ dimanant. Sed vt hæc melius intelligantur scire oportet, quod eminentia, quam tribuit Diuus Thomas gratiæ Christi duplici in sensu interpretari potest. Vnus sensus est, quod habeat eminētiam secundum intensionem, est enim summa omnium gratiarum: cæterum ex hac eminentia inferri non potest, quod influat in alios causetque gratiam, nisi tantum ex quadam congruitate, & ex acceptatione diuina libera, quo pacto vnus homo iustus potest alteri promereri gratiam, vt Stephanus Diuo Paulo. Alia eminentia gratiæ Christi intelligi potest ex eo, quod constituitur in anima,

Gratia vnionis, gratia habitualis, gratia capitis.

D. Tho.

D. Tho.

anima, quæ est vnita Deo per vnionem personalem & de hac eminẽtia loquitur D. Tho. hoc in loco, ab ea siquidem excellentiæ dignitate habet Christi gratia, vt influat gratiam & gloriã in eos in quos ipse Christus velit, neq; eius influentia potest à Deo patre non acceptari. Illud etiam obseruet Theologus, quod quemadmodum forma secundum quod dat esse distinguitur à se ipsa secundum quod est operandi principium differt inquam sola ratione, sic gratia personalis secundum quod efficit ipsum Christum gratum distinguitur sola ratione à se ipsa secundum quod influit in alios, neque enim dicitur gratia capitis, nisi respectu aliorum. Vltimò obseruandum est, non legitimè assignari discrimen inter gratiam personalem & gratiam capitis ex vna parte & gratiam vnionis ex alia, quod gratia vnionis immediatè ordinetur ad esse personale & non ad actum & operationem, gratia autem capitis & personalis ordinentur immediatè ad actum, dico, non esse tale discrimen. Nulla siquidem gratia secundum placitum D. Thomæ ordinatur immediatè ad actum & operationem, siquidem omnis gratia residet in essentia animæ, & ordinatur ad operationem per virtutes, quæ insunt potentijs, mediatè verò omnis gratia etiam vnionis, ordinatur ad operationem; quoniam vnumquodque agit secundum quod est in actu: humanitas vero Christi est in actu per gratiam vnionis, ac subinde operatur per illam mediatè. Discrimen ergo positum est in hoc quod gratia personalis & capitis ordinantur in actum tanquam in suum finem & perfectionem. Actus siquidem gratiæ & gloriæ perfectiores sunt, quam gratia capitis, & personalis. Cæterum, gratia vnionis non ordinatur ad actum tanquam ad quid perfectius, in infinitum siquidem præstantior est gratia vnionis, quam gloria & beatitudo. Imo ipsa vnionis gratia est finis gloriæ, & de huiusmodi ordinatione ad aliquid perfectius loquutus est Diuus Thomas in hac responsione ad tertium.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm esse caput Ecclesiæ sit propriũ Christo.

61 Inf.ar. 7.c. Et vari. q. 29.art.4.c. Et 1.cor.11. c.3.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd esse caput Ecclesiæ non sit propriũ Christo. Dicitur enim 1. Reg. 15. Cùm esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Sed vna est Ecclesia in nouo & veteri Testamento. Ergo videtur quòd eadem ratione aliquis alius homo præter Christum potuerit esse caput Ecclesiæ.

¶ 2. Prętereà, Ex hoc Christus dicitur esse caput Ecclesiæ, quòd gratiam influit Ecclesiæ membris. Sed etiam ad alios pertinet gratiam alijs præbere: secundum illud Eph. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Ergo videtur quòd etiam alij quàm Christo competat esse Ecclesiæ caput.

¶ 3. Prætereà, Christus ex eo quòd præest Ecclesię, non solùm dicitur caput, sed etiam Pastor & fundamentum Ecclesiæ. Sed non sibi solum Christus retinuit nomen Pastoris, secundũ illud 1. Petri 5. Cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcesibilẽ gloriæ coronam. Nec etiam nomen Fundamenti: secũdum illud Apoc. 21. Murus ciuitatis habens fundamẽta duodecim. ergo videtur quòd nec etiam nomen capitis sibi soli retinuerit.

Sed contra est, quòd dicitur Coloss. 2. Caput Ecclesiæ est, ex quo corpus per nexus & coniunctiones submi-nistratum & constructum, crescit in augmentum Dei. Sed hoc soli Christo conuenit. Ergo solus Christus est caput Ecclesiæ.

Respondeo dicendum, quòd caput in alia membra influit dupliciter. Vno modo, quodam intrinseco influxu: prout scilicet, virtus motiua & sensitiua, à capite deriuatur ad cętera membra. Alio modo secundum quandam exteriorem gubernationem: prout scilicet secundum visum & alios sensus, qui in capite radicãtur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autem influxus gratiæ, non est ab aliquo, nisi à solo Christo: cuius humanitas ex hoc, quòd est diuinitati coniuncta, habet

virtutem iustificandi. Sed influxus in membra Ecclesiæ, quantum ad exterio rem gubernationem potest alijs conuenire. Et secũdum hoc aliqui alij possunt dici capita Ecclesiæ: secundum illud Amos.6. Optimates capita populorum. Differenter tamen à Christo: primò quidem quantum ad hoc, quòd Christus est caput omnium eorum, qui ad Ecclesiam pertinent, secundum omnem locum & tempus & statum: alij autem homines dicuntur capita secũdum quædam specialia loca, sicut Episcopi suarum Ecclesiarum: vel etiam secundum determinatum tempus, sicut Papa est caput totius Ecclesiæ, scilicet tempore sui pontificatus: & secundum determinatum statum, prout scilicet sunt in statu viatoris. Alio modo, quia Christus est caput Ecclesiæ propria virtute & auctoritate. Alij vero dicuntur capita, in quantum vicem gerunt Christi: secundum illud 2. Corinth. 2. Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi, & secũdum illud secundæ ad Corint. 5. Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum illud intelligitur, secundum quòd ratio capitis consideratur ex exte riori gubernatione: prout dicitur Rex caput regni sui.

Ad secundum dicendum, quòd homo non dat gratiam interius influendo, sed exterius persuadendo ad ea, quę sunt gratiæ.

Ad tertium dicendum, quòd sicut Aug*. dicit super Ioan. Si præpositi Ecclesiæ Pastores, sunt quomodo vnus pastor est, nisi quia sunt illi omnes vnius membra pastoris? Et similiter alij possunt dici fundamenta & capita, in quantum sunt vnius capitis & fundamenti membra. Et tamen sicut Augustin. ibidem dicit†, pastorem esse dedit membris suis, ostium verò nemo nostrum se dicit: hoc sibi ipse proprium tenuit. Et hoc ideo, quia in ostio importatur principalis auctoritas, in quantum ostium est, per quod omnes ingrediuntur in domum: & ipse solus Christus est, per quem accessum habemus in gratiam istam, in qua stamus. Per alia verò nomina prædicta potest importari auctoritas, non solùm principalis, sed etiam secundaria.

Trac. 46. in med. illius, tom. 9.

† Trac. 47. in Ioan. inter prin. & med. to. 9.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Ad Colo. 2.

COnclusio est affirmatiua. Et probatur ex illo ad Coloss. 2. caput Ecclesiæ est, ex quo corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructũ crescit in augmentum Dei, sed hoc soli Christo conuenit, ergo solus Christus est caput Ecclesiæ. Et ita Christo propriũ est esse caput Ecclesiæ, vno modo secundum influxum interiorem: quia sola humanitas eius habet vim iustificandi, cum sola sit coniuncta personaliter diuinitati, sed secundum exteriorem gubernationem, commune est Christo, & alijs esse caput, differenter tamen, nam Christus est caput omnium eorum, qui pertinent ad Ecclesiam, secundum omnem locum, tempus & statum. Alij verò dicuntur capita in quibusdam specialibus locis, sicut Episcopi, vel secundum determinatum tempus, vt Papa totius Ecclesiæ tempore sui Pontificatus, & secundum determinatum statũ, prout sunt in statu viatoris. Alio modo Christus est caput Ecclesiæ propria virtute, & autoritate: sed alij capita dicuntur in quantum gerunt vicem Christi secũdum Apostolum. 2. ad Corint. 2. Si quid donaui vobis in persona Christi, &c. 2. Corin. 2.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrùm summus Pontifex debeat dici Ecclesiæ caput? Primũ arg.

COntra conclusionem huius articuli duæ rationes dubitandi se offerũt. Altera est vtrùm summus Pontifex sit dicendus Ecclesiæ caput. ¶ Ratio dubitandi est. Nam catholica Ecclesia agnoscit vnũ solum caput æternæ suæ salutis tam in cœlo, quam in terra, Dominum nostrum Iesum Christum, ergo summus Pontifex non est dicendus Ecclesiæ caput, ne dicamus, Ecclesiam esse bicipitem, ac subinde monstruosam. ¶ Altera ratio dubitandi est in aliud extremum. Nam etiam videtur, quod ministri sacramentorum per sacramenta causent interius gratiam, ergo possunt dici capita Ecclesiarum, non solum quantum ad gubernationem exteriorem, sed etiam quantum ad influxum Secundum.

interñum,

internum, cuius contrarium asserit D. Thom. in articulo. Propter primam rationem dubitandi hæretici Lutherani iniquo ferũt animo Papam dici caput Ecclesiæ. Sed re vera hæretico falluntur spiritu, nam licet Ecclesia catholica solum Christum Dei filium agnoscat Dominum, ex hoc non est consequens, quod nullus in terris Dominus agnoscendus sit. Similiter ex eo, quod Christus est caput Ecclesiæ non est consequens, quod Pontifex non sit caput Ecclesiæ. Ipse certè Christus manens Ecclesiæ caput, regnat, regit Ecclesiam suam, verum opus hoc suum agit per ministrum suum Pontificem. Vnde facilè intelligitur, nihil detrahi Christo capiti si subiectum illi Romanum Pontificem caput in terris agnoscamus. Nam cum proprium sit capitis munus, subiecta sibi membra gubernare, facit hoc ipse quidem Christus virtute sua, sed interea tamen sicut in sacramentorum administratione & in verbi sui prædicatione, sic in Ecclesiæ suæ regnorumque & prouinciarum gubernatione hominum vtitur ministerio.

Lutherani.

Neque vero inusitatum est hoc in scriptura, quod capitis nomen hominibus tribuatur, sic Sauli dixit Samuel. 1. Regum. 15. caput in tribubus Israel factus es. Sic de se Dauid inquit Psal. 17. constituit me in caput Gentium. Sic apud Oseam cap. 1. legimus ponent sibimet caput vnum. Sic apud Paulum. 1. Corinth. 11. & ad Ephes. 5. vir caput est mulieris. Certè cum Paulus semel atque iterum dicat; vir caput est mulieris, non ideo Christum esse caput mulieris negauit. Verùm hoc dicere voluit, Christum caput mulieri constituisse virum, vt eam gubernaret, quam etiam gubernat Christus sed per virum. Sic etiam cum dicitur Pontifex est caput Ecclesiæ, non Christum excludimus, qui verè caput existens verè gubernat Ecclesiam, sed sicut mulieri virum sic huic sponsæ suæ caput constituit Petrum, & eius successorem, cuius ministerio illam gubernaret, quando dixit pasce oues meas, ipse caput, ipse gubernator est Ecclesiæ suæ, ipse pastor & Episcopus animarum nostrarum. Sed interea Petrum elegit, Petriqúe successorem, cuius in ea pascenda, gubernandaque ministerio vteretur, quem qui pro capite non cognoscunt in varias sectas erroris diuisi sunt; sed non est opus in hac re nimis prolixè agere. Nam D. Thomas in articulo in primis elegãter exposuit, qua ratione sit proprium Christo esse caput Ecclesiæ, & quomodo hoc nomẽ alijs tribuatur. Vnde in Ecclesia non sunt duo capita, neque Ecclesia biceps est. Nam etsi sint duæ personæ Christus & Papa, at Papa est Ecclesiæ caput ex Christo instituente, & habet vices capitis ex supremo capite, ac denique Papæ potestas est deriuata à Christo, qui propria virtute gubernat Ecclesiam. ¶ Et hæc sufficiant ad depellendam primam rationem dubitandi. Nam de potestate Pontificis hoc in loco non est edisserendum. ¶ Ad secundam rationem dubitandi dicendum est in primis, quod solus Christus dicitur caput Ecclesiæ secundũ interiorem influxum. Quoniam quamuis ministri sacramentorum per sacramenta causent gratiam quatenus sunt instrumenta, quæ mouentur à Christo Domino, & ab eius humanitate, sunt quidem omnes instrumenta separata, humanitas verò Christi est instrumentum coniunctum, quod mouet separata instrumẽta, & ideo Christus solus dicitur caput Ecclesiæ secundum influxum internum. Vel dicat Theologus, & hæc est obseruanda Theologia, quod Christus Dominus est causa principalis & agens principale respectu huius interni influxus, reliqui verò ministri Ecclesiastici tantum sunt instrumẽta, & idcirco solus Christus dicitur caput secundum internum influxum, reliqui verò instrumenta capitis. Quod autem Christus sit causa & agens principale respectu gratiæ probatur. Quoniam ille, ac solus ille virtute sua assimilat sibi effectum, quæ est ratio agentis principalis. Etenim quamuis Christus Dominus per humanitatem sanctissimam influat gratiã in membra ac sit caput, tamen efficacia & virtus huius actionis referenda est ad suppositum verbi, à quo sumit valorem illa actio. Sicuti in actione meritoria Christi efficacia & valor desumebatur à supposito non ab humanitate, quamuis per humanitatem mereretur.

1. Reg. 15.
Psal. 17.
Oseæ. 1.
1. Corin. 11.
Ad Eph. 5.
D. Tho.

Ad primũ argum.

Ad secũdũ argum.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrùm diabolus sit caput omnium malorum.

62 Inf. art. 8. c.

AD septimũ sic proceditur. Videtur q̃ diabolus nõ sit caput malorum. Ad rationem enim capitis pertinet, quod influat sensum & motũ in membra: vt dicit quædam glo. super illud ad Ephe. 1. Ipsum dedit caput, &c. Sed diabolus non habet virtutẽ influendi malitiam peccati, quod ex voluntate peccantis procedit. Ergo diabolus non potest dici caput malorum.

¶ 2. Præ-

¶ 2. Pręterea, Per quodlibet peccatum fit homo malus. Sed non omnia peccata sunt à diabolo. Quod quidem manifestum est de peccatis dęmonum, qui non ex persuasione alterius peccauerunt. Similiter etiam nec omne peccatum hominis ex diabolo procedit: dicitur enim in libro de Ecclesiasticis* dogmatibus: Non omnes cogitationes nostræ malæ, semper diaboli instinctu excitantur: sed aliquotiesex motu arbitrij nostri emergunt. ergo diabolus non est caput omnium malorum.

ca. 82. habetur inter opera Aug. to. 3.

¶ 3. Præterea, Vnum caput vni corpori pręficitur. Sed tota multitudo malorum non videtur habere aliquid, in quo vniatur: quia malum malo contingit esse contrarium: contingit etiam ex diuersis defectibus, vt Diony. dicit 4. cap. de Diuinis nominibus*. Non ergo diabolus potest dici caput omniũ malorum.

ca. 4. par. 4. inter medium & fi.

Sed contra est, quod super illud Iob 18. Memoria illius pereat de terra. dicit glos.* De vnoquoque iniquo dicitur, vt ad caput, id est diabolum reuertatur.

Est Greg li. 14. mora. c. 31. cir. prin.

Respondeo dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, caput non solum interius influit membris, sed etiam exterius gubernat, eorum actus dirigendo ad aliquem finem. Sic ergo potest dici aliquis caput alicuius multitudinis, vel secundum vtrumque, scilicet secundum interiorem influxum & exteriorem gubernationem: & sic est Christus caput Ecclesiæ, vt dictum est*. Vel secundum solam exteriorem gubernationem: & sic quilibet princeps vel prælatus est caput multitudinis sibi subiectæ. Et per hunc modum dicitur diabolus caput omnium malorum: nam vt dicitur Iob 41. ipse est Rex super vniuersos filios superbię. Pertinet autem ad gubernatorem, vt eos quos gubernat, ad suum finem adducat: finis autem diaboli est auersio rationalis creaturæ à Deo: vnde & à principio hominem ab obedientia diuini præcepti remouere tentauit. Ipsa autem auersio à Deo, habet rationem finis, in quantum appetitur sub specie libertatis: secundum illud Hiere. 2. A seculo confregisti iugum, rupisti vincula, & dixisti, non seruiam. In quantum igitur ad hunc finem aliqui adducuntur peccando, sub diaboli regimine & gubernatione cadunt: & ex hoc dicitur eorum caput.

Ar. præced.

Ar. præced.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet diabolus interius non influat rationali menti: tamen suggerendo inducit ad malum.

Ad secundum dicendum, quòd gubernator non semper suggerit singulis subiectis, vt suæ voluntati obediant, sed proponit omnibus signum suæ voluntatis: ad cuius sequelam aliqui excitantur inducti, alij propria sponte. Sicut patet in duce exercitus, cuius vexillum sequuntur milites, etiã nullo persuadente. Sic igitur primum peccatum diaboli (qui ab initio peccat, vt dicitur 1. Ioannis 3.) propositum est omnibus ad sequendum: quod quidam imitantur per suggestionem ipsius, quidam propria sponte absque vlla suggestione: Et secundum hoc omnium malorum caput est diabolus, in quantum ipsum imitantur: secundum illud Sapien. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum qui sunt ex parte illius.

Ad tertium dicendum, quòd omnia peccata conueniũt in auersione à Deo, licet ab inuicem differant, secundũ conuersionem ad diuersa commutabilia bona.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio

COnclusio est. Diabolus est caput omniũ malorum secundum exteriorem gubernationem, non secundum influentiam. Finis enim diaboli est auertere creaturam rationalem à Deo, ipsa autem auersio à Deo habet

rationem finis in quantum appetitur sub specie libertatis secundum illud Ieremiæ 2. A sæculo confregisti iugum, rupisti vincula & dixisti, non seruiam, & ex hoc dicitur diabolus malorum caput, & sub eius gubernatione cadunt, prout adhunc finem peccando adducuntur.

Hier. 2.

EXPOSITIO ARTICVLI.

NOmen diaboli in præsentia non vsurpatur pro tota collectione diabolici exercitus sed pro principe dæmoniorum. Vnde D. Tho. in articulo in probatione suæ conclusionis adducit illud ex Iob ca. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Illud pronomen ipse, principem dæmoniorum designat: & Luc 11. dicitur. Si sathanas sathanam eijcit. Illud etiam aduertendum est, quòd D. Thom. 1.2. q. 10. & q. 80. ostendit multis diabolum non esse caput malorum influendo vel causando aliquid in libero arbitrio, sed solum proponendo obiectum & exornando illud, vt orator & rhetor optimus.

D. Thom. Iob. 41.

Luc. 11.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrùm Antichristus possit etiam dici caput omnium malorum.

63 3. 2. q. 84. arti. 3. & 4. Et 3. di. 13. q. 2. ar. 1. c. Et veri. q. 29. ar. 4. c. Et mal. q. 8. art. 1. co. Et opus. 3. cap. 223. Et 1. cor. 11. col. 3. & 4.

AD octauum sic proceditur. Videtur quòd Antichristus non sit caput malorum. Vnius enim corporis nõ sunt diuersa capita. Sed diabolus est caput multitudinis malorum: Non ergo Antichristus est eorum caput.

¶ 2. Præterea, Antichristus est membrum diaboli. Sed caput distinguitur à membris. Ergo Antichristus non est caput malorum.

¶ 3. Præterea, Caput habet influentiam in membra. Sed Antichristus nullam habet influentiam in malos, qui eũ præcesserunt. Ergo Antichristus nõ est caput malorum.

Sed contra est, quod Iob 21. super illud, Interrogate quemlibet de viatoribus, dicit glos. * Dum de omnium malorum corpore loqueretur, subitò ad omnium iniquorũ caput Antichristum verba conuertit.

Est gloss. Greg. li. 15. Mora. c. 28 in princ.

Respondeo dicendum, quòd sicut suprà dictum est *, in capite naturali tria inueniuntur, scilicet ordo, perfectio & virtus influendi. Quantùm igitur ad ordinem temporis, non dicitur Antichristus esse malorum caput, quasi eius peccatum præcesserit, sicut præcessit peccatum diaboli. Similiter etiam non dicitur esse caput malorum propter virtutem influendi: etsi enim aliquos sui temporis ad malum sit conuersurus, exterius inducendo: non tamen illi, qui ante eum fuerunt, ab ipso sunt in malitiam inducti, nec etiam eius malitiam sunt imitati, vnde secundum hoc non posset dici caput omniũ malorum, sed aliquorum. Relinquitur ergo, quòd dicatur caput omnium malorum propter malitię perfectionem. Vnde super illud secundæ ad Thessa. 2. Ostendens se tanquam sit Deus, dicit glos*. Sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis inhabitauit, ita in Antichristo omnis malitię plenitudo: non quidem ita quòd humanitas eius sit assumpta à diabolo in vnitatem personę, sicut humanitas Christi à filio Dei: sed quia diabolus suam malitiam eminentius ei influet suggerendo, quàm omnibus alijs. Et secundum hoc omnes alij mali qui præcesserunt, sunt quasi quædam figura Antichristi; secundum illud 2. ad Thess. 2. Mysterium iam operatur iniquitatis.

Art. 1 huius quæst.

glo. ord. ibid.

Ad primum ergo dicendum, quòd diabolus & Antichristus non sunt duo capita, sed vnum, quia Antichristus dicitur esse caput, in quantum plenissimè inuenitur in eo impressa malitia diaboli. Vnde super illud secundę ad Thes salo. secundo. Ostendens se tanquam sit Deus: dicit glos.* In ipso erit caput omnium malorum, scilicet diabolus, qui est Rex super omnes filios superbię. Non autem dicitur in eo esse per vnionem personalem: nec per intrinsecam inhabitationem (quia sola Trinitas menti illabitur, vt dicitur in libro de Eccles. dogm*.) sed per malitię effectum.

glo. ord. ibid.

*ca. 83. inter opera Aug. to. 3.

Ad

Ad secundum dicendum, quòd sicut caput Christi est Deus, & tamen ipse est caput Ecclesiæ (vt suprà dictum est*) ita Antichristus est membrũ diaboli, & tamen est caput malorum.

Ar. 1. huius quæst.

Ad tertium dicendum, quòd Antichristus non dicitur caput omniũ malorum propter similitudinem influentiæ, sed propter similitudinẽ perfectionis: In eo enim diabolus quasi malitiam suam ducet ad caput, per modum, quo dicitur aliquis ad caput suum propositum ducere cùm illud perfecerit.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio: COnclusio est affirmatiua. Non quidẽ ratione temporis, quasi eius peccatum alia præcesserit, neq; propter virtutem influendi, licet aliquos sui temporis ad malum sit inducturus, cum præcessores ab eo non sint inducti, sed dicitur caput esse omnium malorum propter malitiæ perfectionem. Nam mali qui præcesserunt, sunt quasi figura quædam Antichristi, & sicut caput Christi est Deus, & tamen ipse est caput Ecclesiæ, ita Antichristus est membrum diaboli, & tamen est caput malorum, secũdum similitudinem perfectionis, quod & autoritate glossæ confirmatur super illud Iob 21. Interrogate quẽlibet deviatorib⁹.

EXPOSITIO ARTICVLI.

De Antichristo dogmata quædam certissima. QVibusdam videtur fabulosum, quòd de Antichristo dicitur. Cæterũ fabulosum esse nequit, quod diuina scriptura exactissimè tradit nobis exponens, & nomen Antichristi & conditiones personæ ipsius, & quãdo veniet, & quomodo dominabitur, & qualiter destruetur per Christum regnũ eius. Ioannes dicit prima sua cano. cap. 2. Filioli nouissima hora est, & sicut audistis, quia Antichristus venit, & nũc Antichristi multi facti sunt, vnde scimus, quia nouissima hora est, & statim subijciens definitionẽ Antichristi ait. Hic est Antichristus, qui negat patrem & filium. Item omnis spiritus, qui soluit Iesum ex Deo non est, & hic est Antichristus. Et in secunda sua canonica, omnis, qui non cõfitetur Iesum Christum venisse in carnem, hic est seductor & Antichristus. Vnde secundum traditionem Ioannis, & vocis etymologiam Antichristus nihil aliud est, quam aduersarius Christi, & tales quidem sunt multi in mũdo, imò tales fuere temporibus Apostolorum, dicente Ioanne in loco præallegato, quia Antichristus venit, & iam sunt Antichristi multi. Sed obseruet Theologus, quòd hoc in loco vox, venit, non est præteriti temporis sed præsentis, vt euidẽter constat ex Græco. Dicimus enim venire, quidquid certo futurum nunciamus, & iã in proximo est. Sed addit Ioannes, & nunc Antichristi multi sunt. Quin & capit. 4. dicit, Antichristus iam venit & nunc iam est in mundo, quid igitur modo prædicatur venturus, si tũc temporis erat iam in mundo? Ad hãc interrogationẽ duplex respõsio adhiberi solet. Prior est, hoc nomen Antichristus in sacris literis dupliciter sumi: vno modo pro collectione hominum sceleratorum, qui dicuntur Antichristi ex eo quod aduersantur Christo, & ex eo quod sunt figura illius hominis pessimi, qui futurus est tẽporibus extremis, & ita vsurpat hanc vocem D. Ioannes in locis præallegatis. Accipitur rursus, hæc vox pro quadam persona singulari, quam suis coloribus describit D. Paulus 2. ad Thes. ca. 2. Posterior solutio est, quòd tempore D. Ioan. erat Antichristus in mundo non secundum personam, sed secũdum similitudinẽ spiritus & rebellionis. Sicut Helias dicebatur venturus ante Christũ prędicantem, quia Ioannes venit præcedens Christum in spiritu & virtute Helię. Et si vultis scire, inquit Saluator, ipse Ioannes est Helias, scilicet spiritu & virtute. Prorsus eadem phrasi dixit Ioannes Euangelista: & nunc Antichristi multi sunt: quia nunc multi rebelles, & subdoli homines sunt in mundo, præcurrentes illũ in spiritu seductionis & malitię. Attamen sub specie ac velamine quodã pietatis, quod Apostolus dicit. Nam mysteriũ iam operatur iniquitatis. scilicet in præcursoribus suis. Addo, vt vox, Christus, communis est multis, ita vox Antichristus. Et sicut aduentum Christi præcesserunt multi Christi, typum gerentes illius venturi, qui antonomaticè præ omnibus alijs dignus est possidere nomen Christi: ita multi seminantur per mundum Antichristi malitia & rebellione typum gerentes illius venturi, qui antonomaticè dicitur Antichristus præ omnibus alijs, eo quod scelere & rebellione longè, & vltra modum antecellet vniuersos. Itaq; secundum fidem asserendum est, quòd Antichristus erit singularis quædam persona quem sic describit D. Paul. in primis dicit Antichristum esse hominem peccati, quia manifestè, ac totus scelestus erit, adeò vt mereatur potius dici scelus seu homo peccati, quã peccator. Secundo nominat illum filiũ perditionis, cuius tota industria erit aduersari Christo, perdere, & ex omni parte tendere ad destructionẽ, tã sui, quã aliorũ. Tertiò extollentẽ se super omne, quòd dicitur Deus, aut colitur,

1. Ioan. 2.

Definitio Antichristi.

1. Ioan. 4.

Varia significatio huius nominis Antichristus.

2. Thess. 2.

Antichristus erit singularisquę dam persona.

Conditiones Antichristi.

ita vt in templo Dei ſedeat oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Quartò dicit, illum forè admirandum ſecundum operationem ſathanæ, quam operabitur per eum ſathanas in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis ijs qui pereunt. Hæc de Antichriſto Apoſtolus Paulus. Nec minus expreſſè eum depingit Ioannes ſub nomine beſtiæ aſcendentis de mari
Apo.13. Apocal.13. dicens. Et vidi de mari, id eſt, de collectione malorum, velut de pelago quodam, beſtiam aſcendentem habentem capita ſeptem, quia erit bellua multorum capitum, id eſt, princeps ac dux multorum hæreſiarcharum, & cornua decem, quia vndiq́ue pugnans, erecta ac potens ad lædendum, & ſuper cornua eius decem diademata, eo quòd multitudo regnorum ac dominorum ſubijcietur tyrannidi & violẽtiæ eius, & ſuper capita eius nomina blaſphemiæ, id eſt, malorum dogmatum, quibus blaſphematur Deus. Et beſtia quam vidi, erat ſimilis pardo, propter varietatem vitiorum, in quibus obſtinata erit. Et pedes eius ſicut pedes vrſi, vt aſcendat & eleuet ſe ſupra quamcunque altitudinem Eccleſiæ: ſicut vrſus non obſtante mole corporis ſui eleuat ſe ſupra quamcunq; arborẽ. Et os eius ſicut os leonis, propter crudelitatem. Et dedit illi draco, ille ſerpens magnus & antiquus, qui vocatur diabolus & ſathanas, qui ſeducit vniuerſum orbem, virtutem ſuam & poteſtatẽ magnam, ſcilicet ſeducendi & perdendi multos. Et vidi vnum de capitibus ſuis quaſi occiſum in mortẽ, quia ſimulabit ſe Antichriſtus quaſi mortuum, & per triduum latens apparebit dicens ſe ſuſcitatum, & plaga mortis eius curata eſt, quia arte magica aſcendet in aẽra, ferentibus eum dæmonibus, & curabitur plaga mortis eius: ſicq; qui prius mortuus videbatur, poſtea viuẽs reputabitur. Et admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam. Et adorauerunt draconem, qui dedit poteſtatẽ beſtiæ, & adorauerũt beſtiam (ſicut adoramus nos & Deũ, qui dedit Chriſto poteſtatem, & ipſum Chriſtum Dominum) dicentes: quis ſimilis beſtię? & quis poterit pugnare cum ea? & datum eſt ei os loquens magna (quia extollet ſe ſuper omne illud, quòd dicitur Deus) & blaſphemias (contra Chriſtum, & omne id, quòd ſanctum eſt, Deoq́; gratum) & data eſt ei poteſtas facere menſes quadraginta duos (quia regnabit triennium & dimidium anni) & aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum (ne Deo quidem parcens, blaſphemare nomen eius (quod nos oramus, vt ſanctificetur ſicut in cælo & in terra) & tabernaculum eius, id eſt, Eccleſiam Chriſti, quam inhabitat, omnemq; conſtitutionem eius per quã laudabilis appareret (& eos qui in cælo habitant venerabiles illos Angelorum ſanctorumq́ue ordines). Et datum eſt illi bellum facere cum ſanctis, contra ſanctos, & vincere eos, ſcilicet corporaliter, quia rapiet in mortem. Quoſdam etiam partim muneribus, partim tormentis ſeducit in errorem. Et data eſt illi poteſtas in omnem tribum & populum, & linguam, & gentẽ, quia latiſsima erit dominatio eius. Et adorauerũt eum omnes, qui inhabitant terram, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ agni, qui occiſus eſt ab origine mundi, videlicet in membris ſuis Abel & Prophetis, alijſque iuſtis. Si quis habet aurem audiat. Et vidi aliam beſtiam etiam beſtiam, id eſt, beſtialiter viuẽtem in omni ſpurcitia vitiorum citra pudorem aſcendentem de terra, hoc eſt, de Eccleſia Chriſti fidelium, quæ per virtutes & cultũ Dei comparatione maris floridum & amœnũ habet aſpectum proferens fructus ſalutis, & habebat cornua duo ſimilia agni tanquam in ſulatus mitra epiſcopali, ſiue iactans innocentiam ſimul & puram doctrinam, qua beſtia vtetur Antichriſtus velut Pontifice ſacrorum ſuorum & pſeudopropheta, eritq́ue de numero Chriſtianorum, nam Antichriſtus ipſe erit de populo Iudaico, vt tradit venerabilis Haymo diligentiſsimus myſteriorum obſeruator dicens: naſcetur Antichriſtus in Babylone de tribu Dan. Iuxta quòd Iacob ait, fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita. Et cum venerit Hieroſolymã circũcidet ſe dicẽs: ego ſũ Chriſtus vobis promiſſus. Tunc confluẽt ad eum omnes Iudęi & reædificabunt templum à Romanis deſtructum, ſedebitq́; ibi dicens ſe eſſe Deum. Hæc ille. Et loquebatur ſicut draco, omnibus modis decipiendi vtetur, quibus vtitur ipſemet draco antiquus diabolus. Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem faciebat in conſpectu eius: & fecit terram & omnes habitantes in ea adorare beſtiam primam, cuius curata eſt plaga mortis, id eſt, Antichriſti cuius myſtagogus erit. Et fecit ſigna magna, vt etiã ignẽ faceret de cælo deſcendere in terram in conſpectu hominum. Et ſeduxit habitãtes in terra propter ſigna, quæ data ſunt ei facere in conſpectu beſtiæ, dicens habitantibus in terra: vt faciant imaginem beſtiæ, quæ habet plagã gladij & vixit. Et datum eſt illi, à dracone, ſcilicet permiſsione diuina, vt daret ſpiritum magia quadã, imagini beſtiæ, & vt loquatur imago beſtiæ, dãdo reſponſa, vt ſolẽt idola dęmonũ & faciet vt quicunq; non adorauerint imaginem beſtię occidantur. Et faciet omnes

Antichriſtus erit de populo Iudaico.

pu-

pusillos & magnos,& diuites, & pauperes, & liberos,& seruos habere characterem in dextera manu sua,aut in frontibus suis, pro sacramento seu symbolo bestiæ prioris,siue Antichristi.Et faciet ne quis possit emere aut vendere,nisi qui habeat characterem,aut nomen bestiæ,aut numerum nomen eius. In diebus illis erit solutus sathanas,siue draco antiquus de carcere, & exibit & seducet gentes , quæ sunt super quatuor angulos terrę,Gog,& Magog, quibus nominibus figuratur Antichristus,& Pontifex eius in ProphetiaEzechielis, & congregabit eos in prælium,quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ,& circuierunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam,hoc est Ecclesiam Christi.Huc vsque Ioannes.Nec dissimilia habet Ezechiel cap.38.& 39. erit tunc, inquit Christus,tribulatio magna: qualis non fuit ab initio mundi vsque modo,neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi,id est, dies illius temporis,quo erit illa tribulatio regnante Antichristo,non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Hæc Saluator tractans materiam aduentus sui.Sed de fine Antichristi,ita commemorat scriptura,dicente Paulo 2.ad Thessa.ca.2. quem hominem peccati siue Antichristum Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Addit Ioannes.Et apprehensa est bestia,& cum illa pseudopropheta,qui fecit signa coram ipso , quibus seduxit eos,qui acceperunt characterem bestiæ,& qui adorauerunt imaginem eius.Vi ui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardẽtis & sulphuris , & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equũ,qui procedit de ore ipsius, & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum. Similia prædicta sunt de interitu Antichristi, & complicum eius apud Ezechielem dicentem in persona Christi, & iudicabo eũ peste, & sanguine,& imbre vehementi,& lapidibus immẽsis,ignẽ & sulphur pluã super eum,& super exercitum eius,& super populos multos, qui sunt cum eo , & magnificabor & sanctificabor,& motus ero in oculis multarũ gentiũ, & sciẽt quia ego Dominus ca.38. Et descẽdit ignis à Deo de cælo,& deuorauit eos.Et diabolus,qui seducebat eos,missus est in stagnũ ignis & sulphuris.Vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum Apo.20.Ex his habentur nomen,tẽpus,vita,finis Antichristi.Sed & D.Tho.opusculo 60.ad finem dicit,quod Antichristus nascetur in Babylone de tribu Dan , iuxta quod Iacob ait Genes.49. fiat Dan coluber in via, &c.Et cũ venerit Hierosolymã circũcidet se dicẽs Iudæis,ego sum Christus vobis promissus.Tũc cõfluent ad eũ omnes Iudæi & reædificabunt templũ à Romanis destructũ, & ibi sedebit ostendens se tanquã sit Deus.Quo in loco multa dicit de Antichristo,ex quibus & ex dictis facilè colligitur , quòd Antichristus sit singularis quædã persona & omnium hominum pessimus,de quo asseritur in præsentia,quòd sit omnium malorum caput.

Ezech.38. & 39.

Finis Antichristi. 2.Thes.2.

Apoc.20. D. Thom.

QVAESTIO IX.

De scientia Christi in communi, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de scientia Christi. Circa quam duo considerandã sunt.Primò, quam scientiam Christus habuerit: secundò de vnaquaque scientiarum ipsius.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò ,vtrùm Christus habuerit aliquam scientiam prẽter diuinam.

¶ Secundò,vtrùm habuerit scientiam, quam habent Beati,vel comprehensores.

¶ Tertiò,vtrùm habuerit scientiam inditam vel infusam.

¶ Quartò,vtrùm habuerit aliquã sciẽtiam acquisitam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christus habuerit aliquam sciẽtiam præter diuinam.

AD primum sic proceditur. 64
Videtur quòd in Christo non fuerit aliqua scientia præter diuinam. Ad hoc enim necessaria est scientia, vt per eam aliqua cognoscantur.Sed Christus per sciẽtiam diuinam cognoscebat omnia: superfluum igitur fuisset quòd in eo esset alia scientia.

3.di.14.ar. 1.q.1.Etve. q.20. art.2: & opus.3.c. 223.

¶ 2. Prętereà, Lux minor per maiorem offuscatur : Sed omnis scientia creata comparatur ad scientiam Dei increatam,sicut lux minor ad maiorem. Ergo in Christo non refulsit alia scien-

tia,quàm diuina.

¶ 3. Præterea, Vnio humanę naturę ad diuinam, facta est in persona, vt ex
q.2.art.2. supradictis patet *. Ponitur autem in Christo secundum quosdam quędam scientia vnionis: per quam scilicet Christus ea,quæ ad mysterium Incarnationis pertinent,plenius sciuit, quã aliquis alius. Cùm ergo vnio personalis contineat duas naturas,videtur quòd in Christo non sint duæ scientię,sed vna tantũ scientia pertinens ad vtrãque naturam.

Sed contra est,quod Ambrosius di-
In li. de in carna.dom. fac.ca. 7. à medio to.2 cit in lib.de Incar*.Deus in carne perfectionem naturæ assumpsit humanę,suscepit sensum hominis,sed non sensum carnis inflatum. Sed ad sensum hominis pertinet scientia creata.Ergo in Christo fuit scientia creata.

Respondeo dicendum, quòd sicut
quæst.5. ex supradictis patet*, filius Dei humanam naturam integrã assumpsit, id est, non solùm corpus, sed etiam animam: non solùm sensitiuam,sed etiam rationalem.Et ideo oportuit, quòd haberet scientiam creatam propter tria. Primò quidem propter animæ perfectionem. Anima enim secundum se considerata est in potentia ad intelligibilia cognoscenda:est enim sicut tabula, in qua nihil est scriptum, & tamen possibile est in ea scribi per intellectum possibilem, in quo est omnia fieri,vt dicitur in ter-
li.3.de anima tex.18. to.2. tio de Anima*. Quod autem est in potentia,est imperfectum, nisi reducatur ad actum.Non autem fuit conueniens, quòd filius Dei humanam naturam imperfectam assumeret,sed perfectam, vt pote qua mediante, totum humanum genus ad perfectum erat reducendum. Et ideo oportuit,quòd anima Christi esset perfecta per aliquam scientiam,quę esset propria perfectio eius . Et ideo oportuit in Christo esse aliquam scientiam præter scientiam diuinam , alioquin anima Christi esset imperfectior animabus aliorum hominum. Secũdò, quia cùm quælibet res sit propter suam operationem, vt dicitur in secundo de Cæ*.frustra haberet Christus animam li.2.de Cæ. lo.text.17. to.2. intellectiuam si non intelligeret secundum illam,quod pertinet ad scientiam creatam . Tertiò, quia aliqua scientia creata pertinet ad animæ humanæ naturam, scilicet illa, per quam naturaliter cognoscimus prima principia: scientiam enim hic largè accipimus pro qualibet cognitione intellectus humani. Nihil autem naturaliũ Christo defuit: quia totam humanam naturam suscepit,vt suprà dictum est*. Et ideo in sex- 9.5.& 6. ta Synodo damnata est positio negantium in Christo esse duas scientias , vel duas sapientias.

Ad primum ergo dicendum , quòd Christus cognouit omnia per scientiã diuinam operatione increata, quæ est ipsa Dei essentia : Dei enim intelligere est sua substantia , vt probat* Philoso- li.12.Meta. tex.39.to.3 phus 12.Meta. Vnde hic actus non potuit esse animæ humanę Christi cùm sit alterius naturæ. Si igitur non fuisset in anima Christi aliqua alia scientia pręter diuinam,nihil cognouisset:& ita fuisset frustra assumpta,cùm omnis res sit propter suam operationem.

Ad secundum dicendum , quòd si duo lumina accipiantur eiusdem ordinis, minus offuscatur per maius , sicut lumen solis offuscat lumen candelæ, quorum vtrumque accipitur in ordine illuminantis . Si verò accipiantur duo lumina,ita quòd maius sit in ordine illuminantis, & minus in ordine illuminati,minus lumen non offuscatur per maius, sed magis augetur : sicut lumen aëris per lumen solis. Et hoc modo lumen scientię non offuscatur, sed magis clarescit in anima Christi per lumen scientię diuinę,quæ est lux vera illuminans omnem hominem venientẽ in hunc mundum , vt dicitur Ioannis primo.

Ad tertium dicendum, quòd ex par-

te vni-

te vnitorum ponitur scientia in Christo, & quantum ad naturam diuinam, & quantum ad humanã: ita quod propter vnionem, secundum quam est eadẽ hypostasis Dei & hominis, id quod est Dei, attribuitur homini: & id quod est hominis, attribuitur Deo, vt suprà dictum est*. Sed ex parte ipsius vnionis non potest poni in Christo aliqua scientia: nã vnio illa est ad esse personale, sciẽtia autem non conuenit personę nisi ratione alicuius naturæ.

q.3.ar.1.in argu.& respon.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. D. Ambro.

CONclusio est affirmans. Quæ probatur in primis autoritate D. Ambrosij in lib. de incarnatione. Item, propter animæ perfectionem, nam anima est in potẽtia ad omnia cognoscibilia, sed quod est in potentia imperfectum est, nisi reducatur ad actum. Inconueniens autem fuisset filium Dei, qui totum genus humanum ad perfectũ adducturus erat, assumpsisse naturam humanam imperfectã, vnde oportuit animam Christi perfectam esse per aliqualem scientiam, quæ esset propria eius perfectio, vt est sciẽtia creata, alioqui anima Christi imperfectior fuisset animabus aliorum hominum. Tertiò, quælibet res est propter suam operationem, frustrà itaq; Christus animam intellectiuam haberet, si non intelligeret secundum illam, quod pertinet ad scientiam creatam. Quartò, quia aliqua sciẽtia creata, videlicet illa per quam naturaliter cognoscimus prima principia, ad naturã animæ creatæ pertinet, sed nihil naturalium Christo defuit, quia totam naturam humanam suscepit.

Synodus sexta.

Quare in sexta Synodo damnati sunt, negantes in Christo esse duas scientias, vel duas sapientias, creatam, videlicet & increatam.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumẽta cõtra cõclusionem.

IN hoc articulo dubium est de certitudine conclusionis D. Thomæ, & videtur, quòd certa non sit, tùm quoniam in concilio sexto

Prim. argu. Cõci. sexti Cõstãtinopolitanum.

Constantinopolitano, quod adducit hîc D. Thom. quanquam sit definitũ, quòd in Christo Iesu sint duæ voluntates, & duæ operationes, nunquam tamẽ diffinitur, quòd sint duæ sapientiæ, aut duæ scientiæ, creata & increata. Vt patet ex actione 4.8.11.17. ergò nõ est certa cõclusio Diui Thomæ. ¶ Tùm deinde. Nã hucusque non pertinet ad hæresim damnatã negare habitus infusos in Christo, sed scientia creata est habitus, ergò negare scientiam creatam animæ Christi non est hæresis damnata. ¶ Tùm tertio, nã Deus potest vniri intellectui animæ Christi in ratione scientiæ, sic adeo vt ipse Deus sit scientia, per quam Christi anima intelligat & cognoscat rerum rationes, ergò non est opus alia scientia creata, antecedens probatur. Nam mirabilius est, quòd personalitas diuina communicetur humanitati Christi, ita vt per eam subsistat, quod factum est in mysterio dominicæ incarnationis, poterit ergò intellectio diuina communicari animæ Christi, ita vt per eam intelligat. Consequentia inde probatur, quia sicut diuina subsistentia & personalitas est infinita, sic diuina intellectio & scientia increata infinita est. ¶ Prætereà, si Deus esset formaliter albedo, & vniretur humanitati, efficeret illam formaliter albam, vt planè constat, cum ergò Deus sit formaliter intellectio & scientia, & vniatur Christo faciet illum formaliter intelligentem, ergò non est opus alia scientia creata. ¶ Ad hæc, Deus vnitur intellectui beato in ratione speciei intelligibilis, vt planè docet Diuus Thomas 1. parte, quæstione 12. articulo 2. ad tertium, quoniam est forma intelligibilis, ergò multo magis poterit communicari in ratione intellectionis & notitiæ, si quidem Deus ipse est intellectio & notitia. ¶ Insuper Christi meritũ infinitum est, ergò & præmium & beatitudo, quæ correspondet merito infinita est, at nulla beatitudo infinita est, nisi beatitudo increata, ergò beatitudo increata communicatur animæ Christi. ¶ Iá vero, anima Christi, vt in sequentibus videbitur cognoscit infinita, ergò eius cognitio est infinitæ perfectionis, ergò est cognitio increata. In contrarium est sententia Diui Thomæ in hoc articulo. ¶ Quæstio proposita potest disputari in duplici sensu. Tum de eo, quod factum est in mysterio dominicæ incarnationis. Tùm de eo, quod de potẽtia Dei absoluta fieri potuit, vtrumque sensum quæstionis inuestigauimus accuratè in 1.2. quæst. 3. articulo 1. Nunc tamen breuiter vt examinemus primum sensum, est prima conclusio. ¶ Non est hæresis manifesta, negare habitum scientiæ creatum in anima Christi. Hanc conclusionem concedimus secundo argumento superius posito, quæ etiam confirmatur euidenti ratione. Nam testimonia sacrarum literarum, & conciliorum, & patrum, quæ solent afferri in huius conclusionis corroborationẽ, explicari possunt de actuali cognitione & sciẽtia. ¶ Secunda conclusio, hæresis est manifestaria, negare scientiam creatam fuisse in anima Christi, siue sit habitus, siue actus. Probatur ex illo Esaiæ 11. Requiescet super eum spi-

Tertium.

Quartum.

Quintum.

D. Thom.

Sextum.

Vltimum.

Explicatio quæstionis.

1. Cõclusio

2. Cõclusio

Esa. 11.

ritus sapientiæ & intellectus, & scientiæ, &c. Qui locus expresse loquitur de Christo Domino secundum quod homo est. Idem patet ex illo Ioan.8. Ego cognosco eum, id est, Patrem, & mandata eius obseruo. Obseruabat autem mandata eius per actiones creatas, cognoscebat ergò eum saltem per intellectioné creatam. Hoc ipsum confirmatur ex illo Ioannis 1. Vbi habetur, verbum esse plenum gratiæ & veritatis, veritatis vtique creatæ sicut & gratiæ creatæ. Eadem veritas definita est in concilio prælegato. Definitur namque in eo concilio in Christo esse duas voluntates & duas operationes contra Macharium & sequaces, qui aiebant in Christo esse duas naturas, diuinam & humanam, inficiabantur vero esse duas voluntates, & duas operationes, humanam & diuinam. Et hæc positio Macharij damnata est tanquam hæresis, vt euidentius patebit infrà q. 18. hinc autem manifestè colligitur, quòd sit hæresis expressa negare in Christo duos intellectus diuinum & humanum, & duas scientias, increatam, scilicet, & creatam & ob hanc causam D. Thomas non fuit solicitus de verbis concilij sed de sensu, & profectò rationes, quas adducit D. Thomas in hoc articulo, efficaciter veritatem persuadent. ¶ Tertia conclusio, temerarium est & proximum errori negare in Christo fuisse habitum scientiæ creatæ, quoniam dona Spiritus sancti ac virtutes infusæ secundū fidē fuere in Christo, sed inter dona, & inter virtutes infusas sunt sapiētia, scientia, intellectus, quæ dona negare esse habitus infusos temerarium est, & proximum errori, prout indicauimus suprà q.7.art.1.& demonstrauimus copiosè in 1.2.in materia de virtutibus. Hoc ipsum confirmatur, nam diuinæ scripturæ & sacra concilia, quæ asserunt in Christo esse duas operationes, & duas scientias, nō possunt commodè explicari de solo actu, quā doquidem vt actus fiat facilè, promptè, & delectabiliter requiritur habitus & facultas ad rectè operandum. Denique nostra conclusio est assertio omnium doctorum scholasticorum in 3.distinctione 14. atque hactenus de priori sensu dictum sit. Vt vero quæstio in secundo sensu exponatur, sciēdum est, quòd quidam autor dictus Ioannes de Ripa, vt refert Capreolus in 3.distinctione 14. quæstione 1. & Caietanus hic asseruit partem affirmatiuam huius dubij. Imo de facto, inquit, anima Christi & reliqui beati vident Deum per visionē increatā, qua Deus seipsum videt. Gregorius in 2.dist.7.q.2. ait. Parisijs publicitus hanc sententiam esse defensatam. In

Ioan.8.

Ioan.1.

D. Thom.

3.Cōclusio

Secūdus sensus propositæ quæst. examinatur.

Ioannes de Ripa.

Capr.

Caiet.

D. Gregor.

contrarium est prima conclusio. Impossibile est intellectionem increatam communicari creaturæ, etiam per potentiam absolutam, ita vt creatura per eam intelligat. Probatur, intellectio est actio vitalis & immanens, sed de ratione actionis vitalis est, vt sit à principio efficienti intrinseco ipsi agenti, de ratione vero actionis immanentis est, vt maneat in ipso agente, à quo producitur, tanquam, in subiecto, ergò impossibile est, quòd intellectio increata communicetur creaturę. Probatur consequentia. Quoniam impossibile est per potentiam etiam absolutam, vt creatura sit principium actiuum intellectionis increatæ, aut subiectum illius. Plura argumenta pro ista conclusione afferri solent. 12.quæst.3. artic.1. vbi etiam diluuntur multa argumenta contra illam, quæ affert Ripa. ¶ Secunda conclusio, periculosa & prorsus temeraria est sententia Ripæ, quantum ad id quod asserit, de facto visionem increatam communicatam esse Christi animæ & beatis omnibus. Probatur primo, quoniam, vt vidimus, definitum est in concilio Constantinopolitano 6. in Christo Domino esse geminum intellectum diuinum & humanum, ac geminam operationem diuinam & creatam. Definitum est etiam in concilio Viēnensi, quod refertur in Clementina ad nostrum. de hæret. Beatis inesse lumen gloriæ creatum. Et in concilio Tridentino, Sessione 6. cano. 4. liberum arbitrium in hominis iustificatione agere aliquid, & non pati tantum: & in canone 10. & 11. definitur, homines esse iustos formaliter per iustitiam propriam, quæ illis inhæret, ergò similiter dicendum est visionem beatificam esse creatam & propriam ipsis beatis. Secundo arguitur actus charitatis in Christo, & in beatis secundum fidem non est dilectio ipsa diuina increata, qua Deus se & omnia diligit, ergò neque visio in beatis. Consequentia est aperta. Antecedens probatur. Quoniam secundum fidem charitas viæ manet in patria, vt habetur 1. Corinth. 13. actus autem charitatis viæ creatus est. Tertiò arguitur. Sequuntur ex oppositā sententia duo incommoda ambo hæretica. Primum est, quòd quilibet beatus comprehenderet Deum, quantum intelligibilis est. Alterum est, quod omnes beati essent æqualiter beati. Primum corollarium probatur. Visio increata infinita est, & comprehendit Deum, quantum ipse Deus intelligibilis est, ergò beati omnes, qui habent illam, comprehendunt Deum. Secundum incommodum probatur. Omnes beati iuxta oppositam sententiam vident Deum per vnam, & eandem visionē increatam,

1.Cōclusio

2.cōclusio.

Cōci.ferti Cōstātino.

Cōci.Vien.

Cōci.Trid.

1.Cor.13.

creatam videlicet, ergò vna & eadem beatitudo, &c. Sed quid moraris, dicet quispiam, inurere hæresis notam huic sententiæ? Respondetur causam esse, quoniam quamuis ęgrè, tamẽ vtcunq; responderi potest ad argumẽta facta pro præcedenti conclusione, absq; hęresis nota. Ad primũ responderi potest, quòd nõ negat hæc sententia aliam intellectionẽ creatã, qua intelligat Christus & eius anima. Et id ipsum responderi potest ad secundũ. Ad incõmoda illata in tertio argumẽto respõderi potest, negãdo sequelas. Etenim sicuti nos dicimus, quod essentia diuina, quę vnitur in ratione speciei intelligibilis, vnitur finito modo intellectui creato, & vnitur inæqualiter iuxta inæqualitatẽ luminis gloriæ, ita respõdere poterat hic autor, quòd intellectio increata vniebatur finito modo, & inæqualiter licet ipsa infinita esset, & vna in omnibus. ¶ Ad argumẽta in principio facta. Ad primum & ad secundũ ex dictis patet euidẽs solutio. ¶ Ad tertiũ argumentum, nego antecedẽs, & ad probationẽ dico esse euidẽs diserimẽ. Quoniã personalitas & subsistentia non producitur ab humanitate, neq; recipitur personalitas in natura tãquam forma in subiecto, sed est terminus illius, at cognitio scientiæ per se producitur ab intellectu intelligẽte, & recipitur in eodem. ¶ Ad quartũ argumẽtũ respõdetur, etiã si admitteretur Deũ esse formaliter albedinẽ, eũq; vniri humanitati, nego tamen, quod illã formaliter albã efficeret, non enim inhæreret humanitati, eadẽ ratione licet Deus sit formaliter scientia, vniaturq; intellectui creato nõ efficit formaliter illum intelligentem, nõ enim ei inhęret, neq; est vitalis operatio. ¶ Ad quintum argumentum respondetur, negando consequentiam. Quoniã species intelligibilis nõ producitur ab intellectu, quod est ex natura speciei, sed concurrit ad intellectionem tanquam efficiens principium, at intellectio per se producitur ab intellectu intelligente, & recipitur in ipso. Est enim vitalis operatio, de cuius ratione est, quod producatur à principio vitali intrinseco. ¶ Ad sextum respondetur, Christum Dominum nõ meruisse sibi animæ beatitudinem, nobis vero meruisse, vt autem meritum illius dicatur infinitũ satis est, vt fuerit ex proprijs & de rigore iustitiæ, ac rursus, quod meruerit facere nos ex impijs pios, sicut potentia Dei infinita est, licet infinitum facere non possit, quia facit aliquid ex nihilo, qui modus faciendi infinitatem virtutis requirit. Præterea, meruit syncathegorematicè infinitum. Nam quacunque signata beatitudine ad hũc maiorẽ promeruit. Sed de infinitate meriti Christi ex parte dictum est suprà q. 1. artic. 2. diceturque vberius infrà q. 19. ¶ Ad vltimũ respondetur, quòd anima Christi videns Deũ cognouit infinita in certo genere, non autem infinita simpliciter prout declarabitur in sequenti quæstione, & ideo eius cognitio non fuit infinitæ perfectionis.

Ad argum. Ad primũ & secundũ. Ad tertium. Ad quartũ. Ad quintũ. Ad sextum. Ad vltimũ.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus habuerit scientiam, quam habent Beati vel comprehensores.

AD secundum sic procedi- 65
tur. Videtur quòd in Christo non fuerit scientia Beatorum vel comprehensorum. Scientia enim Beatorum est per participationem diuini luminis: secundum illud Psalm. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Sed Christus non habuit lumen diuinum tanquàm participatum, sed ipsam diuinitatem in se habuit subsistentialiter manentem: secundum illud Coloss. 2. In Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ergo in Christo non fuit scientia Beatorum.

Inf. ar. 3. co. Et opusc. 3. cap. 223.

¶ 2. Præterea, Scientia Beatorum eos beatos facit secundum illud Ioan. 17. Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum: & quem misisti Iesum Christum. Sed homo ille fuit beatus ex hoc ipso, quòd fuit Deo vnitus in persona: secundum illud Psal. 64. Beatus quem elegisti & assumpsisti. Nõ ergo oportet ponere in ipso scientiam Beatorum.

¶ 3. Pręterea, Scientia duplex homini competit, vna secundum suam naturam, alia supra naturam. Scientia autem Beatorum, quæ in diuina visione consistit non est secundum naturam hominis, sed supra eius naturam. In Christo autem fuit alia supernaturalis scientia multò altior, scilicet sciẽtia diuina. Nõ ergo oportuit in Christo esse scientiam Beatorum.

Sed contra,Sciẽtia beatorum in Dei cognitione consistit.Sed ipse plenè cognouit Deum,etiam secũdum quòd homo:secundum illud Ioan.8. Scio eum, & sermonem eius seruo. Ergo in Christo fuit scientia beatorum.

Respondeo dicendum , quòd illud,quod est in potentia, reducitur in actum per id, quod est actu : oportet enim esse calidum id, per quod alia calefiunt . Homo autem est in potentia ad scientiam beatorum (quæ in Dei visione consistit) & ad eam ordinatur sicut ad finem:est enim creatura rationalis capax illius beatæ cognitionis, in quantum est ad imaginem Dei. Ad hũc autem finem beatitudinis homines reducuntur per Christi humanitatem,secundum illud Hebrę.2. Decebat eum, propter quem omnia,& per quem omnia,qui multos filios in gloriam adduxerat,autorem salutis eorum per passionem consummari . Et ideo oportuit quòd cognitio beata in Dei visione cõsistens excellentissimè Christo homini conueniret:quia semper causam oportet esse potiorem causato.

Ad primum ergo dicendum, quòd diuinitas vnita est humanitati Christi secundum personam, non secundum essentiam vel naturam:sed cum vnitate personę remanet distinctio naturarum. Et ideo anima Christi,quę est pars humanę naturę,per aliquod lumen participatum à natura diuina , perfecta est ad scientiam beatam,qua Deus per essentiam videtur.

Ad secundum dicendum , quòd ex ipsa vnione homo ille est beatus beatitudine increata,sicut ex vnióe est Deus. Sed prẽter beatitudinem increatã oportuit in natura humana Christi esse quãdam beatitudinem creatam, per quam anima eius in vltimo fine humanę naturę constitueretur.

Ad tertium dicendum, quòd visio seu scientia beata est quodammodo supra naturam animę rationalis, in quantum scilicet propria virtute ad eam peruenire non potest. Alio verò modo est secundum naturam ipsius,in quantum scilicet secundum naturam suam est capax eius,prout scilicet est ad imaginem Dei facta:vt supra dictum est*. Sed sciẽtia increata,est omnibus modis supra naturam animę humanæ. In corp.ar.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio est affirmans. Et probatur ex illo Ioan.8.Scio eum,& sermonem eius seruo,etenim scientia beatorum in Dei cognitione consistit,sed ipse Christus plene cognouit Deum,etiam secundũ quod homo,vt patet ex scriptura allegata , ergò in Christo fuit beatorum sciẽtia. Deinde probatur. Nam homines sunt in potentia ad istum finem , & ad ipsum reduci debent per Christi humanitatem,vt dicit Apost.ad Hebr.2.Et ideo oportuit,quòd cognitio beata in Dei visione consistens,excellentissimè Christo homini cõueniret;quia semper causam oportet esse potiorem causato,& id,quod est in potẽtia,semper debet reduci ad actũ,per id quod est in actu. Conclusio Ioan.8. Heb.2.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVòd Christus Iesus ab instanti suæ conceptionis Dei essentiã viderit, habueritq; beatã scientiã,omnes Theologi definiũt in 3.d.14.quæ veritas efficaciter demõstatur à D.Tho.infrà q.34.arti.4.Sed nunc breuiter demonstrabitur vt conclusio D. Tho. in hoc art.proposita illustrior fiat.Primum probatur ex illo,vidimus gloriam eius,gloriã quasi vnigeniti à patre,quo loco D.Tho.aduertit gloriã animæ Christi ex personali vnione verbi, & animæ esse deriuatam.Idem cõfirmatur ex illo 1.Cor.13.cum venerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est, cũ essem paruulus loquebar vt paruulus,sapiebam vt paruulus:quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ęnigmate tunc autem facie ad faciẽ. Nunc cognosco ex parte , &c. quia igitur ab vtero Christus non sapiebat vt paruulus, sed vir omnino perfectus erat, ab vtero quoque Deum facie ad faciem videbat.Id quod Hieremias prędixit cap.31.inquiens.Nouum creabit Dominus super terram, fœmina circundabit virum.Tertium testimonium pro hac cõclusione comprobanda est illud,verbum habitabit in nobis plenum gratiæ & veritatis. Ex quo loco Diuus Thomas colligit duplici ex causa conclusionem propositã. Siue enim plenitu- Quod Christus Dominus ab instãti suæ cõceptionis habuerit sciẽtiã beatam demonstratur. D. Thom. 1.Cor.13. Hier.31. Ioan.1.

plenitudinem gratiæ in Christi anima constituas, siue plenitudinem veritatis, vtrinq; cósiciturDei essentiam vidisse: nam gratia viæ in ordine ad gratiam patriæ imperfecta est, tantumq; deficit à plenitudine, quantum à perfectione deficit. Quare si imperfecta grátia in Christo fuit, non vtiq; fuit plenus gratię. Rursus, si non habuit beatorum scientiam, plenitudo ei scientię defuisset. Quartũ testimoniũ pro hac conclusione in eodem Euangelio statim subiungitur: Et de plenitudine eius omnes accepimus, quia gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ex qua sententia liquido concluditur Christũ habuisse maximã & perfectissimã gratiã & veritatẽ, ex qua veluti ex fonte gratia & veritas in alios deriuanda erat. At effectus præcipuus gratię & veritatis est videre Deum. Quintum testimoniũ statim subditur: Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Ex quo sic colligo argumentum. Nullũ fidei negotiũ rectè transigitur si omnes testes auriti sint, oculatus nullus, quin, vt Aug. ait, auritis credimus quia audierunt à fide dignis, qui oculis suis rẽ se vidisse testantur. Quia igitur perfecta & absoluta ratio testificationis ex visu est, ideo dicitur in præallegato loco, quòd Christus ex clara Dei visione testabatur, non solũ quatenus Deus erat, sed quatenus homo. Etenim Christus testis veritatis à patre fuit destinatus non solum vt Deus, sed vt homo erat. Sed & illud testimoniũ adducit D. Tho. in huius rei confirmationem ex Ioan. ca. 8. Et si ego testimonium perhibeo de me ipso, verũ est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quo vado. & post modũ si dixero, quia nescio eũ, ero similis vobis mendax, sed scio eum & sermonem eius seruo. Quòd enim secũdum humanitatem loqueretur illud probat, scio eum & sermonem eius seruo. Nam certè non seruabat sermonem à patre præceptũ vt Deus, sed vt homo erat. Alius locus solet adduci ex Psalmo: Beatus quem elegisti & assumpsisti. Item illud Ioã. 3. qui de cęlo venit super omnes est, & quod vidit testatur. Ex quo consequẽs est, quòd quidquid testabatur Christus, ex clara Dei visione testabatur, at non venit vt Deus sed vt homo, & vt homo testis erat, ergò vt homo beatã scientiam habebat. Hæc testimonia scripturarum sufficienter probant conclusionem propositam, quam euidentius & accuratius demonstrabimus infrà q. 34. art. 4. Sed & probationes D. Tho. in hoc articulo adductæ legitimæ sunt & rectè procedunt. Verum Caiet. in hoc cõmentario obijcit contra illud axioma, quod hic cõmemorat D. Tho. Illud, inquit, quod est in potentia reducitur ad actũ per id, quod est in actu. Sic obijcit Caieta. nã hoc axioma verum habet in causis præcipuis non tamen habet verum in causis instrumentarijs, vt patet euidenter in omnibus instrumẽtis, tùm naturæ, tùm artis. Etenim semẽ, quod est instrumentum naturę non est actu animal aut planta, & penicillus, qui est artis instrumẽtum non est actu imago, cum ergò Christi humanitas causa sit instrumẽtaria nostrę beatitudinis, non videtur esse necessarium, quòd ipsa beata sit vt causet instrumentaliter nostrã beatitudinem. Ad hanc obiectionem depellẽdam duplici via possumus pergere. Altera est, si dicamus ex doctrina D. Tho. suprà q. 7. art. 1. instrumentum esse duplex. Alterum inanimatum, quod nullo modo agit, sed agitur, vt penicillus. Aliud verò animatum, quod agitur & agit. In instrumentis primi generis non est necessum, quòd sit actus & forma, quam causant. Cæterum in instrumentis secundi generis oportet omnino, quod sit actus & forma quam efficiũt. Exemplum est in seruo, qui est instrumentum Domini iubentis, veruntamẽ quia est instrumentum liberum & viuens, necessum est, quòd se moueat & aliquid agat, & vt habeat actũ, quem causat. Humanitas vero Christi est instrumentum secundi generis, vt planè constat. Sed & alia via obiectio Caietani potest confutari, si dicamus id quod verũ est, Christum Dominum secũdum quod homo est, causam esse principalem meritoriã, & efficientem nostræ beatitudinis. De qua re in sequentibus vberius edisseremus. Hęc de isto articulo.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

D. August.

Ioan. 8.

Ioan. 3.

Caietanus.

Obiectio.

Solutio.

D. Thom.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christus habuerit scientiam inditam vel infusam.

66

Infrà q. 12. ar. 1. cor. Et 3. di. 14. ar. 1. q. 5. Et veri. q. 20. arti. 2. c. fin. & arti. 3. Et opus. 9. ca. 223. Et opus. 2. q. 81.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd in Christo non sit alia scientia indita, vel infusa præter scientiam beatã. Omnis enim alia sciẽtia comparatur ad scientiam beatam, sicut imperfectum ad perfectum. Sed præsente cognitione perfecta excluditur cognitio imperfecta: sicut manifesta visio faciei excludit ænigmaticam visionem fidei, vt patet primę ad Corint. 13. Cùm igitur in Christo fuerit sciẽtia beata (vt dictum est*) videtur quòd nõ potuerit in eo esse alia scientia indita.

* ar. præced.

¶ 2. Præ-

¶ 2. Præterea, Imperfectior modus cognitionis disponit ad perfectiorem: sicut opinio, quę est per syllogismum dialecticum, disponit ad scientiam, quę est per syllogismum demonstratiuum. Habita autem perfectione non est vlterius necessaria dispositio: sicut habito termino, non est necessarius motus. Cùm ergo cognitio quæcunque alia creata comparetur ad cognitionem beatam, sicut imperfectum ad perfectum, & sicut dispositio ad terminum: videtur quòd cum Christus habuerit cognitionem beatam, quòd non fuerit ei necessarium habere aliam cognitionem.

¶ 3. Præterea, Sicut materia corporalis est in potentia ad formam sensibilem, ita intellectus possibilis, est in potentia ad formam intelligibilem. Sed materia corporalis non potest simul recipere duas formas sensibiles, vnam perfectiorem, & aliam minus perfectam. ergo neque anima potest simul recipere duplicem scientiam, vnam perfectiorem, & aliam minus perfectam; & sic idem quod prius.

Sed contra est quod dicitur Colo. 2. quòd in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientię absconditi.

Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est*. decebat vt natura humana assumpta à verbo Dei, imperfecta non esset. Omne autem, quod est in potentia, est imperfectum, nisi reducatur ad actum. Intellectus autem possibilis humanus est in potentia ad omnia intelligibilia. Reducitur autem in actũ per species intelligibiles, quæ sunt quędam formæ completiuę ipsius, vt patet ex his, quæ dicuntur in tertio de Anima *. Et ideo oportet in Christo ponere scientiam inditam, in quantum per verbum Dei, animæ Christi sibi personaliter vnitę, impressę sunt species intelligibiles ad omnia, ad quæ intellectus possibilis est in potentia. Sicut etiã per verbum Dei impressæ sunt species intelligibiles menti angelicę in principio creationis rerum: vt patet per Augustin*. 2. super Genes. ad literam. Et ideo sicut in Angelis secundum eundé Augustin*. ponitur duplex cognitio (vna scilicet matutina, per quam cognoscunt res in verbo: & alia vespertina, per quam cognoscunt res in propria natura per species sibi inditas) ita prętер scientiam diuinam & increatam, est in Christo secundum eius animam scientia beata, qua cognoscit verbum & res in verbo: & scientia infusa siue indita, per quam cognoscit res in propria natura per species intelligibiles humanę mẽti proportionatas.

Ad primum ergo dicendum, quòd visio imperfecta fidei, in sui ratione includit oppositum manifestæ visionis, eo quòd de ratione fidei est, vt sit de nó visis, vt in Secunda parte dictum est*. Sed cognitio, quæ est per species inditas non includit aliquid oppositũ cognitioni beatæ. Et ideo non est eadem ratio vtrobique.

Ad secundum dicendum, quòd dispositio se habet ad perfectionem dupliciter. Vno modo sicut via ducens ad perfectionem, alio modo sicut effectus à perfectione procedens. Per calorem enim disponitur materia ad suscipiendam formam ignis, qua tamen aduenięte, calor non cessat, sed remanet quasi quidam effectus talis formæ. Et similiter opinio ex syllogismo dialectico causata, est via ad scientiam, quæ per demonstrationem acquiritur: qua tamen acquisita, potest remanere cognitio, quę est per syllogismum dialecticum, quasi consequens scientiam demonstratiuam, quę est per causam. Quia ille, qui cognoscit causam, ex hoc etiam magis potest cognoscere signa probabilia, ex quibus procedit dialecticus syllogismus. Et similiter in Christo, simul cum scietia beatitudinis

manet

Ar. 1. huius quæst.

li. 3. tex. 32. & 38. to. 2.

li. 2. cap. 8. tom. 3.

li. 11. de ciuit. Dei c. 7 à med. to. 5. Et lib. 4. su. gen. cap. 24. to. 3.

2. 2. q. 1. ar. 4.

manet scientia indita, non quasi via ad beatitudinem, sed quasi per beatitudinem confirmata.

Ad tertium dicendum, quòd cognitio beata non fit per speciem, quę sit similitudo diuinę essentiæ, vel eorum quę in diuina essentia cognoscuntur: vt patet ex his, quæ in Prima parte dicta sunt* : sed talis cognitio est ipsius diuinæ essentiæ immediatè per hoc, quòd ipsa essentia diuina vnitur menti beatę, sicut intelligibile intelligẽti, quæ quidem essentia diuina est forma excedens proportionem cuiuslibet creaturæ. Vnde nihil prohibet, quin cum hac forma superexcedente, simul insint rationali menti species intelligibiles proportionatę suæ naturę.

1.p.q. 12. ar. 2.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Col. 2. CONclusio est affirmatiua. Et patet ex illo ad Colo. 2. in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Probatur deinde ex vitanda imperfectione naturæ assumptæ. Quia conueniebat naturam assumptam à verbo non esse imperfectam. Imperfectus autem esset intellectus posibilis, nisi reduceretur in actum per species intelligibiles, quæ sunt formæ quædam completiuæ ipsius. Vnde oportet in Christo ponere scientiam inditam: in quantum per verbum Dei animæ Christi sibi personaliter vnitæ impressæ sunt species intelligibiles ad omnia, ad quæ intellectus posibilis est in potẽtia. Sicut etiam per verbum Dei sunt impressæ species intelligibiles menti Angelicæ in principio creationis rerum. Quare sicut in Angelis ponitur duplex cognitio. Vna matutina, per quã cognoscunt res in verbo, & alia vespertina, per quã cognoscunt res in propria natura per species sibi inditas: sic in Christo præter scientiam diuinam increatã, est secundum eius animam scientia beata, qua cognoscit res in verbo, & scientia indita seu infusa, per quam cognoscit res in propria natura per species intelligibiles humanæ menti proportionatas.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumẽta cõtra cõclu. VIdebitur fortasis alicui, quòd in Christo non sit scientia infusa. Idq; suaderi

Prim. argu. potest his argumẽtis. ¶ In primis, animæ Christi aderat scientia beata, & illa plenissima & perfectissima, ergò otiosa erat in illo scientia

Secundum. infusa. ¶ Deinde ex sciẽtia beata scit Christus naturalia & supernaturalia, conceptus & mentis cogitata, superuacanea igitur erit scientia infusa, per quam idem sciat, quòd sciebat.

Tertium. ¶ Præterea, probationes vniuersæ, quas excogitauerunt Theologi ad persuadendum Christum Dominum habuisse scientiam infusam, non sunt legitimæ, neq; id efficaciter probãt, quòd sic ostendo. Nam hęc probatio, quę per

Durandus. suasit Durando, voluntas Christi habet gratiã infusam, ergò mens Christi habet infusam sciẽtiam, mihi leuis esse videtur. Poterit enim quis dicere, scientiam beatam sat esse intellectui Christi, quæ longe excellentior est, quã infusa. Rursus, altera probatio, quæ etiam placuit Durando mihi non omnino placet. Pro-

D. Dionys. batio sic procedit. D. Dionysius capi. 7. cælestis Hierarchiæ dicit, Christum vt hominem docuisse Angelos, ergò Christus habuit infusam scientiam, quia secundum hanc erudijt Angelos, non secundum beatam. Siquidẽ secundum beatam omnes beati immediatè eruditur à Deo. Sed probemus deinceps, quòd probationes D. Tho. in hoc articulo, nõ rectè procedant. Certè probatio D. Tho. de imper-

Examinantur probationes D. Thom. fectione animæ Christi, si non haberet scientiam infusam, non videtur esse legitima. Nam quamuis in Christo non poneretur scientia infusa nihilominus talis negatio scientiæ nullo pacto esset imperfectio intellectus humani nec priuatio aut carentia alicuius perfectionis humanæ. Siquidem talis perfectio non est debita naturæ humanæ sed multum illam excedens & exsuperans. Ad hæc D. Thom. ex eo quòd intellectus humanus est in potentia ad omnia intelligibilia reducitur autem in actũ per species intelligibiles, vt docet Aristo. in 3.

Arist. de anima text. 32. & 38. colligit, quòd intellectus Christi posibilis esset imperfectus, nisi infunderentur ei species inditæ, profecto hęc probatio inefficax esse videtur. Nam potentia de qua loquitur Arist. quæ reducitur ad actũ per species intelligibiles omni dubio procul est naturalis respectu specierum & scientiarũ, quæ per naturam comparari possunt, at scientia indita & species inditæ sunt omnino supra naturam humanam & alterius ordinis quam sint humanitus acquisitæ. ¶ In contrarium est

Expositio dubitationis propositæ. sententia D. Tho. in hoc articulo. In cuius rei gratiam scire oportet scientiam rectissimè diuidi in acquisitam & infusam. Scientia ac-

Distinctio scientiarũ. quisita illa est, quæ per lumen intellectus agẽtis nostro labore & marte comparatur, ea vero dicitur infusa, quæ diuinitus sine ipsius intellectus operatione nobis infunditur. Prætereà acquisita gemina est, altera quæ est singularium cognitio, quæ propriè scientia

non

non est, sed notitia quædam euidens experimentalis tantum. Altera est vniuersalium cognitio per demonstrationem acquisita, quæ propriè scientia est, dicitur quoque experimẽ talis scientia, quia per species sensibiles ex singularibus, quæ experimur collectas, comparatur. Rursus, hæc scientia acquisita adhuc bipartita est. Alia acquisita secundum naturam suam & modum, cuiusmodi fuerunt omnes scientiæ in Philosophis & in nobis; altera vero est secundum naturam suam acquisita verum secundum modum est infusa, & hæc dicitur à Theologis acquisita per se, per accidens vero infusa, vt Philosophia, quę fuit infusa primo parenti in primordio generis humani. Ex hoc facilè intelligitur, quòd scientia infusa est duplex. Altera per se infusa, quæ secũdum naturam suam habet quod diuinitus infundatur, & quòd non possit nostra industria comparari. Altera vero est per accidens infusa, quæ suapte natura nostra industria comparari valet, sed ex dono Dei nobis diuinitus infunditur. Exemplum primi est in scientia Angelorum: exemplum secundi in scientijs naturalibus infusis Adæ. Sed hic obseruandum est, quòd scientia infusa, quandoque sequitur naturam, vt quando oritur ex principijs ipsius naturę & dimanat ex illis. Huiusmodi est scientia angelorum & species infusæ, & talis scientia dicitur propriè indita siue insita ab autore naturæ tanquam congenita cum ipsa natura, quandoquevero scientia per se infusa non sequitur ex principijs naturæ, sed per aliã mediam actionem producitur & infunditur, & talis scientia retinet nomen commune, vt dicatur infusa, sed non dicitur indita in proprietate sermonis. Vnde scientia infusa animę Christi, si consideremus animæ naturam certè indita non debet appellari cum non sequatur ex principijs naturalibus ipsius animæ. Veruntamen quoniam ex vi natiuitatis debebatur illi, vt de gratia diximus suprà quæst. 2. artic. vltimo. ideo indita propriè dici potest.

D. Thom. Quamobrem Diuus Thomas in articulo vocat illam infusam & inditam. Illud etiam animaduersione dignum est, species intelligibiles propriè non esse scientiam, sed scientiam esse habitum quendam iudicatiuum, qui certè est semper cum speciebus intelligibilibus ordinate compositis, ob quam causam Diuus Thomas in hoc articulo & sequenti, ad persuadendas conclusiones de scientijs quas habuit Christus assumit tanquam medium infusionem vel acquisitionem specierum intelligibi-

1. Cõclusio lium. ¶ His constitutis est prima conclusio. Non est certum secundum fidem quod Christus Dominus præter scientiam beatã habuerit scientiam infusam. Probatur hæc conclusio, tùm, quoniam nullum est testimonium, neque in sacris literis, neque in sacris concilijs quòd conuincat Christum Dominum scientiam infusam habuisse, tùm vero quoniam ad saluandam veritatem fidei de cognitione perfecta animæ Christi satis est constituere in Christo scientiam beatam, per quam cognoscit vniuersa, tùm naturalia, tùm supernaturalia. ¶ Secunda conclusio. Temerarium videtur negare in Christo Iesu fuisse scientiam infusam. Hæc conclusio probatur in primis ex suffragio omnium Theologorum in 3. di. 14. qui omnes vno consensu definiunt ad perfectionem animæ Christi esse ponendam infusam scientiam, vt ex omni parte perfecta sit. Et singulariter probat istam conclusionem ille locus scripturæ ad Colo. 2. in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Et Esa. 11. idem patet in illis verbis, requiescet super eum spiritus sapientiæ, scientiæ, &c. quod nõ solum est intelligendum de donis Spiritus sancti, sed de omni prorsus sapientia & scientia. Vnde dicitur Ioan. 1. Christum fuisse plenũ gratię & veritatis, nõ modo quia omnia sciat, sed quia omnibus modis sciat. Ad idem probandum adducitur illud Esaiæ 11. non secundum, inquit, visionem oculorum iudicabit nec secundum auditum aurium audiet, hoc est, non egebit Christus notitia sensitiua ad iudicia ferenda, igitur scientia Christi, vt homo erat non dependebat à sensu vt nostra, oportet igitur concedere scientiam infusam in anima Christi fuisse: & Lucæ 2. duodecimum agens annum mirabilia & stupenda pro ratione ætatis responsa dabat. Id quod confirmat scientiam in eo fuisse infusam, quia ea ætas non capiebat tantæ scientiæ magnitudinem viribus humanis comparatam, vnde non temere Iudæi dicebant Ioannis septimo capite, quomodo hic scit literas cum non didicerit? & veraciter dicebant Apostoli, nunc scimus quia omnia scis, Ioannis 16. Et quidem probationes Diui Thomæ in hoc articulo, quãuis nõ sint euidẽtes, mysteria enim fidei euidenti ratione demonstrari non valẽt: intellectui tamen bene disposito sufficienter veritatem istam persuadent. Nam Christi anima non solum non debuit esse imperfecta verum oportuit vt fuerit perfecta omni pẽfectione posibili scientiæ, non solum in ordine ad naturalia, verum etiam & præcipuè in ordine ad supernaturalia, quorum doctor & magister erat. Vnde ad perfectionẽ animæ Christi spectat habere scientiam infusam, vt ex

2. Cõclusio

Col. 2. Esa. 11.

Ioan. 1.

Esa. 11.

Luc. 2.

Ioan. 7.

Ioan. 16.

omni

Ad argum. omni parte sit perfectissima. Ad argumenta in contrarium.¶ Ad primum & ad secundum dicendum, scientiam esse duplicem secundum Aristotelem, & propter quid, & quia, & quòd dicunt Dialectici à causa & ab effectu, & ambæ sunt de eadem conclusione, nec tamen altera otiosa existit. Nempè quia altera est per causam, altera ab effectu. Ad eundem modum dicat Theologus scientiam beatam animæ Christi esse tanquam scientiam propter quid, qua omnia scit in verbo clarè viso. Veruntamen scientia infusa non videt res in verbo, sed in proprio genere res considerat, & ideo est tanquam scientia, quia si ad beatam conferatur, certè beati Angeli & homines quamuis videntes Deum omnia videant in Deo, habent nihilominus rerum scientias in proprio genere per demonstrationes euidentes comparatas. ¶ Ad omnia alia argumenta dicendum est, quòd argumenta Durandi non sunt magni momenti, quanquam probabilia sunt, veruntamen rationes D. Tho. legitimè procedunt, & apte, & congruè mysteriũ hoc manifestant & explicant. Non enim adductæ sunt eo fine, vt rẽ euidenter demõstrent.

Ad primũ & secundũ.

Ad alia argumen.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christus habuerit aliquam scientiam acquisitam.

67 Infrà q. 12. art. 12. & q. 15. art. 8. & opus. 3. ca. 225. & 3. di. 14. ar. 3. q. 3. & di. 18. art. 3. 5. & veri. q. 20. ar. 3. 1.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit aliqua scientia experimentalis acquisita. Quicquid enim Christo conueniens fuit, excellentissimè habuit. Sed Christus non habuit excellẽtissimè scientiã: acquisitã nõ enim instituit studio literarũ, quo perfectissimè scientia acquiritur: dicitur enim Ioan. 7. Mirabantur Iudæi dicentes, Quomodo hic literas scit, cũ non didicerit? Ergo videtur quod in Christo non fuerit aliqua scientia acquisita.

¶ 2. Præterea, Ei quod est plenum, non potest aliquid superaddi. Sed potentia animæ Christi fuit impleta per species intelligibiles diuinitus inditas, vt dictum est*. Ergo non potuerunt superuenire eius animæ aliquę species acquisitæ.

Ar. præced.

¶ 3. Præterea, In eo qui iam habet habitum scientiæ, per ea, quæ à sensu accipit, non acquiritur nouus habitus (quia sic duę formę eiusdem speciei simul essent in eodem) sed habitus qui prius inerat, confirmatur & augetur. Ergo cùm Christus habuerit habitũ scientię inditę, non videtur quod per ea, quę sensu percepit, aliquam aliam scientiam acquisierit.

Sed contra est, quòd Hebræor. 5. dicitur: Cùm esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est obedientiam. Glo*. id est, expertus est. Fuit ergo in Christo aliqua experimentalis scientia, quę est scientia acquisita.

gl. interlin. ibidem.

Respondeo dicendum, quòd vt ex suprà dictis* patet, nihil eorum, quæ Deus in nostra natura plantauit, defuit humanæ naturæ assumptæ à Dei verbo. Manifestum est autem, quòd in humana natura Deus plantauit non solum intellectum posibilem: sed etiam intellectum agentem. Vnde necesse est dicere, quòd in anima Christi fuit non solum intellectus posibilis, sed etiam intellectus agens. Si autem in alijs Deus & natura nihil frustra faciunt (vt Philosophus dicit in 1. de Cęl*.) multò minus in anima Christi aliquid fuit frustra. Frustra autem est quod non habet propriam operationem, cùm omnis res sit propter suam operationem: vt dicitur in secundo de Cæl*. Propria autem operatio intellectus agentis, est facere species intelligibiles actu, abstrahendo eas à phantasmatibus: vnde dicitur in 3*. de Anima, quòd intellectus agens est, quo est omnia facere. Sic igitur necesse est dicere quòd in Christo fuerint aliquę species intelligibiles, per actionem intellectus agentis in intellectu posibili eius receptæ: quod est esse in ipso scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominant.

Ar. 1. huius q. & q. 5.

lib. 1. de cę. te. 32. & li. 2. text. 59. to. 2.

l. 2. de cæl. tex. 17. to. 2.

li. 3. de anima text. 18. to. 2.

Et ideo quanuis aliter alibi scripserim* dicendum est, in Christo fuisse scientiam acquisitam: quæ propriè est

3. sentẽ. di. 14. q. 3. art. 3.

scientia

scientia secũdum modum humanum, non solum ex parte subiecti recipientis, sed etiam ex parte causę agentis. Nam talis scientia ponitur in Christo secundum lumen intellectus agentis: quod est animę humanę connaturale. Scientia autem infusa attribuitur animæ humanę secundum lumen desuper infusum: qui modus cognoscendi est proportionatus naturę angelicę. Scientia verò beata, per quam ipsa Dei essentia videtur, est propria & connaturalis soli Deo; vt in prima Parte dictum est*.

3.p.q. 12. ar. 4.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd cùm duplex sit modus acquirendi scientiam, scilicet inueniendo & addiscendo, modus qui est per inuentionem, est præcipuus: modus autem, qui est per disciplinam, est secundarius. Vnde dicitur in primo Ethicor*. Ille quidem est optimus, qui omnia per seipsum intelligit: bonus autem rursus est ille, qui benedicenti obedit. Et ideo Christo magis competebat habere scientiam acquisitam per inuẽtionem, quàm per disciplinam, præsertim cùm ipse daretur à Deo omnibus in doctorem: secundum illud Ioël 2. Lætamini in domino Deo vestro, quia dedit vobis Doctorem iustitiæ.

Ad 1. c. 4 in fine tom. 5.

Ad secundum dicendum, quòd humana mẽs duplicem habet respectum. Vnum quidem ad superiora: & secundum hunc respectum, anima Christi fuit plena per scientiam inditam. Alius autem respectus eius est ad inferiora, id est, ad phantasmata, quæ sunt nata mouere mentem humanam per virtutem intellectus agentis. Oportuit autem, quòd etiam secundum hunc respectum anima Christi, scientia impleretur: non quin prima plenitudo menti humanę sufficeret secundum seipsam: sed oportebat eam perfici etiã secundum comparationem ad phantasmata.

Ad tertium dicendum, quòd alia ratio est de habitu acquisito, & de habitu infuso. Nam habitus scientiæ acquiritur per comparationem humanę mentis ad phantasmata: vnde secundum eandem rationem non potest alius habitus iteratò acquiri. Sed habitus scientię infusæ est alterius rationis: vtpote à superiori descendens in animam non secundum proportionẽ phantasmatum. Et ideo non est eadem ratio de vtroque habitu.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua, & probatur ex glossa, in illud ad Hebr. 5. cum esset filius Dei didicit ex his, quę passus est obedientiam. Pro cuius rei maiori explicatione est animaduertendum, quòd nihil eorum quæ Deus in humana natura plantauit defuit humanitati assumptę à verbo Dei, in Christo autem erat non solum intellectus posibilis, sed etiam agens qui non fuit frustrà in eo, vnde suam habebat operationem quæ est facere species intelligibiles actu abstrahendo eas à phantasmatibus. Habebat itaque species intelligibiles in intellectu posibili receptas, per actionem intellectus agentis, quòd est esse in ipso scientiam adquisitam, quam quidam experimentalem vocant, atque scientia ista ponitur in Christo secundum lumen intellectus agentis, quæ est animæ humanæ connaturalis; scientia vero infusa tribuitur animæ secundum lumen desuper infusum, quod est proportionatum naturæ angelicæ, scientia verò beata per quam ipsa Dei essentia videtur est propria & connaturalis soli Deo. Hebr. 5.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Examinatur cõclus. articuli. Bonauẽtu.

De quæstione in hoc articulo proposita variæ versantur sententiæ inter doctores. Etenim Bonauentura in 3. d. 14. q. 2. art. 3. præter beatam, solum concesit in Christo infusam scientiam, & experimentalem. Veruntamen experimentalem solum vocat iudiciũ acceptum ex sensibus siue internis siue externis, vt gustato melle iudicatur dulce esse, & ita de reliquis. Vnde habitum scientificum acquisitum ex memorijs & experientijs iste autor in Christo non admittit. Et pro hac opinione sic arguitur. Nam Christus Dominus per scientiam beatam cognoscebat perfectissimè omnia naturalia & supernaturalia, & ea quæ in verbo intuebatur, & per scientiam infusam

Argumẽta pro opinione Bonauẽturę. Prim. argu.

fusam res cognoscit perfectissimè in proprijs generibus, at si additur sciẽtia humanitus acquisita sciet res per illam paulatim & sensim & imperfectè, ergo non habuit scientiam humanitus acquisitam. Consequentia inde probatur. Nam otiosa videtur notitia rei imperfecta quãdo eiusdem rei notitię sunt perfectissimæ in eodem intellectu. ¶ Deinde Christus Dominus non fuit discipulus alicuius hominis quia ipse venit in orbem docturus homines, igitur nec accepit doctrinam nec scientiã ex sensibilibus, quia tunc à rebus ipsis edoceretur: quod derogat magisterio Christi. ¶ Prętereà, hæc scientia acquisita si concedatur in Christo à principio, imo in progressu vitæ esset admodum exilis & tenuis, quippè quæ ex experimentis sensuum comparata est, Christus autem pauca expertus est, & libros Philosophorum aut Rhetorum, aut Mathematicorum non legit, in Christo autem non est admittendum quidpiam nisi perfectum & suis numeris absolutũ. ¶ Secunda opinio est Scoti in 3. d. 14. q. 3. & Durandi q. 4. aientiũ quod in Christo fuit scientia infusa, qua cognoscebat omnia cognoscibilia, erat tamen eiusdem rationis cum acquisita circa res naturales, ac subinde non potuit Christus comparare sciẽtiã humana industria. ¶ Et probatur hæc sententia in primis ex illo prouerbio communi, duo accidentia solo numero differentia non possunt esse simul in eodem subiecto, at scientia acquisita & infusa in Christo sunt eiusdẽ speciei, siquidem habent idem obiectum circa res naturales & versantur circa res in proprijs generibus, ergo Christus nõ habuit sciẽtiam humanitus acquisitam. ¶ Deinde scientia infusa in Christo & acquisita nostra solũ differunt ex parte causæ efficientis, sicut homo genitus & homo creatus & sicut oculi per naturam producti & per miraculum restituti, ergo infusa scientia Christi & acquisita non differunt specie. ¶ Tertium argumẽtum militat contra probationem D. Thomæ, quæ innititur huic fundamento, quoniam alioqui intellectus agens esset otiosus & imperfectus, si vi sua non abstraheret species intelligibiles & compararet sciẽtias, quæ humana industria comparari solent. Certè hæc ratio inefficax videtur, tum quia Adam non acquisiuit propria industria scientias naturales, quas ex dono Dei habuit infusas, at intellectus agens in eo non fuit otiosus, tum vero quoniam intellectus agens habet duas operationes, & abstrahere species intelligibiles, & illuminare prima principia, vnde licet primam operationẽ non habuisset non conficitur, quod fuerit frustraneus, reduceret enim intellectum possibilem ad actum primorum principiorum, tum tertio nam si hæc probatio valida esset, beati acquirerẽt in vita beata sciẽtias naturales, quod nullus Theologorum concedit. ¶ Tertia sententia est Palude, qui in prędallegata. d. q. 2. asserit in Christo Domino præter scientiam beatam fuisse geminam scientiam infusam, alterã quidem per se & suapte natura infusam, quæ est alterius & altioris ordinis, quam scientia acquisita, alteram vero per accidens infusam, quæ suapte natura humana industria poterat comparari, sed ex dono Dei fuit infusa animæ Christi ab instanti suæ conceptionis. Vnde negat Christum Dominum industria humana scientias sibi comparasse. ¶ Et quod hæc sententia vera sit probatur hisce argumentis. Primum Christi anima à principio suæ conceptionis perfecta fuit, tum quantum ad partem intellectiuam, tum quantum ad partem appetitiuam, sed intellectus humanus perficitur per scientias naturales, vt planè constat, ergo à principio habuit sciẽtias naturales ex dono Dei sibi infusas. Hoc ipsum cõfirmatur. Nam in bonis, actus melior est quam potentia, ergo à principio habuit actu scientias & non tantum potentiam & vim ad eas acquirẽdas. ¶ Secundò, primo parenti fuerunt à principio omnes scientiæ naturales infusæ ex dono Dei, ergo similiter Christo: consequentia inde probatur, quoniam sicut primus parens datus est in Doctorem generis humani sic & multo melius Christus Dominus. ¶ Tertiò, Christo Domino à principio ex dono Dei fuere virtutes morales infusæ, quæ exercitio bonorum operum comparari solent, & ideo vocantur acquisitæ de sua natura, vt prudẽtia, iustitia, temperantia, &c. ergo pari ratione infusæ sunt Christo virtutes intellectuales, quas tamen ipse viribus sui ingenij paulatim comparare poterat. Consequentia probatur, tum quoniã in vtriusque virtutis acquisitione mouet se qui acquirit illas, tũ deinde quoniã virtutes intellectuales absolutè digniores sunt & præstantiores, quam morales, prout docet D. Tho. 1. 2. q. 66. arti. 3. ¶ Vltimò, ratio Diui Thomæ accepta ex otio intellectus agẽtis nihil militat contra istam sententiam. Etenim iuxta placitum hoc necessaria erat operatio intellectus agentis ad vsum illius scientiæ per accidens infusæ, qui necessario est per conuersionem ad phantasma. ¶ Quarta opinio est, quam hic docet D. Tho. Pro explicatione veritatis est prima conclusio. In anima Christi est concedenda sciẽtia acquisita præter beatã infusam & experimentalem, experimentalem

Secundum.

Tertium.

Opinio Scoti & Durandi.

Argumẽta secũdæ opinionis.

Primũ arg.

Secundum

Tertium.

Tertia opinio. Palude.

Argumẽta tertiæ opinionis.

Primũ arg.

Confir.

Secundum.

Tertium.

D. Thom. Vltimum.

Quarta opinio D. Th. quæ vera est.

1. Cõclusio.

enim aio non esse propriam scientiam, sed experientiam, siquidem singularium est sensus & experimentum. Scientiam autem acquisitã voco habitum acquisitum per demonstrationem. Et huiusmodi fuisse in anima Christi cõparatum sua industria sic ostendo. Nam Christus habuit excellentiorem mentem & mẽtis vires, quam vniuersi homines, siquidẽ Christi humanitas erat Deo copulata substantialiter & ideo conueniẽtissimum erat, vt viribus ingenij præstantior esset cunctis mortalibus, igitur cum vnio hypostatica naturam Christi non abstulerit imo perfecerit, consequens est, quod illam scientiã habuit Christi anima, quam habuisset si nõ fuisset copulata Dei verbo. Deinde, nam in Christo id asserendũ est, quod est perfectissimũ, tunc autem perfectissimè acquiritur scientia acquisita, quãdo proprio marte & industria conquiritur, ergo hoc modo Christus scientiam humanam comparauit. Præterea, id quod mouet se ipsum ab intrinseco nobilius est & perfectius, quam id, quod mouetur ab alio, vt planè constat & asseritur ab Arist. 8. Physi. ergo sciens qui mouet se ipsum ad comparãdam scientiam, dignior est, quam is, qui mouetur ab alio per infusionem sciẽtię. Vltimò, ex parte modi perfectior modus est habere scientiam acquisitã suopte ingenio & suapte industria, quam habere illã alieno modo, ergo cum in Christo asseramus non modo omnes sciẽtias verum omnes sciẽtiarum modos, asserere oportet, quod habuerit scientiam beatam ad beatorum modum, scientiam inditam ad modum inditæ sciẽtiæ, scientiam acquisitam ad modum scientiæ acquisitę, itaque Christus quod per se acquisibile erat acquisiuit, sicut omniũ sentẽtia acquisiuit de nouo phantasmata. ¶ Secunda conclusio. Opinio Scoti & Durãdi improbabilis omnino est, & non meretur opinionis nomen. Probatur, nam nulla est probabilitas in hoc quod asserit hæc opinio quod scientia infusa animæ Christi & acquisita sint eiusdẽ speciei. Nam Christi anima per scientiã infusam cognoscebat, etiam iuxta sententiam Scoti & Durandi, perfectè Angelorum species, imo vt videbimus infrà q. 11. cognoscebat omnia, quæ per reuelationem Deus reuelauit hominibus naturalia & supernaturalia, ad quę scientię humanitus acquisitæ non se valent extendere. Deinde Christi anima in matris vtero & extra antequam per ætatem phantasmata acquirere posset, perfectè cognoscebat res omnes naturales, at scientiæ suapte natura acquisitæ quanuis ex dono Dei sint infusæ, dependent quantum ad vsum ex ordine ad phantasma, ergo necessum est dicere quod scientia, quam habuit Christus pro illo tempore erat altioris ordinis quam acquisita. Demum probatur nostra conclusio ex omnibus rationibus, quas adduximus in præcedenti articulo ad probandum esse temerarium negare scientiã infusam in Christi anima: etenim vniuersę illę rationes efficaciter probant esse in Christo scientiam infusam saltẽ ęqualem cum sciẽtia Angelorũ. Atqui de vi huius scientiæ infusæ plura dicentur in q. 11. ex quibus facilè patebit in quanto errore versentur Scotus & Durãdus. ¶ Tertia conclusio. Opinio Palude est satis probabilis. Nam certè argumenta, quæ fecimus in fauorẽ huius opinionis efficiunt illam satis probabilem. Nunc ad argumenta posita in principio satisfaciendum est. ¶ Ad argumenta pro opinione Bonauenturæ. Ad primũ respondetur, quod scientia acquisita, quam ponimus in anima Christi, si conferatur ad scientias, quas humana industria acquirũt homines, perfectissima fuit longè superans omnium Philosophorum scientias. At si conferatur cum scientia beata animæ Christi & cum scientia eiusdem infusa certè multis titulis inferior est. Et hanc scientiam non habet anima Christi tanquam ea egens vt sciat, quia etiam sine ipsa anima Christi sapientissima esset, sed quoniam pertinet ad perfectionẽ naturalem animæ Christi. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, Christum Dominum ab homine discere non potuisse. Nam qui docet homines scientiã, reducit mentẽ discipuli de potentia ad actum, mens autẽ Domini semper erat in actu sciendi, & ideo nõ poterat ab homine erudiri, qui erat omnium hominum Doctor & magister à Deo institutus. Vnde neque ex sensibilibus rebus docebatur, quanuis ex ipsis colligebat species sensibiles, & illas ordinabat & vtebatur phantasmatibus. ¶ Ad tertiũ argumẽtum respondetur, quòd quanquã Dominus libros Oratorum, Philosophorum & aliorum sapientium nõ legerit, neque multa fuerit expertus, tanta tamẽ erat ingenij celsitudo & perfectio, vt ex paucis sensibilibus multa colligeret intelligibilia, adiuuabatur quoque ex virtute scientiæ infusæ, vt facilè omnium rerũ scientiam & cognitionem sibi compararet. ¶ Ad argumenta Scoti & Durandi non est necesse multa respondere. Nam omnia incumbunt falso fundamento, videlicet, quod scientia infusa animæ Christi sit eiusdem rationis & speciei cum acquisita. Quod certè falsissimũ est, prout supra palam fecimus. ¶ Solum oportet respondere ad vltimum argumentũ, quo labefactari videtur præcipua probatio

Aristot.

2. Concluſ. Scotus & Durandus impugnantur.

3. Concluſ.

Ad argumẽta primæ opinionis.

Ad primũ argu.

Ad ſecũdũ.

Ad tertiũ.

Ad argumẽta ſecundæ opinionis.

Primũ arg.

Ad vltimũ.

D. Thomæ

D. Thomæ de vi & efficacia intellectus agentis. Vnde dicēdum est, quod sicut intellectus agens frustraneus esset si in tota natura humana non haberet principalem suam operationem quanquam haberet alias operationes minus principales; sic sanè in Christo frustraneus esset si non haberet principalem operationem, cum tota natura per Christum reparanda esset & ad perfectum reducenda. Vel dicatur, quod D. Thomas solum contendit in hac probatione de vi intellectus agētis ostendere quod sit ponenda in Christo scientia aliqua præter infusam quæ genere suo sit acquisita. Etenim nisi ponatur eiusmodi scientia ex genere suo acquisita, quanuis per accidens ex dono Dei infusa, intellectus agens nullam haberet operationem neque præcipuam neque secūdariam, & sic esset omnino otiosus, siquidem exploratum est, quod intellectus agens non facit euidentiam nec primorum principiorum, quæ per scientiam inditā cognoscuntur. Ad illud de Adam respondetur non consistere similitudinem. Nam Adam institutus fuit à Deo doctor generis humani in naturalibus, & ideo oportuit quod à principio conditionis suæ infunderentur illi species & sciētiæ rerum omnium, sicut à principio habuit virilem ætatem & quātitatē. Verum Christus fuit destinatus Doctor mysteriorum gratiæ, & ideo oportuit, quod à principio habuerit scientiam mysteriorum gratiæ, & quod scientias rerum naturalium propria industria compararet. Ad aliud de beatis facilè concedo, quod possunt ex vi intellectus agentis multa scire sine magisterio aliorum hominū. ¶ Ad argumenta, quæ facta sunt pro opinione Palude. Ad primum argumentum cum sua confirmatione respōdetur, quod perfectius multo est habere scientiam acquisitam propria industria, quam habere eam per infusionem: & perfectius multo est reducere se ipsum à potentia in actum comparando scientias acquisitas, quam semper fuisse in actu. ¶ Ad secundum argumentum iam patet disimilitudo ex his, quæ diximus ad tertium Scoti & Durandi. ¶ Ad tertium argumentum negāda est consequentia. Tum quoniam licet in ratione specifica ex parte obiecti virtutes intellectuales præstent moralibus, verum in exercicio operum morales habent plus de ratione virtutis, siquidem faciunt bonum habentem simpliciter, intellectuales vero secundū quid, vt Theologia facit bonū Theologum, Grammatica, Grammaticum. Oportet autem cum Christus iam esset vir à principio suæ conceptionis, vt virtutes, quæ bonum simpliciter faciunt habentem, haberet, tum vel maximè quod virtutes morales per se infusæ, vt constat ex materia de virtutibus, quantum est ex illarum natura patiuntur secum effrænes & rebelles passiones, quas virtutes per se acquisitæ moderantur & ad medium redigūt. Oportuit ergo ad suauem Dei dispositionem, vt in Christi appetitu essent virtutes morales ex dono Dei, vt moderarentur ipsum appetitū, quæ ratio de virtutibus intellectualibus non procedit. Siquidem Christus per scientiā infusam nouerat omnia, quæ per acquisitas sciri possunt. Alia solutione vidi virum doctū confutantem hoc argumentum & dicentē, quod Christus Dominus in instanti suæ cōceptionis sibi comparauit omnes virtutes morales. Sed falsa est hæc confutatio & intolerabilis, vt postea videbimus. Et nunc se offert euidēs argumentum. Nam virtutes morales, quæ suapte natura sunt acquisitæ non acquirūtur nisi per regulas rationis & scientiæ humanæ & mediante prudentia humana, at Christus in primo instanti vsus rationis nō habuit sciētiam acquisitam. Vnde nec prudentiam humanæ rationis, ergo non potuit comparare virtutes morales acquisitas. Ad vltimum argumentum iam satis & copiosè dictum est in solutione tertij argumenti Scoti. Atque hactenus de ista quæstione dictum sit, ex cuius doctrina facile est intelligere in Christo Iesu fuisse quadruplicem scientiam, increatā, creatam beatorum, infusam, acquisitam, de quarum vi & efficacia tractat sigillatim D. Tho. in sequentibus quæstionibus.

Ad argamēta tertiæ opinionis.

Ad primū.

Ad secūdū.

Ad tertiū.

QVAESTIO X.

De scientia beata animæ Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de qualibet prædictarum scientiarum. Sed quia de sciētia diuina dictum est* in Prima parte, restat nunc dicendum de alijs tribus: primò de scientia beata: secundò de sciētia indita: tertiò de sciētia acquisita. * Q. 14.

¶ Sed quia etiam de scientia beata, quæ in Dei visione cōsistit, plura dicta sunt in prima parte*: hic illa sola videntur dicenda, quæ propriè pertinent ad animam Christi. * Q. 12.

¶ Circa hoc ergo quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm anima Christi comprehenderit Verbũ siue diuinã essentiã.

¶ Secundò, vtrùm in Verbo cognouerit omnia.

¶ Tertiò, vtrùm anima Christi in Verbo cognouerit infinita.

¶ Quartò, vtrùm videat Verbum siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm anima Christi comprehenderit Verbum, siue diuinam essentiam.

68

3.d.14. art. 2.q. 1. & 2. & ver.q. 20 arti.4. & 5. c. & quol. 3 q.2.ar.1. c. & opu. 3.c. 223. & 1. Timo.6. lectio.3.co.2

AD primum sic proceditur. Videtur quòd anima Christi cõprehenderit & comprehendat Verbum, siue diuinam essentiam. Dicit enim Isido*. quòd Trinitas sibi soli nota est, & homini assumpto. Igitur homo assumptus cõmunicat cum sancta Trinitate in illa notitia sui, quæ est sanctæ Trinitati propria. Huiusmodi autem est notitia comprehensionis. Ergo anima Christi comprehendit diuinam essentiam.

* lib. 3. de sum. bono cap.3.

¶ 2. Præterea, Magis est vniri Deo secundum esse personale, quàm secundum visionem. Sed sicut Damasce.† dicit in 3. lib. tota diuinitas in vna personarũ est vnita humanæ naturæ in Christo. Multo ergo magis tota natura diuina videtur ab anima Christi: & ita videtur, quòd anima Christi comprehenderit diuinam essentiam.

lib.3. orth. fid.cap.6.

¶ 3. Præterea, Illud quod conuenit filio Dei per naturam, conuenit filio hominis per gratiam: vt Augustin*. dicit in primo de Trinit. Sed comprehendere diuinam essentiam, competit filio Dei per naturam. Ergo filio hominis competit per gratiã. Et ita videtur, quòd anima Christi per gratiam Verbũ comprehenderit.

Lib.1.c.13. tom.3.

Sed contra est quod Augustin. dicit in lib.83.q*. Quod se comprehendit, finitum est sibi. Sed essentia diuina non est finita in comparatione ad animã Christi, cùm in infinitum eam excedat. Ergo anima Christi non comprehendit Verbum.

*li.83.q.q. 14. in prin. tom.4.

Respondeo dicendum, quòd sicut ex suprà*dictis patet, sic facta est vnio naturarum in persona Christi, quòd tamen proprietas vtriusq; naturæ inconfusa permãserit, ita scilicet quod increatum manserit increatũ, & creatũ manserit infra limites creaturæ: sicut Dam.† dicit in 3. lib. Est autẽ impossibile, quòd aliqua creatura comprehẽdat diuinam essentiam (sicut in Prima parte ostẽsum est†) eo quod infinitum non cõprehenditur à finito. Et ideo dicendum, quòd anima Christi nullo modo comprehendit diuinam essentiam.

Q.2.art.1. & q.6.ar.6.

li.3.cap.3. & 4.

P.p.q.12. art.7.

Ad primum ergo dicendum, quòd homo assumptus connumeratur diuinæ Trinitati in sui cognitione, non ratione comprehensionis, sed ratione cuiusdam excellẽtissimę cognitionis prę cęteris creaturis.

Ad secundum dicendum, quòd nec etiam in vnione, quę est secundum esse personale, natura humana comprehendit Dei verbum siue naturam diuinam. Quę quanuis tota vnita fuerit humanę naturę in vna persona Filij, non tamen fuit tota virtus diuinitatis ab humana natura quasi circũscripta. Vnde Aug.* dicit in Epistola ad Volusianum, Scire te volo, nõ hoc Christianam habere doctrinam, quòd ita Deus infusus sit carni, vt curam gubernandę vniuersitatis vel deseruerit, vel amiserit, vel ad illud corpusculum quasi contractam, collectamque transtulerit. Et similiter anima Christi totam Dei essentiam videt, non tamen eam cõprehendit: quia non totaliter eam videt, id est, non ita perfectè sicut visibilis est: vt in Prima parte† expositum est.

Est.epist.3. nõ multum remotè à pria.tom.2

P. p. q. 12. art.7.

Ad tertium dicendum, quòd verbum illud Augu. est intelligendum de gratia vnionis, secũdum quam omnia,

quæ

quæ dicuntur de filio Dei secundum diuinam naturam, etiam dicuntur de Filio hominis, propter identitatem suppositi. Et secundum hoc verè potest dici quòd filius hominis est comprehensor diuinæ essentiæ: non quidem secundum animam, sed secũdum diuinam naturam. Per quem etiam modum potest dici, quòd Filius hominis est creator.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. D. August. CONclusio est negatiua, & patet ex illo quod dicit Diuus Augustinus libro. 83. quæst. quæstione. 14. quod se comprehendit finitum est sibi, sed essentia diuina non est finita comparatione ad animam Christi cum in infinitum eam excedat, ergo anima Christi non comprehendit verbum. Huius etiam rei est aliud argumentum, nam infinitum non comprehenditur à finito, sed sic facta est vnio naturarum in persona Christi, quod proprietas vtriusque naturæ inconfusa permansit, videlicet increatum mansit increatum, & creatum infra limites creaturæ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

INuestigato iam in superiori quæstione in Christo Iesu esse scientiam diuinam, quia Deus est, & scientiam beatam, quia anima Iesu Christi simul atque condita est vidit diuinam essentiam & beata fuit, scientiam quoque infusam, ac demum scientiam experimentalem, in hac quæstione aggreditur D. Thom. ad explicandum ea, quæ anima Christi per scientiam beatam cognouerit, atqui in hoc articulo definit animam Christi per istam scientiam nõ comprehendisse verbum siue diuinam essentiam. Quod si intelligatur de comprehensione vt significat cognitionem rei sic perfectam & adæquatam, vt cognoscitur res quantum cognoscibilis est, est Hiere. 32. certum dogma fidei, vt patet ex illo Hiere. 32. Deus fortis incomprehensibilis cogitatu, & in capi. firmiter de summa Trinitate. inter reliqua attributa hoc epictetum tribuitur Deo quod sit incomprehẽsibilis. Cæterum si comprehensio accipiatur pro eo, quod est, posidere firmiter ipsum Deum, illumque habere præsentem per facialem visionem iuxta illud D. Pauli, Sic currite vt comprehendatis, fides est quod omnes beati sunt comprehensores, D. Tho. quemadmodum ostendit. D. Thom. 1. p. q. 12. arti. 7. & 1. 2. quæst. 4. artic. 3. & hæc sufficiant pro isto articulo.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm anima Christi in Verbo cognouerit omnia.

AD secũdum sic proceditur. 69
Videtur, quòd anima Christi in Verbo non cognoscat omnia. Dicitur enim Marci 13. De die autem illa nemo scit, neque Angeli in cælo, neque Filius, nisi Pater. Non ergo omnia scit in Verbo.

3. dist. 14. arti. 2. q. 2. & 4. ad 3. & 4. Et veri. q. 8. ar. 4. c. & q. 20. ar. 4. & 5. & quol. 3. q. 2. artl. 1. c. & opusc. 3. c. 223. & opus. 9. q. 81.

¶ 2. Prætereà, Quantò aliquis perfectius cognoscit aliquod principium, tantò plura in illo principio cognoscit. Sed Deus perfectius videt essentiã suã, quàm anima Christi. Ergo plura cognoscit in Verbo, quàm anima Christi. Non ergo anima Christi in Verbo cognoscit omnia.

¶ 3. Prętereà, Quantitas scientiæ attenditur secundum quantitatem scibilium. Si ergo anima Christi sciret in Verbo omnia, quæ scit Verbũ, sequeretur quòd scientia animæ Christi æquaretur scientię diuinæ, creatum videlicet increato: quod est impossibile.

Sed contra est, quod super illud Apocal. 5. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere diuinitatem & sapientiam. Glos.* dicit, id est, omnium cognitionem. Glos. ordi. ibi.

Respondeo dicendum, quòd cùm quæritur an Christus cognoscat omnia in Verbo, ly omnia, potest dupliciter accipi: Vno modo propriè, vt distribuat pro omnibus, quæ quocunque modo sunt, vel erunt, vel fuerunt, vel facta vel dicta vel cogitata à quocunque, secundum quodcunque tempus. Et sic dicẽdum est, quòd anima Christi in verbo cognoscit omnia. Vnusquisq; enim intellectus creatus, in Verbo cognoscit, non quidem omnia simpliciter, sed tanto plura, quãtò perfectius videt Verbum. Nulli tamen intellectui beato deest, quin cognoscat in Verbo omnia quæ ad ipsum spectant. Ad Christum

autem & ad eius dignitatem ſpectant quodammodo omnia, in quantum ei ſubiecta ſunt omnia. Ipſe etiam eſt omnium iudex conſtitutus à Deo, quia filius hominis eſt: vt dicitur Ioan. 5. Et ideo anima Chriſti in Verbo cognoſcit omnia exiſtentia, ſecundū quodcūque tempus, & etiam hominum cogitatus, quorum eſt iudex: ita vt quod de eo dicitur Ioan. 2. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine, poteſt intelligi nō ſolùm quantum ad ſcientiam diuinam, ſed etiam quantum ad ſcientiā animæ eius, quam habet in Verbo. Alio modo ly omnia, poteſt accipi magis largè, vt extendatur nō ſolùm ad omnia, quæ ſunt actu ſecundum quodcunque tempus, ſed etiam ad omnia quęcunque ſunt in potentia nunquam reducenda vel reducta ad actum. Horum autem quædam ſunt in ſola potētia diuina: & huiuſmodi non omnia cognoſcit in Verbo anima Chriſti. Hoc enim eſſet comprehendere omnia, quæ Deus poteſt facere: quod eſſet comprehēdere diuinam virtutem, & per conſequens diuinam eſſentiam. Virtus enim quælibet cognoſcitur per cognitionem omnium, in quæ poteſt. Quædam vero ſunt non ſolùm in potentia diuina, ſed etiam in potentia creaturæ: & huiuſmodi omnia ſcit anima Chriſti in Verbo. Comprehendit enim in Verbo omnis creaturæ eſſentiam, & per conſequens potentiam & virtutem, & omnia quæ ſunt in potentia creaturæ.

Ad primùm ergo dicendum, quòd illud verbum intellexerunt Arrius & Eunomius, non quantùm ad ſcientiam animę, quam in Chriſto non ponebant (vt ſuprà dictum eſt*) ſed quantum ad diuinam cognitionem filij, quem ponebant eſſe minorem Patre, quantùm ad ſcientiam. Sed illud ſtare non poteſt: quia per verbum Dei facta ſunt omnia, vt dicitur Ioan. 1. Et inter alia facta ſunt etiam per ipſum omnia tempora. Nihil autem per ipſum factum eſt, quod ab eo ignoretur. Dicitur ergo neſcire diē & horam iudicij, quia non facit ſcire: Interrogatus enim ſuper hoc ab Apoſtolis Actor. 1. hoc eis noluit reuelare, Sicut econtrario legitur Geneſ. 22. Nūc cognoui, quòd timeas Deum, id eſt nunc cognoſcere te feci. Dicitur autem Pater ſcire: quia huiuſmodi cognitionē tradidit Filio. Vnde in hoc ipſo, quòd dicitur, Niſi Pater, datur intelligi quòd Filius cognoſcit, & non ſolùm quantùm ad diuinam naturam, ſed etiā quantùm ad humanam: quia vt Chryſoſtomus* argumentatur, ſi Chriſto homini datum eſt, vt ſciat, qualiter oporteat iudicare quod eſt maius, multò magis datum eſt ei ſcire quod minus eſt, ſcilicet tempus iudicij. Origenes tamen† hoc exponit de Chriſto ſecūdum corpus eius, quod eſt Eccleſia, quæ hoc tempus ignorat. Quidam autem dicunt hoc eſſe intelligēdum de filio Dei adoptiuo, non de filio naturali.

Ad ſecundum dicendū, quòd Deus in tantùm perfectius cognoſcit ſuam eſſentiam, quam anima Chriſti, quod eam comprehendit. Et ideo cognoſcit omnia non ſolum quæ ſunt in actu, ſecundum quodcunque tempus, quæ dicitur cognoſcere ſciētia viſionis: ſed etiam omnia quæcunque ipſe facere poteſt, quæ dicitur cognoſcere per ſimplicem intelligentiam, vt in primo habitum eſt*. Scit ergo anima Chriſti omnia, quæ Deus in ſeipſo cognoſcit per ſcientiam viſionis: non tamen omnia quæ Deus in ſeipſo cognoſcit per ſcientiā ſimplicis intelligētię. Et ita plura ſcit Deus in ſeipſo, quàm anima Chriſti.

Ad tertium dicendum, quòd quantitas ſcientiæ non ſolum attenditur ſecūdum numerum ſcibilium, ſed etiam ſecundum claritatē cognitionis. Quanuis igitur ſcientia animæ Chriſti, quam habet in Verbo, parificetur ſcientiæ viſionis, quam Deus habet in ſeipſo,

quantum

q. 9. arti. 1.

Hom. 72. in Matt. to. 2. & hom. 14. in Mat. idē innuit to. 2

Hom. 30. in Mat. in vlt. fol. illius ho. tom. 2.

P. p. q. 14. art. 9.

quantum ad numerum scibilium: scientia tamen Dei excedit in infinitũ, quantum ad claritatem cognitionis, scientiam animæ Christi: quia lumen increatum diuini intellectus, in infinitum excedit lumen creatum quodcunque receptum in anima Christi. Licet absolutè loquendo, scientia diuina excedat scientiam animæ Christi, non solùm quantum ad modum cognoscendi, sed etiam quãtum ad numerum scibilium, vt dictum est*.

In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio.

PRima conclusio. Anima Christi cognoscit in verbo omnia quæ sunt, fuerũt, vel erũt, facta seu dicta vel cogitata. Quia vnusquisq; intellectus creatus cognoscit in verbo cum beatus est, omnia quæ ad ipsum spectant, & vnus tanto perfectius alio quanto perfectius videt verbũ: Multo ergo magis Christus hoc potest, cum ei subiecta sint omnia & omnium constitutus sit iudex à Deo, vnde Ioan. 2. dicitur, ipse enim sciebat quid esset in homine.

Ioan. 2.

2. Concluſ. ¶ Secunda conclusio, non cognoscit in verbo omnia quæ sunt in potentia Dei, alioqui comprehenderet diuinam essentiam & virtutem.

3. Concluſ. ¶ Tertia conclusio, cognoscit in Deo omnia quæ sunt in potẽtia creaturæ. Intellige de creaturis, quæ sunt fuerũt, vel erunt. Comprehendit namque in verbo essentiam omnis creaturæ & virtutem, ac per consequens omnia, quę sunt in potentia creaturæ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Quid cognouerit anima Christi in verbo.

DE cognitione rerum quam habet anima Christi in verbo variæ versantur sententiæ. Prima est, quod anima Christi cognoscit omnia, quę Deus licet non eodẽ modo. Hanc sententiã habẽt ex antiquis Alber. Magnus in 3. d. 14. & Alexand. Alens. 3. p. q. 13. & vterque existimat hanc sentẽtiam esse Magistri in. 3. d. prædicta, imo existimãt esse sentẽtiã sanctorũ Patrum. Aiunt tamẽ quod licet anima Christi omnia cognoscat, quæ Deus cognoscit nõ tamen inde est cõsequens quod Deũ cõprehendat: quia nõ cognoscit Deũ & ea quæ in Deo representantur perfectissima notitia: vnde est quod Deũ nõ cõprehẽdit quia non cognoscit Deũ quãtũ cognoscibilis est. ¶ Secũda sententia est Scoti in allegata d. q. 2. inquiẽtis Christi animã cognoscere omnia in verbo nõ quidẽ actu sed habitu, id est, quod potest modo hæc, modo illa facile videre, pro sua volũtate sed nõ videt omnia simul. Hanc sentẽtiã prius docuerat Bonau. in eadẽ d. q. 3. art. 2. ¶ Tertia sentẽtia est Durãdi in ead. d. q. 2. asserẽtis non modo Christi animã verumetiã quãlibet beatam videre in verbo omniũ rerũ quidditates & essentias. ¶ Quarta sentẽtia est, cuiusdã hæretici aientis quod anima Christi cognoscit omnia quæ cognoscit Deus & ita perfectè sicut ipse Deus. Cuius erroris sentẽtia cõmemoratur & dãnatur in directorio Inquisitorum q. 11. ¶ Quinta sentẽtia est, quam exponit D. Thom. hic tribus conclusionibus propositis. ¶ Inter has sententias. Prima Alberti, & tertia quæ est Durãdi sunt omnino improbabiles & nimiũ falsæ, nam ex eis efficaciter cõcluditur animã Christi cõprehẽdere Dei virtutẽ si quidem cõprehenderet omnia, quæ Deus potest facere. Quomodo autẽ hæc argumentatio sit necessaria, cognoscit anima Christi omnes effectus quos Deus potest producere, ergo cõprehẽdit Dei virtutẽ ac subinde Dei essentiã, expositũ est sufficienter. 1. p. q. 12. art. 8. & hic aliqua ex parte exponit Caiet. declarans solutionẽ tertij D. Tho. & nunc leuiter & suspensa (quòd aiunt manu) exponitur in hunc modũ, nã si anima Christi cognoscit omnia quæ Deus potest producere, ergo cõprehendit & finit diuinã virtutẽ siquidẽ suo intellectu cõprehendit ad quæ se extẽdit diuina virtus & quod vltra nõ valet operari. Et cõfirmatur, nã in hoc cõsistit infinita Dei virtus & Dei potẽtia, vt quibuscũque rebus datis & cogitatione cõprehẽsis possit adhuc plura facere, ergo fieri nõ potest quod creatura omnia quæ Deus põt facere cõprehẽdat. Secũda sentẽtia Scoti derogat dignitati Christi, & dignitati visionis beatæ, Christi quidẽ dignitati quoniã tribuit illi magnã imperfectionẽ in cognoscẽdo, scilicet, quod cognoscat per successionẽ tẽporis modo hęc, modo illa, & quod habeat volubiles cogitationes cũ tamen Christo debeamus tribuere omnẽ perfectionẽ possibilẽ: dignitati vero visionis beatæ quoniã visio beata est inuariabilis & tota simul & ideo mensuratur æternitate vt docet D. Thom. 1. p. q. 12. art. 10. Itẽ, si cognosceret successiuè omnia ergo numeraret infinita vnũ post aliud, quod est impossibile. Demum si cognosceret omnia quæ Deus potest facere successiuè & habitualiter vt dicit Scotus certè cõprehẽderet Dei virtutẽ & potẽtiã, nã ad cõprehendẽdã alicuius rei virtutẽ sat fuerit cõprehẽdere omnes effectus quos potest producere siue id fiat simul siue successiue. Quarta sentẽtia, est manifestus error dãnatus in directorio inquisitorũ q. 11. errore. 2. & confutatur facilè, quia hoc esset facere creaturam ęqualem Deo vel cõfusionem

Bonauen. Tertia sententia Duran.

Quarta sententia.

Quinta sententia D. Tho. Explicatio dubij.

Secũda sentẽtia Scoti.

Prima sententia. Albertus. Alexan.

D. Tho.

naturarum in Christo, quorum vtrumque est dogma execrandũ. Quinta sententia quæ est D.Tho. extollit Christi animã pro eius dignitate, & maiestatem reueretur diuinã dum demonstrat cognitionem animæ Christi infra cognitionẽ Dei subsistere, itaq; nõ cognoscit omnia quæ Deus scit, cognoscit tamẽ omnia quæ sunt, fuerunt, vel erunt, facta, dicta, cogitãta à quocunq; secundũ quodcunque tẽpus. Idque probatur, nam quilibet beatus in verbo nouit omnia, quæ ad ipsum spectant, ad Christum autem & eius dignitatem spectant quodammodo omnia siquidẽ omnia sunt illi subiecta, ipse enim est omniũ iudex constitutus à Deo, quia filius hominis est, vt dicitur Ioã. 5. Ex quo cõcluditur quod anima Christi cognoscit omnia quæ Deus scit scientia visionis, quod apertè docet D.Tho. in solutione. 2. & ratio est euidẽs, nam sciẽtia visionis tantum se extẽdit ad ea quę sunt, fuerũt, vel erũt, quæ in aliqua differentia tẽporis cõtinentur, eũ ergo anima Christi videat in verbo omnia quæ sunt, fuerũt, vel erunt, cõsequens est quod videat omnia quæ Deus scit scientia visionis.

Ioan. 5.

Arguitur contra doctrinam D. Thom.

¶Sed circa istã sententiã D.Tho. obseruandũ est in primis quod in eius probatione aliquid falsum cõtineri videtur, ait enim quod intellectus beatus tãto plura videt in verbo, quanto perfectius videt ipsum verbũ. Itẽ dicit, quòd nulli intellectui beato deest cognitio omniũ quæ ad ipsum spectant. Sequitur ex istis duobus quod aliquis minus beatus possit videre plura in verbo simpliciter quã alius magis beatus, & sic minus beatus esset magis beatus. Sequela probatur, fieri potest quod ad minus beatũ spectent plura quã ad magis beatũ, v.g. quod ad B. Dominicũ spectent plura, quã ad B. Stephanum, scilicet quia plures orationes mittuntur ad B. Dominicum & quia curam gerit negotiorum sui ordinis, ergo plura possunt esse ista quæ spectent ad B. Dominicũ; & sic sequitur quod minus beatus videat plura in verbo.

Solutio Caieta.

¶Ad hoc sic respõdet Caie. Duplicit er, inquit, ea quæ pertinẽt ad propriũ suũ statum cognoscũtur in verbo. Primo, formaliter vt sit sensus quod visio beata sit cognitio eorum quæ pertinẽt ad suum statũ. Quod si ita intelligatur, debet intelligi de spectãtibus ad beatũ quando primo fit beatus & non de spectantibus postea ad ipsum: nam hæc habẽtur per diuinas reuelationes, vt patet de duobus Angelis qui de dispositione populorum sibi cõmissorũ nesciebant, vt testatur eorũ pugna

Daniel. 10.

viginti vno diebus Danielis. c. 10. Alio modo potest intelligi causaliter, id est, quòd simul atque aliquis est beatus debetur ei quod hæc innotescant per diuinas reuelationes pro tempore suo alioqui deesset beatis aliquod bonũ. Et quòd vtroq; modo intelligatur hæc sentẽtia infert ex textu D.Tho. tum, quoniã Christo omnia sunt subiecta ab instanti suæ cõceptionis, in quo fuit beatus videdo Deũ, & sic intellecta formaliter probatio D.Tho. inuenitur efficax, tum vero quoniã in Christo noua notitia per reuelationẽ locũ non habet, nam in sciẽtia beata omnia præterita, præsentia, futura, sunt illi prę sentia, reuelantur autẽ illi caũ saliter per scientiã infusam. Hæc solutio non probatur Doctoribus in duobus, primo in eo quod dicit esse impossibile quod minus beatus cum primo fit beatus, intelligat plura indiuidua quã magis beatus. Existimãt enim viri doctissimi (& vera est eorum sentẽtia) quod beatus Dominicus in primo instãti suæ beatitudinis vidit omnia quæ ad suã familiã pertinent. Deinde non probatur in eo quod dicit, quod beatus non videt in Deo formaliter ea quę spectant ad statũ suũ, nam D.Tho. in hoc articulo, & in pluribus locis suæ doctrinę pro manifesto relinquit quod beatus per sciẽtiam beatã cognoscit omnia, quæ spectant ad statũ suum.

Impugnatur Caiet.

¶Dicendũ est ergo ad dubiũ propositum, quod verissimè beatus videt in verbo omnia quæ spectant ad statũ propriũ, & cum dicitur quod beatior plura videt in verbo, respondetur, esse verissimũ si intelligatur de his quæ repræsentãtur in Deo naturaliter, non de his quæ repręsentãtur in Deo libera volũtate, vel intelligatur de his, quæ pertinent ad perfectionẽ intellectus, sic interpretatur D.Tho. 1. p. q. 22. articu. 8. ad 4. cognoscere autem futura contingentia & singularia, quæ geruntur non est de perfectione intellectus. Vel dicendum, quod Beatus Stephanus ex alia parte plures videbit creaturas euidentius & clarius.

Sententia autoris.

D.Thom.

¶Secundum dubium est, circa id quod dicit D. Tho. quod anima Christi scit omnia quæ Deus scit scientia visionis; nam videtur sequi ex hac sententia quod scientia animæ Christi sit ęqualis scientiæ visionis Dei. Sed hoc facile explicat D.Thom. in solutione. 3. concedit namque quod est æqualis quantũ ad numerũ scibilium sed non quantũ ad claritatem & euidentiã.

Secundum dubium.

Primum argu.

Solutio.

¶Sed illud difficilius est, nam videtur sequi quod anima Christi comprehendat sciẽtiam visionis Dei. Probatur sequela, nam si anima Christi cognoscceret omnia, quæ Deus scit, scientia simplicis intelligentiæ, certè comprehenderet diuinam scientiã, ergo si scit omnia quæ Deus scit scientia visionis cõprehendit certè scientiam visionis. Explicatur hoc, si anima Christi sciret omnia ad quæ diuina

Secundum.

scientia

scientiã se extendit,& sciret omnia ad quę diuina virtus se potest extendere, certè compre henderet diuinam sciẽtiam & diuinã virtutẽ, sed anima Christi scit omnia quæ Deus scit scientia visionis, ergo comprehendit scientiã visionis Dei. Propter ista argumẽta vidi ego viros doctissimos concedentes quod anima Christi comprehendit sciẽtiam visionis Dei. Verum existimo quod hoc nulla ratione sit concedendum,nam scientia visionis Dei cum sit ipse Deus,est infinite cognoscibilis, anima vero Christi Domini finitè intelligit, ergo non cognoscit quantũ cognoscibilis est, ergo non comprehendit: fateor tamẽ quòd si cognosceret omnia,ad quæ se potest extẽdere virtus diuina,cõprehenderet diuinã virtutẽ,nam qui hæc cognosceret, cognosceret diuinæ virtutis terminum,sed qui cognoscit omnia quę Deus scit scientia visionis non ponit terminum diuinæ virtuti,sed tantum cognoscit ea quæ Deus decreuit facere pro sua voluntate.

Anima Christi nõ comprehẽdit scientiã visiõis Dei. Solutio. 2.

¶ Tertium dubium est, circa tertiam conclusionem D. Tho. an intelligat in verbo omnia singularia quæ sunt in potentia creaturæ,videlicet cunctas cognitiones quæ sunt in potentia creaturæ. Ratio dubitãdi est, nam probatio D. Tho. in articulo id non videtur concludere,ex eo enim probat quod comprehendat omnia quæ sunt in potẽtia creaturæ,quia comprehendit eius essentiam & virtutem: sed ex hoc non efficaciter probatur, quod cognoscat omnes effectus singulares, nam ad cõprehensionem causæ non est necesse cognoscere omnes effectus singulares sed satis est cognoscere omnes effectus secundum speciem, vt enim Angelus comprehendat naturam solis non oportet quòd comprehendat & cognoscat quoties motum circularem peraget, aut quot ranas sit producturus. Item vt ego comprehendam formicam,non oportet vt cognoscam quot grana sit collectura. ¶ Respondeo ad hoc, quòd ego apud D. Thom. inuenio planè diffinitum quod anima Christi videt in verbo omnia singularia, quæ sunt, fuerunt, vel erunt, quoniam hæc suo iudicio & dominio sunt subiecta: cæterum nõ inuenio quòd cognoscat omnia singularia. Quidam existimant quòd hoc asserit D. Thom. in sequenti articulo,sed falluntur vt ibi videbimus, sed si alicubi dicat, dicendum est quod alia est ratio comprehensionis quando comprehenditur res per propriam speciem in proprio genere, & alia quando comprehenditur in verbo. Ratio differẽtiæ est,nam in verbo non solum repręsentantur effectus secundum speciẽ, sed etiam secundum indiuiduales conditiones.

Tertiũ dubium circa tertiã conclusionem.

Ratio dubitandi.

Solutio.

¶ Circa solutionem ad primum nota quòd præter tres expositiones catholicas quas adhibet D. Tho. ad illam sententiam D. Marci de die illa nemo scit neq; filius,est alia expositio quòd illa particula(neque filius)sit addita ab Arrianis, sic sentit D. Ambrosius lib. 5. de fide. c.8. & D. Hieronymus super Matth. ca.24.sed hæc expositio non videtur authentica, nam hæc particula habetur in editione Vulgata,quæ ex decreto Concilij Tridentini Sessione.4.est authẽtica & irrefragabilis. Propter quod Soto in.4.d.43.q.2. artic. 2. prope finem dicit esse hæresim affirmare quod illa particula non sit de textu,verum hæc censura acerba est,nam editio Vulgata approbatur in Concilio Tridentino in locis, qui ex sententia patrum vitiati non sunt, hic vero locus ex sententia patrum est vitiatus,hoc tamẽ est certum secundum fidem catholicam quòd Christus & vt Deus & vt homo per scientiam increatam & per creatã cognouit diem iudicij: sic diffinitum est in.6. Synodo actione. 11. in oratione Sophronij.quæ oratio approbatur actione.14.in eod.Concilio. Idem docẽt vniuersi sancti Patres, D. Augustin. lib.1. de Trinitate capitu.12.& lib.83. quæst.quæstione.60. D. Ambrosius & Hieronymus locis citatis. D. Basilius lib.4.contra Eunomium. Cyrillus lib.9.thesauri c. 4.lib.2.de recta fide ad reginas, D. Chrysostomus hom.72. in Matthæũ. D. Gregorius lib.8.epist.epistola.41.

Explicatur locus Marci,de die illa nemo scit neq; filius hominis. D. Ambro. D. Hieron. Conci. Trid. Concil. & generale. Augustin. Ambrosi. Hierony. Basilius. Cyril. Chrysosto. Gregorius.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm anima Christi in Verbo cognouerit infinita.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd anima Christi non possit cognoscere infinita in Verbo. Quod enim infinitum cognoscatur,repugnat definitioni infiniti, prout dicitur in 3. Physi†.quod infinitũ est,cuius quãtitatem accipiẽtibus,semper est aliquid extrà accipere. Impossibile autẽ est definitionẽ à definito separari: quia hoc esset cõtradictoria esse simul. Ergo impossibile est, q̃ anima Christi sciat infinita.

70 1.q.14.art. 12. & 3.di. 14.art. 2.q. 2.ad 2.& q. 4.ad 2. & veri. q. 20. ar.4.c.& ad 1.2. & 5.& quol.3.q.2. articu. 1. & opu.9.q.81 †li.3.Phys. tex.63.to.3

¶ 2. Prętereà, Infinitorũ scientia est infinita. Sed sciẽtia animæ Christi non potest esse infinita: est em̃ capacitas eius finita, cùm sit creata. Non ergo anima Christi potest cognoscere infinita.

¶ 3. Præterea, Infinito non potest esse aliquid maius. Sed plura continentur in scientia diuina, absolutè loquendo, quàm in scientia animę Christi, vt dictum est*. Ergo anima Christi non cognoscit infinita.

q.præc.art. 1. & sequē.

Sed contra, Anima Christi cognoscit totam suam potentiam, & omnia in quæ potest. Potest autem in emundationem infinitorum peccatorum: secundum illud primæ Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nō autem pro nostris tantùm, sed etiam pro totius mundi. Ergo anima Christi cognoscit infinita.

Respondeo dicendum, quòd scientia non est nisi entis, eò quòd ens & verum conuertuntur. Dupliciter autem dicitur aliquid ens. Vno modo simpliciter, quod scilicet est ens actu: alio modo secundum quid, quod scilicet est ens in potentia. Et quia, vt dicitur in 9. Metap*. vnumquodque cognoscitur, secundùm quòd est actu, non autem, secundum quod est in potentia: scientia primò & principaliter respicit ens actu, secundariò autem respicit ens in potentia, quod quidem non secundum seipsum cognoscibile est, sed secundum quòd cognoscitur illud, in cuius potentia existit. Quantùm igitur ad primum modum scientiæ, anima Christi non scit infinita quia non sunt infinita in actu, etiam si accipiantur omnia quæcunque sunt in actu, secundum quodcunque tempus, eo quòd status generationis & corruptionis non durat in infinitum. Vnde est certus numerus nō solùm eorum, quæ sunt absq; generatione & corruptione: sed etiam generabilium & corruptibilium. Quantùm verò ad alium modum sciendi, anima Christi in Verbo scit infinita: scit enim, vt dictum est*, omnia quæ sunt in potentia creaturæ. Vnde cùm in potentia creaturæ sint infinita, per hunc modum scit infinita, quasi quadā scientia simplicis intelligentiæ, non autem scientia visionis.

Li.9.Meta. tex. 20. to.3.

Art.præce.

Ad primum ergo dicendum, quòd infinitum (sicut in Prima parte dictum est*) dupliciter dicitur. Vno modo secundum rationem formæ. Et sic dicitur infinitum negatiuè, scilicet id quod est forma vel actus non limitatus per materiam vel subiectum in quo recipiatur. Et huiusmodi infinitum, quantum est de se, est maximè cognoscibile, propter perfectionem actus, licet non sit comprehensibile à potentia finita creaturæ: sic enim dicitur Deus infinitus. Et tale infinitum anima Christi cognoscit, licet non comprehendat. Alio modo dicitur infinitum secūdum rationem materię: quod quidem dicitur priuatiuè, ex hoc scilicet, quòd non habet formam quam natum est habere: & per hunc modum dicitur infinitum in quantitate. Tale autē infinitum ex sui ratione est ignotum: quia scilicet est quasi materia cum priuatione formæ (vt dicitur 3. Physi*.) omnis autem cognitio est per formam vel actum. Sic ergo si huiusmodi infinitum cognosci debeat secundum modū ipsius cogniti, impossibile est quòd cognoscatur: est enim modus ipsius vt accipiatur pars eius post partem, vt dicitur in 3. Physic.† Et hoc modo verum est, quod eius quantitatem accipientibus, scilicet parte accepta post partem, semper est aliquid extra accipere. Sed sicut materialia possunt accipi ab intellectu immaterialiter & multa vnitè: ita infinita possunt accipi ab intellectu non per modum infiniti, sed quasi finitè: vt sic ea, quæ sunt in seipsis infinita, sint in intellectu cognoscentis finita. Et hoc homo anima Christi scit infinita: in quantum scilicet scit ea non discurrendo per singula, sed in aliquo vno, puta in aliqua creatura, in cuius potentia existunt infinita, & principaliter in ipso Verbo.

P.p.q.7. art.1.

Li.3.tex.65 tom.2.

Lib.3.Phy. tex.63. & 92.tom.2.

Ad

Ad secundum dicendũ, quòd nihil prohibet aliquid esse infinitũ vno modo, quod est alio modo finitum: sicut si imaginemur in quantitatibus superficiem, quæ sit secundũ longitudinẽ infinita, secundum latitudinem autẽ finita. Sic igitur si essent infiniti homines numero, haberent quidem infinitatem secundum aliquid, scilicet secundũ multitudinem; secundum tamen essentiæ rationem haberent finitatẽ, eo quòd omnium essentia esset limitata sub ratione vnius speciei. Sed id quod est simpliciter infinitum secundum essentiæ rationem, est Deus: vt in Prima parte dictum est*. Proprium autem obiectum intellectus est quod quid est (vt dicitur 3.† de Anima) ad quod pertinet ratio speciei. Sic igitur anima Christi propter hoc, quod habet capacitatem finitam, id quod est simpliciter infinitum secundum essentiam, scilicet Deum, attingit quidem: sed non comprehendit, vt dictum est*. Id autem infinitum, quod in creaturis est in potentia, potest comprehẽdi ab anima Christi: quia comparatur ad ipsam secundum essentiæ rationem: ex qua parte infinitatem non habet. Nam etiam intellectus noster intelligit vniuersale, puta naturam generis vel speciei: quod quodammodo habet infinitatem, in quantum potest de infinitis prædicari.

P.p.q.7. art.2.

† lib.3. de ani.tex.26. tom.2.

Ar.1.huius quæst.

Ad tertium dicẽdum, quòd id quod est infinitum omnibus modis, non potest esse nisi vnũ. Vnde & Philosophus dicit in primo de Cæl*. quòd quia corpus est ad omnem partẽ dimensionatũ; impossibile est esse plura corpora infinita. Si tamen aliquid esset infinitum vno modo tantum, nihil prohiberet esse plura talia infinita: sicut si intelligeremus plures lineas infinitas secundum longitudinem, protractas in aliqua superficie finita secundum latitudinem.

Li.1.tex.2. tom.2.

Quia igitur infinitum nõ est substantia quædam, sed accidit rebus, quæ dicuntur infinitæ (vt dicitur 3. Physic.) sicut infinitum multiplicatur secũdum diuersa subiecta, ita necesse est, quòd proprietas infiniti multiplicetur: ita quod conueniat vnicuique illorum, secundum illud subiectum. Est autem quædam proprietas infiniti, quòd infinito non sit aliquid maius. Sic igitur si accipiamus vnam lineam infinitam, in illa non est aliquid maius infinito. Et similiter si accipiamus quãcunque aliarum linearum infinitarum, manifestum est quòd vniuscuiusque earum partes sunt infinitæ. oportet ergo quod omnibus illis partibus infinitis non sit aliquid maius in illa linea: tamen in alia linea & in tertia erunt plures partes etiã infinitæ præter istas. Et hoc etiam videmus in numeris accidere: nam species numerorum parium sunt infinitæ, & similiter species numerorum imparium: & tamen numeri pares & impares sunt plures quam pares. Sic igitur dicẽdũ est, quòd infinito simpliciter quo ad omnia, simpliciter nihil est maius: infinito autem secundũ aliquid determinatum, non est aliquid maius in illo ordine: potest tamẽ accipi aliquid aliud maius extra illũ ordinẽ. Per hunc igitur modũ infinita sunt in potẽtia creaturæ, & tamẽ plura sunt in potẽtia Dei, quàm in potentia creaturæ: & similiter anima Christi scit infinita scibilia simplicis intelligentiæ; plura tamen scit Deus secũdum hunc scientiæ modum.

Li.3.tex.37 & 38. to.2.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Anima Christi scit in verbo infinita in potentia. Probatur hæc conclusio. Primò, quia anima Christi cognoscit totam suam potentiam, & omnia quæ potest, potest autem in emundationem infinitorum peccatorum secũndum illud 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi, ergo anima Christi cognoscit infinita. Secundò probatur, nam anima Christi scit omnia, quæ sunt in potẽtia creaturæ, quæ cum sint infinita, per hunc modũ scit infinita quasi

Prima conclusio.

1.Ioan.2.

quasi quadam scientia simplicis intelligentiæ
2. Concluſ. non autem scientia visionis. ¶ Secunda cõclu sio. Anima Christi non scit infinita in actu. Probatur hæc conclusio. Nam scientia nõ est nisi entis, prout ens, & verum conuertuntur, & dupliciter aliquid dicitur ens, vno modo simpliciter, quod est ens actu, alio modo secũ dum quid, vnumquodq́ue autẽ cognoscitur secũdum quod est actu, & non secũdũ quod in potentia, ideo sciẽtia primo & principaliter respicit ens actu, secundariò respicit ens in po tentia, quod quidem secundum seipsum cognoscibile nõ est: sed secundũ quod cognoscit illud, in cuius potentia est. Quantum ergo ad primum modũ scientię anima Christi non scit infinita, quia nõ sunt infinita in actu, etiã si accipiantur omnia, quæcumq; sunt in actu secundũ quodcũque tempus, eò quod status generationis, & corruptionis non durat in infi nitũ. Vnde est certus numerus nõ solum eorũ quæ sunt absque generatione, & corruptione, sed etiã generabiliũ, & corruptibilium, ergo anima Christi hoc modo non scit infinita.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrùm ani ma Christi cognoscat infinita in actu.

PRima conclusio de se magnã mouet quæstionẽ, Vtrùm anima Christi in verbo cognoscat infinita in actu? A parte affirmatiua sic arguitur, nam anima Christi cognoscit in
Primũ arg. verbo omnia, quę Deus scit sciẽtia visionis, vt expresse docet D. Tho. in præcedẽti articulo, sed Deus sciẽtia visionis cognoscit infinita vt docet. D. Thom. 1. p. q. 14. art. 12. ergo anima Christi cognoscit infinita in actu. Quod si dicas, quod hìc numerat D. Tho. substãtias quę sine dubio erunt finitæ, numerus enim generabiliũ & corruptibilium aliquando finietur; cæterum in. 1. p. facit sermonem de substãtijs, accidentibus, & actionibus atque cogitationi bus futuris, quæ durabunt & multiplicabũtur in sempiternũ, secundum quem modũ dissol-
Solutio Ca uunt argumentum viri doctissimi Caieta. hîc, iet. Ferrar. Ferr. 1. cont. gent. c. 69. Capre. in. 3. d. 14. q. 2.
& Capreo. concluſ. 2. autor tabulę aureæ dubio. 477. Sed
Secundum. contra hãc solutionem sic arguitur. secundò, nã D. Tho. in his articulis curiosè satis & exactè inuestigat quot & quæ sint cognita ab anima Christi, ergo diminuta & deficiens esset eius doctrina, si tãtũ de substãtijs sermonẽ texeret. Cõfirmatur nã D. Tho. in præcedẽti ar ticulo docuit expresse quod anima Christi co gnouit in verbo omnia quæ sunt in potentia creaturæ: sed in potẽtia creaturę maximè sunt cognitiones, ergo de his pręcipuè instituit di-
Tertium. sputationẽ. ¶ Tertiò, si anima Christi nõ cognoscit infinita in actu, maximè quia nũquam erũt infinita in actu, itaq́; nũquã hæc propositio erit vera, infinitæ cogitationes pertransierunt, infinitũ nãq́; est impertrãsibile; sed ratio hęc nõ rectè ꝓcedit, nã probaret quod Deus sciẽtia visionis nõ cognoscit infinita in actu, quod esse falsum sic ostẽdo, nã ea quę successiuè fiunt, Deus simul omnia cognoscit, sed successiuè futuræ sunt infinitæ cogitationes hominũ damnatorũ, ergo Deus simul cogno scit infinitũ in actu. Secũdo, omnes futuræ co gitationes quamuis sint futuræ infinitæ, sunt præsentes Deo in æternitate, ergo cognoscit illas vt præsentes. Vltimo interrogo, quot nã sunt cogitationes dãnatorũ visæ à Deo? certè impossibile est determinare numerũ & redde re rationẽ, quare tot & nõ plures sciat. ¶ Quar Quartum. tò si argueretur, hæc ꝓpositio nũquã erit vera erũt infinitæ cogitationes hominũ dãnatorũ, ergo anima Christi nõ cognoscit infinitas co gitationes hominũ dãnatorũ, cõsequẽtia vide tur nota, & probo antecedẽs ex dialectica, nã ad veritatẽ propositionis de futuro requiritur quod aliquãdo habeat vnã de inesse verã, sed hæc nũquã habebit vnã de inesse veram, ista enim nũquã erit vera, sunt infinitæ cogitationes hominũ, contra sic arguitur, si hoc argumẽtũ aliquid valeret probaret quod Deus sciẽ tia visionis nõ videret infinitas cogitationes. ¶ In oppositũ est, nã si anima Christi scit infi- In oppositum. nita in actu, ergo sciẽtia eius est infinita & infi Primũ arg. nitè perfecta, quod apertè falsum est, sequela patet, nã illa sciẽtia æquialet infinitis notitijs secũdũ speciẽ quæ possent ad illa infinita ter minari. Explicatur, nam cognoscere vnũ ens est aliqua perfectio, & cognoscere duo, maior, ergo cognoscere infinita in actu est infini ta perfectio. Confirmatur, nam notitia tanto perfectior est quãto plura distinctè repræsentat, ergo si repræsentat infinita distinctè, infinitè perfecta est. ¶ Secũdò, creatura nõ potest Secundum plura simul videre quã Deus possit simul face re, sed nõ potest Deus facere infinita simul vt patet, ergo nec creatura videre, alioqui creatu ra posset plura nosse quã Deus facere. ¶ Ter- Tertium. tiò sequitur, quod esset odium infiniti demeriti, vt si quispiam ex odio Dei vellet occidere infinitos homines, quos videt simul vel quod esset charitas infiniti meriti, vt si quis ex charitate illos infinitos homines diligeret. ¶ Pro expositione sit prima cõclusio, anima 1. Concluſ. Christi in verbo cognoscit finitas substantias secũdũ numerũ. Hęc cõclusio nõ potest reuo cari in dubiũ, nã nũquã erũt infinitæ. ¶ Secun 2. Concluſ. da conclusio, anima Christi in verbo cognoscit omnes cogitationes hominũ, & Angelorũ quæ erũt infinitę, id est, nõ tot quin plures, in his duabus cõclusionibus asserẽdis summa

est

3.Concluſ. Anima chriſti in verbo cognoſcit infinita in actu.

eſt cõſenſio inter Doctores. ¶ Tertia (in qua eſt difficultas) anima Chriſti in verbo cognoſcit infinita in actu, ſi ſermo ſit de cogitationibus. Probatur, nam viſio beata animæ Chriſti menſuratur æternitate participata vt habet ſana doctrina, at æternitas tota ſimul & indiuiſibilis exiſtens, ambit omne tempus præteritũ præſens & futurum, & omnem durationem, ergo cum ſit exploratum quod anima Chriſti cognoſcit omnes cogitationes futuras, certũ eſt quod videt eas ſimul in actu. Secũdò, anima Chriſti videt in verbo omnes cogitationes futuras, ſed futuræ cogitationes iam exiſtunt in verbo, & videntur vt præſentes, ergo videtur in actu ſimul. Tertiò, Deus ipſe abſq; dubio cognoſcit ſcientia viſionis infinita in actu, nõ quod infinita ſint ſimul in ſeipſis, ſed quoniã ſunt ſimul præſentia Deo in æternitate, licet à parte rerũ ſucceſsiue ſint futura. Sic

D.Tho.

docet D. Tho. 1. p. q. 14. art. 13. quo in loco ſcribit quod futura contingentia ſunt præſentia Deo in æternitate, qui vocat ea, quę non ſunt, ſicut ea quę ſunt, ergo ſimiliter anima Chriſti per ſcientiã beatã cognoſcit infinitas cogitationes ſimul & in actu. ¶ Quarta cõcluſio, ſciẽtia beata animæ Chriſti eſt finita in genere qualitatis, ita quod potuit eſſe maior de potẽtia Dei abſoluta & ex parte luminis glorię, ſententia eſt D. Tho. arti. ſequẽti ad. 3. licet Caie. in omne latus ſe vertat, vt trahat D. Thom. in ſententiam contrariã. Probaturq; ſufficienter argumẽtis quæ fecimus q. 7. ad finẽ ad probãdum gratiam Chriſti fuiſſe finitam in genere qualitatis. ¶ Quinta cõcluſio, ſciẽtia beata animæ Chriſti poteſt dici infinita extẽſiue, nam vt dictum eſt, extendit ſe ad cognoſcẽdũ infinita in actu. ¶ Sexta concluſio, ſcientia beata animæ Chriſti eſt finita non ſolum in genere qualitatis ſed etiã in genere ſciẽtię. Probatur, nam ſcientia Dei eſt infinita ſimpliciter propter infinitatem ſui obiecti & propter infinitatẽ luminis & propter infinitã perfectionem ipſius cognitionis, at animæ Chriſti lumẽ infuſum eſt finitum, obiectum eſt finitum ſaltim in genere entis & non habet infinitã perfectionem, ergo finita eſt. Secundò, ſciẽtia illa in genere ſcientiæ potuit eſſe maior & creſcere, & potuit ſe extendere ad plures veritates cognoſcẽdas, ergo eſt finita in genere ſciẽtiæ. ¶ Ad argumenta in principio facta. Ad primũ reſpõdetur, ſolutionem ibi commemoratam eſſe omnium optimam. ¶ Ad ſecundũ reſpondetur, quòd licet D. Tho. hoc in loco diſtinctè & formaliter non loquatur, niſi de ſubſtantijs, virtualiter tamẽ loquitur de accidentibus & operationibus. Nam anima Chriſti videt in ſubſtantijs illa, quæ ſunt in potentia illarũ, vt docet D. Tho. ſed cum diſcrimine quodam, nam ea quæ ſunt futura videt intuitiuè notitia viſionis, quæ vero nunquam reducẽtur ad actum cognoſcit notitia ſimplicis intelligentiæ. ¶ Ad tertium iam dictum eſt illam rationem eſſe nullius momenti. Et rurſus dicendũ eſt, quòd illa propoſitio eſt vera, infinitæ cogitationes ſunt in æternitate, nam illa dictio, ſunt, non vnit pro inſtãti temporis noſtri ſed pro inſtanti æternitatis. ¶ Ad quartũ reſpondetur, quòd illa propoſitio habet vnam de ineſſe veram, in æternitate, vt iam dictum eſt. Secundò reſpondetur, quòd quando verbum eſt pluralis numeri, debet reduci ad plures de ineſſe veras. Quoniã verbũ fuerunt, idẽ pollet quod fuit, & fuit, & certũ eſt quod hęc propoſitio, mille homines fuerunt, nõ debet reduci ad vnã de ineſſe, in qua ſignificatur quod omnes aliquando fuerint ſimul. ¶ Sed ſupereſt reſpondere argumẽtis in contrarium, quibus probatur, quod anima Chriſti, non cognouit in verbo infinita in actu. Ad primum reſpõdetur, negando cõſequentiã, nam ſola illa cognitio eſt infinita ſimpliciter quæ cognoſcit infinitã eſſentiã, cõprehendendo, nec rectè ſequitur, viſio beata animæ Chriſti, æquiualet infinitis notitijs ſecũdũ ſpeciẽ, ergo eſt infinitè perfecta, nã Petrus excedit infinita indiuidua ſpeciei leoninæ, & ſol eſt perfectior omnibus generabilibus quãquam mũdus æternò duraret, ex hoc tamẽ nõ ſequitur quod habet infinitã perfectionẽ, ſed quod ſit indiuiduũ altioris ordinis excedẽs infinitas perfectiones inferioris ordinis. Et ſi darẽtur infinitæ cognitiones vt cognitiones ſunt, in eis nõ eſſet infinita perfectio ſimpliciter; nam vniuerſitas iſtarum cognitionũ creatura eſſet & non actus purus. ¶ Ad ſecũdũ nego antecedẽs, nã modus cognitionis diuerſus eſt quã modus quo res in eſſe ponũtur, nam res in intellectu aduniãtur vt vnũ, & pręcipuè quãdo intelligũtur in ſua cauſa, intelligũtur ſimul & vt vnũ, ſed quãdo producũtur in eſſe, diuidũtur & ſeparãtur, & hinc prouenit quod videri ſimul nõ repugnat infinitis: fieri autẽ ſimul repugnat eis. ¶ Ad tertiũ de merito reſpõdetur, neutrũ ſequi eſſe infinitum ſimpliciter ſed tantũ ſecũdũ quid, nã infinitas meriti nõ eſt expendẽda ex multitudine obiectorum, ſed ex infinita charitate & obiecto. In ſolutione ad 3. ſunt obſeruanda documenta quæ ponit D. Tho. ex quibus eluceſcit variarum quæſtionum reſolutio & in primis quemadmodum vnum infinitũ ſit maius, altero, quod paradoxũ quibuſdam videtur incredibile ſed eſt certè veriſsimum.

4.Concluſ. Sciẽtia beata animæ Chriſti eſt finita in genere qualitatis.

5.Concluſ.

6.Concluſ.

Ad primũ in principio.

Ad ſecũdũ.

Ad tertiũ.

Ad primũ.

Ad ſecũdũ.

Ad tertiũ.

Ad argumẽta in oppoſitum.

ARTI-

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm anima Christi videat Verbum siue diuinam essentiam, clarius qualibet alia creatura.

71 Sup.q.9.ar.2.c.& inf. q.11.art.5. ad 1.

AD quartũ sic proceditur. Videtur quòd anima Christi non perfectius videat Verbum quàm quælibet alia creatura. Perfectio enim cognitionis est secundum medium cognoscendi: sicut perfectior est cognitio, quæ habetur per medium syllogismi demonstratiui, quàm quæ habetur per mediũ syllogismi dialectici. Sed omnes Beati vident Verbum immediatè per ipsam diuinam essentiam, vt in Prima parte dictum est*. Ergo anima Christi non perfectius videt Verbum, quam quælibet alia creatura. P. p. q. 12. art. 2.

¶ 2. Prętereà, Perfectio visionis nõ excedit potentiam visiuam. Sed potentia rationalis animæ, qualis est anima Christi, est infra potentiam intellectiuã Angeli: vt patet per Diony*. 4. c. Cæle. hier. Ergo anima Christi nõ perfectius videt Verbum, quàm Angeli. c. 4. à medio illius.

¶ 3. Prætereà, Deus in infinitũ perfectius videt Verbum suũ quàm anima Christi. Sunt ergo infiniti gradus medij possibiles, inter modũ, quo Deus videt Verbum suum, & inter modũ, quo anima Christi videt ipsum. Ergo nõ est assẽrendũ, quòd anima Christi perfectius videat Verbum vel essentiam diuinam, quàm quælibet alia creatura.

Sed contra est, quòd Apost. dicit ad Ephes. 1. quòd Deus constituit Christũ ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutẽ, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. Sed in illa cælesti gloria tantò aliquis est superior, quantò perfectius cognoscit Deũ. Ergo anima Christi perfectius videt Deum, quàm quæuis alia creatura.

Respondeo dicendum, quòd visio diuinæ essentiæ conuenit omnibus Beatis, secundum participationem luminis deriuati in eos à fonte Verbi Dei: secundum illud Eccles. 1. Fons sapientiæ, verbum Dei in excelsis. Huic autem verbo Dei propinquius coniungitur anima Christi, quæ est vnita Verbo in persona, quàm quæuis alia creatura. Et ideo plenius recipit influẽtiam luminis, in quo Deus videtur ab ipso Verbo, quàm quæcunque alia creatura. Et ideo præ cæteris creaturis perfectius videt ipsam primam veritatem, quæ est Dei essentia. Vnde dicitur Ioã. 1. Vidimus gloriam eius, quasi Vnigeniti à Patre, plenum non solùm gratiæ, sed etiam veritatis.

Ad primum ergo dicendum, quòd perfectio cognitionis, quantum est ex parte cogniti, attenditur secundum medium: sed quantum est ex parte cognoscentis, attenditur secundum potentiam vel habitum. Et inde est, quòd etiam inter homines per vnum mediũ, vnus perfectius cognoscit aliquam conclusionem, quàm alius. Et per hunc modum, anima Christi, quæ abundantiori repletur lumine, perfectius cognoscit diuinam essentiam, quàm alij Beati: licet omnes ipsam Dei essentiam videãt per seipsam.

Ad secundum dicẽdum, quòd visio diuinæ essentiæ excedit naturalem potentiam cuiuslibet creaturæ: vt in Prima parte dictum est*. Et ideo gradus in ipso attenduntur magis secundum ordinem gratiæ, in quo Christus est excellentissimus, quàm secundum ordinem naturæ, secundum quem natura Angelica præfertur humanæ. P. p. q. 12. art. 4.

Ad tertium dicendum, quòd sicut suprà dictum est* de gratia: quòd non potest esse maior gratia, quàm gratia Christi, per respectũ ad vnionem Verbi: idem etiam dicendum est, & de perfectione diuinæ visionis, licet absolutè q. 7. art. 11.

consider-

considerando, posit esse aliquis gradus altior sublimiorque secũdum infinitatem diuinæ potentiæ.

SVMMA TEXTVS.

Ephe. 1. COnclusio est affirmatiua. Probatur primò testimonio Pauli Ephes. 1. Deinde visio diuinæ essentiæ conuenit omnibus beatis secundum participationem diuini luminis deriuati in eos à fonte diuini verbi. Anima autem Christi propinquius coniungitur verbo Dei, quia vnita est ei in verbo personaliter, vnde plenius recipit influxum luminis quã quælibet alia creatura, secundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis.

Ioan. 1.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Visio beata animę Christi quomodo sit perfectissima. PRo explicatione notandum est, quod visio beata animæ Christi de lege ordinaria est summa, cæterùm de potẽtia Dei absoluta potest esse maior, quod docet D. Thom. solutione ad. 3. dum inquit quod absolutè cõsiderando potest esse aliquis gradus sublimior secundum infinitatem diuinæ potentiæ, quo circa errat Caiet. hìc dicens cõtrarium: & exponit D. Tho. peruersis & falsis interpretationibus in solutione ad secundum. Errat etiam Caiet. dum dicit quod cæteris paribus intellectus perfectior in naturalibus, perfectius videbit Deum, quam intellectus minus perfectus. Itaque Angelus cũ æquali gloriæ lumine perfectius videbit Deũ quam homo imo quam anima Christi, si haberet æquale lumen infusum. Et nititur probare hanc sentẽtiam ex decis. D. Thom. nam dicit D. Thom. quod gradus gloriæ magis attenduntur secundum ordinem gratiæ, quam secundum ordinem naturæ, ergo ex parte attenduntur & ex ordine naturæ: nam comparatiuum semper includit positiuum. Eandem sententiam habet Durandus in. 3. d. 14. q. 1. Sed istorum sententia videtur mihi falsa & improbabilis, nam pro certo statuendum est, quod homo & Angelus cum æquali lumine gloriæ, æqualiter videbunt Deum. Quod sic ostendo, nam alioqui visio beata, quæ datur in præmium, aliqua ex parte daretur sine merito, nam si homo & Angelus in meritis sunt ęquales illud amplius quod datur Angelo, datur certè sine merito. Explicatur, nam si homo & Angelus in meritis sunt æquales, vel datur tantum lumen gloriæ Angelo in præmio, quantũ homini, vel minus datur, si minus ergo non est proportio meritorũ ad præmiũ, si tãtum, ergo Angelus perfectius videbit Deum, & erit beatior secundũ Caiet. Sed de hoc disputatur latius. 1. p. q. 12. artic. 6.

Caietanus.

Durandus.

Perfectior intellectus in naturalibus cum æquali lumine gloriæ nõ perfectius videbit Deũ.

Ad argumentum Caietan. respondetur, quòd illa dictio, magis, accipitur abusiuè vt idẽ valeat quòd potius, vel aduerte quòd certè in cõmuni sermone, non semper seruatur anxie regula summulistarũ, quod comparatiuũ semper includat positiuum: dicimus enim quod Deus est melior Dominus, quam diabolus.

QVAESTIO XI.

De scientia indita, vel infusa animæ Christi, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de scientia indita vel infusa animæ Christi.

¶ Et circa hoc quærũtur sex.

¶ Primò, vtrùm secundum hanc scientiam Christus sciat omnia.

¶ Secundò, vtrùm hac sciẽtia vti potuerit nõ cõuertẽdo se ad phantasmata.

¶ Tertiò, vtrùm hæc scientia fuerit collatiua.

¶ Quartò, de comparatione huius sciẽtiæ ad scientiam Angelicam.

¶ Quintò, vtrũ fuerit sciẽtia habitualis.

¶ Sextò, vtrùm fuerit distincta per diuersos habitus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm secundum scientiam inditã vel infusam Christus omnia sciat.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd secundum hanc scientiã Christus non cognouerit omnia. Hęc em̃ sciẽtia indita est Christo ad perfectionẽ posibilis intellectus eius. Sed intellectus posibilis animę humanæ nõ videtur esse in potẽtia ad omnia simpliciter, sed ad illa sola, in quæ potest reduci in actum per intellectum agentem, qui est proprium actiuum ipsius, quæ quidem sunt cognoscibilia secũdum rationem naturalem. Ergo secundum hanc scientiam non cognouit Christus ea, quæ naturalem rationem excedunt.

72 Infra q. 12. ar. 1. c. & ad 3. & 3. d. 14. ar. q. 1. & q. 4. c. & q. 5. ad 2. & ver. q. 20. art. 6. & opusc. 3. cap. 223.

¶ 2. Præterea, Phãtasmata se habẽt ad intellectũ humanum, sicut colores ad visum:

Ex l. 3. tex. 3. 18. & 39. tom. 2. ad visum: vt dicitur tertio de Anima*. Sed non pertinet ad perfectionem visiuæ potentiæ cognoscere ea, quæ sunt omnino absque colore. Ergo neque ad perfectionem intellectus humani pertinet cognoscere ea, quorum nō possunt esse phantasmata, sicut sunt substantiæ separatæ. Sic ergo cùm huiusmodi scientia fuerit in Christo ad perfectionē animæ intellectiuæ ipsius, videtur quòd per huiusmodi scientiam non cognouerit substantias separatas.

¶ 3. Prętereà, Ad perfectionē intellectus non pertinet cognoscere singularia. Videtur ergo quòd per huiusmodi scientiam anima Christi singularia non cognouerit.

Sed contra est, quod dicitur Isa. 11. quòd repleuit eum Spiritus sapiētiæ & intellectus, scientiæ & cōsilij. Sub quibus comprehenduntur omnia cognoscibilia: nam ad sapientiā pertinet cognitio omnium diuinorum: ad intellectum autem pertinet cognitio omniū immaterialium: ad sciētiam autem pertinet cognitio omnium cōclusionum: ad consilium autem cognitio omnium agibilium. Ergo videtur quòd Christus secundum scientiam inditam sibi per Spiritum sanctum, habuerit omnium cognitionem.

Respondeo dicendum, quòd sicut q. 9. arti. 1. prius dictum est*, conueniens fuit vt anima Christi omnino esset perfecta per hoc ꝙ omnis eius potentialitas sit reducta ad actum. Est autem considerā dum, quòd in anima humana, sicut in qualibet creatura, consideratur duplex potentia passiua. Vna quidem per comparationem ad agens naturale. Alia vero per comparationem ad agens primum: quod potest quamlibet creaturā reducere in actum aliquem altiorem actu, in quem reducitur per agens naturale: & hæc consueuit vocari potentia obedientię in creatura. Vtraque autem potentia animæ Christi fuit reducta in actum, secundum hanc scientiam diuinitus inditam. Et ideo secundum eam anima Christi primò quidem cognouit quæcūq; ab homine cognosci possunt per virtutem luminis intellectus agentis: sicut sunt quæcunque pertinēt ad scientias humanas. Secūdò verò per hanc scientiam cognouit Christus omnia illa, quæ per reuelationem diuinam hominibus innotescunt: siue pertineāt ad donum sapientiæ, siue ad donū prophetiæ, siue ad quodcunque donū Spiritus sancti. Omnia enim ista abundantius & plenius cæteris, cognouit anima Christi. Ipsam tamen Dei essentiam per hanc scientiam nō cognouit, sed solùm per primam, de qua suprà dictum est*. q. præ. ar. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de potentia naturali animæ intellectiuæ, quæ scilicet est per comparationē ad agens naturale, quod est intellectus agens.

Ad secundum dicendum, quòd humana anima in statu huius vitæ, quia quodammodo est ad corpus obligata, vt sine phantasmate intelligere nō possit, non potest intelligere substātias separatas. Sed post statum huius vitæ, anima separata poterit aliqualiter substantias separatas per seipsam cognoscere: vt in Prima parte dictum est*. Et hoc P. p. q. 89. artic. præcipuè manifestum est, circa animas Beatorum. Christus autem ante passionem non solùm fuit viator, sed etiā cōprehensor: vnde anima eius poterat cognoscere substantias separatas per modum, quo cognoscit anima separata.

Ad tertium dicendum, quòd cognitio singularium non pertinet ad perfectionem animæ intellectiuæ secundum cognitionem speculatiuam. Pertinet tamen ad perfectionem eius secundum cognitionem practicam, quæ non perficitur absque cognitione singularium, in quibus est operatio: vt dicitur in sexto Ethico.* Vnde ad prudentiam requiritur memoria præteritorum, cognitio l. 6. c. 7. circ. fin. tom. 5.

præsen-

præsentium, & prouidentia futurorũ: vt Tullius dicit in sua Rhetorica*. Quia igitur Christus habuit plenitudinem prudentiæ secundum donum cõsilij, consequens est, quòd cognouerit omnia singularia præsentia, præterita & futura.

li. 2. de inuẽtione in fol. 4. ante fin. libri.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est, Anima Christi per scientiam inditam nouit omnia, excepta diuina essentia, probaturque ex illo quòd dicitur Esa. 11. Quod repleuit eum spiritu sapiẽtiæ & intellectus, scientiæ & consilij, sub quibus cõprehenduntur omnia cognoscibilia, nam ad sapientiam pertinet cognitio omniũ diuinorum, ad intellectum autem pertinet cognitio omnium immaterialium: ad scientiam autem pertinet cognitio omnium conclusionum, ad consilium autem cognitio omnium agibiliũ, ergò Christus secundum scientiam inditam sibi per Spiritum sanctum habuit omniũ cognitionem. Deindè, conueniẽs etiã fuit vt anima illa esset omnino perfecta, ita vt omnis potentia eius fuerit reducta ad actum, sed in illa erat potentia naturalis ad cognoscendum per humanas scientias, erat & alia, quæ dicitur potentia obedientiæ ad sciendum ea, quæ reuelantur hominibus à Deo, altiora actu quam illa ad quæ reducitur per agens naturale, vnde secundum eam, anima Christi primo quidem cognouit quæcũq; ab homine cognosci possunt, per virtutem luminis intellectus agẽtis, vt sunt ea, quę pertinent ad scientias humanas, secundò autem per hanc sciẽtiam cognouit Christus omnia illa, quæ per reuelationẽ diuinam hominibus innotescunt, siue pertineant ad donum sapientiæ, siue ad donũ Prophetiæ, siue ad quodcunque donum Spiritus sancti.

Esa. 11.

EXPOSITIO ARTICVLI.

PRo explicatione articuli nota, quòd de his quæ Christus cognoscit per scientiã infusam, magna est dissentio inter doctores scholasticos in 3. d. 14. vbi de hac re disputãt & pertractant. Sententia D. Thom. consistit in hoc, quod anima Christi per scientiã infusam cognoscit omnia, quæ cognosci possunt per scientiam naturalem, scit rursus vniuersa, quæ innotescunt hominibus per reuelationẽ: atq; adeò scit omnia singularia, quæ sunt, fuerunt, vel erunt, cogitationes cordium & futura contingentia. ¶ Contra hanc sentẽtiam sic arguitur, anima Christi non potuit reduci ad actũ perfectum secundum potentiam obediẽtiæ quã habet in ordine ad primum agẽs, alioquin diuina potentia esset exhausta, ergò ruit fundamentum doctrinæ D. Tho. Cõfirmatur, nam potentia obedientiæ in creatura est inexplebilis, non enim potest facere Deus in actu quicquid potest facere de creatura, quocũq; enim numero demonstrato adhuc diuina potentia potest plura perficere. ¶ Secũdo obiecta sciẽtiarum speculatiuarum, vt Physicæ, Mathematicæ, Methaphysicæ, non habent eandem rationem formalem inter se, & multo minus cũ rebus reuelatis à Deo, ergò anima Christi nõ potest omnia hæc comprehendere, vna eadẽque scientia. ¶ Tertiò, singularia non possunt perfectè cognosci, nisi per species singulares, & proprias, sed anima Christi non habuit omnium singularium species proprias, alioqui habuisset infinitas species & phantasmata, ergò nõ cognouit perfectè omnia singularia. ¶ Cõfirmatur, nam D. Tho. in 3. d. 14. q. 1. ar. 3. quæstiuncula. 1. docet expressè, quòd Christus per istam scientiam non cognoscit singularia quę hic geruntur, nam cognoscere singularia non pertinet ad perfectionẽ intellectus, nec secundũ naturã, nec secũdũ gratiã. Et de veritate q. 20. dicit quòd nec futura cõtingentia, quoniã ad hæc cognoscenda ratio naturalis scientifica non se potest extendere. ¶ Confirmatur secundo, nam hæc argumentatio non videtur necessaria, Christus est prudentissimus, ergò cognouit omnia singularia, sed tantum colligitur, quod cognouerit omnia agenda, facti bilia vero non pertinent ad prudentiam, sed ad artem, & sunt quædam singularia arenæ, seminum, & animalium, quorũ cognitio nec pertinet ad prudentiam, nec ad artem. Quarto loco contendo probare, quòd Christus per istã scientiam non cognouerit futura contingentia, saltem notitia intuitiua, & in probationem huius vtor argumentis Scoti 3. d. 14. q. 3. ¶ Primũ speciesinfusa repræsentat obiectũ, siue existat, siue nõ existat indifferẽter, ergò per sciẽtiã inditã nõ cognouit Christus res existẽtes, nec vero futuras. ¶ Secundò, veritates quæ videntur notitia intuitiua sunt contingẽtes, sed istę non possunt cognosci per scientiam inditam, nam ex notitia terminorum earum veritas haberi non potest, secus est si connexio esset necessaria. Probatur idẽ fortioribus argumẽtis. ¶ Primũ, cognitio fit per assimilationẽ, vt habet prouerbium Philosophorum sed ad res futuras nõ potest esse assimilatio, assimilatio enim requirit vtriusq; extremi existentiã, ergò per hanc scientiam nõ possunt cognosci futura contingentia; certè hac de causa demõstrat D. Tho. 1. p. q. 57. ar. 2. quòd Angeli non

Sententia D. Thom.

Primum argumentũ.

Confirmat.

Secundum.

Tertium.

Confir. primo

Confir. secundo.

Probatur quod Christus non nouerit futura.

Primum argumẽtũ. Scoti.

Secundum.

Alia argumen. Primum.

Secundum. cognoscunt futura contingentia. ¶Secundò, futura contingentia nó possunt cognosci per istam scientiam vt in se sunt, nec verò vt sunt in suis causis, ergò nullo modo cognoscũtur, probatur antecedens quo ad primam partẽ, nam tempore quo commensuratur cognitio scientiæ animæ Christi, non sunt futura contingẽtia præsentia, ergò nó cognoscũtur prout in se sunt. Quod vero nó cognoscerentur in suis causis patet euidenter, nam causę contingentes sunt indifferẽtes ad vtrũlibet, & nó potius sunt determinatæ ad istum effectum, quam ad illum, ergò ex conditione istarũ causarum non possunt certo futura contingentia cognosci. Certè ista demõstratione vtitur D. Tho. 1.p.q.14.art.13. ad ostendendum, quod futura cõtingentia sint præsentia Deo in ęternitate, alioqui in suis causis certo non poterãt cognosci. ¶Quinto loco contendo probare, Christum per scientiam infusam non cognouisse omnia, quæ innotescunt hominibus per reuelationem, nam non cognouit mysterium Trinitatis, scilicet Deum esse trinum & vnũ, quod sic probo. ¶Primò, D. Thom. 1.p.q.32. ar.1. dicit esse prorsus impossibile, quod per species creatas cognoscatur euidenter mysterium Trinitatis, & ratio est, quoniam creaturæ ducunt nos in cognitionem deitatis, sicut effectus ducunt nos in cognitionem suæ causæ, at Deus est causa omnium effectuũ ad extra, vt vnus, non vt trinus, vnde est illud prouerbiũ, omnia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa. ¶Secundò, essentia diuina & Sanctissima Trinitas, non potest repræsentari euidẽter nisi per essentiam diuinam, vnitam intellectui beato in ratione speciei intelligibilis, vt demonstrat D. Tho. 1.p.q.12.art.2. ergo non potest euidenter repræsentari per speciem infusam & inditam. ¶Tertiò, cognitio euidens diuinæ essentiæ & Sanctissimæ Trinitatis nó est obscura & ænigmatica, ergò est facilis & beata, probatur consequentia ex Paulo 1.Cor. 13. videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, sed cognitio mysterij Trinitatis per scientiam infusam non est scientia beata, ergò non est euidens. ¶Confirmatur, nam D. Tho. de veritate q.20.ar.2. docet expresse, quod per istam scientiã nó cognouit verbum, sed solum creaturas. ¶Ad hæc argumenta statim respondetur, nam in eorũ confutatione, quam sit vera doctrina D. Tho. euidenter patebit. ¶Ad primum argumentũ respondetur, quod animę Christi concessum est esse personale diuinum, per vnionem hypostaticam; quo etiam de potentia Dei absoluta, nihil maius & excellentius excogitari potest. Rursus concessa est illi sciẽtia beata, quæ de lege ordinaria est summa; verum de potẽtia Dei absoluta potuit esse maior, vt suprà dictum est, ac tandem concessa est illi scientia infusa, quæ de potentia ordinaria est summa, verum de potentia Dei absoluta potuit crescere. Quod probatur, nã Deus plura scit quam anima Christi per scientiam infusam, ergò potuit illi plura ostẽdere. Et ita fateor, quòd potentia obedientalis animæ Christi non fuit perfectè completa respectu primi agẽtis, fuit tamen cõpleta de lege ordinaria ad actũ proportionatum & consentaneum animæ Christi secundum eius statum. ¶ Ad secundum respondetur, quòd hæc scientia infusa est diuina & altioris ordinis, & ideo sub vna ratione magis vniuersali comprehendit sub se omnium scientiarum obiecta, sicut sensus communis sub vna ratione magis communi versatur circa obiecta sensuum exteriorum. Secundò respondetur, quòd nos non constituimus vnum habitum præcisè scientiæ infusæ, vt videbimus articulo 6. huius quæstionis. ¶ Ad tertium argumentum de cognitione singularium respondetur, quod anima Christi per species infusas sine phantasmatibus ad modũ Angelorum, per istam scientiam infusam cognoscit infinitam multitudinem singulariũ, sicut Deus per vnam essentiam suã comprehẽdit vniuersa singularia. Existimo enim, quod vna species infusa diuini ordinis repræsentat Christo naturam in quacunque dispositione etiam accidentaria. Itaque per vnam speciem cognoscit Christus quidditatiuè leonẽ, & omnia eius indiuidua, & omnes conditiones indiuiduales, & omnia accidentia quæ possunt illi competere. Mirabile quidem hoc videtur, sed non est incredibile, nam hęc species infusa est exemplata à diuina essentia, quæ vna cum sit omnia repræsentat, & omnia præhabet. ¶Ad confirmationem quod D. Tho. alijs in locis docuit, quòd per istam scientiam non cognouit singularia, eò quod eorum cognitio non pertineat ad perfectionem intellectus, respondetur, quòd hìc perspicacius rem intuitus mutauit sententiam, & docet quod cognoscere singularia pertinet ad perfectionem intellectus practici, & ad prouidentiam futurorum, quæ conuenit Christo secundum quod homo est, & hæc doctrina est maximè consona diuinis literis, in quibus habetur, quòd prouidentiæ Christi, vt homo est subiecta sunt omnia singularia, Heb.2. & Mat.vlti. & Ioan.20. habetur illa sententia, data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, & 1.Cor.15. Sic legitur, subiecta sunt Christo omnia præter eum qui

D. Thom.

Probatur quod Christus nõ cognouerit per istã scientiã mysteria reuelata.

Prim. argu.

Secundum

D. Thom.

Tertium.

1.Cor. 13.

Confir.

Ad argum. primo loco posita.

Ad primũ.

Scientia infusa animæ Christo potuit esse maior.

Ad secũdũ.

Ad tertium.

Ad confir. D. Thom. Mutauit sententiam circa cognitionẽ singularium.

Heb.2. Mat.vlt. Ioan.20. 1.Cor.15.

qui illi omnia subiecit, itaque Christus habuit prudẽtiam monasticam, polyticam, regalem, habuitq́ue monarchiam & prudentiam circa totius mundi gubernationem. ¶ Ad quartum argumentũ, in quo occurrunt duæ difficultates, prior est, an anima Christi cognoscat omnia singularia præsentia & futura, notitia intuitiua an potius abstractiua? posterior est, an possit cognoscere futura contingentia. Et quidem de prima difficultate est magna dissentio inter Scotum & Caietanum, Scotus existimat quod notitia abstractiua, Caietanus cõtra, notitia intuitiua. Et videtur eius fundamẽtum bonum, nam in hoc nulla est implicatio aut impossibilitas, & est perfectio, ergo tribuẽda Christo, in qua re excedit Angelos, qui tantum cognoscunt notitia intuitiua res præsentes. Nos vero media via incedimus & dicimus primò, quòd notitia quæ habetur per scientiã infusam futurorum, est distincta & repræsentat animæ Christi omnes res futuras secundũ omnes conditiones, facitq́; certitudinem de omnibus rei accidentibus. Hæc conclusio est contra Scotum, sed probatur efficaciter, nam ad exactam prouidentiam gubernationemq́; futurorum, requiritur exacta eorũ cognitio, sed anima Christi per scientiam infusam prouidet & gubernat omnia futura, ergò. Secundò species infusæ (vt rectè hîc admonet Caietanus) sunt exẽplatę à diuina essentia ac subinde habent ab illa istam perfectionem, quod sicut diuina essentia vna cũ sit, repræsentat prẽteritum futurum, & prẽsens, non tantum secũdum substantiam, sed etiam secundum conditiones accidentales; ad eundem modum species infusæ repręsentant id quod est, fuit, atq; erit. Tertiò, sequitur ex sententia Scoti, quod anima Christi non habet certam & euidentẽ notitiam futurorum, sed tantummodo coniecturalem, aut vero probabilem & errori exposita. ¶ Ad argumenta Scoti facilè respondemus, & ad primum dicitur falsum esse, quod species infusa repręsentet obiectum, vt abstrahit ab existentia, imò repræsentat rerum existentias, & omnes conditiones indiuiduas, & cum dicitur quod eodem mõdo repræsentat rem, siue existat, siue non existat, respõdetur, ex parte rei repræsentantis verum esse, sed ex parte rei repræsentatæ falsum esse, nã quando res est, repræsentatur vt existens, & quãdo res non est, repræsentatur vt non existens, itaque mutatio est in rebus, non in specie intelligibili. ¶ Ad secundum respondetur, quod cũ species infusa & indita sit diuini & altioris ordinis, repræsentat id quod est, fuit, & erit, & nõ solum connexiones necessarias, sed etiam accidentales. Secundò dico, hæc notitia distincta futurorum non est intuitiua, & in hoc verum dicit Scotus, probatur nam notitia intuitiua, est notitia rei præsentis prout est prẽsens actu ipsi cognoscenti. Sed futura contingẽtia prout cognoscuntur per scientiam inditam, non sunt præsentia animæ Christi cognoscenti, ergò illorum notitia non est intuitiua, probatur minor, nam cognitio scientiæ infusæ in Christo mensurabatur tempore, non ęternitate, & illo in tẽpore, quo erat hæc cognitio, nõ erant præsentia futura contingentia. Fateor tamen, quod per scientiam beatam, cognoscit intuitiuè omnia futura, quoniã in scientia beata quę mensuratur æternitate omnia præterita & futura sunt præsentia & coexistunt. ¶ Ad secundam difficultatem dicendum est non esse impossibile, quod Deus infundat animæ Christi scientiam infusam per quam cognoscat certò & infallibiliter, futura contingentia, & existimo quod ita factum est. Quod suadeo duobus argumentis. Primum est, quoniam Deus Prophetis dedit certam & infallibilem cognitionem de futuris contingentibus per diuinã reuelationem: cum igitur hæc scientia infusa animę Christi se extendat ad cognoscẽda omnia quæ innotescunt hominibus per diuinam reuelationem certum est, quod se extẽdit ad futura contingentia cognoscenda. Et cũ dicitur quod futura cõtingentia aut cognoscũtur in se aut in suis causis. Respondetur, quod datur aliud medium, quod cognoscuntur per reuelationem Dei, qui hæc certo & infallibiliter cognoscit. Secundò, quoniam hæc scientia vt sæpe dictum est, est exemplata à diuina essentia & scientia, & est planè diuini ordinis, & ideo nihil miri est, quòd se extendat ad futura contingentia repræsentanda sicut & diuina scientia. Et cum dicitur quod nulla species potest repræsentare futurum contingens, respõdetur id esse verum, de specie ordinis naturalis, verũ nulla implicatio est, quod detur species diuini ordinis, quæ repræsentet futura cõtingentia. Cum rursus dicitur, futura contingentia aut cognoscuntur in seipsis, aut in suis causis, respondetur, cognoscuntur in suis causis, nam Deus potuit reuelare istas causas animæ Christi, quanquam enim in se sunt indeterminatæ Deus ipse nouit fore determinandas & istam determinationẽ reuelauit animæ Christi, qua præsuppõsita potuit inuestigare futura contingentia. ¶ Ad quintũ argumentũ vt respondeamus, sciendũ est omnes Theologos in hoc rectissimè conuenire, diuinã essentiam nõ posse videri notitia intuitiua nisi per scientiã beatã, sed illud reuocant in dubium.

Caiet. Scotus.

Notitia futurorũ & singularium fuit clara & distincta in Christo.

Ad primũ. Scoti.

Ad secũdũ.

Notitia futurorũ per scientiã infusam non est intuitiua.

Futura cõtingentia non certo cognoscuntur per scientiã infusam.

Ad quintũ.

Vtrũviator posit habere notitiã euidentẽ abstractiuã Trinitatis.

Durandus. Capr. Caietan.

Vtrum homo viator posit habere euidẽtem notitiam,abstractiuam tamen,diuinę essentię & Trinitatis.Durand.in q.3.prologi,&in 2.d. 23.q.2.existimat hoc esse impossibile,Cap.vero in eadẽ distinct.q.vnica,arbitratur hoc esse possibile,& citat in eandẽ sententiam Scotum.Caiet.in hoc artic.expresse docet, quod anima Christi per sciẽtiam infusam cognouit euidẽter mysterium Trinitatis,quapropter videtur cõsentire Capre. Alij viri docti dicunt, quòd Deus vt vnus potest producere speciẽ repręsentantẽ Deum vt Trinum quantum ad notitiam,quia est,non quantum ad notitiam, quid est.Sunt qui dicant,quod anima Christi cognouit euidẽter mysterium Trinitatis hac de causa,quoniam per sciẽtiam infusam compræhendit perfectissima cognitionevirtutem luminis fidei,at lumen fidei docet Deum esse Trinum & vnum,hac ergò ratione cognoscit euidẽter Deum esse Trinum & vnum.Egovero pro rei expositione dico primò, Christus Dominus per sciẽtiam infusam cognouit euidẽter mysterium Trinitatis,sine ænigmate & obscuritate.Patet, nam per sciẽtiam infusam habuit apertã & euidentẽ intelligentiam scripturarum,in quibus hoc mysterium reseratur. Secundò dico,hæc euidentia est euidentia in attestante & testificante,& nõ in re ipsa, itaq; cognouit euidenter,Deum sibi reuelasse hoc mysterium,ac subinde cognouit euidẽter illud esse verum,nõ tamen in reipsa,nam si cognouisset euidenter diuinam essentiam & sanctam Trinitatem,prout sunt à parte rei, cẽrtè illa cognitio esset beata.Ex his duobus assertis facilè cõfutantur argumenta proposita, & explicatur modus,quo anima Christi per sciẽtiam infusam cognouit euidenter mysterium Trinitatis,nõ enim cognouit per speciẽ creatam,nec per aliquam creaturam repręsentantem Deum vt Trinum,neq; vero per scientiã beatam sed per diuinam reuelationẽ.Sed contra hanc doctrinam arguitur,nam euidẽtia in attestante non excludit fidem,vt docet Caie. 22.q.5.ar.1.ergò,si Christus habuit euidentiã in attestãte de mysterio Trinitatis,consequẽs est quod habuerit fidem , quod asserere alienũ est à vera Theologia.Respondetur, quòd euidentia in attestante,sola non destruit fidẽ, vt si ego assentior tantum propter autoritatẽ dicentis,licet assensus sit euidens,fides est,cæterũ si euidẽtia in attestante est cõiunctavisione rei,certèexcludit fidẽ,vt si egovideo eclypsim oculis meis licet hoc habeam autoritate astrologi iam nõ habeo fidem,sed video. Ad eundem modum,quoniam euidentia in attestante in ChristoDomino est coniuncta cum visione beatifica euidens est,quod non habet fidem.

Scientia autoris.

Quomodo anima Christi per hanc sciẽtiã cognouit mysteriũ Trinitatis.

Obiectio.

Euidẽtia in attestante quãdo excludit fidẽ.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus hac scientia vti potuerit,nõ conuertendo se ad phãtasmata.

AD secundum sic proceditur. 73

Videtur quòd anima Christi non potuerit intelligere secundum hanc scientiam, nisi conuertendo se ad phãtasmata. Quia vt dicitur in tertio de Anima, phantasmata comparantur ad animam intellectiuam humanam, sicut colores ad visum.Sed potentia visiua Christi non potuit exire in actum,nisi conuertendo se ad colores.Ergo etiam neque anima intellectiua eius potuit aliquid intelligere,nisi conuertendo se ad phantasmata.

Inf.art.4.si. & q.34.ar. 2.3.& 3. dist. 1.q.1. art.22.2. & di.14.art 3. q.2.& 3. c. & veri. q. 20.art.3.ad 1.

¶ 2.Prætereà,Anima Christi est eiusdem naturę cum animabus nostris:alioquin ipse non esset eiusdem speciei nobiscum:contra id quod Apostol. dicit Phil.2.quòd est in similitudinem hominũ factus.Sed anima nostra non potest intelligere,nisi conuertendo se ad phantasmata. Ergo etiã neq; anima Christi.

¶ 3.Prętereà,Sensus dati sunt homini, vt deseruiant intellectui . Si igitur anima Christi intelligere potuit absque conuersione ad phantasmata, quæ per sensus accipiũtur,sequeretur quòd sensus frustra fuissent in anima Christi: quod est inconueniens. Videtur igitur quòd anima Christi non potuerit intelligere,nisi conuertendo se ad phantasmata.

Sed contra est , quòd anima Christi cognouit quædam, quę per phantasmata cognosci non possunt , scilicet substantias separatas. Potuit igitur intelligere non conuertendo se ad phantasmata.

Respondeo dicendum , quòd Christus in statu ante passionem , fuit simul viator & comprehensor: vt infrà magis patebit*.Et pręcipuè quidem conditiones viatoris habuit ex parte corporis in quan-

q.15.ar.10.

quantum fuit passibile: conditiones verò comprehensoris maximè habuit ex parte animæ intellectiuę. Est autem hęc conditio animæ comprehensoris, vt nullo modo subdatur suo corpori, aut ab eo dependeat, sed totaliter ei dominetur. Vnde & post resurrectionem, ex anima, gloria redundabit ad corpus. Ex hoc autem anima hominis viatoris indiget ad phantasmata conuerti, quòd est corpori obligata, & quodammodo ei subiecta, & ab eo dependens. Et ideo animę beatæ, & ante resurrectionem & post, intelligere possunt absque conuersione ad phantasmata. Et hoc etiã oportet dicere de anima Christi, quæ plenè habuit facultatem comprehensoris.

Ad primum ergo dicendum, quòd similitudo illa, quam Philosophus ponit, non attenditur quãtum ad omnia. Manifestum est enim, quòd finis potentiæ visiuæ est cognoscere colores: finis autem potentiæ intellectiuę nõ est cognoscere phantasmata, sed cognoscere species intelligibiles, quas apprehendit à phantasmatibus & in phantasmatibus secundum statum præsentis vitæ. Est igitur similitudo, quantũ ad hoc, ad quod aspicit vtraque potentia: non autẽ quãtum ad hoc, in quod vtriusq; potentiæ conditio terminatur. Nihil autem prohibet, secundum diuersos status ex diuersis rem aliquam ad suum finem tendere: finis tamen proprius alicuius rei semper est vnus. Et ideo licet visus nihil cognoscat absque colore, intellectus tamen secundum aliquem statum potest cognoscere absque phãtasmate, sed nõ absque specie intelligibili.

Ad secundum dicendum, quòd licet anima Christi fuerit eiusdem naturę cũ animabus nostris: habuit tamen aliquẽ statum, quem animæ nostrę non habẽt nunc in re, sed solùm in spe, scilicet statum comprehensoris.

Ad tertium dicendum, quòd licet anima Christi potuerit intelligere, non conuertendo se ad phantasmata: poterat tamen intelligere, se ad phantasmata conuertendo. Et ideo sensus nõ fuerunt frustra in ipsa, præsertim cùm sensus non dentur homini solùm ad scientiam intellectiuam, sed etiam ad necessitatem vitæ animalis.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est, Anima Christi secundum scientiã infusam poterat intelligere absque cõuersione ad phãtasmata. Probatur hæc conclusio, nam anima Christi cognouit quædã quę per phantasmata cognosci nõ possunt scilicet, substantias separatas, ergò potuit intelligere nõ conuertendo se ad phantasmata. Amplius probatur, nam cõditio cõprehensoris est, vt nullo modo suo corpori sit subiecta aut ab eo depẽdeat, vt patet in animabus beatis ante & post resurrectionẽ, nã post redundabit ab anima gloria ad corpus, & antẽ nõ eget phantasmatibus. Secundò, quia necessitas ista est in viatoribus ex hoc, quod anima viatoris est corpori obligata, & quodãmodo ei subiecta, & ab eo dependẽs. Christus autẽ ante passionẽ fuit simul viator & cõprehensor maximè quia habuit ex parte animæ intellectiuæ comprehensionẽ, sicut ex parte corporis passibilitatem. Conclusio.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CONclusio huius articuli cõmuniter recipitur ab omnibus Theologis, excepto Durando qui in 3. d. 14. q. 3. & d. 18. q. 2. tenet, quod tã scientiã indita, quã acquisita in Christo dependeat à phãtasmatibus, & probat sic. ¶ Nã naturale est homini intelligere per conuersionem ad phãtasmata iuxta illud, oportet intelligentẽ phantasmata speculari, sed Christus Dns assumpsit naturam cũ defectibus naturalibus, ergò. ¶ Secũdò, quando Deus infundit alicui habitus supernaturales in intellectu, tales habitus dependẽt à phãtasmatibus, vt patet de fide, de prudentia infusa primo parẽti; & ratio est, nam omne quod recipitur, ad modũ recipientis recipitur. ¶ Tertiò, alias sequitur, quod Christus puer per scientiã infusam, plura sciuisset quam Angelus, imò sequitur, quòd fingebat omnia quę agebat vt puer, quã dovagiebat, quãdo balbutiebat. Nihilominus dico istã sententiã Durandi esse periculosam, probatur sic, nam ex ea sequitur, quod anima Christi per scientiã infusam non cognouerit substantias separatas, istæ siquidẽ substantiæ per phantasmata nequeũt repręsentari. Sequitur secundò, quod anima Christi nõ habuerit Durand. Primum argumẽtũ. Secundum. Tertium. Sententia Durãdi est periculosa.

vsum rationis, nisi vsq; ad duodecimũ annũ vt alij pueri, probatur sequela, nam alij pueri hac de causa non habent vsum rationis, quoniam eorum cognitio dependet à phantasmatibus, quæ vsq; ad illam ætatem non habent. Tertiò, sequitur, quòd Christus Dominus nõ habuit vsum scientiæ infusæ, nisi longo tẽpore post illius conceptionẽ, quando iam phantasmata cõparasset, quod consequens concedit Durandus nimium audacter, imò sequitur quod ante illud tẽpus nihil nobis promeruerit, quandoquidẽ meritum per scientiã beatã regulari non potest, & pro illo tẽpore nullam aliã habuit cognitionem, vt placet Durando.

Ad primũ. Ad argumenta vero ipsius Durandi sic respõdendum est. ¶ Ad primum dicendum, quod ratione status beatitudinis illa scientia nõ dependet à phãtasmatibus. Et cũ dicitur, quod Christus assumpsit defectus naturales, respõdetur, quòd assumpsit eos qui non repugnãt statui comprehensoris, vnde non habuit fidẽ, nec spem, nec dependentiam à phantasmatibus.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod alia ratio in nobis militat, qui sumus viatores, & non beati.

Ad tertium ¶ Ad tertium respondetur, quod nulla fuit fictio in infantia Christi, quando balbutiebat & vagiebat, nam permittebat partem sensitiuam suæ naturæ. Sed vt melius intelligatur sententia D. Tho. sciendũ est, quod scientia infusa animę Christi nõ dependebat à phantasmatibus, tùm ratione status, tùm ex seſe; ratione quidẽ status, quoniã in vita beata non est necessaria conuersio ad phantasmata; ex se vero quoniã species infusę quæ deseruiunt huic scientiæ non sunt acceptæ à phantasmatibus, nec illis proportionatæ. Sed ex hoc enascitur dubiũ, vtrùm Christus potuerit vti ista scientia conuertendo se ad phantasmata, cuius responsio est affirmatiua, quã adhibet D. Tho. in solut. 3. Ratio est optima, quoniam anima Christi Domini est actus corporis physici &c. intelligẽs per conuersionẽ ad phantasmata, ergo anima Christi potest vti hac scientia pro sua voluntate conuertendo se ad phantasmata, ob idq; asserit D. Tho. in 4. ar. quod hæc scientia hac ratione ex parte subiecti est imperfectior scientia Angelorum, quæ nullo modo potest esse per conuersionem ad phantasmata, sed simpliciter secundum rationem scientiæ perfectior est quam scientia Angelica.

Scientia infusa animæ Christi non dependet à phantasmatibus.

D. Thom.

ARTICVLVS TERTIVS.

74 3. di. 14. ar. 3. q. 3. & veri. q. 20. ar. 3. ad 1.

Vtrùm hæc scientia fuerit collatiua.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd anima Christi hanc sciẽtiam nõ habuerit per modum collationis. Dicit enim Damas. in 3. li.* In Christo non dicimus consilium neque electionem. Non autem remouentur hæc à Christo, nisi in quantũ important collationem & discursum. Ergo videtur, quòd in Christo non fuerit scientia collatiua vel discursiua.

* lib. 3. c. 14. non procul à fin. & li. 2. cap. 22.

¶ 2. Prętereà, Homo indiget collatione & discursu rationis, ad inquirẽda ea, quę ignorat. Sed anima Christi cognouit omnia, vt suprà dictum est*. Non ergo in ea fuit scientia discursiua vel collatiua.

* q. præced. ar. 2.

¶ 3. Prętereà, Scientia animę Christi se habuit per modum comprehensorũ, qui Angelis conformantur: vt dicitur Matth. 22. Sed in Angelis non est scientia discursiua, seu collatiua: vt patet per Dion*. 7. c. de Di. no. Ergo nec etiam in anima Christi fuit sciẽtia discursiua seu collatiua.

* cap. 7. inter princip. & medium.

Sed contra est, quòd Christus habuit animam rationalem, vt suprà dictum est*. Propria autem operatio animę rationalis est cõferre & discurrere de vno in aliud. Ergo in Christo fuit scientia discursiua vel collatiua.

* q. 5. ar. 1.

Respondeo dicendum, quòd aliqua scientia potest esse discursiua vel collatiua dupliciter. Vno modo, quãtùm ad scientię acquisitionẽ: sicut accidit in nobis, qui procedimus ad cognoscendum vnũ per aliud, sicut effectus per causas, vel ecõuerso. Et hoc modo scientia animæ Christi non fuit discursiua vel collatiua: quia hęc scientia, de qua nunc loquimur, fuit sibi diuinitus indita, nõ per inuestigationẽ rationis acquisita. Alio modo potest dici aliqua scientia discursiua vel collatiua, quantùm ad vsum: sicut interdum scientes, ex causis concludunt effectus: non vt de nouo addiscãt, sed volentes vti scientia, quam iam habent. Et hoc modo scientia animę Christi poterat esse collatiua & discursiua: poterat enim ex vno aliud concludere,

sicut

sicut sibi placebat. Sicut Mat. 17. cũ Dominus quęsisset à Petro, à quibus Reges terrę tributũ acciperẽt, à filijs suis, an ab alienis, Petro respondente, quòd ab alienis, concluſit, Ergo liberi sunt filij.

Ad primum ergo dicendum, quòd à Christo excluditur consilium, quod est cum dubitatione: & per consequens electio, quæ in sui ratione tale consilium includit. Non autem à Christo excluditur vsus consiliandi.

Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de discursu & collatione, prout ordinantur ad scientiam acquirendam.

Ad tertium dicendum, quòd Beati conformantur Angelis, quãtum ad dona gratiarum: manet tamen differentia, quæ est secundum naturam. Et ideo vti collatione & discursu, est connaturale animabus Beatorum, non autẽ Angelis.

SVMMA TEXTVS.

1. Cõclusio Prima conclusio, scientia Christi, quãtum ad vsum poterat esse collatiua, siue discursiua. Probatur hæc cõclusio, quia Christus habuit animam rationalem, propria autem operatio animę rationalis est, conferre & discurrere de vno in aliud, ergo in Christo fuit scientia discursiua siue collatiua. Deinde probatur, quia poterat anima eius ex vno aliud concludere sicut sibi placebat, sicut Matt. 17. cum Dominus quæsisset à Petro, à quibus reges terræ tributum acciperent à filijs suis, an ab alienis, Petro respondente, quod ab alienis, cõclu-
Mat. 17.
2. Cõclusio dit, ergo liberi sunt filij. ¶ Secunda cõclusio. Scientia Christi infusa, quantum ad acquisitionem, non fuit discursiua siue collatiua, probatur, quia ista scientia non fuit acquisita per inuestigationẽ, sed diuinitus infusa, ergo non fuit collatiua.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo nõnullæ sententiæ sunt cõsiderandæ. Prima est, hęc scientia infusa ex ratione suæ speciei non est discursiua sed simplici intelligentia omnia repræsentat, nam lumen huius scientię perfectius repræsentat cõclusiones in principijs, quam lumen Angelicum, sed Angeli propter perfectissimũ lumẽ nõ habẽt scientiã discursiuã, ergo neq; anima Christi. Secũda sententia; Hęc scientia ex parte subiecti est discursiua, volo dicere, quod Christus potuit vti ista scientia, per discursum & sine discursu, sicut dictum est in præcedenti articulo, quod potuit vti ista scientia per cõuersionem ad phantasmata, & non se conuertendo. Hinc intelligitur facilè, quod asserit D. Tho. in solut. ad 3. videlicet, quod vti collatione & discursu est naturale animabus beatis, non Angelis, intelligitur de potẽtia ad vsum, id est, posse vti, non de actu necessario. Hinc etiam intelligitur illud D. Tho. in 3. d. 31. q. 2. art. 4. quod animæ beatæ non discurrunt nec ratiocinantur, intelligitur de necessitate, secus est ex libera voluntate. Tertia sententia, quanquam sit de fide, quod Christus Dominus habuerit animam rationalem & discursiuam; nõ tamen est de fide, quod discurreret, sicut cæteri homines viatores, sed est opinio valde probabilis, quod habeat discursus & ratiocinationes per scientiam infusam. Probatur sic, nam hoc modo cõmodius explicantur testimonia scripturarũ, vt illud Mat. 17. ergò liberi sunt filij. Deinde cognoscere per discursum est propria & perfectissima animæ rationalis operatio. Tertiò, Christus Dñs vt videbimus q. 15. habuit alias affectiones humanas, non vsque adeò perfectas, vt timorẽ, tristitiã, admirationẽ. Sed si dicat quis discurrisse Christũ Dñm de facto, sed per scientiã humanitus acquisitã, probabiliter loqueretur, nã suauis rerũ dispositio hoc exposcere videtur, quod anima Christi vteretur quacunq; scientia secundũ rationem propriam scientiæ, & sic nos dicemus cũ D. Thom. art. 8. q. 15. de admiratione.

D. Thom.

Mat. 17.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm hæc sciẽtia in Christo fuerit maior scientia Angelorum.

AD quartum sic proceditur. 75
Videtur quòd huiusmodi sciẽtia in Christo fuerit minor, quã in Angelis. Perfectio enim proportionatur perfectibili. Sed anima humana secundũ ordinẽ naturæ est infra naturã angelicã. Cũ igitur sciẽtia, de qua nũc loquimur, sit indita animæ Christi ad perfectionẽ ipsius, videtur quòd huiusmodi sciẽtia fuerit infra sciẽtiã, qua pficitur natura angelica.

Supr. q. 10. ar. 4. & inf. artic. 6. 1. & q. 34. art. 4. c. & q. 59. artic. 6. c. & 3. di. 14. ar. 1. q. 2. 1. & art. 2. qõ. 2. c. & ar. 3. q. 2. c. & veri. q. 20. art. 3. c. & ar. 4. c. & 6. c. & opusc. 3. c. 123.

¶ 2. Prætereà, Scientia animæ Christi fuit aliquo modo collatiua & discursiua: quod non potest dici de sciẽtia angelica. Ergo scientia animę Christi fuit inferior scientia Angelorum.

¶ 3. Prætereà, Quantò aliqua sciẽtia

est magisim materialis,tanto est potior. Sed scientia Angelorum est immaterialior,quàm scientia animę Christi: quia anima Christi est actus corporis, & habet cóuersionem ad phãtasmata: quod de Angelis dici non potest. Ergo scientia Angelorum est potior, quàm scientia animæ Christi.

Sed cótra est,quòd Apost.dicit Heb.2. Eũ autẽ,qui modico quã Angeli minoratus est,videmus Iesum propter passionẽ mortis,gloria & honore coronatũ. Ex quo apparet,quòd propter solã passionẽ mortis dicatur Christus ab Angelis minoratus:nó ergo propter scientiã.

Respondeo dicendũ, quòd scientia indita animæ Christi, potest dupliciter considerari. Vno modo secundũ illud, quod habuit à causa influente: alio modo secũdũ id, quod habuit ex subiecto recipiẽte. Quãtùm igitur ad primũ, sciẽtia indita animę Christi, fuit multo excellentior quã Angelorũ sciẽtia,& quãtum ad multitudinẽ cognitorũ,& quãtum ad scientiæ certitudinẽ: quia lumẽ spiritualis gratię,quod est inditũ animę Christi,est multò excelletius, quàm lumen,quod pertinet ad naturam angelicam. Quantum autem ad secundũ,sciẽtia indita animæ Christi,est infra scientiam angelicam,scilicet quãtum ad modum cognoscendi,qui est naturalis animæ humanę: qui scilicet est per conuersionem ad phantasmata,& per collationem & discursum. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

SVMMA TEXTVS.

1.Cõclusio. PRima conclusio. Hæc scientia est multò excellentior scientia Angelorum quantũ ad id,quod se tenet ex parte Dei influentis tã secundum multitudinem cognitorum, quam ex parte certitudinis & claritatis,hæc conclusio probatur ex Apost Hebr.2. Secundo probatur, quia lumen gratiæ spiritualis inditum animæ Christi est multo excellentius lumine pertinẽte ad naturam Angelicam. ¶ Secunda conclusio,quantum ad modum ex parte subiecti imperfectior est scientia Angelorũ. Probatur hæc conclusio, quia modus cognoscendi naturalis animæ humanæ,est inferior Angelico, vt patet ex collatione & discursu, & phantasmate.

Heb.2.

2.cõclusio.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo sunt duo parua dubia. Primum,vtrùm hæc diuina scientia tribuat tã perfectam rerum cognitionem, sicut scientia Angelorum, ad hoc dubium Scotus in 3. d.14.q. 4. docet notitiam abstractiuam rerũ esse longè perfectiorem in Christo, quam in Angelo, cæterùm, notitiam intuitiuam perfectiorem in Angelo,quam in Christo Domino,& probat,quoniam obiectum est idem,& intellectus Angeli perfectior,ergo perfectior erit notitia intuitiua. Sed hic discursus Scoticus in multis deficit,primũ, in eo quod existimat notitiam intuitiuam produci solum ab obiecto & potentia,nam secundum rectã Philosophiam etiam concurrit ad illam speciesin telligibilis,qua informatus intellectus producit intellectionem,concurrit etiam lumen intellectuale,& quoniam lumen gratuitum diuinitus infusum animæ Christi excellentius & perfectius est,quam lumen Angelicum,explo ratum est,quod anima Christi perfectius cognoscit,tùm intuitiuè,tùm abstractiuè. Deficit deinde,dum existimat in Christo perfectioré esse notitiam abstractiuam,quam intuitiuam. Labitur etiam Scotus dum dicit, quod cum anima Christi habet notitiam rei intuitiuam procedit de perfecto ad imperfectum. ¶ Est aliud dubium,quibus de causis scientia infusa ex parte subiecti dicatur esse inferior scientia Angelorum. Dominus Caie. in hoc commentario tres numerat causas. Prima, quoniã anima Christi recipit species magis diuisas & minus vniuersales,quam sint species Angelorũ, vt docet D.Tho.ar.6. Secunda est, quoniam compatitur discursum. Tertia,quoniam compatitur conuersionem ad phantasmata, istæ duæ causæ postremæ non probãtur omnibus nam hæc scientia non opus habet discursu, nec conuersione ad phantasmata, sed Christus vtitur discursu si vult,hoc autem non dicit imperfectionem quin potius perfectioné denotat: quia hæc scientia exuperat scientiam Angelorum,præsertim quod multi Theologi tenent Angelos discurrere circa supernaturalia. Nihilominus dico istas rationes esse valde probabiles,nam scientia quæ nulla ratione patitur discursum perfectissima est, vt patet de scientia Dei,de scientia beata, de scientia Angelica, illud vero, quod dicitur Angelos discurrere circa supernaturalia falsum est,vt videbitur in materia de Angelis.

Vtrùm hæc scientia sit certior sciẽtia Angelorum.

Scotus.

Solutio.

Quare ex parte subiecti sit hæc scientia inferior sciẽtia Angelorum.

Caiet.

ARTI-

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm hæc scientia fuerit habitualis.

76 3.di.14.ar. 1.q.2.& 3. & veri.q. 20.ar.2. *q.9.art.1.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd in Christo nõ fuerit habitualis scientia. Dictum est*enim, quòd animã Christi decuit maxima perfectio scientiæ. Sed maior est perfectio scientiæ existentis in actu, quàm existentis in potẽtia vel habitu. Ergo conueniens fuisse videtur, quòd omnia sciret in actu. Non ergo habuit habitualem scientiam.

¶ 2. Præterea, Cùm habitus ordinetur ad actum, frustra videtur esse habitualis scientia, quę nunquam in actũ reducitur. Cùm autem Christus sciuerit q.10.art.2. omnia (sicut iam dictum est*) non potuisset actu omnia illa considerare, vnũ post aliud cogitando: quia infinita non est enumerando pertransire. Frustra igitur fuisset in eo quorundam scientia habitualis: quod est inconueniẽs. Habuit ergo actualem scientiam omnium, quę sciuit, & non habitualem.

¶ 3. Prętereà, Scientia habitualis est quędam perfectio scientis. Perfectio autem est nobilior perfectibili. Si igitur in anima Christi fuisset aliquis habitus scię tiæ creatus, sequeretur quòd aliquid creatum esset nobilius, quã anima Christi. Non igitur in anima Christi fuit scię tia habitualis.

Sed contra, Scientia Christi de qua nunc loquimur, vniuoca fuit scientiæ nostræ: sicut & anima eius fuit vniusspeciei cum anima nostra. Sed scientia nostra est in genere habitus. Ergo & scien tia Christi fuit habitualis.

Respondeo dicẽdum, quòd sicut su Ar.præced. prà dictum est*, modus huius scientiæ inditę animę Christi fuit conueniens ipsi subiecto recipiẽti: nam receptum est in recipiente per modum recipientis. Est autem hic modus connaturalis animæ humanæ, vt quandoque sit intelligens actu, quandoq; in potentia: mediũ autẽ inter puram potentiam & actum completum, est habitus: eiusdem autem generis est medium & extrema: & sic patet quòd modus cõnaturalis animæ humanę est, vt recipiat scientiam per modum habitus. Et ideo dicendũ est, quòd scientia indita animę Christi fuit habitualis, & poterat ea vti quãdo volebat.

Ad primum ergo dicendum, quòd in anima Christi fuit duplex cognitio, & vtraq; suo modo perfectissima. Vna quidem excedens modum naturæ humanę: qua scilicet vidit Dei essentiam, & alia in ipsa: & hęc fuit perfectissima simpliciter: & talis cognitio non fuit habitualis, sed actualis respectu omniũ, quæ hoc modo cognouit. Alia autem cognitio fuit in Christo secundum modum proportionatum humanæ naturæ: prout scilicet cognouit res per species sibi diuinitus inditas, de qua cognitione nunc loquimur. Et hęc cognitio non fuit simpliciter perfectissima, sed perfectissima in genere humanę cognitionis: vnde non oportuit, quòd esset semper in actu.

Ad secundum dicendum, quòd habitus reducitur in actum ad imperium voluntatis: nam habitus est, quo quis agit, cùm voluerit. Voluntas autem indeterminatè se habet ad infinita. Nec tamen hoc est frustrà, licet non in omnia actualiter tendat, dummodo tendat actualiter in id, quod conuenit loco & tempori. Et ideo etiam habitus non est frustra, licet non omnia reducantur in actum, quæ habitui subiacẽt, dummodo reducatur in actũ id, quod congruit ad debitum finem voluntatis, secundum exigentiam negotiorum & temporis.

Ad tertium dicendum, quòd bonũ, sicut & ens, dupliciter dicitur. Vno modo simpliciter: & sic bonum & ens dicitur substantia, quę in suo esse & in sua bonitate subsistit. Alio modo dicitur ens & bonũ secundũ quid. & hoc

modo dicitur ens & bonum accidens: non quia ipsum habeat esse & bonitatem, sed quia eius subiectum est ens & bonum. Sic igitur scientia habitualis nō est simpliciter melior, aut dignior, quā anima Christi, sed secundum quid: cū tota bonitas habitualis scientiæ cedat in bonitatem subiecti.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est affirmatiua. Probaturque, quia scientia Christi vniuoca fuit scientiæ nostræ, sicut & anima eius fuit vnius speciei cum anima nostra, sed scientia nostra est in genere habitus, ergò & scientia Christi fuit habitualis, & certè hæc scientia indita fuit habitualis, quia receptum in recipiente est per modū recipientis. Hic autē modus est connaturalis animæ humanæ, vt quandoque intelligens in actu sit, & quandoq; in potentia. Mediū autē inter puram potentiam, & actum completum est habitus atq; eiusdem generis est mediū & extrema. Vnde patet modum connaturalem, animæ humanæ esse, quod recipiat scientiam per modum habitus. Quare dicēdum est, scientiam animæ Christi inditam fuisse habitualē, qua vti poterat quando volebat.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DE habitu scientiæ quidā doctores tenēt, quod est collectio specierū, quibus faue re videntur quædam verba D. Tho. in hac q. De hac re non vacat modo disputare, lege Caiet. 1.2.q.54.artic.4. & nunc statue pro certo, quòd scientia est qualitas iudicatiua distincta ab ipsis speciebus. Sed nota, quod quidam viri docti existimant, quod in Angelis præter species congenitas non est opus ponere aliam qualitatē, quæ sit habitus ad iudicandū, nam species infusæ propter suā perfectionē & repræsentant obiecta, & præstant facultatem iudicandi; & sic probabiliter existimant, quod in Christo non est necesse constituere habitū distinctum ab speciebus infusis. Sed oppositā sententia est probabilior, nam existimo, quod scientia infusa in Christo est lumen diuinitus infusum, ad iudicandum & sciendum, quod asserit D. Tho. in articulo præcedenti. Idē colligo ex hoc articulo. Nam D. Tho. ex eo colligit istam scientiam esse in anima Christi per modum habitus, quoniam cōnaturale est animæ nostræ suscipere per modum habitus, at mens D. Tho. est, quòd sciētię humanitus acquisitæ sunt habitus distincti ab speciebus. Tertiò, idē colligitur ex argumento, sed contrā. Dicit enim D. Tho. quod scientia hæc est vniuoca cū sciētijs animę, quod nō est intelligendū quasi sit eiusdē speciei, ergò supereſt, quod sit vniuoca in genere habitus. Vltimò idē probatur, ex sententia D. Tho. in ar. seq. ad 3. vbi docet, quod lumē sciētiæ infusæ, desuper infusum est excellētius, quā lumē naturale, & quā lumē Angelicum, & hoc lumē (in ea sententia) est sciētia infusa, quoniā ordinatur ad iudicandū, sicut lumē fidei non distinguitur ab habitu fidei, distinguitur tamē ab ipsis speciebus. ¶ Sed cōtra cōclusionē D. Tho. occurrit vnū argumentū. Nam si anima Christi per istā scientiā cognouit infinita habitualiter, cum nō possit omnia illa actu cōsiderare vnum post aliud cogitādo (nam impossibile est numerando infinita pertrāsire) cōsequens est, quod sit frustra in Christo illorū scientia, ergo habuit actualē scientiā & nō habitualē. Ad hoc argumentum respondet D. Thom. in solutione. 2. vnico verbo, quod ex illa infinita multitudine cognoscit in actu quæ congruunt tēpori & loco, & negotijs gerēdis. Pro maiori explicatione nota quod volūtas reducit habitū de otio ad operationem, habitibus enim vtimur quādo volumus; cū ergo voluntas indeterminatè se habeat ad infinita, nouisse infinita habitualiter ad hoc deseruit, quod ex illis infinitis cōsideret actu quæ maluerit; quam vim nō haberet si esset cognitio finitorum.

Caietanus.

Hæc scientia habet vere rationē habitus.

Obiectio.

Solutio.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm hæc sciētia fuerit distincta per diuersos habitus.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd in anima Christi non fuerit nisi vnus habitus sciētię. Quātò enim scientia est perfectior, tātò est magis vnita: vnde & Angeli superiores per formas magis vniuersales cognoscunt, vt in Prima parte dictum est*. Sed scientia Christi fuit perfectissima: ergo fuit maximè vna. Non ergo fuit distincta per plures habitus. * 77 3.di.14.ar. 3.q.3. P.p.q.55. ar.3.

¶ 2. Præterea, Fides nostra deriuatur à scientia Christi: vnde dicitur Heb.12. Aspicientes in autorem fidei & cōsummatorem Iesum. Sed vnus est habitus fidei

fidei de omnibus credibilibus. vt in Secunda parte dictum est*. Ergo multò magis in Christo non fuit nisi vnus habitus scientię.

3.3.q.4. ar. 6.

¶ 3. Præterea, Scientiæ distinguũtur secundum diuersas rationes scibilium. Sed anima Christi omnia sciuit secũdũ vnam rationem, scilicet secundum lumẽ diuinitus infusum. Ergo in Christo fuit tantùm vnus habitus scientiæ.

Sed contra est, quod Zachariæ 3. dicitur, quòd super lapidem vnum, id est Christum, sunt septem oculi: Per oculũ autem scientia intelligitur. Ergo videtur, quòd in Christo fuerint plures habitus scientię.

Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est*, scientia indita animę Christi habuit modum connaturalem animæ humanę. Est autem cõnaturale animę humanę, vt recipiat species in minori vniuersalitate, quàm Angeli: ita scilicet, quòd diuersas naturas specificas, per diuersas species intelligibiles cognoscat. Ex hoc autem contingit, quòd in nobis sint diuersi habitus scientiarũ, quia sunt diuersa scibilium genera: in quantum scilicet, ea quę reducuntur in vnum genus, eodem habitu scientiæ cognoscũtur. Sicut dicitur in primo Poste*. quòd vna scientia est, quæ est vnius generis subiecti. Et ideo scientia indita animæ Christi, fuit distincta secundum diuersos habitus.

Ar. 4. huius quæst.

li. 1. poste. tex. 43. to. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, scientia animæ Christi est perfectissima, & excedes Angelorum scientiam, quantũ ad id quod consideratur in ea ex parte Dei influentis: est tamen infra scientiam angelicam, quantum ad modum recipientis. Et ad huiusmodi modum pertinet, quod scientia illa per multos habitus distinguatur, quasi per species magis particulares existens.

Ar. 4. huius quæst.

Ad secundum dicẽdum, quòd fides nostra innititur primę veritati: & ideo Christus est autor fidei nostrę secundũ diuinã scientiã, quæ est simpliciter vna.

Ad tertium dicendum, quòd lumẽ diuinitus infusum, est communis ratio intelligendi ea, quæ diuinitus reuelantur: sicut & lumen intellectus agentis eorum, quę naturaliter cognoscuntur. Et ideo oportuit esse in anima Christi proprias species singularum rerum, ad cognoscendũ cognitione propria vnũquodque. Et secũdum hoc oportuit esse diuersos habitus scientię in anima Christi: vt dictum est*.

In corp. art.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua, probaturq; ex illo, quod dicitur Zach. 3. quòd super lapidem vnum, id est, Christum, sunt septem oculi, per oculum autem scientia intelligitur, ergò in Christo fuerunt plures habitus scientiæ. Deinde probatur, quia diuersificantur in nobis habitus ex diuersitate generũ scibiliũ, nam illa quæ reducuntur ad vnum genus eodem habitu scientiæ cognoscuntur, connaturale est enim animæ, vt recipiat species in minori vniuersalitate, quã Angeli, at anima Christi secundum modum recipientis est infra naturam Angelicam, vt dictum est, etsi maior sit, quantum est ex parte Dei influentis.

Conclusio. Zach. 3.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CONtra conclusionem propositam est argumentum, nam D. Tho. in 3. d. 14. art. 3. q. 4. expressè docet, quòd hæc scientia non est distincta per diuersos habitus. Et cõfirmatur, nam id quod perfectissimum est, tribuendum est Christo, sciẽtia vero vnita perfectior est quam diuisa, & in multos habitus distributa. Confirmatur etiam, nam rectè sequitur est vna scientia, ergò est vnus habitus; sicut rectè sequitur, est vnus homo, ergò est vnũ animal. In contrarium est, quod hìc docet Diuus Thom. & potest confirmari ista ratione, nam Christo Domino infusæ sunt multæ virtutes morales, ergò etiam multi habitus intellectuales. ¶ Respõdetur facilè, quod hìc D. Tho. loquitur de multitudine ex parte specierũ, quas vocat habitus infusos. In tertio vero sententiarum loquitur de vnitate ex parte luminis & facultatis, & certè in hoc articulo euidẽter explicat suam sententiam in istum sensum, nam in corpore articuli manifestè loquitur de multitudine specierum, sed in solutione tertij manifestè affirmat, quòd sit vnicum lumen sciẽ-

Argumẽ.

Confir.

Solutio.

tiæ

tiæ infusæ,& sic est vnus habitus iudicatiuus. Nec est eadem ratio de virtutibus moralibus, nam virtutes morales sunt in diuersis potentijs &habent distinctam rationem formalem; at hæc scientia est in intellectu habens eandē rationem formalem,&ideo non potest esse ni si vnus habitus. ¶Est aliud dubium ex Scoto in 3.d.14.q.vltima.volente quòd animæ Christi Domini fuerint infusæ perfectissimæ species,quia sicut ponitur animæ Christi collatā fuisse summam gratiam possibilē,ita videtur infusas sibi fuisse perfectissimas species, quibus perfectissimè cognosceret, cuius contrarium docet hic D.Tho. Respondetur, gratiā & gloriam esse omnino super naturam,tū Angeli,tùm hominis,sed species infusæ infundū tur in subiectis iuxta naturam Angeli,vel hominis,vel animę separatæ,nā istæ species sunt cōnaturales Angelis &animabus separatis.Et si dicas,quid est,quod scientia infusa modificatur, secundum modum naturalem Angeli vel animæ,& non gratia & beatitudo? Respō detur,quoniam ista sunt de ordine cōnaturalium soli Deo,species vero infusæ sunt de ordine connaturalium Angelo,&animæ separatæ,& ideo infunduntur secundum ordiné naturalem.Ex quo rectè infert D.Thom.quod species infusæ animæ Christi sunt imperfectiores Angelicis,cū quo verissimè stat,quod quantum ad euidentiam,& certitudinem, & multitudinem cognitorum, hæc scientia superat scientiam Angelorum , propter excellentiam luminis. Sed dubitabit Theologus, vtrùm semper requiratur lumen diuinum infusum ad vsum huius scientiæ . Et videtur quod non,nam hoc lumen non requiritur ad vsum scientiæ inditæ in Angelis , nec vero in animabus separatis imò videtur esse superfluum , nam postquam intellectus est constitutus in actu per speciem intelligibilem, non est necessarium aliud lumen ad intelligendū. Præterea,habitus fidei ad assentiendum diuinis eloquijs non requirit aliud lumen distinctum.In contrarium est,quòd hîc docet Diuùs Thomas in solutione ad tertium.Respondetur,mihi probabile videtur,quod argumēta proposita suadere videntur,& confirmo illud,autoritate D.Tho.is namq; in 2.2.q.1.ar. 4.ad 2.& ad 3.docet,quòd per lumen fidei, fidelis qui credit,videt articulos fidei esse credibiles,non certè per aliud lumen distinctum.

Dubium de perfectione specierū huius scientiæ.

Solutio.

Dubium.

Nō semper requiritur ad vsum huius scientiæ lumē distinctum.

QVAESTIO XII.

De scientia animæ Christi acquisita,in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de scientia animę Christi acquisita vel experimentali.

¶Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶ Primò,vtrùm secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia.

¶ Secundò,vtrùm in hac scientia profecerit.

¶ Tertiò,vtrùm aliquid ab homine didicerit.

¶ Quartò,vtrùm acceperit aliquid ab Angelis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd secundum hanc scientiā Christus non omnia cognouerit.Huiusmodi enim scientia per experientiā acquiritur.Sed Christus nō omnia experius est.Non igitur omnia secundū hāc scientiam sciuit. 78

¶ 2. Præterea, Homo scientiam per sensum acquirit . Sed non omnia sensibilia sensibus corporalibus Christi fuerunt subiecta. Non igitur secūdum hanc scientiam omnia cognouit Christus.

¶ 3. Pręterea , Quantitas scientiæ attenditur secundum scibilia. Si igitur secundum hanc scientiam Christus omnia sciuisset,esset in eo scientia acquisita æqualis scientiæ infusæ, & scientię beatæ:quod est inconueniens.Non ergo secundum hanc scientiam Christus omnia sciuit.

Sed contra est, quòd nihil imperfectum fuit in Christo quantum ad animam . Fuisset autem imperfecta hæc eius scientia, si secundum eam non sciuisset omnia : quia imperfectum est, cui potest fieri additio.Ergo secundum hanc scientiam Christus omnia sciuit.

Respon-

Respondeo dicendum, quòd scientia acquisita ponitur in anima Christi (vt suprà dictum est *) propter conuenientiam intellectus agentis, ne eius actio sit otiosa, quę facit intelligibilia in actu: sicut & scientia indita vel infusa ponitur in anima Christi ad perfectionem intellectus possibilis. Sicut autem intellectus possibilis est, quo est omnia fieri, ita intellectus agens est quo est omnia facere: vt dicitur in tertio de Anima*. Et ideo sicut per scientiam inditam sciuit anima Christi omnia illa, ad quæ intellectus possibilis est quocũque modo in potentia: ita per scientiam acquisitam sciuit omnia illa, quę possunt sciri per actionẽ intellectus agẽtis.

q.9.ar.4.

li.3.de anima tex.18. to.2.

Ad primum ergo dicendum, quòd scientia rerum acquiri potest non solũ per experientiam ipsarum, sed etiam per experientiam quarundam aliarum rerum: cùm ex virtute luminis intellectus agentis possit homo procedere ad intelligendum effectus per causas, & causas per effectus, & similia per similia, & contraria per contraria. Sic igitur licet Christus nõ fuerit omnia expertus: ex his tamen, quę expertus est, in omnium deuenit notitiam.

Ad secundum dicendum, quòd licet sensibus corporalibus Christi non fuerint subiecta omnia sensibilia: fuerunt tamen sensibus eius subiecta aliqua sensibilia, ex quibus propter excellentissimam vim rationis eius potuit in aliorum notitiam deuenire, per modũ prędictum*: sicut videndo corpora cælestia, potuit comprehendere eorũ virtutes & effectus, quos habent in istis inferioribus, qui eius sensibus non subiacebãt. Et eadem ratione ex quibuscũq; alijs, in aliorũ notitiã deuenire potuit.

In corp.ar.

Ad tertium dicendum, quòd secundum istam scientiam anima Christi nõ simpliciter cognouit omnia: sed illa omnia, quæ per lumen intellectus agentis homini sunt cognoscibilia. Vnde per hanc scientiam non cognouit essentias substantiarũ separatarũ, nec etiã singularia præterita, præsentia, & futura, quæ tamen cognouit per sciẽtiam inditam: vt suprà dictum est*.

In corp.ar. & q.præce. & q.9.ar.3. & 4.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio, Anima Christi sciuit omnia per scientiam acquisitam quæ possunt sciri per actionem intellectus agentis. Hęc cõclusio probatur. Primò, quoniam nihil imperfectum fuit in Christo quantum ad animam, fuisset autem imperfecta hæc scientia, si secũdum eam non sciuisset omnia; quia imperfectum est, cui potest fieri additio, ergò secundum hanc scientiam Christus omnia sciuit. Deindè probatur ex proportionali similitudine inter scientiã infusam respectu intellectus possibilis, & acquisitam respectu intellectus agentis; nam sicut illa ponitur propter perfectionem intellectus possibilis, ita ista propter cõuenientia in potẽtiæ actiuę intellectus agẽtis, & ideo sicut illa se extendit ad omnia, ad quæ se extendit intellectus possibilis, ita ista ad omnia quæ potest intellectus agẽs facere.

1.Cõclusio

¶ Secunda conclusio in solutione tertij. Per hanc scientiam acquisitam non sciuit anima Christi omnia simpliciter, nõ enim cognouit essentias substantiarum separatarum, neq; singularia præterita, præsentia, & futura.

2.cõclusio

EXPOSITIO ARTICVLI.

DIfficultas huius articuli in hoc consistit, quomodo Christus acquisierit istã sciẽtiam circa multas res diuersi generis quas nũquam est expertus, sicut si quæreremus, quomodo cœcus potest habere sciẽtiam de coloribus quos nunquã est expertus, præsertim cũ omnis nostra cognitio ortũ habeat à sensu, & deficiẽte sensu alicuius sensibilis nõ est sciẽtia illius vt docet Aristoteles. Respõdetur quod hoc potuit fieri, vt docet D. Tho. in solut. 2. & 3. propter admirandam vim & virtutẽ ingenij Domini nostri Iesu Christi, tanta enim erat eius vis, vt ex paucis singularibus quæ est expertus, abstraxerit species aliarum rerum, quas nunquã vidit. Respondet secundo Caie. quod Angeli attulerunt & proposuerunt Christo omnia singularia cõuenientia ad omnes scientias. Tertiò respõdetur, quod per scientiã infusam, virtus luminis naturalis animæ Christi perficiebatur etiam circa propria obiecta proportionata; sicut fides perficit nostram naturam, & metaphysica perficit physicam, & alios habitus scientiarum acquisitarũ. Sed nota, quod homines ex naturalibus multa intelli-

Quomodo Christus habuit scientiã acquisitã rerũ quas nunquã expertus est.

Solutio.

Caietanus.

Notanda

intelligere non potuerũt,nõ propter excellentiã obiecti,sed propter infirmitatem naturæ, quę pluribus intẽta ad singula minor est,atvero anima Christi omnia naturalia,tã perfecto modo cognouit atq; si esset in statu naturę integræ,de quo videndus est D. Tho.1. contra Gẽt.c.4.Sed illud affert dubitationẽ, Vtrũ secundũ hãc scientiã sciuerit omnia quæ ingeniosus homo per actionẽ intellectus agẽtis scire potest;an vero omnia quę omnes simul homines.Hoc secundũ nõ videtur verosimile, quòd vnus homo experiatur omnia quæ oẽs homines præteriti & præsentes sunt experti. Præcipuè in tã breui tẽpore,per trigintaannos in domo fabri,&alijs negotijs grauioribus occupatus.Sed &illud habet difficilẽ explicationẽ,quomodo potuit experiri & cognoscere, motuscęlorũ,cursusyderũ,proprietatesarborũ & herbarũ,& augetur difficultas, nã infinita sunt scibilia per experienitã,& Christus succesiuè discebat,sic autẽ nõ cõtingit pertrãsire infinita,ergò per istã scientiã nõ cognouit omnia,nec vero oportuit, nã quædã leuia & minutissima experiri,&cognoscere perfectionõ est,imò videtur curiosum & vanũ. Sed & Philosophiã videtur Christũ ignorasse, nam Mat.24.Loquẽs de aduẽtu suo ad iudiciũ, dicit quod fulgur exijt ab oriẽte &apparet vsq; ad occidentẽ fulgur autẽ nõ pertingit ab oriẽte vsq; in occidentem, sed solis fulgor est qui pertingit.Propter hęc argumẽta quidã doctores affirmãt,nõ fuisse in Christo scientiã humanitus acquisitã.Alij dicũt,quod pro maiori parte fuit diuinitus infusa.Sũt qui asserant, quod sunt ei infusa phãtasmata pręstãtiora ex quibusfacilè cõparare potuit omniũ rerũ cognitionẽ.Sed certè sentẽtia D.Tho.vera est,vt cõstat ex dictis suprà q.9.art.4. & ex his quas dudũ adduximus rationibus,& adiuuat potissimè istã sententiã,quod potẽtiæ animæ Christi,erãt in naturalibus præstãtiores nostris, & anima ipsa perfectior lõgè in naturalibus quã nostra,de quo stat articulus Parisiẽsiũ, dicere quod anima Christi in se non sit perfectior quã anima Iudę error.Dicẽdũ est ergo,quod anima Christi sciuit omnia per scientiã acquisitã,quæ per actionẽ intellectus possunt sciri abvniuersitate omniũ hominũ,hoc enim probãt rationes D.Tho.in articulo propositæ, & argumẽta in cõtrariũ adducta iã superius sunt cõfutata dũ ostendimus quomodo ex paucis singularibus quæ expertus est in cognitionẽ omniũ aliorũ potuit deuenire.Sed vltimũ argumentũ oportet distinctè cõfutare,dicendũ est enim cũ sapiẽtissimo magistro Cano 2. li. de locis c.14.quod quidã suspicãtur interpretem falso pro fulgore fulgur reddidisse, ideo quod nõ fulgur exijt ab oriẽte,& protẽditur vsq;in occidentẽ,sed fulgor.Ridiculũ sane argumentũ.Primũ enim,si quis hoc in loco error inest,hũc nõ interpretis, sed librariorum fuisse verisimilius est,voces quippè illę fulgur & fulgor vsque adeò similes sunt,vt facile sit vnã pro altera substituere.Deinde,interpretis peccatũ hîc nullũ omnino esse potuit vbiGręca oĩa exẽplaria & vetera,& noua, consentiũt neq; aliud legũt q̃ vocẽ quę fulgur significat quęvtiq; vox nõ fulgorẽ,sed fulgur sonat,sed ne de fulgore quidẽ accipi potest etiã si Græca vox vtrũq; sonaret,sol namq; paulatim oritur,eiusq; aduẽtus tempore præsentitur ante quã appareat,illius itaq; fulgor nõ inexpectatus aduenit.Dominus autẽ sine dubio significat aduentũ suũ subitũ & inopinatũ fore, id quod fulgurisimilitudine aptissimè exprimitur,quod priusquã expectesiã emicuit&abijt; & quãquam fulgur nõ pertingit ab oriẽte vsque in occidentẽ,si de rationePhilosophię expẽdas,sed ad exprimendũ subitũ &inexpectatũ conspicuum tamen omniũ oculis aduentũ Christi,satis est accõmodare,id quod oculis nostris apparet,alioqui arguatur D. Tho. quasi perspectiuæ facultatis indoctus,qui explicaturus quemadmodũ res diuinę humanis eluceãt,exemplũ ponit speculi,in quo(vt ait) rei imago cõspicitur,quod licet reuera ita nõ sit nobis tamen itavidetur;quin etiã arguatur Moyses,tanquam astronomiæ imperitus,qui duo luminaria magna posuit,cũ sint alia multa maiora.Sed sensui nostro illa duo maxima apparent,nec à sacris scripturæ autoribus alienũ est,sese populo rudi attẽperare,loquiq; vt vulgus solet.Alia plura dicerentur,nisi de hoc argumento satis superq́; esset dictum.Heliud certè iuxta hanc rationem illud dixit,ab interioribus egredietur tẽpestas,& ab arcturo frigus Iob 37.ad eundẽ modũ Propheta ait, qui fundauit terrã super aquas,quasi aquę inferiores sint,cũ tamẽ emineãt, vt alibi ostẽdimus. Simili quoq; lege tres Angeli qui Patriarchæ apparuerunt,comedisse dicũtur,nõ quod reuera comederint, sed quod comedere visi sunt,quãquam Iustinus figurate accipit,perinde vt ignis deuorare exædere dicitur, quia cõsumit;hæc vero non videtur ita necessaria ad explicationem textus,nam illis verbis tantum significatur,quod erit manifestus toti mũdo, aduentus domini,non parti alicui tantum, & hoc significat similitudo fulguris, qui subitò & manifestò apparet, quòd exeat ab oriẽte, & pertingat ad occidentem,quamuis aliquãdo & ex alijs partibus mundi oriatur.

Quomodo Christus per istã scientiã sciuerit omnia.

Mat.24.

Solutio.

Explicatur locus. Mat.24. Cano.

Iob 37.

ARTI-

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus in hac scientia profecerit.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd secundũ hãc scientiam Christus non profecerit. Sicut enim secundum scientiam beatitudinis & secundum scientiam infusam Christus cognouit omnia : ita & secundum hanc scientiam acquisitam, vt ex dictis patet *. Sed secundum illas scientias non profecit : ergo nec secundum istam.

79 Sup.q.7.ar. 11.3. & inf.art.3.3. & q.15.art. 1.& 3.di. 13.lit. in fi. & dist. 14. ar.3.q.3. & veri. q.20. art 6.3.& opus. 3.ca. 223.& 10. 1.l.10.col. 1.fi.& Heb. 5.col.6. *ar. præce.

¶ 2. Præterea, Proficere est imperfecti: quia perfectum additionem non recipit. Sed in Christo non est ponere scientiam imperfectam . Ergo secundum hanc scientiam Christus non profecit.

¶ 3. Pręterea, Damas.*dicit, Qui proficere dicunt Christum sapientia & gratia, vt additamentum sensus suscipientem, non venerantur vnionem, quæ est secũdum hypostasim. Sed impium est, illam vnionem non venerari. Ergo impium est dicere, quòd scientia eius, additamentum acceperit.

Isb.3.c.21. orth. fid. paulò à princip.

Sed contra est, quod dicitur Luc.2. quod Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia, apud Deum & homines. Et Ambro*.dicit quòd proficiebat secundum sapientiam humanam . Humana autem sapiẽtia est, quę humano modo acquiritur, scilicet per lumẽ intellectus agentis. Ergo Christus secundum hanc scientiam profecit.

li.de incar. dñi sac. c. 7.à medio tom.2.

Respondeo dicendum, quòd duplex est profectus scientiæ. Vnus quidem secundum essentiam : prout scilicet ipse habitus scientiæ augetur . Alius autem secundum effectum : puta si aliquis secundum eundem & ęqualem scientiæ habitum , primò minora alijs demonstret , & postea maiora & subtiliora. Hoc autem secundo modo manifestum est, quòd Christus in scientia & gratia profecit, sicut & in ætate: quia scilicet secundum augmentum ætatis opera maiora faciebat, quę scilicet maiorem scientiam & gratiam demonstrabant. Sed quantum ad ipsum habitum scientię , manifestum est quòd habitus scientiæ infusæ in eo non est augmentatus, cùm à principio plenariè fuerit sibi omnium scientia infusa: & multò minus scientia beata in eo augeri potuit . De scientia enim diuina quod non possit augeri, suprà in prima parte dictum est *. Si igitur præter habitum scientiæ infusum , non sit in anima Christi aliquis habitus scientiæ acquisitę (vt quibusdam videtur *, & mihi aliquando visum est) nulla scientia in Christo augmentata fuit secundum essentiam , sed solùm per experientiam , id est conuersionem specierum intelligibilium inditarum, ad phãtasmata. Et secundum hoc dicũt, quod scientia Christi profecit secundum experientiam : conuertendo scilicet species intelligibiles inditas ad ea, quæ de nouo per sensum accepit. Sed quia inconueniens videtur, quod aliqua naturalis actio intelligibilis, Christo deesset, cùm extrahere species intelligibiles à phantasmatibus, sit quædam naturalis actio hominis secundum intellectum agentem , conueniens videtur hanc etiam actionem in Christo ponere. Et ex hoc sequitur, quòd in anima Christi aliquis habitus scientię fuerit, qui per huiusmodi abstractionem specierum potuerit augmentari: ex hoc scilicet , quòd intellectus agens post primas species intelligibiles abstractas à phantasmatibus poterat etiam alias & alias abstrahere.

P.p.q.14. ar.15.

3. sentent. di.14.q.3. ar.3.

Ad primum ergo dicendum, quòd tam scientia infusa animę Christi , quã scientia beata, fuit effectus agentis infinitę virtutis , qui potest simul totum operari : & ita in neutra scientia Christus

ſtus profecit,ſed à principio eam perfectam habuit.Sed ſcientia acquiſita cauſatur ab intellectu agente, qui non ſimul totum operatur,ſed ſucceſsiuè. Et ideo ſecundum hanc ſcientiam Chriſtus non à principio ſciuit omnia, ſed paulatim,& poſt aliquod tempus,ſcilicet in perfecta ætate. Quod patet ex hoc,quòd Euangeliſta ſimul dicit eum profeciſſe ſcientia & ętate.

Ad ſecundum dicendum,quòd hęc etiam ſcientia in Chriſto ſemper fuit perfecta ſecundum tempus: licet non ſemper fuerit perfecta ſimpliciter & ſecundum naturam.Et ideo potuit habere augmentum.

Ad tertium dicendum, quod verli 3.c.21. bum Damaſce. *intelligitur quantum ad illos,qui dicunt ſimpliciter fuiſſe factam additionem ſcientiæ Chriſti,ſcilicet ſecundum quamcunque eius ſcientiam: & pręcipuè ſecundum infuſam, quæ cauſatur in anima Chriſti ex vnione ad Verbum.Non autem intelligitur de augmento ſcientiæ, quę ex naturali agente cauſatur.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio. VNica concluſio,Chriſtus in hac ſcientia non tantum profecit ſecũdum effectũ, non tantũ ſecundum experiẽtiam, verũetiam ſecundum eſſentiam ipſius ſcientiæ. Probaturque ex illo,Luc.2. Luc.2.Ieſus proficiebat ſapientia,& ætate, & gratia apud Deũ, & homines. Ambroſius Quem locum explicans Ambroſius inquit, quod Chriſtus proficiebat ſecundum ſcientiam humanam, humana autem ſcientia eſt quæ humano modo acquiritur ſcilicet per lumen intellectus agentis,ergò Chriſtus ſecundum hanc ſcientiam profecit.Deinde, ſcientia acquiſita augetur per hoc, quod intellectus agens,ſemper abſtrahit ſpecies intelligibiles à phantaſmatibus, ſed in Chriſti anima non fuit ocioſa actio intellectus agentis,ergò ſecundum ſcientiam acquiſitam Chriſtus profecit.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Explicatur locus. Luc.2. D.Thom. TOta huius articuli difficultas poſita eſt in explicando illo loco.Luc.cap.2.Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines. Tres autem inſinuat D. Thom.hîc legitimas explicationes,prima eſt, in Chriſto dicitur fuiſſe profectus ſapientiæ quantum ad effectum,hoc eſt,ſapientiam ſuã vnam & eandem ſecundum rem ac inuariatã, in ſeipſa magis ac magis in dies cum augmento per actus excellentiores demonſtrabat & explicabat;idque tum apud homines, quorũ Saluator erat, qui & ipſi magis proficiebant, tùm etiam apud Deum, cuius gloriam magis ac magis illuſtrabat;hæc intelligentia eſt maximè communis, ita intelligunt Theophila. Theophil. Gregorius Nazianzenus,& Caie.ſuper Lucã. Gregor. Beda etiam hom.11.ſuper Lucam,& Magiſter ſententiarum in 3.d.13.vbi nomine D.Gregorij affert verba Bedæ vbi ſupra.gloſſa item ordinaria ſuper Lucam eadem verba affert nomine Gregorij.Idem Magiſter prope finem illius diſtinctionis exponens Ambroſium,eſt in hac explicatione & ſententia. D.Thom.ita etiam exponit ſuprà q.7.ar.12.ad vltimum. Nazian. Caietan. Beda. Magiſter.

¶ Secunda expoſitio eſt, quod dicatur Chriſtus profeciſſe propter experimentalem cognitionem,in qua proficiebat,ita tamen quod per hãc cognitionẽ nullam ſcientiam prorſus acquireret aut augmento perficeret ſecundũ habitũ. Hæc expoſitio eſt Alberti Magni ſuper Lucam. Eſt etiam D. Thom. de verit.q. 20.art.6.ad 3.& in 3.d.14.q.1.ar.3. quæſtiũ.5. Has duas expoſitiones ex neceſsitate ſequi tenentur,aut ſimul, aut alteram illarum,qui dicunt,Chriſtum Dominum non habuiſſe ſciẽtiam acquiſitam quantum ad modum,ſiue aſſerant cum Durando & Scoto, fuiſſe tantum in Chriſto vnam ſcientiam in proprio genere infuſam eiuſdem rationis cum noſtra;ſiue aſſerant cum Paludano fuiſſe in Chriſto geminam ſcientiam in proprio genere infuſam, alteram per ſe infuſam,alteram per accidens infuſam,iuxta illas duas expoſitiones poteſt intelligi profeciſſe Chriſtum, ſecundum omnẽ ſapientiam increatã,beatã & infuſam, ac multo magis per ſe acquiſitam. 2. Expoſit. Albert. D. Thom.

¶ Tertia explicatio eſt,quòd ipſemet habitus ſapientiæ acquiſitæ in Chriſto ſuſcipiebat incrementa, ſimul cum corporis ætate,& ſtatura,itaq; ſicuti fiebat acceſsio Chriſti corpori in quantitate, per quam corpus maius ac maius erat;ita etiã fiebat acceſsio in ſapientia acquiſita, per quã ipſemet ſapientiæ habitus ad plura extendebatur.Hæc videtur eſſe explicatio D.Ambroſij lib.de incarnationis dominicæ ſacramento cap.7.qui eſt locus allegatus à D.Thom.in argumento ſed contra. Hæc eſt etiam explicatio D.Thom.in articulo.Et Dionyſij Cathuſienſis qui ſequitur.D. Thom. ſuper Lucam. Et videatur amplius de re hac D.Thom.infrà q.15. 3. Expoſit. D.Ambro. D. Thom. Dionyſ. Carthuſ.

q.15. artic.3. & 8. iuxta has duas expositiones postremas explicant istum locum (si rectè intelligantur) Epiphanius in anchorato. Euthimius super Lucam. & Beda libro.1. commentariorum in Lucam, in fine capitis. 2. & certè Epiphanius videtur esse postremæ huius explicationis, reddit namque rationem, quoniã aliàs imaginatio sanè & nõ reuera, sed in apparentia tantum existimata esset eius conceptio & pueritia, figmentum siquidem videtur esse dissimulare sapientiam & scientiam quam reuera habebat, & certè verba Euangelistę signi ficare videntur hanc vltimam expositionem, significant siquidem sapientiæ profectũ fuisse, sicut & profectum ætatis: verum est tamen quod quantum ad postremam particulam illius testimonij non potest hoc testimonium intelligi nisi iuxta primam expositionem, & idcirco D. Tho. in materia de gratia Christi loco allegato. q.7. supra. adhibuit tantum illã primam intelligentiam, & ea de causa diuinus Euangelista fortasse non numerauit ætatem, sapientiam & gratiã ordine perfectionis debi tæ ipsis rebus, sed primum mentionem fecit sapientiæ, deinde ætatis, cum tamen sapientia crescat ætate, vt significaret progressus in sapientia accipiendos esse sicut in ætate non autem in gratia. ¶ Quartam explicationem seu peruersionem illius loci adinuenit Erasmus in annotationibus super illum Lucæ locũ, inquiens quod Deus per gradus quosdam, pau latim & per incrementa temporum impertierit humanæ naturę assumptæ has dotes sapiẽtiam & gratiam: probat primo, quoniã Euangelista in eodem capite præmiserat, Puer autẽ crescebat & confortabatur, plenus sapiẽtia & gratia, quod autem corroboratur auctu quodam virium fulciri videtur. Probat secundo, ex hoc loco, cum enim tria ista coniungantur sicut verè profecit ætatis accessu, ita verè profeciſſe videtur dotiũ incrementis: neque obstat (inquit ille) quòd dicatur plenus gratia Christus, cum idem etiam dicatur de Ioanne, & de alijs sanctis, quibus nihilosecius gradus & accessionẽ virtutis tribuimus. Neque (ait) perinde nos moueat si id pugnet cum aliquo placito Scholasticorum, sed an quod apertè scripsit Lucas fidei syncerę aduersetur, hæc Erasmi expositio est vt minimum temeraria. Probo primo, quia pugnat cum placito totius scholæ, imo omnium sanctorum, & cum consensu totius Ecclesiæ catholicæ, imo cũ ipsomet Euangelio, Ioãnes siquidem inquit, Verbum caro factum, &c. vsque ad illud, vidimus gloriam eius plenum gratiæ & veritatis, vbi manifestè D. Ioannes significat gratiã ac veritatem, id est, sapientiã proueniſſe in Christi humanitatẽ ex vnione hypostatica, qua Verbum caro factum est. & ita docuit D. Thom. suprà q.2.art.12. gratiam fuisse naturalẽ Christõ Domino ex vi Natiuitatis, & in q. 7. idem ostendimus de plenitudine gratiæ, ac demum infrà q.19.artic.3. ostendemus Christum non meruisse sibi neque gratiam neque sapientiã, sed habuisse eas citra meritum ex vi vnionis. ¶ Ad argumenta Erasmi ex vtroque Lucæ loco iam responsum est iuxta tres assignatas intelligentias: quas eisdem locis sancti Doctores accommodant. ¶ Ad tertium respõdetur, plenitudinem gratiæ ex parte ipsius gratiæ fuisse propriam Christo, iuxta doctrinam D. Tho. suprà q.7.arti.10. quoniã solus Christus habuit gratiam in summo gradu intensionis, & quantum ad omnes effectus gratiæ; alij vero sancti plenitudinem habuere ex parte subiecti tantum. ¶ Ad vltimũ respondetur, hunc modũ fuisse hæreticis familiarẽ vt suo, id est, hæretico sensu velint sacras literas interpretari, reijciẽtes placita & interpretationes Doctorũ, tũ sanctorũ, tũ maximè scholasticorũ: qui tamen dati sunt à Deo interpretes sui sensus. ¶ Sed circa istum articulum, illud potest habere dubium, an ex actibus scientiæ infusæ generaretur aliquis habitus acquisitus? Verum hæc dubitatio pendet ex illa, an actus scientiæ infusæ & acquisitæ sint eiusdẽ speciei? & cum ex dictis liquidò constet quod distinguantur specie euidens est, quod ex actibus sciẽtiæ infusæ nõ est acquisitus aliquis habitus in Christo, nam habitus nõ generatur nisi ex actibus eiusdẽ speciei, de qua re agitur copiosius. 12. materia de habitibus. ¶ Sed aliud dubium oritur ex eo, quod dicit Caiet. 12. q.54. arti. 4. ad finem, respondens ad autoritatem, quam ex hoc articulo obijcit, ad probandũ quod scientia sint species intelligibiles, quia hic autor dicit, quod in Christo scientia acquisita augebatur, quia per actionem intellectus agentis nouæ species abstrahuntur; dicit, quod hîc, autor non loquitur de scientia acquisita, sed de habituali notitia animæ Christi. Sed exactior expositio est, quod loquitur de scientia acquisita vt patebit intuenti. Et probat efficaciter eam augeri quia fiebat noua specierum abstractio, & hæc probatio est veluti ex causa, nam quando abstrahuntur nouæ species semper scientia augetur.

Epiphan. Euthim. Beda.

D. Tho.

Erasmus perperam interpretatur.

D. Thom.

Ad tertium Eras.

Ad vltimũ.

Dubium.

Aliud dubium.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christus aliquid ab homine didicerit.

8. AD tertiũ sic proceditur. Videtur q̃ Christus aliquid ab hominibus didicerit. Dicitur enim Lucæ. 2. quod inuenerunt eum in templo in medio Doctorum, interrogantem illos & respondentem: interrogare verò & respondere est addiscẽtis. Ergo Christus aliquid didicit ab hominibus.

¶ 2. Præterea, Acquirere sciẽtiam ab homine docente, videtur esse nobilius, quàm acquirere à rebus sensibilibus: quia in anima hominis docentis sunt species intelligibiles in actu, in rebus autem sensibilibus sunt species intelligibiles solùm in potentia. Sed Christus accipiebat scientiam experimentalem ex rebus sensibilibus, vt dictũ est*. Ergo multò magis poterat accipere sciẽtiam, addiscendo ab hominibus. Art. præce.

¶ 3. Præterea, Christus secundum scientiam experimentalem nõ omnia à principio sciuit, sed in ea profecit, vt dictum est*. Sed quilibet audiens sermonem significatiuum alicuius, potest addiscere quod nescit. Ergo Christus potuit ab hominibus aliqua addiscere, quę secundum hanc scientiam nesciebat. Ar. præced.

Sed contra est, quod dicitur Isaiæ 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. Præceptoris autem non est doceri, sed docere. Ergo Christus non accepit aliquam scientiam per doctrinam alicuius hominis.

Respondeo dicendũ, quòd in quolibet genere id quod est primum mouens, non mouetur secundum illam speciem motus: sicut primum alterans non alteratur. Christus autem constitutus est à Deo caput Ecclesiæ, quinimo omnium hominum (vt suprà dictum est*) vt non solum omnes per ipsum gratiam acciperent: sed etiam vt omnes ab eo doctrinam veritatis reciperent. Vnde ipse dicit Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Et ideo non fuit conueniens eius dignitati, vt à quocunque homine doceretur. Q. 8. arti. 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Origen*. dicit super Luc. Dominus interrogabat, non vt aliquid addisceret: sed vt interrogatus erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare & respondere sapienter. Vnde & ibidem in Euangelio sequitur, quod stupebant omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius. Hom. 19. in fin. tom. 3.

Ad secundum dicendum, quòd ille qui addiscit ab homine, non accipit immediatè scientiam à speciebus intelligibilibus, quæ sunt in mente ipsius, sed mediantibus vocibus sensibilibus, tanquam signis intelligibilium conceptionum. Sicut autem voces ab homine formatæ sunt signa intellectualia scientiæ ipsius, ita creaturæ à Deo conditæ sunt signa sapientiæ eius. Vnde dicitur Eccles. 1. quòd Deus effudit sapientiam super omnia opera sua. Sicut igitur dignius est doceri à Deo, quàm ab homine: ita dignius est accipere scientiam per sensibiles creaturas, quàm per hominis doctrinam.

Ad tertium dicendum, quòd Iesus proficiebat in scientia experimentali, sicut & in ætate: vt dictum est*. Sicut autem ætas opportuna requiritur, ad hoc, quod homo accipiat scientiam per inuẽtionem: ita etiam ad hoc quod accipiat scientiam per disciplinam. Dominus autem nihil fecit quod nõ congrueret eius ætati: & ideo audiendis doctrinæ sermonibus, non accommodauit auditum, nisi illo tempore, quo poterat etiam per viam experientiæ talem scientiæ gradum attigisse. Vnde Gregor*. dicit super Ezech. Duodecimo anno ætatis suæ interrogare dignatus est homines in terra: quia iuxta rationis vsum doctrinæ sermo non suppetit nisi in ætate perfecta. Art. præce. Hom. 2. parum à prin.

SVMMA

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio, non fuit conueniens vt Christus ab homine disceret aliquid, nam Esai. 55. dicitur; Ecce testē populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus, præceptoris autem nō est doceri, sed docere, ergo Christus non accepit aliquam scientiā, per doctrinam alicuius hominis. Deinde Christus Dominus constitutus est à Deo totius Ecclesiæ & omnium hominum caput, ita vt omnes nō solum ab eo gratiam reciperent, verum vt ab illo docerētur, iuxta illud Ioā. 18. in hoc natus sum & ad hoc veni in mūdum, vt testimoniū perhibeā veritati, ergo nō fuit conueniēs eius dignitati vt à quocunque homine doceretur.

Esai. 55.

Ioan. 18.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Nota circa solutionē ad secūdū. CIrca solutionem ad secundum est notandum, quod res sensibiles creatæ habent tantū in docēdo rationē instrumēti & organi & idcirco qui ab illis rebus docetur à Deo docetur tanquā à magistro & Doctore, non ab ipsis rebus sensibilibus tanquā à magistris, at homo qui docet habet rationē causæ principalis & sibi vendicat nomē magistri ac doctoris, non decuit autē vt Christus magistrū haberet in terris, & idcirco potuit à rebus sensibilibus doceri nō ab homine. Sed sciēdū est, quod doctissimus Victoria nō poterat rectè intelligere, quomodo si Christus per scientiā acquisitā non cognouit absentia, vt verū est, nō potuerit assentiri per dictū aliorū, vt cum mater sua dixit; Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Sed & illud habet dubitationē, quis docuit puerū Christū Hebraicè loqui? nonne parentes? & Dominus Caiet. videtur dicere, quod Iosephus docuit illū suā artem. Ad hoc aliqui dicunt, quod de futuris & absentibus, poterat ab Angelis & hominibus certus fieri, tamē de necessarijs nō acquisiuit scientiā ab alijs; Sed præstat dicere, quod non potuit ab aliquo doceri vt à magistro secus à rebus ipsis vt ante dictū est, vnde quādo Christo dicebat quispiā aliquid habebat se vt discipulus, qui in libro legit vt inde magister veritates actu cognoscat, quas antea sciebat in virtute vel in habitu, illas enim veritates iam Christus sciebat, & multò melius per scientiam inditam, vel beatam, & sic non credebat propter aliorum dictum.

M. Victor.

Christus nō potuit ab aliquo doceri vt à magistro.

81 ARTICVLVS QVARTVS.

Infr. q. 30. ar. 3. 1. & 3. di. 13. q. 2. ar. 2. q. 1. & di. 14. ar. 3. q. 6.

Vtrùm Christus aliquid acceperit ab Angelis.

AD quartum sic proceditur. Videtur q̄ Christus ab Angelis scientiam acceperit. Dicitur enim Luc. 22. quod apparuit Christo Angelus de cælo, confortans eum. Sed confortatio fit per verba confortatoria docentis: secūdum illud Iob 4. Ecce docuisti plurimos, & manus lassas roborasti: vacillantes confirmauerunt sermones tui. Ergo Christus ab Angelis edoctus est.

¶ 2. Prętereà, Diony*. dicit 4. Cæl. hier. Video enim quòd & ipse Iesus, supercælestium substātiarum supersubstantialis substantia, ad nostram intrāsmutabiliter veniens, obedienter subijcitur Patris & Dei per Angelos formationibus. Videtur igitur quòd ipse Christus ordinationi legis diuinæ subijci voluerit, per quam homines mediantibus Angelis erudiuntur.

c. 4. nō procul à fin. c.

¶ 3. Prætereà, Sicut corpus humanum naturali ordine subijcitur corporibus cælestibus: ita etiā humana mens Angelicis mentibus. Sed corpus Christi subiectum fuit impressionibus cælestium corporum: passus est enim calorem in æstate, & in hyeme frigus, sicut & alias humanas passiones. Ergo etiam eius mens humana subiacebat illuminationibus supercælestium spirituum.

Sed contra est quod Dion*. dicit 7. ca. Cæl. hierar. quòd supremi Angeli ad ipsum Iesum quæstionem faciunt, diuinique illius operis, & pro nobis assumptæ carnis scientiam discunt, & eos ipse Iesus sine medio docet. Non est autem eiusdem docere & doceri. Ergo Christus non accepit scientiā ab Angelis.

cap. 7. post med. illius.

Respondeo dicendum, quòd sicut anima humana media est inter spirituales substantias & res corporales: ita duobus modis nata est perfici. Vno quidē modo per sciētiam acceptam ex rebus sensibilibus: alio modo per scientiam inditā, siue impressam ex illuminatione spiritualium substantiarū. Vtroq; autē modo anima Christi fuit perfecta: ex sensibilibus quidem secundū sciētiam experimētalem, ad quam quidem non

requiritur lumen Angelicũ, sed sufficit lumen intellectus agẽtis: ex impressione verò superiori secundum scientiam infusam: quam est immediatè adeptus à Deo. Sicut enim supra communẽ modum creaturæ anima illa vnita est Verbo in vnitate personæ: ita supra cõmunem modum hominum, immediatè ab ipso Dei verbo repleta est sciẽtia & gratia. Non autẽ mediantibus Angelis, qui etiã ex influentia verbi, rerũ scientiã in sui principio acceperunt, sicut in 2. super Gen. ad literam Aug*. dicit.

Li. 2. cap. 8. tom. 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd illa confortatio Angeli nõ fuit per modum instructionis, sed ad demonstrandam proprietatẽ humanæ naturæ. Vnde Beda dicit super Luc*. In documento vtriusque naturæ, & Angeli ei ministrasse, & eum confortasse dicuntur. Creator enim creaturæ suæ non eguit præsidio: sed homo factus, sicut propter nos tristis est, ita propter nos confortatur, vt scilicet in nobis fides Incarnationis ipsius confirmetur.

l. 6. in Luc. c. 92. secundũ ord. Bedę, ante medium to. 2.

Ad secundum dicẽdum, quòd Dionys. dicit Christum fuisse formationibus Angelicis subiectum: non ratione sui ipsius, sed ratione eorum, quæ circa eius incarnationem agebantur, & circa ministrationem eius in infantili ætate constituti. Vnde ibidem subdit, quòd per medios Angelos nuntiatur Ioseph à Patre, dispensata Iesu ad Aegyptum recessio, & rursum ad Iudęam de Aegypto traductio.

Ad tertium dicendum, quòd filius Dei assumpsit corpus passibile (vt infrà dicetur*) sed animam perfectam scientia & gratia. Et ideo corpus eius conuenienter fuit subiectum impressioni cælestium corporum: anima verò eius non fuit subiecta impressioni cælestiũ spirituum.

Q. 14. ar. 1.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Dionys.

COnclusio est negatiua, probaturq; in primis ex D. Diony. c. 7. cœlest. hier. Deinde Christi anima neque quantum ad scientiã acquisitam neque quantum ad scientiam inditã, fuit perfecta lumine Angelico, ergo. Probatur antecedens: nam respectu sciẽtię acquisitæ sufficiens fuit lumen intellectus agentis, per quod intelligibilia in potentia fierẽt intelligibilia in actu. Scientia verò infusa sic fuit immediatè à Deo vt sicut modus quo anima Christi erat verbo diuino vnita, erat supra communẽ modũ creaturæ, ita supra cõmunẽ modũ hominũ immediatè ab ipso verbo repleta fuerit sciẽtia & gratia, & nõ mediãtibus Angelis & ideo nullo modo dicẽdũ est, Christum Dominũ aliquid ab Angelis accepisse.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Exponitur locus Lucę 22. de apparitione Angeli.

CIrca expositionẽ illius loci Luc. 22. apparuit ei Angelus cõfortans eum. De quo D. Tho. in argumẽto & in solutione illius, sit prima cõclusio, error est imo hæresis negare historiã quæ circũfertur in Vulgata editione Latina, apud Luc. 22. de apparitione Angelica & cõsolatione seu cõfortatione, qua cõfortatus est Christus. Negare (inquam) esse sacram ac canonicã scripturã, Spiritu sancto dictãte à Luca cõscriptã. Probatur hęc cõclusio, primo ex Concil. Trid. Sess. 4. vbi post enumeratos libros canonicos subijcitur, ad hũc modũ, siquis autẽ libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi cõsueuerũt, & in veteri Vulgata editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, anathema sit. Deinde probatur, quoniã sacri Doctores antiquissimi receperũt hãc historiã tanquã Euangelicã. Legatur Dionys. Areopa. c. 4. cælest. hierar. Epiphanius in Anchorato. Vbi inquit Irenæũ in opere suo cõtra hęreses vti hac historia, contra eos qui dicũt Christũ, nõ in vera carne sed apparẽte veniisse. Omnes sancti deniq; & scholastici ita legunt. At hæc cõclusio asseritur cõtra hæreticos Anabaptistas nostri tẽporis, qui hãc historiam ex sacro Lucæ Euãgelio resecãt, imo & historiã de sudore Christi sanguineo. Argumentum illorũ est D. Hilarius. 10. de Trinit. inquit, hãc historiã in Græcis & Latinis codicibus cõpluribus nõ inueniri: imo incertũ relinquit ex diuersitate librorũ superflua ne sit an desit. Hieronymus itẽ lib. 2. aduersus Pelagianos, in quibusdã exẽplaribus (ait) tam Græcis quã Latinis inueniri hãc historiã, propter quæ verba, Caiet. in cõmentarijs huius loci super Lucam dicit D. Hieronymũ nõ omnino certã habuisse Angeli apparitionem. Respõdetur tamẽ Hilariũ dubitasse quidẽ, & licet demus Hieronymum dubitasse, tamẽ hæreticũ est modo dubitare, quoniã Ecclesia post illorũ tempora recepit tanquam

Conci. Tri.

Dionys.

Epiphan.

Argumẽtũ hæreticorũ D. Hilar.

D. Hieron.

Caietanus.

solutio.

tanquam sacrā historiā hanc, & quidem Hilarius illa verba prohibet respōdēs Arrianis qui exinde sumebāt argumentū ad negādā Christi diuinitatē, & inter alia dicit veluti obiter ea quæ allegāt Anabaptistæ. Quod vero ad Hieronymū attinet certè ex illius verbis nō colligitur per certā consequentiā id quod colligit Caietanus, & ob eam collectionē reprehendit illū suus mastix Ambrosi. Catharinus in lib. 3. contra Caiet. Eraserunt autē istam historiam ex Euangelio Orthodoxi viri & catholici pio sed simplici zelo & non secundū sciētiam, ex eo quod videbatur hęc historia fauere Arrianis, sicuti vt autor est Epiphanius vbi supra eraserunt ex eodem Euāgelio Lucæ historiā de fletu Christi Domini super Hierusalem.

Catharinus

Epiphan.

2. Concluſ. ¶ Secunda cōclusio, citra dubiū Angelus non docuit Christum Dominū in illa apparitione aliquid, quod ipse nesciret, hæc conclusio est communis omnibus sanctis qui asserunt, Christum Dominum non indiguisse Angelo tanquam doctore & admonitore; & patet manifestè conclusio, quoniā nihil prorsus opportunum, ad leniēdum Christi dolorem, dicere poterat Angelus nisi pertinēs ad fidei mysteria & ad res futuras, at in his omnibus excellebat Christi sciētia multis partibus, ergo. ¶ Tertia conclusio, Christi anima citra dubium per actionē partis superioris intellectiuæ poterat seipsam cōsolari, quantū ad partē inferiorem, verūtamen id nō effecit, sed reliquit partē inferiorē. Cum tristitia magna & agonia, quam describit Euangelista in eodē loco, hæc conclusio est certa & explicabitur amplius infra.

3. Concluſ.

4. Concluſ. ¶ Quarta cōclusio, Angelus cōsolatus est, & cōfortauit Christi animā leniens & imminuēs illius mœrorē, itaq; sicut amicus solet leuare amici tristitiam verbis & colloquio familiari etiā si nihil prorsus doceat amicū; ita Angelus cōsolatus est Christū, proponens illi exteriùs verba cōsolatoria, & hoc significāt illa verba cōfortans eum, hoc autē ideo permisit Christus, vt doceret homines veritatē naturæ humanæ quæ inferior erat quam Angelica, & vt doceret homines vtilitatem orationis. Idcirco quidā sancti dicūt cōspectū fuisse Angelū in specie humana ab Apostolis, saltē ab illis tribus, Petro, Iacobo & Ioāne. Et hæc est cōmunis intelligētia, tum apud sanctos supra citatos, tum etiā apud interpretes Lucæ, qui omnes ferè aiunt Christū cōfortatū esse propter nos, & nobis, ipse siquidē nō indigebat cōsolatore. Alia explicatio est rara huius loci de qua Theophilactus super Lucā inquit, nōnulli explicarūt curiosius, quia apparuit illi Angelus glorificās & adorās eum, & dicēs; tua est Domine fortitudo, tuū est imperiū, tuum est robur, quā expositionē ego tātū reperio in Epiphanio vbi supra. Itaq; tunc tantū pollet, confortans eum, quantū, dans ei propriū fortitudinis robur. Sed de Angelica ad Christū consolatione & de eius historiæ defensione tractat optimè Sixtus Senensis, lib. 1. de secundo ordine scripturarū noui testamēti. Illud tamē habet dubitationē in præsenti articulo. Nam si Christus habuit Angelū custodem videtur certè, quod ei aliquid inspirauerit, sed de hac re agit optimè D. Tho. in. 1. p. q. 113. art. 4. vbi sic loquitur. Christus secundum quod homo immediatè regulabatur à verbō Dei vnde nō indigebat custodia Angelorū, & iterū, secundum animam erat comprehensor, sed ratione passibilitatis corporis erat viator & secundū hoc non debebatur ei Angelus custos, tanquā superior sed magis minister tanquam inferior, vnde dicitur Matth. 4. quod accesserunt Angeli, & ministrabant ei.

Sixtus Senensis.

D. Thom.

Matth. 4.

QVAESTIO XIII.

De potētia animæ Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandū est de potentia animæ Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm habuerit omnipotentiam simpliciter.

¶ Secūdò, vtrū habuerit omnipotentiā respectu immutationis creaturarū.

¶ Tertiò, vtrùm habuerit omnipotentiam respectu proprij corporis.

¶ Quartò, vtrùm habuerit omnipotentiam respectu exequutionis suæ voluntatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm anima Christi habuerit omnipotentiam simpliciter.

82 Inf. 3. ar. huius q. & q. 21. art. 1. 1. & 1. di. 43. q. 1. ar. 2. 2. & 3. di. 14. ar. 4.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd anima Christi habuerit omnipotentiam. Dicit enim Amb*. super Luc. Potētiā, quam Dei filius naturaliter habet, homo erat ex tēpore accepturus. Sed hoc præcipuè videtur esse secundū animā, quæ est potior pars hominis. Cùm ergo filius Dei

*gl. ord. Id habet ex Amb. Luc. 1. super illud. Hic eritmagnus.

ab æterno omnipotentiam habuerit, videtur quòd anima Christi ex tempore omnipotentiam acceperit.

¶ 2. Prætereà, Sicut potẽtia Dei est infinita, ita etiam & eius sciẽtia. Sed anima Christi habet omnium scientiã quę scit Deus, quodammodo: vt suprà dictum est†. Ergo etiam habet omnium potentiam, & ita est omnipotens. Q.10.ar.2.

¶ 3. Prętereà, Anima Christi habet omnem scientiam. Sed scientiarũ quædam est practica, quædam speculatiua. Ergo habet eorum, quæ scit, scientiam practicam, vt scilicet sciat facere ea, quę scit. Et sic videtur, quòd omnia facere posit.

Sed contra, illud quod est proprium Dei, non potest alicui creaturæ conuenire. Sed proprium est Dei esse omnipotentem: secundum illud Exod. 15. Iste Deus meus, & glorificabo eum. Et postea subditur, Omnipotens nomẽ eius. Ergo anima Christi cùm sit creatura nõ habet omnipotentiam.

Respondeo dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, in mysterio incarnationis ita facta est vnio in persona, ꝙ tamen remansit distinctio naturarum, vtraq; scilicet natura retinente id quod sibi est proprium. Potentia autem actiua cuiuslibet rei, sequitur formã ipsius, quæ est principium agendi. Forma autem vel est ipsa natura rei, sicut in simplicibus: vel est constituens ipsam rei naturam, in his scilicet, quæ sunt composita ex materia & forma. Vnde manifestum est, quòd potentia actiua cuiuslibet rei, consequitur naturam ipsius. Et per hunc modum, omnipotentia consequenter se habet ad diuinam naturã. Quia enim natura diuina est ipsum esse Dei incircũscriptũ (vt patet per Dion*. 5. cap. de Diu. no.) inde est, quòd habet potentiam actiuam respectu omnium, quæ possunt habere rationẽ entis: quod est habere omnipotentiã. Sicut & quælibet alia res habet potentiam actiuam Q.2.arti.1. cap.5. ante medium.

respectu eorum, ad quæ se extẽdit perfectio suæ naturæ: sicut calidum ad cale faciẽdum. Cùm igitur anima Christi sit pars humanæ naturæ, impossibile est, quod omnipotentiam habeat.

Ad primum ergo dicendum, quòd homo accepit ex tempore omnipotentiam, quam filius Dei habuit ab æterno, per ipsam vnionem personæ: ex qua factum est, vt sicut homo dicitur Deus, ita dicatur omnipotens. Non quasi sit alia omnipotentia hominis, quàm filij Dei, sicut nec alia deitas: sed eo quòd est vna persona Dei, & hominis.

Ad secundum dicendum, quòd alia ratio est de scientia & de potentia actiua: sicut quidam dicunt. Nam potentia actiua consequitur ipsam naturam rei, eo quòd actio consideratur vt egrediẽs ab agente. Scientia autem non semper habetur per ipsam essentiam vel formã scientis, sed potest haberi per assimilationem scientis ad res scitas, secundum similitudines susceptas. Sed hæc ratio non videtur sufficere: quia sicut aliquis potest cognoscere per similitudinem susceptam ab alio, ita etiã potest agere per formam ab alio susceptam: sicut aqua vel ferrum calefacit per calorem susceptum ab igne. Non ergo per hoc prohibetur, quin sicut anima Christi per similitudines omnium rerum sibi à Deo inditas, possit omnia cognoscere, ita per easdem similitudines possit ea facere.

Est igitur vlterius considerandum, quòd id quod à superiori natura in inferiori recipitur, habetur per inferiorẽ modum: non enim calor in eadem perfectione & virtute recipitur ab aqua, qua est in igne. Quia igitur anima Christi inferioris naturæ est, quàm natura diuina, similitudines rerum non recipiuntur in ipsa anima Christi secũdum eandem perfectionem & virtutem, secundum quam sunt in natura diuina. Et inde est, quòd scientia animę Christi

est infe-

est inferior scientia diuina, quantùm ad modum cognoscendi, quia Deus perfectius cognoscit res, quàm anima Christi: & quantum etiam ad numerum scitorum, quia anima Christi non cognoscit omnia, quæ Deus potest facere, quę tamen Deus cognoscit scientia simplicis intelligentiæ, licet cognoscat omnia præsentia, pręterita & futura, quę Deus cognoscit scientia visionis. Et similiter similitudines rerum animæ Christi inditæ, non adæquant virtutem diuinam in agendo, vt scilicet possint omnia agere, quæ Deus potest, vel etiam eo modo agere, sicut Deus agit: qui agit infinita virtute, cuius creatura non est capax. Nulla autem res est, ad cuius cognitionem aliqualiter habendam requiratur virtus infinita, licet aliquis modus cognoscendi sit virtutis infinitæ, quædam tamen sunt quæ non possunt fieri nisi à virtute infinita, sicut creatio & alia huiusmodi: vt patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt*. Et ideo anima Christi, quæ cùm sit creatura, est virtutis finitæ, potest quidem omnia cognoscere, sed non per omnem modum: non autem potest omnia facere: quod pertinet ad rationem omnipotentiæ: Et inter cætera manifestum est, quòd nõ potest creare seipsam.

P. p. q. 45.

Ad tertium dicendum, quòd anima Christi habuit & scientiam practicam & speculatiuam: non tamen oportet, quòd omnium illorum habeat scientiã practicam, quorum habuit scientiam speculatiuam. Ad scientiam enim speculatiuam habendam sufficit sola conformitas vel assimilatio scientis ad rem scitam: ad scientiam autem practicam requiritur, quòd formæ rerum, quæ sunt in intellectu, sint factiuæ. Plus autem est habere formam, & imprimere formam habitam in alterum, quàm solùm habere formam: sicut plus est lucere & illuminare, quàm solùm lucere. Et inde est, quòd anima Christi habet quidem speculatiuam scientiam creandi (scit enim qualiter Deus creat) sed non habet huius rei scientiam practicam: quia non habet scientiam creationis factiuam.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio.

COnclusio est negatiua, & probatur. Primo, quia illud quod est proprium Dei non potest alicui creaturæ cõuenire, sed proprium Dei est esse omnipotentem, secundum illud Exo. 15. Omnipotens nomen eius, ergo anima Christi cum sit creatura non habet omnipotentiam. Deinde, in mysterio incarnationis vnio facta est in persona, remanente distinctione naturarum, ita vt quælibet natura retineat, quod sibi proprium est, proprium autem est naturæ diuinæ habere omnipotentiã, quia habet esse illimitatum & infinitum, ergo cum anima Christi habeat esse essentiale finitum & limitatum non poterit habere omnipotentiam simpliciter.

Exod. 15.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Omnipotẽtia quid sit.

QVid sit omnipotentia & in quo cõsistat, varie explicant Doctores in. 3. d. 14. in qua de potẽtia animæ Christi sermonẽ instituunt, sed multo vberius & clarius D. Tho. 1. p. q. 25. idem argumentum persequitur, & docet in art. 3. quod omnipotentia est principium producendi, omne quod potest habere rationem entis, in quo sensu euidenter colligitur esse impossibile animam Christi, vel creaturam aliam creatam vel creabilẽ habere omnipotẽtiam simpliciter. Argumenta valida ad hoc persuadendum sunt quæ sequuntur. Primum est, quia nihil potest se producere. Et si dicat Theologus, quod in vno loco existens potest se in alio producere, imo potest reproducere semẽ quo genitus est, & ponere in se, & congredi cum fœmina & generare se. Imo quidam ignoranter dicunt, quod Christus genuit se, sic argumentantes, Christus est Deus, & Deus genuit Christum, ergo genuit se. Respondendum est, quòd hæc argumenta, sunt hominis nõ rectè sentiẽtis, nam creatura quæ produceret se in alio loco virtute diuina, non produceret se, siquidem non inciperet esse; & hoc ipsum produci prius in vno loco, actio est ad quam ipsa creatura non potest cõcurrere. Sed desino deliramẽta hæc cõfutare, cum nullam mereantur cõfutationem. Secundum argumentum, omnipotentia est infinitæ perfectionis, ergo non potest communicari creaturæ. Antecedens probatur, quia nulla res est producibilis, quin maior possit produci, &

D. Tho.

hoc ostendit infinitã perfectionem & virtutem, etenim si esset finitæ perfectionis, vt mille posset producere perfectionem vt mille, & vlterius non procederet. Tertium argumentũ communicet Deus quantũ potest alicui creaturæ adhuc Deus potentior est, ergo creatura illa nõ est omnipotẽs. Confirmatur etiã, nam Deus potest facere aliquid, quod illa nõ valet facere. Quartum argumentũ, illa creatura nõ potest agere sine concursu Dei, ergo non est omnipotẽs. Consequẽtia inde probatur, nam ille cõcursus ad potentiã spectat, & Deus esset potẽtior ratione illius concursus. Quintum, si Deus potest cõmunicare omnipotẽtiã creaturæ, ergo etiã creaturę nõ liberæ quæ ageret ex necessitate naturæ & quantũ potest vsque ad vltimũ potẽtiæ, ergo produceret omnia possibilia, quod posse fieri cõtinet in se euidentem cõtradictionẽ. Sexto, cõmunicet Deus omnipotentiã Petro atq; etiã Paulo, tũc interrogo, an vnus posset agere in aliũ nec ne? si non potest, ergo nõ est omnipotẽs, si potest etiã alio inuito & cõtradicẽte, ergo nõ est omnipotẽs. Septimo, speciatim argumentor de anima Christi, quia nõ potuit cõcurrere ad actũ malum, quia iam peccasset, Deus autẽ concurrit ad actum malũ. Hæc sunt argumenta, quibus nouitij Theologi probant efficaciter, non solum de anima Christi verum etiã de quacũq; alia creatura possibili, nõ posse habere omnipotentiã; Sed hæc omnia argumẽta si cõferantur cum his quæ D. Tho. in hoc articulo posuit inania sunt & leuissimi momẽti. Porrò ex dictis & ex probationibus D. Tho. potest oriri dubium; An anima Christi potuerit haberi omnipotentiã saltẽ omniũ aliorũ à se; & videtur quod sic, nam posse producere omnia alia à se nõ est infinita potẽtia simpliciter, nec est omnipotẽtia, nam omnipotentia est posse facere omnia possibilia. Confirmatur etiã, nam dato quod anima Christi hoc haberet adhuc Deus esset potẽtior illa. Respondetur, quòd nõ potuit habere omnipotentiã aliorũ omniũ à se, nam hãc potentiã habere non potuit sine infinita perfectione & virtute. Quod sic ostẽdo, nam ad hãc omnipotẽtiam spectat in primis, quod quacũque re producta possit aliam producere, deinde vt nullum sit producibile, quin maius possit producere. Tertiò, quod possit producere omnia producibilia in quo est euidens cõtradictio. Quartò, quod possit cõprehendere Dei virtutẽ, siquidem comprehenderet omnes effectus à Deo producibiles. Quintò, quod cõtineret eminẽter omniũ rerum perfectiones, quod soli Deo potest cõpetere. ¶ Ad argumẽta vero in contrariũ dicẽdũ

Dubium, vtrum anima Christi potuerit habere omnipotentiam respectu aliorũ à se.

Argumẽtũ.

Confir.

Solutio.

Ad argumẽtum.

est, quod si anima Christi haberet omnipotẽtiam aliorũ omniũ à se, sequeretur euidẽs cõtradictio, quod esset Deus & non esset Deus, quod esset omnipotẽs simpliciter & nõ esset omnipotẽs, nam vno impossibili dato nõnun quam sequitur euidẽs cõtradictio; certè in casu argumenti euidens est contradictio, nam quod tunc anima Christi esset Deus efficaciter comprobatum est, quod vero non esset Deus euidenter patet ex hypothesi, nam ponitur quod non habeat omnipotentiam simpliciter, sed aliorum omnium à se.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm anima Christi habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

AD secũdum sic proceditur. 83

Videtur, quòd anima Christi habeat omnipotentiã respectu immutationis creaturarum. Dicit enim ipse Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: sed nomine Cæli & terræ intelligitur omnis creatura, vt patet cùm dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus cælum & terram. Ergo videtur quòd anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ 2. Præterea, Anima Christi est perfectior qualibet creatura: sed quælibet creatura potest moueri ab aliqua creatura: dicit enim Aug*. in 3. de Trin. quòd sicut corpora crassiora & inferiora, per subtiliora & potẽtiora quodam ordine regũtur: ita omnia corpora per spiritũ vitæ, & spiritus vitæ irrationalis per spiritũ vitæ rationalẽ, & spiritus vitæ rationalis desertor atq; peccator, per spiritũ vitæ rationalẽ, piũ & iustũ. Anima autẽ Christi etiã ipsos supremos spiritus mouet, illuminando eos: vt dicit Dionys*. 7. c. Cæl. hier. Ergo videtur q̃ anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

li. 3. c. 4. nõ procal à princ. to. 3.

cap. 7. post med.

¶ 3. Præterea, Anima Christi habuit plenissimè gratiã miraculorũ seu virtutũ, sicut & cęteras gratias: sed omnis immutatio creaturę potest ad gratiã miracu-

miraculorũ pertinere, cùm etiã miraculosè cælestia corpora à suo ordine immutata fuerint: sicut Dionysius probat in Epist*. ad Polycarpum. Ergo anima Christi habuit omnipotẽtiam respectu immutationis creaturarum.

Per totam epist.

Sed contra est, quòd eiusdẽ est transmutare creaturas, cuius est eas cõseruare. Sed hoc est solius Dei, secundũ illud Hebræ. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. Ergo solius Dei est habere omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Non ergo hoc conuenit animæ Christi.

Respondeo dicendũ, quòd hic duplici distinctione est opus. Quarũ prima est ex parte transmutationis creaturarũ: quæ triplex est. Vna quidẽ est naturalis, quæ scilicet fit à proprio agente secundũ ordinem naturæ. Alia vero est miraculosa: quæ fit ab agente supernaturali, supra consuetũ ordinẽ & cursum naturæ; sicut resuscitatio mortuorum. Tertia autem est, secundũ quod omnis creatura vertibilis est in nihil. Secunda autem distinctio est accipiẽda ex parte animæ Christi, quæ dupliciter considerari potest. Vno modo secũdũ propriã naturã & virtutem, siue naturalem siue gratuitam, alio modo prout est instrumentũ verbi Dei, sibi personaliter vniti. Si ergo loquamur de anima Christi secundũ propriã naturam & virtutem, siue naturalem, siue gratuitã, potẽtiam habuit ad illos effectus faciendos, qui sunt animę cõuenientes: puta ad gubernandũ corpus, & ad disponẽdos humanos actus, & etiam ad illuminandũ per gratię, & scientiæ plenitudinẽ, omnes creaturas rationales ab eius perfectione deficiẽtes, per modũ, quo hoc est cõueniens creaturæ rationali. Si autẽ loquamur de anima Christi secũdũ quòd est instrumentũ Verbi sibi vniti, sic habuit instrumẽtalẽ virtutẽ ad omnes immutationes miraculosas faciẽdas, ordinabiles ad incarnationis finẽ: qui est instaurare omnia, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Immutationes verò creaturarum, secundum quod sunt vertibiles in nihil, correspõdẽt creationi rerũ: prout scilicet producuntur ex nihilo. Et ideo sicut solus Deus potest creare, ita solus potest creaturas in nihilũ redigere: qui etiam solus eas in esse conseruat, ne in nihilum decidant. Sic ergo dicendum est, quòd anima Christi non habet omnipotentiã respectu immutationis creaturarum.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Hiero*. dicit, Illi potestas data est, qui paulò antè crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui postea resurrexit, id est Christo, secundũ quod homo. Dicitur autem sibi omnis potestas data, ratione vnionis: per quã factũ est, vt homo esset omnipotẽs: vt suprà dictum est†. Et quãuis hoc ante resurrectionẽ innotuerit Angelis, post resurrectionem tamen innotuit omnibus hominibus: vt Remigius dicit. Tunc autẽ dicuntur res fieri, quando innotescunt: & ideo post resurrectionem dicit Dominus sibi datã omnem potestatem in cælo & in terra.

Super illud Matth. 28. Data est mihi omnis potestas tomo. 9.

Art. præced. ad 1.

Ad secundum dicendum, quòd licet omnis creatura sit mutabilis ab alia creatura præter supremum Angelum, qui tamen potest illuminari ab anima Christi, non tamen immutatio omnis, quæ potest fieri circa creaturam potest fieri à creatura: sed quædam immutationes possunt fieri à solo Deo. Quæcunque tamen immutationes possunt fieri per creaturas, possunt etiam fieri per animam Christi, secundum quod est instrumentum Verbi: non autem secundum propriam naturam & virtutem: quia quædam huiusmodi immutationum non pertinent ad animam, neq; quantum ad ordinem naturæ, neque quantum ad ordinem gratiæ.

Ad tertium dicendum, quòd (sicut dictum est* in Secunda parte) gratia virtutum seu miraculorum datur animæ

P. 2. q. 111. art. 1.

alicuius Sancti, non vt propria virtutē ei conueniat miracula facere, sed vt per virtutem diuinam huiusmodi miracula fiant. Et hæc quidem gratia excellentissimè data est animæ Christi, vt scilicet nō solùm ipse miracula faceret, sed etiam vt hanc gratiam in alios transfunderet. Vnde dicitur Matth. 10. quod conuocatis duodecim Discipulis, dedit eis potestatem spirituum immundorū, vt eijcerent eos, & curarēt omnem languorem & omnem infirmitatem.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio. PRima conclusio. Anima Christi secūdum propriam naturam habuit potētiam ad faciendum illos effectus, qui sunt animæ conuenientes, vt putà ad gubernandum corpus, ad disponendos humanos actus, & ad illuminandum omnes creaturas rationales, deficiētes ab eius perfectione per modū conuenientē creaturæ rationali per plenitudinē gratiæ & scientiæ. ¶ Secunda cōclusio, vt est instrumentum verbi diuini sibi personaliter vniti, habuit anima illa instrumentalem virtutē, ad omnes immutationes miraculosas ordinabiles ad finem incarnationis, qui est omnia instaurare, siue quæ in cœlis sunt, siue quæ in terris. ¶ Tertia conclusio, Anima Christi non habuit potētiā etiam instrumentalē annihilandi aut creandi, solus enim Deus potest creaturas in nihilū redigere, quia ipse solus potest creare & conseruare. ¶ Quarta cōclusio, anima Christi nō habuit omnipotētiā respectu immutationis creaturarum, hæc euidēter sequitur ex prædictis.

2. Concluſ.

3. Concluſ.

4. Concluſ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Probatur, quod anima Christi habeat virtutē creandi. IN hoc articulo graues quæstiones sunt explicandæ; Et in primis contendo probare, quod anima Christi habeat virtutē creandi. Nam anima Christi habet virtutem cōferēdi gratiam & homines iustificādi, sed gratia creatur, venit enim de foris & non educitur de potentia materiæ, ergo habet virtutem creandi.

Probatur, quod possit annihilare. Primū arg. Secundo loco cōtendo probare, quod habeat virtutē instrumentalē ad annihilādum. Nam anima Christi Domini in annihilatione habet subiectū circa quod operatur, ergo cum anima Christi sit in potentia obedientiali, & eleuetur ad operandum, circa quodcunque subiectum existens, reliquum est quod possit eleuari ad annihilādum. Et ex hoc apparet quomodo probatio D. Tho. in hoc articulo non rectè procedat; Nam hæc est probatio, nulla creatura potest creare, ergo nulla annihilare, potest enim dicere Theologus, versari magnum discrimen, nam in creatione nō est subiectum circa quod creatura operetur, in annihilatione vero manet subiectum. ¶ Secundo arguitur. Potest Deus vti creatura tanquā instrumēto, ad mutādū totum panē cum omnibus accidētibus & speciebus, in corpus Domini, aut vero in Angelū, & tunc panis annihilaretur, nam desineret esse secūdū se, & quodlibet sui, hoc est, secūdū partes & secundū accidentia. Confirmatur, nā si in sacramēto altaris desineret esse panis, & Deus ibi non poneret corpus Domini, certè annihilaretur panis, & tamē sacerdos ad hoc cōcurreret, ergo est virtus instrumētaria ad annihilādū. ¶ Tertio sic, quid obstat, aut quæ nam est impossibilitas, quod Deus det virtutē verbis alicuius creaturæ, sicut ad occidendū hominē, ita ad annihilandum? Certè in hoc nulla est contradictio. ¶ Vltimo hæc verba Christi Domini, Lazare veni foras, habuerūt virtutē instrumētariā ad suscitandū mortuū, quoniā detulerunt imperiū ad hominē mortuū: sed hoc verbū operatoriū, videlicet, redigere in nihilū, defert imperiū ad hominē annihilandū, ergo habet virtutem annihilandi. ¶ Tertio loco contendo probare, quod anima Christi Domini nō habet virtutē instrumentariā, ad omnes immutationes miraculosas faciēdas, neq; ad reformādum mundū & illū renouādū. Nam in discursu huius articuli, vel loquitur D. Tho. de causa instrumentaria proprie, vel large pro causa sine qua nō, Non potest dici hoc secūdū: nam etiam hoc pacto haberet virtutem creandi & annihilandi, siquidē oratione & intercessione potuit concurrere, ad creandum & annihilandum. Deinde obstat doctrina D. Tho. q. 6. de potētia, art. 4. dicētis Angelos & homines nō solū oratione, sed etiā potestate nonnūquam facere miracula, iuxta doctrinā D. Gregorij. Si vero fiat sermo de causa instrumētaria propria, obstat etiā doctrina D. Thomę, & obstat Duran. qui vehemēter impugnat istū sensum. Certè D. Tho. 1. p. q. 45. art. 5. docet expresse, oportere instrumētū secundum id, quod sibi propriū est, ponere aliquā operationē dispositiuā ad effectū principalis agentis, sed anima Christi nō operatur aliquid faciens ad effectū & miraculum, vt puta, cum dixit, Lazare veni foras, neq; intellectio, neque imaginatio, nec vox illa cum clamore, ex proprijs habuerunt aliquem effectum, circa cadauer, aut animam Lazari, sed virtute diuinitatis anima illa est coniuncta corpori, intercedēte voce Christi, tanquā causa, sine qua nō, ergo anima Christi non habet virtutem instrumentariā, ad opera miracu-

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Expēditur vtrum anima Christi Domini habeat virtutem instrumentariam ad omnes mutatiōes miraculosas faciendas.

D. Tho.

D. Gregor.

Durandus.

D. Thom. miraculosa. Confirmatur. Nam D. Thomas in. 3. distinctione. 16. quæstione. 1. articulo. 3. docet, quod neque Angelo neque animæ Christi est impressa aliqua virtus ad facienda miracula, sed tantum per modum orationis & interces sionis. Durandus etiam in. 3. distin. 14. quæstione vltima, sic arguit. Nam Christus Dominus fecit miracula ad ostendendam suam diuinitatem, sicuti assumpsit defectus ad ostendendam suam humanitatem, ergo sicut defectus in humanitatem, sic miracula in diuinam virtutem sunt referenda, non ergo oportet constituere in anima Christi virtutem instrumentariam ad facienda miracula. ¶ Quarto loco occurrit dubium. Nam videtur certè quod discursus Diui Thomæ non sit legitimus. In primis enim distribuit mutationes creaturarum, in naturales miraculosas, & annihilationes, hæc distinctio videtur, quòd non sit vera. Nam redigere creaturam in nihilum est grande miraculum præter ordinem naturæ & gratiæ, ergo annihilatio inter opera miraculosa est annumeranda. Deinde docet Diuus Thomas, animam Christi Domini posse considerari dupliciter, & secundum propriam virtutem, & vt est instrumentum coniunctum verbi diuini. Contra hanc diuisionem sic arguitur. Nam anima Christi Domini in vniuersis suis operationibus, & virtutibus, semper operatur vt instrumentum coniunctum verbi diuini, ergo illa distinctio nihil valet. ¶ Ad istas difficultates suo ordine satisfaciendum est, & ad primam dicendum est, quod gratia propriè non creatur. Cuius sententiæ sunt tres demonstrationes. Prima est, quoniam fieri & corrumpi, est eius, cuius est esse, vnde propriè loquendo accidens non fit nec corrumpitur, sed dicitur fieri & corrumpi, secundum quòd subiectum incipit vel desinit esse in actu secundum illud accidens, cum igitur gratia accidens sit & quædam qualitas animæ nostræ, consequens est, quod propriè non creatur. Doctrina est D. Thomæ. 1. 2. quæstione. 110. articulo. 2. ad tertium. Secunda probatio est. Nam gratia cum desinit esse in homine peccatore, non annihilatur, imo peccatum mortale, vt docet Diuus Thomas in. 2. 2. quæst. 24. articulo. 10. corrumpit gratiam effectiuè & demeritorie, ergo gratia non creatur. Probatur consequentia. Nam res, quæ suapte natura incipit per creationem, desinit per annihilationem. Tertia probatio est, quoniam gratia producitur dependenter à subiecto, vnde dependet in fieri & in conseruari à subiecto, siquidem accidens est, ergo educitur

Examinantur probationes D. Thomæ.

Expositio primæ difficultatis.

Gratia propriè non creatur.

de potentia subiecti, non ergo creatur. Ex quo infert Caietanus in hoc commentario, quòd Deum conseruare gratiam, non est conseruare continuans creationem, de quo dicitur, quod omnia in nihilum redigerentur, nisi manus omnipotentis conseruaret illa. Infert secundo Caietanus, quòd infusio gratiæ si fieret præter communem cursum & consuetum, esset vere miraculosa, sed quæ communiter fit reducitur ad operationes miraculosas. ¶ Ad secundam difficultatem dicendum est, quod Diuus Thomas in multis locis suæ doctrinæ, pro euidenti habet, quod creatura non potest annihilare, nec potest habere virtutem ad annihilandum, signanter. 1. p. quæstione. 9. articulo. 2. & de potentia, quæstione. 5. articulo. 3. ad. 15. & hoc in loco expresse affirmat istam sententiam. Huius sententiæ probationes sunt istę. Prima, solus Deus potest creare, ergo solus Deus potest annihilare. Probatur consequentia, nam annihilatio correspondet creationi. Secunda, solus Deus conseruat res in esse, ne in nihilum decidant. Tertia, si Deus redigeret aliquam creaturam in nihilum, hoc non faceret aliqua actione diuinitatis, sed cessatione ab actione, qua res cunctas in esse conseruat, vt optimè docet Diuus Thomas. 1. p. quæst. 104. articulo. 3. ad tertium. & de potentia. q. 5. articulo. 3. in solutionibus argumentorum. 1. 2. 3. 4. & 15. cum ergo in annihilatione nulla sit actio diuinitatis, euidens impossibilitas est, quod creatura sit instrumentum annihilationis. Vltima probatio. Si creatura annihilaret rem aliquam, ergo perduceret eam de esse ad non esse, & ad nihilum, ex quo consequens est, quod creatura attingeret nihilum: vnde sic conficio argumentum. Creatura non potest esse instrumentum creationis, quia si crearet attingeret nihilum tanquam terminum à quo, sed iam est demonstratum, quod si annihilaret, attingeret nihilum tanquam terminum ad quem, ergo non potest annihilare. Explicatur hoc euidenti ratione. Nam si creatura annihilaret, vel hoc faceret non conseruando, & hoc dici non potest; nam conseruare est opus proprium diuinitatis, vel hoc faceret per aliquam actionẽ, & hoc est prorsus impossibile, nam vniuersa actio versatur circa ens, & vniuersa actio realis habet terminum realem. ¶ Ad argumenta in contrarium. Ad primũ iam patet ex vltima & penultima probatione, quid dicẽdũ est. Fateor tamẽ, quod nõ est omnino eadem ratio de creatione, & de annihilatione vt argumentũ efficaciter probat, sed propter

Expositio secũdę difficultatis.

Creatura non potest concurrere ad annihilãdum.

D. Tho.

Ad argumẽta in cõtrarium.

Primũ arg.

causa,

causas commemoratas dico, non posse fieri, quod creatura sit instrumentum annihilationis. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod cum sit consecratio in sacramento altaris, non est annihilatio panis. Nam terminus illius admirandæ consecrationis non est nihil, sed corpus Christi in quod panis conuertitur. Sed de hac re diligentius inuestigare, pertinet ad. 3. p. q. 75. artic. 3. ¶ Ad tertium respondetur, non esse impossibile, quod Deus vtatur aliqua creatura vt instrumentum morale ad creandum vel annihilandum, vt si Deus faceret pactum cum homine, quotiescunque oraueris ego creabo vel annihilabo. Cæterum quod creatura habeat in se virtutem instrumẽtariam ad annihilandum, hoc reputamus prorsus impossibile & inuoluere in se euidentem contradictionem. Et sic patet ad quartum argumentum. ¶ Ad tertiã difficultatẽ respondetur; & pro cuius expositione duæ sunt obseruandæ sententiæ. Et prima est, anima Christi vel eius humanitas concurrit effectiue instrumentaliter ad opera miraculosa facienda, propriè & non abusiue, itaque anima Christi habet virtutem instrumentariam ad iustificandos omnes homines, & ad renouandum totum orbem, & ad facienda vniuersa miracula ad istum finem necessaria. Hæc sententia probatur, in primis ex sacra scriptura Lucæ. 6. virtus de illo exibat in omnes. & capitulo. 8. sentio de me virtutem exisse, cum mulier tetigit fimbriam vestimenti eius: qui modus loquendi apertè significat, quod in Christi humanitate erat virtus ad sanandum homines omnes. & Matthæi. 10. legitur, quod Christus dederit potestatem Apostolis, super omnes spiritus immundos, vt eos eijcerent, & vt omnem languorem curarent, ergo Christus habuit virtutem & potestatem ad facienda miracula. Idem patet ex illo Ioannis vltimo, data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, accipite Spiritum sanctum, &c. quibus verbis demonstratur aperte, quòd Christus Dominus, secundum quod homo est, habet potestatem conferendi gratiam, & faciendi omnia, quæ sunt necessaria ad finem incarnationis. Sed Diuus Paulus hanc veritatem nobis testatam reliquit in multis locis suarum epistolarum, scilicet ad Ephesios cap. 1. Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput Ecclesiæ, quæ est corpus eius & plenitudo ipsius, qui omnia in omnibus adimplet. Ecce testante diuina scriptura, Christus Dominus secundum quod homo non solum omnia inchoat, sed perficit & adimplet. Secundus locus est memorabilis maximè in eodem capite, disposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporis, instaurare omnia in Christo, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt in ipso. In qua sententia apertè significatur, quod sicuti pater æternus per verbum omnia creauit, ita per verbum incarnatum omnia instaurauit. Et sicuti dicitur de verbo æterno Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, ita verisimè dicitur de verbo incarnato, omnia per ipsum instaurata sunt. Et nota mysterium reconditæ Theologiæ. Nam dicit Paulus in eo, in Christo, in ipso, restaurantur vniuersa, id est, per Christum, per Christum, per Christum, non quæras alium reconciliatorem, non alium iustificatorem, nõ alium instauratorem. Tertius locus est Ephesiorum. 2. Ipsius enim sumus factura creati in operibus bonis, vt in ipsis ambulemus. Sermo est vt dicit Chrysostomus non de creatione, ex qua habemus, quod viuimus, sed de illa creatione, ex qua habemus, quod rectè viuimus, & sicuti creatio est productio totius entis ex nihilo in esse naturali, ita hæc diuina creatio est productio totius gratiæ & sanctitatis in esse supernaturali. Sed præter scripturas sanctas sunt duo argumenta ad idem probandum. Certè sicut verbum diuinum ratione diuinitatis suæ est causa principalis gratiæ & renouationis mundi sic verbum incarnatum ratione humanitatis est causa instrumentaria gratiæ & renouationis mundi totius. Ex quo sic arguitur. Deus est causa efficiens principalis omnium miraculorum, & omnium gratiarum, sed non operatur illa nisi per Christum, vt constat ex sacra scriptura, ergo Christus secundum, quod homo est causa instrumentaria omnium miraculorum & omnium gratiarum. Huius rei est alterum argumentum. Nam instrumentum coniunctum efficacius & principalius participat virtutem agentis, quam instrumentum separatum, sed instrumenta separata, ctiũsmodi sunt sacramenta & sacerdotes Christi ministri, operantur gratiam, & miracula instrumentaliter efficiunt, ergo multo magis humanitas Christi, quæ est instrumentum coniunctum diuinitati, vt docet Diuus Damascenus libro. 3. capitulo. 5. Secunda sententia. Explicare modum, quo humanitas Christi concurrat efficienter ad efficienda miracula est recõditum mysterium in diuina Theologia, quod solus Diuus Thomas, quantum intelligo, patefecit. Pro cuius declaratione hæc documenta Caietani sunt obseruãda. Primum instrumentum

Ad secũdũ.
Ad tertium
Ad quartũ.
Expositio tertiæ difficultatis.
Lucæ. 6.
Lucæ. 8.
Matth. 10.
Ioan. vlti.
Ephe. 1.
Ioan. 1.
Ephes. 2.
Chrysosto.
D. Damasc.
D. Thom.
Caietanus.

tum habet duplicem actionem, propriam & instrumentariam. Propria operatio ferræ est scindere & secare, instrumentaria vero est facere arcam secando, & calefacere est propria operatio caloris, augere vero animal est instrumentaria operatio ex virtute animæ. Secundum documentum: sicut instrumentũ habet duplicem actionem, sic habet duplex principium, alterum principium est proprium, vt in serra dentes acuti & ferrei, alterum est participatum à principali agente, scilicet motus, quo mouetur à principali agente. Vnde D. Tho. inquit q. 62. artic. 1. quod instrumentum non operatur nisi prout mouetur à principali agẽte. Tertium documentum. Hic motus aliquãdo vocatur motus instrumenti, aliquãdo vocatur virtus instrumentaria, aliquando virtus intentionalis, aliquando spiritualis. Vocatur quidem motus, quia est motus rei, quæ assumitur vt instrumẽtum. Vocatur virtus instrumentaria quoniam constituit instrumentum in esse factiuo. Cum enim moueo lapidem baculo, ex eo, quod vtor baculo, facio, quod baculus sit mouens effectiue lapidem. Vocatur etiam virtus intentionalis, quoniam est diminuta, inter agens & effectũ, deferens ipsum ad effectum: quemadmodum species visibilis defert colorem vsque ad oculum, appellatur virtus spiritualis, quoniam est insensibilis & versatur interdum circa effectum spiritualem. Quartum documentum, in instrumentis. v. g. artis, duplex potentia consideranda est, altera ad motum localem, altera ad cooperandum arti, vt cordæ cytharæ sunt in potentia, vt moueantur contactu digitorum, & vt sonent aliquid musicum. Et quidem de prima potentia ad actũ possunt reduci à quocunque etiam sine arte. Sed de secunda potentia ad actum sine arte reduci nequeunt. Vltimo nota, quod mouere est reducere de potentia ad actum, & moueri est reduci de potentia ad actum. Ex quo patet, quòd quando instrumentum mouetur à principali agente reducitur de secunda potentia ad actum & fit cooperans principali agenti, quod fit per hoc quod agens principale vtitur instrumento ad effectum principalis agentis. Sicut cytharœdus vtitur instrumento musico, vt sonet aliquid musicum, & iste vsus est quidam ingressus in artis instrumenta, & actuatio instrumentorum. Ex his documentis accedendo ad nostrum propositum, dicimus quod Deus omnipotens qui sine causis secundis cooperantibus potest effectiue facere miracula, aliquando dignatur facere per causas secundas, non quidem tribuendo eis aliquas virtutes naturales aut gratuitas, sed vtendo eis tanquam instrumentis ad miracula facienda. Ex eo enim quod vtitur aliqua re ad aliquid faciendum iam est instrumentum diuinitatis. Nam iste vsus passiuus & iste motus, quo mouetur à principali agente constituit eam in esse instrumenti, & facit de non instrumento instrumentum. Et certè hęc res non est impossibilis. Quod patet primò, quoniam in hac re nulla apparet impossibilitas. Patet secundo, quoniam Diuus Gregorius asserit, Sanctos potestate facere miracula. Tertio patet, quoniam hoc videtur habere verum potissime in reliquijs Sanctorum, qui non orant, nec intercedunt. Quarto patet, quoniam si anima Christi intercedendo, & orando facit miracula, certè propriè non facit miracula, sed Deus facit. Patet vltimo, nam Diuus Thomas in tertia conclusione asserit, quod non habet virtutem ad creandum vel annihilandum, quod tamen impetrare poterat oratione, ergo alio modo facit miracula. Certè diuinam liberalitatem decet, sic exaltare sanctos suos, vt aliquando fiant cooperatores miraculorum, & non tantum benemeritos aut intercessores. Et quoniam omnipotentia Dei non limitatur certis instrumentis, aut locis, aut vero propinquitatibus ideo nihil refert quacumque re vtatur, ad opus miraculosum. Sicut enim sine instrumento potest miracula facere, ita & per quodcunque instrumentum, & vbicumque existat, & ad quamcũque distantiam, ad quemcumque effectum. Propter quod verissimè docet Diuus Thomas in. 2. 2. quæst. 178. articulo. 1. ad primum, quod Deus aliquando vtitur instrumentaliter actu interiori hominis, vel eius locutione, vel actu exteriori, aut etiam tactu corporis mortui. Ex his rectè consideratis patet expositio tertiæ difficultatis, quæ tertio loco posita est. Dicendum namque est, quod Diuus Thomas in hoc discursu loquitur de instrumento propriè & nõ abusiue. Et ad doctrinam Diui Thomæ, ex. 1. parte dicendum est, quod ad instrumentum requiritur, quod habeat propriam operationem præuiam, & præsuppositam operationi principalis agentis, ad effectum principalem, & hoc vocat D. Thomas operari dispositiue. Non quod sit propriè dispositio, vt docet Diuus Thomas infrà q. 62. dicit enim, quod aqua corpus tangit & eleuatur diuina virtute, vt cor abluat, ex quo sequitur euidenter quod creatura nõ potest esse instrumentum creationis, quoniam non potest ponere præuiam operationem creationi.

D. Tho.

D. Gregor.

D. Tho.

creationi. Circa nihilum enim non potest collocare suam operationē. Quod si quæras, quā operationem faciat creatura, quādo facit miraculum. Respondetur, quod præsentat, defert, & imperat & intimat imperium creaturę, in qua miraculum operatur. Doctrina est D. Thomæ in. q. de potentia supra citata. Itaque nota, quod cum sancti orando faciunt miraculum, eorum actio antecedit actionem Dei ex parte: cæterum, quando creatura patrat miraculum, vt instrumentum diuinitatis, eius actio sequitur actionem diuinitatis, & defert imperium Dei operatoriū ad creaturas. Cum igitur humanitas Christi sit instrumentū coniunctū verbi diuini facile est intelligere, quomodo habeat virtutem instrumentariam ad opera miraculosa facienda. Ad illud vero ex tertio sententiarum dicendum est, quod vel D. Tho. mutauit sententiam, vel solum negat virtutem inhærentem in anima Christi. Hæc est expositio Domini Caietani ingeniosa satis, & valde acuta. ¶ Ad primam obiectionē, quartæ dubitationis respondetur, q̄ D. Tho. distinxit annihilationem cōtra opera miraculosa, quoniā hic agitur de miraculis, quæ ordinantur ad finē incarnationis, & finis incarnationis est collapsa restaurare, non creata annihilare. Vel dicatur, q̄ hīc subdiuisit D. Tho. immutationes creaturarū, quæ fiunt præsupposito subiecto in naturales, & miraculosas, & contra istas distinxit creationem, & annihilationem. ¶ Ad secundum respōdetur, quòd in Christo Domino sunt quædā opera, quæ primò, & immediatè cōueniūt verbo diuino, & cōsequenter humanitati, vt suscitare mortuos, &c. Alia verò sunt opera, quæ immediatè cōueniunt humanitati, & cōsequenter verbo diuino, vt pati, mori, &c. Et de his loquitur prima conclusio D. Tho. De quorū operū distinctione loquitur optimè Leo. I. in epist. 10. & 11. Vel dicatur; & hæc est vera expositio D. Thom. quòd operationes ad quas anima Christi habet virtutē inhærentē in se dicitur operari propria virtute, vt diligere, videre Deū, &c. has enim operationes haberet anima Christi etiam si non esset vnita verbo personaliter; illas verò operationes, ad quas anima Christi nō habet virtutē inhærentem dicitur operari vt instrumētū verbi diuini, cuiusmodi sunt operationes miraculosę. Ex hac doctrina facilè explicantur variæ quæstiones, quas Theologi mouēt de ista virtute instrumētali animæ Christi. Et in primis illa quæstio, an cōueniat animæ Christi facere miracula per virtutem inhærentem gratuitā, an solum ratione vnionis? Et videtur profecto, quod habuerit aliquam virtutem inhærentem. Nam anima Christi poterat edere miracula, quando sibi collibitum esset, ergo habuit virtutē inhærentem habitualem ad facienda miracula. Probatur consequentia. Nam hæc est proprietas habituum, quod vtimur eis quando volumus. ¶ Secundò, in sanctis erat qualitas desuper infusa ad facienda miracula, ergo multo magis in Christo. Probatur antecedēs, nam Actor. 3. dicit Petrus, quod autem habeo, hoc tibi do, surge & ambula. ¶ Tertiò, character sacerdotalis ad consecrādum corpus Christi est quædam qualitas in anima inhærens, vt cōstat ex diuina Theologia, ergo etiam virtus ad facienda miracula. Consequentia inde probatur. Nam cōsecratio est referenda inter opera miraculosa, vt supra ostēsum est. ¶ Quartò, Christi anima secundum plenitudinem scientiæ, quam habet, potest illuminare ex propria virtute, vt asserit prima conclusio D. Tho. ergo potest facere miracula propria virtute. Probatur consequentia. Nam maius est donū scientiæ, quam donum miraculorum. ¶ Præterea, anima Christi propria virtute potest prophetare, ergo & miracula facere, aliās sequitur, quod anima Christi non haberet maiorem virtutem ad facienda miracula, quam ego ipse. Nam etiam potest Deus vti me tanquam instrumento ad facienda miracula. Sequitur deinde, quod nulla sit gratia miraculorum. Nam nulla est virtus impressa ad facienda miracula. ¶ Pro expositione nota, quòd dupliciter conuenit alicui facere miracula. Vno modo per modum actus transeuntis, alio modo potestatiue & per modum habitus permanentis. Vnde dico, quòd animæ Christi Domini sicut & Apostolis competebat, facere miracula ex virtute propria, & ex gratia gratis data, per modum actus & transeuntis. Cæterùm potestatiue & per modum habitus facere miracula competit animæ Christi ex vnione ad verbum hypostatica, quia est instrumentum coniunctum verbi, & non tantum hoc, sed etiā conuenit vt tribuat alijs istam potestatem patrandi miracula. ¶ Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum iam est expositum, quemadmodum anima Christi propter vnionem ad verbum, habet potestatem faciendi miracula, quando voluerit, absque eo quod habeat aliquam qualitatem diuinitus infusam ad facienda miracula. ¶ Ad secundum respondetur, quòd potestas & gratia miraculorum, non est aliqua qualitas aut virtus diuinitus infusa, sed est electio, qua Deus eligit sanctos, vt per eos faciat miracula sicut

Soluitur quarta dubitatio.

Vtrùm conueniat animæ Christi facere miracula per virtutē aliquā inhærentē. Primū arg.

Secundum

Actor. 3.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Expositio propositæ dubitationis.

Ad argumenta.

Ad primū.

Ad secūdū.

ſicut Spiritus ſanctus olim eligebat Prophetas, ad futura prædicenda, quibus non conferebat aliquem habitum animæ eorũ inhærentem. Et rex noſter eligit quoſdam, vt ſint à ſecretis, & à conſilijs, quibus intrinſecum nihil confert. Itaque ſecundum hanc doctrinã, gratia miraculorum non eſt qualitas inhærẽs, nec in anima Chriſti, nec in ſanctis hominibus. Hæc doctrina eſt expreſſa D.Tho.2.2.q. 178.art.1.ad.1.& q.6.de potentia articu. 4. & D.Gregorij lib. 2. dialogi.c. 33. & ratione patet. Nam ſi gratia miraculorum eſſet qualitas impreſſa per modum habitus poſſent homines ſancti facere miracula quoties vellent, quod eſt falſiſsimum, imo quemadmodum prophetæ non prophetabant quando volebant, ſic ſancti Dei homines, qui habebãt gratiam miraculorum, non faciebant miracula, quoties volebant, ſed quando vtebatur Deus illis tanquam inſtrumentis per actualem motionem. Ita D.Gregorius in loco citato. ¶Ad tertium argumentum negatur conſequentia: nam ſacerdotes circa debitam materiam poſſunt conſecrare ſi volunt. Et ideo ratione huius ordinariæ poteſtatis & officij conceſſa eſt illis virtus ad conſecrandum, & non conceditur nec ponitur virtus ad facienda miracula. ¶Ad quartum & quintum argumentũ negatur conſequentia. Nam anima Chriſti ſecundum plenitudinem gratiæ, ſcientiæ, & luminis, potuit illuminare & prophetare, etiã ſi nõ eſſet vnita verbo diuino, & lumen prophetię, quod cõuenit animæ Chriſti, nõ eſt ſecundũ cõmunẽ rationẽ prophetiæ, ſed altiori modo per ſcientiã beatam & inditã. Itaq; in argumẽtis nõ militat eadẽ ratio. ¶Ad aliud argumentum quidã dicunt, ita eſſe concedendum. Ita aiebat pater Victoria, ſed non vtitur me nec contulit mihi talem poteſtatem, ſed ego dico non eſſe concedẽdum. Nam humanitas Chriſti eſt inſtrumentum coniunctum verbi, & ideo habet maiorem poteſtatem ad facienda miracula, quam omnes ſancti. ¶Ad vltimum iam dictum eſt, quid ſit gratia miraculorum. ¶Dubium aliud eſt, an anima Chriſti iuſtificet animas propria virtute gratuita, an potius propter vnionem hypoſtaticam? Et videtur, quod non propria virtute. Nam iuſtificare maius videtur, quam facere miracula, ſed hoc non poteſt propria virtute, ergo nec illud. Secundò, anima Chriſti iuſtificat animas, de toto rigore iuſtitiæ, vt dictum eſt in exordio huius partis, ſed hoc non habet niſi propter vnionem verbi, ergo. ¶In oppoſitum eſt, quod ſupra diximus de plenitudine gratiæ Chriſti, & quod de plenitudine eius omnes accepimus. Rurſus in contrarium eſt prima concluſio huius articuli, in qua dictum fuit, quod anima Chriſti ſecundum plenitudinem ſcientiæ & gratiæ poteſt illuminare & iuſtificare propria virtute. Item in oppoſitum eſt, quod ſacramenta & miniſtri ſacramentorum propria virtute, & non ex vnione conferunt gratiam & iuſtificant, ergo à fortiori humanitas Chriſti. ¶Reſpondetur, quod iuſtificare animas abſolute cõpetit animæ Chriſti propria virtute & non ratione vnionis. Vnde tametſi non eſſet vnita verbo diuino poſſet illuminare & iuſtificare vniuerſos homines. Secundo dico, iuſtificare animas de toto rigore iuſtitiæ competit animæ Chriſti ex vnione ad verbum. Nam hic modus iuſtificandi requirit infinitam virtutem, & infinitum meritum in homine iuſtificante, vt in principio huius libri dictum eſt, & ſic argumenta propoſita facile confutantur. ¶Aliud dubium, vtrùm humanitas Chriſti in cœlo exiſtens ſit cauſa miraculorum & noſtræ iuſtificationis? Caietanus in hoc articulo conſtanter affirmat, quod ſit. Nam locus aut diſtantia nihil facit ad facienda miracula. Vnde humanitas Chriſti apud nos agens, & abſens faciebat miracula. Oppoſitum tenet doctiſsimus Victoria, ſed mihi videtur cũ Caiet. eſſe tenẽdũ. De qua re alio in loco egimus fuſiſsime. ¶Dubium aliud, quomodo concurrat humanitas Chriſti ad facienda miracula? concurrat ne tanquam inſtrumentum phyſicum, attingendo miraculoſum effectũ, ſicut ignis attingit productionem caloris & ferra productionem arcæ, an potius ſicut inſtrumentum morale? itaque tota efficientia reducatur ad genus cauſæ moralis, ſicut conſulens aut imperans homicidiũ eſt cauſa homicidij. Quod vt euidentius exponatur quæritur, vtrùm Chriſti humanitas ſiue anima operata ſit noſtram ſalutem, ſanctificationem, gratiam omnem & denique totius mundi reformationem, & renouationem efficienter, & (quod aiunt Theologi) per modum cauſæ efficientis? inuenies paſsim apud omnes Theologos operatam fuiſſe noſtram ſalutem meritoriè per meritum obedientiæ ſuæ, & quod plus eſt in Concilio Tridentino vbi copioſè cauſæ omnes noſtræ ſalutis commemorantur ſic definitur. Huius iuſtificationis cauſæ ſunt, finalis quidem gloria Dei & Chriſti, ac vita æterna, efficiens vero miſericors Deus, qui gratuitò nos abluit & ſanctificat ſignans & vngens ſpiritu promiſsionis Sancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Meritoria autem vnigenitus ſuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus

D.Thom. D.Gregor. Ad tertiũ. Ad quartũ, & ad quintum. Ad ſextum. Ad ſeptimum. Vtrum anima Chriſti iuſtificet animas propria virtute? Primũ arg. Secundum Expoſitio dubitationis. Caietanus. Victoria. Conci. Trid.

Christus qui cum essemus inimici propter nimiam charitatem qua dilexit nos sua sanctissima passione in ligno Crucis nobis sanctificationem meruit, & pro nobis Deo patri satisfecit. Ecce sacrum Concilium commemorans omnes iustificationis nostræ causas, tãtum docet Christum Dominum nostræ iustificationis fuisse causam meritoriam. Quod si etiam esset causa efficiens nostræ iustitiæ id Concilium sacrum non subticuisset. Præsertim cum Concilium in hoc totos neruos intendat, vt gloriam & excellentiam Christi in omnibus amplificet. Et videtur profecto quod Christi humanitas siue anima non sit causa efficiens nostræ iustificationis, sed tantum meritoria. Nam nullum agens corporale efficienter agit nisi per contactum. Vnde & Christus etiam tangendo mundauit leprosum, vt ostenderet carnem suam salutiferam virtutem habere, D. Chryso. sicut Chrysosto. dicit homil. 26. in Matth. in opere perfecto, &. 21. in imperfecto id ipsum innuit, sed humanitas Christi non potuit contingere omnes homines, ergo non potuit efficienter operari salutem omnium hominum. Ad hæc nullum agens corporale potest agere in passum distans nisi prius agat in medium, at Christi humanitas, qui ad patris dexteram residet nullam prorsus qualitatem imprimit in aëre medio inter ipsam & hominem, qui iustificatur, ergo nõ operatur nostram salutem per modum efficientiæ. Præterea nõ videtur esse eiusdem operari per modũ meriti & per modum efficientiæ, quia ille qui meretur expectat effectum ab alio, sed humanitas Christi operata est nostram salutem per modum meriti, ergo non per modum efficiẽtiæ. Item excellentissimus ac dignissimus modus causandi gratiam extollens maximè dignitatem Christi tribuendus est Christi humanitati vel Christo secũdum quod homo, at causare gratiam moraliter & meritoriè per meritum infinitum de rigore iustitiæ est excellentissimus modus causandi gratiã, ergo hic solus est asserendus, maximè cum aliàs sit facilis & perspicuus ad intelligendum. Minor probatur, nam modus causandi gratiam per modũ efficientiæ & instrumenti potest de potentia Dei absoluta communicari omnibus rebus creatis etiam insensibilibus, aquæ, oleo, at iste modus causandi meritorie de rigore iustitiæ, qualis nunc de facto est in humanitate Christi non potest per Dei omnipotentiã alijs rebus communicari, ergo hic modus est diuinissimus siquidem soli Deo homini competere potest. Amplius, difficile est & prorsus inintelligibile videtur, quod Christi humanitas causet efficienter nostram salutem, cum Christi humanitas nihil operetur nullumque contactũ habeat ad animam hominis, qui nunc iustificatur. Sed & illud habet difficilem explicationem, quid operabatur ad effectũ humanitas Christi cum dixit, Lazare veni foras. Nam intellectio, volitio, imaginatio, vox cum clamore nullum effectum ex proprijs habuerũt circa cadauer aut animam Lazari. Hæc omnia confirmantur, nam D. Tho. 1. p. q. 45. artic. 5. D.Tho. docet expresse instrumentum oportere secũdum id quod est sibi proprium aliquid operari dispositiue ad effectum principalis agentis, constat autẽ, quòd Christi mors, resurrectio, vox ad miraculum efficiendũ, humanitas denique ipsa nihil operatur faciens ad nostram iustificationem aut resurrectionem non ergo operatur per modum efficientiæ. Profecto Christus in Euangelio istam virtutẽ faciendi miracula & renouandi mundum in diuinam virtutem & potentiam refert, vt patet Ioan. 5. Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. & cap. 10. opera quæ ego facio in nomine patris mei, id est, in virtute patris mei. & c. 14. pater in me manens ipse facit opera. Tum etiã quoniã sicut Christus assumpsit defectus ad declarandam humanitatẽ suam, ita etiam patrabat miracula, vt suam ostenderet diuinitatem, sicut ergo defectus in humanitatem, ita miracula in diuinitatẽ sunt referẽda. ¶ In gratiam huius disputationis D. Tho. vt pote qui diuinarum literarum scientissimus, & reconditæ Theologiæ peritissimus singularem planeque diuinam de Christo Domino in quantum homo pronunciauit sententiam, quæ mirum in modum dignitatem Christi amplificauit illustrauitque, ea sic habet. Christus in quantum homo non solum est causa meritoria nostræ iustificationis & renouationis totius mundi, verum etiam causa efficiẽs, instrumentaria tamẽ. Contrarium huius docet Scotus. 4. d. 2. q. 1. & Durandus d. 5. q. 3. sentiunt enim prædicti autores quod Christus Dominus est causa nostræ salutis tantum meritoria. & idem Durandus in. 3. d. 14. q. 5. existimat, quod humanitas Christi ad facienda miracula tantum meritoriè concurrebat, quæ tamen sola diuina efficiebantur virtute. Doctissimus Cano in relectione de sacramentis in cõmuni vehementer tenet, quod humanitas Christi & eius passio tantum est causa nostræ iustificationis moralis non tamen efficiens: nõ enim valet commemorati autoris mens cõprehendere quomodo Christi humanitas & eius passio sit causa efficiens nostræ iustificationis & renouationis mundi, obidque intelligere non

Expositio dubij. D.Tho.

Scotus. Durandus.

Cano.

potest

potest,quemadmodum sacramenta sint causa efficiens gratiæ. Vnus D.Tho. id mysterij declarauit,& patefecit magnificè sentiens de humanitate Christi,quam Deus sic dilexit & exaltauit,vt eam sibi in vnitatẽ suppositi vnierit. Docet igitur,quod Christi Domini humanitas sit causa efficiens nostræ iustificationis & sanctificationis,& omniũ miraculorũ, quæ viuente Christo fiebant, & fient vsq; ad finẽ mundi,eamq́ue reformaturam & renouaturã vniuersum mundum. Hanc doctrinam planè diuinam repetit creberrimè in suis scriptis,signanter 1.2.q.112.ar.1.& in hoc ar.expressius& in alijs locis innumeris tertiæ partis, quæ post modũ designabo. Núc istã sententiã D.Tho. esse veram sic ostendo. In primis ex scripturis diuinis. Prima est Ioan.1.quæ sic habet, vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre,plenum gratiæ & veritatis, & continuo subiungitur de plenitudine eius omnes accepimus. Sensus est, quod omnis nostra iustitia & sanctificatio de plenitudine gratiæ Christi deriuatur,veluti vniuersa lux ex luce solis participatur. Propter quod Christus in diuinis literis sæpissimè sol iustitiæ compellatur. Secũda scriptura est in eodẽ capite. Lex per Moysen data est,gratia & veritas per Iesum Christum facta est. In qua sententia cum fiat comparatio inter Moysen & Christum, apertum est,quod sit sermo de Christo secundum humanitatẽ. In eo vero quod dicitur gratia per Iesum Christum facta est , non solum causa meritoria designatur,sed etiam causa efficiẽs insinuatur, vt sit sensus Christum esse autorẽ gratiæ & donorum supernaturalium. Tertia scriptura est in eodem capite. Super quem Spiritus descendit, ipse est qui baptizat in Spiritu sancto,quod est,internam gratiam conferre. Quod vero hoc in loco fiat sermo de Christo secundum humanitatem liquido patet. Nam Spiritus sanctus descendit in Christum non in quantum Deus,sed in quãtum homo. Quarta sentẽtia habetur Ioan.20.data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, accipite Spiritum sanctum,quorum remiseritis peccata,&c.cũ dicit, data est mihi omnis potestas, certè non intelligit de æterna, quam à patre per generationem habet,sed de ea,quam accepit in quantum homo. Habet in quantum homo potestatem in cælo & in terra ad remittẽda peccata,ad conferendam iustitiam , ad reformandum vniuersum. Quinta sententia citatur ex Matth.9. quæ sic habet. Vt sciatis, quod filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata. Quem locum inscie interpretatur Durandus de Christo, in quantũ Deus. Nam euidentissimum est, quòd ibi sit sermo de Christo secundum quod homo est. Sexta sententia Lucæ 6. virtus ex illo exibat, & sanabat omnes. Cui consonat alia ex cap.8. Ego sensi de me virtutem exijsse,quãdo mulier tetigit fimbriam vestimenti eius. Qui modus loquendi denotat,quod in Christi humanitate erat virtus recondita ad sanandum omnes. Hinc sunt illæ sententię D.Pauli superiùs ex partæ commemoratæ,Omnia subiecit sub pedibus eius. Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus ipsius,& plenitudo eius qui omnia in omnibus adimplet. Et illud;Ipsius sumus factura creati in operibus bonis,quæ præparauit Deus,vt in illis ambulemus. Et illud ; Proposuit in dispensatione plenitudinis tẽporis instaurare omnia in Christo quæ in cælis & quæ in terra sunt in ipso, cui consonat illud ad Rom.11. Quoniam per ipsum,& in ipso,& ex ipso sunt omnia. Et ad Colossen.1. Omnia in ipso constant. Et illud; Veritatem facientes in charitate,crescamus in illo per omnia,qui est caput Christus , ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem vniuscuiusque mẽbri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Nota illud verbum, secundũ operationem , ad verbum est , secundum energiam , id est , iuxta vim & efficaciam , quam membra à capite recipiunt ratione cuius agunt & operantur. Nihil potuit significantius dici ad explicandum,quod omnis operatio , omnis motus , omnis vis , & efficacia & energia,quam habent Christiani homines,habent à Christo,& per Christum,quemadmodum membra à capite vitam & efficaciam, & energiam recipiunt,ratione cuius agunt & viuunt. Ex his testimonijs scripturæ diuinæ liquido constat Christum Dominum secundũ quod homo esse constitutum à Deo patre caput Ecclesiæ,iustificatorem hominũ, restauratorem &renouatorem vniuersorũ siue quę in cælis,siue quæ in terra sunt. Cælesti namq; oraculo docemur omnia,noua tẽpore redẽptionis esse facta. Dixit enim,qui sedet in throno(inquit Ioãnes)ecce noua facio omnia. Et Paulus ait,vetera transierunt,ecce noua facta sunt omnia,& in alio loco scribit,apudDeum neq; præputium aliquid valet,neq; circuncisio,sed noua creatura. Christus mirandum in modum conceptus & natus nouum Ecclesiæ corpus fabricauit,nouos mores, nouam vitã, nouam doctrinam docuit,nouum cibum prę parauit,noua sacrificia instituit,nouum principatum & cælorum,in quo ipse regnat in sæ

Ioan.1. Ioan.1. Ioan.20. Mat.9. Luc.6. Luc.8. Rom.11. Colos.1. Apoc.21. 2.Cor.5. Gal.6.

cula. De quo regno dicitur Psalm. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Apprehendite disciplinam, &c. vbi secundum Hebraicam veritatem habetur, Osculamini filium, vt osculo manuum, testemur omnes nos habere Christum pro rege, siquidem in eius manibus omnia sunt posita, & per eius imperium, omnia sunt disponenda & instauranda. Sed omitto scripturas diuinas coaceruare in huius rei demonstrationem. Nam quæ sunt adducta sufficienter, imò euidenter rem demõstrant. His accedunt aliæ demonstrationes ex diuina Theologia, quas adduximus suprà in expositione tertiæ difficultatis. Sed explicare modum per quem humanitas Christi efficienter causat nostram iustificationem hoc opus hic labor est, & quod à nemine ferè Theologorum sufficienter est explicatum
D. Thom. D. Thom. in 4. distinct. 49. in fine, & alibi sæpius scribit efficientiam hanc in hoc consistere, quod sicut tactu oculorum cæci restituit ei visum, & sicut pictor manu pingit, sic & passione sua per humanitatẽ, tãquam per instrumentum sibi etiam ad hoc officium vnitum fuit causa faciendi nos gratos Deo. Itaque illa passio, quatenus suppositi infiniti offerentis illam Deo erat infinitè meritoria, quo ad sufficientiam & quatenus per illam soluebatur pretium, erat satisfactoria, & quatenus instrumentum coniunctum Dei erat instrumentalis causa gratiæ. Sed vt verum fatear hic modus dicendi non satis rem explicat. Nam licet apertè intelligatur, quòd humanitas sit instrumentum coniunctum verbi diuini, non tamen explicat quam operationem habeat in hominibus qui modo iustificantur, nec vero exponit, id quod in præsentia desideratur, quem contactum habeat ad homines, qui modo iustificantur. Exempla enim adducta de tactu oculorum hominis cæci, & tactu hominis leprosi minimè quadrant ad explicandum, quomodo humanitas Christi modo efficienter & instrumentaliter iustificet homines, siquidem humanitas oculos cæci tangebat, similiter & hominem leprosum, in casu vero nostræ disputationis, non facilè intelligitur, quomodo humanitas Christi nunc tangat hominem iustificandum, aut quam operationem erga illum habeat. Id ergo Diuus Thomas conatur planius demonstrare 3. parte, quæstio. 48. articulo 6. ad secũdum dicens, quod licet humanitas Christi, & eius passio corporalis sit, habet tamen virtutem spiritualem ex diuinitate vnita, & ideo per spiritualem contactum efficientiam sortitur, scilicet, per fidem & fidei sacramentum; secundum illud Apostoli, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Quem locum exponens Caietanus, inquit, quod passio Christi tenet locum medicinæ. Et quemadmodum medicina corporalis adhibita infirmo instrumentaliter sanat, ita passio Christi spirituali contactu fidei, seu fidei sacramentis adhibita nobis, sanat nos etiam instrumentaliter. Differentia autem est, quod medicina corporea adhibita fit instrumentum naturæ ipsius infirmi, medicina autem passionis venit instrumentum deitatis, & sola adhibitione per fidem, vel fidei sacramenta, eget vt nos sanet. Hæc autem ratio explicandi propositam difficultatem in duobus deficere videtur. Primum quidem, quia ponit contactum ex parte hominis, per fidem vel fidei sacramentum, sed non declarat quem contactum, aut quam operationem habeat humanitas Christi cum hominem iustificat, quod sane requiritur vt veram rationem instrumenti habeat. Deindè deficit hæc ratio. Nam secundum eandem videtur esse cõcedendum, quod Christus homo fuerit causa efficiens gratię antiquorum patrum ante eius aduentum, quod à pleriſque negatur. Patet, quia patres antiqui habuerunt spiritualem cõtactum ad Christum per veram fidem charitate informatam. Verum est tamen, quod præclarissimi Theologi non habent pro absurdo concedere, quod Christus Dominus fuerit causa efficiens gratiæ, quæ data est patribus antiquis. Sic tenet sapientissimus Soto. in 4. d. 1. q. 2. art. 3. Et ante eum idem docuerat Capreolus in 4. d. 13. q. vnica, ad argumenta Durandi contra primam conclusionem secundo modo intellectam, quo in loco loquens de passione Christi, & exponens, quomodo applicatur per fidẽ ait, ex quibus habetur, quod virtus instrumentalis potest habere effectum antequam illa virtus fit, dum tamen copuletur passo & contingat illum modo spirituali. Et videtur hoc satis consentaneum doctrinæ D. Thom. qui q. 29. de veritate ar. 4. ad 9. docet, quod Christus ante suam incarnationem non poterat dici caput Ecclesiæ, tanquam influens aliquid in illam secundum suam actionem; sed poterat dici caput Ecclesiæ, secundum

D. Thom. Caietan. Soto. Capr. D. Thom.

dum humanam operationem nostram in ipsum, secundum quod dicuntur fide iustificari. Quod etiam repetit ad 11. & 12. & profecto non videtur esse impossibile, imò videtur sanctis scripturis maximè consentaneum, quod quemadmodum serpens æneus in stipite eleuatus habebat virtutem sanandi à serpentiũ morsibus, sic Christus per fidem apprehensus haberet virtutem sanandi homines ab eorum sceleribus. Itaque ex Christo sic concepto exiret virtus sanans homines. Physici, qui rationem & potentiam rerum naturalium considerant, non formidant concedere, quod prę conceptum verbum efficienter pariat amorẽ, & quod phantasma illustratum lumine intellectus agentis concurrat efficienter ad intellectionem, quid ergo reputat impossibile Theologus, quod supernaturali virtute Christus præconceptus efficienter concurrat ad sanandum hominem? haud ergo erit hoc irrationabile dogma. Ego enim non video esse impossibile, quod Deus tribuat imagini Christi crucifixi, vt qui eam contemplatus fuerit, ab eius virtute sanetur, sed præconceptio Christi venturi & cruci affigendi est verior, & magis genuina imago, quam eius effigies depicta, poterit ergò virtutem habere ad sanandum hominem, & tunc dicetur Christus concurrere tanquam instrumentum, & habere operationem instrumentariam aliquam consentaneam ad rationem instrumenti, nimirum, quia applicatur per modum obiecti operatorij; veluti phãtasma illustratum lumine intellectus agentis habet rationem instrumenti ad intellectionẽ, quia sic illustratum repręsentat obiectum denudatum à conditionibus indiuiduantibus.

Sed quamuis hæc sententia tolerabilis sit, mihi vero non satis probatur, cuius rei demonstrationes alio in loco competentius cõstituemus, nunc vero progrediamur ad explicandũ verum modum, quo humanitas Christi concurrat efficienter ad nostram iustificationem. Sed pergunt quidam doctores ad propositam difficultatem explicandam, & alium modum excogitant dicentes, peculiare esse Christi animæ, & eius humanitati inter vniuersas res creatas, siue sacramenta sint, siue instrumenta quæcunque ad operandum miracula, & causandam gratiam, quod licet Christi humanitas, vel anima non sit vbiq; neque contingat omnem effectũ per seipsam immediatè, tamen est hypostaticè vnita verbo, quod vbique præsens adest, & contingit per seipsum omnem effectum. Itaque subsistit humanitas & anima per subsistentiam suppositi attingentis omnem effectum. Facilius itaq; intelligitur hæc veritas, de qua disputamus in Christi humanitate, quam in sacramentis, aut quibuscunque alijs instrumẽtis seu ministris. Explicatur hæc ratio adhibito exemplo, nam anima per cogitatiuam, & eius imperium mouet pedem, at cogitatiua potentia nõ est in pede sed in anima, cuius cogitatiua est instrumẽtum coniunctum. Sed quanquã hęc ingeniosè dicta sint, adhuc mens in prędictis documẽtis non satis sedatur, & quiescit. Vt ergo veritas magis ac magis eluceſcat scire oportet, quod opera, quę Christus Dominus operatus est, & modo operatur, prodeunt non solum à voluntate ipsius increata, sed etiam àvolũtate humanitatis creata. Quapropter opera Christi Domini geminam habent vim, seu efficaciam, quatenus sunt opera voluntatis increatę sunt causa gratiæ, & salutis nostræ per modũ causæ principalis: siquidem per imperium diuinæ voluntatis omnia quæ ad nostram salutem spectant efficienter & potenter perficiũtur, quatenus vero sunt opera voluntatis creatæ, præterquam, quod sunt causæ meritoriæ, sunt etiam causæ efficientes, instrumentales tamen nostræ salutis & iustificationis. Sentio enim, quod quotiescunq; Deus vult iustificare hominem aut reformare mundum in ordine ad finem supernaturalem, facit hoc mediãte voluntate humana Christi Domini. Itaque sic definio, quod, quotiescunq; Deus habet hanc voluntatem volo iustificare hominem, est etiam actus volũtatis Christi Domini, quo vult talem hominem iustificare. Et quotiescũque Deus decernit & imperat, quod talis homo iustificetur, id etiam disponit & ordinat voluntas humana Christi. Quod autem hoc imperium, siue verbum sit causa efficiens nostræ iustificationis euidẽter comprobatur ex eo, quod est imperium operatoriũ. Ipse enim dicit & facta sunt, & efficiẽtia huius imperij in hoc versatur, quod defert anima Christi hoc imperium ad creaturas, & hic contactus virtualis, siue spiritualis, sufficit, vt dicatur instrumentum habere verum contactum in rebus, circa quas operatur. Sanè, quemadmodum si rex omnia disponat per ordinem & imperium Petri, Petrus dicitur omnia operari virtute sibi à rege communicata, sic Christus omnia operatur virtute diuinitatis sibi coniunctæ, iuxta illud, ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum. Et iuxta illud; Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius, Dominus dixit ad me, &c. Secunda huius rei explicatio hæc est. Sicut in verbo diuino continentur Dei ideæ & rationes

Explicatio propria.

Luc. 22.

Psal. 2.

tiones omnium rerum, sic in anima Christi & in eius intellectu continentur ideæ, & regulæ, & rationes, quibus renouandus est mundus, per quas veluti per instrumenta Christus Dominus omnia restaurat & renouat, non solum secundum diuinitatem, sed etiam secundum humanitatem. Propter quod Christus, secundum quod homo, est causa instrumentalis omnis renouationis, & instaurationis. Tertia explicatio, Christus secundum quod homo, habet in se virtutem trahendi ad se omnia, & renouandi omnia, veluti magnes habet in se occultam & abditam virtutem trahendi ferrum. Vnde humanitas Christi licet corporea sit habet tamen virtutem spiritualem ex virtute sibi vnita, & ideo per spiritualem contactum efficaciam & energiam habet, scilicet, per fidem vel fidei sacramentum; secundum illud. Quem proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Arbitror enim, quod ex Christo Iesu, quem tangimus fide vel fidei sacramentis, virtus exit admirabilis ad sanandum homines & illos illuminandos: quod mysterium à sæculis reconditum, explicat Paulus, dum in- 2. Cor. 4. quit, Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu. In qua sententia significatur, quod sicut Deus suo imperio lucis naturam creauit, tenebras deleuit, mundum exhilarauit, ipse idem Deus pater luminum suauissimus lucem in Christiano pectore fulgurantem desuper infundit, sed hoc in facie Christi Iesu: in quo alludit ad Moysem, de cuius vultu & facie lux emicabat & deriuabatur, sic sanè ex facie Christi Iesu exijt lux, fulgor, & splendor admirandæ virtutis & efficaciæ in illis, qui contemplantur Christum Iesum per veram fidem, & per charitatem operantem. Sed iam tempus est vt argumenta in contrarium posita confutemus. ¶ Ad primum, ex Concilio Tridentino respondetur, quod patres concilij tantum commemorarunt causas nostræ iustitiæ certissimas, & quæ extra omnem controuersiam sunt positæ, & quæ ad suum propositum confirmandum satis sufficerent, cæteras vero Theologiæ reconditæ considerationes prætermiserunt. Nam certè Christus Dominus non solum operatus est nostram salutem per modum meriti, sed etiam per modum satisfactionis, per modum redemptionis, per modum sacrificij, quæ tamen in concilio non commemorantur. ¶ Ad secundum argumentum iam dictum est copiosè & diligenter, vt ego sentio, quemadmodum humanitas Christi habeat contactum ad vniuersos homines, qui iustificantur, & ad vniuersa miracula, quæ in Ecclesia Dei magna virtute efficiuntur. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quod cùm humanitas sit instrumentum coniunctum diuinitatis nihil miri est, quod operetur ad distans nihil in medio imprimendo. Certè Angelus, quoniam est spiritualis substantia, & à corpore non dependens, potest transire de extremo ad extremum sine medio, vt habet sana doctrina, & cùm humanitas Christi operetur omnia charismata per contactum spiritualem, & per verbum operatorium, vt iam à nobis expositum est, non est necesse, quod aliquam qualitatem aut effectum in medio aëre producat. ¶ Ad quartum respondetur, quod non est eiusdem mereri & operari per modum causæ efficientis, quando sermo est de causa præcipua & principali. Cæterùm, quando est causa efficiens instrumentaria non est absurdum concedere, quod eadem sit causa meritoria quæ à causa principali effectum promereatur & causa instrumentaria, quæ ex dispositione primæ causæ effectum operetur. ¶ Ad quintum respondetur, quod esse causam gratiæ per modum efficientiæ excellentior & sublimior modus causandi est, quam esse causam per modum meriti. Cuius rei demonstratio hæc est. Nam causare efficienter gratiam est perfectio simpliciter, vnde in Deo inuenitur, causare vero per modum meriti non potest Deo conuenire, vnde non est perfectio simpliciter. Vnde ad argumentum propositum dico istam consequentiam esse inualidam, hæc perfectio communicari potest cunctis creaturis dignis & indignis, illa vero non nisi dignissimis, ergo ista excellentior & perfectior. Vnio namque hypostatica verbi diuini potest communicari cunctis creaturis, vt dictum est in materia de incarnatione, vnio vero per gratiam & per beatitudinem non potest communicari, nisi creaturis rationalibus & illis dignissimis, at vnio hypostatica excellentior multo & perfectior est, vt visum est in materia de incarnatione. ¶ Ad sextum argumentum respondetur esse verissimum, quod hæc veritas difficile intelligatur, at omne eximium & reconditum mysterium rarum est, & difficile habet explicatum. Sed mihi videtur, quòd res aliqua luce, etsi non magna illustris sit, sed de hoc iterum copiosior sermo redibit. ¶ Ad confirmationem iam expositum est, quomodo humanitas quæ est diuinitatis instrumentum

Ad primũ argumẽtũ.

Ad secundũ.

Ad tertium

Ad quartũ.

Ad quintũ

Ad sextum

Ad confir.

aliquid

aliquid operetur in hominibus dum eos iustificat. Nam saltem defert imperium ad creaturas quas iustificat & illuminat. ¶ Ad vltimum argumentum respondetur, virtutem quidem diuinam esse causam principalem ad opera miraculosa perficienda, & hoc probant testimonia allata ex diuinis scripturis. Cæterum non est negandum, quin humanitas Christi fuerit causa instrumentaria ad miracula perpetranda. Et sane miracula potissimum à Christo edita sunt, vt ostenderet veram esse doctrinam Euangelicam, quam prædicabat, scilicet, se esse verum Deum, & verum hominem. Et sicut potissimum agens virtute propria erat diuinitas, ita hæc miracula potissime diuinitatem indicabant & ostendebant. Atque hic sit finis huius grauissimæ quęstionis. ¶ Est aliud dubium, vtrùm Christus Dominus sit causa præcipua nostræ iustificationis & sanctitatis, causa inquam præcipua licet secundaria, quemadmodum homo est causa principalis hominis, licet non sit primaria, Deus enim primaria est. Pro cuius quæstionis intelligentia considerandum est, hoc differre inter causam principalem & instrumentalem, quod causa principalis est cui assimilatur effectus, instrumentali vero causæ nunquam assimilatur effectus. Quæritur ergò, vtrùm Christus secundum quod homo sit numerandus inter causas principales nostræ iustificationis, an vero inter instrumentales? Et videtur, quod sit causa principalis his argumentis. In primis, Christus secundum quod homo, est vniuersale principium iustitiæ & sanctitatis, vt patet ex illo Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia, ergò est causa præcipua nostræ iustificationis. Deinde, causa illa principalis est, & non instrumentaria, cui assimilatur effectus, sed omnes homines, qui gratificantur & sanctificantur assimilantur Christo Domino, iuxta illud Romanorum 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imagini filij eius. Et ad Philippen. capitu. 3. Reformauit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Certè in gloria animæ ei configurabimur. Deinde, Christus secundum se, & per essentiam suam est gratus Deo, cæteri vero per participationem, quam ab eo accipiunt, quod videtur significari in illis verbis Euangelij. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et in illo ad Ephesios 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo, ergò est causa præcipua nostræ iustitiæ. Probatur consequentia. Nam id, quod est tale per essentiam est causa præcipua eorum, quæ sunt per participationem. Est aliud argumentum. Nam Christus Dominus habet gratiam & sanctitatem ex proprijs, alioqui non satisfeciisset ex proprijs, sed ex alienis, & sic satisfactio eius non esset de rigore iustitiæ. Itaque habuit gratiam & sanctitatem ex proprijs, & causat illam in alijs, ergò est præcipua & non tantum instrumentaria. Probatur consequentia. Nam certè, si aliquod agens ex se esse haberet calorem, & causaret in alijs calorem, profecto esset causa principalis caloris, & non instrumentaria tantum. Amplius sic argumentor, causa exemplaris, præcipua est, & inter instrumentales non est numeranda, sed Christi gratia & iustitia est causa exemplaris nostræ iustitiæ, vt planè constat inter Theologos, ergò est causa præcipua nostræ iustificationis. Iam vero, sacerdotes Christi ministri, qui absoluunt pœnitentes in sacramento pœnitentiæ sunt causæ gratiæ & remissionis peccatorum instrumentales efficientes, ergò oportet vt Christus altiori modo sit causa, quod videtur significari apertè in sacris eloquijs potissimè in illo, Christus factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio, id est, fons, autor, & donator iustitiæ, amplius est ergò quam causa instrumentaria. ¶ Contrariũ probant hæc, quæ sequuntur argumenta. In primis, gratia immediatè assimilat animam diuinæ naturæ, ergò homo quantumlibet gratus, non est principalis, sed instrumentalis causa. Probatur consequentia. Nam causa principalis particularis sibi assimilat immediatè effectum, vt ignis ignem, homo hominem. Deinde idem probatur ex methaphysico principio. Nam quia esse est de essentia solius Dei, vt prima parte habetur quæstione tertia, non potest communicari creaturæ, ita vt ipsa sit rursus causa essendi, sed omnia immediatè pendent à Deo in esse, ergò similiter cum essentia diuina non sit essentialiter, nisi in Patre, & Filio, & Spiritu sancto, nulla creatura poterit esse causa præcipua esse supernaturalis, quod confert gratia, quod est ad simile diuinæ naturæ, sed omnes homines immediatè gratificantur à Sanctissima Trinitate, vnde forma baptismi sic habet, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Præterea, per gratiam voluntas hominis immutatur, ipsa enim est, quæ præparat hominis voluntatem vt bonum velit, secundum Augustinum libro de natura & gratia capit. 23. & libro de gratia, & libero arbitrio capit. 17. voluntatem autem immutare solius Dei est, vt ostendit euiden-

Ad vltimũ.

Vtrũ Christus sit causa præcipua nostræ iustificationis

Prim. argu.

Ioan. 1.

Secundum.

Rom. 8.

Phil. 3.

Tertium.

Ephes. 1.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

1. Cor. 1.

Argumẽta in oppositũ Primum.

Secundum.

Tertium.

D. Augustin.

D. Thom. ter Diuus Thomas 1.2.quæstio. 9. ergò solus Deus causat gratiam tanquam causa principalis, sed hæc gratia non est qualitas actiua, sed est qualitas diuinitus infusa, per quã efficitur homo deiformis & cõsors diuinæ naturæ, ergò per illam Christi anima non agit assimilando sibi passum, ex quo consequens est, quod per illam non concurrit tanquam causa principalis. Antecedens huius argumenti sic ostenditur. Nam gratia Christi & nostra sunt eiusdem speciei, at gratia nostra non est qualitas actiua, ergò nec gratia Christi. Vltimò, sic argumentor ex autoritate D. Thom. qui sæpissimè in suis operibus solum concedit Christo Domino, in quantum homo est, quod sit causa ministerialis gratiæ, & quod habeat ministerium excellentiæ. Asserit hoc 3. parte, quæstion. 64. articulo 3. & 4. & 1.2. quæstion. 112. articulo primo ad primum, & de veritate quæ-

Damasce. stione 27. articulo 3. & Damascenus libro 3. capit. 5. scribit, quod humanitas Christi est instrumentum coniunctum diuinitatis. ¶ Ad huius rei expositionem est prima conclusio.

1. Cõclusio Solus Deus est causa prima efficiens nostræ iustificationis & gratiæ. Quamobrem sacræ literæ diserte & aperte Deo illam tribuũt,

Rom. 8. ad Roman. 8. quos vocauit Deus hos iustificauit. Et rursus, quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat? Et Psalmista Psa.

Psal. 35. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Et

Iob. 4. Iob. 14. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es? & per Esaiam capit. 43. non est absque

Isa. 43. Osæ. 13. me Saluator, & per Oseam. 13. Saluator non

Mar. 2. est præter me. His articulis edocti dixere illi apud Mar. c. 2. Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Et præter scripturas manifestæ sunt rationes. Nam solus ipse potest offensam aduersus se commissam condonare. Solus ipse in gratiam reducere peccatorem & sibi reconciliare. Solus ipse potest à reatu pœnæ æternæ absoluere. Solus ipse adoptare in filios & consortes facere diuinæ naturæ, & hæredes regni cælorum constituere. Excedunt profectò ista vires omnes naturales. Neque satis intelligeret quantum & quam eximium opus sit iustificatio, qui eius aliam causam principalem, quam Deum assignat. ¶ Se-

2. Cõclusio cunda conclusio. Deus solus est causa finalis vltima nostræ iustificationis. Asserit hoc

Ephes. 1. Paulus aperte ad Ephesios capit. 1. cum, inquit prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipso in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Et paulò post, in quo etiam nos forte vocati sumus prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, vt simus in laudem gloriæ eius, qui ante sperauimus in Christo. Ipse enim Deus est Alpha & O, principium & finis, omnium creaturarum, & vt omnia per eum, ita & omnia sunt propter eũ, & ipsius gloriæ seruiunt, eamque ob causam Ecclesiasticus dicit: gloria Domini plenum Eccli. 42. est opus eius. Et in alio loco, omnia propter Pro. 16. semetipsum operatus est Dominus. Et Dionysius dicit omnia in se Deum conuertere. Dionys. Et Diuus Paulus sæpissimè repetit illud, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso, sunt omnia. ¶ Tertia conclusio. Christi anima fuit 3. Cõclus. causa meritoria præcipua nostræ iustificationis & sanctitatis, & non tãtum hoc, sed etiam fuit prima causa meritoria, imo solus ipse meruit nobis gratiam, adoptionem, regnum, & gloriam Dei patris de condigno & de rigore iustitiæ. Pater enim æternus, aut Spiritus sanctus non potuit esse causa meritoria, siquidem mereri est inferioris vel habentis naturam inferiorem, atqui pura creatura non potuit mereri de omni rigore iustitiæ, solus ergò Christus est causa nostræ iustificationis per modum meriti. Dedit enim plusquam debebamus pro peccatis nostris, quia melior fuit vita ipsius, & maius multo bonum, quam mala fuerunt peccata nostra. Nam vita ipsius vita Dei erat & hominis infinitè grati Deo. Et petiuit ille iustificationem nostram, & omnia ad eam necessaria dum reuerentissimè & feruentissimè postulauit remissionem peccatorum nostrorum sanctificationemque, & consummationem, & beatitudinem nostram, & vt vnũ essemus per amorem cum ipso, & cum patre cælesti. Et dignissimus ipse erat, qui à patre exaudiretur, quia innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, excelsior cælis & vnice ab eo dilectus. Dignissima etiam erant his præmijs obsequia, quæ ipse patri pro eis impetrandis exhibuit. Vnde & Paulus exauditum eum dicit pro sua pietate & reuerentia cum in diebus carnis suæ preces & supplicationes pro nobis patri offerret, & autorem eum appellat salutis nostræ & sanctificare nos asserit, & per passionem consummatum, constanter affirmat factum esse obtemperantibus sibi causam salutis æternæ, & per proprium sanguinem æternam redemptionẽ inuenisse, atque vna sui corporis oblatione cõsummasse in sempiternum sanctificatos, per velamenque carnis suæ initiasse nobis viã nouam & viuentem in ipsum cælum, in quod præcursor pro nobis introiuit. Et Esaias hoc futurum esse præmium meritorium mortis, Heb. 5. & 10. Isa. 52.

oratio-

orationis & laborum ipsius olim prædixerat his verbis. Si posuerit pro peccato animã suã videbit semen longæuum & voluntas Domini in manu eius dirigetur, pro eo quod laborabit anima eius videbit & saturabitur, in scié tia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorum ipse portabit, ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Hoc est indubitatum fidei nostræ documentum, & ab Apostolo iterum atque iterum repetitum. Sicut per vnum hominem, Adam scilicet, peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors; ita per vnum hominem Christum iustitia intrauit in hunc mundum, & per iustitiam vita. Sicut per vnius delictum in omnes homines, in condemnationem, sic per vnius iustitiã in omnes homines in iustificationem. Sicut per inobedientiam vnius, peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obedientiam, qua scilicet factus est obediens vsque ad mortem, mortẽ autem crucis, iusti constituentur multi. Sicut per vnum hominem mors, ita & per vnum hominem, resurrectio mortuorum. Sicut in Adã omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabũtur, ad Rom. 5. & 1. Corin. 15. Ex his facilè colligitur, quod quemadmodum primus parens Adam nos suo malo merito perdidit, ita merito iustitiæ & obedientiæ Christi omnes reparati & viuificati sumus. ¶ Quarta cõclusio. Solus Christus satisfecit iustitiæ vindicatiuæ Dei pro peccatis nostris. Apud Esaiam est vox Ecclesiæ de Christo. Posuit (inquit) Deus in eo iniquitates omnium nostrũ, hoc est, supplicia quę nos nostris merueramus peccatis. Disciplina pacis nostræ super eum, hoc est, castigationem peccatis nostris debitam, ipse sustinuit pro nobis, per quod nos pacẽ habemus ad Deum. Itẽ Christus (inquit Petrus) semel pro peccatis nostris est mortuus, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu, peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, quia supplicium mortis peccatis nostris debitum pertulit in corpore suo, adeò vt ipse per Psalmistam dicat. Quę non rapui, hoc est, quæ ipse non commerui subtrahendo Deo obedientiam, honorem, aut cultũ optimo iure ei debita, tunc exsoluebam. Si patiendo soluit pro rapinis, siue peccatis nostris, si supplicia pro peccatis nostris debita pertulit, si supra eum disciplina, qua solet resarciri, pax inter offendentem & offensum, ergò Christus

4. Cõclusio

Isa. 53.

1. Pet. 3.

Psal. 68.

reuera satisfecit id, quod iustitia vindicatiua Dei pro peccatis hominũ requirebat. ¶ Quinta propositio. Christus operatus est nostram salutem per modum sacrificij. Ipse enim solus se obtulit sacrificium reconciliationis gratum Deo patri. Tradidit (inquit Apostolus) semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, ad Ephes. 5. Iterum. Eũ qui non nouerat peccatum, hoc est, Christũ, Deus pro nobis peccatum fecit, id est, hostiã pro peccatis, secundum communem interpretationem, vt nos efficeremur iustitia in illo. 2. Corin. 5. Iterum. Semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. ¶ Sexta conclusio. Solus Christus reuera liberauit nos à captiuitate, emit, & redemit interposito iusto pretio. In cuius rei probationem sunt hæ scripturæ. Filius hominis venit saluare, quod perierat, & dare animam suam redemptionem pro multis, Matt. 20. Item empti estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro 1. Corin. 6. Addit beatus Petrus, exprimẽdo pretium, quo empti sumus. Non corruptibilibus (inquit) auro & argẽto, redempti estis de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni immaculati. 1. Pet. 1. Itẽ in cœna vltima, hoc est, (inquit Dominus) corpus meum, quod pro vobis tradetur, alibi, quod pro multis datur. Item, hic est sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, igitur sanguis Christi effusus est per passiones, item corpus Christi traditum in tormentum mortis. Tertiò, anima hoc est, vita Christi data in redemptionem pro nobis, est pretium, & quidem pretium iustum, quod soluit pro nobis patiendo Christus in cruce, pro nobis (inquã) venundatis per peccatum & redactis in seruitutem peccati, captiuitatem insuper mortis & dominatũ diaboli, quare fuit ibi vera emptio veraque redemptio. ¶ Septima conclusio. Christus secundum quod homo est, est causa efficiens nostræ iustitiæ instrumentalis & ministerialis, habetque in iustificandis hominibus ministerium excellentiæ. Itaque etiam si Christus nõ haberet eximia merita sua, ei conueniret efficere nostrã iustificationem, & cũ patre ad eã effectiue concurrere. Vnde sicut miracula efficienter operabatur, & nõ tantum meritoriè, sic & causabat gratiã & remittebat peccata. Hæc conclusio ex dictis in superioribus liquidò constat. ¶ Sed exponere oportet, quomodo Christus habuit ministeriũ excellentiæ, & in quo hæc excellentia cõsistat. Certè hæc excellentia, vt ego iudico, in sex consistit. Primum, in hoc quod meritum & virtus

Cõclusio

Ephes. 5.

2. Cor. 5.

6. Cõclusio

Mat. 20.

1. Cor. 6.

1. Pet. 1.

7. Cõclusio

passionis Christi operatur in sacramentis. Itaque sacramentorum virtus ab eius passione & virtute dimanat, nó autem ex aliquo reliquorum ministrorũ merito. Deinde in hoc, quod in nomine Christi sacramenta celebrantur & sanctificantur, non autem per inuocationem alterius ministri. Et ratio est; quod virtus eiusdem passionis per fidem Christi, quam inuocamus copulatur nobis, secúdum illud Rom. 3. quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Tertiò, eadem excellentia in hoc consistit, quod Christus potuit instituere sacramenta. Etenim Christo tanquam regi regni cælorum competens fuit cũcta remedia ad illum finem prouidere, & sacramenta instituere, quibus non solum per modum meriti, sed etiam, per modum efficiẽtiæ gratiam elargiatur. Quarta excellentia, Christi potestatis est, quod potest effectum sacramentorum sine ipsis præstare. Quando enim Magdalenæ dixit, remittuntur tibi peccata tua, per illa verba contulit ei gratiam, sicut per illud verbum, epheta, quod est aperire, cæco oculos aperuit. Et sicut per consecratoria verba, hoc est corpus meum, transubstantiatur panis in corpus Christi. Quinta excellentia est, quod potestate, & quasi autoritatem habens, animas viuificabat, iuxta illud, data est mihi potestas omnis in cælo & in terra, accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Sexta excellentia est, quod humanitas Christi operatur, vt instrumentum coniunctum diuinitatis, sacramenta vero vt instrumenta separata, instrumẽtum autem coniunctum excellentius est, quã instrumentum separatum. Et quoniam iuxta Diui Dionysij documentum supremum infimi attingit quodammodo supremum, consequens est, quod humanitas Christi, quæ inter creaturas, quæ sanctificant homines suprema est, attingat quodammodo diuinitatis virtutem, quæ est causa principalis iustitiæ & sanctitatis, & sic non solum sit causa instrumentalis, verum etiam quodammodo principalis. Et hoc est, quod dicunt diuini Theologi, quod Christus secundum, quod homo in iustificandis hominibus habet ministerium excellentiæ. Quod vt melius intelligatur constituo octauam conclusionem. ¶ Christus secundum quod homo est principalis, secundum Deum, causa nostræ iustificationis, secundaria tamen & ministerialis. Nam Deus in hoc elegit, & hac gratia, & prerogatiua honorauit humanitatem Christi, vt per Christũ, & in Christo omnia instauraret, & viuificaret. Propter quod dicit Damascen. quod humanitas Christi est organum quoddam coniunctum diuinitatis. Vnde in scripturis nunc brachium Domini, nunc dextera, nunc manus absolutè nominatur. Et non est organum emortuum & inanime, sicut penicillus aut calamus, sed est organum viuum operans per proprium intellectum aut voluntatem, atque etiam per propriam virtutem. Istam conclusionem esse veram probãt efficaciter, vt ego sentio, argumẽta in principio posita. Et profecto diuinæ scripturæ, quæ tribuunt Christo etiam secundum quod homo, quod sit fons, & autor iustitiæ, & gratiæ non possunt aptè explicari si dicamus, quod est causa tantum instrumentaria gratiæ. Idem teneo autoritate Diui Thomæ, qui id expressè docet hoc in loco scribit enim, quod anima Christi virtute propria illuminat & gratificat homines, at causa quæ tantum instrumentaria est, nunquam operatur virtute propria, sed quatenus mouetur à principali agente. Idem euidentius docet in 4. distinctione 5. quæstione 2. articulo 2. quęstiuncula 2. his verbis. Duplex est agens, vnum principale, & aliud instrumentale, agẽs autem principale cum agat sibi simile, oportet, quod habeat formam, quam inducat per suam actionem in agentibus vniuocis, vel aliquam nobiliorem in agentibus nonvniuocis, sed agens instrumentale, non oportet quod habeat formam, quam inducit, vt disponentẽ ipsum, sed solum per modum intẽtionis, sicut de forma scãni in serra patet. Agens autẽ principale in baptizando est ipse Deus per autoritatem, & ipse Christus secũdum quod homo, cuius meritum operatur in baptismo, & ex plenitudine diuinæ bonitatis & gratia Christi peruenit gratia ad baptizatum, sed baptizans est tantum agens instrumentale. Vnde non refert ad rem sacramenti percipiendam, vtrùm ipse gratiam habeat vel non. Et in solutione primi sic scribit, quod actio non attribuitur instrumento secundum Philosophũ propriè, sed principali agenti. Vnde propriè & per se loquendo, malus minister non est qui mũdat, sed Christus, de quo dictum est Ioã. 1. Hic est qui baptizat. Idem confirmo efficaci argumẽto, vt ego iudico. Nam si Christus secundum quod homo est causa tãtum instrumentaria; gratiæ sequuntur incommoda ab omni Theologia abhorrentia, primum non esse necessarium, vt gratos efficiat homines Christus, vt ipse sit gratus. Nã ad causam instrumẽtariam non est necesse, quod effectus præexistat formaliter in causa. Vnde sacerdos, qui est causa instrumentaria gratiæ, non est necesse, vt ipse sit in gratia vt alios gratos efficiat. Argumentum

Rom. 3.

Mat. 28. Ioan. 20.

8. Cõclusio

D. Thom.

Ioan. 1.

D. Thom. tum est Diui Thomæ in loco dudum citato. Secundum incommodum sequitur, videlicet quod gratia causata à Christo in homine iustificato sit melior in dignitate, quam virtus iustificatiua quæ est in Christo. Quod hoc sequatur patet. Nam instrumentum nunquam operatur effectum ex virtute sua, sed ex principalis agentis virtute, & sic effectus semper procedit perfectior, quam sit virtus instrumẽtaria, licet non quam sit virtus principalis agẽtis. ¶ Ad argumenta in contrarium, ad primum dicendum, quod licet gratia sit similitudo diuinæ naturæ, & faciat homines consortes diuinæ naturæ, non est consequens, quod solus Deus faciat efficienter hanc diuinam similitudinem & pulchritudinem. Homo enim est conditus ad imaginem Dei, at homo generat hominem. Et insuper dicendum, quod si est similitudo diuini ordinis & pulchritudo Dei simillima, efficitur tamen à Dei filio incarnato & infinitè Deo grato, non solùm simili Deo, sed Dei filio vero.

Ad pri. arg.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum, quod ex principio methaphysicæ deducitur, respondetur, quod homo cum generat hominem certè causat esse hominis. Et cum equus equum producit esse equi in rerum natura constituit. Cum vero dicitur, quod esse sit proprius effectus Dei sensus est duplex. Alter est, quod esse vniuersum solus Deus producit. Alter est, quod ipse solus producit quidquid est necessarium ad esse in rebus naturalibus, ipse solus producit materiam in rebus materialibus, ipse tantum producit formam in rebus supernaturalibus, non tamen est sensus, quod creaturæ cum producant res in esse non producant aliquod esse, quod prius non erat. Non est ergò incommodum, quod Christus producat efficiatque esse supernaturale gratiæ.

Ad tertium ¶ Ad tertium quod est difficile, respondetur, quod cum Christus Deus & homo per humanitatem gratiam causet & sanctitatẽ, non est consequens, quod creatura aliqua moueat hominis voluntatem. Christus enim Deus est, & inter creaturas non est numerandus. Vel dicatur, & hæc est euidentior argumenti solutio, quod Christus secundum, quod homo mouet hominis voluntatem mediantibus habitibus infusis gratia & charitate, quæ dona Christus per modum efficientiæ causat. Cum autẽ voluntas hominis ab habitu sibi inhærente mouetur, ab exteriori principio moueri non censetur. Et hoc modo nullum incommodũ est concedere, quod Christus secundũ quod homo moueat hominis voluntatem mediantibus habitibus infusis. Veluti si homo aut Angelus haberet potestatem infundendi mihi habitum scientiæ non solum me doceret, illuminaretq;, sed etiam intellectũ moueret mediante habitu scientię infuso. ¶ Ad quartũ argumentum dicendũ est, quod Christi anima non facit homines deiformes & diuinos per gratiam, quæ non est qualitas actiua, vt argumẽtum efficaciter probat, sed per imperiũ, quo decernit istum vel illum hominem esse iustificandum, de quo imperio satis multa in superioribus dicta sunt. Vel dicendum est, quod anima Christi hæc omnia operatur per artem & ideas, quas habet in mente sua ad restaurandum omnia, siue quę in cęlis, siue quę in terris sunt. ¶ Ad vltimum dicendum est, vsitatum esse & crebrò vsurpatũ in doctrina D. Thomæ, quod omnes creaturæ, quæ mouent motæ dicantur concurrere vt instrumenta diuinitatis, & quoniam Christus ex coniunctione ad diuinitatem omnia charismata Spiritus sancti operatur, dicitur operari ministerialiter ad facienda miracula. Itaque causa ministerialis apud Diuum Thomam est illa quę nõ operatur per autoritatem primariã, sed operatur ex virtute diuinitatis sibi communicata.

Ad quartũ.

Ad vltimũ.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm anima Christi habuerit omnipotentiam respectu proprij corporis.

AD tertium sic proceditur. 84

Videtur quòd anima Christi habuerit omnipotentiã respectu proprij corporis. Dicit enim Damascẽ.* in 3. libro quòd omnia naturalia fuerunt Christo voluntaria: volens enim esuriuit, volens sitiuit, volens timuit, volens mortuus est, &c. Sed ex hoc Deus dicitur omnipotens, quia omnia quæcunque voluit fecit. Ergo videtur quòd anima Christi habuerit omnipotentiam respectu naturalium operationum proprij corporis.

lib. 3. orth. fid. cap. 20. & 23.

¶ 2. Præterea, In Christo fuit perfectius humana natura quàm in Adam, in quo secundum originalem iustitiã, quã habuit in innocentię statu, corpus habebat omnino subiectum animę, vt nihil in corpore posset accidere contra animæ voluntatem. Ergo multò magis

anima Christi habuit omnipotentiam respectu sui corporis.

¶ 3. Prętereà, Ad imaginationem animę, naturaliter corpus immutatur, & tantò magis, quantò magis anima fuerit fortis imaginationis, vt in Prima parte habitum est. Sed anima Christi habuit virtutem perfectissimã, & quantum ad imaginationem, & quantum ad alias vires. Ergo anima Christi fuit omnipotens in respectu ad corpus proprium.

Sed contra est, quod dicitur Hebr. 2. quod debuit per omnia fratribus assimilari, & præcipuè in his, quæ pertinent ad conditionem naturæ humanæ. Sed ad conditionem humanę naturæ pertinet, quòd valetudo corporis, & eius nutritio & augmentum, imperio rationis seu voluntatis non subdantur: quia naturalia soli Deo, qui est autor naturę, subduntur. Ergo nec in Christo subdebantur. Non igitur anima Christi fuit omnipotens respectu proprij corporis.

Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est*, anima Christi potest dupliciter considerari. Vno modo secundum propriam naturam & virtutem. Et hoc modo sicut non poterat immutare exteriora corpora à cursu & ordine naturę, ita etiam non poterat immutare proprium corpus à naturali dispositione: quia anima Christi secundum propriam naturam, habet determinatam proportionem ad suum corpus. Alio modo potest considerari anima Christi, secundum quòd est instrumentum vnitum verbo Dei in persona. Et sic subdebatur eius potestati totaliter omnis dispositio proprij corporis. Quia tamẽ virtus actionis nõ propriè attribuitur instrumẽto, sed principali agẽti, talis omnipotentia magis attribuitur ipsi verbo Dei, quàm animę Christi.

Ar. præced.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Damasce.* est intelligendum quantum ad voluntatem Christi diuinam: quia sicut ipse in præcedenti ca.* dicit, beneplacito diuinę voluntatis permittebatur carni pati, & operari quę propria.

* citatum in argum.

li. 3. c. 15. à med. & c. 14.

Ad secundum dicendum, quòd nõ pertinebat hoc ad originalem iustitiam, quam Adam habuit in statu innocentiæ, quòd anima hominis haberet virtutem transmutandi proprium corpus in quamcunque formam: sed quod posset ipsum conseruare absque omni nocumento. Et hanc etiam virtutem Christus assumere potuisset, si voluisset. Sed cùm sint tres status hominum, scilicet innocentiæ, culpę & gloriæ, sicut de statu glorię assumpsit comprehensionem, & de statu innocentiæ immunitatem à peccato, ita & de statu culpę assumpsit necessitatem subiacendi pœnalitatibus huius vitæ: vt infrà* dicetur.

q. 14. art. 2.

Ad tertium dicendum, quòd imaginationi, si fuerit fortis, naturaliter obedit corpus quantum ad aliqua: puta quantum ad casum de trabe in alto posita: quia imaginatio nata est esse principium motus localis: vt dicitur 3. de Anima*. Similiter etiam quantum ad alterationem, quę est secundum calorem & frigus, & alia consequentia: eò quòd ex imaginatione consequẽter natę sunt consequi animę passiones, secũdum quas mouetur cor, & sic per commotionem spirituum, totum corpus alteratur. Alię verò dispositiones corporales, quę non habent naturalem ordinem ad imaginationem, non transmutãtur ab imaginatione, quantũcunque sit fortis: puta figura manus vel pedis, vel aliquid simile.

l. 3. de anima, tex. 48. & sequent. tom. 2.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Anima Christi secundũ propriam virtutem non habuit omnipotẽtiam respectu proprij corporis. Patet ex illo, quod dicitur Hebræor. 2. quod debuit per omnia

1. Cõclusio

Heb. 2.

omnia fratribus assimilari,& præcipuè in his, quæ pertinent ad conditionem naturæ humanæ, sed ad conditionem naturæ humanæ pertinet,quod valetudo corporis, & eius nutritio,& augmentum imperio rationis seu voluntatis non subdantur, quia naturalia soli Deo, qui est actor naturæ subduntur, ergò anima Christi non fuit omnipotens respectu proprij corporis.Deinde probatur. Nam sicut propriavirtute non poterat immutare corpora exteriora, ita nec proprium à naturali
2.cõclusio. dispositione. ¶ Secunda conclusio. Anima Christi secundum quod est instrumentum verbi,habuit omnipotentiam respectu proprij corporis, verum hoc potius est tribuendum verbo diuino,quã animæ Christi. Quia virtus actionis non propriè tribuitur instrumento,sed principali agenti.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Examinatur. 1.Cõclusio D. Thom. De prima conclusione est dubium,an vera sit : nã videtur profecto,quod anima Christi habuerit potestatẽ secundũ propriam virtutẽ ad immutãdũ propriũ corpus. Quod
Primum argumẽtũ. suadeo his argumẽtis. ¶ Primo,anima beata, quæcunq; illa sit, habet eiusmodi virtutẽ ad immutandũ propriũm corpus, ergò & anima Christi.Probatur consequentia ; quoniã erat
Secundum. beata.¶Secũdò,anima Christi secundũ propriã virtutẽ habuit potestatem,vt corpus eius exiret de vtero Virginis clauso,& vt ambularet super aquas,& vt occultaret seipsum transiẽs per mediũ turbæ volentis eũ lapidare;certè habuit istã virtutem propriã , sicut habuit propriã virtutẽ,vt exurgeret à mortuis sepulchro clauso,&ingrediẽdi ad discipulos ianuis clausis,& ascendendi in cælos &ipsos penetrãdi.Quod si dicas diuina dispensatione & miraculo esse factũ,quod licet anima Christi Dñi esset beata,nihilominus istam virtutẽ non haberet,vt assimilaretur fratribus per omnia, & vt de quolibet statu hominũ aliquid acciperet,iuxta doctrinam D.Tho.in solut.2.& de-
Tertium. nique præcipuè, vt in corpore passibili nostram redemptionem perficeret.Contra hoc tertio sic arguitur.Nam per huiusmodi dispẽsationem quantumlibet iustã,ex causis allegatis, nihil est ablatum animæ Christi de eius virtute & potentia.Quod sic probo. Nã per hoc quod ignis impeditur à propria operatione, vel per miraculum , vel per contrarium agẽs, non desinet habere virtutem ad comburendum,& ad propriam operationem, ergò licet lumen gloriæ & vnio beatæ animæ Christi impediatur per magnum miraculũ , ne prodeat in suas operationes,videlicet ne gloria animę redundet in corpus,& ne illud corpus immutet à naturali sua dispositione,non est negandum,quin habeat virtutem propriã ad immutandũ propriũ corpus.¶Quartò,anima Chri- Quartum.
sti in hac vita potuitvti scientia infusavel acquisita sine cõuersione vel cũ cõuersione ad phãtasmata ex eo,quod erat beata, vt dictum est in q.11.arti.2.ergò ex eo, quod erat beata habuit dominium &potestatem supra suum corpus.Consequentia probatur.Nam intelligere per conuersionem ad phantasmata,est naturale animæ,eo quod in hac vita mortali est alligata corpori & non plenè ei dominatur. ¶In oppositum est,quod facere miracula non cõpetit animæ Christi secundum propriam virtutem, vt dictum est in præcedenti articulo, sed immutare corpus à sua naturali dispositione & transformare illud in quamcunque formam & figuram est grande miraculum, ergò non conuenit animæ Christi secundum propriam virtutem. ¶Item aliàs sequitur, quod Expositio quęstionis.
corpus Christi esset impassibile ante resurrectionem,& quod esset mortuum miraculosè. Pro expositione, Durandus in 3.d.14. quæst. Durandus.
vltima,& Dionysius Carthusiensis, & alij iuniores tenent,quod anima Christi habet maiorem virtutem ad immutandum corpus proprium à naturali dispositione sua , quam anima cuiuscunque viatoris. Alij vero dicunt & existimant,se introducere opinionem probabilem , quòd anima Christi Domini habuit eiusmodi virtutem diuinam & admirandam, sed tamen dicunt fuisse impeditam ex diuina dispensatione & miraculo. ¶Sed in oppositũ est sententia Diui Thomæ expressa , vt patet euidenter in prima conclusione,quam esse veram sic probo. Certè animæ beatorum habent magnam potentiam super corpora sua, qua etiam vsa est aliquando anima Christi, vt ambulando super aquas occultando se, & in transfiguratione , cum resplenduit facies eius sicut Sol. Sed diuersa ratione. Nam animæ aliorum beatorum habent corpus gloriosum & impassibile , Christus vero secundum dispensationem habuit corpusmortale,atque passibile,& ideo non habuit tantam potestatem supra corpus suum , atque habent aliæ beatorum hominum animæ. Itaque præsuppositio illo primo & maximo miraculo , per quod à principio incarnationis factum est, ne gloria animæ redundaret in corpus , erat maximum miraculum, quod anima Christi haberet virtutem ad immutandum proprium corpus. Vnde, quando vtebatur agilitate ambulans super aquas erat miraculum, ad quod anima Christi concurrebat tantum

instru-

instrumentaliter. Similiter, quando nascebatur ex virgine sine corruptione clauso matris vtero, atque etiam fulgor corporis Christi in transfiguratione fuit miraculosus, quoniam habebat corpus corruptibile & passibile, vt D.Thom. docet Diuus Thomas infrà q. 45. Cæterum, quod resurgeret ex mortuis sepulchro clauso miraculum non fuit, quoniam corpus eius iam erat glorioſum & impassibile. Profecto ex sola visione diuinæ essentiæ non habet anima virtutem ad immutandum proprium corpus à naturali sua dispositione, vt patet in Paulo & Moyse, qui in corpore mortali viderunt diuinam essentiam. ¶ Ad argumenta, ad primum iam dictum est. ¶ Ad secundum respondetur, iam esse expositum, quomodo anima Christi concurrebat ad hæc opera, vt instrumentum verbi diuini. ¶ Ad tertium respondetur, quod per illam dispensationem nihil est ablatum animæ Christi, quod antea habuerit. Nam nunquam habuit propriam virtutem ad immutandum corpus proprium passibile à sua naturali dispositione. ¶ Ad quartum respondetur, quod Christus Dominus habuit conditiones comprehensoris, maximè ex parte animæ intellectiuæ, & ideo ad operationes animæ intellectiuæ habuit virtutem propriam, cæterum ex parte corporis habuit conditiones viatoris, & ideo non habuit propriam virtutem ad immutandum propriũ corpus. Denique dico his omnibus argumentis, quod etiam si sufficienter probarent animam Christi habere tantam potestatem supra corpus suum, atque habent animæ aliorum beatorum, non tamen legitime probarent, quod haberet omnipotentiam respectu proprij corporis. Nam animæ beatę, quanquã habent magnam potentiã, non tamen habent omnipotentiam respectu suorum corporum. Non enim possunt immutare figuram vel formam pedis aut manus, &c.

Ad primũ argumen.
Ad secũdũ.
Ad tertium
Ad quartũ

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm anima Christi habuerit omnipotentiam respectu exequutionis Iuæ voluntatis.

85 AD quartum sic proceditur. Videtur quòd anima Christi non habuerit omnipotentiã respectu exequutionis proprię voluntatis. Dicitur enim Marc. 7. quòd ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. Non ergo potuit in omnibus exequi propositum suæ voluntatis.

¶ 2. Prętereà, Pręceptum est signum voluntatis: vt in Prima parte dictũ est*, Sed Dominus quædam facienda pręcipit, quorum contraria acciderunt: dicitur enim Mat. 9. quòd cęcis illuminatis, comminatus est Iesus dicens, Videte ne quis sciat. illi autem exeũtes, diffamauerunt illum per totam terram illam. Nõ ergo in omnibus potuit exequi propositum suæ voluntatis. P.p.q.19. art.12.

¶ 3. Prętereà, Id quod potest aliquis facere, non petit ab alio. Sed Dominus petiuit à Patre, orando illud quod fieri volebat: dicitur enim Luc. 6. quod exijt in montẽ orare, & erat pernoctãs in oratione Dei. Ergo nõ potuit exequi in omnibus propositum suæ voluntatis.

Sed contra est, quòd dicit Augu*. in lib. de Quæstionibus veteris & noui Testamenti: Impossibile est, vt Saluatoris voluntas non impleatur: nec potest velle, quod scit fieri non debere. *in li.q. ex nouo test. qui incipit: Deus quidẽ perfectus est. q.77. in princ. to.4.

Respondeo dicendum, quòd anima Christi dupliciter aliquid voluit. Vno modo quasi per se implendum. Et sic dicendum est, quòd quicquid voluit, potuit: non enim conueniret sapiẽtię eius, vt aliquid vellet per se facere, quod suæ virtuti non subiaceret. Alio modo voluit aliquid, vt implendum virtute diuina: sicut resuscitationem proprij corporis, & alia huiusmodi miraculosa opera. Quæ quidem non poterat propria virtute, sed secundũ quod erat instrumentum diuinitatis: vt dictum est*. Ar.1. huius quæst.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Augustin*. dicit in libro de Quæstionibus veteris & noui Testamenti. Quod factum est, hoc voluisse dicendus est Christus. Aduertendum est enim, quòd illud in finibus gestum est Gentilium, quibus adhuc tempus prædicandi non erat: vltrò tamen venientes ad fidem, non suscipere, inuidię erat. li. & ca. citatis in arg. sed contra.

A suis

A suis ergo noluit prędicari, requiri autem se voluit: & ita factum est. Vel potest dici, quod hęc voluntas Christi nó fuit de eo, quod per eam fiendum erat, sed de eo, quod erat fiendum per alios: quod non subiacebat humanæ voluntati ipsius. Vnde in Epistola * Agathonis Papæ, quę est recepta in sexta Synodo, legitur *, Ergóne ille omnium Conditor ac Redemptor, in terris latere volens non potuit, nisi hoc ad humanam eius volũtatem, quam temporaliter est dignatus assumere, redigatur?

Quæ habetur in 6. syn. general. Cõstãt. à med. illius in actione 4.

* recepta est in 8. actione 6. syn. gener. & lecta fuit in actio. 4.

* li. 19. c. 18 post mediũ

Ad secundum dicendum, quòd sicut Greg*. dicit 19. Mor. per hoc, quòd Dominus pręcepit taceri virtutes suas, seruis suis se sequentibus exemplum dedit, vt ipsi quidem virtutes suas occultare desiderent: & tamẽ vt alij eorum exẽplo proficiant, prodantur inuiti. Sic ergo præceptum illud designabat voluntatem ipsius, qui humanam gloriam refugiebat: secundum illud Ioannis octauo, Ego gloriam meam non quæro. Volebat tamen absolutè pręsertim secundum diuinam voluntatem, vt publicaretur miraculum factum, propter aliorum vtilitatem.

Ad tertium dicendum, quòd Christus orabat & pro his, quæ virtute diuina fienda erant, & pro his etiam, quę humana voluntate erat facturus, quia virtus & operatio animæ Christi dependebant à Deo, qui operatur in nobis velle & perficere: vt dicitur Philippen. secundo.

SVMMA TEXTVS.

1. Cõclusio

D. August.

2. Cõclusio

PRima conclusio. Quidquid voluit per se adimplendum, potuit propria virtute, vel naturali, vel gratuita. Probatur hæc conclusio ex illo, quod dicit Aug. in libro de quæst. veteris & noui testamenti. Impossibile est, vt Saluatoris voluntas nó impleatur, nec potest velle, quod scit fieri non debere. Secundo probatur, quia indecens fuisset sapientiæ suæ, si aliquid voluisset, & non potuisset efficere. ¶ Secunda conclusio. Quidquid voluit faciendũ diuina virtute, potuit facere instrumentaliter, vt instrumentum verbi, vt patet de operationibus miraculosis, quas facere non poterat propria virtute, sed secundum quod erat instrumentum diuinitatis.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrùm anima Christi voluerit aliquid voluntate efficaci, quod ad impletũ nõ sit.

Prim. argu. Mar. 7.

Secundum. Agath.

IN hoc articulo est dubium difficile, an anima Christi voluerit voluntate absoluta & efficaci aliquid faciendum per alios, quod reuera executioni non sit mandatum? Partem affirmatiuam sustinet hic Diuus Thomas in solutione secunda primi argumenti. Et probat primo ex testimonio Marci capit. 7. vbi sic legitur. Ingressus Christus domum voluit neminem scire, & non potuit latere. Secundo probat ex definitione Agathonis Pontificis, qui in quadam epistola approbata in sexta Synodo generali, actione 4. & 8. refert hoc ad voluntatem Christi humanam, vt est distincta à diuina & increata, ergò intelligitur de voluntate Christi humana efficaci & absoluta, nam si intelligeret de voluntate antecedenti (vt loquuntur Theologi) probatio Agathonis esset inanis. Nam commune est voluntati diuinæ & humanæ, quòd contra voluntatem antecedentem agatur. ¶ Tertiò, anima Christi volebat vt homines non peccarent, & vt peccatores conuerterentur, at non fiebat.

Tertium.

¶ Propter hæc argumẽta Caietanus hic constanter affirmat, non esse incommodum concedere, animam Christi, aliquid voluisse per alios efficiendum absoluta & efficaci volũtate, quod reuera factũ nó est, scilicet, volebat, vt homines non peccarent, peccabant tamen. Quod si dicas, ergò anima Christi permittebat peccatum, quod cauere poterat. Respondetur negando consequentiam. Nam non erat in potestate animæ Christi cohibere peccatum contra voluntatem peccantis. Loquor de potestate ex propria virtute naturali vel gratuita, secus est de potestate instrumentaria. In oppositum sunt grauissima argumenta.

Caietan.

Ad argum. in cõtrariũ.

¶ Primum sic habet. Voluntas animæ Christi est voluntas Dei, nam actiones sunt oppositorum, ergo semper impletur si est efficax & absoluta.

Primum argumentũ.

Secundum.

¶ Secundò, Christus Dominus euidenter videbat voluntatem diuinam esse determinatam ad hoc, vel ad illud, ergò non poterat velle, nisi quod nouerat Deum velle. Probatur consequentia. Nam hoc habent vniuersi beati.

Tertium.

¶ Tertiò probatur, alioquin esset contrarietas voluntatum in Christo, si aliud vellet quatenus homo, & aliud quatenus Deus, quod esse falsum demonstrabitur infrà quæst. 18.

Quartum.

¶ Item voluntas efficax & absoluta

soluta semper impletur in omnibus beatis, ergò & in Christo. Præterea voluntas efficax & absoluta animæ Christi semper fuit cóformis diuinæ volũtati, quæ semper impletur, ergò.

Vltimum. ¶ Vltimò, si absolutè volebat anima Christi aliquid fieri, & poterat hoc facere, vt instrumentũ diuinitatis, ergò fiebat, est ergò euidẽs contradictio, quòd Christus aliquid vellet efficaciter & nõ fieret. ¶ Pro expositiõe dico primo

Expositio dubitationis propositæ. vniuersa, quæ voluit anima Christi, voluntate efficaci, vt fierent virtute diuina, mãdata sunt executioni. Probatur, nã Christus non potuit velle, quod sciebat fieri nõ debere. Hoc enim esset maxima imperfectio. Idẽ patet. Nã eiusmodi volũtas semper fuit conformis diuinæ voluntatis beneplacito, quæ semper adimple

D. August. tur. Hanc sententiã cõprobat D. Aug. in libro quæst. veteris & noui testamẽti q. 77. Secũdo dico, voluntas animę Christi conditionalis & inefficax, quæ vocatur velleitas nõ semper est adimpleta. Patet de illa, qua voluit, vt trãsiret calix passionis ab ipso, & de illa, qua voluit, omnes homines saluos fieri. Nec est mirum, quod huiusmodi volũtas Christi non semper sit adimpleta. Nã & huiusmodi voluntas & diuina, & increata, nõ semper adimpletur, vt de

D. Thom. mõstrat D. Th. 1. p. q. 19. ar. 6. Dico tertio, probabile est, quod anima Christi voluerit volũtate efficaci aliquid efficiẽdũ per alios, quod reuera nõ est executioni mandatũ. Hoc probãt argumẽta facta pro parte affirmatiua quæstionis. Dico quarto. Probabilius est, quod

Omnis voluntas efficax Christi, in faciẽdis vel per se, vel per alios, semper fuit adimpleta. omnis volũtas efficax animæ Christi, in faciẽdis per ipsum vel per alios, semper fuit impleta. Hoc probant argumẽta facta pro parte negatiua quæstionis, quæ certè sunt probabiliora. ¶ Ad argumẽta alterius partis respõdetur.

Ad argum. in contrarium. Ad primum dico, quod ille locus habet varias expositiones Catholicas. Prima est D. Augu. quã adducit D. Tho. in solutione ad primũ,

Ad pri. arg. August. quæ optima est. Secunda est, vt sit sensus de voluntate cõditionata & inefficaci, & hoc mo

Gregor. do explicat similem sententiã ex Mat. ca. 9. D. Gregor. lib. 19. moralium ca. 18. Tertia expositio, vt sit sensus neminem voluit scire, id est,

Caietanus. habuit se atq; si nollet. Caieta. super hunc locum dicit, quod in his verbis non significatur impotentia Iesu, sed impotẽtia silentij, id est,

Ad secũ. ar. non potuerunt tacere. ¶ Ad secundum facilè respõdetur, quod illa expositio Agathonis est tantum probabilis, non necessario cogens. Nam ille locus, vt dictum est, habet varias expositiones, ex quibus colligitur verisimè, quod tunc voluntas humana Christi fuit impleta. Secundò respondetur & nota solutionem, quod differt inter diuinam voluntatem, & humanam Christi, quod ea, quæ Deus vult voluntate antecedenti potest perficere propria virtute, sed ea, quæ Christus vult voluntate humana antecedenti, non semper potest perficere propria virtute. Et in hoc consistit differentia assignata ab Agathone Pontifice, quomodo voluit latere, & non potuit, nisi referatur ad voluntatem humanam. Ecce tribuitur voluntati humanæ, quod voluerit & non potuerit. Et hæc est mens D. Thomæ, & Caietani. Nunquam enim asserunt illi, quod voluntas efficax animæ Christi non fuerit impleta. ¶ Ad tertium respondetur, quod illa omnia, quæ ibi commemorantur voluit anima Christi voluntate conditionali, & ineffica ci, quæ non semper adimpletur.

Ad ter. arg.

QVAESTIO XIIII.

De defectibus corporis assumptis à filio Dei, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de defectibus, quos Christus in humana natura assumpsit. Et primò de defectibus corporis, secundò de defectibus animę.

¶ Circa primum quęruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm filius Dei assumere debuerit in humana natura corporis defectus.

¶ Secundò, vtrùm assumpserit necessitatem his defectibus subiacendi.

¶ Tertiò, vtrùm hos defectus contraxerit.

¶ Quartò, vtrũ omnes huiusmodi defectus assumpserit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm filius Dei in humana natura assumere debuerit corporis defectus. 86

AD primum sic proceditur. Videtur quòd filius Dei nõ debuerit assumere humanam naturam cum corporis defectibus. Sicut enim anima vnita est

3. dist. 15. q. 1. artic. 1. & di. 22. q. 2. art. 1. q. 1. c. & 4. contra c. 55. 11. & opusc. 3. ca. 42. & 47.

est personaliter verbo Dei, ita & corpus. Sed anima Christi habuit omnimodam perfectionem & quantum ad gratiam, & quantum ad scientiam: vt suprà dictum est*. Ergo etiam corpus eius debuit esse omnibus modis perfectū, nullum in se habens defectum.

q.7.arti.9. & q.9.ar.1.

¶ 2. Prætereà, Anima Christi videbat verbum Dei ea visione, qua Beati vident (vt suprà dictum est*) & sic anima Christi erat beata. Sed ex beatitudine animę glorificatur corpus: dicit enim Augustinus* in Epistola ad Dioscorum. Tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine redūdet etiam in inferiorem naturam, quod est corpus, nō beatitudo, quę fruē tis & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis vigor. Corpus igitur Christi fuit incorruptibile, & absque omni defectu.

q.9.ar.2.

Epist.56.nō multū ante medium to. 2.

¶ 3. Prætereà, Pœna consequitur culpam: sed in Christo non fuit aliqua culpa: secundum illud primę Pet.2. Qui peccatum non fecit. Ergo nec defectus corporales, qui sunt pœnales, in eo esse debuerunt.

¶ 4. Prætereà, Nullus sapiens assumit id, quod impedit ipsum à proprio fine. Sed per huiusmodi defectus corporales, multipliciter videtur impediri finis Incarnationis. Primò quidem, quia propter huiusmodi infirmitates, homines ab eius cognitione impediebantur: secundum illud Isa.53. Desideravimus eum despectum & nouissimū virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus est vultus eius & despectus: vnde nec reputauimus eum. Secūdò, quia sanctorum Patrum desiderium non videtur impleri: ex quorum persona dicitur Isaiæ 51. Consurge, consurge, induere fortitudinem, brachium Domini. Tertiò, quia congruentius per fortitudinem, quàm per infirmitatem, videbatur & potestas diaboli posse superari, & humana infirmitas posse sanari. Non ergo videtur conueniens fuisse, quòd filius Dei humanam naturam assumpserit cum corporalibus infirmitatibus, siue defectibus.

Sed contra est, quod dicitur Hebr. 2. In eo, in quo passus ipse est & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari. Sed ad hoc venit, vt nos adiuuaret: vnde & Dauid dicebat, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Ergo conueniens fuit, vt filius Dei carnem assumpserit, infirmitatibus humanis subiacentem, vt in ea posset pati & tentari. & sic auxilium nobis ferre.

Respondeo dicendum, conueniens fuisse, corpus assumptum à filio Dei humanis infirmitatibus & defectibus subiacere, & præcipuè, propter tria. Primò quidem, quia ad hoc filius Dei carnem assumpta, venit in mundum, vt pro peccato humani generis satisfaceret. Vnus autem pro peccato alterius satisfacit, dum pœnam pro peccato alterius debitam, in se suscipit. Huiusmodi autem defectus corporales, scilicet, mors, fames, sitis, & huiusmodi, sunt pœna peccati, quod est in mūdum per Adam introductum: secundum illud Roman. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Vnde conueniens fuit quantum ad finem Incarnationis, quòd huiusmodi pœnalitates in nostra natura susciperet vice nostra secundum illud Isaiæ 53. Verè languores nostros ipse tulit. Secundò, propter fidem Incarnationis astruendam. Cùm enim natura humana non aliter esset nota hominibus, nisi prout huiusmodi corporalibus defectibus subiacet, si sine his defectibus filius Dei humanam naturam assumpsisset, videretur non fuisse verus homo, nec veram carnem habuisse, sed phantasticam, vt Manichęi posuerunt. Et ideo, vt dicitur Philip.2. Exinaniuit semetip-

metipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Vnde & beatus Thomas per aspectum vulnerum est ad fidem reuocatus, vt dicitur Ioan. 20. Tertiò, propter exemplum patientiæ, quod nobis exhibet, passiones & defectus humanos fortiter tolerando, vnde dicitur Hebr. 12. Sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contra dictionem, vt non fatigemini, animisve strīs deficientes.

Ad primum ergo dicendum, quòd satisfactio pro peccatis alterius, habet quidem quasi materiam pœnas quasali quis pro peccato alterius sustinet: sed pro principio habet habitum animę, ex quo inclinatur ad volendum satisfacere pro alio, & ex quo satisfactio efficaciam habet. Non enim esset efficax satisfactio, nisi ex charitate procederet: vt infrà dicetur*. Et ideo oportuit animam Christi & perfectam esse, quantum ad habitus scientiarum & virtutum, vt haberet facultatem satisfaciendi: & quòd corpus eius esset subiectum infirmitatibus, vt ei satisfactionis materia non deesset.

In materia de satisf. id erat facturus non cō pleuit.

Ad secundum dicendum, quòd secundū naturalem habitudinē, quę est inter animam, & corpus, ex gloria animæ, redūdat gloria ad corpus. Sed hęc naturalis habitudo in Christo subiacebat voluntati diuinitatis ipsius: ex qua factum est, quòd beatitudo remaneret in anima, & non deriuaretur ad corpus, sed caro pateretur: quæ conueniunt naturæ passibili secundum illud quod Damasce.* dicit, quòd beneplacito diuinę voluntatis, permittebatur carni pati & operari quę propria.

li. 3. c. 15. à me. & c. 14.

Ad tertiū dicendū, quòd pœna semper sequitur culpam actualem vel originalem: quandoque quidem eius qui punitur: quandoq; aute alterius, pro quo ille, qui pœnas patitur, satisfacit. Et ita accidit in Christo, secūdū illud Isa. 53. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Ad quartum dicendum, quòd infirmitas assumpta à Christo non impediuit finem Incarnationis, sed maximè promouit. vt dictum est*. Et quamuis per huiusmodi infirmitates absconderetur eius diuinitas: manifestabatur tamen humanitas, quæ est via ad diuinitatem perueniendi: secundum illud Romano. 5. Accessum habemus per Iesum Christum ad Deum. Desiderabant autē antiqui Patres in Christo, non quidem fortitudinem corporalem, sed spiritualem, per quam & diabolum vicit, & humanam infirmitatem sanauit.

In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua. Probaturque ex illo, quod dicitur Hebræor. 2. in eo, in quo passus est, & tentatus potens est & eis, qui tentantur, auxiliari, sed ad hoc venit, vt nos adiuuaret. Vnde & Dauid dicebat. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, ergò conueniens fuit vt filius Dei carnem assumpserit, infirmitatibus humanis subiacentem, vt in ea posset pati & tentari, & sic auxilium nobis ferre. Itaque conueniens fuit corpus assumptum à filio Dei, humanis infirmitatibus & defectibus subiacere. Primò, quia filius Dei venit in mundum, vt satisfaceret pro peccatis hominum, tunc autem quis satisfacit pro peccato alterius, cum in se pœnā illius suscipit. Vnde conueniens fuit Christū suscipere lāguores nostros, vice nostra in proprio corpore. Secundò, propter fidem incarnationis astruendam. Quia natura humana nota non fuisset, nisi corpus eius corporalibus defectibus esset subiectum. Vnde ad Phil. 2. dicitur, exinaniuit semetipsum, &c. Tertiò, propter exemplum patientiæ, quòd nobis exhibuit passiones & defectus humanos fortiter sustinendo, vt dicitur Heb. 12. Sustinuit à peccatoribus, &c.

Conclusio. Heb. 2. Phil. 2. Heb. 12.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Hic articulus in sequentibus exactius explanabitur, nunc tantum obseruandum est, quod D. Thom. in solutione primi habet vnam sententiam, quæ indiget expositione. Scribit enim, quod satisfactio Christi non esset perfecta nisi procederet ex charitate. Et ideo oportuit animam Christi fuisse perfectā, quantum ad habitus scientiæ & virtutum, vt

D. Thom.

haberet

haberet virtutē satisfaciendi. Contra hoc est, quod diximus supra q.1.art.2.&.q.7. in principio, quod sufficiebat gratia vnionis ad satisfaciendum. Ad hoc dico, quod D. Thomas hic loquitur secūdum legem ordinariā. Nam Deus voluit, quod omnis operatio cuiuslibet hominis meritoria esset informata charitate & sic fuit in Christo, alioqui de potentia absoluta, bene poterat sine gratia & charitate satisfacere, quia suppositum erat gratum. Secūdo dico, quod intelligit D. Thomas illud requiri ad opus, vt esset meritorium absolute & formaliter ex parte principij proximi, quod est ipsa voluntas humana, & non solum esset meritoria ratione diuini suppositi. Vnde operatio animæ Christi habuit esse meritorium formaliter & moraliter ex gratia habituali, infinitatem autem & ex rigore iustitiæ, habuit ratione suppositi diuini. Vide reliqua in litera D. Thomæ, & omnia argumenta, quæ sunt optima ad concionandum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus necessitatem his defectibus subiacendi assumpserit.

87 Infr. q. 15. arti. 5. 1. & 3 di. 3. q. 1. arti. 2. q. 1. c. fin.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd Christus non ex necessitate his defectibus subiacuerit. Dicitur enim Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit, & loquitur de oblatione ad passionem. Sed voluntas opponitur necessitati. Ergo Christus non ex necessitate subiacuit corporalibus defectibus.

l. 3. c. 20. in fine.

¶ 2. Prętereà, Damasc*. dicit in 3. lib. Nihil coactum in Christo consideratur, sed omnia voluntaria. Sed quod est voluntarium, non est necessarium. Ergo huiusmodi defectus non fuerunt ex necessitate in Christo.

¶ 3. Prętereà, Necessitas infertur ab aliquo potentiori. Sed nulla creatura est potentior, quàm anima Christi, ad quam pertinebat proprium corpus conseruare. Ergo huiusmodi defectus seu infirmitates non fuerunt in Christo ex necessitate.

Sed contra est, quod Apost. dicit Roma. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Sed conditio carnis peccati est, quòd habeat necessitatem moriendi & sustinendi alias huiusmodi passiones. Ergo talis necessitas sustinendi hos defectus fuit in carne Christi.

Respondeo dicēdum, quòd duplex est necessitas. Vna quidem coactionis, quę fit ab agēte extrinseco. Et hęc quidem necessitas contrariatur & naturę & voluntati: quorum vtrūque est principium intrinsecum. Alia autem est necessitas naturalis, quę consequitur principia naturalia, puta formam, sicut necessarium est ignem calefacere: vel materiam, sicut necessarium est corpus ex contrarijs compositum dissolui. Secundum igitur hanc necessitatem, quę consequitur materiam, corpus Christi subiectum fuit necessitati mortis & aliorū huiusmodi defectuum: quia sicut dictū est*, beneplacito diuinæ voluntatis, carni Christi permittebatur agere & pati quæ propria. Hæc autem necessitas causatur ex principijs humanæ naturę, vt dictum est*. Si autem loquamur de necessitate coactionis, secundum quidem quod repugnat naturæ corporali; sic, iterum corpus Christi, secundum conditionem propriæ naturæ, necessitati subiacuit & claui perforantis & flagelli percutientis. Secundum verò quod necessitas talis repugnat voluntati, manifestum est quòd in Christo nō fuit necessitas horum defectuum, neque per respectum ad diuinam voluntatē, neq; per respectum ad voluntatem humanā Christi absolutè, prout sequitur rationem deliberantem, sed solùm secundū naturalem motum voluntatis, prout scilicet naturaliter refugit mortem, & etiā corporis nocumenta.

Art. præce. ad 2.

In isto arti.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus dicitur oblatus, quia voluit & voluntate diuina, & voluntate humana deliberata: licet mors esset contra naturalem motum voluntatis humanę, vt Damasc*. dicit.

*li. 3. c. 23. & 24.

In corp. ar. Ad secũdũ patet respõsio ex dictis†.

Ad tertium dicendum, quòd nihil fuit potentius, quàm anima Christi absolutè: nihil tamẽ prohibet aliquid fuisse potentius, quantum ad hunc effectũ: sicut clauus ad perforandum. Et hoc dico, secundũ quod anima Christi considerat̃ secũdum propriam naturam & virtutem.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio. PRima conclusio secundum necessitatem, quæ cõsequitur ad principia naturalia corpus Christi fuit subiectum necessitati mortis, & aliorum defectuum similium. Hæc conclusio probatur ex illo, quod Apostolus dicit Rom. 8. Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati: sed cõditio carnis peccati est, quod habeat necessitatem moriendi, & sustinendi alias huiusmodi passiones, ergo talis necessitas sustinendi huiusmodi defectus fuit in carne Christi. Deinde probatur. Quia necessitas horum defectuum causatur ex principijs carnis humanæ, vnde permittebatur ei 2. Concluſ. agere, & pati, quæ erant ei propria. ¶ Secunda conclusio. Christus subiacuit necessitati coactionis repugnantis naturæ corporeæ secũdũ eius conditionẽ naturalem, vt patet in clauo 3. Concluſ. perforante, & in flagello percutiente. ¶ Tertia conclusio. Christus non subiacuit necessitati coactionis repugnãtis volũtati diuinæ, aut voluntati humanæ deliberatæ, quãuis voluntas humana secundum motũ naturalem refugiebat mortem, & cætera mortis nocumenta.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Expositio quatuor dubiorum. IN hoc articulo occurrunt quatuor rationes dubitandi. Prima, nam si Christus vt Deus & vt homo voluit mori, ergo occidentes ipsum non peccabant siquidem faciebãt, quod Deus volebat. Certè Abraham volendo occidere filium suum Isaac non peccabat, quia faciebat, quod Deus volebat. Secunda ratio dubitandi est, an tormenta, quæ Christus patiebatur essent contra eius voluntatem. Nam de Caietanus. hoc magnopere dubitat Caietanus in præsenti articulo. Tertia ratio dubitandi est, contra Scotus. primam conclusionẽ ex Scoto apud Capreo- Capreolus. lum in 3. d. 16. conclusione 3. Sic arguit Scotus, illud quod cõuenit alicui per miraculum, non conuenit ei naturaliter & necessario, vt plane constat: sed passibilitas corporis Christi conuenit ei per miraculum, ergo. Probatur minor. Nam quod corpus coniunctum animæ beatæ non sit glorioſum & impassibile miraculum est. Et certè grande miraculum est in Christo Domino, quod gloria animæ non redundaret in corpus. Quarta ratio dubitandi est, nam sancti patres videntur asserere planissime, quod Christus non verè doluit, non verè timuit, & quod non suscepit necessitatem subiacendi his defectibus. Videtur hoc asserere D. Augustinus super Psal. 21. in Auguſt. enarratione secunda exponens illud, longe à salute mea, &c. Consimilem sententiam habet in Epistola. 120. capit. 6. & super Psal. 103. D. Hilarius vehementer affirmat istam sen- Hilarius. tentiam super Psal. 53. & 68. & Canone. 31. in Matthæum. & libro. 10. de Trinitate longam de hac re texuit disputationem. D. Hieronymus videtur consentire Hilario libro. 4. in Hieronym. Matthæum exponens initium capitis. 26. Iu- Iuſtinianus stinianus Imperator vir alioqui catholicus sic adhæsit huic dogmati, quod ipsum imperiali edicto præceperit à sacerdotibus publice doceri, & ab vniuersa plebe firmiter credi, Christum, scilicet, Dominum corpus impassibile sumpsisse & defectus corporis non suscepisse. Testis huius rei est Euagrius libro. 4. hi- Euagrius. storiæ Ecclesiasticæ capitulo. 39. & Nicepho- Nicephor. rus libro. 17. capit. 29. & duobus sequentibus. ¶ Adhæc dubia suo ordine respondetur. Ad Ad primũ dubium. primum respondetur, quod Christus voluit suam passionem, sicut & Deus voluit, sed non voluit iniquam actionem Iudæorum, propter quod à crimine non excusantur. Itaque Christus voluit pati mortem, sed non voluit, vt alij inferrent & ideo inferentes à scelere non excusantur. ¶ Ad secũdam dubitatio- Ad secũdũ dubium. nem respondetur, quod tormenta, quæ Christus Dominus patiebatur absque dubio erant contra motum voluntatis naturalem, quo naturaliter refugit mortem, & corporis nocumenta: sed non erant contra voluntatem deliberatam, imo secundum istam oblatus est, quia ipse volùit. Pro cuius expositione, nota ex Domino Caietano, quod deliberare est Caietanus. actus rationis, & ideo voluntas deliberata dicitur denominatiue & causaliter à ratione deliberante. Ratio omnibus consideratis concludit aliquid esse bonum, & prosequendum, vel malum & fugiendum, & voluntas huic deliberationi conformis, appellatur voluntas deliberata. Cæterum voluntas naturalis vocatur ille motus, qui sequitur ad apprehensionem boni vel mali, non considerando omnes circunstantias, sed vel bonum obiectum, vt vita vel honor, vel malum, vt miseria, flagellum. Hic itaque motus, qui sequitur ad huiusmodi apprehensionem, vocatur voluntas naturalis. Ex his ad nostrum

propoſi-

propositum accedendo dicimus, quod Christus considerans ob virtutem, & iustitiam, & generis humani redemptionem bonum esse mori, voluit deliberata ratione mortem, quã naturaliter refugiebat. ¶Sed ex hac doctrina oritur magna quæstio, Vtrum aliquis actus indeliberatus, sit ponendus in Christo, in voluntate siue in appetitu sensitiuo? Videtur, quod sit ponendus ex solutione commemorata, & quoniam ita videtur sentire D. Thomas, atque etiam Caietanus. Sed profecto talis actus in Christo non est ponendus, quoniam esset magna imperfectio. Idem patet alia ratione. Nam Christus per scientiam infusam & beatam illos actus præuidebat ergo, non erant indeliberati. Dicendum est ergo, quod secundum deliberationem per rationes humanas volebat non mori voluntate quadam inefficaci, sed omnibus consideratis voluit mori, & vitam pro nobis profundere. Sed de hoc infra quæst. 18. abundantius. ¶ Ad tertiam difficultatem respondetur, ex doctrina tradita in articulo tertio præcedentis quæstionis, quod licet fuerit miraculum prohibere ne gloria animæ redundaret in corpus, tamen præsuppositio illo magno miraculo, corpus Domini mansit vere & naturaliter passibile. Vel dicatur & melius ex doctrina Diui Thomæ de veritate, quæst. 29. articu. 6. ad 4. esse quidem miraculum, quod anima beata, non communicet suam gloriam corpori, quando est beata omnibus modis, tum in ordine ad Deum, tum in ordine ad proprium corpus, cuius est forma. Sic autem non erat glorificata anima Christi, sed solum in ordine ad Deum, & ideo vt erat forma corporis mansit passibilis. ¶ Ad quartam dubitationem explicandam nota, quod Manichæi alijque multi hæretici, asserebant Christum Dominum non verum assumpsisse corpus, sed phantasticum, & communiter non veros susceptisse corporis defectus, sed simulasse. Valentinus & eius sequaces aiebãt, Christum cœleste assumpsisse corpus, & consequenter dicebant, non susceptisse corporis defectus. Contra istos errores disputauimus diligenter supra quæstione. 5. Fuit alius error, quem suscitarunt Iulianus Alicarnaseus, & quidam Gailus, quod Christus Dominus verum assumpsit corpus humanum sed impassibile prorsus, nec magis esurijsse aut doluisse ante resurrectionem, quam post illam. In hoc errore fuit Iustinianus Imperator, vt ante dictum est. Istum errorem condemnant sancta Concilia. Ephesinum primum cap. 12. & 13. Concilium Chalcedonense, & sequẽtia

Actus indeliberatus in Christo non est ponendus.

Ad tertium dubium.

D. Thom.

Ad quartũ dubium.

Manichæus

Valẽtinus.

Iulianus. Gailus.

Iustinianus

Cõc. Ephe. Conc. Chalcedonense.

quę de humanitate Christi definiunt. Reprobant illum & sancti Patres. Leo Primus in Epistolis ad Flauianum Archiepiscopũ Constantinopolit. Augustinus libro. 83. quæstionum. q. 80. & super Psalmo. 93. Damascenus libro. 1. orthodoxæ fidei capit. 14. & libro. 3. capit. 20. & Vigilius Papa reprobauit istum errorem, vt refert Nicephorus vbi supra. Confirmatur etiam ex facto mirabili in hac re. Cum enim Iustinianus Imperator pronunciasset sententiam exilij in Anastasium Antiochiæ Episcopum, qui admirabili oratione demonstrauerat, Christum Dominum corpus susceptisse passibile, inuisibili plaga interijt, autor est Nicephorus lib. 17. cap. 31. Denique hunc errorem reprobant omnes scripturæ Euangelicæ in quibus habetur Christum passum carne, crucifixum carne, mortem carne gustasse. Itaque est veritas fidei, imo articulus fidei Christum susceptisse corpus passibile, & humani corporis defectus. ¶Ad autoritates Sanctorum, quæ oppositum videntur probare dicendum est, quod vniuersi Sancti in suis scriptis aperte definiunt Christum susceptisse corpus passibile, & dolores corporis gustasse. Vnus Hilarius videtur, deficere in hac re, sed excusari potest. Primo, vt excusat illum Magister in. 3. sententiarum. d. 15. cap. vltimo, dicendo Hilarium non negasse huiusmodi defectus in Christo, sed causam & meritum. Ad eundem modum excusat illum D. Thomas, quæstione sequenti articu. 5. ad. 1. Secunda excusatio est ex Diuo Hieronymo super Matth. cap. 26. quod non vere tristatus est, nec vere doluit secundum passionem, sed vere tristatus fuit & doluit secundum propassionem. Est enim differentia inter passionem & propassionem secundum phrasim Sanctorum, quod passio significat affectum animi inordinatum & turbatum, propassio vero designat affectum animi morigeratum & rationi subiectum. Tertia ratio, excusandi est ex Diuo Augustino super Psalmum. 93. Tristis fuit Dominus & verè doluit, sed tristitiam voluntate suscipiens, quomodo carnem voluntate suscepit.

Leo I.

Augusti.

D. Damasc.

Vigilius Papa.

Nicephor.

Sancti Patres explicantur.

Magister.

D. Tho.

Augus.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christus defectus corporales contraxerit. 88

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Christus defectus corporales contraxerit. Illud enim contrahere dici-

3. di. 15. q. 1. artic. 3 & dist. 21. q. 1. arti. 2. c. & opus. 3. ca. 223.

mur, quod simul cum natura ex origine trahimus. Sed Christus simul cũ natura humana defectus & infirmitates corporales per suam originem traxit à matre, cuius caro huiusmodi defectibus subiacebat. Ergo videtur, quòd hos defectus contraxerit.

¶ 2. Præterea, Id quod ex principijs naturæ causatur, simul cum natura trahitur, & ita contrahitur. Sed huiusmodi pœnalitates causantur ex principijs naturæ humanæ. Ergo eas Christus contraxit.

¶ 3. Præterea, Secundũ huiusmodi defectus Christus alijs hominibus similatur: vt dicitur Hebr. 2. Sed alij homines huiusmodi defectus contraxerunt: ergo videtur, quòd etiam Christus huiusmodi defectus contraxerit.

Sed contra est, quòd huiusmodi defectus contrahuntur ex peccato: secundum illud Rom. 5. Per vnum hominem peccatũ intrauit in hunc mundum, & per peccatũ mors. Sed in Christo nõ habuit locum peccatum. Ergo huiusmodi defectus Christus non contraxit.

Respondeo dicendum, quòd in verbo Contrahendi, intelligitur ordo effectus ad causam: vt scilicet illud dicatur contrahi, quod simul cum sua causa ex necessitate trahitur. Causa autem mortis & horum defectuum in humana natura est peccatum, quia per peccatum mors intrauit in hunc mundum, vt dicitur Rom. 5. Et ideo illi propriè dicuntur hos defectus contrahere, qui ex debito peccati hos defectus incurrunt. Christus autem hos defectus non habuit ex debito peccati: quia vt Augus.* dicit exponens illud Ioan. 3. Qui de sursum venit, super omnes est: de sursum venit Christus, id est, de altitudine naturæ humanæ, quam habuit ante peccatum primi hominis. Accepit enim naturam humanam absque peccato, in illa puritate, in qua erat in statu innocẽtiæ: & simili modo potuisset assumere humanam naturã absque defectibus. Sic igitur patet, quòd Christus non contraxit hos defectus, quasi ex debito peccati eos suscipiẽs, sed ex propria volũtate.

Refertur 3. sentẽt. dist. 16. & habetur in glos. ordi. super hunc locũ.

Ad primum ergo dicendum, quòd caro Virginis concepta fuit in originali peccato: & ideo hos defectus contraxit. Sed Christus naturam ex Virgine assumpsit absque culpa. Et similiter potuisset naturam assumere absque pœna: sed voluit suscipere pœnã propter opus nostræ redemptionis implẽdum: vt dictum est*. Et ideo habuit huiusmodi defectus, non contrahendo, sed voluntariè assumendo. Ar. 1. huius quæst.

Ad secundum dicendum, quòd causa mortis & aliorum corporalium defectuum in humana natura, est duplex. Vna quidem remota, quæ accipitur ex parte principiorum materialium humani corporis, in quantum est ex contrarijs compositum, sed hæc causa impediebatur per originalem iustitiam. Et ideo proxima causa mortis & aliorum defectuum, est peccatũ: per quod subtracta est originalis iustitia. Et propter hoc, quia Christus fuit sine peccato, dicitur non contraxisse huiusmodi defectus: sed voluntariè assumpsisse.

Ad tertium dicendũ, quòd Christus in huiusmodi defectibus, assimilatus est alijs hominibus, quantum ad qualitatem defectuũ: non autem quantum ad causam. Et ideo Christus non contraxit huiusmodi defectus, sicut alij.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio est. Christus non cõtraxit defectus corporales, sed volũtarie suscepit. Conclusio.

Hæc cõclusio probatur. Quia huiusmodi defectus contrahuntur ex peccato, secundum illud Rom. 5. Per vnum hominem peccatum introiuit in hunc mundum, & per peccatum mors, sed in Christo non habuit locum peccatum, ergo huiusmodi defectus Christus non contraxit. Deinde probatur. Nam contractio importat ordinem effectus ad causam, causa vero mortis & horum defectuum in humana natura est peccatũ, vt dicitur Rom. 5. Christus autem Rom. 5. Rom. 5.

autem hoc defectus nó habuit ex peccati debito. Nam de sursum veniens, vt ait Augustinus, accepit naturam humanam absque peccato in puritate illa, in qua erat in statu innocentiæ, similiqúe modo potuisset assumere naturam humanam sine defectibus, voluit tamen suscipere pœnam propter opus nostrę redemptionis implendum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo in solutione primi nota, quod etiam si daremus beatam virginem fuisse conceptã sine originali peccato, vt quidam Doctores existimant, nihilominus dicendum est illam contraxisse hos defectus. Nam si fuit exempta, fuit ex priuilegio, & ex lege fuit obnoxia peccato, & præseruata, & sic redempta, & ideo indiguit redemptore, & redempta fuit: at Christo Domino gratia erat naturalis ex vi natiuitatis suæ, vt supra ostensum est. Et ideo beata Virgo contraxit istos defectus, Christus vero minime.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christus omnes defectus corporales hominum assumere debuerit.

89 Supr. q. 12. arti. 4. 3. & inf. q. 15. ar. 1. c. & q. 46 arti. 4. 3. & 3 di. 1. q. 2. 1. & di. 15. q 1. ar. 1. & di. 22. q. 2. ar 1 q. 1. & 4. contra c. 55. 11. & opus. 3. ca. 213. & 238. *lib. 3. c. 6. & 18. †Art. 1.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Christus omnes defectus corporales hominum assumere debuerit. Dicit enim Dam*. Quod est inassumptibile, est incurabile. Sed Christus venerat omnes defectus nostros curare. Ergo omnes defectus nostros assumere debuit.

¶ 2. Prætereà, Dictũ est†, quòd ad hoc quòd Christus pro nobis satisfaceret, debuit habere habitus perfectiuos in anima & defectus in corpore. Sed Christus ex parte animæ assumpsit plenitudinem omnis gratiæ. Ergo ex parte corporis debuit assumere oẽs defectus.

¶ 3. Prętereà, Inter omnes defectus corporales, præcipuum locum tenet mors. Sed Christus mortem assumpsit. Ergo multò magis omnes alios defectus assumere debuit.

Sed cõtra est, quòd cõtraria nõ possunt simul fieri in eodẽ. Sed quædã infirmitates sunt sibi ipsis contrariæ, vtpote ex contrarijs principijs causatæ. Ergo non potuit esse, quòd Christus omnes infirmitates humanas assumeret.

Respondeo dicendum, quòd sicut dictũ est*, Christus defectus humanos assumpsit, ad satisfaciendum pro peccato humanæ naturæ: ad quod requirebatur, quòd haberet perfectionem scientiæ & gratiæ in anima. Illos ergo defectus Christus assumere debuit, qui consequuntur ex peccato communi totius naturæ, nec tamen repugnant perfectioni scientiæ & gratiæ. Sic igitur non fuit conueniens, vt omnes defectus seu infirmitates humanas assumeret. Sunt enim quidam defectus, qui repugnant perfectioni sciẽtiæ & gratiæ: sicut ignorantia, pronitas ad malum & difficultas ad bonũ. Quidam autẽ defectus sunt, qui non cõsequuntur communiter totam humanam naturam, propter peccatum primi Parentis, sed causantur in aliquibus hominibus ex quibusdã particularibus causis: sicut lepra, & morbus caducus, & alia huiusmodi. Qui quidẽ defectus, quandoque causantur ex culpa hominis, puta ex inordinato victu: quandoque autem ex defectu virtutis formatiuæ. Quorum neutrum cõuenit Christo: quia & caro eius de Spiritu sancto concepta est, qui est infinitę sapientiæ & virtutis, errare & deficere non potens: & ipse nihil inordinatum in regimine suæ vitæ exercuit. Sunt autem tertij defectus, qui in omnibus hominibus communiter inueniuntur, ex peccato primi Parẽtis: sicut mors, fames, sitis, & alia huiusmodi. Et hos defectus omnes Christus suscepit, quos vocat Dam*. naturales & indetractibiles passiones: naturales quidẽ, quia consequuntur communiter totam naturam humanam: indetractibiles autem, quia defectũ scientiæ & gratiæ non important.

Art. 1. & 2. huius q. l. 1. orth. fi. c. 14. in fine: & lib. 3. c. 20.

Ad primum ergo dicendum, quòd omnes particulares defectus hominũ, causantur ex corruptibilitate & passibilitate corporis, superadditis quibusdã

particularibus causis. Et ideo cùm Christus curauerit passibilitatem & corruptibilitatem corporis nostri, per hoc quòd eam assumpsit, ex cõsequenti omnes alios defectus curauit.

Ad secundum dicendum, quòd plenitudo omnis gratiæ & scientiæ, animę Christi secundum se debebatur ex hoc ipso, quòd erat à verbo Dei assumpta: & ideo absolutè omnem plenitudinem sapientiæ & gratiæ Christus assumpsit. Sed defectus nostros dispẽsatiuè assumpsit, vt pro peccato nostro satisfaceret, non quia ei secundum se competerent. Et ideo non oportuit, quòd omnes assumeret, sed solùm illos, qui sufficiebãt ad satisfaciendum pro peccato totius humanæ naturæ.

Ad tertium dicendum, quòd mors in omnes homines deuenit ex peccato primi Parentis: non autem quidam alij defectus, licet sint morte minores. Vnde non est similis ratio.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est. Non fuit conueniens, vt Christus assumeret omnes defectus, seu infirmitates humanas. Hęc cõclusio probatur. Quia contraria non possunt simul fieri in eodem, sed quædam infirmitates sunt sibi ipsis contrariæ, vtpote ex contrarijs principijs causatæ, ergo non potuit esse, quod Christus omnes infirmitates humanas assumeret. Amplius probatur. Nam Christus defectus, seu infirmitates assumpsit ad satisfaciendũ pro peccato humanæ naturæ, ergo eos tantũ assumere debebat, qui consequuntur ex peccato cõmuni totius naturæ, nec tamẽ repugnãt perfectioni sciẽtiæ, & gratiæ, vt repugnat ignorãtia, pronitas ad malum, & difficultas ad bonum. Sunt etiam quidã alij defectus particulares, vt varij morbi, qui ex culpa hominis causantur, puta ex inordinato victu, vel ex defectu virtutis formatiuę, qui non conueniunt Christo, cum cõcepta sit caro eius de Spiritu sancto, qui est virtutis infinitæ. Nec Christus aliquid inordinatum in regimine suę vitę exercuit. Suscepit itaq; eos, qui cõmuniter inueniũtur ex peccato primi parẽtis, sicut mors, fames, sitis, quos Damasc. Damascenus vocat naturales, quia sequuntur totã naturã, & indetrectabiles passiones; quia defectum scientiæ & gratiæ non important.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Potuerit ne Christus pati morbum discepta-tur.

IN hoc articulo duæ occurrunt rationes dubitandi. Vna est, vtrum Christus potuerit pati morbum, febrim, vel catarrum. Secunda est, vtrum Christus mortuus fuisset, si nõ occidissent illum. Vt vero cõsideremus primam quæstionẽ sic arguitur pro parte affirmatiua. Primũ arg. Christus potuit occidi ab extrinseco, vt plane cõstat, ergo & infirmari. Probatur cõsequẽtia. Nam videtur incredibile, quod cum Christus Dominus tot ac tantas plagas in corpore suo pertulerit, nõ sit alterata proportio humorũ, & nõ cõtraxerit febrim aliquã. ¶ Secũdo, corpus Christi Domini non habuit infinitam virtutem ad resistendum agentibus naturalibus, ergo potuit superari à calore & frigore, & sic in morbum incurrere. Secundum. ¶ Tertio, potuit mori ab extrinseco, ergo potuit infirmari ab extrinseco. Tertium. ¶ Quarto, causæ quas hic refert D. Tho. ad probandũ, quod nõ suscepit morbos sunt insufficiẽtes. Quod probo. Nam causæ adductæ, sunt duæ victus inordinatus, & defectus virtutis formatiuæ, sed in hac numeratione prætermisit D. Thomas alias causas, nimirum influentiam corporis cœlestis, & intẽperiem aëris. Quartum. ¶ Pro expositione sit prima conclusio. Temeraria est illa sententia & pias aures offendens, quæ asserit in Christo Domino fuisse morbos vel leuissimos. Probatur conclusio. Temerariũ est asserere in Christo Dño fuisse morbos. Nam in scripturis diuinis, in sanctis cõcilijs, in scriptis patrũ, in quibus accuratissimè traduntur pœnæ, quas Christus in corpore suo pertulit pro nostra redemptione ad commendandã eius charitatem & misericordiam, nunquam fit mẽtio de susceptione morborum, & si qua fit, semper negatiue definitur. Vnde Caieta. in opusculo de spasmo Beatæ Virginis scribit, Caietanus. Chrysostomum dicere, esse indignissimũ asserere, quod Christus Dominus aliquando langueſceret, & in morbos incurreret. Idem asserũt omnes Theologi in. 3. d. 15. & 16. & interpretes sacrarum scripturarum super Isaiã. c. 33. & Matth. 8. vbi citatur illa sententia, Verè languores nostros ipse portauit, constanter affirmant, quod Christus nullum passus est morbũ. Rabanus, Albertus Magnus, glossa interlinearis in Matthæum, Dionysius Carthusiẽsis, Liranus, Abulensis, & alij. Cuius rei est alterũ argumẽtum. Nam excipere aliquid ab vniuersali lege fidei, & sanctarum scripturarum sine idoneis testimonijs, aut probabili aliqua ratione, temerarium est, sed fidei ac sacræ scripturæ lex est, quod anima beata ex eo, quod beata est non possit habere morbum aliquem in corpore, cum ergo anima Christi secũdum fidem semper fuerit beata, & nõ sit idoneum testimo-

Chrysosto.

testimonium, aut ratio efficax ad probandum quod Christus habuerit morbos, temerarium erit id asserere. His accedunt rationes Diui Thomæ in articulo, quæ optimæ sunt. Et quando non se offerret ad condemnandam huius erroris temeritatem alia probatio, hæc satis valida est, quod asserere, Christum Dominum fuisse subiectum morbis, est dogma ab omnium Christianorum sensu alienum, & abhorrens. ¶ Secunda conclusio. Error est blasphemus, asserere, in Christo fuisse leprã, spasmum, siue animæ deliquium, morbum caducum, quem vulgari sermone dicimus gota coral. Hæc conclusio probatur, ex rationibus supra factis pro præcedenti conclusione. Et probatur euidentius. Nam error est blasphemus dicere, quod Christus fuerit miserrimus, & imperfectissimus in naturæ bonis etiam corporalibus, sed hi, qui patiuntur commemoratos morbos, & similes, ab omnibus censentur miserrimi, & imperfectissimi, ergo, &c. Deinde probatur conclusio speciatim in spasmo, quem morbum nos dicimus, desmayos, nam certè error est blasphemus asserere in Christo Domino, eos defectus corporales, qui pugnant cum perfectione scientiæ & gratiæ, & impediunt vsum scientiæ & gratiæ, & prædicationis Euangelicæ, sed hi defectus citra dubium impediunt vsum rationis & scientiæ, & prædicationem Euangelicam, & derogãt dignitati Christi, ergo. Omitto in præsentia, quod aures Christianæ audire non possunt Christum Dominũ passum esse morbum caducum, quem passus est Mahometes Pseudopropheta. Demũ probatur nostra conclusio irrefragabili argumento. Nam quidam concionator, qui in concione dixerat, Christũ hos morbos esse passum, publice pro cõcione iussu Inquisitorum, coactus est retractare sententiam tanquam erroneam. ¶ Ad argumenta in principio posita. Ad primum argumentum respondetur, Deum de facto ordinasse, quod Christus non obiret mortem nisi violentam & cruentam, & idcirco non oportuit, vt assumeret morbum. Quoniam ad talem mortem citra dubium nõ est necessarius morbus. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod Christus Dominus habuit sufficientem virtutem ad resistendum agentibus naturalibus, partim quidem per propriam prudentiam, per quam poterat nociua vitare, partim etiam per diuinam prouidentiam, quæ sic ipsum tuebatur, vt in nullum morbum incurreret. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, non esse necessarium morbum, vt tandem sequatur mors, sed satis esse debilitationem virtutis & caloris naturalis, quæ sequitur ex principijs naturæ communibus, & non ex causis particularibus. ¶ Ad quartum respõdetur cum Domino Caietano hic, quod omnes si quæ sunt aliæ morbi causæ speciales, reducuntur ad infirmitatem virtutis formatiuę & principij producentis, quod non potuit præualere cõtra illas causas impediẽtes ipsum à naturali sua dispositione. Hæc de prima dubitatione. ¶ Ad secundam dicendum est, ex doctrina Diui Thomæ in secundo articulo, quod in Christo fuit necessitas moriendi absoluta ratione materiæ & ita concesit necessitatem naturalem moriendi in Christo Domino, & subiacendi his defectibus. & in. 3. d. 16. q. 1. art. 2. in corpore ait, necesitatem moriendi habuit Christus absolutam & moreretur etiam si non occideretur, vnde Augustinus, si non occisus fuisset, naturali morte dissolutus fuisset, & idẽ opus redemptionis fuisset, quod per passionem fuit. Hæc D. Thomas. Ego tamen non reperi hæc verba apud Augustinũ. ¶ Tertia dubitatio sequitur, an in Christo fuerit defectus pulchritudinis, an potius fuerit pulcherrimus & formosissimus? In huius rei expositionem scire oportet ea, quæ sunt necessaria ad veram pulchritudinẽ. Aristoteles libro de arte Poetica cap. 6. scribit, ad veram pulchritudinem debitam quantitatem requiri. Vnde nemo statura pusillus potest esse pulcher. & 4. Ethicorum cap. 3. inquit, quod pulchritudo est in magno corpore non in paruo. Deinde ad pulchritudinem requiritur membrorum proportio. Tertio colorum suauitas, vnde Cicero in Tusculanis sic definit pulchritudinem. Pulchritudo est apta figura membrorum cum coloris quadam suauitate. His constitutis sciẽdum secundo loco, quod Tertullianus videtur insinuare in libro de carne Christi cõtra Martionem, quod Christus pulcher & speciosus non fuerit. Et Caietanus eludens illud Psalmi, speciosus forma præ filijs hominum, non de corporali, sed de spirituali pulchritudine interpretatur. Nam de corporali potius videtur dici illud, ego sum vermis & non homo. Et probatur in hunc modum. Nam nimia pulchritudo non decet virum religiosum, prælatum, prædicatorem, Doctorẽ omnium. Vnde vitio dabatur olim Philosophis, esse pulchros & eximia forma. Cui cõsonat illud Prouer. vltimo. Fallax gratia, & vana est pulchritudo. His accedit, quod Christus non fuit magna statura sed parua. Quod patet ex mensura, quæ habetur Romæ, & ex tunica inconsutili, quæ habetur Galliæ. Sed his non obstantibus dicendum est, quod fuit

Error blasphemus asserere in Christo fuisse lepram, spasmũ, animi deliquium.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad quartũ. Caietanus.

Aliud dubium explicatur, an Christus mortuus fuisset, si non occidisset illũ.

D. Tho. Augustin.

De pulchritudine Christi.

Aristot.

Cicero.

Tertullian.

Caietanus.

pulcherrimus, & quod habuerit pulchritudinem ſummam, quæ decebat prædicatorẽ Euãgelicum, cum ſumma grauitate coniunctam, quæ eſt vera pulchritudo humana & virilis.

Pſal.44. Ita omnes explicant illũ verſiculũ Pſalmi.44. Speciosus forma præ filijs hominum. Et illud

Canti. 5. Canticorum. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus, explicant inquam hæc loca de ſpirituali pulchritudine potiſsime, ſed ſecundario & cõſequenter de corporali etiam pulchritudine, & elegãtia. Totus ſiquidem pulcher erat. Legatur ſpeciatim D.

Auguſt. Auguſt. in illum locum Pſalmi. D. Hierony.

Hierony. in Epiſtola ad Principiam virginem, vbi ex-

D. Chryſo. planat hunc Pſalmum. Chryſoſtomus homilia. 28. ſuper Matth. inquiens, vt in faciendis ſignis erat Chriſtus mirabilis, ſic viſu gratioſiſsimus traditur fuiſſe. Idque ipſe Propheta ſignificans multo ante clamauerat, ſpecioſus

Eſa.53. pulchritudine, &c. Illum autem locũ Iſaiæ. 53. deſiderauimus eum deſpectũ & nouiſsimum virorũ; & infra, putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatũ, hũc inquã locũ exponũt oẽsſancti, nõ quidẽ de habitudine Chriſti naturali, ſed de paſsione, & opprobrijs, & plagis acceptis à crucifixoribus.

QVAESTIO XV.

De defectibus animæ, à Chriſto aſſumptis, in decem articulos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt, de defectibus pertinentibus ad animam.

¶ Et circa hoc quæruntur decem.

¶ Primò, vtrum in Chriſto fuerit peccatum.

¶ Secundò, vtrum in eo fuerit fomes peccati.

¶ Tertio, vtrum in eo fuerit ignorãtia.

¶ Quartò, vtrum anima eius fuerit paſſibilis.

¶ Quintò, vtrum in eo fuerit dolor ſenſibilis.

¶ Sextò, vtrum in eo fuerit triſtitia.

¶ Septimò, vtrum in eo fuerit timor.

¶ Octauò, vtrũ in eo fuerit admiratio.

¶ Nonò, vtrum in eo fuerit ira.

¶ Decimò, vtrum ſimul fuerit viator & comprehenſor.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm in Chriſto fuerit peccatum.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd in Chriſto fuerit peccatũ. Dicitur enim in Pſal. 21. Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti, lõgè à ſalute mea verba delictorum meorum. Sed hæc verba dicũtur ex perſona ipſius Chriſti: vt patet ex hoc, quòd ipſe ea in cruce protulit. Ergo videtur quòd in Chriſto fuerint delicta. 90 Infr. q. 32. arti. 7. & 3. diſ. 3. q. 1. c. fi. & di. 12. q. 1. c. & quol. 4. q. 11. artic. 1.

¶ 2. Præterea, Roma. 5. dicit Apoſtolus, quòd in Adam omnes peccauerunt: quia ſcilicet in eo originaliter fuerunt. Sed Chriſtus etiã originaliter fuit in Adam. Ergo in eo peccauit.

¶ 3. Prętereà, Apoſtolus dicit Heb. 2. quòd in eo, in quo Chriſtus paſſus eſt, & tentatus, potens eſt & his, qui tentantur auxiliari. Sed maximè indigebamus auxilio eius contra peccatum. Ergo videtur quòd in eo fuerit peccatum.

¶ 4. Prętereà, Secũdę ad Cor. 5. dicitur, q̃ Deus eũ, qui nõ nouerat peccatũ: ſcilicet Chriſtum, pro nobis peccatũ fecit. Sed illud verè eſt, quod à Deo factũ eſt. Ergo in Chriſto vere fuit peccatũ.

¶ 5. Præterea, Sicut Aug*. dicit in lib. de Agone Chriſtiano, in homine Chriſto ſe nobis ad exemplũ vitæ præbuit filius Dei. Sed homo indiget exemplo non ſolùm ad rectè viuendum, ſed etiam ad hoc, quod pœniteat de peccatis. Ergo videtur, quòd in Chriſto debuerit eſſe peccatũ, vt de peccatis pœnitendo, pœnitentiæ nobis daret exẽplũ. c. 11. in fin. tom. 3.

Sed cõtra eſt, quod ipſe dicit Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato?

Reſpõdeo dicendũ, q̃ ſicut ſuprà dictũ eſt*, Chriſtus ſuſcepit defectus noſtros, vt pro nobis ſatisfaceret, & vt veritatẽ humanæ naturæ cõprobaret: & vt nobis fieret exẽplũ virtutis. Secũdũ quę tria manifeſtũ eſt, q̃ defectum peccati aſſumere nõ debuit. primò quidẽ, quia peccatũ nihil operatur ad ſatisfactionẽ: Art. 1. & 2. huius q.

quinimò

quinimò virtutē satisfactionis impedit: quia vt dicitur Eccle.34.dona iniquorū nō probat Altissimus. Similiter etiā ex peccato nō demōstratur veritas humanæ naturæ: quia peccatū nō pertinet ad humanā naturam,cuius Deus est causa: sed magis est contra naturā, per semina
lib.2.c.30. & lib.3.c.20. tionē diaboli introductū: vt Dam*. dicit. Tertiò quia peccādo exemplū virtutis prębere nō potuit:cū peccatū contrarietur virtuti. Et ideo Christus nullo modo assumpsit defectum peccati, nec originalis nec actualis: secundum illud quod dicitur 1.Pet.2.Qui peccatū nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius.

Ad primū ergo dicendū, quòd sicut
lib.3.orth. fi.cap.25. Dam*. dicit in 3. lib. dupliciter dicitur aliquid de Christo. Vno modo secūdū proprietatē naturalē & hypostaticam: sicut dicitur quòd Deus factus est homo,& quòd passus est pro nobis. Alio modo secūdū proprietatē personalem & habitudinalē, prout scilicet aliqua dicuntur de ipso in persona nostra, quæ sibi secundū se nullo modo cōueniūt. Vnde & inter septem regulas Ticonij,
lib.3.c.31. tom.3. quas Aug*.ponit in 3.de Doctr. Christ. prima ponitur de Domino & eius corpore: cùm scilicet Christi & Ecclesiæ vna persona æstimatur. Et secundū hoc Christus ex persona mębrorū suorū loquens dicit,Verba delictorū meorū,nō quòd in ipso capite delicta fuerint.

Ad secundū dicendum, quòd sicut
li.10.c.19. & 20.to.3. dicit Aug*.10. super Gen.ad literā,non eodē omni modo Christus fuit in Adā & in alijs Patribus, quo nos ibi fuimus. Nos enim fuimus in Adam secundum seminalem rationem,& secundū corpulentam substātiam:quia scilicet (vt ipse ibidē dicit) cùm sit in semine & visibilis corpulētia,& inuisibilis ratio, vtrūq; currit ex Adam.Sed Christus visibilem carnis substantiā de carne Virginis sumpsit: ratio vero conceptionis eius non à semine virili, sed lōgè aliter, ac desuper venit. Vnde non fuit in Adam secundū seminalem rationē,sed solùm secūdum corpulētam substantiam. Et ideo Christus nō accepit actiuè ab Adam humanam naturā,sed solùm materialiter:actiuè verò à Spiritu sancto. Sicut & ipse Adam materialiter sumpsit corpus ex limo terræ, actiuè autem à Deo. Et propter hoc Christus non peccauit in Adā, in quo fuit solum secundū materiam.

Ad tertiū dicēdū, quòd Christus ex sua tētatione & passione nobis auxiliatus est,pro nobis satisfaciēdo:sed peccatū non cooperatur ad satisfactione: sed magis ipsam impedit: vt dictum est*.Et ideo non oportuit, quòd peccatū in se haberet,sed quod omnino esset purus à peccato: alioquin pœna, quā sustinuit, fuisset sibi debita pro proprio peccato. In corp. art. & q.4.arti. 6.ad 2.

Ad quartū dicēdū, quòd Deus fecit Christū peccatū:non quidē vt in se peccatum haberet, sed quia fecit eum hostiam pro peccato.Sicut & Oseæ.4. dicitur, Peccata populi mei comedent scilicet Sacerdotes, qui secundum legē comedebant hostias pro peccato oblatas. Et secūdum hunc modū dicitur Isa. 53. quòd Dominus posuit in eo iniquitatē omniū: quia scilicet eum tradidit, vt esset hostia pro peccatis omnium hominum,vel fecit eum peccatū,id est,habētem similitudinem carnis peccati: vt dicitur Roman. 8. & hoc propter corpus passibile & mortale,quod assumpsit.

Ad quintū dicendum, quòd pœnitens laudabile exemplum dare potest, non ex eo quòd peccauit: sed in hoc, quòd voluntariè pœnam sustinet pro peccato. Vnde Christus dedit maximū exemplum pœnitentibus: dum nō pro peccato proprio, sed pro peccatis aliorum voluit pœnam subire.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Ioan.8. COnclusio est negatiua. Quam probat D. Thomas primo ex illo Ioan. 8. vbi dicitur, quis ex vobis arguet me de peccato. Deinde Christus Dominus ea ratione suscepit defectus nostros, quatenus & pro nobis

satisfaceret, & vt veritatẽ humanę naturæ cõprobaret, & vt nobis fieret exemplũ virtutis, at defectus peccati ad nullum istorum valet. Nam & virtutem satisfactionis impedit, vt dicitur Eccleſiast.34. Iniquorum dona nõ probat altissimus, & veritas humanæ naturæ per peccatum non demonstratur cum magis sit contra naturam per seminationem diaboli, nec per peccatum datur exemplum virtutis, cum ei contrarietur, ergo nullo modo est dicendũ Christũ Dominũ peccatũ assumpsisse.

Eccleſi.34.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrũ Christus potuerit peccare grauis quæstio.

DVbium graue est, an Christus potuerit peccare? In cuius elucidatione omnes Doctores in duabus conclusionibus conueniunt. Prima, Christus quatenus Deus non potest peccare. Et hæc est de fide. Secunda Christus in quantum homo in sensu composito, quatenus beatus non potest peccare. Nam peccatum pugnat cum beatitudine. Sed hinc oritur magna & difficilis quæstio si anima Christi non esset beata, nec confirmata in gratia, sed relicta suæ naturæ an ex hoc solum, quod humanitas esset vnita verbo in persona, ille homo esset impeccabilis per quancumque potentiam? De hac quæstione disputant Doctores, in.3. dist. 12. & versantur de ea variæ opiniones. Prima ait, quod Christus potuit peccare, & quod hæc propositio est possibilis, Christus peccat. Huius opinionis est Durandus in illa distinctione quæst. 2. Scotus q. 1. & fusius distin. 2. quæstione. 1. & Gabriel ibidem, & Adamgodam. Probatur hæc sententia. Nam natura humana in nobis & in Christo sunt eiusdem rationis, vt patet, sed in nobis natura humana sua natura est peccabilis, ergo etiam in Christo: potuit ergo habere actum peccati. Confirmatur, nam liberum arbitrium nostrum & Christi sunt eiusdem rationis vt est euidens in Theologia: sed liberum arbitrium nostrum est potentia peccandi, ergo in Christo fuit potentia peccandi. Confirmatur secundo. Nam potentia peccandi est propria passio liberi arbitrij nostri, sed propria passio non separatur à subiecto, ergo manet in Christo Domino. Tertio confirmatur. Nam filius Dei assumpsit, quidquid in natura nostra plantauit, vt docet Damascenus libro. 3. capitulo. 6. sed plantauit in natura nostra potentiam peccandi, ergo assumpsit illam. Minor sic ostenditur, nam potentia peccandi ex Deo est. Quod sic probo. Nam potentia peccandi non est peccatum, alioqui semper essemus in peccato, nec vero est malum pœnæ, nam fuit in statu innocentiæ felicissimo, in quo nullum erat malum pœnæ.

Argumẽta ad probandum, quod Christus potuerit peccare.

Scotus.

Durandus.

Gabriel.

Primũ arg.

Confirmatio.

2. Cõfirmatio.

3. Cõfirmatio.

D. Damasc.

Item est propria passio liberi arbitrij, ergo. ¶ Secundo principaliter sic arguitur. Christus de potentia sua absoluta potuit assumere naturam hominis peccatoris, imo hominis damnati, ergo iam ille homo Deus esset in peccato. Consequentia probatur. Nam si natura humana est in peccato, homo ratione illius est in peccato. Confirmatur, nam Deus potuit assumere naturam ignis, quæ sine delectu comburet bonos & malos, meritos, & immeritos, poterat ergo secundum naturam rationalem velle cõburere & sic velle peccare. ¶ Confirmatur secundo. Nam potuit assumere naturam, quæ nesciret se esse assumptam, & talis potuit peccare. Quod probatur, nam esset liberi arbitrij, & ex parte intellectus non haberet iudiciũ obsistens peccato, imo haberet rerum ignorantiam. ¶ Tertio, Christus potuit mereri, ergo potuit demereri. Probatur consequentia. Nam meritum & demeritum versantur circa idem. ¶ Quarto, & hoc est violentum argumentum. Sicut Deus est summa bonitas, sic est vita per essentiam inuariabilis & æterna, sed Deo non repugnat mori in natura assumpta, ergo neque peccare in natura assumpta. Explicatur hoc. Ratio quare Deo repugnat peccatum est, quia est summa bonitas, ergo eadem ratione repugnat mori, quia est summa vita, sed non repugnat mori in natura assumpta, ergo nec peccare in natura assumpta. Iterum explicatur. Non minus repugnat Deo mori, quam peccare, sed non repugnat ei mori in natura assumpta, ergo nec peccare. ¶ Quinto, Christus habuit præceptum moriendi, vt habet sãa doctrina, & potuit nolle mori, vt ipse dixit potestatem habeo ponendi animam meam, ergo potuit peccare. ¶ Vltimo, quisque habet in potestate sua quod potest facere, si vult, sed Christus potest peccare si vult, ergo absolute potest peccare. Probatur minor. Nam qui vult peccare peccat, sed recte sequitur, Christus peccat, ergo potest peccare, ergo rectissime sequitur si vult peccare potest. Secunda sententia est Marsilij in. 3. q. 9. artic. 3. qui dicit duo. Primum est. Humanitas Christi etiã vnita potuit peccare & damnari. Hoc probat rationibus Durandi supra adductis. Secũdo dicit, ex hoc nõ sequitur, quod Deus aut Christus potuerit peccare. Nam tũc actio peccati non magis tribueretur filio, quam patri, sed hæc esset falsa, pater peccat, ergo hæc similiter, filius peccat. Probatur maior. Nam opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa. Secundo, nam licet cõcedatur humanitatem Christi esse creatã, & incepisse, nõ sequitur Christum esse

Secundum.

Confirmatio.

2. Cõfirmatio.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Vltimum.

2. Opinio Marsilij.

esse creatum aut incepisse. Certè licet Christus ratione humanitatis sit creatura nō inde sequitur, quod Christus sit creatura, ergo licet Christus ratione humanitatis peccet, non sequitur, quod Christus peccat. ¶ Tertia sententia est, quod Christus nullo modo potuit peccare, nec secundum quod Deus, nec secundum quod homo. Hæc videtur esse Magistri in. 3. d. 12. & est expressa sententia D. Thomæ in eadem distinctione. q. 2. articulo. 1. &. 2. & Bonauenturæ ibidem. Et Gregor. Ariminensis in. 1. dist. 42. quæstione. 2. & Capreolus in citata distinctione. 12. sic adhæret huic sententiæ, vt dicat oppositam esse erroneam, & contra eam agendum potius flammis, quam rationibus. Idem sentit Dionysius Chartusiensis in eadem distinctione. Hæc sententia est Damasceni libro. 2. capit. 12. & lib. 3. capit. 19. &. 20. in his locis dicit, quod Christus Iesus est impeccabilis. Idem sentit Anselmus lib. 2. cur Deus homo. c. 10. Vbi ait, primus homo Adā fuit peccabilis quia homo, Christus fuit impeccabilis, quia Deus homo. Et hæc est prima probatio, pro hac sententia, autoritas tantorum virorum. Secunda probatio. Actiones sunt suppositorum, vt patet ex Philosophia & Theologia, sed in Christo tātum est vnum suppositum diuinum, ergo omnis actio secundum quancunque naturam existentem in Christo, tribuenda est supposito diuino, sed suppositum diuinum non potest peccare, ergo nec humanitas Christi nec ipse Christus potest peccare. Tertia probatio, quæ est præcedentis expositio. Actio animæ Christi & humanitatis assumptæ est actio suppositi diuini, sed est impia hæresis asserere, quod suppositum diuinum potest peccare, ergo est impium dogma asserere, quod Christus, aut eius anima potuit peccare. Quarto, omnia alia opera Christi tribuuntur supposito diuino, & hoc est de fide, alioquin opera Christi Domini non essent infinite meritoria, nec haberent infinitam virtutem satisfaciendi, ergo etiam peccatum tribueretur supposito diuino. Probatur consequentia, nam humanitas eodem modo se habet in illis operibus, & in istis. Quinto, nam certè si peccatum non esset tribuendum supposito diuino in tali casu, necesse est dicere, quod sunt duo suppositа in Christo. Nam necessario illa actio esset tribuenda supposito humano. Vltimo, humanitas in Christo est instrumentum coniunctum verbi, ergo omnes actiones humanitatis sunt tribuendæ verbo diuino, & sic si humanitas peccat, verbum peccabit. Probatur consequētia. Nam actiones instrumentorum præcipuè sunt tribuēdæ principali agenti. ¶ Ad hæc argumenta respondet Durandus, quod actiones humanitatis Christi sunt suppositi diuini, vt sustentantis naturam, quæ peccat, non vt agentis & mouentis ad peccandum. Itaque peccatum tribueretur verbo diuino tantum denominatiue, sicut calefacere tribuitur aquæ calidæ denominatiue tantum, quia sustentat calorem, nihil enim confert ad calefaciendum. Et Dominus Caietanus. 1. p. q. 79. articulo. 2. dicit, hoc prouerbium, actiones sunt suppositorum, esse intelligendum saltem denominatiue, id est, actiones sunt in suppositis. Ad eundem modum dicit Durandus, quod actio peccati tunc tribueretur supposito diuino tantum denominatiue, non enim magis verbum diuinum confert ad peccandum, quam aqua ad calefaciendum. Et confirmat Durādus, quod actio peccati proprie non tribueretur supposito diuino. Nam vel tribueretur illi quatenus mouens est, & hoc dici non potest, nam alioqui etiam tribueretur toti Trinitati. Tota enim Trinitas mouet ad operationē ad extra. Certissimum enim est, quod omnia opera Trinitatis ad extra, sunt indiuisa. Nec vero potest tribui verbo diuino, quia non prohibet. Nam non tenetur prohibere, imo decet relinquere humanitatem operari, quæ sibi propria sunt, atque si non esset assumpta. Sicuti dimittit omnes potentias naturales operari, quæ sibi propria sunt. Certè quicquid Deus ad extra agit, libere facit & potest non facere, ergo si non prohibet non tenetur prohibere, sed libere non prohibet. Vlterius arguit Durandus, hoc non prohibere, siue permittere non potius conuenit filio, quam patri, sed pater non peccat permittendo, ergo nec filius. Ex his documentis existimat Durandus se omnia argumenta D. Thomæ labefactasse, & ad illud de instrumento respondet, quod quando humanitas mouetur instrumētaliter à verbo diuino, tunc non peccat, sed cum relinquitur suæ naturæ tunc potest malè operari. ¶ Sed contra istas solutiones Durandi sic arguitur, ad probandum, quod ædificent errorem contra fidem. Primo error est dicere, quod operationes exercitæ per humanitatem verbi non sint potius tribuendæ supposito diuino, quam si exercerentur per aliam humanitatem. Nam hoc est negare mysterium incarnationis, & Deum esse hominem, & verbum non potius assumpsisse humanitatem istam, quā aliā. Secūdò, error est asserere, quod actiones exercitæ per humanitatē verbi non sint potius tribuendæ verbo, quam patri aut

Tertia opinio quæ vera est.
Magister. D. Tho.
Bonauen. Gregorius Capreolus.
Dionysius.
Damasce.
Anselmus.
Durandus.
Caietanus.
Arguitur contra Durandum.

aut Spiritui ſancto. Nam ſecundum fidem ſolus filius naſcitur ex Virgine, baiulat crucem, moritur, meretur. Prætereà error eſt dicere, quod actio peccati tribuatur Deo, ſaltim denominatiue. Exiſtimat enim Durandus, quod tunc diceretur Deus peccator denominatione extrinſeca à peccato naturæ aſſumptæ, quam ſuſtentat. Contra hoc ſic arguitur. Nam eſt blaſphemum denominare Deum peccatorem, nam ſi Deus peccat, dicit vel facit, vel concupiſcit aliquid contra legem Dei, ſic enim definitur peccatum. Vltimo error eſt dicere, quod verbum diuinum in myſterio incarnationis tantum deferat & ſuſtentet humanitatem, imo eſt principale agens & principium præcipuum actionis vitalis, ſuppletque vices proprij ſuppoſiti, dat eſſe, & propriam perſonalitatem, tribuit vires ad operandum. Nam conſtituit humanitatē in actu, & vnumquodque operatur ſecundum, quod eſt in actu. Nec eſt ſimile exemplum de calore in aqua; nam calor vnitur aquæ accidentaliter. Dicendum eſt ergo ex vera & diuina Theologia, quod ſi humanitas Chriſti peccaret, actus peccati propriè tribueretur ſuppoſito diuino. Quod vt intelligatur, nota duo documenta. Primum eſt, quod actio peccati tribueretur verbo diuino, non tanquam mouenti nec tanquam non prohibenti, ſed tanquam elicienti illum actum. Solum enim verbum elicit illum actum, ex eo quod humanitas ſoli verbo diuino eſt vnita ſecūdum eſſe proprium filij, & non ſecundum eſſe commune. Et cum dicit Durandus, quod actiones ad extra ſunt communes toti Trinitati. Reſpondetur, id verum eſſe quando eſt ſermo in genere cauſæ efficientis, ſed quando admiſcetur aliquid pertinens ad cauſam formalem, bene poteſt aliqua actio ad extra conuenire ſoli filio. Vnde ſicut filius ſolus per proprietatem relatiuam terminat naturam humanam, & dat illi ſuam perſonalitatem, ſic ſolus filius operatur, vt ſuppoſitum & hypoſtaſis humanæ naturæ, ſicut ſolus filius naſcitur à patre ab æterno, ergo. Actiones humanitatis Chriſti ſoli filio tribuuntur duplici ratione. Prima eſt, quoniam proprietas relationis ſoli filio conueniens, ſuſtentat, & dat propriam perſonalitatem naturæ humanæ. Et in hoc actiones humanitatis Chriſti aſsimilantur actionibus notionalibus ad intra. Secunda ratio, nam operari actiones naturæ humanæ tanquam proprium ſuppoſitum illius, pertinet ad genus cauſæ formalis, quod per nullam potentiam ſuppleri poteſt, ſicut calefacere, vt proprium ſuppoſitum naturæ ignis ſolum poteſt fieri ab igne. Quod patet euidentius in actionibus vitalibus & moralibus, quæ requiruntur ad peccata. Nam licet Deus concurrat ad actionem videndi multò melius, quam ego ipſe, at Deus non videt ſed ego ſolus video. Nam videre eſt actio vitalis, de cuius intrinſeca ratione eſt, quod procedat à principio vitali intrinſeco. Itaque vt clarius dicam, tota Trinitas concurrit ad actiones humanitatis Chriſti, ſed ſolus Chriſtus producit illas vt principium elicitiuum proximum & vt ſuppoſitum humanæ naturæ. ¶ Secundum documentum. Si humanitas Chriſti peccaret, peccatum tribueretur verbo diuino, quia non obſtat, non prohibet. Probatur aperte. Nam ſuppoſitum cuiuſcunque naturæ tenetur obſtare malæ operationi illius naturæ, ergo ſi non obſtat illi, imputatur ei peccatum. Quod argumentum efficaciter probat, quod ſi humanitas Chriſti peccaret, Deus peccaret & volūtas Dei eſſet peruerſa. Secundo, diuinitas in Chriſto regebat animam, & anima corpus, vt dicit Damaſcenus, ſed mala operatio corporis tribueretur animæ, ergo mala operatio animæ tribueretur diuinitati. Tertio, in homine eſt duplex appetitus, voluntas, & appetitus ſenſitiuus, ſed quoniam eſt vnum ſuppoſitum imputatur eidem, non ſolum quod fit per voluntatem, ſed etiam motus inordinatus appetitus ſenſitiui, quem poteſt reprimere, ergo licet in verbo ſint duæ naturæ, quoniam eſt vnum ſuppoſitum & vnus rector, imputabitur illi mala operatio humanitatis, quam poteſt reprimere. Ex his patet, quomodo non prohibere, aliter tribueretur verbo, aliter Patri, & Spiritui ſancto. ¶ Ad argumenta in oppoſitum. Ad primum reſpondetur, animam Chriſti eſſe eiuſdem rationis cum mea, & habere liberum arbitrium eiuſdem rationis. Sed aliter ſe habet in operando. Nam ſi viſio beata, ſic firmat liberum arbitrium in bono, quod non poteſt flecti in malum, multo magis id præſtabit vnio hypoſtatica. Dices, ergo non manet libera? Negatur conſequentia. Nam de ratione libertatis non eſt poſſe flecti ad malum. Alioqui Deus non eſſet liber, ſiquidem non poteſt ad malum flecti. De qua re loquitur optime D. Thomas. 1. p. quæſt. 62. artic. 8. ad 3. ¶ Ad primam confirmationem reſpondetur, quod liberum arbitrium animæ Chriſti de ſe poteſt peccare. Vnde ſi relinqueretur à verbo poſſet peccare, ſed vnitum verbo diuino ſit impecabile. Cum vero dicitur potentiam peccandi eſſe liberum arbitrium, negatur, ſed eſt potētia ad recte faciendū, ex ſua imperfe-

Si humanitas Chriſti peccaret actus peccati tribuere tur ſuppoſito diuino.

Si humanitas Chriſti peccaret, peccatū tribueretur verbo diuino, quia nō obſtat, non prohibet.

Damaſc.

Ad argumēta.

Ad primū.

D. Tho.

Ad primam confirmationem.

imperfectione prouenit, quod sit potentia per quam peccamus. Ex his patet ad secũdam confirmationem. ¶ Ad tertiam respondetur, quod in Christo non fuit potentia peccandi. Sic definit D. Thomas in. 3. d. 12. q. 2. articu. 2. & Bonauentura ibidem. Rursus dicendum est, quod potentia peccandi non est ex Deo. Nam licet non sit malum pœnæ nec malum culpæ, ordinatur tamen ad malum culpæ. Tertio addendum est, quod potentia peccandi non est aliquid positiuum sed ens rationis. Ita docet D. Thomas in. 2. d. vltima. Et Capreolus ibidem quęstione vltima. ¶ Ad secundum respondetur, quod si Deus assumeret naturam damnatam, aut obnoxiam peccato statim amoueret peccatum, sicut lux subintrans statim delet tenebras. Magis enim repugnat peccatum cum vnione hypostatica, quã cum gratia, aut vita beata. ¶ Ad primam confirmationem respondetur, quod si Deus assumeret naturam ignis, & combureret domum pauperis, certè non peccaret. Nam non peccaret suppositum ignis, at si humanitas peccaret, peccaret suppositum humanum, & ideo etiã peccaret verbum diuinum, quod supplet vices suppositi humani. ¶ Ad secundam confirmationem respondetur, negando consequentiam, & dico probationem nihil valere. Nam confirmatus in gratia, qui non scit se esse confirmatum in bono, iuxta illud (si venerit ad me non videbo eum, & si abierit non intelligam) non potest peccare stante dono confirmationis. ¶ Ad tertium negatur consequentia. Nam ad meritum sufficit liberum arbitriũ cum gratia in homine viatore, sed ad peccatum præterea requiritur, quod liberum arbitrium sit deficiens. Et certè Angelus in primo instanti potuit mereri non tamen peccare, vt patet in materia de Angelis. ¶ Ad quartum difficile respondetur, quod non ita repugnat Deo vnum sicut aliud. Itaque dico, quod Deo non repugnat velle mori, nec esse causam mortis in alijs, & in se, repugnat autem peccare. Et ratio discriminis est duplex. Prior est, quoniam mors est malum pœnæ & bonum simpliciter ordinabile in Deum, sed peccatum non est à Deo, nec ordinabile in Deum, quin potius est auersio à Deo & contra Deum. Altera ratio est, quoniam ex eo quod Deus patiatur pœnas in natura assumpta, non sequitur quod patiatur pœnam in natura diuina, at si Deus peccat etiam per humanitatem ipse vult peccare, & velle peccare est peccare. Cæterum mori in natura assumpta non est mori secũdum naturam, quæ vult mori. ¶ Ad quintum concessa maiori de qua disputabitur quæstione. 47. distinguitur minor, in sensu composito suppositum præcepto negatur, in sensu diuiso conceditur, sed tunc negatur consequentia. ¶ Ad vltimum respondetur, quod cum dicitur, quod illud, quod potest quis si vult, absolute potest; verum est, si potest illud velle, aliãs minime, v.g. posset lapis currere, si posset velle currere. Nam si posset velle, posset habere voluntatem, & posset esse homo, & sic posset currere. Eodem modo, quia Christus nec secundum humanitatem, nec secundum diuinitatem potest velle peccatum, ideo non potest peccare. Itaque ad argumentum respondetur, illam conditionalem, Christus potest peccare si vult, esse veram, sed antecedens esse impossibile: sicut hæc conditionalis vera est, si chimera volat habet alas, sed antecedens est impossibile. ¶ Ad argumenta secundæ opinionis respondetur, quod nos nõ dicimus, quod humanitas est Christus, nec dicimus quod quidquid prædicatur de humanitate prædicatur de Christo. Nam humanitas est creata & incepit esse, quæ non enunciantur de Christo, sed asserimus, quod si humanitas Christi operatur, suppositum diuinum operatur; vel melius, nos non asserimus, quod Deus peccat, quia humanitas peccat, sed quod peccat, quia facit contra præceptum Dei, si mentitur per humanitatem. ¶ Sed dubium est, Vtrùm hæc opinio Durandi aut Marsilij possit in scholis defendi? Respondetur, quod opinio Durandi & aliorum, si non est expresse contra fidem, est contra rationem & appropinquat maxime ad errorem, & ideo ab scholis est explodenda & cõdemnanda. Aliud dubium est, vtrum Christus potuerit peccare amittendo vnionem hypostaticam sicut primus homo Adam in statu innocentiæ peccauit, amittendo felicem illum statum? Respondetur minime. Nam prius debebat illud esse peccatum, quam amitteret vnionem hypostaticam, quod peccatum tribueretur suppositio diuino, vt antea dictum est.

Ad secundã cõfirmationem.
Ad tertiam cõfirmationem.
D. Tho.
Bonauen.
Capreolus.
Ad secũdũ.
Ad primã confirmationem.
Ad secũdã confirmationem.
Ad tertiũ.
Ad quartũ.
Ad quintũ.
Ad vltimũ.
Ad argumẽta secundæ opinionis.
Opinio Durãdi Scoti, Marsilij, ab scholis explodenda.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm in Christo fuerit fomes peccati.

91 Infr. q. 27. ar. 3 c. & 1. & 3. di. 17. arti. 1. q. 2. 4. & opusc. 3. c. 231.

AD secundũ sic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerit fomes peccati. Ab eodẽ enim principio deriuatur fomes peccati & passibilitas corporis siue mortalitas, scilicet ex subtractione originalis iustitiæ: per quã simul

inferiores

inferiores vires animę ſubdebantur rationi, & corpus animæ. Sed in Chriſto fuit paſsibilitas corporis & mortalitas. Ergo etiam in eo fuit fomes peccati.

lib. 3. orth. fid. c. 15. à med. & ca. 14.

¶ 2. Prętereà, Sicut Dam*. dicit in 3. lib. Beneplacito diuinę volũtatis permittebatur carni Chriſti pati & operari quæ propria. Sed proprium eſt carni, vt cõcupiſcat delectabilia ſibi. Cùm igitur nihil aliud ſit fomes, quàm cõcupiſcentia (vt dicitur in Gloſ.* Rom. 7.) videtur, q̃ in Chriſto fuerit fomes peccati.

Gloſſ. ord. ſuper illud Rom. 7. vt obediatis.

¶ 3. Prætereà, Ratione fomitis peccati, caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ: vt dicitur Gal. 5. Sed tantò ſpiritus oſtendi tur fortior & magis dignus corona, quã tò magis ſuperat hoſtẽ, ſcilicet cõcupiſcentiã carnis: ſecũdũ illud. 2. ad Tim. 2. Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Chriſtus autẽ habuit fortiſsimũ & victorioſiſsimũ ſpiritum, & maximè dignũ corona, ſecũdum illud Apoc. 6. Data eſt ei corona & exiuit vincens, vt vinceret. Videtur ergo quòd in Chriſto maximè debuerit eſſe fomes peccati.

Sed contra eſt quod dicitur Matt. 1. Quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Sed Spiritus ſanctus excludit peccatum & inclinationem peccati, quę importatur nomine fomitis. Ergo in Chriſto non fuit fomes peccati.

q. 7. arti. 2. & 9.

Reſpondeo dicendũ, quòd ſicut ſuprà dictum eſt*, Chriſtus perfectiſsimè habuit gratiã & omnes virtutes. Virtus autẽ moralis, quæ eſt in rationali parte animæ, eam facit eſſe rationi ſubiectam: & tãto magis, quantò perfectior fuerit virtus. ſicut tẽperantia cõcupiſcibilẽ, & fortitudo & mãſuetudo iraſcibilẽ: vt in Secunda parte dictũ eſt*, ad rationẽ autem fomitis pertinet inclinatio ſenſualis appetitus in id, quod eſt cõtra rationem. Sic igitur patet, quòd quantò virtus in aliquo fuerit magis perfecta, tantò magis in eo debilitatur vis fomitis. Cùm igitur in Chriſto fuerit virtus ſecundũ perfectiſsimum gradum, conſequens eſt, quòd in eo fomes peccati nõ fuerit, cùm etiam iſte defectus nõ ſit ordinabilis ad ſatisfaciendum: ſed potius inclinet ad contrarium ſatisfactioni.

P. S. q. 56. art. 4.

Ad primum ergo dicendũ, quòd inferiores vires pertinentes ad ſenſibilem appetitum, naturaliter ſunt obedibiles rationi: non autem vires corporales, vel humorũ corporaliũ, vel etiã ipſius animę vegetabilis: vt patet in primo Ethi*. Et ideo perfectio virtutis, quæ eſt ſecundum rationẽ rectam, non excludit paſsibilitatẽ corporis: excludit autẽ fomitẽ peccati: cuius ratio conſiſtit in reſiſtentia ſenſualis appetitus ad rationem.

li. 1. Eth. ca. vlt. tom. 5.

Ad ſecundum dicendum, quòd caro naturaliter concupiſcit id, quod eſt ſibi delectabile concupiſcentia appetitus ſenſitiui: ſed caro hominis (qui eſt animal rationale) hoc concupiſcit ſecundum modum & ordinem rationis. Et hoc modo caro Chriſti concupiſcentia appetitus ſenſitiui, naturaliter appetebat eſcam & potum & ſomnum, & alia, quæ ſecundum rectam rationẽ appetuntur: vt patet per Dam*. in 3. lib. Ex hoc autem non ſequitur, quòd in Chriſto fuerit fomes peccati, qui importat concupiſcentiam delectabilium, præter ordinem rationis.

li. 3. ortho. fid. cap. 14.

Ad tertium dicendum, quòd fortitudo ſpiritus aliqualis oſtẽditur, ex hoc quòd reſiſtit concupiſcentiæ carnis ſibi contrariantis, ſed maior fortitudo ſpiritus oſtenditur, ſi per eius virtutem totaliter caro comprimatur, ne contra ſpiritum concupiſcere poſsit. Et ideo hoc competebat Chriſto: cuius ſpiritus ſummum fortitudinis gradum attigerat. Et licet non ſuſtinuerit impugnationem interiorem ex parte fomitis: ſuſtinuit tamen exteriorem impugnationem ex parte mundi & diaboli: quos ſuperãdo victoriæ coronam promeruit.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Matth. 1.

COnclusio eſt negatiua, & probatur. Primo ex illo Matth. 1. Quod in ea natum eſt

est, de Spiritu sancto est, sed Spiritus sanctus excludit peccatum & inclinationem peccati, quę nomine fomitis importatur, ergo in Christo non fuit fomes peccati. Secundò, Christus perfectissimè habuit gratiam & virtutes morales, sed ad perfectissimũ statũ virtutis pertinet vt omninò excludatur inclinatio ad peccatum, ergo in Christo non fuit fomes peccati. Tertiò, Iste defectus fomitis non est ordinabilis ad satisfaciendum pro peccato, ergo non fuit in Christo.

EXPOSITIO ARTICVLI.

HÆc conclusio est de fide. Quod vt intelligatur nota, quod concupiscentia appetitus sensitiui, tam irascibilis, quam concupiscibilis non habet rationem fomitis, secundum essentiam suam & perfectionem naturalem, sed secundum quandam imperfectionem & per respectum ad motus deordinatos à rationis regula. Secundo nota, quod hæc concupiscentiæ deordinatio, siue habitualis, siue actualis, dicit duplicem respectum ad peccatum, quare dicitur fomes, tum quoniam est effectus peccati originalis, tum vero quoniã inclinat ad peccandum. Sicut fomes ignis materialis, & ab igne proficiscitur & facile suscipit scintillas ignis. Ex quo sequitur, quod si homo esset conditus in puris naturalibus, id est, sine gratia & peccato, quamuis sentiret appetitus sensitiui motus inordinatos, propriè non diceretur fomitem habere. De qua re loquitur optime Soto libro. 1. de natura & gratia, cap. 13. His constitutis dico primo. Ponere in Christo fomitem cum illo duplici respectu peccati hæresis est. Patet, nam hoc esset ponere in Christo peccatum, quod est alienum à fide & vera religione. Secundo dico, ponere in Christo fomitem eo modo, quo esset in puris naturalibus cũ possibilitate peccandi & inclinatione ad malum, hæresis est. Nam hoc esset asserere, quod Christus secundum legem ordinariam potuerit peccare. Tertio dico. Ponere, quòd Christus Dominus habuerit motus inordinatos appetitus sensitiui, etiam sine consensu voluntatis & peccato veniali, est error blasphemus. Pelagiani tamen id ausi sunt asseuerare. Cõtra quos disputat acerrime D. Augu. lib. 4. hypognosticon ad finẽ. & lib. 1. contra duas Epist. Pelagianas. c. 11. lib. de correctione & gratia cap. 11. Sed si quæras rationem & idoneum testimonũ, vnde probetur istam sententiam esse erroneam, profero in primis illud Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis quasi vnigeniti à patre. Ex quo efficaciter probatur, quod esset blasphemia cum tãta sanctitate & plenitudine gratiæ, ponere in Christo motus pudendos & inordinatos. Secundo certũ est secundũ fidem, quod in Adã pars inferior fuit subdita omnino parti superiori, quando erat in iustitia originali constitutus, sed in Christo nõ fuit minor gratia aut sanctitas ad istam continentiam appetitus sensitiui, ergo in Christo non fuit motus inordinatus appetitus sensitiui. Tertio, confirmatur hęc sententia cõmuni Sanctorũ suffragio, qui vno cõsensu negãt in Christo Iesu fuisse motus inordinatos & pudendos. Et certè magna imperfectio esset, quod in Christo essent motus libidinosi. Quarto arguitur. Lex illa, Non cõcupisces, ita nos obligat, quod si possemus appetitũ sensitiuũ sic cõpescere, vt nullum haberet motũ rebellẽ, & inordinatũ, si non compesceremus, imputaretur nobis ad peccatũ, vt cõstat, sed Christus Dominus potuit cõpescere appetitũ sensitiuũ, vt nullum motũ inordinatũ haberet, ergo si non fecisset imputaretur ei ad peccatũ. Consequẽtia probatur, nam eadem lege tenetur sicuti nos, scilicet, lege naturali & diuina. Minorẽ probo. Nam Christus est suppositũ diuinũ, & eius anima erat beata, ergo non patiebatur inuolũtarie pugnã ex parte appetitus sensitiui, nec vero pati poterat. Confirmatur, motus primo primus, quẽ vocãt Theologi, ideo nobis nõ imputatur ad culpã, quoniã non est in potestate liberi arbitrij nostri, sed motus vniuersus appetitus sensitiui in Christo erat in eius potestate, vt probatũ est, ergo si esset inordinatus imputaretur ei ad culpã. Tandẽ sic arguitur. Pię aures fideliũ etiã doctissimorũ audire nõ sustinẽt, quod Christus habuerit motus libidinosos & inordinatos. Ex his probationibus sequitur, quod cum Diuus Hieronymus elucidans illud Romanorum. 8. in similitudinem carnis peccati, dicit, ideo dictum esse, quia caro Christi fuit procliuis ad peccatum, intelligendum est, quia caro Christi fuit assumpta de massa carnis, quæ erat procliuis ad peccatum, non quod ipsa esset in se procliuis ad peccatum.

¶ Dominus Caietanus mouet hîc breue dubium, nam ex probatione D. Thomæ videtur, quod alijs hominibus sanctis fuerit ablatus fomes, vt D. Ioanni Baptistæ, cui à principio sunt infusę virtutes heroicę & perfectissimæ. Respondet Caieta. quod in alijs hominibus per peccatum nõ solum sunt ablata gratuita dona sed etiam naturalia vulnerata, & ideo in alijs hominibus nõ est ablatus fomes, in Christo vero naturalia manent integra, & ideo nihil appetiuit, quod nõ esset cõsonũ rectę rationi. Erat enim in hoc atq; si esset in statu naturæ integrę. Quibus in verbis significat Caieta-

Quid sit fomes.

Soto.

Pelagius. August. Ponere qđ Christus Dñs habuerit motus inordinatos appetitus sensitiui etiã sine cõsensu volũtatis error. Ioan. 1.

Hieronym. Rom. 8.

Caietanus. Vtrum per virtutes perfectissimas auferatur fomes viris sanctissimis.

Caietanus, quod illud vulnus reddidit naturalia infirmiora, quam essent in puris naturalibus. Quæ sententia falsa est: nam vt dicitur in materia de gratia, eadem natura est in nobis cum omnibus viribus suis, atque si esset in puris naturalibus, excepto quod in nobis est, destituta iustitia originali. Dicendum est ergo, quod id, quod fiebat per iustitiam originalem, potuit suppleri per excellentiam virtutum, & plenitudinem gratiæ, quæ erat in Christo & non in alijs. Secundo dico, quod si hoc non sufficiebat, per specialem diuinam prouidentiam impediebatur appetitus sensitiuus, ne præueniret rationis imperium.

ARTICVLVS TERTIVS.
Vtrùm in Christo fuerit ignorantia.

92 3.di.17.art. 1.q.2.5.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd in Christo fuerit ignorãtia. Illud enim verè fuit in Christo, quod sibi competit secundum humanam naturam, licet ei non competat secũdum diuinã, sicut passio & mors. Sed ignorantia conuenit Christo, secundum humanam naturam: dicit enim Dam*. in 3. lib. quòd ignorãtẽ & seruilem assumpsit naturã. ergo ignorantia verè fuit in Christo.

lib.3. orth. fi.cap.21.in princ.

¶ 2. Præterea, Aliquis dicitur ignorans per notitiæ defectum. Sed aliqua notitia defuit Christo: dicit enim Apostolus 2. ad Cor. 5. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. ergo in Christo fuit ignorantia.

¶ 3. Præterea, Isa. 8. dicitur, Antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci*. Puer autem ille est Christus. ergo in Christo fuit aliquarum rerum ignorantia.

Aug. ser. 4. de Epiph. tom. 10.

Sed contra, Ignorantia per ignorantiam non tollitur. Christus autẽ ad hoc venit, vt ignorantias nostras auferret: venit enim vt illuminaret his, qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. ergo in Christo ignorantia non fuit.

Respondeo dicẽdum, quòd sicut in Christo fuit plenitudo gratiæ & virtutis, ita in ipso fuit plenitudo omnis scientiæ vt ex præmissis* patet. Sicut autem in Christo plenitudo gratiæ & virtutis excludit fomitem peccati, ita plenitudo scientiæ excludit ignorantiam, quæ scientiæ opponitur. Vnde sicut in Christo non fuit fomes peccati, ita non fuit in eo ignorantia. q.7.ar.9. & q.9.art.1.

Ad primum ergo dicendum, quòd natura à Christo assumpta potest dupliciter considerari. Vno modo, secũdum rationem suę speciei: & secundum hoc dicit Damas*: eam esse ignorantem & seruilem. Vnde subdit, Nam serua quidem est hominis natura eius, qui fecit ipsam, Dei scilicet, & nõ habet futurorum cognitionem. Alio modo potest considerari secundum id, quod habet ex vnione ad hypostasim diuinam, ex qua habet plenitudinem scientiæ & gratiæ: secundũ illud Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Et hoc modo natura humana in Christo ignorãtiã non habuit. Loco citato in argu. pri.

Ad secundum dicendũ, quod Christus dicitur non nouisse peccatũ, quia nescisse per experientiam, sciuit autem per simplicem notitiam.

Ad tertium dicendum, quòd loquitur ibi Propheta de scientia humana Christi. Dicit enim: Antequã sciat puer, scilicet secundum humanitatem, vocare patrem suum, scilicet Ioseph (qui pater eius fuit putatiuus) & matrẽ suam, scilicet Mariam, auferetur fortitudo Damasci. Quod non est sic intelligendum, quasi aliquando fuerit homo, & hoc nescisse: sed antequam sciat, id est, antequam fiat homo sciẽtiam habens humanam, auferetur: vel ad literam, fortitudo Damasci & spolia Samariæ, per regem Assyriorũ: vel spiritualiter, quia nondum natus, populum suum sola inuocatione saluabit, vt glos*. Hier. ibi exponit. Aug. tamen in sermo†. de Epi. dicit, hoc esse completum in adoratione Magorum. Ait enim, Antequã per humanam carnem humana verba proferret

* Hier. ibi to. 5.
† Augu. in ser. 4. qui est 32. in ordine ante mediũ. tomo. 10.

ferret, accepit virtutem Damasci, scilicet diuitias, in quibus Damascus præsumebat: in diuitijs autem principatus auro defertur. Spolia verò Samariæ idem ipsi erant qui eam incolebat. Samaria namque pro idololatria ponitur: illic enim populus Israel auersus à Domino, ad idola colenda conuersus est. Hęc igitur prima spolia puer idololatriæ dominationi detraxit. Et secundum hoc intelligitur, antequam sciat, id est, antequam ostendat se scire.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est negatiua. Siquidem ignorantia per ignorantiam nõ tollitur, Christus autẽ ad hoc venit, vt ignorantias nostras auferret, venit enim vt illuminaret his, qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ergò in Christo ignorantia non fuit. Deinde sicut in Christo fuit plenitudo gratiæ & virtutis, ita in ipso fuit plenitudo omnis scientiæ, ergò sicut in Christo plenitudo gratiæ & virtutis excludit fomitem peccati, ita plenitudo scientię excludit ignorantiam, quæ scientiæ opponitur.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Poterit ne concedi quod Christus habuerit ignorantiam. PRo expositione articuli nota, quod quidam doctor Complutensis nostra ætate ausus est ponere ignorantiam in Christo. Et probat ex illo Mar. 13. de die illa nemo scit, neque filius. Quod communiter exponitur de filio, secundum quod homo est. Secundo probatur ex Damasceno libro 3. capit. 21. dicente, quod filius Dei assumpsit ignorantem naturam & seruam. Neque enim habet eorum, quę ventura sunt cognitionem. D. Augustin. explicans illud Psalm. 21. vt quid dereliquisti me? sic ait, loquitur ignorans, quare Deus illũ dereliquerit. Et confirmatur hæc sententia his argumentis. ¶ Primò, Christus vere profecit secundum scientiam humanitus acquisitam, itaque quædam prius nescíuit, quæ post modum intellexit, vt visum est supra quæstio. 12. artic. 2. ergò saltem habuit ignorantiam scientiæ acquisitæ. ¶ Secundò, Christus somniauit (hoc enim est hominibus naturale) ergò erraruit. Probatur consequentia. Nam somniantes semper in aliquo decipiuntur. ¶ Tertiò, Christus Dominus passus est defectus pueriles, inter quos præcipuè est ignorantia. Et certè videtur, quod puer Iesus non frequenter vagisset nisi erraret. Et profecto videtur, quod puer Iesus, si vidisset personam Leonis fugisset sicut alij pueri. ¶ Confirmatur, nam videtur profecto, quod potuerit habere errorem in parte sensitiua, potuit enim iudicare per visum, quod Sol erat minor Palestina, & quod virga in aqua & aëre existens fuerit fracta, sic enim sensibus apparet. ¶ Deniq; sic arguitur. Anima Christi non sciuit omnia, quæ Deus scit, vt suprà dictum est, ergò habuit aliquorũ ignorantiam. ¶ Pro explicatione veritatis nota, quod ignorantia, quæ opponitur scientiæ in subiecto apto nato, id est, in creatura rationali, siue intellectuali, tripliciter vsurpatur. Primo modo pro ignorantia prauæ dispositionis, hoc est, pro errore contrario scientiæ. Secundo modo accipitur pro ignorantia negatiua, eorum, quę quispiam scire tenetur, vel pertinent ad eius statum, vt si Episcopus non sciret diuinas literas. Tertio modo vsurpatur pro ignorantia negatiua eorum, quæ quisque scire non tenetur, vel non pertinent ad eius statum, vt si Episcopus non sciret venari, & hæc ignorantia proprio vocabulo appellatur nescientia, quæ reperitur in natura Angelica, & fuisset in statu innocentiæ fœlicissimo. ¶ His constitutis sit prima conclusio. Certum est secundum fidem, quod Christus non habuit ignorantiam negatiuam eorum, quæ pertinent ad suum statum & conditionem, nam Christus simpliciter fuit plenus gratiæ & veritatis, vt constat ex sacra scriptura. ¶ Secunda conclusio. Certum est secundum fidem, quod Christus non habuit errorem positiuum alicuius scientiæ, nec vero aliquam deceptionẽ. Nam alioqui fuisset falsus & deceptus, & potuisset falsa loqui, & docere. ¶ Tertia conclusio. Certũ est, quod Christi anima habuit ignorantiã negatiuã multarum rerũ, quæ Deus scit scientia simplicis intelligẽtiæ. Nã vt suprà dictum est, anima Christi non sciuit omnia, quæ Deus scit, sed quoniam istarum rerũ cognitio non pertinet ad Christi statum & perfectionem propriè & simpliciter Christus nõ dicitur ignorans. Sicut non dicitur homo ignorans, qui non habet scientiam Angelicam, quanquam ex dono Dei poterat illam consequi. Vnde doctor ille Complutensis punitus est ab inquisitoribus, & coactus recantare sententiam. Quapropter blasphemum est & erroneum ponere in Christo Domino ignorantiam. ¶ Ad argumenta facilè respondetur, ad locum ex D. Marco respondetur, quod ille locus habet varias expositiones, prout ostendit D. Thom. supra q. 10. artic. 2. ad 1. communis expositio est, quod dicatur Christus nescire diem iudicij, quia non facit scire, vel quod idẽ est, nescit ad dicendum. Sed in loco citato ob

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Confir.

Sextum.

Expositio dubij proposiți.

Ignorantiã multiplex.

1. Cõclusio

2. Cõclusio

3. Cõclusio

Ad argum.

Ad primũ argumen.

seruandum est, quod non est recta expositio illius loci, quod non scierit secundum quod homo. Nam hęc expositio suprà damnata est, & ostensum est efficaciter, quod Christus secũdum quod homo diem iudicij cognoscat.

Ad Damascenum respondetur, quod loquitur de natura humana secundum se, vt patet textum intuenti.

Ad secũdũ. D. August.

¶ Ad D. August. respondetur, quod verba illius duriusculè sonant, sed habent veras expositiones, fortasis loquitur de ignorantia experimentali, Christus enim ex his, quę passus est didicit obedientiam; vel loquitur in persona nostri, qui ignoramus; vel loquitur de ignorantia negatiua. Nõ enim comprehendit Deum, & non cognoscit perfectè causas propter quas est derelictus. Vel est sensus, quod habuit se ad modum ignorantis. Fuit enim tam admiranda causa illius derelictionis, vt stupens dixerit, vt quid dereliquisti me?

Ad tertium

¶ Ad rationem primam respondetur, quod scientia humanitus acquisita in Christo semper fuit perfecta secundum tempus & ætatem ipsius Christi, vt docet Diuus Thomas suprà quæstion. 12. articulo 2. ad secundum, ignoratia vero importat priuationem scientiæ debitæ in esse suo tempore. Et ideo sicut catulus ante nonum diem non dicitur cæcus, sic Christus in tenera ætate non dicitur ignorans, licet multa nesciret, quia in illa ætate non tenebatur illa scire.

Ad alia argumen. Victoria.

¶ Ad alia argumenta doctissimus Victoria aiebat, non esse inconueniens concedere, quod Christus puer habuerit errorem in parte sensitiua, sed probabilius est, & Theologiæ magis consentaneum, quod non habuerit errorem, nec in parte intellectiua nec in sensitiua. Probatur sic. Nam Adam in statu innocentiæ non habuit aliquem errorem, ergò nec Christus. Secundò, intellectus in homine sciente corrigit sensum errantem, sed intellectus Christi erat perfectus omni scientia, ergò corrigebat sensum errantem, & non permittebat illum in errorem labi. Itaq; Christus Dominus defendebat se ab omni errore per scientiam beatã, & per scientiam inditam, siue in vigilijs, siue in somnis, siue in tenera, siue in adulta ætate.

Christus etiã de potentia Dei absoluta non potuit habere errorem posi tiuum.

¶ Dubiũ est, vtrùm Christus de potentia Dei absoluta potuit habere errorem aliquem positiuum siue deceptionem? Respondetur, & dico primò, quod ignorantiam culpabilem non potuit habere, etiam de potentia Dei absoluta, alioqui potuisset habere peccatum. Secundò dico, potuit habere ignorantiam negatiuam multarum rerum, quas sciuit secundũ humanitatem. Patet, nam potuit assumere naturam humanam in puris merisque naturalibus, vt est in paruulo in ventre matris. Tertiò dico, probabile mihi est, quod Christus Dominus etiam de potentia Dei absoluta nõ potuit habere errorem aliquem positiuum, nec practicum, nec speculatiuum, etiam sine culpa sua. Probatur, nam operatio naturæ principaliter est suppositi operantis per illam, ergò illa operatio intellectus erronea tribueretur verbo. Secundò, sicut Deus non potest velle fieri malum, ita non potest velle affirmari falsum, alioqui posset mentiri, & decipere per alium, sed si humanitas Christi haberet falsam opinionem & deceptionem, Deus vellet vt haberet illam, ergò id fieri non potest. Tertiò, si Christus de potentia Dei absoluta potuit nos decipere, & inducere in errorem, certè perit robur & certitudo scripturarum, & nostræ fidei. Nam vnde scimus, quod in his non fefellerit? & quod non vsus fuerit potentia, quam habuit ad decipiendum? De hac re loquitur optimè Cano libro 2. de locis cap. 2. 3. & 4. vbi fusissimè tractat hanc quæstionem, vtrùm Deus possit mentiri?

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm anima Christi fuerit passibilis.

93

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd anima Christi non fuerit passibilis. Nihil enim patitur nisi à fortiori: quia agens præstantius est patiente, vt patet per Augusti. 12. super Gen*. ad literam, & per Philos. 3. de Anima*. Sed nulla creatura fuit præstantior, quàm anima Christi. Ergo anima Christi non potuit ab aliqua creatura pati: & ita non fuit passibilis: frustrà enim in ea fuisset potentia patiendi, si à nullo pati potuisset.

3. dist. 13. q. 1 ar. 2. q. 1. 2. & dist. 15. q. 2. ar. 1. q. 1 & 2. & dist. 33 li. Et op. 3. c. 48. Et opus. 60. c. 3. co. 5. *Aug. li. 12 c. 16. in medio to. 3. *Aris. 3. de ani. tex. 19. tom. 8.

¶ 2. Præterea, Tullius in libro* de Tusculanis quęstionibus dicit, quòd passiones animę sunt quędam ęgritudines. Sed in anima Christi non fuit aliqua ægritudo: nam ægritudo animæ sequitur peccatum: vt patet per illud Psal. 40. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Ergo in Christo non fuerunt animę passiones.

li. 4. in fol. 3. à prin. li. & sequent.

¶ 3. Præterea, Passiones animæ videntur

dentur idem esse cum fomite peccati, vnde & Apostolus Roman.7.vocat eas passiones peccatorum. Sed in Christo non fuit fomes peccati, vt suprà dictum est*. Ergo videtur, quòd non fuerint in eo animæ passiones: & ita anima Christi non fuit passibilis.

Art.2. huius quæst.

Sed contra est, quod in Psal.87. dicitur ex persona Christi, Repleta est malis anima mea: non quidem peccatis, sed humanis malis, id est, doloribus: vt glos.* ibi exponit. Sic ergo anima Christi fuit passibilis.

Est glossa ord. ex August. in hoc loco. Psal.87. to.8.

Respondeo dicendum, quòd animã in corpore constitutam dupliciter contingit pati. Vno modo passione corporali: alio modo passione animali. Passione quidem corporali patitur per corporis læsionem. Cùm enim anima sit forma corporis, consequens est, quòd vnũ sit esse animæ & corporis: & ideo corpore perturbato per aliquam corporeã passionem, necesse est quòd anima per accidens perturbetur, scilicet quantum ad esse, quod habet in corpore.

Quia igitur corpus Christi fuit passibile & mortale (vt suprà habitum est*) necesse fuit, vt etiam eius anima hoc modo passibilis esset. Passione autem animali pati dicitur anima secundum operationem, quæ vel est propria animæ, vel principalius est animæ, quàm corporis. Et quamuis etiam secundum intelligere & sentire dicatur hoc modo anima aliquid pati: tamen sicut in secunda parte dictum est*, proprijssimè dicũtur passiones animę, affectiones appetitus sensitiui: quę in Christo fuerunt, sicut & cætera, quę ad naturam hominis pertinent. Vnde August. dicit in 14. de Ciuit. Dei*, Ipse Dominus in forma serui vitam agere dignatus humanam, adhibuit eas, vbi adhibendas esse iudicauit: neque enim in quo verum erat hominis corpus, & verus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Sciendum tamen est, quòd huiusmodi passiones aliter fuerunt in Christo, quàm in nobis, quantum ad tria. primò quidẽ quãtum ad obiectum: quia in nobis plerumque huiusmodi passiones feruntur ad illicita: quod in Christo non fuit. Secundò, quantum ad principium: quia huiusmodi passiones frequenter in nobis præueniunt iudicium rationis: sed in Christo omnes motus sensitiui appetitus oriebantur secundum dispositionem rationis. Vnde Aug. dicit 14. de ciuit. Dei*, quòd hos motus certæ dispensationis gratia, ita cùm voluit Christus suscepit animo humano, vt cùm voluit, factus est homo. Tertiò, quantũ ad effectum: quia in nobis quandoque huiusmodi motus non sistunt in appetitu sensitiuo, sed trahunt rationem: quod in Christo non fuit: quia motus naturaliter humanæ carni conuenientes, sic ex eius dispositione in appetitu sensitiuo manebant, quòd ratio ex his nullo modo impediebatur facere quæ conueniebãt. Vnde Hiero*. dicit super Mat. quòd Dominus noster, vt veritatẽ assumpti hominis probaret, verè quidẽ contristatus est: sed ne passio in animo illius dominaretur per propassionẽ dicitur, quòd cœpit cõtristari & mœstus esse, vt passio perfecta intelligatur, quãdo animo, id est, rationi dominatur: pro passio autem, quãdo est inchoata in appetitu sensitiuo, sed vlteriùs non se extendit.

q.14.art.2.

P.2.q.22. ar.2.& 3.

lib.14.c.9. parum ante mediũ to.5

lib.14.c.9. parum ante mediũ to.5

cap.26. in Matt. super illud, Cœpit trista. to.9.

Ad primum ergo dicendum, quòd anima Christi poterat quidem resistere passionibus, vt ei non superuenirẽt, præsertim virtute diuina: sed propria volũtate se passionibus subijciebat tam corporalibus, quàm animalibus.

Ad secundum dicendum, quòd Tullius* ibi loquitur secundum opinionẽ Stoicorum, qui non vocabant passiones quoscunque motus appetitus sensitiui, sed solum inordinatos: tales autem passiones manifestum est in Christo nõ fuisse.

Loco citato in arg.2.

Ad tertium dicendum, quòd passiò nes peccatorum, sunt motus appetitus sensitiui in illicita tendentes: quod non fuit in Christo, sicut nec fomes peccati.

SVMMA TEXTVS.

1. Cõclusio PRima conclusio. Anima Christi fuit passibilis passione corporali. Nam corpus eius passibile fuit, & mortale, perturbato enim corpore per aliquam passionẽ necesse est animã perturbari per accidens, quia esse habet in cor-
2. Cõclusio pore. ¶ Secunda conclusio, passibilis erat anima Christi passione animali, cum affectiones appetitus sensitiui essent in Christo sicut & cę-
3. Cõclusio tera, quæ pertinent ad naturã hominis. ¶ Tertia conclusio, istæ affectiones aliter erant in Christo, quam in nobis, quantũ ad tria. Quãtum ad obiectum quidem, quia in nobis plerumq; tales passiones ferũtur ad illicita, quod non fuit in Christo. Quantum ad principium etiam differunt. Nam tales passiones frequenter in nobis præueniunt iudiciũ rationis. Tertiò differunt quantum ad effectũ, quia in nobis tales motus interdum non sistunt in appetitu sensitiuo, sed trahunt rationem, quod in Christo non fuit, quia ratio ex his nullo modo impediebatur facere quæ conueniebant.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Affectiones appetitus sentientis num fuerint in Christo. IN hoc articulo est præcipua quæstio, an in Christo fuerint affectiones appetitus sensitiui, quas propriovocabulo appellamus passiones, ex eo quod semper sint cum quadam alteratione & transmutatione? A parte negatiua sic arguitur. Nam D. Hilarius lib. 10. de Trini. & super Psalm. 53. & 68. & canone 31. in Mat. constanter affirmat, quod Christus non verè doluit, non vere timuit, nec vere tristatus est. Idem videtur docere D. August. super Psalmum 21. in enarratione secunda, & super Psal. 103. & in epistola ad Honoratum de gratia noui testa. ca. 16. & 17. D. Hieronym. subscribere videtur lib. 4. in Matt. in capit. 26. ¶ Secundò, sic arguitur. Passiones animales derogant plenitudini gratiæ, quæ est in Christo, sed istæ passiones sunt animales, ergò non fuerunt in Christo. Probatur maior ex autoritate scripturæ. Nam secundum illius phrasim animale importat imperfectionem gratiæ, & rationis, secundum illud 1. Corinth. 2. animalis homo non percipit ea quæ sunt Dei. Et Iacobus ca. 3. & Iudas in sua canonica, animales spiritum non habentes. ¶ Tertiò, animæ beatorũ non habẽt passiones appetitus sensitiui. ¶ Quartò arguitur speciatim de dolore, nam summum gaudium non potest esse coniunctum cum summo dolore, vt constat, sed anima Christi fruebatur summo gaudio ex diuina visione, siquidem ab instanti suæ conceptionis beata erat, ergò non potuit habere animi dolorem. Itaq; argumenti difficultas huc inclinat, vt intelligamus quomodo in anima Christi fuit gaudium & summus dolor simul. ¶ Vltimò arguitur specialiter de timore. Nam ad rationem timoris spectat incertitudo futuri mali cum spe euadendi, sed Christus non habuit incertitudinem futuri mali, ergò nec timorem, sed aliquid peius timore, hoc est, pauorem & tristitiam absorbentem. Maior ostenditur autoritate Arist. 2. Rhetoricorum cap. 5. & euidẽti ratione. Nam quando non est spes euadẽdi non causatur timor, sed tristitia absorbens. Minor probatur. Nam anima Christi rectè nouerat dispositionem diuini consilij de morte ipsius Christi. ¶ Pro explicatione sit prima conclusio. Certum est secundum fidem, quod in Christo fuerunt passiones appetitus sensitiui. Patet ex sacris literis. Esa. 53. Vere dolores nostros ipse tulit, & Mat. 26. Cœpit contristari, & mœstus esse, & Mar. 14. Cœpit pauere & tædere. Et in vtroq; loco dicit Dominus, tristis est anima mea vsque ad mortem, & Ioan. 11. legitur Christum lachrymatum fuisse in morte Lazari, imò turbatum esse, & infremuisse spiritu, & Luc. 19. fleuisse super Hierusalẽ, fletus autem est signum tristitiæ, & Marc. 3. habetur quòd circunspiciens eos cum ira tristatus est super cæcitate cordis eorum, & Ioan. 2. explicatur illud, & zelus domus tuæ comedit me, de zelo iræ & indignationis, quem suscepit in se Christus, quando verberibus & flagellis eiecit de templo vendentes, & ementes. Secũdò probatur autoritate Sanctorum Patrum. D. Amb. lib. 10. super Lucam ca. 22. in illud, pater si possibile est, transeat à me calix, &c. & lib. 2. de fide ad Gratia, ca. 4. docet & probat eleganter nostram sentẽtiam. Idẽ Cyrillus 10. thesauri ca. 3. D. Hier. vbi suprà D. Aug. li. 83. quæst. q. 80. & super Psal. 93. & mirabiliter. 14. de ciuit. ca. 9. Damasc. li. 3. orthodoxæ fidei ca. 20. Agatho Summus Pontifex in epistola citata in 6. Synodo generali actio. 4. & postmodum approbata in act. 8. citat in hãc sententiam D. Athanasium asserentem, quòd in Christo fuerint veræ passiones contra Apollinarem hæreticum. Et certè hęc est veritas fidei contra Manichæum, Valentinum, & Apollinarem hæreticos. Tertiò probatur ratione euidenti. Nam defectus, quem præseferunt istæ animi nostri passiones consequitur ex principijs naturæ, neque derogat plenitudini gratię, aut scientię Christi, potestq; ordinari ad finem incarnationis ad satisfaciendum pro nostris delictis ad compro-

Ad primũ argumen. Hilarius. Augustꝰ. D. Hieron. Secundum 1. Cor. 2. Iac. 3. Tertium. Quartum. Vltimum. Aristꝰ. 1. Cõclusio Esa. 53. Mat. 26. Mar. 14. Ioan. 11. Luc. 19. Mar. 3. Ioan. 2. Ambrosius Cyrillus. Hierony. D. Augustꝰ Damasce. Agatho. D. Athanas.

comprobandam veritatem humanæ naturæ, ad præbendum virtutis exemplum, ergò filius assumpsit humanos affectus. Certè sancti patres ad demonstrandam hanc veritatem hoc argumento vtebantur. Filius Dei verum hominis corpus habuit, verum hominis animum, ergò habuit veros animi affectus. De cuius argumenti efficacia legendus est Diuus Augustinus. 14. de ciuit. capit. 9. ¶ Secunda conclusio. Passiones animæ in Christo fuêre absque vllo peccato, & absque vlla deordinatione, itaque non trahebant animum ad illicita, nec dominabantur rationi, sed sequebantur imperium, & præscriptum rationis. Sic definit Diuus Thomas in hoc articulo ex Augustin. 14. de ciuitate cap. 9. sic docet Diuus Hieron. super Matth. capit. 26. vbi inquit, quòd affectus animæ Christi potius debêt dici propassiones, ex eo quòd passio perfecta dominatur animo & rationi, propassio vero est passio inchoata in appetitu sensitiuo, & vlterius non se extendit. Verum est tamen, quòd hoc vocabulum non semper significat appetitus motum inordinatum & perturbatum, sed etiam significat motum quemcunque appetitus sensitiui etiam ordinatum, & sic nulla est absurditas concedere, quòd in Christo fuerint animæ passiones. Sic enim loquitur Damascen. libro 3. capit. 20. Sic loquuntur omnes doctores scholastici. Sed pro maiori huius conclusionis explicatione hæc documenta sunt obseruanda. Primum, Christus ante omnem affectum & passionem potuit deliberare. Secundum, sic fecit Christus Dominus plerumque, & pro maiori parte. Tertium, non videtur, quòd semper esset deliberatio particularis. v. g. quando Christus flagellabatur, non ante quemlibet dolorem præcedebat hæc deliberatio particularis volo nunc dolere, & quãdo comedebat non antequemlibet actũ præcedebat deliberatio, sed satis erat prima deliberatio, qua voluit flagellari & qua voluit comedere. Quare omnes affectus, & omnis passio in Christo fuit plenè deliberata ex illa prima deliberatione à nobis explicata. Quartũ, omnis passio Christi fuit in eius potestate nõ sicut in nobis motus, primò primi, quos caue re non possumus. Vltimum, omnis affectus & passio animæ Christi in pondere, & mensura, & regula fuit, atque si particulariter fuisset deliberata. ¶ Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum dico D. Hilarium caute esse legendum & explicandum, sicut explicat D. Thom. hic articulo 5. ad 1. & articu. 7. ad 2. quòd loquatur de necessitate contrahendi istos affectus ex peccato originali, quæ est in alijs hominibus, in Christo vero minimè.

D. Augusti. 2. Cõclusio

D. Thom. D. Augusti. Hieron. Passionis & propassionis vocabula.

D. Damasc.

Ad argum. Ad primũ

¶ Ad secundum respondetur, quòd hoc nomen animale aliquando sonat in malum, vt argumentum probat, sed interdum non sonat in malum, significatque id, quod est sensitiuũ, & ex sensu proficiscitur, vt in illo 1. Corin. 15. prius quod animale est, deinde quod spirituale. Et in hoc sensu nulla est absurditas concedere, quod in Christo fuerint passiones animales. ¶ Ad tertium respondetur, quòd anima beata supernaturaliter, & miraculosè bene potest pati. Potest quidem pati in purgatorio, imò in inferno, cum igitur Christus Dominus per magnum miraculum fuerit viator & comprehensor rectissimè potuit eius anima pati licet beata esset. Secundò respondetur, id quod antea in pluribus locis à nobis est explicatum, quòd supposito, quòd anima Christi erat in corpore passibili naturaliter patiebatur, & non per miraculum, ita quod corpus naturaliter patiebatur, & consequenter anima. ¶ Ad quartum difficile variè respondent Theologi, ego tamen sententias doctorum in medium producam, nam de earũ censura videbimus infrà quæst. 46. articul. 7. & 8. D. Thom. quæst. citata, & in quæstione speciali de passionibus articul. 10. ad nonum. adhibet duas solutiones, prima est contraria non posse esse in eodem per se, bene autem per accidens, sicut cum quis ambulans in naui fertur ad contrarium eius, ad quod nauis mouetur. Ita inquit, gaudium fuit in superiori parte animę Christi per se, quia per proprium actum: dolor vero per accidens, quia per passionem corporis. Secunda solutio D. Thom. est, quòd illud gaudium & dolor non erant contraria, quia non erant de eodem. D. Caietanus in quæstione illa citata 46. insinuat aliã solutionem dicens, quòd gaudium fuit in voluntate, sumus dolor in appetitu sensitiuo, & in hac re nulla est repugnantia. Nulla enim est impossibilitas, quòd contraria sint in diuersis subiectis. Paludanus in 3. distinct. 15. quæst. 2. introducit aliam solutionem inquiens, quòd supernaturaliter & per miraculum bene possunt esse simul summum gaudium & summus dolor, sicut miraculum fuit, quòd idem homo esset viator & comprehensor simul, & quòd ex gloria animæ nihil redundaret ad corpus. Existimat enim prædictus autor, quòd de potentia Dei absoluta bene possunt esse simul in eodem subiecto contraria in gradibus intensissimis. Doctissimus Cano in libro 12. de locis capit. 14. ad finem noua & inaudita solutione explicat propositum argumentum dicens, quòd sicut Dominus per to-

Ad secũdũ.

1. Cor. 15.

Ad tertium

Ad quartũ.

D. Thom.

Caietan.

Paludan.

Cano.

tam vitam quasi reprimebat gloriam animæ ne redundaret in corpus, ita saltim in cruce retinuit gaudium, quod suapte natura ex clara Dei visione prodiret, vt sine aliqua consolatione & delectatione pro nobis pateretur. ¶ Ad vltimum respondetur, ad rationem timoris satis esse, quòd apprehensio sensitiua, quam sequitur immediatè passio timoris repræsentet futurum malum, non repræsentando certò euenturum. Itaque dico, quod imaginatio siue cogitatiua Christi, quandoque repræsentabat mortem, & non cum certitudine, & tunc insurgebat passio timoris, quandoque vero repræsentabat mortem cum certitudine ex participatione partis intellectiuæ quæ erat certa de morte futura Christi, & tunc insurgebat passio tristitiæ, propter quod Euangelistæ dicunt, Christum & timuisse, & tristem fuisse. Veruntamen, quoniam intellectus Christi per scientiam beatam vel infusam semper fuit certus de futura morte, ideo Diuus Thomas verisimè dixit, in Christo non fuisse timorem cum incertitudine. Hæc dicta sint de passione timoris. Nam de dono timoris dictum est suprà quæst. 7. artic. 6. De reliquis verò, quæ possunt hic disputari de differentia inter tristitiam & dolorem, de his quæ requiruntur ad verum dolorem, vide D. Thom. 1.2. q. 35. & sequentibus. Et in sequentibus nonnulla dicentur.

Ad vltimũ.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm in Christo fuerit dolor sensibilis.

94 Infr. q. 46. ar. 6. c. Et 3. dist. 15. q. 2. ar. 3. q. 1. Et ve. q. 26. ar. 8. cor. fi. & 8. Et op. 3. c. 239.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd in Christo non fuerit verus dolor sensibilis. Dicit enim Hilarius in 10. de Trinita*. Cùm pro Christo mori sit vita, quid ipse in mortis sacramento doluisse existimandus est, qui pro se morientibus vitam rependit? Et infrà dicit*, Vnigenitus Deus hominem verum, non deficiens à se Deo sumpsit: in quem quamuis aut ictus incideret, aut vulnus descenderet, aut nodi concurrerent, aut suspensio eleuaret, afferent quidem hæc impetum passionis, non tamen dolorem passionis inferrent, vt telum aliquod aquam perforans. Non igitur in Christo fuit verus dolor.

*Hil. li. 10. in 2. fol. à princip. li. *lib. 10. de Trini. ante me. li.

¶ 2. Præterea, Hoc proprium videtur esse carni in peccato cõceptæ, quòd necessitati doloris subiaceat. Sed caro Christi non est cum peccato concepta, sed ex Spiritu sancto in vtero virginali. Non ergo subiacuit necessitati patiendi dolorem.

¶ 3. Præterea, Delectatio contemplationis diuinorum diminuit sensum doloris: vnde & Martyres in passionibus suis tolerabilius sustinuerunt, ex cõsideratione diuini amoris. Sed anima Christi summè delectabatur in contemplatione Dei, quem per essentiam videbat: vt suprà dictum est*. Non ergo poterat sentire aliquem dolorem. q. 9. ar. 2.

Sed contra est, quod Isa. 53. dicitur, verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.

Respondeo dicendum, quòd (sicut patet ex his*, quæ in secunda parte dicta sunt) ad veritatem doloris sensibilis, requiritur læsio corporis & sensus læsionis. Corpus autem Christi lædi poterat: quia erat passibile & mortale: vt suprà habitum est*. Nec defuit ei sensus læsionis: cum anima Christi perfectè haberet omnes potentias naturales. Vnde nulli dubium debet esse, quin in Christo fuerit verus dolor. P. 2. q. 35. q. 14. ar. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd in omnibus illis verbis & similibus, Hilarius à carne Christi non veritatem doloris, sed necessitatem excludere intendit. Vnde post præmissa verba subdit*. Neque enim tùm, cùm sitiuit, aut esuriuit, aut fleuit, bibisse Dominus aut manducasse, aut doluisse monstratus est: sed ad demonstrandam corporis veritatẽ, corporis consuetudo suscepta est: ita vt naturę nostrę consuetudine, consuetudini sit corporis satisfactum, vel cùm potum & cibum accepit, non se necessitati corporis, sed cõsuetudini tribuit. Quia non accepit necessitatem per cõ- Loco citato in arg.

parationem ad causam primam horum defectuum, quæ est peccatum: vt suprà
q.14.art.2. & ar.3.ad 2 dictum est*: vt scilicet ea ratione dicatur caro Christi non subiacuisse necessitati horum defectuum, quia non fuit in
lib.10. de Trini. ante me. illius. ea peccatũ. Vnde subdit*: Habuit enim scilicet Christus, corpus, sed originis sue proprium, neque ex vitijs humanæ cõceptionis existens, sed in formam corporis nostri, virtutis suæ potestate subsistens. Quantum tamen ad causam propinquam horum defectuum, quæ est compositio cõtrariorum, caro Christi subiacuit necessitati horũ defectuũ:
q.14.art.2. vt suprà dictum est*.

Ad secundum dicendum, quòd caro in peccato concepta subiacet dolori, non solùm ex necessitate naturalium principiorũ, sed etiã ex necessitate reatus peccati. Quæ quidem necessitas in Christo non fuit: sed solùm necessitas naturalium principiorum.

Ad tertium dicendum, quòd sicut
q.14.art.1. ad 2. suprà dictum est *, virtute diuinitatis Christi, dispensatiuè sic beatitudo in anima continebatur, quòd non deriuabatur ad corpus, ne eius passibilitas & mortalitas tolleretur. Et eadem ratione delectatio contemplationis, sic retinebatur in mente, quòd non deriuabatur ad vires sensibiles, ne per hoc dolor sensibilis excluderetur.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Esa.53. COnclusio est affirmatiua, & probatur primo testimonio Esa.53. Vere dolores nostros ipse tulit. Deinde ad veritatem doloris sensibilis sufficit corporis læsio, sed corpus Christi cum esset passibile lædi poterat, ergò in Christo fuit verus dolor sensibilis.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DE cõclusione huius articuli apud Catholicos nulla est dubitatio, sed solum apud hæreticos, qui dicunt Christum Iesum nõ habuisse corpus verum sed phantasticum, vt tamen veritas expendatur. Arguitur contra cõ
Argumẽta cõtra cõclusionẽ articuli. clusionem. ¶ In primis, dolor & tristitia sunt de his quæ nobis nolẽtibus accidũt, sed Christus nihil passus est inuitus, aut inuoluntarius,
Primum argumentũ. Secundum. ergò non habuit dolorem. ¶ Deinde, tristitia & dolor collocantur in anima, sed anima Christi erat beata, summoq; gaudio fruitionis afficiebatur, ergò non habuit dolorem. Ad hæc argumenta in promptu sunt responsiones. Nam ad primum dicendum est, quòd omne malum, quod nocet & aduersatur homini de se causat tristitiam, & infert dolorem, ad hoc enim satis est, quod inclinationi naturali aduersetur, sicut videre est in illo, qui vult, vt abscindatur ei manus propter corporis sanitatẽ, certè talis dolorem & tristitiam habet. ¶ Ad se
Ad primũ. Ad secũdũ. Dolor vbi nã cõstitutus tur tanquã in subiecto cundum argumentum, quãuis magna ex parte responsum sit in præcedenti articulo, nunc breuiter dicẽdum est, vt intelligamus, vbi nã dolor cõstituatur tanquã in subiecto, Et quidem fere omnes doctores tenent, quòd qualitates, & accidentia in vniuersum subiectantur in materia, vel in forma, & nõ in toto composito. Quorum sententia, si vera est argumentum propositum habet difficilem solutionẽ, quia secundum istorum placitum dolor & tristitia subiectantur in anima, vnde ad argumẽti confutationem, dicunt quod gaudium & tristitia siue dolor in anima Christi Domini, nõ erant contraria, neq; opposita, quia tristari de vna re, & de alia gaudere contraria inter se nõ sunt, neq; oppositionem habent: anima autẽ Christi Domini respectu diuersorum gaudebat, & dolore afficiebatur. Sed hæc solutio (quod etiam in præcedenti articulo indicauimus) non videtur sufficiens, quandoquidem fieri non potest, quod quis summe gaudeat, & summo dolore, siue summa tristitia afficiatur etiam respectu diuersorum, & ideo in hac solutione non persistentes ad miraculum recurrunt. Verum secundum doctrinã D. Tho. omnia accidentia in toto composito subiectãtur, & sic dicendum videtur, quod summa delectatio erat in anima Christi, quæ ex fruitione diuinæ essentiæ oriebatur, dolor vero erat in appetitu sensitiuo. Delectatio enim illa ab anima in corpus non redundabat propter miraculum & dispositionem dominicæ incarnationis, vt Christus posset pro nobis pati. Ex hac solutione, quæ ex parte vera est, oritur dubium, an dolor sit in membro, quod læditur, an vero in appetitu sensitiuo? Atqui D. Tho. in
D. Thom. Quod dolor sit in membro læso probatur nonnullis argumẽtis. 3.d.15.q.2.ar.3.quæstiuncula 2.dicit, quod dolor est tantum in membro læso, & non in appetitu sensitiuo. Et potest suaderi hæc sententia. ¶ In primis experientia, quia quando mẽbrum scinditur, membrum dolet, & ibi sentitur dolor, ergò dolor est in membro læso. ¶ Deinde, appetitus sensitiuus non mouetur
Primum. Secundum. nisi præuio iudicio sensus, sed dolor aliquando accidit sine præuio iudicio sensus, ergò nõ

Veritas est, quod dolor in appetitu sensitiuo resideat, D. Thom.

est in appetitu sensitiuo. His non impedientibus veritas est, quod dolor est in appetitu sensitiuo, sic docet D. Thom. 1.2. q. 35. articul. 1. & probatur sic. Nam dolor est passio animalis, ergò est in appetitu sensitiuo. Omnis enim passio animalis est in appetitu sensitiuo: siquidem sequitur sensus cognitionem. Deinde gaudium & delectatio in appetitu residet, ergò dolor & tristitia in eodem appetitu collocantur, opposita enim habent fieri circa idem. Præterea, obiectum doloris est malum, obiectum autem tactus non est malum, ergò non est in tactu, sed in appetitu sensitiuo. Postremò, sæpe moritur homo ex dolore manus, ergò dolor non est in manu, sed in corde: etenim sine manu homo viuere potest. ¶ Ad argumenta in contrarium. Ad primum, ex experientia respondetur solum probare, quòd causa doloris sit in membro læso. ¶ Ad secundum argumentum negatur omnino posse esse dolorem sine sensu, imò abstracti, & alienati à sensibus non habent dolorem, requiritur ergò iudicium, & cognitio sensitiua, vt dolor subsequatur. Possumus quoque dicere in huius rei expositionem, quod dolor principaliter est in appetitu, verum extenditur per totũ corpus minus principaliter, & sic sentimus dolorem in manu, in capite, in cæteris membris. ¶ Aliud dubium solet moueri, an ad dolorem requiratur læsio vera, an vero sufficiat imaginaria? Scotus in 3. distinct. 15. quæst. vnica dicit, quòd satis est imaginaria. Idem docet Capreolus in eadem distinct. & quæst. & dicit hanc esse sententiam D. Thom. in 4. dist. 44. quæst. 3. articulo. 1. quæstiuncula 3. & probatur, quod ita sit, tùm quia in somnis homines patiuntur dolores, tùm etiam quia freneti ci cum nullam læsionem realem patiantur dicunt se grauissimos pati dolores & cruciatus. ¶ Tùm tertiò, nam ad gaudium & lætitiã sufficit imaginatio boni præsentis, & ad timorẽ satis est imaginatio mali imminentis, & ad tristitiam sat fuerit imaginatio mali præsentis, ergò ad dolorem sat fuerit læsio imaginaria. Sed indubiè tenendum est, quod requiritur ad dolorem læsio realis, in quo dolor discerniture à tristitia, quæ ex imaginatione mali præsentis oriri potest. Quæ sententia vel sola experientia comprobatur. Nam quantũuis quis imaginetur, quòd abscinditur ei manus non dolet. Vnde qui sunt in extasi quantumcunq; per intellectum vel imaginationem intelligãt dolorem, vel læsionem non patiuntur dolorem, aut cruciatum nisi quando infligitur vulnus. ¶ Ad argumenta in contrarium respondetur, ad primum dicendum, quod imaginatio interdum facit alterationem in membro, ex qua alteratione corporea læditur membrum, ac si ab extrinseco læderetur. Et inde est, quòd amentes & somniantes patiuntur dolores, & sic soluitur secundum argumentum. ¶ Ad tertium argumentum negatur consequentia. Nam vt constat ex doctrina D. Tho. hoc differt inter tristitiam & dolorem, quod ad dolorem requiritur læsio realis, ad tristitiã vero sufficit causa imaginaria. Illud etiam certum est, quod delectatio, vt opponitur dolori requirit contactum realem.

Nũ ad dolorẽ requiratur læsio vera.
Scotus.
Capr.
D. Thom.
Argumen. partis negatiuæ.
Primum argumẽtũ.
Secundum.
Tertium.
Vera expositio dubitationis.
Ad argum.
Ad secũdũ
Ad tertium

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm in Christo fuerit tristitia.

95

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd in Christo non fuerit tristitia. Dicitur enim de Christo Isaiæ 42. Non erit tristis nec turbulentus.

Infr. q. 46. ar. 2. & 3. di. 15. q. 2. ar. 3. q. 3. c. & ad 5. Eo op. 3. c. 23.

¶ 2. Præterea, Prouerb. 12. dicitur, Non cõtristabit iustum quicquid ei acciderit. Et huius rationem Stoici assignabant, quia nullus tristatur nisi de amissione suorum bonorum: iustus autem non reputat bona sua nisi iustitiam & virtutem, quas non potest amittere: alioquin subijceretur iustus fortunæ, si pro amissione bonorum fortunę tristaretur. Sed Christus fuit maximè iustus: secundum illud Hierem. 23. Hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus Iustus noster. Ergo in eo non fuit tristitia.

¶ 3. Præterea, Philos. dicit in 7. ethi. quòd omnis tristitia est malum & fugiendum. Sed nullum malum fugiendum fuit in Christo. Ergo in Christo nõ fuit tristitia.

li. 7. eth. c. 13. & 14. to. 5.

¶ 4. Præterea, Sicut Augustin*. dicit 14. de ciui. Dei, tristitia est de his quæ nobis nolentibus accidunt. Sed nihil passus est Christus contra suam voluntatem: dicitur enim Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Non ergo in Christo fuit tristitia.

lib. 14. c. 6. in med. to. 5.

Sed contra est, quod dicit Dominus Matth. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et Ambros. dicit in 3. de Trinit.

li.2.de fide ad Grat.c.2 post mediũ to.2. Trinitat*. Vt homo triſtitiam habuit: ſuſcepit enim triſtitiam meam confidẽter: triſtitiam nomino qui crucem prædico.

ar.præc.ad 3. Reſpondeo dicendum, quòd ſicut dictum eſt*, delectatio diuinę contemplationis, ita per diſpenſationem diuinæ virtutis retinebatur in mente Chriſti, quòd non deriuabatur ad vires ſenſitiuas, vt per hoc dolor ſenſibilis excluderetur. Sicut autem dolor ſenſibilis eſt in appetitu ſenſitiuo, ita & triſtitia. Sed eſt differentia ſecundum motiuum ſiue obiectum: nam obiectum & motiuum doloris, eſt læſio ſenſu tactus percepta: ſicut cum aliquis vulneratur. Obiectum autem & motiuum triſtitię, eſt nociuum ſeu malum interius apprehenſum ſiue per rationem, ſiue per imaginationem (vt in Secunda parte habitum eſt *) ſicut cùm aliquis triſtatur de amiſsione gratiæ vel pecunię. Potuit autem anima Chriſti interius apprehendere aliquid vt nociuum, & quantum ad ſe, ſicut paſsio & mors eius fuit: & quantum ad alios, ſicut peccatum Diſcipulorum, vel etiam Iudęorum occidentium ipſum. Et ideo ſicut in Chriſto potuit eſſe verus dolor, ita potuit in eo eſſe vera triſtitia. Alio tamen modo quàm in nobis: ſecũdum illa tria quę ſuprà aſsignata ſunt*, cùm cõmuniter de paſsionibus animę Chriſti loqueremur.

P.2.q.35. ar.2.

art.4.huius quæſt.

Ad primum ergo dicendum, quòd triſtitia remouetur à Chriſto ſecũdum paſsionem perfectam; fuit tamen in eo initiata ſecundum propaſsionem. Vnde dicitur Matth.26. Cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. Aliud enim eſt contriſtari, aliud incipere contriſtari, vt Hieron*. ibidem dicit.

Hieron. in Matth. 26. tom.9.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut Aug. dicit in 14. de ciui. Dei*, pro tribus perturbationibus, ſcilicet, cupiditate, lętitia & timore, Stoici tres* eupathias, id eſt, bonas paſsiones, in animo ſapientis poſuerunt, ſcilicet pro cupiditate volũtatem, pro lætitia gaudium, pro metu cautionem: ſed pro triſtitia negauerunt eſſe poſſe aliquid in animo ſapientis: quia triſtitia de malo eſt, quod iam accidit: nullum autem malũ exiſtimãt poſſe accidere ſapiẽti. Et hoc ideo eſt: quia non credebant aliquid eſſe bonum niſi honeſtum, quod homines bonos facit: nec aliquid eſſe malum niſi inhoneſtum, per quod homines mali fiunt. Quamuis autem honeſtum ſit principale hominis bonum, & inhoneſtum principale hominis malum (quia hæc pertinent ad ipſam rationem, quæ eſt principalis in homine) ſunt tamen quædam ſecundaria hominis bona, quæ pertinent ad ipſum corpus, vel ad exteriores reſ corpori deſeruientes. Et ſecundum hoc poteſt in animo ſapientis eſſe triſtitia, quantum ad appetitum ſenſitiuum, ſecundum apprehenſionem huiuſmodi malorum: non tamen ita quòd iſta triſtitia perturbet rationem. Et ſecundum hoc etiam intelligitur, quòd non cõtriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit: quia ſcilicet ex nullo accidẽ de eius ratio perturbatur. Et ſecundum hoc triſtitia fuit in Chriſto ſecundum propaſsionem, non autem ſecundũ paſsionem.

Aug.l.14 c.8.in prin. tom.5.

Ad tertium dicendum, quòd omnis triſtitia eſt malum pœnę, non autẽ eſt ſemper malũ culpę: ſed ſolùm quando ex inordinato affectu procedit. Vnde Aug. dicit 14. de ciuit. Dei*: Cùm rectam rationem ſequuntur iſtę affectiones, & quando, & vbi oportet: adhibentur, quis eas tunc morbidas ſeu vitioſas paſsiones audeat dicere?

lib.14.c.9. ante med. tom.5.

Ad quartum dicendum, quòd nihil prohibet, aliquid eſſe contrarium voluntati ſecundum ſe, quod tamen eſt volitum ratione finis, ad quem ordinatur: ſicut medicina amara non eſt ſecundum ſe volita, ſed ſolùm ſecundũ quod ordinatur ad ſanitatem. Et hoc modo

mors Christi & eius passio fuit secundum se considerata inuoluntaria, & tristitiam causans: licet fuerit volûtaria in ordine ad finem, qui est redemptio humani generis.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Mat. 26. D. Ambro. Differentia inter dolorem & tristitiam.

CONclusio est affirmatima. Probaturque ex illo Matth. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem, & ex Ambrosio in 2. de fide ad Grati. cap. 3. Deinde, nam potuit anima Christi aliquid apprehendere interius, vt nociuum & quantum ad se, vt passio & mors ei fuit, & quantum ad alios sicut peccatum discipulorum, vel etiam Iudeorum occidentium ipsum. Quare sicut in eo erat dolor ita & tristitia: differunt enim secundum motiuum, quia motiuum doloris est læsio percepta sensu tactus, vt cum quis vulneratur: motiuum vero tristitiæ est nociuum interius apprehensum, siue per rationem, seu per imaginationem.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Examinatur differẽtia inter dolorem & tristitiam.

DVbium est in hoc articulo, vtrùm dolor & tristitia sint idem? Et videtur, quod in nullo differant, tum quoniam apud Latinos frequenter vnum vsurpatur pro alio. Tum vero, quoniam apud Theologos idem videtur esse dolor, quod tristitia. Vnde sic definiunt. Pœnitẽtia est dolor de peccatis propter Deũ, dolor, id est, tristitia. Ad hæc dolor & tristitia eidem opponuntur nimirum, delectationi, ergò sunt penitus idem. Sed certè omnino differunt, & sunt diuersæ animi passiones, vt hic docet Diuus Thomas & euidentius 1.2. quæst. 35. & differentiæ præcipuæ istæ sunt. Nam dolor semper fit cum aliqua transmutatione corporali, tristitia vero appetitus intellectiui non semper est cum corporea transmutatione. Vnde est in Angelis & in animabus separatis. Secunda differentia est, quoniam causa doloris sensitiui semper est in corpore, cum aliquid corpori nociuum patimur, tristitia vero non est in corpore, sed in anima. Præterea differunt, nam cum sensus exterioris apprehensio sit solum præsentium, intellectus vero possit percipere præteritum, præsens, & futurum, tristitia animi potest esse de præsenti, præterito, & futuro, dolor autem corporalis, qui sequitur apprehensionem sensus exterioris, nõ potest esse, nisi de præsenti. Fateor tamen, quod aliquando vnum accipitur pro alio, vt argumenta probant, sed differentiæ primæ sunt notissimæ.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrùm in Christo fuerit timor.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod in Christo non fuerit timor. Dicitur enim Prouerb. 28, 96 iustus quasi leo confidens, absque terrore erit. Sed Christus fuit maximè iustus. Ergo in Christo non fuit aliquis timor. sup. q. 7. ar. 6. Et 3. di. 15. q. 2. art. 2. q. 3.

¶ 2. Præterea, Hilarius dicit 10. de Trinita*. Interrogo eos, qui hoc ita existimant, an ratione subsistat, vt mori timuerit, qui omnem ab Apostolis mortis timorem expellens, ad gloriam eos sit martyrij adhortatus. Non ergo in Christo rationabile est fuisse timorem. li. 10. in 2. fo. à princi. lib.

¶ 3. Præterea, Timor non videtur esse nisi de malo, quod non potest homo vitare. Sed Christus poterat vitare & malum pœnę, quod passus est, & malum culpę, quod alijs accidit. Ergo in Christo non fuit aliquis timor.

Sed contra est, quòd dicitur Mar. 14. Cœpit Iesus pauere & tędere.

Respondeo dicendum, quòd sicut tristitia causatur ex apprehensione mali prędentis, ita timor causatur ex apprehensione mali futuri. Apprehensio autem mali futuri si omnimodam certitudinem habeat, non inducit timorem. vnde Philosophus dicit in 2. Rhetor*. quòd timor non est nisi vbi est aliqua spes euadendi. Nam quando nulla spes est euadendi, apprehenditur malum vt prędens: & sic magis causat tristitiam: quàm timorem. li. 2. Rhe. c. 5. circa med.

Sic ergo timor potest cõsiderari quãtum ad duo. Vno modo, quantum ad hoc quòd appetitus sensitiuus, naturaliter refugit corporis lęsionem: & per tristitiam, si sit prędens; & per timorem, si sit futura. Et hoc modo timor fuit in Christo, sicut & tristitia. Alio modo

potest

poteſt conſiderari ſecundum incertitudinem futuri euentus: ſicut quando nocte timemus ex aliquo ſonitu, quaſi ignorantes, quid hoc ſit. Et quantum ad hoc timor non fuit in Chriſto, vt Damaſ. dicit in 3. lib.

li.4.ortho. fid.cap. 23.

Ad primum ergo dicendum, quòd iuſtus dicitur eſſe abſque terrore, ſecundum quod terror importat perfectam paſsionem auertentem hominem ab eo, quod eſt rationis. Et ſic timor non fuit in Chriſto, ſed ſolum ſecundum propaſsionem. Et ideo dicitur quòd Ieſus cœpit tedere & pauere, quaſi ſecundum propaſsionem, vt Hieron. exponit.

Hier.in ca. 26. Matth. tom.9.

Ad ſecundum dicendum, quòd Hilarius eo modo à Chriſto excludit timorẽ, quo excludit triſtitiã, ſcilicet, quo ad neceſsitatẽ timendi. Sed tamẽ ad cõprobandã veritatẽ humanæ naturæ, volũtariè timorẽ aſſũpſit, ſicut etiã & triſtitiã.

Ad tertium dicendum, quòd licet Chriſtus potuerit vitare mala futura ſecundum virtutem diuinitatis: erant tamen ineuitabilia vel non de facili vitabilia, ſecundum infirmitatem.

SVMMA TEXTVS.

1.Cõcluſio

PRima cõcluſio, in Chriſto fuit timor, quãtum ad motum appetitus ſenſitiui ex apprehenſo malo futuro. Probatur ex illo, quod dicitur Mar. 14. Cœpit Ieſus pauere, & tædere. Deinde probatur, quia naturaliter appetitus refugit corporis læſionem. ¶ Secunda cõcluſio, in Chriſto non fuit timor, ſi conſideretur ſecundum incertitudinẽ futuri aduentus, ſicut quando nocte timemus ex aliquo ſonitu quaſi ignorãtes, quid hoc ſit. Probatur hæc concluſio autoritate Damaſceni libro 3. erat ergò in eo timor non auertens à ratione, ſed ſolum ſecundum propaſsionem.

Mar.14.

2.Cõcluſio

Damaſce.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Duæ dubitationes de timore Chriſti.

IN hoc articulo ſunt duæ rationes dubitandi. Prior eſt, nam timor eſt de malo, quod non facile vitari poteſt, at Chriſtus Dominus facile poterat vitare omnia mala, & occidere omnes aduerſantes ſibi, ergò non habuit timorem. Ad hoc dicendum eſt, quod non expediat vitare omnia mala, & ſecundum legem ordinariam vitare non poterat, & ideo timorem habuit, iudicabatque illa mala difficilia vitatu: vt nobilis qui poteſt fugiendo vitare malum, & inimici concurſum, ſed quia non decet fugere, perſiſtit, & timet, poteſt & alio modo ſolui propoſita dubitatio, quod nõ potuit vitare omnia mala, vt homo propria virtute, & hoc ſatis eſt ad timorem. Poſterior dubitatio eſt, quæ oritur ex ſecundâ concluſione. Nam ex ea videtur ſequi, quòd Chriſtus non vere timuerit. Nam timor eſt de malo futuro incerto, ſed Chriſtus Dominus certiſsimè ſciebat mala illa euentura, ergò non verè timuit. Certè hi qui ducuntur ad ſupplicium non timent, ſed pauent propter certitudinem euentus. Hoc ipſum confirmatur. Nam ad timorem ſemper requitur iudicium incertum, & timidum, ſed tale iudicium Chriſtus nunquam habuit, ergò non vere timuit. Ad hanc dubitationem reſpondet Caietanus, quod Chriſtus non ſemper vtebatur ſcientia indita, & ideo non ſemper erat præſens certitudo euenturi mali. Sapientiſsimus Victoria aiebat, quòd fortaſsis D. Thom. in ſecunda concluſione voluit aſſerere, quod erat magis pauor quam timor. Pauor enim eſt de re certa, ſicut patet in illis, qui ducuntur ad ſupplicium, pauent enim non timent. Aliorum ſolutio eſt, quod ad rationem timoris per accidens eſt incertitudo. Timor enim eſt de malo futuro, & futura communiter nobis incerta ſunt, imò videtur, quod aliquando certitudo augeat timorem. Nam quando certiores ſumus de re quam timemus, magis ingraueſcit timor.

Secunda dubitatio.

Solutio põ ſterioris dubitationis. Caietanus.

Victoria.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrùm in Chriſto fuerit admiratio.

AD octauum ſic proceditur. 97

Videtur quòd in Chriſto non fuerit admiratio. Dicit enim Philoſophus in primo Metaphyſic. quòd admiratio cauſatur ex hoc, quod aliquis videt effectum, & ignorat cauſam. Et ſic admirari non eſt niſi ignorantis. Sed in Chriſto non fuit ignorantia, vt dictum eſt. Ergo in Chriſto non fuit admiratio.

4.3.con.33 fi. & Matt. 7.co.5.fin.

lib.1.Met. ca.2.in me. to.3.

art.3.huius quæſt.

¶ 2. Prætereà, Damaſ. dicit in 2. lib. quòd admiratio eſt timor ex magna imaginatione: & ideo Philoſophus dicit in 4. Ethic. quòd magnanimus non eſt admiratiuus: Sed Chriſtus fuit maximè

li.2.c.15.

li.4.eth c. 3.decl.ad fi.to.5.

ximè magnanimus. Ergo in Christo nō fuit admiratio.

¶ 3. Prętereà, Nullus admiratur de eo, quod ipse facere potest. Sed Christus facere poterat quicquid magnum erat in rebus. Ergo videtur quòd de nullo admirabatur.

Sed contra est, quod dicitur Matt. 8. Audiens Iesus, (scilicet verba Centurionis) miratus est.

Respondeo dicendum, quòd admiratio propriè est de aliquo nouo & insolito. In Christo autem non poterat esse aliquid nouum & insolitum, quantū ad scientiam diuinam, qua cognoscebat res in verbo: neque etiam quantum ad scientiam humanam, qua cognoscebat res per species inditas; potuit tamen aliquid esse sibi nouum & insolitum secundum scientiam experimentalem, secundum quam, sibi poterant quotidie aliqua noua occurrere.

Et ideo si loquamur de ipso, quantum ad scientiam diuinam, & scientiam beatam; vel etiam infusam, non fuit in Christo admiratio. Si autem loquamur de eo, quantum ad scientiam experimentalem, sic admiratio in eo esse potuit. Et assumpsit hunc defectum ad nostram instructionem, vt scilicet doceat esse mirandum, quod etiam ipse mirabatur. Vnde dicit Augustinus in primo super Gen*. contra Manichæos. Quod mirabatur Dominus, nobis mirandum esse significat: quibus adhuc opus est sic moueri. Omnes ergo tales motus eius nō perturbati animi signa sunt, sed docentis magistri.

lib. 1. c. 8. nō procul à fin. tom. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet Christus nihil ignoraret, poterat tamen aliquid de nouo occurrere experimentali eius scientiæ, ex quo admiratio causaretur.

Ad secundum dicendum, quòd Christus non admirabatur de fide Centurionis, ea ratione, quòd esset magna quantum ad ipsum: sed quia erat magna quantum ad alios.

Ad tertium dicendum, quòd ipse poterat facere omnia secundum virtutem diuinam: secundum quam in eo admiratio non erat, sed solum secundum humanam scientiam experimentalem, vt dictum est*.

In corp. art.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio, in Christo quantum ad scientiā experimentalem fuit admiratio. Hæc conclusio probatur ex illo, quod dicitur Mat. 8. audiens Iesus (scilicet verba Centurionis) miratus est. Deinde patet, quia admiratio propriè est de aliquo nouo, & insolito, sed secundum scientiam experimentalem poterat Christo esse aliquid nouum, & insolitum, ergò in Christo fuit admiratio, & assumpsit hūc affectum ad nostram instructionē, vt scilicet doceat esse mirandum, quod etiam ipse mirabatur, vt ait Aug. in 1. super Genesim contra Manichæos. ¶ Secunda conclusio, in Christo non fuit admiratio secundum scientiam diuinam, & scientiam beatam, vel etiam infusam, neque etiam quantum ad scientiam humanā. Hæc conclusio probatur. Quia secūdum has etiam scientias in Christo non poterat esse aliquid nouum & insolitum, ergò secūdum has scientias in Christo nō potuit esse admiratio. Consequentia inde probatur, quia admiratio est propriè de aliquo nouo & insolito.

1. Cōclusio. Mat. 8. Augustin. 2. cōclusio.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo statim se offert obiectio cōtra conclusionem propositam. Nam admiratio oritur ex rebus insolitis, nouis, & ante incognitis, sed Christus omnia etiam futura cognoscebat perfectè, ergò in eo admiratio non fuit. Ad hanc obiectionem depellendam legātur ea, quæ dicit D. Tho. 1. 2. q. 32. ar. 8. Ex cuius doctrina sciendū est, quod admiratio non est cognitio alicuius noui & insoliti, sed est id, quod sequitur in animo nostro ex cognitione alicuius noui & insoliti. Pro quo etiam sciendum est, quòd admirans in ipso admirationis actu videtur habere tria. Primò nouę, rarę, vel arduæ rei intuitum desideratum. Secūdò collationem illius cum occulta causa. Tertiò, naturalem quandam concupiscentiā cognoscendi causam, sicut vniuersaliter imperfecta appetunt perfici, & propterea admirari cōstituit habentē in eo, quod est secūdū naturā. Nosse enim & cōferre, & appetere scire, cōnaturalia sunt, & naturaliter in his gaudet anima. Præter hæc autem tria, quæ communia omni miranti videntur inesse scrutatoribus

D. Thom. Quid sit admiratio explicatur.

bus causarum rationalis concupiscentia scien di causam, quæ est causa delectationis sicut cætera desideria. His constitutis ad obiectionem dicẽdum est, quod etiam dẽ his, quę nouerunt homines euidenter, admirari solent. Patet in Astrologo, qui euidenter cognoscebat futuram eclypsim, & quãdo primitus oculis eam videt planè admiratur, quia est in illo noua notitia intuitiua, & experimentalis, sic in Christo fuerunt nouæ notitiæ intuitiuæ & experimentales. Secundò possumus respõdere, quòd Christus non semper vtebatur scientia infusa & indita, & per scientiam acquisitam non semper cognoscebat omnia futura. Vltimò dico, quod Prophetæ mirabantur de ijs, quæ Propheticè cognouerunt mũlto ante, & ita de Christo sentiendum est.

ARTICVLVS NONVS.

Vtrùm in Christo fuerit ira.

98 3.di.15.q.1.ar.2.q.2.

AD nonum sic proceditur. Videtur quòd in Christo nõ fuerit ira. Dicitur enim Iacob.1. Ira viri, iustitiam Dei non operatur. Sed quicquid fuit in Christo, ad iustitiam Dei pertinuit: ipse enim factus est nobis iustitia à Deo: vt dicitur 1.Cor.1. Ergo videtur quòd in Christo non fuerit ira.

li.4.eth.ca.5.to.5.

¶ 2. Præterea, Ira mansuetudini opponitur: vt patet in 4.Ethic*. Sed Christus fuit maximè mansuetus. Ergo in eo non fuit ira.

li.5.Mora.c.33.nõ procul à principio.

¶ 3. Præterea, Gregor. dicit in 5.Moral*. quòd ira per vitium, excæcat oculum mentis; ira verò per zelum, ipsum turbat. Sed in Christo mentis oculus non fuit excęcatus nec turbatus. Ergo in Christo non fuit nec ira per vitium, nec ira per zelum.

Sed contra est, quod Ioan. 2. de eo dicitur esse impletum, quod in Psalm. 68. legitur, Zelus domus tuę comedit me.

1.2.q.46.art.3.ad 3. Et 2.2.q.158.ar.1.2.&3.Et Mal.q.12.art.1.&2.

Respondeo dicendum, quòd sicut in Secunda parte dictum est *, ira est effectus tristitię. Ex tristitia enim alicui illata, consequitur in eo circa sensitiuam partem, appetitus repellendi illatam iniuriam, vel sibi vel alijs. Et sic ira est passio composita ex tristitia & appetitu vindictę. Dictum est autem*, quòd in Christo tristitia esse potuit. Appetitus etiam vindictę quandoque est cum peccato, quando scilicet aliquis vindictam quęrit sibi absque ordine rationis, & sic ira in Christo esse non potuit: huiusmodi enim dicitur ira per vitium. Quandoque verò talis appetitus est sine peccato, imò est laudabilis: puta cùm aliquis appetit vindictam secundum ordinem iustitię: & hoc vocatur ira per zelum. Dicit enim Augustinus super Ioan*. quòd zelo domus Dei comeditur, qui omnia quę ibi perversa videt, satagit emendare: & si emẽdare non potest, tolerat, & gemit. Et talis ira fuit in Christo.

P.1.q.46.ar.1.& ar.3 ad 3. ar.6. huius quæst.

Trac.10.in Ioan. super illud: Zelus domus tuæ comedit me, to.9.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Gregor. dicit 5. Mora*. ira dupliciter se habet in homine. Quandoque enim prœuenit rationem, & trahit eam secum ad operandum, & tunc propriè ira dicitur operari: nam operatio attribuitur principali agenti. Et secundum hoc intelligitur, quòd ira viri iustitiam Dei non operatur. Quandoque verò ira sequitur ipsam rationem, & est quasi instrumentum ipsius: & tunc operatio, quę est iustitię, non attribuitur irę, sed rationi.

lib.5.Mor. cap.33.

Ad secundum dicendum, quòd ira quę transgreditur ordinem rationis, opponitur mansuetudini, non autem ira, quę est moderata, & ad medium rę ducta per rationem: nam mansuetudo medium tenet in ira.

Ad tertiũ dicendũ, quòd in nobis secundũ naturalẽ ordinẽ, potẽtiæ animę mutuò se impediũt, ita scilicet quòd cũ vnius potentiæ operatio fuerit intensa, alterius operatio debilitetur. Et ex hoc procedit, quòd motus irę etiam si sit secundum rationem moderatus, vtcunque impedit oculum animę contemplantis. Sed in Christo per moderationem diuinę virtutis, vnicuique potentiæ

tentiæ permittebatur agere quod erat ei proprium: ita quòd vna potentia ex alia non impediebatur. Et ideo sicut delectatio mentis contemplantis non impediebat tristitiam vel dolorem inferioris partis, ita etiam econuerso passiones inferioris partis, in nullo impediebant actum rationis.

SVMMA TEXTVS.

1.Cõclusio PRima conclusio. In Christo fuit ira secundum ordinem iustitię, quę vocatur ira per zelum. Probatur hæc conclusio ex illo, quod dicitur de Christo esse impletum Ioã.2. quod Ioan.2. in Psalmo dicitur zelus domus tuæ comedit me. Et certè cum aliquis quærit vindictam secundum ordinem rationis talis appetitus est sine peccato, & zelus vocatus, qui zelus, vt ait Augustinus super Ioannem, omnia peruersa, quæ videt cupit emendare, & si emendare non potest, tolerat & gemit, & ista ira fuit in Chri-
2.cõclusio. sto. ¶ Secunda conclusio. Ira vt vitium designat, non potuit esse in Christo. Patet hæc conclusio. Nam talis ira consurgit ex tristitia cum appetitu vindictæ contra debitum ordinem rationis, ergò talis ira non potuit esse in Christo.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DE ira quid sit, & quomodo aliquando cadat in virum sapientem, disputat fusissimè Diuus Thomas 1.2.q.46. nunc tãtum est obseruandum ex domino Caietano hoc in loco, quod ira non componitur ex tristitia & appetitu vindictæ, cum illa sit in concupiscibili, hęc in irascibili, & rursus, vtraque est qualitas simplex, sed composita dicitur tanquam ex necessario concurrente ad constitutionem ipsius, quæ formaliter est appetitus vindictæ, causaliter autem est tristitia, quia ex tristitia iniuriæ causatur.

ARTICVLVS DECIMVS.

Vtrùm Christus simul fuerit viator & comprehensor.

99 AD decimum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit simul viator & comprehensor. Viatori enim cõpetit moueri ad finem beatitudinis; comprehensori autem competit iã fine quiescere. Sed non potest eidem simul conuenire, quòd moueatur ad finem, & quòd quiescat in fine. Ergo non potuit simul esse, quòd Christus esset viator & comprehensor.

3.d.14.art. 2.& di.18. ar.1.Et ver. q.26.art. 10.& q.29. artic.6.Et quolib.11. q.2.ar.1.Et opusc.3.c. 238.Et op. 28.ca.7.

¶ 2. Prætereà, Moueri ad beatitudinem, aut eam obtinere, non competit homini secundum corpus, sed secundum animam: vnde Augustinus dicit in Epistola* ad Dioscorum, quòd ad inferiorem naturam, quæ est corpus, redundat ab anima, non beatitudo, quæ propria est fruentis & intelligentis, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis vigor. Sed Christus, licèt haberet corpus passibile, tamen secundum mẽtem plenè Deo fruebatur. Non igitur Christus fuit viator, sed purus comprehensor. epi.56.ante medium to.2.

¶ 3. Prętereà, Sancti, quorum animę sunt in cęlo, & corpora in sepulchris, fruuntur quidem beatitudine secundum animam, quamuis eorum corpora morti subiaceant: tamen non dicuntur viatores, sed solùm comprehensores. Ergo pari ratione licet corpus Christi fuerit mortale: quia tamen mẽs eius Deo fruebatur, videtur quòd fuerit purus comprehensor, & nullo modo viator.

Sed contra est, quod dicitur Hier. 14. Quare colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum.

Respondeo dicendum, quòd aliquis dicitur viator, ex eo quòd tendit in beatitudinem: comprehensor autẽ dicitur ex hoc, quòd iam beatitudinẽ obtinet, secundum illud 1.Cor.9. Sic currite vt comprehendatis, & Phil.3. Sequor autẽ, si quo modo comprehendam. Hominis autem beatitudo perfecta consistit in anima & corpore: vt in secunda parte habitum est *. In anima quidem quantum ad id, quod est ei proprium secundum quod mens videt, & fruitur Deo. In corpore verò secundum quod corpus resurget spirituale & in virtute, & in gloria, & in incorruptione: vt dicitur 1.Corint.15. Christus autem ante 1.2.q.4.ar.6.

passio-

passionem secundum mentem plenè videbat Deum: & sic habebat beatitudinem, quãtum ad id quod est propriũ animæ, sed quantum ad alia deerat ei beatitudo: quia & anima eius erat passibilis, & corpus passibile & mortale: vt ex suprà dictis patet *. Et ideo simul erat comprehensor, in quantum habebat beatitudinem propriam animæ: & simul viator, in quantum tendebat in beatitudinem, secundum id quod ei de beatitudine deerat.

ar. 4. huius q. & q. 14. ar. 4.

Ad primum ergo dicendum, quòd impossibile est moueri ad finem, & quiescere in fine secundum idem. Sed secundum diuersa nihil hoc prohibet: sicut aliquis homo simul est sciens, quãtum ad ea, quæ iam nouit: & addiscens, quantum ad ea, quæ nondum nouit.

Ad secundum dicendum, quòd beatitudo principaliter & propriè consistit in anima & secundum mentem: secundariò tamen & quasi instrumentaliter requiruntur ad beatitudinem corporis bona. Sicut etiam Philosophus dicit in 1. Ethicor*. quod exteriora bona organicè deseruiunt beatitudini.

1. Ethic. c. 8. circa fin. to. 5.

Ad tertium dicendum, quòd non est eadem ratio de animabus Sanctorum & de Christo, propter duo: primò quidem, quia animæ Sanctorum non sunt passibiles, sicut fuit anima Christi: secũdò, quia corpora non agunt aliquid per quod in beatitudinem tendant, sicut Christus secundum corporis passiones, in beatitudinem tẽdebat, quantum ad gloriam corporis.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est affirmatiua, quia ante passionem plenè videbat Deum secundum mentem, & cum hoc anima eius erat passibilis, & corpus passibile, & mortale, quare habebat beatitudinem, quantum ad id, quod est proprium animæ, & deerat ei beatitudo, quãtum ad alia, nondum enim corpus fortitũ erat dotes corporum beatorum, vnde simul erat viator, & comprehensor.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo finit & absoluit D. Tho. trãctatum de defectibus assumptis à Christo ostendendo illum fuisse viatorem. Nam viator in sua ratione includit, quòd sit passibilis, & secundum corpus, & secundum animam, quod vero fuerit viator est veritas fidei planissima. Patet Hierem. 14. Quare colonus futurus est in terra, & quasi viator declinans ad manendum. Item proprietas viatoris est esse passibilem, & secundum corpus, & secundum animam, ergò fuit viator. Tandem sic arguitur. Proprietas viatoris est mereri, sed Christus vt habet veritas fidei meruit sibi gloriam corporis, nobis vero gloriam corporis & animæ, vt videbimus quæst. 19. ergò fuit viator. Quod vero fuerit comprehensor, patet ex his quæ diximus suprà quæst. 9. artic. 2. & quæst. 10. Vtrùm fuerit comprehensor ab instanti suę conceptionis, an vero post modum disputat Diuus Thomas infrà quæst. 34. articulo vltimo.

Hier. 14.

QVAESTIO XVI.

De consequentibus Vnionem, quantum ad ea, quę conueniunt Christo secundum esse & fieri, in duodecim articulos diuisa.

DEinde considerãdum est de his, quę consequuntur vnionem. Et primò quantum ad ea, quę conueniunt Christo secundum se. Secundò, de his, quæ conueniunt Christo per comparationem ad Deum patrem. Tertiò, de his, quę cõueniunt Christo per comparationem ad nos.

¶ Circa primum duplex consideratio occurrit, prima quidem de his, quæ cõueniunt Christo, secundum esse & fieri. Secunda de his, quę conueniunt Christo secundum rationem vnitatis.

¶ Circa primum quęrũtur duodecim.

¶ Primò, vtrùm hęc sit vera, Deus est homo.

¶ Secundò, vtrùm hæc sit vera, Homo est Deus.

¶ Tertiò, vtrùm Christus possit dici homo Dominicus.

¶ Quartò,

¶ Quartò, vtrùm ea, quę conueniunt Filio hominis, posſint prædicare de filio Dei, & econtrario.

¶ Quintò, vtrùm ea, quæ conueniunt Filio hominis, posſint prædicari de diuina natura: & de humana ea, quæ conueniunt filio Dei.

¶ Sextò, vtrùm hęc sit vera, Filius Dei factus est homo.

¶ Septimò, vtrùm hęc sit vera, Homo factus est Deus.

¶ Octauò, vtrùm hęc sit vera, Christus est creatura.

¶ Nonò, vtrũ hæc sit vera, Iste homo, demõstrato Christo, incepit esse, vel fuerit semper.

¶ Decimò, vtrùm hęc sit vera, Christus, secundum quod homo, est creatura.

¶ Vndecimò, vtrùm hęc sit vera, Christus, secundum quod homo, est Deus.

¶ Duodecimò, vtrùm hęc sit vera, Christus, secũdum quod homo, est hypostasis vel persona.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm hæc sit vera, Deus est homo.

100 3.di.7.q.1. ar.1.Et vni. ar.4.c.fi.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd hęc sit falsa, Deus est homo. Omnis enim propositio affirmatiua in materia remota est falsa. Sed hæc propositio, Deus est homo, est in materia remota: quia formę significatæ per subiectum & prędicatum, sunt maximè distantes. Cùm ergo propositio prędicta sit affirmatiua, videtur quòd sit falsa.

¶ 2. Prętereà, Magis conueniunt tres personę diuinę adinuicem, quàm humana natura & diuina. Sed in mysterio Trinitatis vna persona non prædicatur de alia: non enim dicimus, quòd pater est filius, vel econtrario. Ergo videtur, quòd nec humana natura posit prędicari de Deo, vt dicatur quòd Deus est homo.

¶ 3. Prætereà, Athanasius dicit*, quòd sicut anima & caro vnus est homo: ita Deus & homo, vnus est Christus. Sed hęc est falsa, Anima est corpus. ergo etiam hæc est falsa, Deus est homo. In suo fidei symbolo.

¶ 4. Prætereà, Sicut in Prima parte habitum est*, quod prædicatur de Deo non relatiuè, sed absolutè, conuenit toti Trinitati & singulis personis. Sed hoc nomen, homo, non est relatiuum, sed absolutum. Si ergo verè prędicatur de Deo, sequeretur quòd tota Trinitas & quælibet persona sit homo, quod patet esse falsum. P.p.q.39. ar.3.

Sed contra est quod dicitur Philip. 2. Qui cùm in forma Dei esset, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiẽs, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Et sic ille qui est in forma Dei, est homo. Sed ille qui est in forma Dei, est Deus. Ergo Deus est homo.

Respondeo dicendum, quòd ista propositio, Deus est homo, ab omnibus Christianis conceditur: non tamen ab omnibus secundum eandem rationem. Quidam enim hanc propositionem concedunt, non secundum propriam acceptionem horum terminorum. Nam Manichęi verbum Dei, dicunt esse hominem, non quidem verũ, sed similitudinarium, in quantum dicunt filium Dei corpus phantasticum assumpsisse: vt sic dicatur Deus homo, sicut cuprum figuratum dicitur homo, quia habet similitudinem hominis. Similiter etiam illi, qui posuerunt, quòd in Christo anima & corpus non fuerũt vnita, non possunt dicere quòd Deus sit verus homo: sed quòd dicatur homo figuratiuè ratione partium. Sed vtraque harum opinionum suprà improbata est*. Alij verò econuerso ponunt veritatem ex parte hominis: sed negant veritatem ex parte Dei. Dicunt enim Christum, qui est Deus & homo, esse q.5.art.1.& 2.

Deum

Deum non naturaliter, sed participatiuè, scilicet per gratiam: sicut & omnes sancti viri dicuntur dij. excellentius tamen Christus præ alijs propter gratiam abundantiorem. Et secũdum hoc, cùm dicitur. Deus est homo, ly Deus, nõ supponit verum & naturalem Deũ. Et hæc est hæresis Photini, quæ suprà improbata est†. Alij verò concedunt hãc propo- Q.2.art.6. sitionem cum veritate vtriusque termini, ponentes Christum & verum Deum esse, & verum hominem: sed tamen veritatem prædicationis non saluant. Dicunt enim quòd homo prædicatur de Deo per quandam coniunctionem vel dignitatis, vel auctoritatis, vel etiam affectionis aut inhabitationis. Et sic posuit Nestorius Deum hominem esse: vt per hoc nihil aliud significetur, quàm quòd Deus est homini coniunctus tali coniunctione, quòd homo inhabitetur à Deo, & vniatur ei secũdum affectum & secundum participationem auctoritatis & honoris diuini. Et in similem erroré incidunt quicunque ponunt duas hypostases vel duo suppositа in Christo: quia nõ est possibile intelligi, quòd duorum, quæ sunt secundum suppositum vel hypostasim distincta, vnũ propriè prædicetur de alio, sed solùm secũdum quandam figuratiuam locutionẽ, in quantum in aliquo coniungũtur: puta si dicamus Petrum esse Ioannẽ, quia habent aliquam coniunctionem adinuicem. Et hæ opiniones suprà improba- Q.2.art.6. tæ sunt*. Vnde supponendo secundum veritatem catholicæ fidei, quòd vera natura diuina, vnita est cum vera natura humana non solùm in persona, sed etiã in supposito vel hypostasi, dicimus hãc propositionem esse veram & propriã, Deus est homo, non solùm propter veritatem terminorum (quia scilicet Christus est verus Deus, & verus homo) sed etiam propter veritatẽ prædicationis. Nomen enim significans naturam communem in concreto, potest supponere pro quolibet contentorum sub naturâ communi: sicut hoc nomen homo potest supponere pro quolibet homine singulari. Et ita hoc nomẽ Deus, ex ipso modo suæ significationis potest supponere pro persona filij Dei, vt etiam in Prima parte habitum est*. De quolibet P.p.q.39. art.4. ad 3. autem supposito alicuius naturę, potest verè & propriè prædicati nomen significans illam naturam in concreto: sicut de Sorte & Platone propriè & verè prædicatur homo. Quia ergo persona filij Dei (pro qua supponit hoc nomẽ Deus) est suppositum naturæ humanę, verè & propriè hoc nomen homo, potest prædicari de hoc nomine Deus, secundùm quod supponit pro persona filij Dei.

Ad primum ergo dicendum, quòd quando formæ diuersæ non possunt cõuenire in vnum suppositum, tunc oportet quod propositio sit in materia remota, cuius subiectum significat vnam illarum formarum & prędicatum aliam. Sed quando duæ formæ possunt conuenire in vnum suppositum, nõ est materia remota, sed naturalis vel contingens: sicut cùm dico, album esse musicum: Natura autem diuina & humana, quanuis sint maximè distantes: tamen conueniunt per Incarnationis mysterium in vno supposito: cui neutra illarũ inest per accidẽs, sed per se. Et ideo hæc propositio, Deus est homo, nõ est neq; in materia remota, neque in materia cõtingenti: sed in materia naturali. Et prędicatur homo de Deo, non per accidẽs, sed per se, sicut species de sua hypostasi: nõ quidẽ ratione formæ significatę per hoc nomen Deus, sed ratione suppositi, quod est hypostasis humanæ naturæ.

Ad secundum dicendum, quòd tres personæ diuinæ conueniunt in natura, distinguuntur tamen in supposito, & ideo non prædicantur de inuicem. In mysterio autem incarnationis, naturæ quidem, quia distinctæ sunt, de inuicẽ non prædicantur, secũdum quòd signi-

ficantur in abstracto (non enim natura diuina est humana) sed quia conueniũt in supposito, prædicãtur de se inuicem in concreto.

Ad tertium dicendum, quòd anima & caro significantur vt in abstracto, sicut diuinitas & humanitas. In concreto verò dicuntur animatum & carneũ, siue corporeum, sicut & ex alia parte Deus & homo. Vnde vtrobique abstractum non prædicatur de abstracto: sed solùm concretum de concreto.

Ad quartum dicendum, quòd hoc nomen homo, prædicatur de Deo, ratione vnionis in persona, quæ quidem vnio relationem importat. Et ideo non sequitur regulam eorum nominũ quæ absolutè prædicãtur de Deo ab æterno.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Philip. 2. COnclusio est affirmatiua, & patet ex illo ad Philip. 2. Qui cum in forma Dei esset exinaniuit semetipsum formam serui accipiẽs in similitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. Vnde ille qui in forma Dei est, est homo, sed ille qui est in forma Dei, est Deus, ergo Deus est homo. Deinde probatur conclusio. Nam hæretica doctrina est asserere Deum esse hominem similitudinariũ vel figuratiuum, seu hominem illum non esse Deum naturaliter, sed participatiue per gratiam sicut sunt sancti viri, vel vt posuit Nestorius, quod homo prædicetur de Deo per quandam conjunctionem, vel dignitatis, vel autoritatis, vel etiã affectionis, aut inhabitationis, ita vt Deus homini coniungatur tali coniunctione, quod inhabitetur homo à Deo. Hæc omnia sunt hæreticorum dogmata, verum secundum catholicam fidem vera natura diuina vnita est cum vera natura humana, non solum in persona sed in supposito, & sic vera est propositio Deus est homo, nõ solum propter veritatem terminorum, quia Christus est verus Deus & homo verus, sed etiã propter veritatẽ prædicationis. Nomen enim significans naturam communẽ in concreto potest supponere pro quolibet contentorum sub natura communi, sicut hoc nomẽ, homo, potest supponere pro quolibet homine singulari, ita hoc nomen Deus, ex ipso modo significationis potest supponere pro persona filij Dei, quare hoc nomẽ homo, potest prædicari de Deo secũdũ quod supponit pro persona filij Dei.

EXPOSITIO ARTICVLI.

D. Tho. IN hoc articulo nota, quod D. Tho. constituta veritate huius mysterij de qua dictum est in superioribus, docet proprietatẽ potius sermonis & locutionis, quam veritatẽ mysterij. Durandus vero in. 3. d. 4. q. 2. dicit tria de ista propositione, Deus est homo. Primũ certum esse secundum fidem duas naturas diuinam & humanam esse in vno supposito, scilicet, in Christo. Secundũ, quod si quis habens istam fidem erraret in verbis aut in modo loquendi esset malus grammaticus, aut dialecticus, sed nõ erraret contra fidẽ. Tertium, quod hæc propositio Deus est homo nõ est ita propria, sicut hęc, Petrus est homo, imo habet nõ nihil improprietatis. Et probatur hoc vltimũ assertum. Nam illa propositio affirmatiua est magis propria & vera in qua est maior identitas inter subiectũ & prædicatũ, sed in hac Petrus est homo, est maior identitas inter subiectum & prædicatũ, quam in hac, Deus est homo, ergo illa est magis propria. ¶ Secũdò, supposituũ Petri cõstituitur essentialiter per humanitatem, quæ est forma significata formaliter per prædicatũ, at suppositũ diuinũ non cõstituitur per humanitatẽ, vt constat, ergo illa est magis propria. ¶ Tertiò, homo prædicatur de Petro in quid, de Deo vero non prædicatur in quid. Nam si interroges, quid est Deus, nõ rectè respondetur est homo, ergo illa est magis propria. ¶ Quartò, prædicatio denominatiua est proprijssima, videlicet, Deus est humanatus, ergo hæc nõ est omnino propria Deus est homo. ¶ Quintò, quando duæ naturæ sunt in vno eodẽq; supposito altera proprie nõ prędicatur sed denominatiue, vt albũ est musicũ, homo est albus, ergo hæc nõ est omnino propria, Deus est homo, & hęc pprijssima, Deus est humanatus. ¶ Vltimò, Petrus manens Petrus non potest esse quin sit homo, sed Deus manẽs Deus potest esse vt nõ sit homo, ergo illa est magis propria. Nihilominus ego dico, quod hæc Deus est homo, est tam propria sicut Petrus est homo, & quod modus Durãdi est periculosus in eo quod dicit, quod Deus proprie nõ est homo. Insuper addo, quod secũdum assertum Durãdi nõ caret temeritate. Probatur nostra sentẽtia, nam homo vniuoce dicitur de nobis & de filio Dei. Nam secundũ fidẽ est homo eiusdẽ speciei nobiscũ, sed de nobis dicitur proprie, ergo & de filio Dei. Secundo, si hæc locutio est impropria, vel esset propter improprietatẽ prædicati, & hoc pertinet ad hæresim Manichæorũ & aliorũ asserentiũ, quod Christus nõ habuit veram naturam humanam, aut vero propter improprietatem subiecti,

Durandus.

Vtrum hæc loquutio Deus est homo in proprietate sermonis vera sit.

Primũ arg.

Secundum

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Vltimum.

Propria est hęc locutio Deus est homo.

subiecti, & hoc pertinet ad hæresim Fotinij aientis Christũ non esse verũ Deum, aut propter improprietatẽ copulę aut vnionis, & hoc esset incidere in hæresim Nestorij asserentis, quod Christus est Deus ꝓpter vniõnẽ admirabilẽ & excellẽtissimã. Tertiò, sequitur ex opinione Durãdi, quod actiones, & passiones humanitatis, & proprietatis hominis nõ proprie enũciarẽtur de filio Dei, quod asserere à vera Theologia alienũ est. Nam filius Dei verè & propriè natus est de Virgine, mortuus est, & crucifixus pro nobis. Certè in Cõcil. Ephe. I. definitur beatã virginem esse verè & propriè matrem Dei. Quartò, quod non est propriè tale non est verè tale, ergo si Deus nõ est propriè homo, non est verè homo. Quintò, ex mysterio incarnationis vel resultauit aliquid, quod est propriè homo vel nõ, si primũ, interrogo vel illud est Deus, & sic habeo intentũ, vel nõ est Deus, & sic sequitur, quod in mysterio incarnationis est vnum, quod est propriè homo, & alterũ, quod non est propriè homo, quod nõ potest intelligi sine distinctione suppositorũ. Si vero dicas non resultasse aliquid, quod sit ꝓpriè homo. Cõtra impossibile est, quod anima rationalis vniatur naturæ, & corpori humano, & quod nõ resultet verè & propriè homo. Tandẽ sic arguitur, Ecclesia catholica ex eo, quod Deus est homo cõfutauit innumerabiles hæreses, & demonstrauit, quod Deus habuit verũ hominis corpus, verũ hominis animũ, volũtatẽ creatã humanã, at si Deus nõ erat ꝓpriè homo vnde Ecclesia catholica hæc dogmata colligebat? Liquet ergo, quod hæc est vera & ꝓpria locutio, Deus est homo. Sed probemus esse tam propriã sicut hanc Petrus est homo. Nam tam propriè, & perfectè Deus habet humanitatẽ atq; Petrus. Vt enim locutio sit propria & vera, impertinens est, ꝙ forma significata per prędicatũ sit idẽ cũ subiecto. Nam tam propria est hæc, Petrus est albus sicut hæc, Petrus est homo, licet prima sit accidentaria, secunda vero essentialis. Sed iam demõstremus, quòd secũdum assertũ Durãdi sit temerariũ. Quod probo primo ex illo Hieronymi testimonio, ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis. Secũdo, quoniã veritates fidei nõ solũ debent esse in cordibus fideliũ, verũ etiã in ore, iuxta illud 1. Cor. 1. Id ipsum dicamus omnes, & nõ sint in vobis schismata. & Rom. 15. Vnanimes vno ore honorificemus Deũ, id est, vna fidei cõfessione, vt explicat D. Tho. Ex quo sequitur, ꝙ licet nõ sit hæreticus, qui non habet errorẽ in intellectu, aut mẽte, nihilominus tamẽ qui nõ se conformat Ecclesię catholicę in modo loquẽdi peccat mortaliter, & si est proteruus est suspectus de hæresi, vt si quis dicat, in sanctissima Trinitate esse tres Deos, quoniã sunt tres personæ, quarũ quęlibet est Deus. Imo dico, ꝙ potest errare cõtra fidẽ, qui nõ cõformatur Ecclesiæ catholicæ in modo loquẽdi, vt si talis sentiret Ecclesiã catholicã nõ esse regulã infallibilem ad proponendas veritates fidei in proprietate sermonis. Nam ille erraret cõtra articulũ fidei de infallibilitate Ecclesiæ ad proponendum.

Conc. Eph.

Hierony.

1. Corin. 1.

Roma. 15. Errat qui nõ se cõformat Ecclesiæ in modo loquendi.

¶ Ad argumẽta respõdetur, ad primum nego maiorẽ, nã vt dictũ est propositiones accidẽtariæ sunt maximè proprię. Et in his nõ est idẽtitas inter formã prædicati, & subiectum. Secundo respondetur, licet in hac propositione Petrus est homo, sint plures rationes idẽtitatis inter subiectũ & prædicatũ, quã in hac Deus est homo, cæterũ maior identitas & vnitas est inter prędicatũ & subiectũ huius, Deus est homo. Nam subiectum vtriusque, scilicet, Dei & hominis, est persona diuina; quæ maximè est vna & indiuisa. Ex hoc facilè confutatur secũdum argumentũ. ¶ Ad tertium respondetur, quòd nõ omnis prædicatio ꝓpria est in quid. Nã hæc est proprijssima, homo est rationalis & prædicatur in quale quid. Secũdo respõdetur, ꝙ homo prędicatur de Deo in quid, nõ ratione formæ significatæ per subiectũ, sed ratione suppositi, quod est persona diuina & humana simul, vt infra declarabitur. ¶ Ad quartũ, & quintũ respõdetur, hoc esse propriũ in mysterio incarnationis, quod suppositũ vnius naturæ tẽpore præcedit & ideo propriè denominatur ab illa natura, quæ ei ex tẽpore cõiungitur. Cæterum aliud quodcũq; suppositum alterius naturæ, quod non præcedit naturam substãtialẽ, quin potius cõstituitur per ipsam non denominatur à tali natura. Et ideo cũ omni proprietate dicitur, quod Deus est humanatus, non autẽ Petrus. ¶ Ad sextũ respondetur nihil valere. Nam iam dictum est prædicationes accidentarias esse proprijssimas. ¶ Dubiũ aliud est circa secũdã cõclusionẽ, an hæc propositio, Deus est homo sit per se in materia naturali? Scotus in. 3. dist. 7. q. 2. tenet, quod hæc propositio est in materia contingenti. Sequitur Durandus in eadem. d. &. q. & Gabriel q. vnica. Marsilius in. q. 6. art. 3. ad 5. quorũ argumẽta refert hic Caietanus. Ego breuiter dico, quòd in hac, Deus est homo subiectũ potest accipi dupliciter. Primò, formaliter ratione formæ significatæ per subiectũ. Secũdò, materialiter pro suppositio, quod est naturę diuinæ & humanæ simul. Si accipiatur primo modo dico, quòd illa propositio Deus est homo, secundũ ordinẽ naturalẽ præcisè est in materia

Ad argumẽta. Ad primũ. Ad secũdũ, & tertium. Ad quartũ, & quintũ. Ad sextum. Vtrum hæc propositio, Deus est homo sit in materia naturali. Scotus. Durandus. Gabriel. Marsilius.

remota, verum ſecundum ordinē ſupernaturalem eſt in materia cōtingenti. Accidit enim deitati, vt ſit homo & non eſt de eſſentia Dei, quod ſit homo. Si vero accipiatur ſecūdo modo, aio hanc propoſitionē eſſe per ſe & in materia naturali, & eſſe prędicationē ſpeciei ſicut iſta, Ieſus eſt homo, in qua ex parte ſubiecti exprimitur perſona verbi nō abſolute, ſed vt eſt perſona humana. Sed nota, quod eſt maxima differentia inter iſtam Ieſus eſt homo, & Deus eſt homo. Nam prior eſt per ſe & in materia naturali ratione ſignificati formalis ſubiecti & prędicati. Poſterior vero eſt per ſe ratione ſuppoſiti, quia ſubiectū accipitur pro iſto Ieſu. Ex quo ſequitur ſecūda differētia, quod hæc, Ieſus eſt homo eſt maximè per ſe & in materia naturali, iſta vero Deus eſt homo, eſt reductiue in materia naturali ratione ſuppoſiti, quod ſubſiſtit in natura diuina & humana, ſicut poſſumus dicere, quod hæc propoſitio animal eſt rationale vel homo, reductiue eſt per ſe reducēdo ad iſtā aliquod animal eſt homo. De hac expoſitione tractat longius D. Tho. in. 3. d. 7. q. 1. art. 1. & Ferra. 4. cōtra gētes cap. 45. Poſſumus adhibere aliā expoſitionē, quod quemadmodum in hac propoſitione Deus generat, prædicatū notionale abſtrahit ſubiectum, vt accipiatur pro Deo Patre, ſic in hac Deus eſt homo prædicatū abſtrahit ſubiectū vt accipiatur pro filio Dei exiſtēte in diuina & humana natura. Tertia explicatio eſt, q̄ vt D. Tho. explicaret quemadmodū vnio naturæ humanæ ad verbum nō ſit accidentaria, quod antea demōſtratum eſt dixit, quod illa prędicatio nō eſt accidētaria nec cōtingēs, ſed ſubſtātialis & in materia naturali, quia ſuppoſitū Chriſti eſt intrinſece Deus & homo, & licet hæc propoſitio non ſemper fuerit vera, putà, ante incarnationē, peracta tamē incarnatione ſemper eſt vera, ſicut hęc, anima rationalis eſt, ante eius creationē falſa erat, at poſtquā eſt creata ſemper eſt vera. Sed hic nota, quod argumēta Durādi, & Scoti nō eodē modo procedūt de Chriſto, nā hæc Chriſtus eſt homo tam per ſe eſt, atq; hæc Petrus eſt homo. Et argumentū Scoti in oppoſitū nihil valet, arguit enim ſic, Chriſtus ſignificat hypoſtaſim duarū naturarū, ergo vnū per accidens, ergo nihil vnū per ſe prædicatur de Chriſto, nihil valet. Nam Chriſtus ſignificat vnā per ſe & in ſe hypoſtaſim diuinā, quæ ſine ſui mutatione ex tē pore facta eſt perſona humana & ideo veriſsime & per ſe prædicatur de Chriſto, quòd ſit Deus & homo non minus quā ſi haberet vnā naturā duntaxat, maximè quod nulla iſtarum naturarum competit Chriſto accidentarie, vt ſupra eſt expoſitum. De ſolutione quarti argumenti, quę difficillima eſt diſputabitur cōmodius infra q. 19.

D. Tho.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm hæc ſit vera, Homo eſt Deus.

AD ſecundū ſic proceditur. Videtur, quod hæc ſit falſa, homo eſt Deus. Deus em̄ eſt nomē incōmunicabile: ſecūdū quod Sapiēt. 13. reprehēdūtur idololatræ, de hoc q̄ hoc nomē Deus, quod eſt incōmunicabile, lignis & lapidibus impoſuerunt. Ergo pari ratione videtur eſſe incōueniens, quòd hoc nomen Deus, prædicetur de homine. 101 Locis ſup. art. 1. inductis.

¶ 2. Præterea, Quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur de ſubiecto. Sed hæc eſt vera, Deus eſt Pater, vel Deus eſt Trinitas. Si ergo hæc ſit vera, Homo eſt Deus, videtur quòd hęc etiā ſit vera, homo eſt Pater, vel homo eſt Trinitas. Quas quidem patet eſſe falſas. ergo & primam.

¶ 3. Præterea, In Pſalm. 80. dicitur: Non erit in te Deus recens. Sed homo eſt quiddam recens: nō enim Chriſtus ſemper fuit homo, Ergo hæc eſt falſa, Homo eſt Deus.

Sed cōtra eſt, quod dicitur Rom. 9. Ex quibus eſt Chriſtus ſecūdū carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Sed Chriſtus ſecundum carnem eſt homo. Ergo hæc eſt vera, Homo eſt Deus.

Reſpōdeo dicēdū, q̄ ſuppoſita veritate vtriuſq; naturæ, diuinæ ſcilicet, & humanę, & vnione in perſona & hypoſtaſi, hęc eſt vera & propria, Homo eſt Deus, ſicut & iſta, Deus eſt homo. Hoc enim nomen homo, poteſt ſupponere pro qualibet hypoſtaſi humanæ naturę: & ita poteſt ſupponere pro perſona filij Dei, quam dicimus eſſe hypoſtaſim humanæ naturę. Manifeſtū eſt autē, q̄ de perſona filij Dei verè & ꝓpriè prędicatur hoc nomē Deus, vt in prima parte habitū eſt*. Vnde relinquitur quòd hęc ſit vera, & ꝓpria, Homo eſt Deus. P. p. q. 39. arti. 3. & 4.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quòd idololatræ attribuebant nomen Deitatis lapidibus & lignis, secundum quod in sua natura considerantur: quia putabant in illis aliquid numinis esse. Nos autē non attribuimus nomen Deitatis Christo homini secundū humanā naturam: sed secundū suppositum æternū, quod est etiā per vnionem suppositum humanæ naturæ: vt dictum est*. In corp. ar.

Ad secundū dicēdū, q̄ hoc nomē Pater, prędicatur de hoc nomine Deus, secundū quod hoc nomē Deus, supponit pro persona Patris: sic autē nō prædicatur de persona Filij quia persona Filij nō est persona Patris: Et per cōsequens nō oportet, quòd hoc nomē Pater, prędicetur de hoc nomine homo, de quo prædicatur hoc nomē Deus: in quantū ly homo supponit pro persona Filij.

Ad tertium dicendum, quòd licet humana natura in Christo sit quiddam recens: tamen suppositum humanæ naturæ non est recens, sed æternum. Et quia hoc nomen Deus, non prędicatur de homine, ratione humanæ naturæ, sed ratione suppositi, nō sequitur quòd ponamus Deum recentem. Sequeretur autem, si poneremus, quòd homo supponit suppositum creatum, secundum quòd oportet dicere eos, qui in Christo ponunt duo suppositа.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Roma. 9. CONclusio est affirmatiua. Dicitur enim Roma. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, sed Christus secundū carnem est homo, ergo hæc est vera homo est Deus. Deinde hoc nomen homo potest supponere pro qualibet hypostasi, & persona humanæ naturæ, sed persona filij Dei est hypostasis & persona humanæ naturæ, ergo sicut hæc est vera persona filij Dei est Deus, ita hæc erit vera homo est Deus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Roma. 9. 1. Ioā. vltī. HVius articuli conclusio est de fide, vt cōstat ex loco allato à D. Tho. ad Rom. 9. & 1. Ioan. vltimo dicitur, vt simus in vero filio eius Iesu Christo hic est verus Deus & vita æterna. Huiusmodi sunt innumera testimonia in sacris literis, quibus diuinitas Christi testificatur. Propter quod Erasmus in annotationibus in Ioan. cap. 1. fallitur hæretico spiritu ásserens ex diuinis literis non efficaciter probari Christū esse verū Deū. ¶ Circa secundi solutionem nota, quòd illa regula prædicamentalis, quicquid prædicatur de prædicato prædicatur de subiecto intelligitur in prædicatione per se, alioqui falsa deprehenditur. Quapropter nō rectè sequitur. Homo est Deus, Deus est pater, ergo homo est pater. Nam hæc prædicatio, Deus est pater non est propriè per se cum sit indirecta, & in ea prædicetur inferius de superiori, imo etiam si distribuatur subiectum nullum est argumentum. Non enim sequitur. Homo est Deus omnis Deus est pater, ergo homo est pater. Nam vt cōstat ex dialectica mediū non distribuitur complete. Erasmus.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christus posśit dici homo dominicus.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Christus posśit dici homo dominicus. Dicit em̄ Augustī. † in li. 83. q. Monendum est, vt illa bona expectentur, quæ fuerunt in illo homine dominico. Loquitur autē de Christo. Ergo videtur, quòd Christus sit homo dominicus. 102 3. dist. 7. q. 1. ar. 2. Q. 36. circa medium, tom. 4.

¶ 2. Præterea, Sicut dominiū conuenit Christo, ratione diuinæ naturæ, ita etiam humanitas pertinet ad humanam naturam. Sed Deus dicitur humanatus: vt patet per Damasc. in 3. lib. † vbi dicit quòd humanatio eam, quæ ad hominem, copulationem demonstrat. Ergo pari ratione potest dici denominatiuè, quòd homo ille sit Dominicus. li. 3. ortho. fid. cap. 11.

¶ 3. Præterea, Sicut dominicus denominatiuè dicitur à Domino, ita diuinus denominatiuè dicitur à Deo. Sed Dion. † Christum nominat diuinissimū Iesum. Ergo pari ratione potest dici quòd Christus sit homo dominicus. ca. 4. Eccle. hier. par. 3. in titu. Cōtē. in prin.

Sed contra est, quod Aug. dicit in li. Retract †. Non video vtrum rectè dicatur, homo dominicus Iesus Christus, cùm sit vtique dominus. Lib. 1. retract. c. 19. non procul à fin. tom. 7.

Ar. præced. ad 3.

Respondeo dicendũ, quòd sicut suprà dictũ est,* cùm dicitur homo Christus Iesus, designatur suppositum æternum, quod est persona filij Dei. propter hoc, quòd est vnũ suppositũ vtriusque naturæ. De persona autem filij Dei prædicatur Deus & Dominus essentialiter, & ideo non debet prædicari denominatiuè: quia hoc derogat veritati vnionis. Vnde cum Dominicus dicatur denominatiuè à Domino, non potest verè & propriè dici, quòd homo ille sit dominicus, sed magis quòd sit dominus. Si autẽ per hoc, quod dicitur, homo Christus Iesus, designaretur suppositum aliquod creatũ, secũdũ illos, qui ponũt in Christo duo suppositа, posset dici homo ille dominicus, in quãtũ assumitur ad participationẽ honoris diuini: sicut Nestoriani posuerũt. Et hoc etiã modo humana natura nõ dicitur essentialiter dea, sed deificata: non quidẽ per cõuersionem ipsius in diuinã naturã, sed per cõiunctionem ad diuinã naturã in vna hypostasi, vt patet per Dama. in 3. lib*.

l. 3. orth. fi. ca. 3. 4. 15. & 17.

Ad primum ergo dicendum, quòd Augustin. verba illa & similia retractat in lib. Retractat. Vnde post verba prẽmissa in lib. Retracta.* subdit, Vbicunque hoc dixi, scilicet quòd Christus Iesus sit homo dominicus, dixisse me nollem: postea quippe vidi non esse dicendum. Quanuis nonnulla possit ratione defendi, quia scilicet posset aliquis dicere q̃ dicitur homo dominicus ratione humanæ naturæ, quã significat hoc nomẽ homo: non autem ratione suppositi.

lib. 1. retra. c. 19. decli. ad fin. to. 1.

Ad secundũ dicendum, quòd illud vnũ suppositũ, quod est humanæ & diuinæ naturæ, primò quidẽ fuit diuinæ naturæ, scilicet ab æterno: postea autẽ ex tẽpore per incarnationẽ factum est suppositum humanæ naturæ. Et hac ratione dicitur humanatũ: nõ quia assumpserit hominem, sed quia assumpsit humanã naturã. Non autẽ sic est econuerso, quòd suppositũ humanæ naturæ assumpserit diuinã naturã: vnde non põt dici homo deificatus vel dominicus.

Ad tertium dicendũ, quòd hoc nomen diuinũ, consueuit prædicari etiam de his, de quibus prædicatur essentialiter hoc nomen Deus. Dicimus enim, quòd diuina essentia est Deus, ratione identitatis: & quòd essentia est Dei siue diuina, propter diuersum modũ significandi, & verbũ diuinũ, cùm tamen verbum sit Deus. Et similiter dicimus personam diuinam, sicut & personã Platonis, propter diuersum modũ significandi. Sed dominicus nõ dicitur de his, de quibus dominus prædicatur. non enim consueuit dici, quòd aliquis homo, qui est dominus, sit dominicus. Sed illud quod qualitercunque est domini, dominicũ dicitur: sicut dominica volũtas, vel dominica manus, vel dominica passio. Et ideo ipse homo Christus, qui est dominus, nõ potest dici dominicus. sed potest caro eius dici caro dominica, & passio eius potest dici passio dominica.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Augusti.

COnclusio est negatiua. Et est expressa sententia D. Aug. 1. lib. retractatio. ca. 19. Deinde homo ille, scilicet Christus Iesus, designat suppositum æternũ, quod est persona filij Dei, ergo de illo prædicatur Dominus essentialiter, & non denominatiue. Probatur cõsequentia, quia quæ sunt essentialia diuinis personis non debẽt prædicari denominatiue. Deinde, quoniam ille modus loquẽdi est secundum hæresim Nestorij, qui afferebat duo suppositа in Christo alterum humanum, alterum diuinum, & secundum suppositũ humanũ dicebat Christum Dominũ dominicum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

August. Epiphan.

PRo huius conclusionis intelligentia animaduertendum est, quod D. August. lib. 83. quæstionum. q. 36. & super Psalmum. 1. & 4. & in. 2. libro de sermone Domini elucidans illud; Adueniat regnum tuum, appellat Christum hominem dominicum. Et Epiphanius eodem modo illum compellat. Sed D. Augu. hoc ipsum retractat. 1. libro retract. capit. 19. dicens: vbicunque hoc dixi dixisse nollem. Nam cum Dominus Iesus sit natura dominus homo dominicus dici non potest, quæ est ratio D. Thom. in articulo.

¶ Summa

Summa Articulorum. IIII. & V.

Conclusio. ¶Conclusio artic.4.est affirmatiua, & est regula fidei catholicæ contra Nestorium, qui ea quæ erant propria humanæ naturæ non prædicabat de Deo, neque ea quæ erant proprie diuinæ prædicabat de homine. Et probatur in primis ex Damasceno libro. 3. orthodoxę fidei capit.3. Et ex D.Cyrillo, vt habetur in Cõcilio Ephesino I. Canone.4.Ratio vero hæc est. Vna & eadẽ est persona filij Dei & filij hominis,ergo ea, quæ sunt propria filij hominis possunt prędicari de filio Dei & ecõuerso. Aduertit tamen D. Tho. quod licet non sit distinguendum subiectum cũ Nestorio de quo diuina & humana prædicantur, distinguenda tamen est ratio subiecti, qua diuina de ipso dicuntur, à ratione qua humana de eodem enunciantur:nam vna est hypostasis in diuersis naturis subsistens. Et propterea discernendum est,non id,de quo dicũtur,sed id secundum quod dicuntur. Quod documẽtum desumptum est ex D. Augustin. 1. de Trinitate capit. 11.

Damasce. Cyril. D. Tho. Augustin.

Prima conclusio. ¶Prima conclusio articu.5. in Christo Iesu ea quæ sunt vnius naturæ non prædicantur de altera in abstracto significata. Hæc patet ex Damasceno libro.3.orthodoxæ fidei capit.4. Deinde, ea quæ sunt propria vnius non possunt vere de alio prædicari, nisi de eo, quod est idem illi,sicut risibile non conuenit nisi ei, quod est homo,ergo ea quæ sunt vnius naturæ non possunt de altera prædicari. Probatur consequentia,quia istæ naturæ distinguuntur inter se. ¶Secunda conclusio, nomina cõcreta de his quæ pertinent ad vtramque naturam prædicantur de se inuicem, quia huiusmodi nomina important vnam & eandem hypostasim in qua vtraque natura subsistit.

2.Conclus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm ea,quæ conueniũt Filio hominis, possint prædicari de filio Dei,& econuerso.

AD quartũ sic proceditur. Videtur q̃ ea,quæ sunt humanæ naturæ,non possunt dici de Deo. Impossibile enim est opposita de eodem prædicari. Sed ea, quæ sunt humanæ naturæ, sunt cõtraria his, quæ sunt propria Dei: Deus enim est increatus,immutabilis,& æternus:ad humanam autem naturam pertinet,vt sit creata,tẽporalis & mutabilis. Ergo ea quæ sunt humanæ naturæ,nõ possunt dici de Deo.

EXPOSITIO ARTICVLORVM.

IN his duobus articulis cõstituit D.Tho.regulas catholicæ fidei, quas magnopere debet obseruare Theologus, vt sciat loqui de mysterio incarnationis Dominicæ. Istas regulas colligit D. Tho. ex duobus principijs fidei, alterum est, in mysterio incarnationis est tantum vnũ suppositũ in natura diuina & humana subsistẽs: alterũ est, in hoc mysterio manẽt naturæ diuersæ atq; distinctę.Ex his principijs colligit D. Tho. primã regulã, quæ sic habet. Nomina concreta significãtia naturas, vt Deus, homo, vel proprietates naturarũ, vt immortalis,mortalis; vel actiones, vt erat, creat,gubernat;aut etiã passiones, vt flagellatur,crucifigitur verè & propriè prædicãtur de se inuicẽ indifferenter.Nã verè dicimus,quod Deus seu filius Dei est homo mortalis, & q̃ natus est ex virgine, & pro nobis mortuus in cruce, rursus verè dicimus, q̃ hic homo est Deus immortalis,omnipotẽs,qui regit vniuersa. Hãc regulã cõstituit Damas. lib.3.c.4.& 6. scribẽs,quòd in mysterio incarnationis est cõmunicatio idiomatũ,& ꝓprietatũ,& affectionum vtriusq; naturæ.Eandẽ regulã constituit Cõcil.Ephesi.1.c.4.Eadẽ regula colligitur ex Symbolo Apostolorũ Niceno & D. Athanasij. Nam in his habetur,quod idẽ Christus est verus Deus de Deo vero, & quod est conceptus ex Maria virgine,natus,mortuus,& sepultus.Eadẽ habetur in Cõcil. Calced.actione.5. & in 5.Synodo generali Canone.2.&.3. & sequẽtibus.& in 6. Synodo generali per multas actiones.Et in Cõcil. Florent.statim in principio, & colligitur euidenti argumentatione ex hoc principio, quod in mysterio incarnationis est tantũ vnũ suppositum in natura diuina & humana subsistẽs.Exinde nãq; sequitur per

Regulæ catholicæ ad formandas locutiones in mysterio incarnationis.

Damasc. Cõci. Eph. Athanasius. Conc.Chalcedon. 6.Synodus Conc. Florentinum.

euidentem consequentiam vnum & idē suppositum esse Deum & hominē immortalem, & mortalē. Confirmatur etiā, nam si Christus est verus Deus & verus homo, cōsequēs est, quod de Christo prædicantur omnes proprietates Dei, & hominis. ¶Secunda regula, in Chro quæ sunt vnius naturæ non prędicātur de alia natura in abstracto significata. Itaque hæc ppositio est falsa, deitas est humanitas, mortalitas est immortalitas, deitas est nata, crucifixa, & mortua. Hæc regula colligitur ex altero si dei principio, videlicet, q̄ naturæ ipsæ in Chro manent diuersæ atque distinctę; inde siquidē per necessariā consequētiā colligitur, q̄ proprietates vtriusq; naturę sint inter se diuersæ, imo nō solum non prædicantur de se inuicem in abstracto, verū neq; de vna qualibet natura in abstracto significata prædicātur proprietates alterius etiam in cōcreto. Itaq; falsa est hæc propositio deitas est mortalis, moritur, falsa est itē hæc, humanitas est æterna, immortalis, &c. hæc regula statuitur etiam à D. Tho. & in articulo explicatur. Ista regula diuiditur in duas partes. Prima est neutra natura prædicatur de altera in abstracto. Secūda est, proprietas naturæ cuiusq;, siue in abstracto, siue in concreto, hoc est, affectiones & actiones earum nō prædicātur de altera natura in abstracto significata. Prima regula ista rum est, cōtra Nestoriū multiplicantē supposita. Secūda est, contra Eutichetem non diuidentē naturas. Ex prima regula sequitur tertia. Nomē abstractū naturæ diuinę significās naturam diuinā, vel proprietates ipsius sicut prędicatur de filio Dei, ita prædicatur de filio hominis in cōcreto. Itaque hęc est vera, filius hominis, homo Chrus est deitas immortalis, æternitas. Probatur hæc regula, quoniā diuina natura est idē cū isto supposito Christi, & idcirco colligitur per optimā consequentiā, filius Dei est deitas, sed filius hominis est filius Dei, ergo Christus est deitas, antecedens est verum, ergo & consequens. ¶Quarta regula, nomen abstractū naturę humanæ nō prędicatur de filio

Secunda regula. *li. 3. orth. fid. ca. 6. in medio.

Sed contra est quod Damasc*. dicit in 3. lib. quòd De⁹ suscepit ea quę sunt carnis idiomata, id est, proprietates: dum Deus passibilis nominatur, & Deus gloriæ cruci fixus est.

Respondeo dicēdum, quòd circa hanc quæstionem diuersitas fuit inter Nestorianos & Catholicos. Nestoriani enim voces, quæ dicūtur de Christo, diuidere volebāt hoc modo, vt ea quæ pertinent ad humanam naturam, non dicerentur de Deo: nec ea quæ pertinēt ad diuinam naturam, dicerētur de homine. Vnde Nestorius dixit: Si quis Dei verbo tentat passiones tribuere, anathema sit. Si qua verò nomina sunt, quæ pertinere possunt ad vtranque naturā, de talibus prædicabāt ea quæ sunt vtriusque naturæ: sicut hoc nomē Christus vel Dominus. Vnde concedebant Christum esse natum de Virgine & fuisse ab æterno: non tamen dicebant vel Deum natum de Virgine, vel hominem ab æterno fuisse. Catholici verò posuerūt huiusmodi quæ dicūt de Christo (siue secundum diuinam naturā, siue secundum humanam) dici posse tam de Deo, quàm de homine. Vnde Cyrillus dicit*, Si quis duabus personis seu subsistātijs, id est hypostasibus eas, quæ in Euāgelicis & Apostolicis cōscriptionibus sunt, diuidit voces, vel ea quæ de Christo à Sanctis dicūtur, vel ab ipso Christo de semetipso: & aliquas quidē ex his homini applicandas crediderit, aliquas verò soli Verbo deputauerit, anathema sit. Et huius ratio est: quia cùm sit eadem hypostasis vtriusque naturæ, eadem hypostasis supponitur nomine vtriusque naturæ: siue ergo dicatur homo, siue Deus, supponitur hypostasis diuinæ & humanæ naturæ. Et ideo de homine possunt dici ea, quæ sunt diuinæ naturæ, tāquam de hypostasi diuinæ naturæ: & de Deo possunt dici ea quæ sunt humanæ naturæ, tanquā de hypostasi humanæ naturæ. Sciendum tamē, quòd in propositione, in qua aliquid de aliquo prædicatur, non solùm attenditur quid sit

*In con. Ephe. 1. cui præfuit Cyril. can. 4. to. 1. conc.

Tertia regula.

Quarta regula.

de filio Dei neque de filio hominis etiam in concreto. Itaque hæc est falsa, filius Dei aut filius hominis, siue Christus est humanitas, imo identice est falsa, est res, quæ est humanitas: hæc regula est manifesta, quoniam natura humana secũdum fidem distinguitur realiter à suppositato tanquã res alia. ¶ Vltima regula, cõmunicatio idiomatum & proprietatum nõ cõsistit in hoc, quod quicqd conuenit naturę humanę cõueniat personæ diuinæ & econtra, sed in hoc, ꝙ quicquid cõuenit homini conueniat personæ diuinæ, & ecõuerso, vt optime explicat D. Tho. art. 4. ad vltimũ, & artic. 8. ad 2. in qua videnť mihi errare moderni, qui non facile se expediunt ad explicandum, quomodo non sequatur, humanitas est creatura, ergo Deꝰ est creatura, humanitas incepit esse, ergo Deus incepit esse, humanitas est assumpta, ergo Deus est assumptus.

Vltima regula.

*li. 1. c. 11. in prin. tomo. 3.

¶ Sed contra primam regulam sic arguitur. Filius hominis in mysterio incarnationis nascitur, crescit, moritur, mutatur, at Deus in hoc mysterio non mutatur, ergo fallit prima regula. ¶ Secundo sic, filius hominis in triduo erat mortuus, sed filius Dei nõ erat mortuus, ergo non est communicatio idiomatum. Probatur minor, nã filius Dei in triduo erat mortuus & erat viuus, ergo erat non viuus & viuus, quæ est euidens contradictio. Cõtra secundam regulam sic arguitur. Nam rectè sequitur filiꝰ Dei moritur, filius Dei est deitas, ergo deitas moritur. Secũdò verisimè dicitur, quòd deitas est incarnata, ergo verisime potest dici, quòd est passa & mortua. Tãdẽ sic, nam Ecclesia catholica, quæ falli nõ potest canit, quòd vita in ligno moritur, & quod mors mortua tũc fuit, quãdo vita in ligno mortua fuit.

Contra primam regulam obijciturPrimũ arg.

Secundum.

Contra secundã regulam obijciuntur tria argumẽta.

Ad primũ respondetur, ꝙ cõmunicatio idiomatũ est, quando nõ variatur appellatio, at quando dicimus Christum esse mutatũ intelligimus esse mutatũ ratione humanitatis, at cum dicimus Deum illud, de quo prædicatur prædicatum: sed etiã secundum quid de illo prędicetur. Quãuis ergo nõ distinguãtur ea, quę prædicantur de Christo: distinguuntur tamen secũdum id, secundum quod vtrunq; prædicatur. Nã ea, quæ sunt diuinæ naturæ, prędicantur de Christo secundum diuinam naturam: ea autem quæ sunt humanæ naturę, prędicantur de eo secũdum humanam naturam. Vnde Augustin. dicit in primo de Trinit*. Distinguamus quid in Scripturis sonet, secundum formam Dei, in qua æqualis est patri, & quid secundum formam serui quam accepit, in qua minor est patre. Et infrà quid & propter quid, & quid secundum quid dicatur, prudens & diligens & pius lector intelliget.

Ad primum ergo dicendum, quòd oppositaprædicari de eodem secũdum idem, est impossibile: sed secundum diuersa nihil prohibet. Et hoc modo oppositaprędicãtur de Christo, non secũdum idem: sed secũdum diuersas naturas.

Ad secundum dicendum, quòd si ea quæ ad defectum pertinent, Deo attribuerentur secũdum diuinam naturam, esset blasphemia, quasi pertinens ad diminutionem honoris ipsius: non autem pertinet ad Dei iniuriam, si attribuantur ei secundũm naturã assumptam. Vnde in quodam sermone Ephesini Concilij dicitur, Nihil putat Deus iniuriam, quod est occasio salutis hominibus: nihil enim abiectorum, quæ elegit propter nos, iniuriam facit illi naturæ, quæ non potest esse subiecta iniurijs, propria verò facit inferiora, vt saluet naturã nostrã. Quando ergo abiecta & vilia sunt, diuinam naturam non iniuriantur, sed salutem hominibus operantur. Quomodo dicis ea, quæ causa nostræ salutis sunt, iniurię occasionẽ Deo fuisse?

Ad tertium dicendũ, quòd assumi cõuenit humanæ naturæ, non ratione suppositi, sed ratione suiipsius: & ideo nõ conuenit Deo.

Secundum.

Ad primũ.

Articvlvs v.

Vtrùm ea quæ conueniũt Filio hominis, possint prædicari de diuina natura: & de humana ea, quæ conueniunt filio Dei.

Deum mutari, intelligimus Deum mutari ratione diuinitatis. Et ideo nulla ratione est cõcedendum, Deum esse mutatum. Certè, Pater & essentia diuina sunt idem, at Pater generat, & essentia non generat, Pater est incommunicabilis, & essentia est communicabilis. Itẽ homo & risibile idẽ sunt, sed homo est species, & risibile nõ est species. Ad secundam difficultatem respondet D. Thom. artic. 4. ad primũ, quod oppositа de eodem secũdum idem affirmari est impossibile, sed secundũ diuersa nihil prohibet, & hoc modo affirmãtur de Christo oppositа, mortale & immortale, viuum & mortuum secũdũ diuersas naturas. Quod si arguas, est mortuus, ergo nõ viuꝰ. Mortuũ enim est non viuum, aptum viuere. Cæcus enim est non videns, aptus videre. Respondetur nulla ratione esse concedendum filiũ Dei simul esse viuum & nõ viuũ, nam non viuus, negat omnem vitam. Sed concedẽdum est, quod in triduo non erat viuus in natura humana: quemadmodum si suscepisset duas naturas, vnam videntem & alteram cæcam, esset simul cæcus & videns, sed non esset concedendum, quod esset simul videns & non videns, sed non videns in vna natura humana.

*li. 3. orth. fid. c. 6. circa fi. & c. 7. à medio.

*lib. 3. c. 4.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd quæ sunt humanæ naturę, posſunt dici de natura diuina. Ea enim quę sunt humanæ naturę, prędicantur de filio Dei & de Deo. Sed Deus est sua natura. Ergo ea quę sunt naturę humanę, possunt prędicari de diuina natura.

¶ 2. Prætereà, Caro pertinet ad naturam humanam. Sed sicut dicit Damasc*. in 3. lib. dicimus naturam Verbi incarnatam esse, secundum beatos Athanasiũ & Cyrillũ. Ergo videtur quòd pari ratione ea quę sunt humanæ naturæ, possint dici de diuina natura.

¶ 3. Prætereà, Ea quæ sunt diuinæ naturæ, conueniunt humanæ naturæ in Christo: sicut cognoscere futura, & habere salutiferam virtutem. Ergo videtur quòd pari ratione ea, quæ sunt humanæ naturæ, possunt dici de diuina natura.

Sed contra est quod Damasc*. dicit in 3. libro Deitatem quidem dicentes non nominamus de ea, quæ humanitatis idiomata sunt, id est proprietates: non enim dicimus deitatem passibilem, vel creabilem. Deitas autem est diuina natura. Ergo ea, quæ sunt humanæ naturæ propria, non possunt dici de diuina natura.

Respondeo dicẽdum, quòd ea, quæ sunt propria vnius, non possunt verè de alio prædicari, nisi de eo quod est idem illi: sicut risibile non conuenit nisi ei, quod est homo. In mysterio autem Incarnationis non est eadem natura diuina & humana, sed eadem est hypostasis vtriusque naturæ, & ideo ea, quæ sunt vnius naturæ, non possunt de alia prædicari, secundum quod in abstracto significantur. Nomina verò concreta supponunt hypostasim naturæ: & ideo indifferenter prædicari possunt ea quæ ad vtranque naturam pertinent, de nominibus concretis. Siue illud nomen de quo dicuntur, det intelligere vtranque naturam: sicut hoc nomen Christus: in quo intelligitur & diuinitas vngens, & humanitas vncta. Siue solùm diuinam naturam: sicut hoc nomen Deus vel filius Dei. Siue solum naturam humanam, sicut hoc nomen homo vel

Solutio argumẽtorũ contra secũdam regulam.

Ad primũ.

¶ Ad argumenta contra secundam regulam. Ad primum negatur consequentia, propter variationes appellationis. Nam in consequenti fit sensus, quod Deitas ratione deitatis patiatur, & moriatur. Simile vitium cõmittitur in hoc argumento, Deus generat, Deus est Deitas, ergo Deitas generat.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundũ respondet D. Thomas in hoc articulo ad secũdum, quod incarnari potius dicit vnionem ad carnem, quam proprietatem carnis, vtraque autem natura in Christo est vnita alteri in persona, & ratione huius vnionis natura diuina dicitur incarnata & natura humana Deificata.

Ad vltimũ.

¶ Ad vltimũ respondeꝛ, quod illę locutiones sunt hyperbolicę, alioquin enim euidens

dens contradictio est, quod vita moriatur, & sensus est quòd Deꝰ qui est vita in ligno moritur. Iesus. Vnde Leo Papa dicit in Epistola ad Palæstinos*: Non interest, ex qua Christus substantia nominetur, cùm inseparabiliter manente vnitate personæ, idem sit & totus hominis filius, propter carnem, & totus Dei filius, propter vnam cum Patre deitatem.

*Est Epist. 33. inter med. & fin. illius.

Ad primum ergo dicendum, quòd in diuinis realiter est idem persona cum natura: & ratione huius identitatis diuina natura prædicatur de filio Dei. Non tamen est idem modus significandi: & ideo quædam dicuntur de filio Dei, quæ non dicuntur de diuina natura: sicut dicimus quòd filius Dei est genitus, non tamen dicimus quòd natura diuina sit genita: vt in Prima parte habitum est*. Et similiter in mysterio Incarnationis dicimus, quòd filius Dei passus est, non autem dicimus quòd diuina natura sit passa.

P. p. q. 39. arti. 5.

Ad secundum dicendum, quòd Incarnatio magis importat vnionem ad carnem, quàm carnis proprietatem. Vtraque autem natura in Christo, est vnita alteri in persona, ratione cuius vnionis & diuina natura dicitur incarnata, & humana natura deificata: vt supra dictum est.†

Q. 3. art. 2.

Ad tertium dicendum, quòd ea quæ sunt diuinæ naturæ, dicuntur de humana natura, non secundum quod essentialiter competunt diuinæ naturæ: sed secundum quod participatiuè deriuantur ad humanam naturam. Vnde ea, quæ participari non possunt à natura humana (sicut esse increatum, aut omnipotentem) nullo modo de humana natura dicuntur. Diuina autem natura nihil participatiuè recipit ab humana natura: & ideo ea quæ sunt humanę naturæ, nullo modo possunt dici de diuina natura.

¶ *Summa Articulorum.* VI. & VII.

¶ Conclusio artic. 6. est affirmatiua. Et patet Ioan. 1. dicitur enim, Verbum caro factū est, quod perinde est iuxta Athanasij sententiā in Epistola ad Epictetum, ac si diceretur, quod verbū homo factꝰ est. Deinde vnūquodq; dicitur esse factum illud, quod de nouo incipit prædicari de ipso, sed esse homi nem, de nouo incipit prædicari de Deo, ergo hęc est vera Deus factus est homo.

Conclusio. Ioan. 1. Athanas. 105 Infra q. 33. ar. 3. c. Et 3. dist. 3. q. 5. art. 3. co. & dist. 7. q. 2. Et opu. 1. c. 18. Et op. 2. c. 6. Et Ro. 1. l. 2. co. 3.

¶ Cōclusio artic. 7. est negatiua. Et probatur ex Damas. lib. 3. orthod. fidei. c. 2. Sed pro maiori huius intelligentia aduertit D. Thom. q; hæc propositio homo factus est Deus tripliciter pōt intelligi. Vno modo vt participiū, factus, determinet absolute subiectū, vel prædicatū & sic est falsa, quia neq; ille homo, de quo Deus prædicatur est factus, neq; Deus est factꝰ, & sic est falsa sub eodē sensu, Deus factꝰ est homo. Alio modo potest intelligi, ita vt ly factus determinet cōpositionē prędicati cū subiecto,

Conclusio. Damasc.

iecto, vt sensus sit factū est, vt homo sit Deus, & sub hoc sensu vtraque est vera, & homo factus est Deus, & Deus factus est homo, sed hic nō est proprius sensus harū locutionum. Tertio modo proprie intelligitur secundum, quod ly fact⁹, ponit fieri circa hominem in respectu ad Deū sicut ad terminum factionis. Itaq; sensus ꝓprius est, qd homo effect⁹ est De⁹ & in hoc sensu patet falsitas huius propositionis supposito, quod in Christo eadem sit hypostasis & persona Dei & hominis. Nā esse Deū verificatur de homine nō ratione naturæ humanę, sed ratiōe suppositi diuini, ergo fieri Deum de supposito quoque verificari debet si propositio est vera, sed de supposito diuino nō potest verificari fieri Deū cum ab ęterno sit Deus, nec vnquam inceperit esse Deus, nec factum sit Deus, ergo.

†Art. 1. huius quæst.

ip so. Esse autē hominem, verè prædicatur de Deo (sicut dictū est†) ita tamē quòd non conuenit Deo esse hominem ab ęterno, sed ex tēpore per assumptionē humanæ naturæ. Et ideo hęc est vera, Deus factus est homo. Diuersimodè tamen intelligitur à diuersis, sicut & hæc, Deus est homo, vt suprà dictum est*.

*Art. 1. huius quæst.

Ad primū ergo dicendum, quòd fieri hominē, est fieri simpliciter in omnibus his, in quibus humana natura incipit esse in supposito de nouo creato. Deus autem dicitur factus homo: eo ꝙ humana natura incepit esse in supposito diuinæ naturæ, ab æterno præexistente. Et ideo Deum fieri hominem, non est Deum fieri simpliciter.

Ad secundū dicendū, quòd sicut dictum est, fieri importat, quòd aliquid prædicetur de nouo de altero. Vnde quandocūq; aliquid de nouo prædicatur de altero cū mutatione eius, de quo dicitur, tūc fieri est mutari. Et hoc cōtingit in omnibus, quæ absolutè dicūtur: nō enim potest albedo aut nigredo de nouo

EXPOSITIO ARTICVLORVM.

Examinatur conclusio sexti articuli.

VT ea, quę in his articulis definit D. Thomelius intelligantur arguitur sic contra conclusionem sexti articuli. Nam fieri hominem est fieri simpliciter, homo enim significat substantiā, sed Deus nō est factus simpliciter, ergo nō est factus homo. Hoc idem cōfirmatur. Nam qui non est factus, non est factus homo à destructione superioris, vt qui nō est animal non est homo, sed Deus nō est factus, ergo non est factus homo. ¶ Secundo fieri hominē est mutari, sed Deus non est subiectum mutationis, vt patet ex illo Malachiæ. 3. Ego Deus & non mutor, ergo Deus non est factus homo. ¶ Præterea, si verbū esse hominem est aliquid factū, cum omne factum sit creatura, ergo verbum esse hominem est creatura, sed verbum esse hominem est verbum, ergo verbum est creatura, quod est hæreticum. ¶ Item sequitur ex illa sentētia, quod aliqua res absoluta vere facta & producta sit Deus, & ex consequēti sequitur, quod creatura sit Deus. Probatur sequela. Nam Deus est hic homo demōstrato Christo & hic homo factus est & productus per mysteriū incarnationis, ergo Deus est aliqua res absoluta, quæ vere facta est & producta. Sed deinceps ꝓbatur, quod hæc propositio sit vera, homo factus est De⁹. In primis D. Aug. lib. 1. de Trini. c. 13. & Gregor. Nazianzenus in Epist. ad Clidoniū. & Damasc. lib. 3. c. 11. cōcedūt istam locutionē esse verā. ¶ Deinde per actionē diuinā factum est, vt homo esset Deus, ergo illa propositio est vera.

Examinatur conclusio 7. artic.

Primū arg.

Augustin.

Gregorius Nazianze.

Damasc.

Secundum.

Confir.

Secundum

Malac. 3.

Tertium.

Quartum.

Consequētia inde probatur. Quia nihil aliud significat illa propositio. ¶ Tertio arguitur, recte sequitur per conuersionē simplicē. Deus factus est homo, ergo homo factus est Deus. Antecedens est certū secundū fidem, ergo & consequēs. His argumētis victus Scotus in. 3. d. 7. q. 2. asserit illam propositionem esse verā. Sed pro explicatione veritatis est prima propositio. Hæc propositio, filius Dei factus est homo, est vera & certa secundū fidem catholicam. Patet ex illo Ioan. 1. Verbum caro factū est, id est, homo factus est. Et ad Rom. c. 1. sic legitur de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnem. & ad Galat. 4. Misit Deus filiū suū factū ex muliere. Et in Cōcilio Niceno, & homo factus est. Et ex euidenti ratione, nam id quod est & non semper fuit factū est, sed Deus est homo & nō semper fuit homo, ergo fact⁹ est homo. ¶ Sed circa cōclusionē duo documēta sunt obseruāda primum est, quod hæc propositio est vera, siue dicatur homo factus est, siue factus est homo. Itaque nihil refert, quod dictio homo antecedat, siue sequatur illud participiū, factus, dum tamē ponatur à parte prædicati. Nā cū ponitur à parte

Tertium.

Scotus.

Prima conclusio.

Ioan. 1.

Roma. 1.

Galatas. 4.

Cōci. Niceanum.

prædicati

prędicati ſemper accipitur formaliter pro ſuppoſito ratione naturæ humanæ, imo Ioã. 1. Et in Cõcil. Niceno ſemper antecedit homo illud participiũ, & verbum caro factũ eſt, & homo factus eſt. Secũdo nota, quod in ſacris literis, & in ſanctis concilijs vbicũque fit mentio de generatiõe Chriſti tẽporali & humana vtuntur hoc participio factus & nõ hoc participio genitus, & hoc duplici ex cauſa. Prior ad diſcernẽdũ inter generationẽ ęternã & tẽporalẽ. Nã ſecundũ generationẽ ęternam filius Dei dicitur genitus nõ factus, vt ergo propriũ vocabulũ adaptaretur generationi humanę dicitur, ſecundũ eam filius Dei factus eſt homo. Alia cauſa eſt ad oſtẽdendum, quod generatio hęc tẽporalis & humana trãſcendit omnẽ naturæ ordinem & curſum. Itaq; nõ eſt facta ex virili ſemine, ſed ex Spiritu ſancto, & beneplacito Dei. Etenim vocabulũ factio ſignificat cum proprietate factionẽ & actionẽ, cuius principiũ eſt volũtas. Genero ſi- ue gigno ſignificat actionẽ, cuius principium eſt natura. Ita dicitur artifex cũ tota proprietate facere ſtatuã, non autẽ dicitur cũ proprietate patrẽ facere filiũ, ſed generare filium. Ita etiã Eua non dicitur genita ex Adæ coſta ſed facta, neq; ipſe Adam genitus ſed factus, igit̃ ſicut Adã & Eua non dicuntur cũ proprietate geniti, ita neque Chriſtus dicitur genitus, ſecundũ generationẽ iſtã temporalem, imo vero licet in ſacris literis dicatur, Deus natus; tamẽ hoc vocabulũ natus ſignificat id quod naturale fuit in hac generatiõe tẽporali, vt qđ nouẽ mẽſibus incluſus fuerit in vtero virgineo, quod animam & carnẽ ſuſceperit, &c. vocabulũ autẽ factus ſignificat ea, quæ ſupernaturalia ſunt in hac generatione, & idcirco interpres Latinꝰ in editione Vulgata magis ad veritatẽ & proprietatem trãſtulit, factꝰ, in allegato loco Roman. 1. quã alij interpretes, qui trãſtulerũt quidam genitus, quidã natus. ¶ Secũda concluſio, hæc ꝓpoſitio homo

106 Locis ſup. ar. 6. citatis

*li. 1. c. 13. circa prin. tom. 3.

†In Epiſt. 1. ad Clidonium inter prin. & medium. Rom. 1.

aduenire alicui, niſi per hoc quòd de nouo mutatur ad albedinẽ vel nigredinẽ. Ea verò, quæ relatiuè dicuntur, poſſunt de nouo prędicari de aliquo abſque eius mutatione: ſicut homo de nouo fit dexter abſq; ſui mutatione, per motũ illius, qui fit ei ſiniſter. Vnde in talibus non oportet omne quod dicitur fieri, eſſe mutatũ, quia hoc poteſt accidere per mutationẽ alterius. Et per hunc modũ ad Deũ dicimus, Domine refugium factus es nobis. Eſſe autem hominẽ, cõuenit Deo ratione vnionis, quæ eſt relatio quædã, & ideo eſſe hominem prędicatur de nouo de Deo abſque eius mutatione per mutationem humanæ naturæ, quæ aſſumitur in diuinam perſonam. Et ideo cùm dicitur, Deus factus eſt homo, nõ intelligitur aliqua mutatio ex parte Dei, ſed ſolùm ex parte humanæ naturæ.

Ad tertium dicendũ, ꝙ homo ſupponit perſonam filij Dei, nõ nudam, ſed prout ſubſiſtit in humana natura. Et ideo quãuis hæc ſit falſa, Deus factus eſt perſona filij Dei: eſt tamen hæc vera, Deus factus eſt homo, ex eo quòd eſt vnitus humanæ naturæ.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm hæc ſit vera, Homo factus eſt Deus.

AD ſeptimũ ſic proceditur. Videtur ꝙ hæc ſit vera. Homo factus eſt Deus. Dicitur eñ Rom. primo, Quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis ſanctis, de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnem. Sed Chriſtus, ſecundũ quòd homo, eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Ergo homo factus eſt filius Dei.

¶ 2. Prætereà, Augu. dicit in primo de Trini*. Talis erat illa ſuſceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominẽ Deum. Sed ratione illius ſuſceptionis hęc eſt vera, Deus factus eſt homo. Ergo ſimiliter hæc eſt vera, Homo factus eſt Deus.

¶ 3. Prætereà, Gregorius Nazianzenus dicit in Epiſtola ad Clidoniumꝰ†, Deus quidẽ humanatus eſt, homo autem deificatus, vel quomodolibet aliter nominauerit. Sed Deus ea ratione dicitur humanatus, qua eſt homo factus. Ergo homo ea ratione dicitur, deificatus, qua eſt factus Deus.

homo factus est Deus, est falsa in rigore locutionis licet cõtrarium teneat Scotus in. 3. d. 7. q. 2. Probatur primum ex testimonio Cyrilli in libro de incarnatione vnigeniti cap. 11. qui liber habetur in primo tomo Conciliorũ statim post Concilium Ephesinum primum. Dicit Cyrillꝰ. Deum hominẽ esse factũ, sed non econtra hominem factum Deũ. Secũdo, bene sequit̃ demonstrato Christo hic homo est factus Deus & hic homo est filius Dei, ergo filius Dei factꝰ est Deus, consequẽs est hæreticum, ergo & antecedens. Nõ prominori, quæ est vera fides, ergo pro maiori. Vltimo, cũ dicit̃, quod homo est factus Deus ly homo, accipitur personaliter. Nõ em̃ verificatur Deũ esse hominem ratione humanæ naturę, sed ratione sui suppositi, at illud suppositũ humanæ naturæ est idẽ, qđ persona filij Dei, qui ab æterno fuit Deꝰ, ergo de isto homine dici nõ potest, q̃ inceperit esse Deus, aut quod fiat Deus, vel factus est Deus.

Scotus, Cyrill.

*lib. 3. c. 2. non longè à fine.

*Arti. 8. & 9. huius q.

Et ita hęc est vera, Homo factus est Deus.

¶ 4. Prætereà, Cùm dicitur, Deus factus est homo, subiectum factionis vel mutationis non est Deus: sed humana natura, quam significat hoc nomen homo. Sed illud videtur esse subiectum factionis, cui factio attribuitur. Ergo hæc magis est vera, Homo factus est Deus, quàm ista, Deus factus est homo.

Sed contra est, quòd Damasce. dicit in 3. lib*. Non hominem deificatum dicimus, sed Deum humanatum. Idem autem est fieri Deum, quod deificari. Ergo hæc est falsa, Homo factꝰ est Deus.

Respondeo dicẽdum, quòd ista propositio, Homo factus est Deus, tripliciter potest intelligi. Vno modo, ita quòd hoc participiũ, Factus, determinet absolutè vel subiectum, vel prædicatum. Et in hoc sensu est falsa: quia neque homo ille de quo Deus prædicatur, est factus, neque Deus est factus, vt infrà dicetur*. Et sub eodem sensu hæc est falsa, Deus factus est homo. Sed sub hoc sensu non quæritur hic de istis propositionibus. Alio modo potest intelligi, vt ly Factus, determinet compositionẽ, vt sit sensus, Homo factus est Deus, id est, factum est, vt homo sit Deus. Et sub hoc sensu vtraque est vera. Et homo factus est Deus, & Deus factus est homo. Sed hic non est proprius sensus harum loquutionum: nisi fortè intelligatur secundum quòd ly homo, non habet personalem suppositionẽ, sed simplicem. Licet enim hic homo non sit factus Deus, quia hoc suppositum, scilicet persona filij Dei, ab æterno fuit Deus: tamen homo, communiter loquendo, non semper fuit Deus. Tertio modo propriè intelligitur, secundum quod hoc participium factus, ponit fieri circa hominem in respectu ad Deum sicut ad terminum factionis. Et in hoc sensu, suppositio quòd in Christo sit eadẽ persona, & hypostasis, & suppositum Dei & hominis (vt suprà ostensum est*) ista propositio est falsa: quia cùm dicitur, Homo factus est Deus, ly homo, habet personalem suppositionẽ. Non enim esse Deũ, verificatur de homine ratione humanæ naturæ, sed ratione incipit esse in suppositio de nouo creato, Deus autẽ dicitur formaliter factus homo ex eo, qđ natura humana incipit esse in supposito naturę diuinæ exist̃ẽte ab ęterno & ideo fieri Deũ hominem nõ est fieri simpliciter. Et sicut nõ sequitur Petrꝰ nũc est factus albus, ergo Petrus factus est, sic non sequit̃ verbũ caro factum est, ergo verbum factũ est.

*q. 2. art. 3.

¶ Ad argumẽta in principio posita. Et primũ ad illa, quæ probãt illã propositionem esse falsam, filius Dei factus est homo. Ad primum respondetur, quòd fieri hominem est fieri simpliciter in ijs, in quibus natura humana

Ad argumẽta.

Ad primũ.

¶ Ad cõfirmationem respõdetur non sequi. Non est factꝰ, ergo nõ est factus homo. Nec est locus dialecticus à superiori ad inferius, sed est fallacia à secundum quid ad simpliciter vel ecõuerso.

Ad cõfirmationem.

¶ Ad secundũ respondet D. Tho. artic. 6. ad secundum. quod esse hominem conuenit Deo ratione vniõis, quę est quædã relatio. Ex quo euidenter concludit Deũ nõ

Ad secũdũ.

mutari

Quomodo Deus fiat homo absque sui mutatione.

mutari ex eo, quod fiat homo. Pro cuius explicatione nota, quod absolutū nō potest aduenire alicui de nouo sine sui mutatione. Nō enim potest aduenire alicui de nouo albedo, aut magnitudo, absque eo quod mutetur de nouo ad albedinē aut magnitudinē. Cæterum ea quæ sunt relatiua possunt aduenire alicui de nouo sine sui mutatiōe permutationē alterius, sicut homo potest fieri dexter sine sui mutatione per mutationem alterius, qui fit à sinistris. Ex quo sequit, quod in ijs quæ relatiuè dicuntur aliquid pōt dici fieri, quod reuera nō mutatur. Hæc solutio difficilis est, & fauere videt Scoto, qui dicit Deū esse hominē, esse aliquid relatiuum & nō absolutū. Explicationē huius difficultatis remittit Caietanus ad primum articulū huius quæstionis in solutione vltimi. Nos dicim⁹, quod esse hominem conuenit Deo ratione vnionis fundamētalis ex eo, quod natura diuina & humana habent idem esse & hæc vnio fundamentalis habet quandā proprietatem relatiuorū, quia aduenit Deo sine eius mutatione. Ex eo enim, quòd Deus vnitur humanitati, & dat illi suū esse non mutatur Deus. Quòd si adhuc mens non quiescit animaduertat Theologus, quòd in mysterio incarnationis humanitas mutatur. Nā per sui mutationē acquirit esse diuinū, sed persona diuina, quæ fit homo non mutatur. Nam ex eo solum fit homo qa tribuit suā subsistentiam, & personalitatē humanitati, & quia personat humanitatē quam antea non personabat: ex eo vero, qđ tribuat suā subsistētiā humanitati nō sequit, quod ipse De⁹ mutetur, sed quod humanitas mutetur. Ex hoc facile intelligitur, quomodo hoc fieri non est mutari, nec creari. Intelligitur rursus, quod si aliqua mutatio interuenit in mysterio incarnationis est ex parte humanitatis, nō ex parte personæ assumentis, atque ideo facilè intelligitur quomodo factum hoc modo nō est creatum.

filius Dei factus est, scilicet homo, ad honorē Patris (vt Gloss.* exponit) existens ex semine Dauid secundum carnem. Ac si diceret, filius Dei factus est habens carnē ex semine Dauid, ad honorē Dei.

*Glos. int. sup. illa verba Rom. 1.

Ad secundum dicendum, quòd illud verbum August. est intelligēdum in illo sensu, secundum quod ex illa susceptione Incarnationis factum est, vt homo esset Deus, & Deus esset homo. In quo sensu ambæ loquutiones sunt verę: vt dictum est.†

† In corp. art.

Et similiter dicendum est ad tertiū: nam deificari idē est quod fieri Deū.

Ad quartū dicendū, q̄ terminus in subiecto positus tenetur materialiter, id est pro supposito: positus verò in prędicato, tenetur formaliter, id est pro natura significata. Et ideo cùm dicitur, Homo factus est Deus, ipsum fieri, non attribuitur humanę naturæ, sed suppōsito humanę naturę, quod est ab æterno Deus, & ideo non cōuenit ei fieri Deū. Cùm autē dicitur, Deus factus est homo, factio intelligitur terminari ad ipsam humanā naturam.

¶ Ad tertium videtur negāda illa propositio, Deum esse hominem est Deus, quin potius est aliquid absolutum in compositione

Ad tertium

consi-

consistens, quod reuera factum est. Secundo respondetur iam esse expositum, quomodo factum isto modo non est creatũ. ¶ Ad quartum respõdetur indubie esse asserendũ, quod Deus factus est hic homo & Christus. Secundo dico, indubie tenendum est nõ esse cõcedẽdũ, quod hic homo, vel Christus fuerit simpliciter factus. Nã hic homo est idẽ, quod persona filij qui fuit ab æterno, & est hoc ens demõstrãdo suppositũ filij, quod semper fuit, ergo hoc ens nõ incepit esse nec factũ est simpliciter. Nihilominus cõcedẽdum est, quod generatur & fit Christus, sed nõ sequitur fit & incipit Christus, ergo Christus fit & incipit esse, vt videbimus articulo. 9. huius quæstionis. ¶ Ad argumenta secundo loco posita. Ad primum ex testimonijs sanctorum respondetur, quod illa propositio vera est si illa, dictio, factus determinet compositionem prædicati cum subiecto, vt sit sensus, factum est in tempore vt homo esset Deus, sed hic sensus est improprius vt ostendit D. Thom. in articulo. ¶ Ad secundum respõdetur eadem solutione. Nam tantum probatur, quòd in illo sensu improprio illa propositio sit vera. ¶ Ad tertium respondetur illam argumentationem, non esse conuersionem simplicem propter variationem appellationis. Nam in antecedenti factio appellat supra suppositum ratione humanæ naturæ, in consequenti vero appellat supra suppositum Christi simpliciter. Item non est conuersio simplex. Nam in ista argumentatione non efficitur ex prædicato subiectum, nec ex subiecto prædicatum. Nam prædicatum huius propositionis, Deus factus est homo est, factus est homo, & ideo conuertens illius est hæc, qui factus est homo, est Deus.

Et ideo propriè loquendo, hæc est vera, Deus factus est homo: sed hæc est falsa, Homo factus est Deus. Sicut si Sortes cùm prius fuerit homo. postea factus est albus, demonstrato Sorte, hæc est vera, Hic homo hodie factus est albus: hęc tamen est falsa, Hoc album hodie factum est homo. Si tamen ex parte subiecti poneretur aliquod nomen significans naturam humanam in abstracto, posset hoc modo significari vt subiectum factionis, puta si dicatur, quòd natura humana facta est filij Dei.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrùm hæc sit vera, Christus est creatura.

AD octauũ sic proceditur. 107
Videtur quòd hæc sit vera, Christus est creatura. Dicit enim Leo Papa, Noua & inaudita conuentio: Deus qui est & erat, fit creatura. Sed illud potest prędicari de Christo, quòd filius Dei factus est per Incarnationẽ. Ergo hæc est vera, Christus est creatura.

Infra q. 20. arti. 1. ad 1. Et 1. q. 41. artic. 3 c. & 4. Et 3. dist. 4. q. 2. ar. 2. ad 4. & dis. 11. q. 1. art. 2. & dis. 11. q. 1. arti. 3. ad 2. Et 4. cõ. c. 48. Et veri. ca. 19. art. 1. ad 1. Et op. 3. ca. 223. Et 1. Cor. 15. l. 1. col. 1. fi.

¶ 2. Præterea, Proprietates vtriusque naturæ, possunt prædicari de hypostasi communi vtriusque naturę quocunque nomine significetur, vt suprà dictum est*. Sed proprietas humanæ naturæ est esse creaturam: sicut & proprietas diuinę naturę est esse creatorẽ. Ergo vtrunque potest dici de Christo, scilicet quòd sit creatura, & quòd sit increatus & creator.

* Art. 5. huius quæst.

¶ 3. Prętereà, Principalior pars hominis est anima, quàm corpus. Sed Christus ratione corporis, quod de Virgine traxit, dicitur esse simpliciter natus de Virgine. Ergo ratione animę, quę creatà est à Deo, debet simpliciter dici, q̃ Christus sit creatura.

Sed contra est, quod Ambro. dicit in libr. de Trinit. Nunquid dicto factus est Christus? nunquid mandato creatus est Christus? quasi dicat, non. Vnde subdit, Quo modo autem creatura in Deo esse potest? etenim Deus naturę simplicis est, non coniunctę: Ergo hęc nõ est cõcedẽda, Christus est creatura.

In lib. 1. de fide c. 7. circa mediũ, tom. 2.

Respondeo dicendum, quòd sicut Hiero*. dicit, ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis. Vnde cum hæreticis nec nomina debemus habere cõmunia, ne eorum errori fauere videamur. Arriani autem hęretici Christum dixerunt esse creaturam, & minorem Patre, non solum ratione humanæ naturæ, sed etiam ratione diuinę personæ.

Refer. in 4. sentent. di. 13. in fine.

Et ideo

Et ideo non est absolutè dicendum, quòd Christus sit creatura vel minor Patre, sed cum determinatione, scilicet secundum humanam naturam. Ea verò, de quibus suspicari non potest, quòd diuinæ personæ conueniant secundum seipsam, possunt simpliciter dici de Christo ratione humanæ naturæ, sicut simpliciter dicimus Christum esse passum, mortuum & sepultum. Sicut etiam in rebus corporalibus & humanis, ea quæ in dubitationem venire possunt, an conueniant toti vel parti, si insunt alicui parti, non attribuimus toti simpliciter, id est, sine determinatione: nó enim dicimus quòd Aethiops est albus, sed quòd est albus secundum dẽtes. Dicimus autem absq; determinatione, quòd est crispus: quia hoc non potest ei conuenire nisi secundum capillos.

Ad primum ergo dicendum, quòd aliquando sancti doctores causa breuitatis determinatione omissa, nomine creaturæ vtuntur circa Christum: est tamen in eorum dictis subintelligẽda determinatio, in quantum homo.

Ad secundum dicendum, quòd omnes proprietates humanæ naturæ, sicut & diuinæ, possunt aliqualiter dici de Christo. Vnde & Damasce*. dicit in 3. libro, quòd Christus, qui Deus est & homo, dicitur & creatus & increatus, passibilis & impassibilis. Sed tamen illa quæ dubitationem habent circa alterutram naturam, non sunt dicenda absque determinatione. Vnde ipse postea alibi subdit *, Ipsa vna hypostasis, scilicet Christi, & increata est deitate, & creata est humanitate. Sicut & econuerso non esset dicendum sine determinatione, Christus est incorporeus vel impassibilis ad euitandum errorem Manichæi, qui posuit Christũ verum corpus nó habuisse, nec verè passum esse: sed dicendum est cum determinatione, quòd Christus secundum deitatẽ est incorporeus & impassibilis.

li. 3. c. 4. In fine & ca. 3 à medio.

lib. 4. ca. 5. à medio.

Ad tertium dicendum, quod de natiuitate ex Virgine, nulla dubitatio potest esse, quòd conueniat personæ filij Dei, sicut potest esse de creatione. Et ideo non est similis ratio vtrobique.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Absolute non est dicendum, Christus est creatura, sed ponenda est determinatio secundum humanam naturam. Ita asserit D. Ambrosius 2. libro de fide cap. 7. est enim animaduertendum, quod Arriani dicebant simpliciter Christum esse creaturam & minorem patre non solum ratione humanæ naturæ, sed etiam ratione diuinę personæ, & ideo ne cum hæreticis sit communicatio in sermonis locutione, non est dicendum simpliciter Christum esse creaturam, sed cum addito. ¶ Secunda conclusio, ea quę sunt naturæ humanæ, de quibus suspicari nó potest, quod diuinæ personæ conueniant secundum seipsam, possunt simpliciter dici de Christo ratione humanæ naturæ, sicut simpliciter dicimus Christum esse passum, mortuũ & sepultum. Etenim sicut in rebus corporalibus ea de quibus dubitari potest, an conueniant toti vel parti, si insunt alicui parti non attribuuntur toti simpliciter, sed cum determinatione, nõ enim dicimus, quod Aethiops est albus, sed quòd est albus, secundũ dẽtes; ea vero quæ parti solũ cõueniunt simpliciter de toto prædicãtur, vt homo absolutè dicitur crispus. Ita similiter ea, quæ Christo possunt attribui ratione vtriusq; naturæ non absolutè prædicantur de illo. Illa vero, de quibus suspicari non potest, quod ratione humanæ naturæ cõueniant sine addito enunciantur de illo.

1. Cõclusio. Ambrosius. 2. Cõclusio.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo est dubium, an hæc propositio, Christus est creatura sit vera in rigore & in proprietate sermonis. Pro parte affirmatiua sic arguitur. ¶ In primis ista locutione vtuntur ferè omnes sancti. Leo sermone 3. de Penthecoste. Sophronius Patriarcha Hierosolym. in oratione, quam habuit in 6. Synodo generali actione 11. quam postmodum approbat concilium act. 13. D. Hieron. super epistolam ad Ephes. capit. 2. D. Augustin. de fide & symbolo, cap. 4. Damascenus libro 3. capit. 3. & 4. Et confirmatur. Nam Diuus Thomas in sequenti articulo dicit, hanc propositionem Christus incipit esse, falsam esse, propter geminam rationem, & quia in rigore est falsa, & quia hæreticis est familiaris, sed in hoc articulo

Examinatur, vtrùm Christus sit creatura. Primum argumẽtũ. Leo. Sophron. Hieron. August. Damasce. D. Thom.

culo dicit hanc propositionem esse falsam, propter secundam causam tantum, ergo sentit, quòd in rigore non sit falsa. Confirmatur nam D.Thom. in hoc articulo in solutione secundi inquit, quod sicut hęc propositio, Christus est impasibilis, & incorporeus, non est concedenda absolutè, sed cum addito ratione deitatis propter cauendum errorem Manichæorum, sic nec ista Christus est creatura, sed illa prior citra dubium est vera in proprietate sermonis, ergo etiam hæc secunda. ¶ Secundò, Christus verè & propriè est natus ex Virgine, & mortuus in cruce, sed non minus repugnat supposito Christi mori & nasci, quã creari, ergo potest concedi, quod Christus est creatura. ¶ Tertiò, esse creaturam est prædicatum quidditatiuũ respectu hominis, sed omnia prædicata quidditatiua hominis vniuoce prædicantur de nobis & Christo, ergo est creatura. ¶ Confirmatur: nam Christus directè & propriè ponitur in prædicamento substantię, ergo est creatura. Consequentia probatur. Nã de ratione substantiæ prædicamẽtalis est ens completum, finitum, & limitatum; qua de causa Deus non ponitur in prædicamento. ¶ Vltimò, si hæc propositio non est vera Christus est creatura, sequitur quod etiam non erit vera, Christus secũdum quod homo est creatura, quæ ab vniuersa schola conceditur. Probatur sequela. Nam quando prædicatum repugnat subiecto nunquam verificatur de subiecto, etiam secundum conditionem explicitã & determinationem, nisi determinatio diminuat de prædicato, sed determinatio prædicati in hac propositione non diminuit de prædicato, ergo nõ eritvera. ¶ In hac quęstione quidam viri docti sentiunt hanc propositionem esse veram in rigore sermonis, sed cauendam propter periculum erroris. Hanc sententiam tenet Caietan. hîc & infrà ar. 10. Ego vero dico, quod hæc propositio in rigore & proprietate sermonis est falsa, sic docet D. Ambros. lib. 3. de fide ad Gratianum cap. 7. D. Augustin. libro 83. quæstionum. q. 67. In hac sententia est Magister in 3. dist. 11. vbi de hac re disputat D. Thom. ibidem quæstione 1. articulo 2. & de veritate quęstione 29. articulo 1. ad primũ, & 4. contra Gentes capit. 48. Scotus, Durandus, Paludanus, Capreolusin allegata distinct. quæst. 1. Bonauentura quæst. 2. artic. 3. Cano libro 12. de locis cap. 11. Præter istas autoritates sunt euidentes rationes. Prima, nam omnis creatura aliquando non fuit, sed Christus semper fuit, ergo non est creatura. Secunda, de ratione creaturæ est, quod inceperit esse, sed Christus non incepit esse, vt probabimus

Secundum.

Tertium.

Confir.

Vltimum.

Explicatio dubitationis propositæ.

Caiet.

Hęc propositio Christus est creatura in proprietate sermonis est falsa.

D. Ambro.
D. Augustin.
Magister.
D. Thom.
Scotus.
Durandus.
Palude.
Capr.
Bonauent.
Cano.

euidenter articulo sequenti, ergo, &c. Tertia ratio, nam creatura includit negationem præcedentis esse, scilicet, quod habeat esse post non esse, & quod non sit à se, Christus autem semper habuit esse, ergo non est creatura. Quarta ratio, rectè sequitur Christus est creatura, filius Dei est Christus, ergo filius Dei est creatura, consequens in proprietate sermonis est hæreticum, ergo & antecedens, non pro minori, quæ est vera fides, ergo pro maiori. Durandus & Cano locis citatis adducunt in huius rei confirmationem rationem nimis inualidam. Nam creatura (inquiunt) est illud, quod fit nullo præsuppositio, at in Christo semper supponitur persona diuina, & ideo Christus non est creatura. Sed certè quicquid sit de conclusione ratio Durandi nulla est, quia non quærimus, an sit creatum illo modo, sed eo modo, quo Petrus vel equus est creatura vel calor, quæ tamen semper producuntur alio præsuppositio. Patet, quia ipse concedit, quod Christus est creatura secundum humanitatem, at humanitas non est creatura illo modo, vt sit ex nihilo producta, hæc igitur ratio Durandi nulla est, Verum aliæ rationes adductæ sunt euidentes. ¶ Ad argumẽta in contrarium. Ad primum respondetur, quod aliquando sancti doctores dicunt Christum esse creaturã breuitatis causa omissa determinatione, est tamen in eorum dictis subintelligenda, id est, Christus secundum quod homo est creatura. ¶ Ad secundum respondetur, esse magnum discrimen, quoniam nasci, generari, aut mori non includunt negationem, quòd antea non fuerit, & quòd sit productus de non esse ad esse. ¶ Ad tertiũ argumentum solent adhiberi duę solutiones. Prior est, satis esse ad vniuocam prædicationẽ in natura, quod creatura sit de quidditate humanæ naturæ in Christo sicut in nobis. Non autem est necesse, quòd prædicetur de supposito Christi, propter negationem, quam includit. Altera solutio est, non esse de ratione substantiæ prædicamentalis, quod sit res creata, sed quod in sua essentia importet naturã creatam, Christus autem licet non sit creatura, includit tamen intrinsecè humanitatem, quę est creatura. ¶ Ad confirmationem respondetur, satis esse, quòd natura, ratione cuius res ponitur in genere, vel in specie, sit creata & finita, vt docuit D. Thom. suprà q. 2. artic. 3. ad tertium, vnde non oportet, quod suppositum ipsum sit finitum. ¶ Ad quartum, quod est Scoti, respondetur satis esse, quod propositio quę ante erat falsa, fiat vera per determinationem, quod prædicatum conueniat illi determinationi,

Ad argum.
Ad primũ
Ad secũdũ.
Ad tertium
Ad confir.
Ad quar

tioni, licet determinatio non diminuat prædicatum, neque abstrahat, vt patet in hac propositione, Petrus secundum quod homo est species. Pro cuius explicatione nota, quod in hac propositione Christus quatenus homo est creatura, illa dictio, in quãtum, potest accipi causaliter & reduplicatiue, & sic illa propositio est falsa. Nam tres exponentes eius sunt falsæ, Christus est creatura, omnis homo est creatura, & quia homo est creatura, Christus est creatura. Si vero accipiatur illa propositio specificatiue dicit verum. Et sensus est, quod Christus ratione humanæ naturæ est creatura. Itaque ille terminus specificatus & determinatus accipitur formaliter, non pro suppositato, sed pro natura.

ARTICVLVS NONVS.

Vtrùm hæc sit vera, Iste homo, demonstrato Christo, incepit esse.

108 3. di. 12. q. 2. ar. vnico.

AD nonum sic proceditur. Videtur quòd ille homo, demonstrato Christo inceperit esse. Dicit enim Augustinus super Ioan*. Priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus. Sed illud quod non semper fuit, incepit esse. Ergo ille homo, demonstrato Christo, incepit esse.

Tract. 105. à medio, to. 9.

¶ 2. Præterea, Christus incepit esse homo. Sed esse hominem, est esse simpliciter. Ergo ille homo incepit esse simpliciter.

¶ 3. Præterea, Homo importat suppositum humanæ naturæ. Sed Christus non semper fuit suppositum humanæ naturæ. Ergo ille homo incepit esse.

Sed contra est, quod dicitur Hebr. vltimo. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula.

Respondeo dicendum, quòd non est dicendum, quòd ille homo, demonstrato Christo, inceperit esse, si nihil addatur, & hoc duplici ratione. Primò quidem: quia hæc locutio est simpliciter falsa, secundum sententiam Catholicæ fidei, qua ponimus in Christo vnũ suppositum & vnam hypostasim, sicut & vnam personam. Secundum hoc enim oportet, quod in hoc quod dicitur, iste homo, demonstrato Christo, designetur suppositum æternum, cuius æternitati repugnat incipere esse. Vnde hæc est falsa, hic homo incepit esse. Nec obstat quòd incipere esse conuenit humanæ naturę, quę significatur per hoc nomen, homo: quia terminus in subiecto positus non tenetur formaliter pro natura, sed magis materialiter pro suppositato, vt suprà dictum est*. Secundò, quia etiam si esset vera, non tamen esset ea vtendum absque determinatione, ad euitandum hæresim Arrij: quia sicut personæ filij Dei attribuit, quòd esset creatura, & quòd esset minor Patre, ita attribuit ei quod esse inceperit, dicens, quod erat, quando non erat. art. 7. huius q. ad 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd autoritas ista est intelligenda cum determinatione: vt scilicet dicamus, quod homo Iesus Christus non fuit antequam mundus esset, secundum humanitatem.

Ad secundum dicendum, quòd cum hoc verbo Incipit, non sequitur argumentum ab inferiori ad superius: non enim sequitur, hoc incipit esse album, ergo incipit esse coloratum. Et hoc ideo, quia incipere, importat nunc esse, & non prius: non autem sequitur, hoc non erat prius album, ergo non erat prius coloratum. Esse autem simpliciter, est superius ad esse hominem: vnde non sequitur, Christus incepit esse homo, ergo incepit esse.

Ad tertium dicendum, quòd hoc nomen homo, secundum quod accipitur pro Christo, licet significet humanam naturam, quę incepit esse, tamen supponit suppositum ęternum, quod esse non incepit. Et ideo quia secũdum quod ponitur in subiecto, tenetur pro suppositato, secundum autem quod ponitur in prędicato, refertur ad naturã:

ideo hæc est falsa, homo Christus esse incepit: sed hæc est vera, Christus incepit esse homo.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Hebr. vlti. Conclusio est negatiua, & est D. Pauli Hebr. vltimo. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula. Secūdò, subiectum illius propositionis stat pro supposito diuino, quod est ab æterno, ergò illa est falsa, iste homo demonstrato Christo, incepit esse, quinimo etiā si illa propositio esset vera, non esset iila vtendum absque determinatione ad vitandam hæresim Arrij, quia sicut personæ filij Dei attribuit, quod esset creatura, & quod esset minor patre, ita attribuit ei, quod esse inceperit dicēs quod erat quando non erat.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Scotus. Durand. De quæstione huius articuli disputant doctores in 3. d. 12. & de illa versantur tres opiniones. Scotus in 3. d. 11. q. 3. existimat hāc propositionem in proprietate sermonis esse veram. D. Thom. docet esse falsam. Durandus in d. 12. q. 1. affirmat esse distinguendam. Sed ego dico sententiam D. Thom. sine dubio esse veram, quæ vt diligenter examinetur, arguitur cōtra illam. ¶ Primò, hæc propositio, Christus incepit esse denotat, quod inceperit esse ratione humanæ naturæ, ergo vera est.

Prim. argu. Secundum Tertium. Secundò, in hac propositione, Christus incepit esse, subiectum stat pro supposito diuino non absolutè, sed vt est suppositum humanæ naturæ, sed hoc modo incepit esse, ergo. Tertiò, non sequitur, Christus incepit esse, ergo non semper fuit, sed solum sequitur, quod nō fuerit secūdum illud esse, secundū quod incepit esse scilicet secundū esse humanū. Confirmatur, nam in Christo est esse diuinum & humanum, sed secundum esse humanum incepit esse, quod est esse simpliciter, ergo incepit esse simpliciter.

Quartum. Quartò, rectè sequitur, Christus nunc est & immediatè ante non fuit, ergo incepit esse. Consequentia est euidens, & antecedens verificatur in instanti incarnationis dominicæ. Confirmatur, Christus non fuit ab æterno, ergo incepit esse. Antecedens sic ostēditur, nam hæc propositio Christus est, non

Quintum. fuit vera ab æterno. Quintò, quod generatur incipit esse ex 5. Phy. Sed Christus generatur, ergo incipit esse. Confirmatur, nam rectè sequitur, Christus est generatus, ergo habuit esse post non esse, ergo incepit esse.

Vltimum. Vltimò, rectè sequitur, verbum incepit esse homo, ergo verbum homo incepit esse: sicut sequitur, Petrus incepit esse albus, ergo Petrus albus incepit esse. ¶ His argumētis nō obstantibus, veritas est, quam definit D. Tho. Et patet. Nā Ioā. 8. dicit Christus de seipso, antequam Abrahā fieret, ego sum. Et ad Heb. vlti. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula. Insuper hæc propositio, Christus incepit esse, damnata est Parisijs, & cum esset appellatum ad sedē Apostolicam, reprobata est ab Alexandro 6. vt dicit Caieta. hic. Et probatur sic, nam bene sequitur, Christus incepit esse, Christus est filius Dei, ergo filius Dei incepit esse. Consequens est hæreticum, ergo & antecedens, non pro minori, ergo pro maiori. Item Christus, quando ponitur à parte subiecti, semper accipitur materialiter pro supposito diuino, & nō prout est suppositum humanæ naturæ, ergo hæc propositio, Christus incepit esse, falsa est, nam significat, quod suppositum diuinum inceperit esse. Probatur antecedens ex sacris literis. Nam 1. Cor. 8. habetur, quod per Christū omnia sunt fabricata & creata, & in scripturis citatis habetur expressè, quod Christus fuerit ab æterno, at si acciperetur Christus, prout est suppositum humanæ naturæ, illæ propositiones essent falsæ per non suppositionē subiecti, nam quando creauit mundum, non erat suppositum humanæ naturæ. Vltimò arguitur contra Durandum & Scotum. Nam rectè sequitur, Christus incipit esse, ergo est creatura, sed consequens negatur à prædictis autoribus, ergo & antecedens. Explicatur hoc, nam si Christus accipitur pro supposito, vt est suppositum humanæ naturæ, certè Christus est creatura, nam Christus in quantum homo est creatura. ¶ Ad argumenta, ad primum negatur maior, & quam rectè negetur, patet ex antedictis. Itaq; sensus huius propositionis est, hoc suppositum, hoc habens humanam naturam, hoc verbum diuinum incipit esse. ¶ Ad secundum concedo, quòd suppositū stat pro supposito humanæ naturæ, at non prout est suppositum humanæ naturæ reduplicatiuè, & sensus est, hoc suppositum habens humanam naturam incepit esse. ¶ Ad tertium nego antecedens, & dico rectissimè sequi, Christus incepit esse, ergo Christus ante non fuit. Nam hoc verbū, incipit, in secunda exponente, negat omne esse. Sic enim exponitur, nunc est, & antea non fuit. ¶ Ad confirmationem negatur maior, quod in Christo sit duplex esse, si fiat sermo de esse subsistentiæ, & actualis existentiæ, si vero sit sermo de esse essentiæ conceditur, & cum infertur, Christus incepit esse secundum esse humanū, ergo incepit esse, argumentum nullum est: sicut non sequitur, Petrus nunc incipit esse albus, ergo incipit esse coloratus, argumentum est ab inferiori, ad superius

Ioan. 8. Hebr. vlti. 1. Cor. 8. Ad argum. Ad primū. Ad secūdū. Ad tertium Ad confir.

Ad quartũ. perius negatiue nihil valet. ¶ Ad quartũ respõ detur illam propositionem non esse immedia tè probandam per exponentes huius verbi, in cipit, sed debet prius resolui subiectum, Chri stus, & per resolutionẽ debet probari sic. Hoc incipit esse, & hoc est Christus. Ratio huius est. Nam hoc nomẽ, Christus, respectu copu læ ampliantis, vel extrinseci temporis habet vi cem nominis cõnotatiui. Quo circa, quemad modum hæc propositio, hoc album incipit es se, non debet immediatè probari per exponẽ tes huius verbi, incipit, sed prius debet resolui subiectum hoc pacto, hoc incipit esse, & hoc est album: sic omnino iudicandum est de ista propositione Christus incepit. Secũdò respõ detur, quod si in secunda exponente Christus antecedat verbum, hoc pacto, Christus antea non fuit, illa propositio falsa est. Nam est sen sus, quod suppositum Christi antea non fue rit, si vero sequatur hoc modo, antea non fuit Christus, vera est propositio, sed tunc non est exponens huius, Christus incepit esse, sed hu ius, incepit esse Christus, quę sine dubio est ve ra, nam Christus incepit esse Christus, & ho Ad confir. mo, & animal. ¶ Ad confirmationem respon detur, quod illa non est sua de inesse, sed prius debet resolui subiectum. Vnde hæc est sua de inesse, hoc suppositum est, quæ ab æterno est Ad quintũ vera. ¶ Ad quintum respõdetur, quod maior communiter est vera, sed non dicit verũ quã do id, quod generatur iam personaliter præ Ad sextum fuerat, vt accidit in præsuppositio. ¶ Ad sextũ, Caiet. multa respondet Caietanus, & se cruciat vehe mẽter, sed non est necesse. Consequẽtia enim argumenti nulla est. Non enim sequitur, Pe trus incipit esse albus, ergo albus incipit esse, aut album incipit esse.

ARTICVLVS DECIMVS.

Vtrùm hæc sit vera, Christus, secundũ quod homo, est creatura.

110 3.di.4.q.1. ar.2.q.1.c. & q.2. ad 1. Et 3.dist. 10.q.1. art. 1.q.2. & di. 11.art.3.

AD decimum sic proceditur. Vide tur quòd hæc sit falsa, Christus, secundum quòd homo, est creatura, vel incepit esse. Nihil enim in Christo est creatũ nisi humana natura. Sed hęc est falsa, Christus, secundũ quod homo, est humana natura. Ergo hæc etiam est fal sa, Christus, secundum quod homo, est creatura. ¶ 2. Prætereà, Prædicatum magis prædicatur de termino in redu plicatione posito, quàm de ipso subie cto propositionis: sicut si dicam, cor pus, secundum quòd coloratum, est vi sibile, sequitur quòd coloratum sit visi bile. Sed hæc non est absolutè (sicut di ctum est*) concedẽda, homo Christus Ar. præced. est creatura. Ergo neque hæc, Christus, secundum quod homo, est creatura. ¶ 3. Prætereà, Quicquid prædicatur de quocunque homine, secundum quòd homo, prædicatur de eo per se & sim pliciter: idem enim est per se, & secun dum quòd ipsum vt dicitur 5. Metap*. li. 5. Meta. text. 28. to. 3. Sed hæc est falsa, Christus est per se & simpliciter creatura. Ergo etiam hæc est falsa, Christus, secundum quod ho mo, est creatura. ¶ Sed contra, Omne quod est, vel est creator, vel creatura. Sed hæc est falsa, Christus secundum quod homo, est creator. Ergo hæc est vera, Christus secundum quod homo, est creatura.

Respondeo dicendum, quòd cùm dicitur, Christus secundùm quòd ho mo, hoc nomen, homo, potest resumi in reduplicatione, vel ratione suppositi, vel ratione naturæ. Si quidẽ resumatur ratione suppositi, cùm suppositum hu manæ naturæ in Christo sit ęternum & increatum, hæc erit falsa, Christus, secũ dum quod homo, est creatura. Si verò resumatur ratione humanæ naturæ, sic est vera: quia ratione humanæ naturę, si ue secundũ humanã naturã, cõuenit si bi esse creaturã, vt suprà dictũ est*. Scié Ar. 8. huius quæst. dum tamẽ, quòd nomen sic resumptũ in reduplicatione, magis propriè tene tur pro natura, quàm pro suppositio: re sumitur enim in vi prædicati, quod te netur formaliter. Idem enim est dictu, Christus secundũ quòd homo, ac si di ceretur, Christus secundũ quod est ho mo. Et ideo hæc magis est concedenda quã neganda, Christus, secũdum quòd homo, est creatura. Si tamen adderetur aliquid, per quod traheretur ad suppo situm, esset propositio magis neganda, quàm concedenda: puta si diceretur, Christus, secũdum quòd hic homo, est

creatura. ¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd licet Christus non sit humana natura: est tamen habens humanam naturam. Nomẽ autem creaturæ, natum est prædicari non solùm de abstractis, sed etiam de concretis: dicimus enim quòd humanitas est creatura, & quòd homo est creatura. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd ly homo, secundum quod ponitur in subiecto, magis respicit suppositum: secũdum autem quod ponitur in reduplicatione, magis respicit naturam, In corp. ar. vt dictum est*. Et quia natura est creata, suppositum verò increatum: ideo licet non cõcedatur ista simpliciter, Homo Christus est creatura: conceditur tamen ista, Christus secundum quod homo, est creatura. ¶ Ad tertium dicendum, quòd cuilibet homini, qui est suppositum solius naturæ humanæ, competit quòd non habeat esse, nisi secundum humanam naturã: & ideo de quolibet tali supposito sequitur, si secundũ quod homo est creatura, quòd sit creatura simpliciter. Sed Christus non solũ est suppositũ humanæ naturæ, sed etiã diuinæ, secundum quam habet esse increatum: & ideo non sequitur, si secundum quod homo, est creatura, quod sit simpliciter creatura.

SVMMA TEXTVS.

1. Cõclusio PRima cõclu. Hęc propositio Christus, secũdũ quod est creatura, potest distingui. Nã hoc nomẽ, homo, potest resumi in reduplicatione ratione suppositi, vel ratione naturæ. Si quidẽ resumatur ratione suppositi, cũ supposito humanę naturę in Christo sit æternũ & increatũ, hęc erit falsa, Christus, secũdum quod homo est creatura. Si vero resumatur ratione humanæ naturæ sic est vera, quia ratione humanę naturę cõuenit sibi esse creatura. ¶ Secũda cõcl. hęc propositio magis videtur cõcedẽda, quã negãda, quia nomẽ sumptũ reduplicatiue, in reduplicatione magis propriè tenetur pro natura, quam pro supposito. Resumitur enim in vi prædicati, quod tenetur formaliter. Idem enim est dictu Christus secundum quod homo, ac si diceretur Christus secundũ quod est homo, & ideo magis videtur concedenda, quam neganda hæc, Christus secundũ quod homo est creatura. ¶ Tertia conclusio, hæc propositio Christus, secundum quod hic homo est creatura, magis est neganda, quam cõcedẽda, quia ille terminus, homo, per illud pronomen, hic, trahitur vt stet pro supposito ratione cuius est falsa. 2. Cõclusio 3. Cõclusio

EXPOSITIO ARTICVLI.

Dubium de veritate huius, Christus secundum quod homo est creatura. DVbium est de veritate huius propositionis, Christus, secundum quod homo est creatura, videtur siquidem falsa & impropria. ¶ Primò, illæ dictiones secũdum quod, vel in quantum, possunt sumi reduplicatiue, vel, specificatiue, sed vtroq; modo sumantur, illa propositio est falsa, cum sua prędicens in quam resoluitur sit falsa, scilicet, Christus est creatura, ergò hæc erit falsa, Christus secundum quod homo est creatura. Primum argumentũ. ¶ Secundò, creatura non magis supponit pro Christo quã humanitas, sed hæc est falsa, Christus secũdum quod homo est humanitas, ergò & hæc, Christus, secũdum quod homo est creatura. Secundum. ¶ Tertiò, quicquid prędicatur de quocunque homine, secũdum quod homo, prædicatur de eo, per se, & simpliciter cum sit idem per se, & secundum quod ipsum, vt dicitur 5. metaph. text. 28. sed hæc est falsa, Christus est per se, & simpliciter creatura, ergò & hæc est falsa, Christus secundum quod homo est creatura. Tertium. ¶ In oppositũ est sententia D. Tho. in secunda conclusione huius articuli, quæ & cõfirmari potest alijs rationibus. Prima, quia omne quod non est ęternum, est creatum, sed Christus secundũ quod homo non est æternus, sicut nec Deus, ergo Christus secundum quod homo est creatura. Deindè, omne quod factum est, creatum est, sed Christus secundũ quod homo factus est, ergo est creatus secundum quod homo. Præterea, omnis cõditio alicuius naturę potest prędicari de aliquo, secundũ nomẽ significãs naturã illã, sed homo significat naturã humanã, cuius cõditio est, quod sit creatura, ergò Christus potest dici creatura, secundũ quòd homo. Verũ pro maiore huius explicatione animaduertendũ est illas dictiones, in quantum, vel, secundum quod, posse accipi reduplicatiue, & specificatiue: quãdo accipiũtur reduplicatiue explicandæ sunt per sensum causalẽ, & per veritatẽ suarũ propositionũ de inesse, vt homo in quãtũ rationalis est risibilis, sic exponitur, quia homo est rationalis, est risibilis, cũ vero accipiũtur specificatiue, nõ sunt explicãdę vel reducẽdę ad suas de inesse, sed satis fuerit explicare rationẽ, sub qua prædicatũ cõuenit subiecto, vt Chrs in quãtũ homo est mortuus, sic explicat, id est, ratio, quare mors prędicatur de Chro, est humanitas. Similiter Chrs in quan- Vera expositio propositæ dubitationis.

in quantum homo est creatura, id est, ratio quare dicitur creatura, est humanitas. Ex quo sequitur, quod propositio affirmatiua falsa ex repugnantia terminorum, potest esse vera per specificationem seu determinationē qua tollitur talis repugnantia, sicut contigit in hac de qua modo est sermo. Etenim talis specificatio seu determinatio nonnunquam diminuit rationem termini, cui adiungitur, ita vt non ratione suppositi, sed ratione formæ verificetur prædicatum de tali subiecto, vt in hac Christus, in quantum homo incipit esse, inceptio solum ratione humanitatis denotatur Christo conuenire. Et per hæc patet ad primum argumentum. ¶ Ad secundum respondetur negā-
Ad pri. arg.
Ad secūdū
do consequentiam, quia nomina partium nō possunt distrahi, vt supponant pro toto, creatura vero est nomen conueniens toti & partibus, & ideo natum est prædicari non solum de abstractis. sed etiam de concretis. Dicimus enim, quod humanitas est creatura, & quod
Ad tertium
homo est creatura. ¶ Ad tertium respondetur, distinguendo maiorem. Etenim si homini non competit aliud esse nisi secundum humanam naturam verum esset, quidquid prędicatur de quocunque homine secūdum quod homo, prædicatur de eo per se & simpliciter, at vero cum Christus non solum sit suppositum humanæ, sed etiam diuinæ naturæ secundum quam habet esse increatum, non sequitur si secundum quod homo est creatura, quod sit simpliciter creatura.

ARTICVLVS VNDECIMVS.

Vtrùm hæc sit vera, Christus secundū quod homo, est Deus.

III 3. di. 10. q. 1. art. 1. q. 1. & q. 3. c.

AD vndecimum sic proceditur. Videtur, quòd Christus, secundum quòd homo, sit Deus. Christus enim est Deus per gratiam vnionis. Sed Christus secundum quod homo, habet gratiam vnionis. Ergo Christus, secūdum quod homo, est Deus.

¶ 2. Prętereà, Dimittere peccata, est proprium Dei, secundum illud Isa. 43. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Sed Christus secundum quod homo, dimittit peccata: secundū illud Matth. 6. Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, &c. Ergo Christus

Summa Articulorum x i & x i i.

PRima cōclusio. 12. hęc propositio vera est, si terminus, homo, in reduplicatione positus accipiatur pro suppositō, falsa vero, si terminus, homo, reduplicet naturam. Prima pars huius conclusionis probatur. Suppositū naturæ humanæ in Christo, est persona filij Dei, cui per se conuenit esse Deum, ergò si terminus homo reduplicet suppositū, verum est, quod Christus, secūdum quod homo est Deus. Secūda pars cōclusionis probatur. Primo, quia illud, qđ conuenit Christo, secundum quod homo conuenit cuilibet homini, ergò si Christus, secūdū quod homo est Deus, sequitur quòd omnis homo sit Deus, quod est falsum. Secundo probatur, humana natura est distincta à diuina, secundum differētiam essētiæ, ergò impossibile est, quod Christus sit Deus, secūdum quod homo. ¶ Secūda
1. Cōclusio
2. Cōclusio
conclusio, hęc propositio magis est neganda, quam concedenda, quia terminus in reduplicatione positus magis propriè tenetur pro natura, quam pro suppositō, vt in superioribus ostensum est. ¶ Tertia conclusio in solutione ad tertium. Hæc propositio Christus secundum quod hic homo est Deus, magis est cō-
3. Cōclusio

cedenda quam neganda. Nam hoc pronomẽ demõstratiuum, hic, trahit terminum homo, vt ſtet pro ſuppoſito ratione cuius verificatur illa propoſitio. ¶ In art. 12. D. Tho. reſpondet eiſdem tribus concluſionibus, & eodem verborum tenore, quibus reſpõdit ad quęſtionem prędcedentis articuli.

Expoſitio articulorum.

DVbiũ eſt de veritate huius propoſitiõis Chriſtus in quantũ hic homo eſt Deus. Atque adeò de veritate huius Chriſtus in quantũ hic homo eſt perſona. Nam Durãdus in 3. d. 10. q. 1. contendit non ſolum has propoſitiones Chriſtus in quantũ homo eſt Deꝰ, Chriſtꝰ in quãtum homo eſt perſona, eſſe falſas, verum etiam iſtas de quibus eſt dubiũ. Et probat primo, quoniã reduplicatio ſecundum propriam ſignificationem importat cauſam inhærẽtiæ prędicati ad ſubiectũ, vt in hac homo ſecundum quod eſt albus diſgregat viſum, ſed Chriſtus non eſt Deus, propter hanc humanitatem, ergò hæc eſt falſa, Chriſtus ſecundum quod hic homo eſt Deus. ¶ Secundò, prædicatum ſemper habet rationem formæ, ſicut ſubiectum rationẽ materiæ, ſed ille terminus hic homo tenet ſe ex parte prædicati, ergo tenetur formaliter, er go non ſtat pro ſuppoſito: ſed pro hac humanitate, & per conſequens, illa propoſitio erit falſa. Nec ſufficit dicere, quod ratione illius pronominis, illud nomen homo, trahitur vt ſtet pro ſuppoſito, & non pro natura. Nam illud pronomẽ adiectum non tollit propriã ſignificationẽ illius nominis homo. Vnde ſenſus huius ꝓpoſitiõis Chriſtus in quantũ hic homo eſt, perſona, eſt Chriſtus eſt ꝓſona ex hac humanitate. Qua propter nõ admittit ſententia D. Thom. hoc in loco, nec aliorum Theologorũ cũ magiſtro in 3. di. 10. aſſerentiũ præfatam propoſitionẽ, niſi ſecundum ſenſum im ꝓpriũ. Huic ſententiæ Durandi videtur ſubſcribere Bonau. in 3. d. 9. q. 2. arti. 1. Verum his nõ obſtantibus veritas eſt, quam aſſerit D. Th. in his articulis. Etenim pronomẽ, iſte, vel hic, ſi rectè aures conſulãtur trahit hoc nomen, homo vt ſtet pro ſuppoſito, & vt accipiatur magis habens rationem materiæ quam formæ. Nam hic homo etiam ſi includat hãc humanitatem, tamen reduplicatio non ſemper reduplicat totum incluſum in termino reduplicato v.g. in hac propoſitione, Petrus quatenus homo eſt rationalis, nõ reduplicatur ratio animalis incluſa in nomine homo reduplicato,

ſuppoſiti: & ſic cùm ſuppoſitum naturæ humanæ in Chriſto, ſit perſona filij Dei, cui per ſe conuenit eſſe Deum, verum eſt quòd Chriſtus, ſecundũ quod homo, ſit Deus. Quia tamen terminus in reduplicatione poſitus magis propriè tenetur pro natura, quã pro ſuppoſito (vt ſuprà dictum eſt*) ideo magis eſt iſta neganda, Chriſtus, ſecundũ quod homo, eſt Deus quàm ſit affirmanda.

Ad primum ergo dicendum, quòd non ſecũdum idem conuenit alicui moueri ad aliquid, & eſſe illud: nam moueri conuenit alicui ratione materiæ vel ſubiecti, eſſe autẽ in actu ratione formæ. Et ſimiliter non ſecundum idem conuenit Chriſto ordinari ad hoc, quòd ſit Deus per gratiã vnionis, & eſſe Deũ. Sed primum conuenit ſibi ſecundum humanam naturam, ſecũdum verò ſecũdum diuinam. Et ideo hæc eſt vera, Chriſtus ſecũdum quòd homo, habet gratiam vnionis: non tamen iſta, Chriſtus ſecũ dũ quòd homo, eſt Deus.

Ad ſecundum dicendum, quòd filius hominis habet in terra poteſtatem dimittendi peccata, non virtute humanæ naturæ, ſed virtute naturæ diuinæ. In qua quidem natura diuina cõſiſtit poteſtas dimittendi peccata per autoritatem: in humana autem natura conſiſtit inſtrumentaliter & per miniſterium. Vnde Chryſoſto. ſuper Matt*. hoc exponens dicit: Signanter dixit, In terra dimittendi peccata: vt oſtẽderet, quòd humanæ naturæ poteſtatem diuinitatis vniuit indiuiſibili vnione: quia etſi factus eſt homo, tamen Dei verbum permanſit.

Ad tertiũ dicẽdũ, quòd cùm dicitur, iſte homo, ꝓnomẽ demonſtratiuũ, hoc nomẽ homo, trahit ad ſuppoſitũ. Et ideo magis eſt hęc vera, Chriſtus ſecũdũ ꝙ iſte homo, eſt Deꝰ: quã iſta, Chriſtus, ſecũdũ ꝙ homo, eſt Deus.

*art. præc. in cor. & ad a.

Durandus.

Argumẽta cõtra cõclusionẽ articuli.

Primum argumentũ.

Secundum.

*ho. 30. in Matt. circa mediũ. a

Bonauent.

cato, & ideo non sequitur, Petrus quatenus homo est rationalis, ergo quatenus animal est rationalis. Similiter non sequitur, Christus quatenus iste homo est persona diuina, ergo quatenus habet istam humanitatem est persona diuina. Pro cuius maiori intelligentia animaduertendū est, quod quidam sentiunt sensum istarū propositionū, hic homo fecit cælū & terram, & hic homo est genitus ab æterno esse diuersum à sēsu istarum, homo fecit cælū & terram, homo est genitus ab æterno, solum quia pronomen iste trahit hoc nomē homo, ad suppositum diuinum, vt pro ipso accipiatur, at vero sine, p nomine nomē homo, ipsam denotat essentiam humanā. Vnde priores propositiones existimant, q̄ sunt veræ, posteriores vero falsæ. Sed verius est, quòd istæ propositiones veræ sūt. Homo fecit cælum & terram; homo est genitus ab æterno; quia nomen homo, accipitur pro suppposito æterno, quod post incarnationis mysteriū sub-

112 3.di.10.q.1.art.2. Et Ro.1.le.3.col.

*aliquantulū à prin. s. in 3.pagin.

ARTICVLVS XII.

Vtrū hæc sit vera, Christus secūdum quod homo, est hypostasis, vel persona.

AD duodecimū sic proceditur. Videtur, quod Christus secundum quòd homo sit hypostasis vel persona. Illud enim quod conuenit cuilibet homini, conuenit Christo, secūdum quod est homo: est enim alijs hominibus similis: secundum illud Philip. 2. In similitudinem hominum factus: Sed omnis homo est persona. Ergo Christus, secundum quod homo, est persona.

¶ 2. Præterea, Christus secundum quod homo, est substantia rationalis naturæ, non autem substantia vniuersalis: ergo substātia in diuidua. Sed nihil aliud est persona, quàm rationalis naturæ indiuidua substantia, vt Boëtius dicit in libro de duabus natu*. Ergo Christus, secundum quod homo, est persona.

¶ 3. Prętereà, Christus secundum quod homo, est res humanæ naturæ, & suppositum & hypostasis eiusdē naturæ. Sed oīs hypostasis & suppositū & res humanę naturę, est persona. Ergo Christus, secundum quod homo, est persona.

Sed contra, Christus secundum quod homo, non est persona æterna. Si ergo Christus secundum quod homo, sit persona, sequeretur quòd in Christo sint duæ personę, vna temporalis, & alia æterna. Quod est erroneū, vt suprà dictū est*.

Respondeo dicendū, quòd sicut suprà dictū est*, iste terminus homo, in reduplicatione positus, potest accipi vel ratione suppositi, vel ratione naturæ. Cùm ergo dicitur, Christus secundū quod homo, est persona si accipiatur ratione suppositi, manifestum est, q̄ Christus secundū quod homo, est persona, quia suppositum humanę naturæ nihil est aliud, quā persona filij Dei. Si autē accipiatur ratione naturæ, sic potest intelligi dupliciter. Vno modo vt intelligatur, quòd naturæ humanę competat esse in aliqua persona. Et hoc etiam modo verum est: omne eī quod subsistit in humana natura, est persona. Alio modo potest intelligi, vt naturæ humanę in Christo p̄ pria personalitas debeatur, causata ex principijs humanæ naturę. Et sic

Dd 5

fistit in natura humana. Et quòd ita sit, patet isto syllogismo. Christus fecit cælum & terram, Christus est homo, ergo homo fecit cælum & terram. ¶ Ad primum argumentum respondetur, primò illa aduerbia non sumi in illis propositionibus reduplicatiuè, sed specificatiuè, & ideo non importatur causa conuenientiæ illius prædicati cū subiecto. Secūdò respondetur, quod etiam si sumatur reduplicatiuè, adhuc est vera, p̄ positio, quia, vt dictum est, non reduplicatur nisi sola ratio suppositi, & non ratio naturæ humanę. ¶ Ad secundum argumētum respōdetur, quod etiam si prædicatum semper teneatur formaliter, quando sine reduplicatione ponitur, tamen quando ex vi alicuius nominis seu pronominis trahitur vt non ratione formæ, sed materiæ verificetur nō est inconueniens, quod stet pro suppositō, & pro persona, vt in hac propositione contingit de qua modo est sermo. Supereſt in fine huius quæstio-

Ad pri. arg.

*q. 2. art. 1. & 6.

*ar. 10. huius quæst.

Ad secū. ar.

Alia duo argumẽta cõtra veritatẽ

quæstionis dissoluere duo argumenta, quæ aliquibus Theologis facessunt negotium in hac materia. Videtur enim, quod Christus in quantum homo sit persona. Primò, quia vel Christus secundum quod homo est aliquid, vel nihil, non nihil, ergo aliquid, si aliquid vel est natura, vel persona, non natura quia nec diuina, nec humana, etenim Christus secũdum quod homo nõ est diuina natura. Natura vero humana de nullo eius supposito in abstracto prædicatur. Secundò arguitur, Christus vt hic homo est persona, ergo vt homo, est persona, ab inferiori ad suum superius affirmatiue. ¶ Pro solutione primi argumenti notandum est, quod quidam ex antiqs theologis non audebant concedere Christũ secũdum quod homo esse aliquid, sed ad aliquid, quia est habens humanitatem, vt vestitus, est habens indutam vestẽ. Quę sententia ab Ecclesia damnata est cap. cum Christus de hęreticis. Quapropter oportet dicere Christum secundum quod homo esse aliquid, quia est animal rationale & compositum ex anima & corpore, non tamen est necesse, vt sit natura vel persona. Magister sententiarum concedit Christum, quatenus homo, esse aliquid, quia est substãtia in diuidua rationalis naturæ, nõ tamen subinde est persona quatenus homo, quia humanitas Christi non per se subsistit, sed in alieno supposito. Ad secundum argumentũ respõdetur, quod laborat ex varia appellatione, seu fallacia accidentis. Nam in antecedenti reduplicatio appellat suprà suppositum, in consequenti vero supra naturam, vt prædiximus.

*In cor. ar. Solutiones

Christus secundũ quod homo, non est persona, quia humana natura nõ est per se seorsum subsistens à diuina natura, ꝙ requirit ratio personæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd omni homini cõuenit esse personã, secundum quod omne subsistens in humana natura est persona. Sed hoc est propriũ homini Christo, quòd persona subsistẽs in humana natura eius, non sit causata ex principijs humanę naturę, sed sit ęterna. Et ideo vno modo est persona, secundum quod homo, alio modo non, sicut dictum est*.

Ad secundũ dicendũ, quòd substantia indiuidua, quę ponitur in diffinitione personę, importat substantiã cõpletam per se subsistentẽ separatim ab alijs, alioquin manus hominis posset dici persona, cùm sit substantia quędam indiuidua: quia tamen est substantia indiuidua sicut in alio existens, non potest dici persona. Et eadem ratione, nec humana natura in Christo: quę tamen potest dici indiuiduũ, vel singulare quod dã. Ad tertiũ dicendũ, quòd sicut persona significat quid cõpletum, & per se subsistens in natura rationali, ita hypostasis, suppositum & res naturæ in genere substãtiæ significant quiddam per se subsistens. Vnde sicut humana natura non est per se persona seorsum à persona filij Dei, ita etiam non est per se hypostasis vel suppositũ vel res naturæ. Et ideo in sensu, in quo negatur ista, Christus secundum quod homo, est persona, oportet etiã negari omnes alias.

QVAESTIO XVII.

De pertinentibus ad vnitatem in Christo quantum ad esse, in duos articulos diuisa.

DEinde considerandum est de his, quæ pertinẽt ad vnitatem in Christo in communi. Nam de his, quę pertinẽt ad vnitatem, vel pluralitatem in speciali, suis locis determinandum est: sicut suprà* determinatum est, quòd in Christo non est vna tantum scientia, & infrà* determinabitur quòd in Christo non est vna tantum natiuitas. quæst. 9. quæst. 35.

Considerandum est ergo primò de vnitate Christi quantum ad esse. secundò quantum ad velle, tertiò, quantum ad operati.

Circa primum quęruntur duo.

¶ Primò, vtrùm Christus sit vnum vel duo.

¶ Secundò,

¶ Secundò, vtrùm in Christo sit tantũ vnum esse.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christus sit vnum, vel duo.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non sit vnum, sed duo. Dicit enim Augustin. in primo de Trinitat. * quia forma Dei, accepit formam serui, vtrumque Deus propter accipientem Deum: vtrumque autem homo propter acceptum hominem. Sed vtrumque dici non potest, nisi vbi sunt duo. Ergo Christus est duo.

112 3.di.6.q.2. art.1. & di. 21.q.1.art. 1.q.2.ad 6. Et 4.cont. c.38.fin. Et vnio.art.2. 2.& 7.& art.3.& 4. per totum & art.5.14. *l.1.de Trinit.ca.7.in fin.to.3. *Enchi. ca. 35.à medio to.3.

¶ 2. Præterea, Vbicunque est aliud & aliud, ibi sunt duo. Sed Christus est aliud & aliud: dicit enim Augustin.* in Enchi. Cùm in forma Dei esset, formam serui accepit, vtrumque vnus, sed est aliud propter Verbum, aliud propter hominem. Ergo Christus est duo.

¶ 3. Præterea, Christus non est tantùm homo: quia sic purus homo esset. Ergo est aliquid aliud, quàm homo: & ita in Christo est aliud & aliud. Ergo Christus est duo. ¶ 4. Præterea, Christus est aliquid, quod est Pater, & est aliquid, quod non est Pater. Ergo Christus est aliquid & aliquid. Ergo Christus est duo. ¶ 5. Præterea, Sicut in mysterio Trinitatis sunt tres personæ in vna natura: ita in mysterio Incarnationis sunt duæ naturæ in vna persona. Sed propter vnitatem naturæ, non obstante distinctione personæ, Pater & Filius sunt vnum: secundum illud Ioan. 10. Ego & Pater vnum sumus. Ergo non obstante vnitate personæ, propter dualitatem naturarum, Christus est duo.

1.3.tex.18. to.2. ¶ 6. Præterea, Philosophus dicit in 3. Physicor.* quod vnum & duo denominatiuè dicuntur. Sed Christus habet dualitatem naturarum. Ergo Christus est duo. ¶ 7. Præterea, Sicut forma accidentalis facit alterum, ita forma substantialis aliud: vt Porphyrius dicit*. Sed in Christo sunt duæ naturæ substãtiales, humana scilicet & diuina. Ergo

In prædic. in c.de diffe.to.1. inter opera Arist.

Christus est aliud & aliud. Ergo Christus est duo. ¶ Sed cõtra est, quod Boët. dicit in lib. de duab. natu.* Omne quod est, in quantũ est, vnum est. Sed Christũ esse confitemur. Ergo Christus est vnũ. In li. an omne quod est bonum sit.

¶ Respondeo dicendum, quòd natura secundum se cõsiderata prout in abstracto significatur, non verè potest prædicari de supposito seu persona nisi in Deo, in quo nõ differt, quod est, & quo est: vt in Prima parte habitum est.* In Christo autem cùm sint duæ naturæ, diuina scilicet & humana, altera earũ, scilicet diuina, potest de eo prædicari, & in abstracto & in concreto: dicimus enim quòd filius Dei, qui supponitur in hoc nomine Christus, & est diuina natura, & est Deus. Sed humana natura non potest prædicari de Christo secundum se in abstracto, sed solum in concreto, prout scilicet significatur in supposito: Nõ enim verè potest dici, quòd Christus sit humana natura: quia natura humana nõ est nata prædicari de suo supposito. Dicitur autẽ, quòd Christus est homo, sicut & quòd Christus est Deus. Deus autem significat habentem deitatem: & homo significat habentem humanitatem. Aliter tamen habens humanitatem significatur per hoc nomen homo, & aliter per hoc nomen Iesus, vel Petrus. Nam hoc nomen homo, importat habentem humanitatem indistinctè, sicut & hoc nomen Deus, indistinctè importat habentem deitatem: hoc autem nomen Petrus vel Iesus, importat distinctè habentem humanitatem, scilicet sub determinatis indiuidualibus proprietatibus: sicut & hoc nomen filius Dei, importat habentem deitatem sub determinata proprietate personali. Numerus autem dualitatis in Christo ponitur circa ipsas naturas, & ideo si ambæ naturæ in abstracto prædicarentur de Christo, sequeretur quòd Christus esset duo. Sed quia duæ naturæ non prædicantur de Christo, nisi

P.p.q.3.ar. 3.& 4.

sto, nisi prout significantur in suppositō, oportet secundum rationem suppositi prędicari de Christo vnum vel duo. Quidam autem posuerunt in Christo duo suppositа, sed vnam personā, quæ quidem videtur se habere secundum eorum opinionem tanquam suppositum completum vltima completione. Et ideo quia ponebant in Christo duo suppositа, dicebant Christum esse duo neutraliter, sed quia ponebant vnam personam, dicebant Christum vnum masculinè. Nam neutrum genus designat quiddam informe & imperfectum: genus autem masculinū designat quiddam formatum & perfectum. Nestoriani autem ponentes in Christo duas personas, dicebant Christum non solū esse duo neutraliter, sed etiam duo masculinè. Quia verò nos ponimus in Christo vnam personam & vnum suppositum (vt ex suprà dictis patet*) sequitur quòd dicamus, quòd non solùm Christus est vnus masculinè, sed etiam, quòd est vnum neutraliter.

q. 2. ar. 2. & 6.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verbum illud Augustī*. non est sic intelligendum, quòd ly, vtrumque, teneatur ex parte prędicati, quasi dicat, quod Christus sit vtrumque, sed tenetur ex parte subiecti. Et tunc ly, vtrumque, ponitur non quasi pro duobus suppositis, sed pro duobus nominibus significantibus duas naturas in concreto. Possum enim dicere, quòd vtrumque, scilicet Deus & homo, est Deus propter accipientem Deum: & vtrumque, scilicet Deus & homo, est homo, propter acceptum hominem. ¶ Ad secundum dicendū, quòd cùm dicitur, Christus est aliud & aliud, locutio est exponenda, vt sit sensus, habens aliam & aliam naturam. Et hoc modo exponit Augustī*. in libr. contra Felicianum. Vbi cùm dixisset, In mediatore Dei & hominum, aliud Dei filius, aliud hominis filius, subdit. Aliud inquam, pro discretione substantiæ, non aliis pro vnitate personæ. Vnde Gregor. Nazianzenus in Epistola ad Clidonium dicit*. Si oportet compendiosè dicere, aliud quidem & aliud, ea, ex quibus Saluator est: siquidem non idem est inuisibile visibili, & quòd absque tempore, ei, quod sub tempore, nō autem alius & alius, absit, hæc enim ambo vnum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd hæc est falsa, Christus est tantùm homo: quia non excludit aliud suppositum, sed aliam naturam: eo quòd termini in prædicato positi, formaliter tenentur. Si verò adderetur aliquid per quod traheretur ad suppositum, esset vera locutio: puta Christus est tantum id, quod est homo. Non tamen sequitur, quod sit aliquid aliud, quàm homo: quia ly, aliud, cùm sit relatiuum diuersitatis substantiæ, propriè refertur ad suppositum (sicut & omnia relatiua facientia personalem relationem) sequitur autem, ergo habet aliam naturā. ¶ Ad quartum dicendum, quòd cùm dicitur, Christus est aliquid, quod est Pater, ly aliquid, tenetur pro natura diuina: quæ etiam in abstracto prædicatur de Patre & Filio. Sed cùm dicitur, Christus est aliquid, quod non est Pater, ly aliquid, tenetur, non pro ipsa natura humana, secundum quod significatur in abstracto, sed secundum quod significatur in concreto: non quidem secundum suppositum distinctū, sed secundum suppositum indistinctū, prout scilicet substat naturæ, non autem proprietatibus indiuiduantibus. Et ideo non sequitur, quòd Christus sit aliud, & aliud, vel quòd sit duo: quia suppositum humanæ naturæ in Christo, quod est persona Filij Dei, non ponit in numerum cū natura diuina, quæ prædicatur de Patre & Filio. ¶ Ad quintum dicendum, quòd in mysterio diuinæ Trinitatis natura diuina prædicatur etiam in abstracto de tribus personis: & ideo simpliciter potest dici, quòd tres

citatum in argum.

ca. 11. in fi. 20. 6.

Ad Clidoniū epist. 1. inter prin. & medium. Incipit: Honorandissimo.

personæ

personę sint vnum. Sed in mysterio Incarnationis non prędicantur ambę naturæ in abstracto de Christo: & ideo nō potest simpliciter dici, quòd Christus sit duo. ¶ Ad sextum dicendum, quòd duo dicitur, quasi habens dualitatē: nō quidē in aliquo alio, sed in ipso, de quo duo prædicantur. Fit autem prędicatio de suppositō, quod importatur per hoc nomen Christus. Quamuis igitur Christus habeat dualitatem naturarū: quia tamen nō habet dualitatem suppositorum, non potest dici Christus esse duo. ¶ Ad septimum dicendum, quòd alterum importat diuersitatem accidentis: & ideo diuersitas accidentis sufficit ad hoc, quòd aliquid simpliciter dicatur alterum. Sed, aliud, importat diuersitatem substantiæ: substantia autem dicitur non solùm natura, sed etiam suppositum: vt dicitur in 5. Metaph*. & ideo diuersitas naturę non sufficit ad hoc, quòd aliquid simpliciter dicatur aliud, nisi adsit diuersitas secundū suppositū. Sed diuersitas naturæ facit aliud secundum quid, scilicet secundum naturam, si non adsit diuersitas suppositi.

lib. 5. meta. text. 15. to. 3.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio.

CONclusio, Christus est vnus & vnū. Probatur primo ex Boëtio libro de duabus naturis, vbi inquit, omne quod est, in quantū est, vnum est, sed Christum esse confitemur, ergo Christus est vnum. Secundò, in Christo Domino cum diuersitate naturarum diuinæ & humanæ est vnitas suppositi & personæ, ergo Christus est vnum, & non duo. Pro cuius conclusionis intelligentia aduertit D. Thom. quod numerus dualitatis in Christo ponitur circa ipsas naturas. Vnde si natura humana in abstracto prædicaretur de Christo, sicut natura diuina, sequeretur, quod Christus esset duo, sed quia duæ naturæ non prædicātur de Christo, nisi prout significantur in suppositō, oportet secundum rationem suppositi prædicari de Christo vnum vel duo, cum vero nos vnā solam in Christo ponamus personam & vnū suppositum, sequitur, quòd non solum Christus sit vnus masculine, sed etiam quod sit vnum neutraliter.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CONclusio huius articuli est definita in cōcilio Niceno, Ephesino, & Chalcedonēsi. Vnde & in symbolo dicimus, & in vnum Dām Iesum Christum. Sed nota, quod hæc quæstio potest habere duplicem sensum. Primus est, vtrùm Christus sit duo diuisiue, ita quod in Christo sint duæ res distinctę, quarū quælibet sit Christus, & in hoc sensu tractabatur hæc quæstio olim in cōcilijs, & determinatur cōtra hæreticos. Vnde in cōcilio Ephes. 1. c. 2. sic definitur. Si quis nō cōfiteturvnū Christū cū propria carne eundē, scilicet Deū & hominē simul, anathema sit, & in cap. 3. si quis in vno Christo diuidit substātias post vnionem, anathema sit. Secūdus sensus est, an Christus sit duo cōplexiue simul sicut Petrus est materia & forma. Et in hoc sensu sunt tres modi dicēdi, vt videre est in Durād. in 3. d. 6. q. 1. & in Palude q. 4. Primus modus dicendi est, quod Christus est duo cōplexiue. Est enim diuinitas & humanitas simul. Hęc sentētia est Greg. in 1. d. 28. q. 2. ad argu. 17. & 18. Sed hāc sentētiā esse falsissimā & errorē in fide demōstraui mus, suprà q. 2. ar. 4. Secūdus modus dicendi est, quē sequitur Durand. quod propriè Christus, nec est vnū, nec duo. Ego vero dico pro explicatione veritatis, quod Christus est vnus, & vnū simpliciter, & omnibus modis vnū, & magis vnū, quā Petr⁹. Probatur, nā vnitas Christi nō est cōsideranda ex vnitate aut multiplicitate naturarū, sed ex vnitate personæ & suppositi, sed fides docet Christū esse vnū suppositū, & personā maximè vnā, ergo est vnus, & maximè vnus. Maior probatur, nā ambæ naturæ in Christo nō prædicantur de illo in abstracto, sed solū modo in cōcreto. Vnde hæc propositio falsa est, Christus est humanitas, imò identice est falsa, Christus est res quæ est humanitas. Rursus, hæc est falsa, Christus est humanitas & diuinitas, hæc vero dicit verū, Christus est Deus, & homo. Secūdò, si Christus esset duo, vel esset duo suppositā, vel duę personę, vel duę creaturæ, sed manifestus error est contra fidē asserere, q̄ in Christo Iesu sint duo suppositā, vel duæ personæ. Rursus euidēs error est cōtra fidē asserere, q̄ Christus sit humanitas, ergo error est asserere, q̄ Christus sit diuinitas & humanitas diuisiue, atque adeò error manifestus est cōtra fidē docere, q̄ Christus sit diuinitas & humanitas cōplexiue. Sic definitur in cōcilio Cōstantiēsi Sess. 15. cōtra errores Ioānis Hus, & quod ita sit tenendū dictū est suprà q. 2. art. 4. Tertiò probatur, nā vnio duarū naturarum in Christo est maxima omnium prętер vnionem diuinarū personarū in

Duplex sensus quæstionis.

Concilium Ephesinum

Durand, Palude.

Gregor.

Durand.

Sententia autoris.

Concilium Cōstantiē.

in vnitate essentiæ, vt demonstratum est quæstione 2. arti. 9. ergo Christus in quo istæ duæ naturæ vniuntur est maximè vnus. Vltimo pro
1. Timo. 2. batur ex testimonijs scripturæ 1. ad Timot. 2. vnus Dei & hominum mediator, homo Chri
Symboli Nicenum. stus Iesus. Et in symbolo Niceno, & in vnum Dominum Iesum Christum. Et in symbolo Apostolorum, vnicum Dominum nostrũ. Et in symbolo Athanasij, qui cum Deus sit, & homo, non duo tamen sed vnus est Christus. Ex quo sequitur, quod modus dicendi Durandi est periculosus & omnino cauendus. Sequitur secundo, quod si hæc aliquãdo locutio in sanctis Patribus inueniatur; in Christo est aliud, & aliud, exponenda est vt sit sensus, est habẽs
D. August. aliam & aliam naturam. Sic exponit August. libro contra Felicianum cap. 11. & Gregorius Nanzianzenus in epistola ad Clidonium.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm in Christo sit tantum vnũ esse.

3. d. 4. q. 1. arti. 2. q. 1. co. fi. & di. 6. q. 2. ar. 2. Et vnio. ar. 4. Et quol. 9. q. 2. ar. 2. Et opusc. 3. ca 216. & 219. *li. 3. ca. 13

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd in Christo non sit tãtum vnum esse, sed duo. Dicit enim Damasce. *in 3. libro, quòd ea quæ consequuntur naturam, in Christo duplicantur. Sed esse consequitur naturam, esse enim est à forma. Ergo in Christo sunt duo esse. ¶ 2. Præterea, Esse filij Dei est ipsa natura diuina, & est æternum. Esse autem hominis Christi non est diuina natura: sed est esse temporale. Ergo in Christo non est tantum vnum esse.

¶ 3. Præterea, In Trinitate quamuis sint tres personæ, est tamen vnum esse propter vnitatẽ naturæ. Sed in Christo sunt duę naturæ, quamuis sit vna persona. Ergo in Christo non est tantum vnum esse, sed duo. ¶ 4. Præterea, In Christo anima dat aliquod esse corpori, cùm sit forma eius. Sed non dat sibi esse diuinũ, cùm sit increatum. Ergo in Christo est aliud esse, præter esse diuinum: & sic in Christo non est tantum vnũ esse. ¶ Sed contra, Vnumquodque secũdum hoc dicitur ens, secundũ quod dicitur vnũ: quia vnum & ens conuertuntur. si ergo in Christo essent duo esse, & non tantũ vnum, Christus esset duo, & nõ vnum. Respondeo dicendum, quòd quia in Christo sunt duę naturæ & vna hypostasis, necesse est quòd ea quæ ad naturam pertinent in Christo, sint duo: quæ autem pertinent ad hypostasim in Christo, sint vnum tantum. Esse autem pertinet & ad naturam & ad hypostasim. Ad hypostasim quidem, sicut ad id, quod habet esse: ad naturam autem, sicut ad id, quo aliquid habet esse. Natura enim significatur per modum formę, quæ dicitur ens ex eo, quòd ea aliquid est, sicut albedine est aliquid albũ, & humanitate est aliquis homo. Est autem considerandum, quòd si est aliqua forma vel natura, quæ non pertineat ad esse personale hypostasis subsistentis, illud esse non dicitur esse illius personæ simpliciter, sed secundum quid, sicut esse album, est esse Sortis, non in quantum est Sortes, sed in quantum est albus. Et huiusmodi esse nihil prohibet multiplicari in vna hypostasi vel persona: aliud enim est esse, quo Sortes est albus, & quo Sortes est musicus. Sed illud esse, quod pertinet ad ipsam hypostasim vel personam, secundum se impossibile est in vna hypostasi vel persona multiplicari: quia impossibile est, quòd vnius rei non sit vnum esse. Si igitur humana natura adueniret filio Dei non hypostaticè vel personaliter, sed accidentaliter (sicut quidam posuerunt) oporteret ponere in Christo duo esse: vnum quidem, secundum quod est Deus, aliud autem, secundum quod est homo. Sicut in Sorte ponitur aliud esse, secundum quod est albus, & aliud, secundum quod est homo, quia esse album, non pertinet ad ipsum esse personale Sortis. Esse autem capitatum, & esse corporeum, & esse animatum, totum pertinet ad vnam personam Sortis: & ideo ex omnibus his non fit nisi vnum esse in Sorte. Et si contingeret, quòd post constitutionem personę Sortis, adueniret Sorti manus, vel pedes, vel oculi (sicut accidit in cęco nato) ex his non accresceret Sorti aliud esse, sed solum

lùm relatio quędam ad huiusmodi, quia scilicet diceretur esse non solùm secundum ea, quæ prius habebat, sed etiam secundum ea, quę sibi postmodum aduenerunt. Sic igitur cum humana natura coniungatur filio Dei hypostaticè vel personaliter (vt suprà dictũ est*) & non accidentaliter, consequens est, quòd secundum humanam naturam non adueniat sibi nouum esse personale, sed solùm noua habitudo esse personalis prędicti ad naturam humanam, vt scilicet persona illa iam dicatur subsistere, non solum secundum diuinam naturam, sed etiam secundum humanam. ¶ Ad primũ ergo dicendũ, quòd esse consequitur naturam: non sicut habẽtem esse, sed sicut qua aliquid est: personam autem siue hypostasim consequitur, sicut habentem esse. Et ideo magis retinet vnitatem secundum vnitatem hypostasis, quàm habeat dualitatem secundum dualitatem naturæ. ¶ Ad secundũ dicendum, quòd illud esse æternum filij Dei, quod est diuina natura, fit esse hominis in quantum humana natura assumitur à filio Dei in vnitatem personæ. ¶ Ad tertiũ dicendum, quòd sicut in Prima parte dictum est*, quia persona diuina est idem cum natura, in personis diuinis non est aliud esse personæ præter esse naturæ: & ideo tres personę non habent nisi vnum esse. Haberent autem triplex esse, si in eis esset aliud esse personę, & aliud esse naturę. ¶ Ad quartũ dicendum, quòd anima in Christo dat esse corpori, in quantum facit ipsum actu animatum: quod est dare ei complementum naturę & speciei. Sed si intelligatur corpus perfectum per animam absque hypostasi habente vtrumque, hoc totum compositum ex anima & corpore (prout significatur nomine humanitatis) non significatur vt quod est, sed vt quo aliquid est. Et ideo ipsum esse est personę subsistentis, secundum quòd habet habitudinem ad talem naturam: cuius habitudinis causa est anima, in quantum perficit humanam naturam, informando corpus.

q.2.ar.6.

P.p.q.3.ar.3.&.4.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua. Præmittit D. Tho. tria documẽta. Primum est, ea quæ ad naturam pertinẽt in Christo sunt duo, quę vero ad hypostasim vnum tantum. Probatur, in Christo secundum fidem sunt duæ naturæ vna tantum hypostasis, ergo. Secundũ documentũ, esse pertinet ad naturã & hypostasim, ad hypostasim quidẽ tanquã ad id, quod habet ipsum esse, ad naturã vero tanquam ad id, quo aliquid habet esse. Prior pars de hypostasi nõ probatur à D. Tho. quoniã cõpertissimũ est hypostases seu suppositа esse ea, quæ subsistunt, sicut ea, quæ agunt & patiuntur. Posterior pars, quæ de natura est probatur, natura significatur per modum formæ, forma autem est ens ex eo quod ea aliquid est, vt patet inductione, albedo est ens, quia ea aliquid est albũ, humanitas quia ea aliquid est homo. Tertium documentum, esse quod procedit à forma, quæ nõ pertinet ad esse personale seu hypostaticum nõ est esse simpliciter talis hypostasis sed secundũ quid, & tale esse multiplicari potest in vna hypostasi, at esse quod pertinet ad hypostasim secundũ se neutiquã multiplicari potest in vna hypostasi. Prior pars probatur, quoniã esse album, quod procedit ab albedine, & itẽ esse musicum, quod procedit à musica sunt esse secundũ quid hominis, & multiplicantur in vna & eadem persona. Posterior pars probatur, quoniã impossibile est, quod vnius rei non sit vnũ esse. His præmissis ratio D. Tho. potest colligi ad hunc modũ in summa. Vnio accidẽtalis & vnio personalis seu hypostatica, hoc differũt inter sese, quod ea quæ vniũtur accidẽtaliter habẽt duplex esse, ea vero quę hypostaticè seu personaliter habẽt vnũ esse tantũ, sed humana natura vnitur verbo Dei personaliter seu in persona, ergo humana natura & filius Dei habẽt vnũ esse tãtum. Maior probatur. Quando homo fit albus aliud esse est hominis, aliud est esse albi cæterum esse capitatum, esse corporeum, esse animatum vnum tantum esse est, non multiplex, quoniam vniuntur personaliter caput, corpus, anima. Quod vsque adeò verũ est, quod si post constitutam Sortis personã adueniãt ei manus, pedes, oculi (quod per miraculum fieri potest) non acquirit Sortes nouum aliquod esse, sed tantum nouam relationem ad partes, quas de nouo comparat. Itaq; Conclusio.

sicut

ſicut antea referebatur ad partes, quas habebat per eſſe, quod habebat, ad eundem modũ filius Dei refertur per eſſe antiquum præexiſtens ante incarnationem ad naturam humanam, quam de nouo aſſumpſit in incarnatione, cum tamen ante nõ referretur, niſi ad diuinam naturam.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DE quæſtione huius articuli diſputant doctores in 3.d. 6. Et quidẽ expoſitionem huius quæſtionis in tres partes diſtribuo. Primo diſputabo, vtrùm, ita ſit in rei veritate, quod in Chriſto nõ ſit alia exiſtẽtia ſubſtãtialis, niſi diuina. Secundo differã, quid de hac re ſenſerit D.Tho. Poſtremò, vtrũ probationes D.Tho. rectè procedãt. Vt igitur ad primam quæſtionẽ deueniamus nota, quod Scot. in 3. d.6.q.2.& Durand. ibidẽ q.2. multis argumẽtis conantur labefactare concluſionẽ D.Tho.

Vtrùm in Chriſto ſit ſola ſubſiſtentia diuina.

Scotus. Durand.

Prim. argu. ¶ In primis arguitur ſic. Terminus per ſe generationis habet eſſe acquiſitum per generationẽ, ſed filius Dei homo, eſt terminus per ſe generationis ex matre, ergo habet eſſe acquiſitum per generationem. Quod ſi dicas, quod terminus huius admirandæ generationis eſt eſſe diuinum, non ſecundũ ſe, ſed prout eſt relatũ ad humanitatẽ. Cõtra, illud eſſe eſt acceptũ per generationẽ, quod per corruptionem mortis eſt deperditum, ſed per corruptionem mortis nõ eſt deperdita relatio vnionis, ſed eſſe vitale ſecundum humanitatẽ, ergo eſſe vitale, eſt acquiſitũ per generationẽ. ¶ Secundò, in Chriſto fuit duplex viuere, quod patet, nã vnum perdidit in morte, ergo fuit duplex eſſe. Probatur conſequentia. Nã ſecundũ Ariſt. 2.de anima, viuere viuentibus eſt eſſe. ¶ Tertiò, anima Chriſti fuit creata (vt planè cõſtat) ſed creatio terminatur ad eſſe, ergo habuit eſſe creatũ. ¶ Confirmatur, nam anima Chriſti prius intelligitur creata, quam ſit aſſumpta ad eſſe perſonale diuinum, ergo in illo priori habuit eſſe nõ increatũ, ergo creatũ. ¶ Quartò, anima Chriſti fuit producta à tota Trinitate, & non ſecundũ eſſe increatũ, alioqui idem ſe ipſum efficeret, ergo ſecundũ eſſe creatum. ¶ Quintò, ſi verbum Dei dimitteret humanitatẽ, humanitas ipſa haberet proprium eſſe, & non nouũ cũ nulla ſit ibi actio productiua, ergo antiquum. Minor probatur. Nã ex oppoſito ſequitur, quòd illa humanitas eſſet corrupta: ſiquidem perdidit antiquũ eſſe, & acquirit nouũ. ¶ Cõfirmatur, nã ſi dicas hoc non ſufficere ad corruptionẽ ſed requiri, quòd nullũ eſſe permaneat. Sequitur, quòd in omni corruptione ſit annihilatio. ¶ Sextò, Deus poteſt aſſumere naturã Angeli (quòd nũc ſtatuo pro certo) & illa non poteſt manere eadẽ, niſi maneat exiſtentia intrinſeca illius naturæ, ſecundum D.Tho. ergo humanitas aſſumpta à Chriſto non poteſt manere eadem, niſi habeat propriã exiſtentiã. Probatur conſequẽtia. Nã tam intrinſeca eſt exiſtentia vni, ſicut & alteri.

Secundum.

Ariſt. Tertium.

Confir.

Quartum.

Quintum.

Confir.

Sextum.

¶ Septimò, fundamentum relationis actualis naturaliter præcedit ipſam ſecundũ eſſe actuale, ſed hæc vnio humanitatis cum verbo eſt relatio actualis, ergo fundamentum ipſius præcedit ſecundũ eſſe actuale, at fundamentũ huius relationis eſt humanitas, quæ præintelligitur vnioni, ergo præceſsit ſecundũ eſſe actuale. Explicatur hoc euidentius. Nã prius intelligitur, quod anima ſit forma corporis; quam quod tota natura ſit apta nata aſſumi, ergo prius intelligitur, quod anima ſit actus materiæ, & in illo priori præbet eſſe, quod non corrumpitur poſt modum per aſſumptionem, ergo habet propriũ eſſe. ¶ Vltimò arguitur ex autoritate D.Tho. 1.p.q.50.arti.5. ex profeſſo probantis eſſe, nõ poſſe ſeparari à forma, ſicut nec à circulo rotunditas, quia eſſe cõpetit formæ, ſicut rotunditas circulo. Ex quo arguo ſic, eſſe non poteſt ſeparari à forma, ergo nec ab anima Chriſti, ergo habet propriũ eſſe. Hactenus Scotus, Durand. in allegata d.q.2. præter argumenta cõmemorata ponit hoc argumentũ. Agere etiã eſt ſuppoſiti ſicut & eſſe, & præſupponit eſſe, ſed agere multiplicatur in Chriſto ſecundum fidẽ, ergo & eſſe. Quidam Ioannes de Neapoli apud Capre. 3.d.6. ſic inſurgit cõtra D.Tho. Tũ quoniã, quod eſt in aſſumptibile eſt incurabile ſecundũ Damaſcenum etiã, quoniam Chriſtus eſt perfectus homo, non minus habens in humanitate, quã in diuinitate, & qui contrarium dixerit, plenus diaboli ſpiritu ſe eſſe filium gehennæ euidenter oſtendit, vt aſſerit Damaſce. in epiſt. citata lib.19.tit.15. hiſtoriæ tripartitæ, ergo Chriſtus habuit eſſe humanum. Tandem Scotus arguit pro contradictoria concluſionis illam tenens. In Chriſto fuit voluntas creata, ergo eſſe creatũ. Probatur conſequentia. Nã eſſe immediatius & intimius fluit ab eſſentia, quã volũtas. Explicatur hoc, nã ſi humanitas Chriſti nõ haberet voluntatẽ, aut intellectũ creatũ eſſet omnino imperfecta, ergo ſi nõ habet eſſe humanũ creatũ eſt imperfecta. ¶ In huius rei expoſitionẽ, vt certa ab incertis ſeparemus oportet ſupponere eſſe triplex eſſe, ſcilicet, eſſe eſſentię, quod eſt per formã ſubſtãtialẽ, & eſſe ſubſiſtẽtię, ꝙ cõſtituit perſonã & hypoſtaſim de quo ſupràq.4. Tertiũ eſſe eſt actualis exiſtẽtię per quod vniuerſę reſexiſtũt extrà ſuas cauſas. Hoc cõſtituto principio vniuerſi theologi cõueniunt

Septimum.

Vltimum.

Argumen. Durandi.

Argumen. Ioannis de Neapoli.

Argumen. Scoti.

Eſſe in triplici differentia.

neniũt in duabus cõclusionibus, quę sunt de fide. Prima, in Christo est duplex esse essentiæ. Et patet, nã in Christo sunt duæ naturæ perfectæ secundũ fidem. ¶ Secunda conclusio, in Christo est vnũ esse personale. Quod patet, nam in Christo est vna tantum persona secundum fidem, ergo in Christo est tantũ vnum esse personale, quod constituit personã. Tota difficultas est de esse existẽtiæ. Et de isto Scotus, Durandus, & nominales tenẽt, quod multiplicatur in Christo. Quæ sententia nititur duobus fundamentis. Primum est, quod esse non distinguitur realiter ab essentia, quod est probabile. Secundũ est, quod esse est proprietas naturæ & nõ personæ, & ideo quemadmodum proprietates naturæ nõ separãtur à Christo, ita neque esse humanum. ¶ Sed nos statuimus tertiam cõclusionem. In Christo Iesu nõ est nisi vna existentia increata & diuina. Probatur primo. Nã in 6. Synodo generali actione. 11. in confessione Patriarchæ Hierosolymitani sic habetur. In verbo Dei non in se ipsa (loquitur de carne à verbo susceptа) habet vnam existentiam cum verbo. Damasc. lib. 3. orthod. fidei cap. 22. dicit humanitatem Christi existere per existentiam verbi. Præter auctoritates sunt optimę rationes. Prima, existentia est proprietas personalis primo & per se cõueniẽs personæ deinde naturæ ratione personæ, sed proprietates personales nõ multiplicãtur in Christo magis, quã ipsa persona, ergo. Maior probatur, nam suppositũ siue persona est, quod primũ & per se generatur, nõ natura, nõ esse, vt patet inductione in omni generatione, & ex doctrina Arist. 1. Phy. & in Prologo metaph. Sed eius est esse, cuius est generari & fieri. Nam fieri est acquirere esse, ergo existentia est proprietas personalis. Secũda ratio, primum susceptiuum existentiæ est suppositum siue persona, sed persona diuina non potest susci pere existentiam creatam, ergo in Christo non est existentia creata. Maior probatur ex Arist. in prædicam. c. de substantia dicente primam substantiam, id est, suppositum esse primum subiectum, quoniã ipsi primo & per se conuenit existere, & ita ablatis primis substantijs nihil manet. Tertia, terminus generationis humanæ est persona existens in natura humana, quando ergo Christus generatur ex matre terminus huius generationis est persona existens in natura humana, sed non est alia persona nisi persona verbi, ergo terminus huius generationis est persona verbi existens in natura humana, sed non per esse creatũ, ergo per esse increatum. Quarta, si humanitas in Christo habet proprium esse & propriam existentiam nõ rectè intelligitur, quomodo hæc vnio sit substantialis. Nam si humanitas ex se habet existere & non ex verbo, ergo ex se est in actu completo. Certè si anima haberet vnũ esse & corpus aliud esse, non posset intelligi, quomodo vnirentur substantialiter. Explicatur hoc, humanitas Christi habet propriũ esse, ergo non est vnio substantialis. Probatur consequentia. Nam hac ratione intelligimus vnionem substantialem esse, quia contemplamur ipsam humanitatem, quasi in potentia ad esse, & istam potentiam terminari per esse diuinum tanquam per vltimum complementũ. Vltimo, ex oppositа sententia sequuntur tria incommoda euidentia. Primum, quod verbũ diuinum existat per existẽtiam creatã. Secundum, quod existentia creata sit perfectio personalitatis verbi. Tandem sequitur beatã Virginem propriè non esse matrem Dei. Quod sequatur primum incommodum patet. Nam verbum diuinum est homo per humanitatẽ creatam, & vult per voluntatem creatã, quoniam assumpsit humanitatem & voluntatem creatam, ergo si assumpsit existentiam creatã existit per illã. Quod sequatur secundum incommodum sic ostẽdo, nam existentia sequitur ad personalitatem tanquam perfectio & actus illius vltimus, ergo existentia creata in Christo esset perfectio personalis verbi. Sed probatur iam tertium incõmodum. Nam secundum istam opinionem terminus in generatione Christi est esse creatum, & nõ esse filij Dei, ergo propriè non est mater filij Dei, sed mater humanitatis habentis esse creatum. ¶ Ad argumenta in oppositum respondetur, ad primum Scoti negatur maior ad sensum arguentis. Et dicẽdum est terminum generationis non esse naturam, nec esse, sed suppositum in natura, & hoc productum est, ex tempore & de nouo in mysterio incarnationis. Nam factum est verbum diuinum subsistẽs in natura humana. Est simile mysteriũ in resurrectione futura. Nam futura resurrectio terminabitur ad homines de nouo factos non quod aliqua existẽtia de nouo producatur, sed ex eo quod existentia antiqua animæ rationalis de nouo communicatur corpori. Ità sane in mysterio incarnationis esse illud antiquum diuinitatis communicatur de nouo humanitati. Vel dicatur, quòd id quod generatur habet esse nouiter acquisitum, vel habet esse antiquum nouo modo communicatum. Ad replicam respondet Caietanus, quod per generationem acquiritur natura, vel anima in corpore, & hoc ipsum perditur per corruptionẽ. Nam in morte desiuit esse vnio animæ cum corpore. Ego vero dico, quod per generationem cõmunicatũ est esse diuinũ humanitati & in morte desiuit

1. Concluſ.

Sententia Scoti & Durandi.

Tertia conclusio in Christo nõ est nisi vnica existẽtia diuina.

Conc. 6. generale.

Aristot.

Aristot.

Ad argumenta in oppositum.

Ad primũ Scoti.

Caietanus.

Ad secũdũ. esse hæc communicatio ad humanitatẽ. ¶ Ad secundum respõdetur, quod cum Arist. dicit viuere viuentibus est esse, loquitur de viuere essentiali & de esse essentiæ, quod corrumpitur in morte, non de esse existentię. Vel respõdetur melius, quod viuere viuentibus est esse, id est, vitalis operatio est causa quare viuentia conseruantur in esse. Nam si viuentia nõ vegetantur desinũt esse, vel vitalis operatio demõstrat aliquod esse viuẽs. Hæc est expositio D. Tho. 1. p. q. 54. art. 2. ad 1. ¶ Ad tertium respondetur, quod creatio terminatur ad rem, quæ creatur vt existat, siue existẽtia noua & simpliciter, siue noua eius rei quæ creatur, & ita anima Christi creatur vt existat existentia noua sibi, sed non noua simpliciter. ¶ Ad confirmationem respõdetur, quòd anima Christi prius intelligitur creata, quam assumpta, sed in illo priori secũdũ intellectũ impeditur à proprio esse, quod erat habitura. Itaq; in illo priori nõ intelligitur habere esse, sed vniri, & quasi in via ad habendũ esse diuinũ. Sed de hac re dictum est supra q. 6. art. 5. ¶ Ad quartũ respondetur, quod anima Christi est effecta à tota Trinitate secundũ esse increatum cõmunicatum illi. Itaq; esse diuinũ non est factum, sed communicatum de nouo humanitati, ex quo resultauit, quod Deus subsisteret in natura humana & fieret homo. ¶ Ad quintũ respondetur, quòd si Deus dimitteret humanitatem stare tim haberet esse, & propriam personalitatem non per nouã actionẽ, sed per antiquam, quæ erat impedita. Itaq; illa dimissio esset causa remouẽs prohibens, ex qua oriretur esse & personalitas propria, & hæc duo essent à generãte per se, à remouente prohibens per accidẽs. Et illa dimissio est, quodammodo noua actio, & est nonnulla corruptio; nam amittitur esse & personalitas, quã habebat. Fateor tamẽ, quod nunquã est corruptio simpliciter, nisi quando est corruptio essentiæ. ¶ Ad sextũ nego antecedens, imo dico, quòd si Deus assumeret naturã Angeli, illa natura non haberet propriam existẽtiã, & huius contrariũ nusquã reperitur apud D. Tho. ¶ Ad septimũ respõdetur, quòd humanitas prius intelligitur existẽs, quã relata ad verbũ, sed existit existẽtia aliena nõ propria. Ad cõfirmationẽ respõdetur, quòd prius intelligitur animã dare esse animatum & essentiale, non autẽ dare existentiam quam habet à verbo. ¶ Ad vltimum respondetur, esse non posse separari à forma naturaliter. Rursus dico, quod esse non potest separari à forma per se subsistẽte, sed anima Christi nõ habet propriã subsistentiã; trahitur enim ad subsistentiã verbi diuini. Itẽ dico, illud exemplũ de rotunditate circuli non in omnibus quadrare,

Viuere quo modo viuẽtibus est esse.

Ad tertium

Ad confir.

Ad quartũ

Ad quintũ.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad vltimũ.

nam esse conuenit formæ tanquam principio essendi, principiũ vero potest impediri à superiori causa, cæterũ rotũditas circuli conuenit circulo & tanquã principio, & tanquã subiecto proprio. ¶ Ad argumentũ Durandi respõdetur, non esse eandẽ rationẽ. Nam esse est immediatè suppositi tãquã proprij subiecti, operari non itẽ, nam cõpetit illi mediante natura & potẽtia, & ideo si plurificatur natura necessum est multiplicari operationes. ¶ Ad argumenta Ioan. de Neapoli respondetur, quòd vtraq; autoritas quã citat, loquitur de naturalibus vt distinguũtur cõtra personalia. Itaque Christus habuit omnia naturalia nõ personalia, & quod de naturalibus est inassumptibile est incurabile, secus de personalibus. Et quod hoc ita sit patet ex argumẽto fidei. Nam secũdum fidẽ in Christo est tantum vna persona, vnde in Christo nõ est personalitas humana, quæ est in alijs hominibus. ¶ Ad argumẽtum Scoti, quo probat cõtradictoriã cõclusionis, quã ille tenet, respondetur negãdo cõsequentiam propter rationis disparitatẽ. Nam esse est proprietas personę, intellectus & volũtas sunt proprietates naturæ, & ideo multiplicata natura, necessum est, vt istæ potẽtię multiplicẽtur. Sed hic nota, nõ prouenire ex defectu naturæ humanæ in Christo, quod nõ sit principium essendi, sed ex defectu susceptiui, nõ enim inuenit propriã personã, cui daret suũ esse. Insuper nota, quod vt Christus sit perfectus homo satis est, quod perfectè subsistat in natura humana, & existentia quam habet, est diuina, & multo melior quam existentia creata. ¶ Est aliud dubiũ breue, quid de hac re senserit D. Tho. Ratio dubitãdi est, nã D. Tho. in q. de vnione verbi incarnati artic. 4. expresse docet, quod in Christo est duplex esse, vnum æternũ, & alterũ temporale, & in hoc articulo cõcludit suã sententiã his verbis; Ex quo cõsequens est, quod secundũ humanitatẽ Christo nõ adueniat aliud esse personale. Cæterum de esse existẽtiæ verbũ nullũ. Et in solutione primi sic scribit; esse magis pertinet ad vnitatem personę, quã ad dualitatẽ naturarũ & ideo magis retinendũ est vnũ esse, quam multiplicandũ. In quibus verbis videtur significare, quod dualitas in esse possit defendi, quamuis vnitas essendi magis sit retinẽda. ¶ Ad hoc dubium respõdetur, absq; dubio sensum huius literæ & doctrinã D. Tho. esse, in Christo non inueniri aliquod esse actualis existentiæ substantiale, nisi esse existentiæ diuinum. Patet enim euidenter ex processu huius literæ, quòd spectans ad personalitatem alicuius non affert secum suũ esse, nõ materia, non forma, non cæteræ partes, quare vel humanitas non pertinet ad per-

Ad argumẽtum Durã.

Ad argumẽta Ioan. de Neapoli.

Ad argumẽtum Scoti.

Dubiũ circa sententiã D. Tho. in hac parte.

Mens D. Thomæ

ad personalitatem Christi, vel non attulit suũ esse sed pertinet ad personalitatem Christi, ergo non attulit suum esse. Certè apud D. Tho. esse personale & esse substantiale idẽ est. Vnde personale sumitur vt distinguitur contra accidentale. Iam enim dixerat D. Tho. in persona solum inueniri duo esse, scilicet personale & accidentale, & ex humanitate non prouenit esse accidẽtale, ergo si proueniret aliquod esse, proueniret esse personale, & sic in Christo essent duo esse personalia. Vnde euidẽter constat ex doctrina D. Tho. quod in Christo nulla sit existentia substãtialis nisi diuina. Idẽ docet in. 3. d. 6. q. 2. art. 2. Ad primum in oppositum respondetur, quod mens D. Tho. & sententia eius vltima cõtinetur in summa, & ideo illi standum est. Præcipuè quòd à multis reuocatur in dubiũ an illa quæstio de vnione verbi incarnati sit D. Tho. necne. Ad secundũ ex dictis patet, quid dicendum sit. Ad tertiũ respondetur cum Caietano, quod illud aduerbium, magis, comparat causas & non effectus. Vult ergo docere D. Tho. quod magis vrget vnitas personæ ad asserendam vnitatẽ existentiæ, quam dualitas naturarum ad illam multiplicandam, & ideo propter istam maiorem rationem asserenda est omnino vnitas existentiæ, & multiplicitas negãda. ¶ Dubiũ tertium, quid est quod dicit D. Tho. in solutione tertij, quod in diuinis est tantum vnum esse. Ratio dubitandi est, nam nos supra q. 3. art. 2. docuimus cum Caietano in diuinis personis esse tres subsistentias, etenim subsistẽtia est existẽtia, ergo in diuinis sunt tres subsistentiæ. ¶ Secundò, subsistentia multiplicatur in diuinis, quia est personalis, sed existentia etiã est personalis, conuenit enim primo & immediate personæ, ergo etiam multiplicatur in diuinis. ¶ Tertiò, in diuinis sunt tres existentes incommunicabiliter, vt docet fides, ergo sunt tres existentiæ incommunicabiles. ¶ Quartò, verbum Dei in mysterio incarnationis supplet personalitatem & existentiam humanitatis, vt iam supra dictum est, ergo habet & propriam existentiam, & propriam personalitatem, alioqui humanitas terminaretur ad existentiã Patris, & Spiritus sancti, sicut ad existentiam Filij, & sic humanitas Christi existeret formaliter per existentiam Patris, & Spiritus sancti. ¶ Vltimo, ratio quam adducit D. Tho. in hac solutione nõ est legitima. Nam si ex eo, quod natura & persona in diuinis sunt idem est vna existentia, ergo cum in diuinis natura & personalitas sint idem nõ erit nisi vna personalitas. ¶ Ad hoc dubium dicitur primo, quòd cùm dicit D. Thom. quod in diuinis personis est tantum vnum esse, exponendus est de esse

Explicatur D. Thom.

Dubium, quomodo in diuinis sit tantum vnum esse.

Primũ arg.

Secundum

Tertium.

Quartum.

Vltimum.

Solutio.

essentiæ, vel de esse actualis existentiæ absolutæ, & substantialis. Nam existentiæ relatiuæ in diuinis personis multiplicãtur, habẽt enim inter se oppositionem, de qua re diximus plura in loco dudum citato. Secũdo dico, in Deo diuinæ personæ habent existentiam ab essentia. Prius enim intelligimus Deum vnum existentẽ, quam proprietates personales. In creaturis vero contra se res habet. Nam natura habet esse in supposito, & multiplicatur ad multiplicationem suppositi, & ideo in diuinis non est aliud esse personæ, & aliud esse naturæ. Propter quod cõfitemur vnicum esse, & vnicum Deũ existentem vnica existentia substantiali & absoluta. Nam relatiua existentia multiplicatur in diuinis, vt antea dictum est. Et ex his soluuntur argumenta in principio.

QVAESTIO XVIII.

De pertinentibus ad vnitatem in Christo quantũ ad voluntatem, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de vnitate quantũ ad voluntatẽ.

¶ Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm in Christo sit alia volũtas diuina, & alia humana.

¶ Secundò, vtrùm in humana natura Christi, sit alia voluntas sensualitatis, & alia rationis.

¶ Tertiò, vtrùm ex parte rationis fuerint in Christo plures voluntates.

¶ Quartò, vtrùm in Christo fuerit liberum arbitrium.

¶ Quintò, vtrùm volũtas humana Christi, fuerit omnino conformis diuinæ voluntati in volito.

¶ Sextò, vtrùm in Christo fuerit aliqua contrarietas voluntatum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm in Christo sint duæ voluntates.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd in Christo nõ sint duæ voluntates, vna diuina, & alia humana. Voluntas enim est primum mouens & imperans in vnoquoque volente. Sed in Christo primum mouens & imperans fuit voluntas diuina: quia omnia humana in Christo mouebãtur secũdũ

114 3. d. 14. art. 1. q. 1. cor. & di. 17. ar. 1. q. 1. Et 4. cõ. c. 36. Et po. q. 10. ar. 4. 13. Et op. 3. ca. 218. Et Io. 6. l 4 col. 3. fi.

voluntatẽ diuinam. Ergo videtur quòd in Christo non fuerit nisi vna voluntas, scilicet diuina. ¶ 2. Præterea, Instrumentum non mouetur propria voluntate, sed voluntate mouentis. Sed natura humana fuit in Christo sicut instrumentum diuinitatis eius. Ergo natura humana in Christo nõ mouebatur propria voluntate, sed diuina. ¶ 3. Præterea, Illud solũ multiplicatur in Christo quod pertinet ad naturam. Voluntas autem non videtur ad naturam pertinere: quia ea quæ sunt naturalia, sunt ex necessitate. Quod autem est voluntarium, non est necessarium. Ergo volũtas est vna tãtũ in Christo. ¶ 4. Præterea, Damas*. dicit in 3. lib. quòd aliqualiter velle non est naturæ, sed nostræ intelligentiæ, scilicet personalis. Sed omnis voluntas est aliqualis voluntas: quia nihil est in genere quod non sit in aliqua eius specie. Ergo omnis voluntas ad personã pertinet: sed in Christo fuit, & est vna tantum persona. Ergo in Christo est vna tantum voluntas. ¶ Sed contra est quòd Dominus dicit Lucæ. 22. Pater, si vis, transfer calicem istum à me: verumtamen non mea volũtas, sed tua fiat. Quod inducẽs Ambr. ad Gratianum Imperatorem dicit*, Sicut susceperat voluntatem meam suscepit tristitiam meam. Et super Luc. dicit†, Voluntatem suam ad hominem retulit, Patris ad diuinitatem: voluntas enim hominis est temporalis, voluntas diuinitatis æterna.

li. 3. ortho. fid. cap. 14.

li. 2. de fid. ad Gratia c. 3. à med. tom. 2.

Super illud Luc. Non mea voluntas, sed tua fiat. lib. 10. in Luc. tomo. 5.

Respondeo dicendum, quòd quidam posuerunt in Christo esse vnam solam voluntatem: sed ad hoc ponendum diuersimodè moti esse videntur. Apollinarius enim non posuit animam intellectualem in Christo: sed quòd Verbum esset loco animæ, vel etiam loco intellectus. Vnde cùm voluntas sit in ratione (vt Philosophus dicit in 3. de Anima*) sequebatur quòd in Christo non esset voluntas humana: & ita in eo non esset nisi vna voluntas. Et similiter Euthices, & omnes qui posuerũt vnam naturam compositam in Christo, cogebantur ponere vnam volũtatem in eo. Nestorius etiam, quia posuit vnionem Dei, & hominis esse factam solum secundum affectum & voluntatem, posuit vnam volũtatem in Christo. Postmodum verò Macharius Antiochenus Patriarcha, & * Ciprus Alexandrinus, & Sergius Constantinopolitanus, & quidam eorum sequaces, posuerunt in Christo vnam voluntatem: quanuis ponerent duas naturas in Christo secundum hypostasim vnitas: quia opinabantur quòd humana natura in Christo nunquam mouebatur proprio motu, sed solum secundum quòd erat mota à diuinitate: vt patet ex epistola synodica Agathonis Papæ†. Et ideo in sexta Synodo apud Constantinopolim celebrata, determinatum est oportere dici, quòd in Christo sint duæ voluntates. Vbi sic legitur*: Iuxta quod olim Prophetæ de Christo, & ipse nos erudiuit, & sanctorum Patrum nobis tradidit Symbolum, duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes prædicamus. Et hoc necessarium fuit dici. Manifestum est enim quòd filius Dei assumpsit humanam naturã perfectam: sicut suprà ostensum est†. Ad perfectionem autem humanæ naturæ pertinet voluntas, quæ est naturalis eius potentia, sicut & intellectus: vt patet ex his quæ in Prima parte dicta sunt*. Vnde necesse est dicere, quòd filius Dei humanam voluntatem assumpserit in humana natura. Per assumptionem autem humanæ naturæ, nullam diminutionem passus est filius Dei in his, quę pertinent ad diuinam naturam, cui competit voluntatem habere, vt in Prima parte habitum est*. Vnde necesse est dicere, quòd in Christo sint duæ voluntates, vna scilicet diuina, & alia humana. ¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd quicquid fuit in humana natura Christi, mouebatur nutu voluntatis

Li. 3. de anima tex. 42. tom. 2.

* Alias. Cipus, seu Typus.

Hæc epist. missa fuit ad Synodũ lecta in actione 4. & recepta in 8.

* In epist. Agatho. quæ fuit lecta in actio. 4. Synodi 6. gener.

Q. 2. art. 5.

P. p. q. 79. & 80.

P. p. q. 80.

diuinæ

diuinæ: non tamen sequitur quòd in Christo non fuerit motus voluntatis proprius naturæ humanæ: quia etiam aliorum Sanctorum piæ volũtates mouentur secundum voluntatem Dei, qui operatur in eis velle & perficere: vt dicitur Philip. 2. Licet enim voluntas non possit interius moueri ab aliqua creatura: interius tamen mouetur à Deo, vt in Prima parte dictum est*. Et sic etiam Christus secundum voluntatem humanam, sequebatur voluntatem diuinam, secundum illud Psa. 39. Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui. Vnde Augustinus dicit contra Maximinum†, Vbi dixit Filius Patri, Non quod ego volo, sed quod tu vis: quid te adiuuat, quòd tua verba subiũgis & dicis, Ostendit verè suam voluntatem, subiectam suo genitori: quasi nos negemus hominis voluntatem, voluntati Dei debere esse subiectam. ¶ Ad secundum dicendum, quòd proprium est instrumenti, quòd moueatur à principali agente, diuersimodè tamen secundum proprietatem naturæ ipsius. Nam instrumentum inanimatum, sicut securis aut serra, mouetur ab artifice per solum motum corporalem. Instrumentum verò animatũ anima sensibili, mouetur per appetitũ sensitiuum: sicut equus à sessore. Instrumentum verò animatum anima rationali, mouetur per volũtatem eius: sicut per imperium domini mouetur seruus ad aliquid agendum, qui quidé seruus est sicut instrumentum animatum, vt Philosophus dicit in 1. Politic*. Sic ergo humana natura in Christo fuit instrumentum diuinitatis, vt moueretur per propriam voluntatem. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ipsa potentia voluntatis est naturalis, & consequitur naturam ex necessitate. Sed motus vel actus huius potentiæ (qui etiam voluntas dicitur) quandoque quidem est naturalis & necessarius, puta respectu felicitatis: quandoque autem ex libero arbitrio rationis proueniens, & non necessarius neque naturalis (sicut patet ex his, quæ in Prima parte dicta sunt†) & tamen etiam ipsa ratio, quæ est principiũ huius motus, est naturalis. Et ideo præter voluntatem diuinam, oportet in Christo ponere volũtatem humanam, non solum, prout est potentia naturalis, aut prout est motus naturalis, sed etiam prout est motus rationalis. ¶ Ad quartum dicendũ, quòd per hoc quòd dicitur aliqualiter velle, designatur determinatus modus volendi: determinatus autem modus ponitur circa ipsam rem, cuius est modus. Vnde cùm voluntas pertineat ad naturam, ipsum etiam quod est aliqualiter velle, pertinet ad naturam: non secundum quod est absolutè considerata, sed secundum quod est in tali hypostasi. Vnde etiam voluntas humana Christi habuit quendã determinatum modũ, ex eo quòd fuit in hypostasi diuina, vt scilicet moueretur semper secũdũ nutũ diuinæ voluntatis.

P.p.q. 105. arti. 4.

lib. 3. c. 20. ante med. tom. 6.

li. 1. Polit. c. 3. & 4. & li. 8. ethi. c. 11. tomo. 5.

P.p.q. 5. ar. 8. & q. 6. artic. 1.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua. Reiectis hæreticorum opinionibus (Apollinaris videlicet, ponentis in Christo nó esse animam intellectiuam, sed loco eius verbum diuinum, & Euthicis ponentis vnam voluntatẽ solam compositam, sicut vnam similem naturam, atque Nestorij ponentis vnionem factam solum secundum affectum & ita vnam voluntatem, & Macharij Antiocheni Patriarchæ, & Cyprij Alexandrini, & Sergij Constantinopolitani asserentium vnicam in Christo voluntatem cum multiplicitate naturæ) ex Concilio Constantinop. 6. determinat D. Tho. veritatem, & conclusionem huius articuli, quæ & probatur ex illo Luc. 22. Pater, si vis, transfer calicem istum à me verumtamen nó mea voluntas, sed tua fiat. Quod inducẽs Ambrosius ad Gratianum Imperatorem, inquit, sicut susceperat voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Et super Lucam dicit, voluntatem suã ad hominem retulit, Patris ad diuinitatem. Voluntas enim hominis est temporalis, voluntas diuinitatis æterna. Deinde, filius Dei assumpsit humanam naturam perfectam, ad quam pertinet humanæ naturæ voluntas, quę est naturalis eius potentia sicut intellectus, sed per talem assumptionem, nullam passus est filius Dei diminutionem in his, quæ pertinent

Conclusio. Conc. Constantinop. Lucæ. 22.

ad naturam diuinam, cui competit habere voluntatem, ergo in Christo ponendæ sunt duæ voluntates, vna diuina & alia humana.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CONclusio huius articuli est certa secundum fidem catholicam, estque definita in Concilio Lateranen. I. sub Martino I. per multos Canones à Canone. 10. vsque ad 17. Rursus est definita in 6. Synodo generali act. 4. in qua Agatho summus Pōtifex multifarie probat in Christo Domino esse duas voluntates. Primò ex ratione, quoniam est perfectus Deus & perfectus homo. Secundo, ex testimonijs sacrarum scripturarum. Matth. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu. & Lucæ. 22. Non mea voluntas, sed tua fiat. & in alio loco non veni vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me Patris. Animaduertēdum est tamen quod multa testimonia ex sacris literis, quæ ibi adducuntur in cōfirmationem huius veritatis, non probant directe duas voluntates in Christo, sed probant tantum in Christo fuisse volūtatem humanā, inde tamē sequitur contra hæreticos recensitos per euidentem cōsequentiā fuisse duas voluntates in Christo, quoniam illi libenter asserebāt volūtatem diuinam. Legatur de re hac Concilium Chalcedonense, & quæ dicta sunt in superioribus artic. 1. Tertio probatur testimonijs sanctorum Patrū, Ambrosij, Augustī. Chrysost. Athan. Cyrilli, vtriusque Gregorij, & Leonis hoc ipsum vnanimi consensu asserētium. Est autem hæresis hæc confutata quantum apparet omnino stulta & insana, quoniā si in Christo sunt duæ naturæ, quod etiam isti hæretici admittunt, euidens est, ponendas esse in eodē duas voluntates, quoniam vtraque natura est intellectiua, cuius vna potentia necessario est voluntas. Sed existimabāt isti hæretici (vt inquit D. Thom. in hoc articulo) quod humana natura in Christo nunquam mouebatur proprio motu, sed solum secūdum quod erat mota à diuinitate, vt patet ex Epistō. Agathonis. Ex quibus verbis Dominus Caietanus hoc in loco colligit hos hęreticos non negasse quidē potentiam voluntatis humanę in Christo, sed tantum motum, & actum. Veruntamen quoniam frustra est potētia & superuacanea, quæ nullo tempore ad actum reducitur, inde consequebatur eos negare potētiam ipsam voluntatis. Cæterum hæc Caietani intelligētia si legantur concilia ac potisimū concilia superius allegata non satis explicat errorē istū. Multo igitur melius explicat hæresim istā D. Tho. 4. contra gent. c. 36. errarūt (inquit) isti hæretici quia nescierūt distinguere id quod est simpliciter vnum, & id quod est ordine ad finē vnū, & quia videbant Christi voluntatē humanam subditam, & ordinatam esse semper cum diuina, dicebant eam esse vnam voluntatē cū diuina. Sed hic dicendi modus, est manifestus error in Philosophia naturali. Etenim ea, quæ sunt ordine vnū, non sunt simpliciter vnū sed secundum aliquam peculiarem rationem.

Cōci. Late.

Rationes Agathonis Pontificis. Matth. 26. Lucæ. 22.

Testimonia sanctorum Patrū.

Caietanus.

D. Thom.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm in Christo fuerit aliqua voluntas sensualitatis, præter rationis voluntatem.

AD secūdum sic proceditur. Videtur, quòd in Christo nō fuerit aliqua volūtas sensualitatis præter rationis volūtatem. Dicit enim Philosophus in 3. de Anima*. quòd volūtas in ratione est, in sensitiuo autem appetitu est irascibilis & concupiscibilis. Sed sensualitas significat appetitum sensitiuū. Ergo non fuit in Christo voluntas sensualitatis. ¶ 2. Prætereà, Secūdum Aug. 12. de Tri.† sensualitas significatur per serpētem. Sed nihil serpentinum fuit in Christo: habuit enim similitudinē animalis venenosi sine veneno: vt Aug. dicit* super illud Ioan. 3. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto. Ergo in Christo non fuit voluntas sensualitatis. ¶ 3. Prætereà, Voluntas sequitur naturam, vt dictum est.* Sed in Christo non fuit nisi vna natura præter diuinā. Ergo in Christo nō fuit, nisi vna voluntas humana. ¶ Sed contra est, quod Ambr. dicit in 2. ad Gratianum Imp†. Mea est voluntas, quam suam dicit, quia vt homo suscepit tristitiam meam. Ex quo datur intelligi, quòd tristitia pertineat ad humanam voluntatem in Christo. Sed tristitia pertinet ad sensualitatē: vt in Secunda parte habitū est*. Ergo videtur, quòd in Christo sit voluntas sensualitatis, præter voluntatem rationis.

115

Infra art. 5. co. Et 3. di. 17. art. 1. q. 2. Et opu. 3. c. 239.

*li. 3. de anima, text. 42. tom. 2.

li. 12. c. 13. paulò post princ. to. 3.

Extrac. 11. à medio post collig. tom. 9.

Art. præce.

li. 2. de fide ad Grat. c. 3. à medio to. 2.

1. 2. q. 23. ar. 1. & 3.

Respondeo dicendum, quòd sicut prædictum est,* filius Dei humanam naturā assumpsit cum omnibus, quæ pertinēt ad perfectionem ipsius naturæ humanæ. In humana autē natura includitur etiā natura animalis, sicut in specie

Art. præce.

includitur

includitur genus. Vnde oportet quòd filius Dei assumpserit cum humana natura, etiam ea, quæ pertinent ad perfectionem naturæ animalis, inter quæ est appetitus sensitiuus, qui sensualitas dicitur: & ideo oportet dicere, quòd in Christo fuerit sensualis appetitus siue sensualitas. Sciendum est etiam, quòd sensualitas, siue sensualis appetitus, in quantum est natus obedire rationi, dicitur rationale per participationem, vt patet per Philos. in 1. Ethic.* Et quia voluntas est in ratione (vt dictum est†) pari ratione potest dici quòd sensualitas sit voluntas per participationem.

1.1. ethi.c. vlt.rom. 5. †Art. præc.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de voluntate essentialiter dicta, quæ non est nisi in parte intellectiua. Sed voluntas participatiuè dicta, potest esse in parte sensitiua, in quantum obedit rationi. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sensualitas signatur per serpentem non quantum ad naturam sensualitatis, quam Christus assumpsit: sed quātum ad corruptionem fomitis, quæ in Christo non fuit. ¶ Ad tertium dicendū, quòd vbi est vnū propter alterū, ibi vnū tātū esse videtur: sicut superficies, quę est visibilis per colorē, est vnū visibile cū colore. Et similiter quia sensualitas nō dicitur volūtas, nisi quia participat voluntatē rationis: sicut est vna natura humana in Christo, ita etiā ponitur vna voluntas humana in Christo.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. D. Ambro.

CONclusio est, in Christo est appetitus sensitiuus. Probatur ex D. Ambrosio in lib. 2. ad Gratianum. Vbi inquit, mea est volūtas, quam suam dixit, quia vt homo suscepit tristitiam meam. Ex quo datur intelligi, quòd tristitia pertinet ad humanam voluntatem in Christo, sed tristitia pertinet ad sensualitatē, ergo in Christo est volūtas sensualitatis præter volūtatē rationis. Deinde, filius Dei assumpsit naturam humanā cum omnibus quæ pertinent ad perfectionem ipsius naturæ, sed ad perfectionē naturæ pertinet appetitus sensitiuus, qui & sensualitas dicitur, ergo &c. Aduertit tamē D. Tho. quod sensualitas siue appetitus sensitiuus dicitur rationalis per participationem in quātum est natus obedire rationi. Similiter quia voluntas est in ratione potest etiam dici, quod sensualitas sit voluntas per participationem.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CONclusio huius articuli est certa secūdū fidem catholicam. Nam in sacris literis frequentissime fit mētio de affectionibus gaudij, & mœroris, doloris, & tristitiæ, quæ pertinent ad partem inferiorē appetitus sensitiui. Deinde quoniā Christus est perfectus homo sicuti perfectus Deus, sed ad perfectionē humanæ naturæ pertinet appetitus sensitiuus, ergo. ¶ In hoc articulo obseruādū est, quod sensualitas (autore D. Tho. 1. p. q. 81.) vocatur appetitus sensitiuus, & sic nō est nomen vitij sicut nos cōmuniter sensualitatem vsurpamus, sed potius est nomē potētię naturalis. Et ideo absq; dubio ponenda est in Christo. Ex quo colligitur quāto in errore versentur qui asserunt, quod inclinatio appetitus sensitiui sit ad malū & cōtra rationē, quia secundū istorum sententiam appetitus sensitiuus non fuisset in Christo, at secundū fidē catholicā talis appetitus ponēdus est in Christo, ergo eius inclinatio naturalis nō est ad malū, sed potius vt obediat rationi. ¶ Sed est dubiū, Vtrùm in Christo fuerit aliquis actus indeliberatus appetitus sensitiui, an vero quilibet eius motus semper sequatur iudicium, & deliberationē rationis? Videtur illud primū scilicet, quod in Christo sit aliquis actus indeliberatus. Primo, quia D. Thom. hoc in loco dicit, quod in Christo fuit volūtas sensualitatis, sicut in nobis, sed in nobis voluntas sensualitatis habet actus indeliberatos præuenientes iudiciū rationis, ergo & in Christo fuerūt tales actus. Confirmatur, Christus Dominus fuit similis nobis in natura & in potentijs tam pertinentibus ad partē rationis superiorē, quam ad inferiorē animæ portionē, ergo habuit similes motus nobiscū quandoquidem tales motus ex cōditione naturæ oriuntur. ¶ Secundo, voluntas vt natura non dicit deliberationē, ergo actus eius indeliberatus potuit esse in Christo. Antecedens probatur. Voluntas vt natura in hoc distingui tur à libero arbitrio, quod libertas sequitur deliberationē rationis, volūtas vero vt natura minime, quod discrimen assignatur à D. Tho. in. 3. d. 17. artic. 1. quæstiuncula. 2. &. 1. p. q. 83. art. 4. ¶ Tertio, cognitio sensitiua sufficiēs mouere appetitū prior est quam intellectiua, vt in nobis experimēto cōpertū est, sed in Christo Domino fuit talis cognitio sensitiua, ergo fuit etiā motus appetitus sensitiui sequēs talē cognitionem. ¶ Verūtamen, quod in Christo Domino nō fuerit aliquis actus indeliberatus

Sensualitas æquiuocā habet significationē.

Vtrùm in Christo sit aliquis motus indeliberatus.

Primū arg.

Confir.

Secundum

D. Tho.

Tertium.

In oppositum.

appetitus sensitiui asserit D. Tho. supra q. 15. art. 4. estq; certissimũ. Tum quoniã Christus Dominus multis excedebat primum hominẽ conditum in iustitia originali, & in statu innocentiæ, sed in Adam nullus fuit actus appetitus, qui prẽueniret iudiciũ rationis, ergo multo minus in Christo. Tum vero quoniã Christus per omnem actum viatoris ab appetitu sensitiuo elicitum potuit mereri, ergo omnis talis actus fuit liber, & à iudicio rationis regulatus. Deinde, Christi humanitas per summã coniunctionem ad verbum diuinũ affluebat maxima sapientia, qua omnes eius actus regulantur, ergo incõueniens est asserere aliquem actũ appetitus sensitiui absque iudicio rationis antecedente. Rursus, sicut pars rationis superior ita diuinæ voluntati subdebatur vt omnes eius rationes ab illa regerẽtur, ita inferior portio appetitus sic erat superiori subiecta vt nullus esset motus quantumuis minimus, qui nõ regularetur rationis iudicio, fuit ergo omnis motus appetitus sensitiui voluntarius. Voluntariè enim esuriuit, tristatus est, & vnamquanq; viriũ propria exercere disposuit. Vnde omnis motus appetitus sensitiui in Christo merito dicitur rationalis per participationem, & appetitus ipse sensitiuus, voluntas per participationem. ¶ Ad primum argumentum cum eius confirmatione respondetur, quod etiam si Christus nobis assimiletur in natura, & in voluntate sensualitatis, & in his nullũ sit discrimen, est tamẽ maxima differẽtia in exercitio istarum potẽtiarum. Etenim in Christo propter summam coniunctionem ad Verbũ, & propter summam sapiẽtiam, qua eius intellectus illustrabatur, motus appetitus sensitiui semper regulabatur iudicio rationis. In nobis vero, vbi deficiens est cognitio & continua pugna inter voluntatem & appetitũ inferiorẽ, non est mirũ si sint aliqui motus indeliberati. ¶ Ad secundum dicendum est infra articu. 5. huius quæstionis. ¶ Ad tertium argumẽtum respondetur, quod quamuis cognitio sensitiua prævenies iudicium intellectus secũdum se esset sufficiens ad mouendum appetitũ, in Christo tamen nunquam fuit sola ista cognitio, vt moueret appetitum, sed simul affuit intellectiua cognitio ad eius motum propter rationes superius allatas.

Ad primũ.

Ad secũdũ.

Ad tertium

116 Sup. ead. q. art. 2. 2. Et inf. ar. 4. & 5. cor. Et 3. d. 17. ar. 1. q. 3. Et opu. 3. ca. 239.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm in Christo fuerint duæ voluntates, quantum ad rationem.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd in Christo fuerint duæ voluntates quantum ad rationem. Dicit enim Damas.* in 2. lib. quòd duplex est hominis voluntas, scilicet naturalis, quæ vocatur thelisis: & voluntas rationalis, quæ vocatur bulisis. Sed Christus in humana natura habuit quicquid ad perfectionẽ humanæ naturæ pertinet. Ergo vtraque prædictarum voluntatũ fuit in Christo. ¶ 2. Præterea, Vis appetitiua diuersificatur in homine secundum diuersitatem virtutis apprehensiuæ: & ideo secundum differentiam sensus & intellectus diuersificatur in homine appetitus sensitiuus & intellectiuus. Et similiter quantum ad apprehensionem hominis ponitur differẽtia rationis & intellectus, quorum vtrunque fuit in Christo. Ergo fuit in eo duplex voluntas, vna intellectualis, & alia rationalis. ¶ 3. Prætereà, A quibusdam ponitur in Christo volũtas pietatis, quę non potest poni nisi ex parte rationis. Ergo in Christo ex parte rationis sunt plures voluntates. ¶ Sed cõtra est quòd in quolibet ordine est vnum primum mouens, sed voluntas est primum mouens in genere humanorum actuũ. Ergo in vno homine non est nisi vna voluntas propriè dicta, quæ est voluntas rationis: Christus autẽ est vnus homo. Ergo in Christo est vna tantum voluntas humana.

li. 2. c. 22. & li. 3. ca. 14. & 18.

Respondeo dicẽdum, quòd sicut dictum est†, voluntas quandoque accipitur pro potẽtia, & quãdoque pro actu. Si ergo voluntas accipiatur pro actu, sic oportet in Christo ex parte rationis ponere duas volũtates, id est, duas species actuum voluntatis. Voluntas enim, vt in Secũda parte dictum est†, & est finis, & est eorum, quæ sunt ad finem, & alio modo fertur in vtrunque. Nam in finẽ fertur simpliciter & absolutè, sicut in id, quod est secundum se bonum. In id autem, quod est ad finem, fertur cum quadam comparatione, secundũ quod habet bonitatem ex ordine ad aliud. Et ideo alterius rationis est actus voluntatis, secundum quod fertur in aliquid,

† Arti. 1. huius q. ad 3.

† P. 2. q. 8. ar. 2. & 3.

quod

quod est secundum se volitũ: vt sanitas (quod à Damasc. * vocatur thelisis, id est, simplex voluntas: & à Magistris vocatur voluntas vt natura) & alterius rationis est actus voluntatis, secũdũ quod fertur in aliquid quod est volitũ solum ex ordine ad alterum: sicut est sumptio medicinæ: quem quidẽ voluntatis actũ Damasc† vocat bulisim, id est, consiliatiuam voluntatem, à Magistris autẽ vocatur voluntas vt ratio. Hæc autem diuersitas actus nõ diuersificat potẽtiam: quia vterque actus attenditur ad vnam communem rationẽ obiecti, quod est bonum. Et ideo dicendum est, quòd si loquamur de potẽtia volũtatis, in Christo est vna sola voluntas humana, essentialiter, & nõ participatiuè dicta. Si verò loquamur de volũtate, quę est actus, sic distinguitur in Christo volũtas, quæ est vt natura, quæ dicitur thelisis: & voluntas, quæ est vt ratio, quæ dicitur bulisis.

Loco citato in arg. 1.

Loco citato in arg. 1.

Ad primũ ergo dicẽdum, quòd illæ duæ voluntates non diuersificantur secundum potẽtiam, sed solum secundũ differẽtiam actus, vt dictum est*. ¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam intellectus & ratio non sunt diuersæ potentiæ: vt in Prima parte dictum est†. ¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas pietatis non videtur esse aliud quàm voluntas, quæ consideratur vt natura, in quantum scilicet refugit alienũ malum absolutè consideratum.

In corp. ar.

P. p. q. 79. artic. 8.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio.

PRima conclusio. Si volũtas accipiatur pro potentia, in Christo est tantũ vna volũtas humana essentialiter. Probatur, in quolibet ordine est vnum primum mouens, sed voluntas est primum mouens in genere humanorum actuum, ergo in vno homine non est nisi vna voluntas essentialiter, Christus autẽ est vnus homo, ergo in Christo est tantum vna voluntas humana. Deinde, vnitas potentiæ sumitur ex vnitate formali actus & obiecti, sed est vnica ratio formalis obiecti, scilicet, bonum, ergo est vnica tantum potentia. ¶ Secunda conclusio, si voluntas accipiatur pro actu, sic oportet in Christo ex parte rationis ponere duas voluntates, id est, duas species actuum volũtatis,

2. Concluſ.

Nam alter est actus voluntatis per quẽ fertur in finem, alter vero per quem fertur in media. Prima volũtas, quæ est finis, vocatur voluntas vt natura. Secunda, quæ est eorũ quæ sunt ad finem vocatur voluntas vt ratio. Quod vero istæ voluntates distinguantur; probatur, quia voluntas fertur in finẽ simpliciter & absolute, nã fertur in id, quod est secũdũ se bonũ, in id vero quod est ad finem fertur cum quadam comparatione, quia fertur in id secũdũ quod habet bonitatem ex ordine ad aliud, scilicet finem, ergo distinguuntur inter se.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrũm in Christo esset aliquis motus inde liberatus volũtatis. Solutio.

DVbium est breue in hoc articulo, Vtrũm in Christo fuerit aliquis motus naturalis in voluntate qui nõ esset in eius potestate, vt vitaretur? In cuius expositione recolẽda sunt, quæ articulo præcedenti dicũtur. Sed pro maiori explicatione dicitur primo. Necessario debent poni aliqui motus naturales & necessarij, qui non erant in potestate Christi vt sine miraculo vitarentur, in appetitu sensitiuo scilicet, & in alijs potentijs naturalibus cognoscitiuis. Etenim si apertos haberet oculos, & obiectum esset debite applicatum non poterat non videre. Et si aliqua læsione corpus eius prẽmebatur, vt quãdo flagellabatur à Iudæis non poterat non dolere, si attẽdatur cognitio appetitus sensitiui, quia huiusmodi potentiæ sunt naturales, ergo habent actus naturales sibi proportionatos. Secundo dico, in voluntate rationis non fuerunt huiusmodi motus naturales, quos tamen asserunt quidam Theologi minus recte considerantes in. 3. dist. 15. & dist. 17. Primo quoniam (vt inquit D. Tho. 1.2. quæst. 10.) voluntas non necessitatur sed est libera in suis actibus quantum ad exercitium. Secundo, si Christus Dominus habuit huiusmodi motus naturales prẽuenientes deliberationem rationis, ergo concedi potest, quòd habuit aliquos actus malos ex obiecto, qui tamen non imputabantur ad culpã, quia antecedebant libertatem. Consequentia hæc probatur. Nam quemadmodum voluntati proponitur obiectum rationi consonum, ita etiam proponi potest obiectum malũ. Deinde sequeretur, quod Christus Dominus tempore passionis non voluerit absolute mori, consequens autem est falsum, ergo. Probatur sequela, quia toto illo tẽpore habebat volũtatem necessariam & naturalem non moriendi. Tertio dicitur, Christus Dominus, vt viator nullum habuit actum, qui non esset in eius potestate saltem antecedenter & per consequẽs erat liber & deliberatus. Probatur, omnis actus Christi erat prẽuisus secundũ scientiam

beatam & inditã, quibus nõ ſolum præſentia, verum etiam præterita, & futura cognoſcebat, ergo omnis eius actus erat præuolitus & poterat vitari. Ex quo ſequitur, quod etiã motus appetitus naturalis, per quem triſtabatur & dolebat, dicendus eſt in poteſtate Chriſti fuiſſe, quandoquidem multo ante præuiſus fuerat & voluntariè ſuſceptus.

ARTICVLVS QVARTVS.
Vtrùm in Chriſto fuerit liberum arbitrium.

117 3.di.14.ar. 1.q. 1. cor. & diſt.17. ar.1.q.3.5. Et diſt. 18. art.2. 5. *li.3.c.14. non procul à fine.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd in Chriſto non fuerit liberum arbitrium. Dicit enim Dama.* in 3. libr. Gnomen autem, id eſt, ſententiam vel mentem vel excogitationem, & prohæreſim, id eſt, electionem, in Domino dicere impoſsibile eſt, ſi propriè loqui volumus. Maximè autem in his, quæ ſunt fidei, eſt propriè loquendum. Ergo in Chriſto non fuit electio, & per conſequens nec liberum arbitrium, cuius actus eſt electio. ¶ 2. Prætereà, Philoſophus dicit in 3. Ethic†. quòd electio eſt appetitus præconſiliati. Sed cõſiliũ non videtur fuiſſe in Chriſto, quia non conſiliamur, de quibus certi ſumus: Chriſtus autem de omnibus certitudinem habuit. Ergo in Chriſto non fuit electio, & ſic nec liberum arbitriũ. ¶ 3. Prætereà, Liberum arbitrium ſe habet ad vtrunque. Sed voluntas Chriſti fuit determinata ad bonum, quia nõ potuit peccare, ſicut ſuprà dictum eſt*. Ergo in Chriſto non fuit liberum arbitrium. ¶ Sed contra eſt, quod dicitur Iſa. 7. Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum: quod eſt actus liberi arbitrij. Ergo in Chriſto fuit liberum arbitrium.

li.3.ethi.c. 3. circa fin. to.5. q.15.art.1. & 2.

Reſpondeo dicendum, quòd ſicut dictũ eſt†, in Chriſto fuit duplex actus voluntatis. Vnus quidem, quo eius voluntas ferebatur in aliquid, ſicut ſecundum ſe volitum: quod pertinet ad rationem finis. Alius autem, ſecundum quem eius volũtas ferebatur in aliquid per ordinem ad aliud: quod pertinet ad rationem eius, quod eſt ad finẽ. Differt autem, vt Philoſophus dicit in 3. Ethic*. electio à voluntate in hoc, quòd voluntas, per ſe loquendo, eſt ipſius finis: electio autem eorum quæ ſunt ad finem. Et ſic ſimpliciter voluntas, eſt idẽ quod voluntas vt natura. Electio autem eſt idem quod volũtas vt ratio: & eſt proprius actus liberi arbitrij: vt in Prima parte dictum eſt†. Et ideo cùm in Chriſto ponatur voluntas vt ratio, neceſſe eſt etiam ponere electionem, & per cõſequens liberũ arbitriũ, cuius actus eſt electio: vt in Prima parte habitum eſt*.

art.1.huius q.ad 3. li.3.ethi.c. 2.in fin.tomo.5. P.p.q.83. art.4. P.p.q.83. ar.3.& p.2. q.13.art.1.

Ad primum ergo dicendum, quòd Damaſc. excludit à Chriſto electionẽ, ſecundum quod intelligit in nomine electionis importari dubitationẽ. Hæc tamen dubitatio non eſt de neceſsitate electionis: quia etiam Deo conuenit eligere: ſecundum illud Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo, &c. cùm tamen in Deo nulla ſit dubitatio. Accidit tamen dubitatio electioni, in quantum eſt in natura ignorante. Et idem dicẽdum eſt de alijs, de quibus fit mentio in autoritate prædicta.* ¶ Ad ſecundum dicendũ, quòd electio præſupponit conſilium, non tamen ſequitur ex conſilio niſi iam determinato per iudicium. Illud enim quod iudicamus agendum, poſt inquiſitionem conſilij eligimus, vt in 3. Ethicorum dicitur*. Et ideo ſi aliquid iudicetur, vt agendum abſque dubitatione & inquiſitione præcedente, hoc ſufficit ad electionem. Et ſic patet quòd dubitatio ſiue inquiſitio nõ per ſe pertinet ad electionem, ſed ſolum ſecundum quod eſt in natura ignorãte. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd voluntas Chriſti licet ſit determinata ad bonum: non tamen eſt determinata ad hoc vel ad illud bonum. Et ideo pertinet ad Chriſtum eligere per liberum arbitriũ confirmatum in bono, ſicut ad beatos.

Citata in arg.1. li.3.ethi.c. 2.& 3.to.5.

SVMMA TEXTVS.

CONcluſio eſt affirmatiua. Et patet ex Eſai. 7. vbi ſermonem faciens Propheta de

Concluſio. Eſai.7.

de Christo inquit, butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malũ & eligere bonum; in quibus verbis significatur libertas Christi in fuga mali & prosecutione boni. Deinde Christus per electionem voluntatis ferebatur in media, quæ ducunt ad finem, ergo habuit liberum arbitrium. Probatur consequentia, quia in hoc distinguitur voluntas vt natura à voluntate vt libera, quod voluntas vt natura fertur in finem, vt libera vero in ea, quæ sunt ad finem.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo circa solutionem ad tertiũ in qua dicit D. Thom. quod etiam si sit impossibile Christum peccare adhuc tamen manet in eius voluntate libertas, est dubiũ. Nam secundum sententiam D. Augustini. liberum arbitrium est facultas qua bonum & malum eligitur, sed in Christo non est facultas eligendi malum, ergo in eo non fuit liberum arbitriũ. Et D. Hierony. in homilia de filio prodigo inquit, solus Deus est in quem peccatum non cadit, nec cadere potest, cætera cum sint liberi arbitrij in vtramq; partem flecti possunt. Vbi tota causa labendi in peccatum refertur in liberum arbitriũ, sed Christo Domino repugnat peccatum, ergo non habet libertatẽ. ¶ In huius dubij expositione notandum, quod liberum arbitrium tantum importat facultatẽ rationis & volũtatis secundũ quam in vtrãq; cõtradictionis partẽ flecti potest. Quod vero volũtas in malũ inclinari valeat, non est de essentia libertatis, sed hoc prouenit ex dispositione naturæ, in qua liberum arbitriũ residet. Propter quod aliter reperitur libertas in Deo aliter in creaturis. Etenim cum Deus sit perfectissimus, radix & origo totius perfectionis non potest esse in eo principium alicuius defectus. Vnde nec eius libertas potest in aliquod malũ propendere, creaturæ vero quantumuis perfectę cum sint ex nihilo productę, quantum est ex se possibiliter labuntur in peccatum, & hac ratione Christi humanitas per se seorsum considerata labi poterat in peccatum. Verum ex coniunctione ad verbum diuinum tanta resultauit concordia & rectitudo, vt in nullo vnquam deficere potuerit. Ex his facile explicantur Sanctorum testimonia in oppositum adducta. Nam ad D. Augustinum respondetur, quod posse eligere malum non est de ratione liberi arbitrij, sed consequitur liberum arbitrium secundum quod est in natura creata possibili, vt deficiat. Ad Diuum Hieronymum respondetur, quod in illis verbis videtur excluisse liberum arbitriũ à Deo non simpliciter sed solum quantum ad hoc, quod est deflecti in peccatum.

Dubium. Augusti. Hierony. D. Augusti. D. Hieron.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm voluntas humana Christi, fuerit omnino conformis diuinæ voluntati in volito.

AD quintũ sic proceditur. Videtur q; volũtas humana in Christo nõ voluerit aliud, quàm Deus vult. Dicitur enim in Psal. 39. ex persona Christi, Vt facerẽ voluntatẽ tuam Deus meus, volui. Sed ille qui vult voluntatẽ alicuius facere, vult quod ille vult. Ergo videtur quòd volũtas humana Christi nihil aliud voluerit, quàm voluntas diuina ipsius. ¶ 2. Præterea, Anima Christi habuit perfectissimã charitatẽ, quę etiã cõprehensionẽ nostræ scientiæ excedit: secundũ illud Ephe. 3. Supereminentem scientiæ charitatẽ Christi. Sed charitatis est facere, quòd homo idem velit quod Deus. vnde & Philosophus in 9. Eth*. dicit, quòd vnũ de amicabilibus est eadẽ velle & eligere. Ergo voluntas humana in Christo nihil aliud voluit, quàm diuina. ¶ 3. Pręterea, Christus fuit verus comprehensor. Sed Sancti, qui sunt cõprehensores in patria, nihil aliud volunt, quàm quod Deus vult: alioquin nõ essent Beati, quia nõ haberent quicquid vellent: Beatus enim est qui habet quæcunque vult, & nihil male vult: vt Aug. dicit in li. de Trin*. Ergo Christus nihil aliud voluit secundũ volũtatẽ humanam, quàm voluit voluntas diuina. ¶ Sed cõtra est, quod Aug. dicit contra Maximinũm: In hoc quod Christus ait, Non quod ego volo, sed quod tu, aliud se ostendit voluisse, quàm Pater: quod nisi humano corde nõ posset, cùm infirmitatem nostram in suũ, non diuinum, sed humanũ transfiguraret affectum.

118 Infra q. 21. arti. 3. & 4. Et 3. di. 17. ar. 2. q. 1. Et 4. cõtra ca. 36. fi.

lib. 9. ca. 4. tom. 5.

li. 13. ca. 5. in fi. & c. 6. tom. 3.

lib. 3. cont. Max. c. 20. in medio. tom. 6.

Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est*, in Christo secũdũ humanã naturã ponitur duplex volũtas, scilicet voluntas sensualitatis, quæ participatiuè voluntas dicitur: & voluntas rationalis, siue consideretur per modũ naturæ, siue per modũ rationis. Dictum est

Ar. 1. 2. & 3. huius q.

autem

q.14. art.1. ad 2. autem supra*, quòd ex quadam dispensatione filius Dei ante suá passioné permittebat carni agere & pati quæ sunt ei propria. Et similiter etiam permittebat omnibus viribus animæ agere & pati quæ propria. Manifestum est autem, quòd voluntas sensualitatis, refugit naturaliter dolores sensibiles & corporis læsionem. Similiter etiam voluntas vt natura, repudiat ea, quæ sunt naturæ contraria, & quæ sunt secundum se mala: puta mortem, & alia huiusmodi. sed hæc tamen voluntas, quandoque per modum rationis eligere potest ex ordine ad finem. Sicut etiam in aliquo puro homine sensualitas eius, & etiam voluntas absolutè considerata refugit vltionem, quam tamen voluntas secundum rationem eligit propter finem sanitatis. Voluntas autem Dei erat, vt Christus dolores & passiones & mortem pateretur: non quòd ista essent à Deo volita secundum se, sed ex ordine ad finem humanæ salutis. Vnde patet, quòd Christus secundum voluntatem sensualitatis, & secundum voluntatem rationis, quæ consideratur per modum naturæ, aliud poterat velle, quàm Deus. Sed secundum voluntatem, quę est per modum rationis, semper idem volebat quod Deus. Quod patet ex hoc ipso quod dicit, Non sicut ego volo, sed sicut tu. Volebat enim secundum rationem, voluntatem diuinam impleri: quanuis aliud dicat se velle secundum quandam aliam eius voluntatem.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd Christus per voluntatem rationalem voluit vt diuina voluntas impleretur: non autem per voluntatem sensualitatis, cuius motus non se extendit vsque ad voluntatem Dei: neque per voluntatem, quæ consideratur per modum naturæ, quæ fertur in aliqua obiecta absolutè considerata, & non in ordine ad diuinam voluntatem. ¶ Ad secundum dicendum, quòd conformitas voluntatis humanæ ad voluntatem diuinam, attenditur secundum voluntatem rationis, secundum quam etiam voluntates amicorum concordant, in quantum scilicet ratio considerat aliquod volitum in ordine ad voluntatem amici. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus fuit simul comprehensor & viator, in quantum, scilicet per mentē fruebatur Deo, & habebat carnem passibilem. Et ideo ex parte carnis passibilis poterat in eo aliquid accidere, quod repugnaret naturali voluntati ipsius, & etiam appetitui sensitiuo.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio. PRima conclusio. Christus secũdum voluntatem naturalem, & secũdum voluntatem sensualitatis poterat aliud velle, quam Deus. Hæc conclusio probatur ex D. Augustin. lib. 3. cõtra Maximinum ca. 20. vbi ait, in hoc, quod Christus ait, nõ quod ego volo, sed quod tu, aliud se ostendit voluisse quam pater, quod nisi humano corde non pateret, cum infirmitatem nostram in suum non diuinum sed humanum transfiguraret affectum. ¶ Secunda conclusio. Christus secundũ voluntatē per modũ rationis, id est, eligendo, semper voluit idem quod Deus. Itaq; electio semper fuit conformis diuinæ voluntati velleitas non ité. Vtraq; conclusio probatur à D. Tho. nam voluntas sensualitatis naturaliter refugit læsionem corporis, & dolores sensibiles, & voluntas vt natura repudiat contraria naturæ & secundum se mala, voluntas verò rationis quandoq; hæc eligit ex ordine ad finem, vt cum propter sanitatem eligit brachij absciſionē. Cum itaque voluntas Dei esset, quod Christus mortē pateretur, & non per se volita erat mors, sed ex ordine ad finem salutis, patet Christum secundum voluntatem sensualitatis, & rationalem voluntatem cõsideratam per modum naturę, aliud potuisse velle, quam Deum: secundum verò voluntatem per modum rationis, semper voluisse quod Deus volebat; vnde dicebat, non sicut ego volo, sed sicut tu, quia volebat secundum rationem impleri diuinam voluntatem, quanuis aliud dicat se velle secundum aliam eius voluntatem.

Secunda Concluſ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Primo notandum. IN hoc articulo notandum est primo, actus volũtatis prout natura, quos in Christo ponimus esse velleitates quasdam, & volitiones quasdam cõditionatas & imperfectas, de quibus dicit Arist. 3. Ethicorũ, quod sunt etiã impossibilium. Quoniam voluntas si secundum se consi-

Arist.

se considereretur auersatur & fugit omnia mala naturæ, at vero volitio in vniuersali, nisi descẽdatur ad particularia & ad circunstantias singulares temporis & loci, non est volitio simpliciter efficax, sed conditionata tantũ. Huius simile est in nobis cũ dolemus de morte iuste patientium & plagis iuste à Deo nobis infligtis, & alijs huiusmodi. Vellemus enim hæc non esse, verumtamen fiat voluntas Dei dicimus & simpliciter acceptamus beneplacitum diuinæ voluntatis. ¶ Secundo notandũ, quod voluntas Christi rationalis non tantum secundum quod natura, verum etiam secundum, quod ratio ordinans vnum ad aliud, poterat velle & voluit sæpè aliud quam Deus licet nõ secundum eandem rationem. Probatur. Christus Dominus poterat velle non mori & recusare mortem per voluntatem rationalem secũdum quod ex morte sua secutura erat obstinatio & excæcatio in animis Iudæorum, & secũdum quod exinde secutura erat ruina Hierusalem, & ita re vera flebat super Hierusalẽ. Et ob hanc causam quidam sancti asserunt agoniam & sudorem sanguineum, quem pridie passionis sudauit ortum habuisse ex huiusmodi cõsideratione. Et ratio suffragatur huic veritati, quia etiam dicitur rationis deliberatio illa, quæ est secundum rationes inferiores, & naturales regulas humanæ vitæ, quibus pensatis & animaduersis non erat cur non desideraret non mori. Quod si contra hoc documentum obijciatur autoritas D. Tho. supra in articulo. 5. huius quęstionis, vbi dicitur, quod voluntas vt ratio, semper est conformis diuinæ voluntati. Respõdetur, quod per volũtatẽ vt ratio intelligit D. Tho. volũtatẽ cõplete deliberatam, scilicet, quæ sequitur deliberationes secũdũ rationes superiores & diuinas. Nã volũtas sequens deliberationes secũdũ rationes inferiores videtur magis voluntas, vt natura, quam vt ratio. Ita explicat D. Caietanus supra q. 14. art. 4. ad 1. Imo D. Tho. supra q. 13. art. 4. ad 1. explicans locum illum Matth. 7. vbi dicitur, quod ingressus Iesus domum, neminem voluit scire & non potuit latere, dicit ex mẽte Agathonis Papæ, quod volũtate humana neminem voluit scire, licet volũtate diuina, quæ semper impletur vellet oppositum. ¶ Tertio notãdum, quod voluntas appetitus sensitiui, & voluntas rationalis secũdum quod natura, licet non fuerint voluntati diuinæ conformes in volito materiali, erant tamen semper cõformes cum voluntate diuina in ratione causæ efficiẽtis, quia voluntas diuina volebat vt istæ partes suis motibus naturalibus mouerentur, & vt Christus sic contristaretur, nollet mortem, & recusaret quod Deus volebat. ¶ Quarto notandũ, quod voluntas Christi rationalis, prout ratio erat, semper voluit ipsum quod Deus & fuit illi conformis etiam in volito materiali. Probatur primo, quia licet talis potẽtia haberet velleitatem alterius rei, quam Deus volebat secundum alias peculiares causas, tamen semper omnibus rite pensatis & considératis simpliciter acceptum illi erat & gratum per volitionẽ absolutã id ipsum quod Deus volebat. Simile est in eo qui imminente tempestate proijcit merces in mare, quãuis nollet proijcere attendendo familiæ sustentationẽ, & honorificum statum, & alia cõmoda, quæ ex tali proiectione deperduntur. Probatur secundo, voluntates amicorum concordant secundum voluntatem rationis in quantũ ratio considerat aliquid volitũ in ordine ad voluntatem amici, sed sic est quod voluntas Christi voluit, quicquid ratio ordinabat ad voluntatem Dei, qua ratione ordinatũ erat ad Dei voluntatem licet alijs titulis recusaret, ergo. Tertio, licet beati in patria habeant voluntatẽ cõformem cũ diuina in volito materiali, vt probat D. Tho. in argumento tertio, nõ est tamẽ inconueniens asserere in illis aliquas velleitates conditionales rei oppositæ, vt velleitatem quod omnes fideles saluentur, ergo idem est in Christo. ¶ Quinto notandũ cum Domino Caietano in hoc articulo, quod tam actus voluntatis per modũ naturæ, quam actus sensualitatis, ex propria natura habet obiectũ abstrahens ab ordine ad diuinam voluntatẽ, & propterea quantum est ex parte obiecti non spectat ad hos motus conformitas ad diuinã voluntatem, dico autem quantũ est ex parte obiecti, quia ex parte subiecti etiam actus isti cõformes sunt diuinæ voluntati in beatis. Ita quod inter Christum ante mortem & beatos differẽtia horum motuum in volito ex parte subiecti oritur: quia, scilicet, Christus animã & carnem passibilem habebat beati autẽ non. Hinc enim fit vt Christi voluntati naturali, & sensuali occurrerent aliqua vt contraria, & læsiua, quæ beatis exemptis ab omnis possibilitate mali occurrere nequeunt, & propterea beati etiam secundum naturalem voluntatis motum, & secundum appetitum sensitiuum cõformãtur diuinæ voluntati in volito, Christus autem non.

Secũdo notandum.

Obiectio.

Solutio.

Caietanus. D. Tho.

Tertio notandum.

Quarto notandum.

Quinto notandum. Caietanus.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm in Christo fuerit cõtrarietas Voluntatum.

119 3. dist. 17. ar. 2. q. 2. & 5. Et opu. 3. c. 239. fin.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd in Christo fuerit contrarietas voluntatũ. Contrarietas nãq; volunta-

voluntatem attenditur secundum contrarietatem obiectorum: sicut etiã contrarietas motuum attenditur secũdum contrarietatem terminorum: vt patet per Philoso. in 5. Physi*. Sed Christus secundum diuersas voluntates contraria volebat: nam secundum voluntatem diuinam volebat mortem, quam refugiebat secundum voluntatem humanam. Vnde Athanasius dicit in lib. aduersus Apollinarium†, Quãdo Christus dicit, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: & tamen non mea, sed tua voluntas fiat. & iterum, Spiritus promptus est, caro autem infirma: duas voluntates hic ostendit: humanã, quæ propter infirmitatem carnis refugiebat passionem, & diuinam eius, promptam ad passionem. Ergo in Christo fuit contrarietas voluntatum. ¶ 2. Præterea, Ad Galat. 5. dicitur, quòd caro concupiscit aduersus spiritum: & spiritus aduersus carnem. Est igitur contrarietas voluntatum, quando spiritus vnũ concupiscit & caro aliud. Sed hoc fuit in Christo: nam per voluntatem charitatis, quam Spiritus sanctus in eius mente faciebat, volebat passionem: secundum illud Isa. 53. Oblatus est, quia voluit: secundum autem carnem, passionem refugiebat. Ergo erat in eo contrarietas voluntatum. ¶ 3. Præterea, Luc. 22. dicitur, quòd factus in agonia prolixius orabat. Sed agonia videtur importare quandam compugnationem animi in contraria tendẽtis. Ergo videtur, quòd in Christo fuerit contrarietas voluntatũ. ¶ Sed contra est, quod in determinatione sextæ Synodi dicitur*, Prædicamus duas naturales voluntates, non cõtrarias (iuxta quod impij asserunt hæretici) sed sequentem eius humanam voluntatem, & non resistentem vel reluctantem, sed potius subiectam diuinæ eius atque omnipotenti voluntati.

Li. 5. Physi. tex. 49. vsque ad 52. tom. 2.

In libro de nat. humana suscepta, nõ procul à fine tom. 3.

Habetur in Epist. Agatho. ad 6. Synod. general. & legitur ibi actione 4. & recipitur actione 8.

Respondeo dicendũ, quòd cõtrarietas non potest esse nisi oppositio attendatur in eodem, & secundum idem. Si autem secundum diuersa & in diuersis existat diuersitas, non sufficit hoc ad rationem contrarietatis, sicut nec ad rationem contradictionis, puta quòd homo sit pulcher aut sanus secundum manum, & non secundum pedem. Ad hoc ergo, quòd sit contrarietas voluntatum in aliquo, requiritur primo quidem, quòd secundum idem attendatur diuersitas voluntatum. Si enim vnius voluntas sit de aliquo fiendo secundum quandam rationem vniuersalem, & alterius voluntas sit de eodem non fiendo secundum quandam rationem particularem, non est omnino contrarietas voluntatum. Puta, si Rex vult suspendi latronem propter bonum publicum, & aliquis eius consanguineus nolit eum suspẽdi propter amorem priuatum, non erit contrarietas voluntatis: nisi fortè in tantum se extendat voluntas hominis priuati, vt bonum publicum velit impedire, vt conseruetur bonum priuatum: tunc enim circa idem attenditur repugnantia voluntatum. Secundò autem requiritur ad contrarietatẽ voluntatis, quòd sit circa eandem voluntatem. Si enim homo vult vnum secundum appetitum rationis, & vult aliud secundum appetitum sensitiuum, nõ est hic aliqua contrarietas: nisi fortè appetitus sensitiuus in tantum præualeat, quòd vel immutet vel retardet appetitum rationis: sic enim iam ad ipsam voluntatem rationis perueniret aliquid de motu contrario appetitus sensitiui. Sic igitur dicẽdum est, quòd licet voluntas naturalis & voluntas sensualitatis in Christo aliquid aliud voluerit, quàm volũtas diuina & voluntas rationis ipsius: nõ tamen fuit aliqua contrarietas voluntatũ. Primò quidem, quia neque voluntas naturalis, neque voluntas sensualitatis repudiabat illam rationẽ, scilicet qua diuina voluntas, & voluntas rationis humanæ in Christo passionem volebat. Volebat enim etiam volũtas absoluta in Christo

ſalutem humani generis: ſed eius non erat velle hoc in ordine ad aliud. Motus autem ſenſualitatis ad hoc ſe extendere non valebat. Secundo, quia neque voluntas diuina neque volũtas rationis in Chriſto impediebatur aut retardaba tur per voluntatem naturalem, aut per appetitum ſenſualitatis. Similiter etiam nec econtrario voluntas diuina vel voluntas rationis in Chriſto, refugiebat aut retardabat motum voluntatis natu ralis humanę, & motum ſenſualitatis in Chriſto. Placebat enim Chriſto ſecundum voluntatem diuinam, & etiã ſecũdum voluntatem rationis, vt voluntas naturalis in ipſo & voluntas ſenſualitatis, ſecundum ordinem ſuæ naturę mo uerentur. Vnde patet, quòd in Chriſto nulla fuit repugnantia vel contrarietas voluntatum. ¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd hoc ipſum, quòd aliqua vo luntas humana in Chriſto aliud volebat, quàm eius voluntas diuina, procedebat ex ipſa voluntate diuina, cuius be neplacito natura humana motibus pro prijs mouebatur in Chriſto, vt Damaſ*. dicit. ¶ Ad ſecundũ dicendum, quòd in nobis per concupiſcentiã carnis impeditur aut retardatur concupiſcentia ſpiritus, quod in Chriſto non fuit. Et ideo in Chriſto non fuit cõtrarietas car nis ad ſpiritũ, ſicut in nobis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd agonia non fuit in Chriſto, quãtũ ad partẽ animæ rationalẽ, ſecundũ quod importat concerta tionẽ voluntatũ ex diuerſitate rationũ procedentẽ. Puta cùm aliquis, ſecũdum quod ratio conſiderat vnũ, vult hoc: & ſecundum quod conſiderat aliud, vult contrariũ. Hoc enim cõtingit propter debilitatem rationis, quæ non poteſt dijudicare quid ſit ſimpliciter melius. Quod in Chriſto non fuit: quia per ſuã rationem iudicabat ſimpliciter eſſe me lius, quòd per eius paſsionem impleretur voluntas diuina circa ſalutem generis humani. Fuit tamen in Chriſto agonia, quãtum ad partem ſenſitiuam, ſecũdum quòd importat timorem infortunij imminentis: vt dicit Damaſc*. in 3. libro.

lib. 2. orth. fi. cap. 15. à med.

*lib. 3. c. 18 30. & 23.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Epiſto. Agathonis.

COnclusio eſt negatiua. Et probatur ex Epiſtola Agathonis Papæ ad ſextã ſynodum generalem & habetur in eodẽ Concilio actione. 4. in loco citato à D. Thom. Deinde probatur hæc concluſio. Ex parte primæ conditionis requiſitæ ad contrarietatem volũtatũ hoc eſt, oppoſitionis ſecundum idem ſeu eandem rationẽ, in Chriſto nec voluntas naturalis nec voluntas ſenſualitatis repudiat rationẽ volitam à diuina & humana electione, ergo in Chriſto non habuit locum repugnantia voluntatum ſecũdum idem. Antecedens probatur quoad volũtatem naturalem, quia etiã voluntate abſoluta Chriſtus volebat ſalutẽ humani generis, quanuis nõ vellet hoc in ordine ad aliud, hoc eſt, quãuis non vellet eam vt rationẽ volendi mortem propriã, quia ad volũtatem vt natura nõ ſpectat velle aliquid in ordine ad aliud, ſed ſolũ velle, vel nolle aliquid abſolute. Deinde probatur antecedẽs, quoad voluntatem ſenſualitatis: quia eius motus nec ad acceptandum nec ad repudiãdum tam excelſum bonum, quod eſt bonum commune æternæ ſalutis generis humani, ſe extẽdit. Secundo probatur concluſio ex parte ſecundæ conditionis requiſitæ ad contrarietatẽ voluntatum in aliquo, hoc eſt, oppoſitionis in eadẽ voluntate. Probatur autem ſic, neutra voluntatum coniugatio ex altera impediebatur, aut retardabatur, ergo in Chriſto nõ hãbuit locũ repugnantia voluntatum in eadem volũtate. Antecedens manifeſtatur & quoad volũtatẽ diuinam humanamq; electiuam: quia nec impediebatur, nec retardabatur ex voluntate naturali, aut ſenſualitatis & econuerſo: quia nec volũtas naturalis nec ſenſualitatis impediebatur à diuina, aut humana electiua, placebat ſiquidem Chriſto ſecundũ diuinã voluntatem & rationalem voluntatem, vt & voluntas ſua humana per modum naturæ moueretur, hoc eſt, haberet ſuas naturales velleitates reſpectu vitæ, reſpectu integritatis corporis, reſpectu honoris, reſpectu formæ, reſpectu glorię, &c. & appetitus ſenſitiuus timeret futurum, triſta returq́ue de præſenti malo corporis, &c.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrùm concluſio ſit de fide. Primũ arg.

DVbium eſt, vtrùm D. Tho. concluſio ſit aſſerẽda ſecũdum fidem? Videtur quòd nõ. Primum; teſtimoniũ, quod affert D. Tho. in argumento ſed contra ex ſexta Synodo, quod habetur actione. 17. ad verbum, & alia ſimilia teſtimonia, quæ habentur actione. 4.

& in alijs actionibus eiusdem concilij exponi possunt citra fidei detrimentum de solis diuina voluntate & humana per modum rationis deliberatæ, ergo non est contra fidem asserere contrarietatem inter appetitum sensitiuum & voluntatem vt natura ex vna parte, & voluntatem diuinam ex alia, aut voluntatem humanam deliberatam ex alia. ¶ Secundum argumentum, ratio D. Tho. innitur principijs naturæ, quæ non sunt omnino euidentia, ergo ex inde non potest colligi conclusio fidei. ¶ Tertio, demum, in articulo præcedenti definitum est appetitum sensitiuum & voluntatem rationalem vt natura est, imo quãdoq; vt ratio est voluisse aliud quam Deus, & quam voluntas rationalis deliberata eiusdem Christi, at hoc sufficit ad contrarietatem, aut certè nõ est fides quod nõ sufficiat, ergo. ¶ Prima conclusio manifesta hæresis est dicere, quòd fuerit in Christo contrarietas voluntatis diuinæ & humanæ deliberatæ per modum rationis. Hæc conclusio asseritur in allegata sexta Synodo. Idem definitum fuerat antea, licet non adeo expresse sub Martino III. in Concilio Lateranensi I. Can. 15. Probatur etiam manifeste ex dictis in articulo præcedenti, vbi ostendimus voluntatem humanam per modũ rationis fuisse omnino conformem etiam inuolito materiali voluntati diuinæ. Denique plenitudo gratiæ in Christo saluari non potest si asseramus voluntatem eius deliberatam contrariam fuisse diuinæ voluntati. ¶ Secunda conclusio, error est in fide dicere, quod appetitus sensitiuus Christi, aut voluntas eius vt natura, aut rationalis secundũ particulares aliquas rationes, cõtraria fuerit voluntati eiusdẽ Christi diuinæ, aut humanæ deliberatæ simpliciter. Probatur primo, quoniam testimonia conciliorum allegata pro præcedenti conclusione absolutè sonant, in Christo non esse voluntates cõtrarias, verba vero, quæ allegat D. Tho. in argumento sed contra, sic habent in actione. 17. Prædicamus duas naturales voluntates non contrarias (iuxta quod impij asserũt hæretici) sed sequentem eius humanam voluntatem & non resistentem vel reluctantem, sed potius subiectam diuinæ eius, atque omnipotenti virtuti. Ex quibus verbis colligitur argumentum. Non tantũ voluntas deliberata Christi erat subiecta omnipotenti virtuti diuinæ, verum volũtas & appetitus sensitiuus, imo & potentiæ vegetatiuæ, igitur error est asserere repugnantiam & contrarietatem inter appetitum sensitiuum, & voluntatem vtcũq; ex vna parte, & diuinam volũtatem ex altera. Rursus fides est, quod diuina volũtas & humana deliberata simpliciter non sint contrariæ, sed per omnia conformes, vt dicebamus in præcedẽti conclusione, ergo fides etiam erit, quod appetitus sensitiuus, & voluntas rationalis vt natura & vt ratio, sed conditionata non contrariantur rationali deliberatæ & absolutæ. Secundo probatur, euidens est, quod voluntates contrariæ in eodem subiecto expellunt se inuicẽ in gradibus perfectis, & vt plurimum cõpatiuntur se inuicem in gradibus imperfectis sicut quælibet alia cõtraria, sed actus appetitus sensitiui & volũtatis vt natura est, & vt ratio, sed conditionata ex vna parte, & actus voluntatis humanæ deliberatæ absolute quantumlibet alias diuersi compatiũtur se inuicẽ in Christo in gradibus summis & perfectis: fuit siquidẽ in Christo summum gaudium, & summa tristitia, vt dicetur infra q. 47. artic. 7. &. 8. ergo. Confirmatur, tantum aberat, quòd istæ volũtates in Christo se retardarent & impedirent, quæ est proprietas cõtrariorum, quòd potius diuina voluntas & humana deliberata absoluta excitarent appetitum sensitiuum, & voluntatẽ ad alios actus diuersos inuolito materiali. Tertio arguitur, euidens est in natura, quod sicut verum vero consonat & non contrariatur, ita bonum bono. Itaq; malo contrariãtur & bonum & aliud malum, sed bono tantum malum, sed fides est, quod omnes istæ voluntates in Christo erant bonæ & nulla mala, ergo. Vltimo arguitur. Si esset in Christo cõtrarietas voluntatum aliquarum id esset vel propter culpam suppositi nolentis eas conciliare & concordare, vel propter infirmitatẽ & impotentiam eiusdem suppositi non potẽtis eas conciliare, sed error est ponere culpã in Christo vel impotentiam ad eas conciliandas, ergo non est contrarietas voluntatum in Christo. Maior probatur, quoniam ad suppositum pertinet dirigere & regulare omnes actiones pertinentes ad naturas, quæ sunt in supposito, & propter hanc causam dissonãtia & discordia, quæ est inter appetitum sensitiuum nostrum & rationem semper referenda est, vel ad impotentiam nostram, vel ad culpã. Legatur de re hac Magister in. 3. d. 17. allegans Augustinum lib. 19. de Ciuitate cap. 4. lib. 10. de Genesi ad literam. c. 12. legantur etiam scholastici in eadem distinctione potissimũ D. Tho. in arti. 2. cũ quæstiunculis. ¶ Sed percõtabitur aliquis, quis error est dicere, quod istę voluntates sint contrariæ in eo sensu, quod idem polleat, contrariæ, quod nõ conformes inuolito materialiẽ? Respondetur, quod sensus iste catholicus est, sed modus loquendi erroneus. Hoc patet ex prædictis. Deinde probatur, quoniam Doctores sancti & Scholastici pro eodẽ reputant aliquid esse contrarium diuinæ voluntati, & diuinæ

Secundum

Tertium.

Prima conclusio.

Concil. Lateranensi.

2. Concluſ.

Magister.

D. Tho. Interrogatio.

diuinæ legi, imò hic est consensus totius Ecclesiæ, & modus loquendi eiusdem, cuius rei ratio est, quoniam voluntas vt plurimum, tũ in sacris literis, tùm in cõmuni locutione sanctorum, quando de Deo dicitur, sumitur pro voluntate præcepti & signi, quę declaratur nobis in sacris literis, & in decalogo legis. Sed dicere voluntatem aliquam in Christo esse contrariá diuinæ legi, est error, ergo dicere quod sit contraria diuinæ voluntati. Ex his patet argumentorum solutio. ¶ Nam ad primũ respõdetur testimonia illa, si rectè intelligãtur, probare nostras conclusiones. ¶ Ad secundum respondetur, tantam esse euidentiam in principijs naturæ, quæ sumuntur in præsentia, quanta satis est ad colligendum exinde errorem.

Ad primũ.

Ad secũdũ.

Ad tertium ¶ Ad tertium respondetur, satis ostensum esse ex suprà dictis, quomodo non sit contrarietas inter appetitum sensitiuum, & voluntatẽ Christi, siue vt natura, siue vt ratio consideretur, etiam si non sint conformes ex parte volitorum.

QVAESTIO XIX.

De pertinentibus ad virtutẽ Christi quantum ad operationem, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est, de vnitate operatiõis Christi. ¶ Et circa hoc quærũtur quatuor.

¶ Primò, vtrùm in Christo sit vna operatio diuinitatis & humanitatis vel plures. ¶ Secundò, vtrùm in Christo sint plures operationes secundum humanã naturam. ¶ Tertiò, vtrùm Christus secundum humanam operationem aliquid sibi meruerit. ¶ Quartò, vtrũ per eam aliquid meruerit nobis.

120 Infr. q. 25. ar. 1. & 2. & 3. dist. 10. q. 1. ar. 2. q. 1. 3. & di. 18. arti. 1. & 4. cõtra c. 36. & veri. q. 20. ar. 1. ad 2. & 6. & vnio. art. 1. 16. & art. 5. & opus. 3 c. 219.

* c. 2. inter finem & medium c.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm in Christo sit vna tantũ operatio diuinitatis & humanitatis.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd in Christo sit vna tantũ operatio diuinitatis & humanitatis. Dicit enim Dion*. in 2. cap. de Di. no. Discreta autem est benignissima circa nos Dei operatio per hoc, quòd secundum nos ex nobis integrè, vereque humanatum est Verbum, quod est supra substãtiam, & operari & pati quæcunque humanæ eius diuinæque operationi congruunt. Vbi vnam operationem nominat humanam & diuinam, quæ in Græco dicitur theandrica, id est, Dei virilis. Videtur igitur esse vna operatio composita in Christo. ¶ 2. Prætereà, Principalis agentis & instrumenti est vna sola operatio. Sed humana natura in Christo fuit instrumentum diuinæ, vt suprà dictum est*. Ergo eadem est diuinæ & humanæ naturæ in Christo operatio. q. 13. art. 2. & 3.

¶ 3. Prætereà, Cùm in Christo sint duæ naturæ in vna hypostasi vel persona, necessarium est vnum, & idem esse, quod pertinet ad hypostasim vel personam. Sed operatio pertinet ad hypostasim vel personam: nihil enim operatur nisi suppositum subsistens: vnde secundum Philosophum actus sunt singularium*. Ergo in Christo est vna & eadem operatio diuinitatis & humanitatis. lib. 1. Metaph. c. 1. ante medium to. 3.

¶ 4. Prętereà, Sicuti esse est hypostasis subsistentis, ita etiam operari. Sed propter vnitatem hypostasis est in Christo vnum esse: vt suprà dictum est*. Ergo etiam propter eãdem vnitatem, est in Christo vna operatio. q. 17. art. 2.

¶ 5. Prætereà, Vbi est vnum operatum, ibi est vna operatio. Sed idẽ operatum erat diuinitatis & humanitatis: sicut sanatio leprosi, vel suscitatio mortui. Ergo videtur, quòd in Christo sit vna tantũ operatio diuinitatis & humanitatis. ¶ Sed contra est, quod Ambros.* dicit in 2. lib. ad Gratianum Imperatorem. Quemadmodum eadẽ operatio diuersæ est potestatis, nunquid sic potest minor quemadmodum maior operari, aut vna operatio potest esse vbi diuersa substantia est? li. 2. de fide cap. 4. in 2. pag. à prin. c. to. 2.

Respondeo dicendum, quòd suprà* dicti hæretici, qui posuerunt in Christo vnam voluntatem, posuerunt etiam in Christo vnam operationem. Et vt eorũ opinio erronea melius intelligatur, considerandum est, quòd vbicunque sunt plura agentia ordinata, inferius mouetur à superiori: sicut in homine corpus q. præc. ar. 1

mouetur ab anima,& inferiores vires à ratione. Sic igitur actiones & motus inferioris principij sunt magis operata quædam, quàm operationes: id autem quod pertinet ad supremum principiũ, est propriè operatio. Puta, si dicamus in homine, quòd ambulare, quod est pedum,& palpare, quod est manuũ, sunt quædam hominis operata, quorum vnum operatur anima per pedes, aliud per manus. Et quia est eadẽ anima operans per vtrumque, ex parte ipsius operantis, quod est primum principium mouens, est vna & indifferẽs operatio: ex parte autem ipsorum operatorũ differentia inuenitur. Sicut autem in homine puro corpus mouetur ab anima, & appetitus sensitiuus à rationali, ita in Domino Iesu Christo humana natura mouebatur & regebatur à diuina. Et ideo dicebant, quòd eadem est operatio & indifferens ex parte ipsius diuinitatis operantis: sunt tamen diuersa operata, in quantum scilicet diuinitas Christi aliud agebat per seipsam, sicut quòd portabat omnia verbo virtutis suę: aliud autem per humanã naturã, sicut quòd corporaliter ambulabat. Vnde in sexta* Synodo inducuntur verba Seueri hæretici, sic dicentis, Ea, quæ agebantur & operabantur ab vno Christo, multũ differunt. Quædam enim sunt Deo decibilia, quædam humana: veluti corporaliter vadere super terram, profectò humanum est: cruribus verò vexatis, & ambulare super terram penitus non valentibus, sanum gressum donare, Deo decibile est. Sed vnus, scilicet incarnatum Verbum, hoc & illud operatus est: & nequaquam hoc quidem huius, hoc verò huius est naturæ: neque eo quod diuersa sunt operamenta, ideo duas operatrices naturas atque formas iustè deferimus. Sed in hoc decipiebantur: quia actio eius quod mouetur ab altero, est duplex. Vna quidem, quam habet secundum propriam formam, alia autem, quam habet, secundũ quod mouetur ab alio. Sicut securis operatio secundum propriam formam, est incisio: secundum autem quod mouetur ab artifice, operatio eius est facere scamnum. Operatio igitur, quæ est alicuius rei secundum suam formam, est propria eius: nec pertinet ad mouentem, nisi secundum quod vtitur huiusmodi re ad suam operationem. Sicut calefacere est propria operatio ignis, nõ autem fabri, nisi quatenus vtitur igne ad calefaciendum ferrum. Sed illa operatio, quæ est rei solùm secundum quod mouetur ab alio, non est alia præter operationem mouentis ipsum: sicut facere scamnum, non est secundum operatio securis ab operatione artificis, sed securis participat instrumentaliter operationem artificis. Et ideo vbicunque mouens & motum habent diuersas formas seu virtutes operatiuas, ibi oportet quòd sit alia operatio mouentis, & alia operatio propria moti: licet motum participet operationem mouentis, & mouens vtatur operatione moti, & sic vtrumque agat cum communione alterius. Sic igitur in Christo humana natura habet propriam formam & virtutem, per quam operatur: & similiter diuina. Vnde humana natura habet propriam operationem distinctam ab operatione diuina,& econuerso. Et tamen diuina natura vtitur operatione naturæ humanæ, sicut operatione sui instrumenti: & similiter humana natura participat operationem diuinæ naturæ, sicut instrumentum participat operationem principalis agentis. Et hoc est quod dicit Leo Papa in Epistola ad Flauianum *: Agit vtraque forma (scilicet tam natura diuina, quàm humana in Christo) cum alterius communione, quod proprium est: Verbo scilicet operante, quod Verbi est, & carne exequente, quod carnis est. Si verò esset vna tantùm operatio diuinitatis & humanitatis in Christo, oporteret dicere, vel quòd humana natura non haberet

Constan. 3.

Est epi. 10. c. 4. paulò ante med. Incipit. Ingrediturego.

propriam

propriam formam & virtutẽ (de diuina enim hoc dici est impossibile) ex quo sequeretur, quòd in Christo esset tantùm diuina operatio: vel oporteret dicere, quòd ex diuina virtute & humana esset conflata in Christo vna virtus, quorum vtrumque est impossibile. Nam per primum horum, ponitur natura humana in Christo esse imperfecta: per secundum verò ponitur confusio naturarum. Et ideo rationabiliter in sexta Synodo * hæc opinio est condemnata, in cuius determinatione dicitur: Duas naturales operationes indiuisè, inconuertibiliter, inconfusè, inseparabiliter, in eodem domino Iesu Christo vero Deo nostro glorificamus, hoc est, diuinam operationem, & humanam operationem.

In 6. Synod. generali, actio 4. & 8. & 9.

Ad primum ergo dicendum, quòd Dion*. ponit in Christo operationem theandricã, id est, diuinã virilẽ, vel diuinã humanã, non per aliquã confusionẽ operationum seu virtutũ vtriusq; naturæ, sed per hoc quòd diuina operatio eius vtitur humana, & humana eius operatio participat virtutẽ diuinę operationis. Vnde sicut ipse dicit in quadã Epist. ad Caium*: Super hominẽ operabatur ea, quę sunt hominis: quod mõstrat Virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis, terrenorũ pedum sustinẽs gratuitatẽ. Manifestum est enim, quòd cõcipi est humanæ naturę, similiter & ambulare, sed vtrumq; fuit in Christo supernaturaliter. Et similiter diuina operabatur humanitus: sicut cùm sanauit leprosum tangẽdo. Vnde in eadẽ Epist. subdit*: Non secundũ Deum diuina faciẽs, non humana secundũ hominẽ, sed Deo homine facto, noua quadam Dei & hominis operatione. Quòd autẽ intellexerit duas esse operationes in Christo, vnã diuinæ naturæ, aliã autẽ humanæ, patet ex his, quæ dicit in 2. ca. de Diui*. no. vbi dicit, quòd his quæ pertinent ad humanam eius operationem, Pater & Spiritus sanctus nulla ratione communicãt, nisi quis dixerit secũdũ benignissimã & misericordẽ voluntatẽ: in quãtum scilicet Pater & Spiritus sanctus ex sua misericordia voluerunt Christum agere & pati humana. Addit autem & omnem sublimissimã & ineffabilem Dei operationẽ, quã homo pro nobis factus adimpleuit, immutabilis profecto Deus & Dei verbũ. Sic igitur patet, quòd alia est operatio humana in qua Pater & Spiritus sanctus non communicãt, nisi secundũ acceptationẽ misericordiæ suæ: & alia est eius operatio, in quantum est Dei verbum, in qua communicant Pater, & Spiritus sanctus. ¶ Ad secundũ dicendũ, quòd instrumentũ dicitur aliquid agere ex eo quòd mouetur à principali agẽte, quod tamen præter hoc potest habere propriam operationẽ secundũ suam formã, vt de igne dictum est*. Sic igitur actio instrumẽti, in quantum est instrumentũ, non est alia ab actione principalis agentis: potest tamẽ habere aliã operationẽ, prout est res quędam. Sic igitur operatio, quæ est humanæ naturæ in Christo, in quãtum est instrumentũ diuinitatis, non est alia ab operatione diuinitatis: nõ enim est alia saluatio, qua saluat humanitas Christi, & diuinitas eius. Habet tamen humana natura in Christo, in quantum est natura quædã, quãdam propriã operationẽ prẽter diuinã: vt dictũ est*. ¶ Ad tertium dicendum, quòd operari est hypostasis subsistẽtis; sed secundum formam & naturã, à qua operatio speciẽ recipit. Et ideo à diuersitate formarum seu naturarum est diuersa species operationum: sed ab vnitate hypostasis est vnitas secundum numerum, quantum ad operationem speciei. Sicut ignis habet duas operationes specie differentes, scilicet illuminare & calefacere, secundum differentiam lucis & caloris: & tamen est vna numero illuminatio ignis semel illuminantis. Et similiter in Christo oportet, quòd sint duæ operationes specie differentes secundum eius duas naturas, quælibet tamen operationum est vna numero in

In epist. 4. ad Caiũ, circa mediũ.

In prędicta epist. in fin.

ca. 2. Inter finẽ & med. partis 1.

In corp. ar.

In corp. ar.

Christo semel facta, sicut vna ambulatio & vna sanatio. ¶ Ad quartũ dicendum, quòd esse & operari est personæ à natura, aliter tamen & aliter. Nam esse pertinet ad ipsam constitutionẽ personæ: & sic quantum ad hoc se habet in ratione termini. Et ideo vnitas personæ requirit vnitatẽ ipsius esse cõpleti & personalis. Sed operatio est quidã effectus personæ secundũ aliquã formã, vel naturam: vnde pluralitas operationũ non prę iudicat vnitati personali. ¶ Ad quintũ dicendũ, quòd aliud est propriũ operatum operationis diuinæ & operationis humanæ in Christo: sicut operatum propriũ diuinæ operationis est sanatio leprosi, operatum autem proprium humanæ naturæ, est eius contactus. Concurrunt autẽ ambę operationes ad vnũ operatum, secundum quod vna natura agit cũ cõmunione alterius: vt dictũ est*.

*in corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est, in Christo sunt duæ operationes, altera diuinitatis, & altera humanitatis. Probatur hæc conclusio. In primis ex

D. Ambro. D. Ambros. in loco citato à D. Tho. Pro cuius rei euidentiori elucidatione scire oportet, quod hæretici, qui posuerunt vnam tantũ operationẽ, non distinguebant inter operationẽ instrumenti per propriam formã, vel per participationem agentis, imò vnam naturam cõpositam ex deitate, & humanitate ponebant, & ex consequenti operationes confundebãt. Cum ergo in Christo humana natura haberet propriam formam & virtutem, per quam operabatur, & similiter diuina, consequens est, quod essent distinctæ operationes. Vtebatur tamen diuina natura operatione naturæ humanæ sicut operatione sui instrumenti; & similiter humana natura participabat operationem diuinæ naturæ, sicut instrumentum participat operationem principalis agentis. Vnde

Leo Papa. Leo Papa in epist. 2. ad Flau. c. 4. Agit vtraque forma tam diuina, quam humana, cum communione alterius in Christo, quod proprium est, verbo operante, quod verbi est, & carne

6. Synodo. exequente, quod carnis est. Sic sexta Synodus posuit duas naturales operationes inconfusas, hoc est, diuinam operationem & humanam. Quod si vna fuisset, oporteret dicere, vel quod humana natura non haberet propriam formam, vel quod ex diuina & humana virtute vna esset conflata virtus in Christo. Quę patet esse falsa.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Conclusio artic. est de fide. Concil. Lateran. 6. Synodus

HÆc conclusio est certa secundum fidem Catholicam, est siquidem definita in cõcilio Lateranẽsi sub Martino 1. cano. 10. & sequent. & in 6. Synodo generali actio. 2. 4. 8. & deinceps vsq; ad 17. contra Theodorũ & Cyrum, qui impiè asserebant esse tantum vnam voluntatem, & vnam operationem in dispensatione incarnationis Domini nostri Iesu Christi. Vnde pro certo statuẽdum est, quod sicut in Christo non vna natura facta est ex humana & diuina, ita nec est vna actio in ipso ex humana & diuina actione composita, sed secundum naturarum dualitatem, erat & dualitas actionum, quarum vtraq; à sua prodibat volũtate, ita tamen vt quod Christus ad reparationẽ humani generis egit voluntate humana, id egit & voluntate diuina, quæ vt inquit Damas-

Damasce. cenus, vtebatur humana vt instrumento quodam, agẽte ex libero rationis iudicio. Quẽad modum autem instrumentum ab artifice motum in se accipit impulsum, impetum seuvim quandam artificis, dirigiturq; in finem secundum ipsius artificis intentionẽ, ita natura humana in Christo, voluntasq; ipsius creata mota à diuinitate accepit in se vim quãdam deitatis dirigentis eandem humanam voluntatem ad perficiẽdum opus humanæ redemptionis, & certè si humanitas in Christo non habuit propriam operationem, inaniter & superfluè à filio Dei fuisset assumpta. Vt autẽ hæc veritas ad plenum patefiat, sciendũ est non esse admodum difficilem cõclusionis D. Tho. expositionẽ, si intelligatur de his actionibus, in quibus vel natura diuina solum concurrit ad operandum, sine consortio humanæ naturæ, vt in creatione & motione corporum cælestiũ, &c. vel de his actionibus, quæ proficiscuntur ab humanitate ratione proprię virtutis & formę, vt in comestione, ambulatione Christi, dilectione Dei, & cæteris id genus, manifestum si quidem est esse maximam distinctionẽ in huiusmodi operationibus, sicut ipsa principia operationum inter se maximè differunt. Tota igitur difficultas est in illis actionibus in quibus natura diuina concurrit cũ consortio naturæ humanæ ad operandum, sic quod natura diuina concurrit vt principium actiuũ principale ratione propriæ virtutis & formæ, humanitas vero solum concurrit vt instrumentum, veluti in operationibus miraculosis, in suscitatione Lazari, illuminatione cæci &c. Et in his vt apparet, errabant hæretici, vt verba Seuerij, quæ hic citat D. Tho. præ se ferũt. Etenim operatio, quæ proficiscitur ab agẽte

Difficultas quæstionis.

principali

principali & simul ab instrumento vnica tantum operatio est, ex parte vnius principij acti ui operantis propria virtute. Instrumentũ siquidẽ nõ operatur propria virtute. Verum D. Tho. in articulo, omnem huius rei dubitationẽ aufert, idq; duplici via, prior est, nam vt D. Tho. docet hîc & alibi, sæpenumero instrumentum duplicem actionẽ habet, alterã propriam & connaturalem conuenientem sibi ratione propriæ formæ, alterã vero secundum quod mouetur à principali agente. Exempli gratia, dolabra secundum propriam formã secat, at secundum quod mouetur ab artifice facit lectum, agens enim ordinat priorẽ operationem ad posteriorem, & prima operatio est veluti dispositio ad secundam; cũ igitur Christi humanitas in his operationibus miraculosis sit veluti instrumentum, consequens est, vt habeat propriam actionem conuenientẽ sibi ratione formæ, vt tangere cæcum, clamare & vocare Lazarum, orare, & aliquid simile; diuina natura tanquam agens principale vtebatur eiusmodi operationibus ad effectũ præcipuè à se intẽtum. Vnde necessum est dicere, quod operatio humanitatis, alia sit ab operatione diuinitatis. Exẽplis hęc res illustrabitur, ablutio quæ fit quando puer baptizatur, alia operatio est à iustificatione & sanctificatione pueri, ablutio siquidem habet pro principio aquam ipsam abluentem ratione propriæ formæ, licet sacerdos & Deus vtatur ablutione in ordine ad sanctificationẽ, quę vna est non multiplex: ad eundem modum, vna tãtum fuit operatio miraculosa Lazari, videlicet resuscitatio, sed Christi clamor & vociferatio, alia erat operatio à suscitatione, disponens tamen ad illam. Alia via sincerior ad idem explicandum est dicere, quod humanitas Christi non est instrumentũ diuinitatis mortuum & inanime, vt baculus & penicillus, sed est instrumentum animatum & viuum, quod ex iudicio rationis libero operabatur. Sed dices. Si ita se res habet, quid est quod in concilijs superius commemoratis asseritur plane, quod operationes diuinæ & humanæ in Christo erant indiuisæ in cõuertibiliter, inconfusę, inseparabiliter? quę verba refert D. Thom. in hoc articulo, quæ videntur contraria suprà dictis, & negare separationem & diuisionem harum operationum, imò videntur in se inuoluere contradictionem, nam si duæ, quomodo indiuisę? quomodo inseparabiles? Respondetur facilè, quod dicuntur indiuisæ, tũ quoniã sunt operationes eiusdẽ suppositi indiuisi operantis per vtramque naturam, tum etiam quoniam natura diuina vtebatur humana tanquam instrumento ad suam operationem, & sic natura humana susciebat motum & vim à natura diuina, & sic est communio, & consortium, & indiuisibilitas vtriusque naturæ in his actionibus. Illud tamen consideret Theologus, hæreticos commemoratos libenter vsos fuisse testimonio D. Dionysij cap. 2. de diuinis nominibus, vocantis Christi operationem theandricam, id est, Dei virilem, inde namque colligebant confusionem vtriusque operationis diuinæ & humanæ, quoniam vocabulum hoc componitur ex verbis significantibus vtramque operationem, quasi sit vna operatio composita ex diuina & humana, sed falluntur longè, vt Diuus Thomas ostendit in solutione primi, & ipsemet Dionysius in epistola ad Caium. Etenim omnes humanæ Christi actiones dicuntur Dei viriles, tum quoniam sunt actiones Dei & hominis agentis per vtramq; naturam diuinam, & humanam: tum etiam, quoniam eiusmodi actiones susciputit à natura diuina, & à supposito operante infinitatem & diuinitatem quandam vt suprà de merito, & de satisfactione ostensum est. Insuper illæ actiones, in quibus humanitas concurrit tantum vt instrumentum, dicuntur Dei viriles, alia ratione, quia per consortium supradictum vtebatur Deus virili & humanã operatione ad miraculum edẽdum & perficiendũ.

Instrumentũ duplicẽ actionẽ habet.

Quomodo operatiões diuinæ & humanæ in Christo sint indiuisæ.

Hæretici.

D. Diony. Operatio theandrica quid?

D. Thom. Dionys.

Operatiões Christi dicuntur Dei viriles.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm in Christo sint plures operationes humanæ.

iii

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd in Christo sint plures humanæ operationes. Christus enim, in quantum homo, communicat cum plantis in natura nutritiua, cum animalibus autem in natura sensitiua, cum Angelis verò in natura intellectiua, sicut & cæteri homines. Sed alia est operatio plantæ, in quantum est planta: & alia animalis, in quantum est animal. Ergo Christus, in quantum est homo, habet plures operationes.

¶ 2. Prætereà, Potentiæ & habitus distinguuntur secundum actus. Sed in anima Christi fuerunt diuersæ potentiæ & diuersi habitus. Ergo & diuersæ operationes. ¶ 3. Prætereà, Instrumenta debent esse proportionata operationibus. Corpus autem humanum habet diuersa membra differen-

tia ſecundum formam . Ergo diuerſis operationibus debent eſſe accommodata. Sunt ergo in Chriſto diuerſæ operationes ſecundum humanam naturam. ¶ Sed contra eſt, quòd ſicut Damaſce.* dicit in 3. lib. operatio ſequitur naturam. Sed in Chriſto eſt tantum vna natura humana . Ergo in Chriſto fuit vna tantum operatio humana.

lib. 3. c. 14. ad princ. & ca. 15.

Reſpondeo dicendum, quòd quia homo eſt id, quod eſt ſecundum rationem, illa operatio dicitur eſſe ſimpliciter humana, quæ à ratione procedit per voluntatem , quæ eſt rationis appetitus . Si qua autem operatio eſt in homine quæ non procedit à ratione & voluntate , non eſt ſimpliciter operatio humana : ſed conuenit homini ſecundum aliquam partem humanæ naturæ. Quandoque quidem ſecundum ipſam naturam elementi corporalis , ſicut ferri deorſum. Quandoque verò ſecundum virtutem animæ vegetabilis: ſicut nutriri & augeri. Quandoque verò ſecundum partem ſenſitiuam , ſicut videre & audire, imaginari & memorari, concupiſcere & iraſci. Inter quas operationes eſt differentia. Nam operationes animę ſenſitiuę ſunt aliqualiter obedientes rationi , & ideo ſunt aliqualiter rationales & humanæ , in quantum ſcilicet obediunt rationi, vt patet per Philoſophum in 1. Ethicor*. Operationes verò, quæ ſequuntur animam vegetabilem, vel etiam naturam elementaris corporis , non ſubijciuntur rationi , vnde nullo modo ſunt rationales, nec humanæ ſimpliciter, ſed ſolùm ſecundum partem humanæ naturæ . Dictum eſt autem ſuprà *, quòd quando agens inferius agit per propriam formam , tunc eſt alia operatio inferioris agentis & ſuperioris : quando verò agens inferius non agit, niſi ſecundum quod eſt motum à ſuperiori agente , tunc eſt eadem operatio ſuperioris agentis & inferioris . Sic igitur in quocunque homine puro alia eſt operatio elementaris corporis & animæ vegetabilis ab operatione voluntatis, quæ eſt propriè humana. Et ſimiliter etiam operatio animæ ſenſitiuæ , quantum ad id, quod non mouetur à ratione : ſed quantum ad id, quod mouetur à ratione , eſt eadē operatio partis ſenſitiuæ & rationalis. Ipſius autem animæ rationalis eſt vna operatio , ſi attendamus ad ipſum principium operationis : quod eſt ratio vel voluntas. Diuerſificatur autem ſecundum reſpectum ad diuerſa obiecta, quā quidem diuerſitatem aliqui appellauerunt diuerſitatem operatorum magis, quàm operationum , iudicantes de vnitate operationis ſolùm ex parte operatiui principij . Sic enim nunc quæritur de vnitate vel pluralitate operationum in Chriſto . Sic igitur in quolibet puro homine eſt tantùm vna operatio, quæ propriè humana dicitur: præter quam tamen ſunt in homine puro quædam aliæ operationes, quæ nō ſunt propriè humanæ, ſicut dictum eſt*. Sed in homine Ieſu Chriſto nullus erat motus ſenſitiuæ partis, qui non eſſet ordinatus à ratione . Ipſæ etiam operationes naturales & corporales aliqualiter ad eius voluntatem pertinebāt, in quantum voluntatis eius erat , vt caro eius ageret , & pateretur quæ ſunt ſibi propria, vt dictum eſt ſuprà.* Et ideo multo magis eſt vna operatio in Chriſto, quàm in quocunque alio homine.

In iſto artl.

q. præced. art. 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd operatio partis ſenſitiuæ & etiam nutritiuæ non eſt propriè humana : ſicut dictum eſt*. Et tamen in Chriſto huiuſmodi operationes fuerunt magis humanæ , quàm in alijs. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd potentiæ & habitus diuerſificantur per comparationem ad obiecta. Et ideo diuerſitas operationum hoc modo reſpondet diuerſis potentijs & habitibus , ſicut etiam reſpondet diuerſis obiectis. Talem autem diuerſitatem operationum non intendimus excludere ab humani-

In corp. ar.

tate

Ar. præced.

Ii. 1. Ethi. c. vlti. tom. 5.

tate Christi, sicut nec eam, quæ est secũ dum aliud & aliud instrũmentum : sed solùm illam, quæ est secundum primũ principium actiuum, vt dictum est*. Vnde patet etiam respõsio ad tertium.

1 n corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

1. Cõclusio PRima cõclusio est, ex parte principij operatiui, tantum est vna operatio humana in quolibet homine, & multò magis in Christo Iesu. ¶ Secunda conclusio, operatio illa dicitur humana, quę à ratione & voluntate procedit, omnes autem operationes Christi à rationis iudicio & voluntate procedunt, vnde ex parte principij operatiui, tantum est in Christo vna operatio humana. ¶ Tertia cõclusio, in alijs hominibus sunt multæ operationes non humanæ, vt ferri deorsum secundum naturam corporis elementalis, & nutriri & augeri secundum virtutem animæ vegetabilis, & videre, & audire, & imaginari secundum virtutem sensitiuam. ¶ Quarta conclusio, omnia hæc opera in Christo à voluntate & ratione procedebant in quantum erat eius volũtatis, vt caro eius ageret & pateretur, quæ sibi sunt propria.

2. Cõclusio

3. Cõclusio

4. Cõclusio

EXPOSITIO ARTICVLI.

OMni dubio procul in parte hominis rationali sunt multæ actiones humanę differentes specie & genere ex parte obiecti, & alijs multis de causis, cæterùm ex parte principij actiui, omnes istæ quantumlibet diuersæ actiones sunt tantummodo vna operatio humana, quoniam vnica tantum est ratio, à qua tanquam à principio effectiuo & dirigẽte omnes illæ actiones habent, quod sint humanæ, solum enim rationis iudicium tribuit actionibus hominis rationalibus & sensitiuis, quod sint humanæ, participant enim rationis motum & vim, ob quam dicuntur humanæ, cæterùm non omnes hominis actiones participant talem motum, & vim, vt patet in nutritione, augmentatione quę ad vitam vegetabilem pertinent, patet rursus, in actionibus sensitiuis, quæ in nobis præueniunt rationis iudicium: veruntamen in Christo omnes actiones tam sensitiuę, quam vegetabilis vitæ, subiectæ erant ipsius rationis iudicio, non quidem secundum propriam virtutem aut habitum aliquem diuinitus infusum, sed vt erat instrumentum verbi diuini, qua quidem considerationc causabat actiones potentiæ cuiusque etiam vegetatiuę. De qua re egit Diuus Thomas suprà quæstione 13. articulo 3. & hæc pronuntiat apertè.

Omnis actio Christi gubernabatur iudicio rationis.

Summa articulorum. III. & IIII.

PRima cõclusio artic. 3. nobilius est habere aliquod bonũ per se, quã habere illud per aliũ, hæc cõclusio videtur per se nota. ¶ Secũda cõclusio, ille qui habet aliquid per propriũ meritũ, quodã modo habet illud per seipsũ, vnde nobilius est habere aliquid per meritũ quã habere sine merito. ¶ Tertia cõclusio, Christ⁹ habuit per meritũ, omne id q̃ cæteri habent per meritũ, nisi sit tale, cuius carẽtia deroget dignitati & excellẽtiæ Christi. ¶ Quarta cõclusio, Christus sibi nõ meruit gratiã, neq; scientiã, nec beatitudinẽ animæ aut diuinitatẽ, quia si meruisset, oporteret quod aliquando his caruisset, quod Christi dignitati derogaret. ¶ Quinta cõclusio, Christus meruit sibi gloriã corporis, & ea, quę pertinẽt ad exterioré excellentiã, vt est ascensio & veneratio, cum hæc minora sint quam dignitas merendi, quæ pertinet ad virtutem charitatis, & certũ est, quod his bonis aliquando caruerit.

1. Cõclusio

2. cõclusio.

122 3. dist. 18. arti. 2. 3. 4. & 5. & veri. q. 29. ar. 7. 6. & opusc. 3. cap. 238. fin.

3. Cõclusio

4. Cõclusio

5. Cõclusio

¶ Conclusio art. 4. est, meritũ Christi se extẽdit ad alios, prout sunt eius mẽbra, etenim in eo fuit gratia, nõ solũ vt in homine singulari, sed vt in capite totius Ecclesiæ, cui oẽs vniũtur, sicut capiti membra, ex quibus mysticè vna persona constituitur. Certè sicut peccatũ Adæ deriuatur in alios per carnalẽ generationẽ, ita meritum Christi deriuatur in alios per spiritualẽ generationem, quę fit in baptismo, per quẽ homines in Christo incorporantur.

Conclusio.

EXPOSITIO ARTICVLORVM.

DE merito Christi disputant doctores in 3. d. 18. & 19. Altisiodorensis in 3. c. 7. & 8. Alexand. Alens. 3. p. q. 16. Mars. q. 22. Ioan. Driedo fusissimè & elegantissimè lib. de captiuitate & redẽptione generis humani tracta. 2. c. 2. parte 3. arti. 3. & 4. Nos istum tractatum in partes octo diuidimus. Disputabimus nam q̃ diligenter, an sit meritũ Christi; quid sit meritũ Christi, quale sit meritũ Christi, quando meruerit Christus, mereritne sibi; num meruerit nobis; & quæ meruerit. Item an creuerit in meritis; vltimò, quomodo merita Christi applicentur nobis, vt prosint: hæc omnia breuiter expediemus. ¶ Est igitur prima quæstio. Vtrùm Christus aliquid meruerit? A

Autores disputantes de merito Christi.

Quæstiones disputandæ de merito Christi.

1. Quęstio. Vtrũ Christus meruerit?

Primum argumentũ.

parte negante sic arguitur, Christus non potuit peccare, vt nunc statuo pro certo ex prædictis, ergo non potuit mereri, consequentia inde probatur, nam libertas ad meritũ in obseruatione mandatorum in hoc consistere videtur, quod homo possit facere, & nõ facere, id quod sibi est præceptũ, iuxta illud, qui potuit trãsgredi, & nõ est transgressus. & modo est. Sed cõprehẽsoris nõ est mereri: charitas enim cõprehẽsoris pertinet ad præmiũ beatitudinis, cũ secundũ eã attendatur fruitio: vnde nõ videtur esse principiũ merẽdi, cũ nõ sit idẽ meritum & præmium. Ergo Christus ante passionem

Secundum. ¶ Secũdò, beatus nequit mereri secũdũ legẽ ordinariã, quoniam iam est in termino, sed Christus est beatus, & sem per fuit beatus à principio suæ conceptionis, ergò nõ potest mereri. Quod si dicat Theolo

Solutio. gus, quod Christus ex dispẽsatione & priuilegio erat viator simul & cõprehensor, contra

Scotus. instat Scotus. Nam si Christus ex dispensatione & priuilegio erat viator, & non potuit mereri nisi in quantũ viator, cõsequẽs est, quod

Tertium. meruerit ex priuilegio. ¶ Tertiò, meritũ Christi sicut meritũ sanctorũ cõsistit potissimè in actu charitatis, sed actus charitatis in Christo nõ fuit liber, ergò nõ fuit meritorius. Consequẽtia inde probatur, nã necessarijs nõ meremur, nec demeremur, nec laudamur, nec vituperamur, vt docet

Arist. Arist. 3. ethicorũ. Maior argumenti est euidẽs, minor sic probatur, Nam est cõmunis sententia, & vera Theologorum omnium, quod in beatis nulla est libertas ad actũ dilectionis, & quod videns Deũ nõ potest non amare Deũ, quod nunc statuo pro certo ex doctrina D. Tho. 1. p. q. 60. ar. vlti. ad

Quartum. vltimũ. ¶ Præterea, qui habet plenitudinem gratiæ, nõ potest mereri, sed Christus habuit plenitudinem gratiæ, ergò mereri nõ potuit. Maior sic ostenditur, nã meritum auget gratiã, ergò vbi non potest esse augmentũ gratię non potest esse meritum, minor patet ex illo

Ioan. 1. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis.

Confir. Idẽ confirmatur. Nam Christus per diuersa ac multiplicata merita, nõ potuit mereri amplius, quã per vnũ meritũ tantũ, ergò nec per vnum meritũ potuit mereri. Antecedens patet. Quoniam Christus nõ potuit crescere in gratia, neq; in acceptatione diuina, erat quippe plenus gratiæ & veritatis. Consequẽtia vero probatur, nã videtur omnino durũ, & cõtra omnẽ rationẽ asserere, quod Christus nõ amplius meruit per multos actus meritorios, quos habuit in vita cũ æquali charitate, quam per vnũ tantũ. In contrarium est illud Paul. ad Phil. 2. propter quod Deus exaltauit illum & dedit illi nomen, quod est super omne nomẽ. **In oppos. Phil. 2.**

nõ merebatur, sicut nec modo meretur. ¶ 2. Præterea, Nullus meretur id quod est sibi debitũ. Sed ex hoc, quòd Christus est filius Dei per naturã, debetur sibi hæreditas æterna, quam alij homines per bona opera merentur. Non ergo Chri-

¶ Ad huius rei expositionem est prima conclusio, certum est secundũ fidẽ catholicam Christũ, & sibi & nobis meruisse. Patet ex illo ad Phil. c. 2. Humiliauit semetipsũ Dominus noster Iesus Christus factus obediens vsq; ad mortem, mortem autẽ crucis, propter quod Deus exaltauit illũ, & cętera. Illa dictio, propter quod, significat obedientiã seu humilitatẽ Christi fuisse tantę existimationis & tanti meriti apud patrẽ cęlestẽ, vt propter illam exaltauerit eũ Deus ad summã sublimitatẽ. Sic interpretãtur veteres omnes patres, tam Græci quam Latini, huic cõsonat alia sententia ad Ephes. 4. quod autẽ ascẽdit quid est nisi, quia descendit primũ in inferiores partes terrę? Tertia scriptura est Apo. 5. Dignus est agnus, qui occisus est accipere gloriã & virtutem, &c. Et Psal. 109. De torrẽte in via bibit, propterea exaltauit caput, & Psa. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, & infrà, dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus, Deus tuus, &c. & Esaiæ. 53. Si posuerit pro peccato animã suã, videbit semẽ longęuũ & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Et in eodẽ, pro eo quod laborauit, videbit & saturabitur. Et in Concil. Trid. Sess. 6. c. 7. definitur Christũ Iesum fuisse causam meritoriã nostræ iustificationis. Et præter autoritates sunt euidẽtes rationes. Prima, nam homo viator meretur per actus studiosos, qui à gratia proficiscũtur, sed Christus fuit viator habens huiusmodi actus, ergò meruit. Secunda ex eo quod Christus fuit beatus & cõprehensor nõ amisit perfectionẽ viatoris, sed perfectio viatoris est mereri, per opera studiosa, quæ à gratia proficiscuntur, ergò habuit istã perfectionẽ. Rationesq; D. Tho. in art. 3. & 4. sunt euidẽtes. ¶ Secũda cõclusio. Christus meruit secundũ legẽ ordinariã. Hæc conclusio statuitur contra Scotum, qui in 3. d. 18. & 19. asserit apertè Christũ meruisse præter legẽ ex priuilegio. Sed patet nostra cõclusio, nã omnis homo

1. Cõclusio

Ephes. 4. **Apoc. 5.** **Psal. 109.** **Psal. 44.** **Esa. 53.** **Cõcil. Trid.** **2. Cõclusio** **Scotus.**

moviator meretur secundū legē ordinariam, Christus fuit verè viator, secundū sanā doctrinā, ergò meruit secūdū legē ordinariā. Verū est tamen, quod fuit viator ex dispensatione, sed suppositā istā dispensatione miraculū esset, si non mereretur p opera alioqui studiosa, sicut miraculum erat, quod ambularet sup aquas ante passionē, & mereri non erat maius miraculū, quam esurire, quod erat legis ordinarię. ¶ Tertia conclusio, Christus mereri potuit, non secundū diuinā naturam, quia secundū hanc æqualis est patri, sed secundū naturā humanā, quia hęc in ipso est dignissima creatura sublimiter atq; mirificè exaltata & vsq; ad vnitatē diuinæ personę deificata, per quā est nobis gratia, remissio peccatorum, & iustitia cōmunicata quēadmodum per omnē locū passim docet scriptura sacra. Gratiam autem & remissionē peccatorum, iustitiam & vitam æternam nobis dari per Iesum Christum, non est aliud, quam hæc nobis communicari propter merita Domini nostri Iesu Christi, sicuti patebit ex sequentibus. His positis respondetur ad argumenta in principio facta. ¶ Ad primū negatur consequentia, nam licet voluntas Christi esset determinata ad bonum, non erat determinata ad vnum bonum, poterat enim hoc vel illud bonum facere, & non facere, & ideo in Christo manebat libertas, quæ requiritur ad meritum. Sed est sciendū, quod libertas ad obseruandum præceptū non consistit in hoc quod quis possit frangere præceptum stante pręcepto, sed in hoc, quod actus qui cadit sub præcepto sit liber; & sic Christus absolutè potuit nō mori, quāuis haberet pręceptū à patre vt moreretur, sed in sensu cōposito & stāte præcepto nō potuit nō mori, id est, hæc duo non stant simul, est præceptum Christo impositum, & non seruat illud. ¶ Ad secundū respondetur, quod beatus, qui est omnino extra viam positus, non potest amplius mereri, at beatus qui simul est viator, & passiones, & cruciatus patitur bene potest mereri. Et sic ad argumentum neganda est maior si vniuersaliter intelligatur. ¶ Ad tertium concedo maiorem, & distinguo minorem, vel respectu Dei, & sic actus charitatis in Christo necessarius fuit non liber, vel respectu proximi & creaturarum, & sic actus charitatis in Christo etiam beatificus liber fuit, & est, & erit prout statim explicabitur. Vel dicat Theologus, quod dilectio beatifica, quæ sequitur visionem beatā, necessaria est in Christo, at dilectio Dei quæ sequitur scientiam infusam vel scientiam humanitus acquisitam quam habuit vt viator, non necessaria fuit. ¶ Ad quartū argumentum negatur maior, nam plenus gratiæ potest sibi mereri gloriam corporis, & alijs gloriam animæ. Et ad probationem in contrarium respondetur, quod non omne meritum auget gratiam gratum facientem in eo qui meretur, nam cum gratia Christi sit in summo, non potuit amplius crescere, Christus autem sicut alijs meruit gratiam, sic & alijs augmentum gratiæ promeruit. ¶ Ad confirmationem respondetur, quod Dominus per primum actum meruit, quicquid postea meruit, & per multiplicata merita, non magis meruit, sed idem præmium fecit multis alijs modis, & titulis sibi debitum. Sed hæc doctrina, quoniam difficilis est, examinabitur diligentius in sequentibus præcipuè quæstio. 48. Hæc de prima quæstione. ¶ Secunda quæstio est, quid sit meritum Christi? Ratio quæstionis est, nam diffinitio meriti ab omnibus Theologis acceptata sic habet, est opus studiosum liberum, siue internum, siue externum cui de iustitia merces debetur, sed actus charitatis, quo præcipuè meruit Christus necessarius fuit, non liber, vt paulò ante demonstratū est, ergò in operibus Christi non fuit vera ratio meriti. Quod si argumētū hoc effugiēs dicas, quod Christus nō meruit per actū charitatis, quo Deū diligebat, vide quod incidas in graue incōmodū & absurdū. An nō absurdū est & ab omni veritate alienū, quod Christus nō meruerit amādo & honorādo patrē? Certè si nō meruit amādo Deū, nō meruit amādo creaturas propter Deum, nec faciendo voluntatem patris qui misit eum. ¶ Pro huius rei elucidatione sciendū est primò, merita secūdum generalem nominis rationē esse opera mercede digna siue bona sint, siue mala. Merito quispatitur quādo pœnas malefactis suis dignas luit,

*Est epi. 56 non multū remotè ante medium to. 4.

3. Cōclusio

Ad pri. arg.

Ad secūdū.

Ad tertium

Ad quartū.

Ad confir.

Secūda quæstio, quid sit meritū Christi.

Ratio dubitandi.

Expositio.

secundū merita coronatur & præmiatur, quā do præmiū operibus laudabiliter factis dignū recipit. Secūdò sciendū est, quod sicuti trāseū te actu prauo remanet reatus, secundū quē is qui peccauit manet dignus pœna, ita & transeūte actu meritorio manet vis & dignitas operis boni secundū quā is, qui laudabiliter est operat⁹, manet dignus præmio. Tertiò sciēdū, nō talia esse merita bona inter creaturā & creatorē, qualia sūt inter creaturas, inter quas meritis rependitur merces secundū valorē vtilitatū, quas vna creatura cōsequitur ex alterius operibus & laboribus, isthîc enim valor operū attēditur secundū cōmodum, quod ex operibus ipsis consequitur is apud quem meremur, veluti vel plātat vineam, vel fodit, vel pro ciuitate militat. Nō sic autē nos operib⁹ nostris, siue bona sint, siue mala, possumus Deo præstare quidquam cōmodi aut vtilitatis, vel nocumēti. Et ideo secundū talē modū merēdi nihil possumus mereri apud illū. Quartò, quia meritū facit eum apud quē meretur esse debitorē. Sed sciendū est, Deū fieri debitorē suæ creaturæ, nō ab illa, sed à seipso. Et id quidē bifariā. Primū quidē liberaliter præmiū seu brabium cęlestis vitæ suæ creaturæ reuelando, proponēdo, & promittēdo. Deinde gratificādo, eā cōsecrando, dignificādo, & id quidē, quemadmodū infrà latius declarabitur, secundū humanā naturā.

Meritum creaturarū aliter ad Deū, aliter ad ipsas creaturas ordinatur.

1. Cōclusio

¶ His præiactis est prima conclusio, Christus nō meruit per visionē beatificā, nec per dilectionē beatificā quæ inde cōsequitur. Probatur, nā isti actus sunt necessarij, quantum ad exercitiū vt habet sana doctrina, atqui necessarijs non meremur. Hæc conclusio adeò est certa, vt etiā de potentia Dei absoluta fieri nō possit, quod isti actus sint meritorij. Potest vtique beatus mereri de potentia Dei absoluta per alios actus liberos, quos habet in vita beata, sed quod actus necessarij sint meritorij, est prorsus impossibile, nam de essentia meriti est actus studiosus liber, & Deus non potest immutare rerum essentias.

2. Cōclusio Christus meruit per quemlibet actū virtutis.

¶ Secunda conclusio. Christus meruit per actus vtriusque partis intellectiuæ, & sensitiuæ, & per actus omniū virtutum, obedientiæ, humilitatis, charitatis etiā quæ sequitur visionem beatificam. Probatur hæc cōclusio, nā in sanctis scripturis meritum Christi tribuitur charitati, qua dilexit nos, & obedientiæ, qua factus est obediēs vsq; ad mortē, fami & siti, & lachrymis eius, ergo ita est asserendū. Deinde omnis actus hominis viatoris liber, à gratia profectus, est meritorius corā dnō, sed omnes actus commemorati, in Chro fuerūt liberi à gratia profecti in homine viatore, ergò fuerūt meritorij. Tertio probatur specialiter de affectibus animæ, timore, tristitia, lachrymis, omnes siquidē isti affectus fuerūt in Christo volūtarij à recto iudicio rationis procedentes & cōmensurati in pōdere numero & mēsura, ergo meritorij. Probatur demū de actu charitatis, qui sequitur visionē beatificā, nō vt est dilectio Dei, sed vt est dilectio proximi, & creaturarū, nā certè talis dilectio est libera, & informatur gratia, imò & gloria, & erat in homine viatore, ergò meritoria. Et quod hæc sit sententia D. Tho. patet. Nam in 3. p. loco dudum citato docet esse impossibile, quod idem sit præmium & meritū respectu eiusdē, & circa idē, sed respectu diuersorū possibile est, vnde infert, quod dilectio beatifica, quæ est præmiū & gloria animæ Christi potest esse meritū respectu gloriæ corporis, quod nō accidit in cæteris beatis, nā iam sunt in termino. Et de veritate. q. 29. arti. 6. ad 6. dicit expressè, quod eadē charitate fruebatur & merebatur. Et in articulo 3. huius q. ad 1. scribit, quod non meruit per charitatem in quantum erat comprehēsoris, sed in quantū erat viatoris; in quo significat, quod charitas beatifica, in quantū erat viatoris erat meritoria. Sed ex hac ratione dicēdi sequitur difficile dubiū. Nā videtur sequi quod Christus nō meruerit per dilectionē Dei sed tantum proximi, imò videtur sequi, quod Christus in hac vita non impleuerit præceptū de dilectione Dei, nā actibus necessarijs nō implemus præcepta diuina. Ad hoc dubiū docto resin hūc modū respōdēt. Primū assertū, Christ⁹ meruit per actus aliarū virtutū infusarū, nā erāt liberi & ordinabātur in finē charitatis per dilectionem Dei. Secundum assertum, Christ⁹ meruit per hoc quod acceptauit mortē, & passionē in salutē generis humani, siue sit act⁹ elicitus ab obedientia, siue à charitate imperatus,

Vtrū Christus meruerit per solā dilectionē proximi. Solutio.

non meruit manifestationē suæ altitudinis. ¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit Phil. 2. Factus est obediens vsque ad mortem: propter quod & Deus exaltauit illū. Meruit ergo obediendo suā exaltationem: & ita aliquid sibi meruit.

ratus, siue ab vtraq; virtute elicitus, secundũ diuersas rationes, nã certè referre se, & omnia sua, vitã & mortẽ in Deũ est actus dilectionis Dei. Tertiũ assertũ, Christus meruit per dilectionẽ Dei. Hoc probant duo argumenta, dum adducta, & id quod proximè factũ est.

Quartum assertum, Christus meruit p dilectionẽ proximi & creaturarum. Hoc patet euidẽter ex quinta nostra assertione, & ad illud argumentum, quod solet fieri importunum, duo accidentia solum numero differẽtia nõ possunt esse simul in eodẽ subiecto, sed prędictę dilectiones sunt eiusdẽ speciei solo numero differentes, sunt enim actus charitatis, quę est vna virtus specifica, ergò nõ possunt esse simul involũtate Chri. Respõdetur, quod si hoc argumẽtũ aliquid probaret, subinde probaret, quod nũquã possumus habere simul dilectionẽ Dei & proximi p actũ distinctos, nã istę dilectiones sunt eiusdẽ speciei. Secũdò respõdetur, quod illa maxima habet verũ in accidẽtibus, quę nõ habẽt vnde numero distinguãtur nisi penes subiecta, prędictę vero dilectiones distinguũtur ex obiectis, sicut notitia Petri & notitia Pauli in eodẽ intellectu existẽtes differũt solo numero ex obiectis. Tertiò respõd. quod accidentia quę in genere naturę differũt specie, licet in genere moris differãt solo numero bene possunt esse simul in eodẽ subiecto, sicuti iudicare iuste, & vẽdere rẽ iusto pretio, solo numero differũt, & sunt eiusdẽ speciei in genere moris, qm̃ pertinẽt ad iustitiã, quæ est virtus specifica, & tamẽ simul possunt esse in eodẽ hoĩe: ad eundẽ modũ dicẽdũ est, q̃ Chrs habuit aliã dilectionẽ Dei, quæ sequitur notitiã Dei intuitiuã, & quidditatiuã, & aliã dilectionẽ Dei quę sequitur sciẽtiã infusam, vel scientiã humanitus acquisitã, & licet istæ dilectiones in genere moris sint eiusdẽ speciei, tamẽ in genere naturæ maximè differũt, qm̃ nõ videtur esse idẽ, obiectũ formale notitiæ intuitiuæ & quidditatiuę Dei, & nõ intuitiuę. Tũ deindè qm̃ prima dilectio Dei est necessaria, & nõ libera, secũda vero libera est. Ex his facilè patet, quid sit meritum Christi.

¶ Tertia quæstio est, quale sit meritum Christi finitum an infinitum? Pro parte negatiua, scilicet quod non sit infinitum

¶ Respõdeo dicendum, quòd habere aliquod dõnũ p se, est nobilius, quã habere illud per aliud: sẽ per enim causa, quæ est p se, potior est ea, quæ est p aliud: vt dicit in 8. Phys.* Hoc autẽ dicitur aliquis habere per seipsum, cui est sibi aliquo modo causa

Argumen.

Solutio.

Quomodo duo accidẽtia solo numero differẽtia repugnẽt in eodẽ subiecto.

Tertia quæstio, vtrum meritum Christi sit infinitum? Prim. argu.

hęc sunt argu. Tũ qm̃ grã Chri est finita, vt antea dictũ est, & ex tali nõ potest elici meritũ infinitũ.

¶ Secũdò, qm̃ Christus nõ potuit mereri, nisi per animã creatã, quæ nõ potuit mereri infinitè cũ ipsa sit finita in essentia sua & in oĩbus suis.

¶ Tũ tertiò, qm̃ si Chri meritum est infinitũ, ergò tãtũ meruit vt eò amplius Deꝰ nõ possit præmiare, nã vltra infinitũ Deꝰ nõ potest facere, imò sequitur q̃ Christus plus meruit, quã Deus possit facere & præmiare, nã meruit præmiũ infinitũ, & Deus nõ potest cõferre infinitum præmiũ.

¶ Itẽ Christus vel meruit nobis visionẽ finitã vel infinitã, si finitã, ergo meritũ eius finitũ est, si infinitã, ergo meruit Dei cõprehẽsionem. Meruit igitur impossibile, & quod implicat contradictionẽ: nã impossibile est prorsus, q̃ creatura cõprehendat Deũ & cognoscat illũ quantũ cõprehensibilis est infinita visiõe.

¶ Prætereà, meritũ Christi fuit infinitũ, ergò fuit Deo infinitè gratũ & acceptũ, ergò fuit Deus, probatur cõsequẽtia, nã nulla res est infinitè grata Deo nisi diuina essentia.

¶ Vltimò, Deus nõ potest facere infinitum, vt docet oĩs schola Philosophorũ & Theologorũ, ergò nõ potuit facere meritũ infinitũ.

¶ Sed ex alia parte probatur, quod meritũ Chri fuerit infinitũ. Nã sicut se habet suppositũ, quod meretur ad aliud suppositũ, sic se habet meritũ ad meritũ cæteris paribus, sed suppositũ Chri excedit infinitè omne aliud suppositũ, ergò meritũ Chri omne aliud meritũ in infinitũ excedit. Maior propositio probatur, nã cũ actiões sint suppositorũ, quãto suppositũ fuerit dignius, tãto eiꝰ operatio dignior erit, minor probatur, nã Christus veraciter est Deus & suppositũ diuinum.

¶ Secũdò, si meritũ Christi est finitũ, ergò tãtum potest quis demereri peccãdo, vt meritũ Christi pro eius reconciliatione nõ sufficiat, quod asserere est manifestè cõtra fidẽ.

¶ Vltimò, si meritũ Christi est finitũ, ergò meritũ creaturæ poterit exæquare illud, atq; etiã excedere, nã omni finito Deus potest facere melius, atq; excellẽtius. In hac q. explicãda certissimè statuendũ est meritũ Christi fuisse infinitũ. Vnde Clemens 6. in extrauaganti, quæ incipit, vnigenitus Dei filius, planè decernit meritum Christi esse infinitum & thesaurum meritorum

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Vltimum.

Probatur quod meritũ Christi fuerit infinitum.

Primum argumẽtũ.

Secundum.

Vltimum.

Meritum Christi est infinitum.

Clemen. 6

meritorũ Christi esse infinitũ, & adducit illũ locũ Sap.7. infinitus est thesaurus, quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei, vnde colligit vnã guttã sanguinis Dñi sat fuisse pro redimendis hominibus. Vt autẽ hęc veritas illustrior fiat, sciẽdũ est meritũ Christi ex multis causis esse expendendum, primum extensiuè, & qd aiũt Theologi ex sufficiẽtia; cũ em sufficiat ꝙdesse hominibus infinitis si forent, ideo habet sufficiẽtiã infinitã: qvt intelligas rectè, prę oculis habere oportet illud simile, quod persequit Pau. ad Ro. 5. inquiẽs, ꝙ Adã est forma futuri, scilicet Chri, nã etiã si deciescẽtenamillia hominũ nascerentur suprà eos, qui vnquã nascituri sunt, oĩbus sufficeret ad damnationẽ vnũ peccatũ Adæ, tamẽ hoc nõ operatur effectiue nisi in illis, qui generãtur actu ex visceribus Adæ, nec diutius operatur in ipsis, quã manent in Adã. Eodẽ modo etsi cẽties cẽtena millia hominũ nascerẽt, vltra eos qui fuerũt, vel vnquã erũt, sufficeret tamẽ omnibus saluãdis vnũ vni⁹ passionis Christi meritũ, quia infinitũ est; infinitũ vero, neq; vsu finiri potest, neq; ablatione, verũ effectiue nõ operatur salutẽ nisi in illis, qui amplectũtur Christũ per fidẽ in ipsũ operatoriã per charitatẽ. Meritũ enim dñi est immẽsus thesaurus, quæsitus & cõseruatus in vtilitatẽ omniũ nascentiũ in mũdo, sed si nõ accipitur & applicatur nõ prodest. Prætereà, meritũ Christi alia de causa dicitur infinitũ, quia potẽs est nos liberare à supplicijs inferni, quæ sunt infinita ex duratione, & potest nos perducere ad gloriã sanctorũ, quæ etiam est infinita obiectiue & duratione, ob quã causam meritũ Christi habet quãdã infinitatẽ. Alia causa huius veritatis demõstrari potest, nã Christus Dominus meruit remissionẽ infinitæ culpæ, si esset infinita cathegorematicè, meruitq; remissionem infinitæ pœnæ infinitorũ hominũ, & infinitorũ peccatorũ, quoniã obtulit se in hostiã & sacrificiũ, quod est infiniti valoris, & maioris pretij, quã infinitorũ hominũ, imò infinitorũ mundorũ peccata. Ex illo etiã capite & præcipuè quidẽ infinitatẽ habet, ex personæ scilicet operãtis dignitate, siquidẽ infinita merita si essent hominũ & Angelorũ, cũ Christi merito non essent conferẽda, quia Christi esse causa sibi alicuius boni habẽdi: in quantũ scilicet in hoc ipso Deo cooperatur. Et sic ille, qui habet aliquid per meritũ ꝑ priũ, habet quodãmodo illud per seipsum. vnde nobili⁹ habetur id, quod habetur per meritũ, quã id quod habetur sine merito. Quia aũt omnis perfectio & nobilitas Christo est attribuẽda, consequens est, quòd ipse per meritũ habuerit illud, ꝙ alij per meritũ habẽt: nisi sit tale quid, cuius carẽtia magis dignitati Christi & perfectioni præiudicet, quàm per meritum meritum est à persona diuina, quę est infinita, aliorũ vero merita sunt à personis finitis. Et sanè maius est, quod Deus patiatur vel minimũ cruciatũ, quã quod omnes homines omnium sæculorum infinitos cruciatus patiãtur. Vltimò ostẽditur meritũ Christi fuisse infinitũ, qa meruit corã patre æterno de toto rigore iustitiæ, hic autẽ mod⁹ meriti infinitã vim & efficaciã req̃rit, quẽ admodum in creatione licet id quod creet finitum sit, modus tamen faciendi ex nihilo requirit infinitam virtutem, ob idq̃ue virtus creandi, soli Deo potest cõpetere. ¶ Ad argumenta in principio facta satisfaciendũ est. Ad primum argumentum respondetur, meritum non expẽdi præcipuè penes quantitatẽ actus, aut penes quantitatẽ habitus gratiæ, sed præcipuè penes dignitatem personæ promerẽtis & penes acceptationem diuinam, & quoniã Christus erat persona infinitæ dignitatis, omne opus ab ea elicitum fuit Deo infinitè acceptum & gratũ. ¶ Ad secundũ argumentũ respõdetur, quod Christus meruit secundũ animã creatam quæ finita est, sed quoniã illa anima erat suppositata à persona infinita, cui præcipuè tribuũtur actiones, ideo operatiões Christi erant infiniti valoris & pretij coram patre æterno. ¶ Ad tertiũ argumentũ Marsil. in 3. q. 12. sic respondet, & est vera eius responsio. In primis dicit, quod Christus meruit tantũ, quã tum Deus de potentia ordinaria potest præmiare genus humanũ, nã omne meritũ hominũ fundatur in merito Chri. Secũdo dicit, ꝙ De⁹ nõ potuit ampli⁹ acceptare meritũ Chri, quã acceptauit, nã acceptauit infinitè. Tertio dicit, ꝙ De⁹ nec potuit, nec potest de potẽtia ordinaria, siue de potentia absoluta præmiare plures homines, quã sunt hi, pro quibus Christus meruit quãtũ ad sufficiẽtiã. Nã Chrus meruit pro infinitis hoĩbus, & infinitis nõ possũt esse plures. Fateor tamẽ, quod nũquã tot prę-miabit, quin possit plures prę-miare. ¶ Ad quartũ arg. sapiẽtissim⁹ Magist. Mãtius (quẽ honoriscausa nomino) aiebat esse cõcedẽdũ Chrm plus meruisse quã Deus possit prę-miare, sicut De⁹ pl⁹ cognoscit, quã possit facere, cognoscit nãq; mala, & nõ potest facere mala, & materia ipsa inclinatur ad plures formas q̃ potest habere, nec

Sap.7.

Rom.5.

Meritum Christi nõ operatur effectiue in omnibus

Ad primũ in principio.

Ad secũdũ.

Ad tertium Marsil.

Ad quartũ. M. Mãtius existimauit quod Christus plus meruit quam Deus possit prę-miare.

re, nec hoc ꝓuenit ex impotẽtia diuinitatis, sed ex eo ꝙ nõ est factibile, oẽs gradus meriti Chri esse prẽmiatos. Cõfirmatur hoc idẽ, nã secundum veram Theologiam, Deus nõ potest facere omnes Angelos posibiles, quoniã est infactibile, quod oẽs Angeli posibiles sint creati, nã quibuscũq; datis Deus potest plures producere, sed quocũq; prẽmio dato propter merita Christi adhuc Christꝰ plꝰ promeruit, ergo nõ potest prẽmiari totum meritũ Christi. Cõfirmatur etiã, nam posibili posito in esse nullum sequitur incõueniens, vt habet prouerbiũ, sed non potest esse, quod totum meritum Christi sit prẽmiatum, nã quocunq; prẽmio dato adhuc Christus meruit cumulatius, nec ex hoc sequitur, quod potentia meritoria sit maior quã potẽtia factiua Dei, vtraq; enim est infinita, sed dũtaxat sequitur aliquid cadere sub merito, quod fieri nõ potest. Sicut ex hoc, quod Deus plus cognoscit, quã posit facere, tantũ sequitur aliquid cadere sub scientia diuina, quod Deus facere non posit. Ego verò dico, quod Christus non promeruit prẽmiũ infinitũ nec visionẽ infinitã, nec beatitudinẽ infinitã. Nam Christus ordinauit suũ meritũ ad id, quod noluerat non esse imposibile, at imposibile est, quod prẽmiũ sit infinitũ. Deinde sic argumẽtor, si meruit infinitã visionẽ diuinitatis, ergo meruit cõprehensionem, sed imposibile est, quod creatura cõprehendat Deũ, ergo nõ meruit nobis cõprehensionem. Tertiò sic, Christi meritũ tantũ fuit infinitũ in genere meriti nõ omnibus modis infinitũ, alioquin Deus esset, ergo prẽmiũ huius meriti nõ fuit infinitũ simpliciter, & omnibus modis, sed infinitum syncathegorematice, id est, quocunq; prẽmio dato & demõstrato adhuc maius promeruit Christus. Itaq; quemadmodũ virtus diuinitatis ex eo ostẽditur esse infinita, quoniã potest producere infinita syncathegorematice, id est, quibuscunq; datis potest plura & meliora producere, sic meritũ Christi ostẽditur euidẽter fuisse infinitũ, quia quocunq; prẽmio dato & demonstrato adhuc melius promeruit Christus, licet nõ promeruerit prẽmium infinitũ cathegorematice, sicut Deus non potest producere infinitũ syncathegorematice. Itẽ accrescat: Vnde nec gratiã, nec scientiã, nec beatitudinẽ animæ, nec diuinitatẽ meruit. Quia cùm meritum nõ sit nisi eius quod nondũ habetur, oporteret quòd Christus aliquando istis caruisset: quibus carere, magis diminuit dignitatẽ Christi, quã augeat meritũ. Sed gloria corporis, vel si qd aliud huiusmodi est, minus est quã dignitas merendi, quę pertinet ad virtutẽ charitatis. Et ideo dicendũ est, quòd Christus gloriam corporis, & ea quæ pertinent ad exteriorem eius excellẽtiam alia ratione potest demõstrari meritũ Christi fuisse infinitũ ex modo merẽdi, nã meruit de omni rigore iustitiæ corã patre æterno; itaq; quẽadmodũ creatio ostẽdit Dei infinitã virtutẽ nõ quidẽ ex parte creaturæ productæ quæ finita est, sed ex modo faciẽdi, nã producere aliquid ex nihilo infinitã virtutẽ exposcit: sic meritũ Christi, ex modo merẽdi ex toto rigore iustitię fuit infinitũ. Deniq; alia ex causa demõstratur meritũ Christi fuisse infinitũ. Certè sicut meritũ Christi fuit infinitũ ratiõe vnionis hypostaticę, sic potuit habere prẽmiũ infinitũ ratiõe vnionis hypostaticę, nõ enim dubito, quin si Christus voluisset dirigere suã operationẽ, vt tertia persona sanctissimæ Trinitatis assumeret naturã humanã, id meruisset ex cõdigno. Ex dictis sequitur, quod Christus nõ plꝰ meruit quã Deꝰ posit prẽmiare, nã Christus meruit tantũ infinitũ prẽmium syncathegorematice, & pater æternus potest cõferre infinitũ syncathegorematice. ¶ Ad 5. argu. ex dictis patet, quid sit dicẽdũ. ¶ Ad 6. argu. respõdetur ꝙ meritũ Christi nõ fuit oĩbus modis infinitũ, sed tãtũ in genere meriti, & ideo Deus nõ est, est emẽ actus creatus & productus à volũtate Chri humana. ¶ Ad vlt. arg. respõ. quod ad intelligẽdã infinitatẽ meriti Christi nõ est opus cõmentari, ꝙ à verbo diuino effluat aliquid positiuũ in operatione humana Christi; sed satis est intelligere, ꝙ sit operatio elicita & exercita à verbo incarnato, vt intelligamus, ꝙ habet infinitũ valorẽ, & infinitũ pretiũ corã patre æterno, sicut in motu brachij artificioso, quo pictor depingit imaginẽ, nõ est necesse cõmentari, ꝙ fluat aliquid positiuũ ab intellectu artificis. Itaq; dicẽdũ est, ꝙ meritũ Chri in genere entis, est actꝰ finitus, & finitè intẽsus, sed est infinitus personaliter, eo ꝙ proficiscitur ab infinita persona infinitę dignitatis. Hactenus de ista quæstiõe.

¶ Quęstio 4. qñ Chrus meruerit? Hęc quęstio propriã sedẽ habet apud D. Th. inf. q. 34. ar. 3. nũc breuiter est explicãda, vt tractatꝰ de merito Chri integer ob oculos ponat. De ꝓposita igit̃ q. Alexã. Alẽs. 3. p. q. 16. mẽbro 1. & 2. & D. Bonau. in 3. d. 18. q. 1. ar. 1. dicũt, Christi animã in primo instãti suę creationis fuisse exornatã omnibus Spiritus sancti donis & charismatib⁹ & cum

Sententia autoris.

Ad quintũ

Ad sextum

Ad vltimũ

Quarta quęstio, de tempore quo Christus meruit.

Alexã. Alẽs. Bonauent. Argumẽta.

& cũ gratia sit radix meriti, tũc dicunt, habuit omnia merita in radice, & in habitu; cæterum quia ad meritũ est necessaria deliberatio, quæ in instãti haberi nõ potest, non potuit habere actũ seu vsum meriti. Rursus, quia in illo instãti solum actus beatificierant, nempè visio & fruitio Dei, at isti actus meriti non erant, si quidẽ necessarij sunt. Dicũt tamẽ, quod immediatè post instans creationis, Christ⁹ trãsiuit ab habitu merendi ad actum, & promeruit sibi accidentalẽ gloriã & nobis vitã æternã, & omnia quæ ad illã consequendã sunt necessaria. Veruntamen D. Tho. affirmat Christũ Dñm in primo instãti suę cõceptionis meruisse, cuius sentẽtia breuiter nũc demonstranda est. In primis probatur, ex illo quod habetur ad Heb. 10. Ingrediens mundũ dicit, hostiã & oblationem noluisti; corpus autẽ aptasti mihi. Et post pauca subdit, in quavoluntate sanctificati sumus, hoc est, quia voluit se offerre in sanctificationẽ, & expiationẽ nostrã, ideo tũe ingrediẽs mundũ, hoc est, in incarnatione sua, quia tunc ingrediebatur Christus secundũ carnẽ, promeruit nobis sanctificationẽ, hoc enim est, quod dicit, in qua volũtate, id est, per quã voluntatẽ Christi, sanctificari à Deo patre promeruimus. Huius rei est alterũ argumentũ. Nã si Christus in primo instãti suæ cõceptionis nõ promeruit, potuisset certè proficere in meritis, quẽ sermonem esse falsum, & minimè tolerandũ asserit D. Augu. super Exodũ dicẽs, nõ habuit omnino Christus iuxta animæ meritũ, quo potuisset proficere. Adest tertium argumentũ in huius rei confirmationẽ, nã Christus in primo suæ cõceptionis instãti, per gratiam sanctificatus est sanctificatione perfectissima, ergò secundum propriũ motũ liberi arbitrij in Deũ sanctificatus est, ex quo cõsequẽs est, quod in primo instãti suæ cõceptionis promeruerit. Antecedẽs probatur, quia sanctificatus est, vt aliorũ sanctificator: cõsequentia inde probatur, nã sanctificatio duplex est, vel per propriũ sanctificati actũ, vel nõ per propriũ, sed per Ecclesiæ fidẽ: prima est perfectior, tũ quia actus est perfectior habitu, & quod est per se, perfectius est eo quod est per aliud. Sed proprius actus liberi arbitrij hominis sanctificati in Deũ est meritorius, vt planè cõstat, ergò in primo instãti suæ cõceptionis Christus meritũ habuit. ¶ Argumẽta vero quæ adduxerũt Alexã. & Bonauẽt, nullius sunt põderis, nã actus voluntatis, quo anima Christi amauit Deũ, & acceptauit mortẽ & passionẽ pro hominibus redimẽdis, in instãti potuit esse, actus enim intellectus & volũtatis instantanei sunt, & tẽpus nõ requirũt. In instanti ergo placuit aĩæ Christi, cui pater æternus illi subeundũ iniũxit & mandauit. Hæc sufficiãt pro ista quæstione, nã fusior huius rei expositio pertinet ad locũ iã indicatũ. ¶ Quinta quæstio est, quid sibi promeruerit Christus? In proposita quęstione, plures dubitationes & difficiles q. dẽ insinuãtur. Prima, vtrũ meruerit sibi vnionẽ hypostaticã, de qua disputatũ est à nobis diligẽter q. 2. art. 11. Secũda dubitatio, vtrũ meruerit sibi beatitudinẽ animę, & plenitudinẽ gratiæ & sciẽtiæ? Tertia dubitatio est, vtrũ meruerit sibi gloriã corporis & exaltationẽ sui nominis? Et quidẽ Caluinus hæreticus, inquit hæretico spiritu, quod quoties scriptura meminit meritorũ Christi, nõ de alijs meritis loquitur, quã de his quę ad nos redeũt, itaq; sentit Caluinus, quod Christus nihil sibi meruit; Sed iste error ex parte iã est cõfutat⁹ à nobis in exordio huius materiæ, & plenariè cõfutabitur in sequẽtibus; Quare nũc disputemus secundã illã dubitationẽ, cuius partẽ negatiuã tenẽt Doctores in primis graues, Magist. senten. D. Tho. Sco. Durãd. Palu. Capr. Caie. Alij vero Doctores tenẽt contrarium, vt Altisiodorẽsis lib. 3. tracta. 1. c. 7. Albertus Magnus in 3. d. 18. ar. 4. & euidentius ar. 7. Guilielmus de Rubione, Basolis, Maior. in prædicta distinct. Et probatur ista sentẽtia. Primò, ex sanctis scripturis, nam Esa. 53. sic habetur, pro eo quod laborauit, videbit & saturabitur, visio autem est beatitudo animę, ergo meruit beatitudinẽ animæ, cui cõsonat illud Apo. 5. Dignus est agn⁹ qui occisus est accipere virtutẽ, gloriã, & benedictionẽ. ¶ Deinde, id quod est excellẽtius & digniustribuẽdũ est Christo, vt habet sana doctrina, sed ei qui nõ habet beatitudinẽ ex natura sua, dignius & excellẽtius est habere illã ex merito quã sine merito, ergo Christ⁹ beatitudinẽ habuit ex meritis. Hoc argumẽtũ visus est

Ad argum. In oppos.

*q. 15. ar. 10

Christus meruit in primo instãti suæ conceptionis. D. Thom. Heb. 10.

D. August.

Quinta quæstio, quid sibi promeruit Christus.

Caluinus.

Vtrũ Christus meruerit sibi beatitudinem animæ. Magister. D. Thom. Scotus. Durandus. Palude. Capr. Caiet. Pars affirmatiua defenditur ab Altisiodor. Albert. Guilielmus de Rubiõ. Basolis. Prim. argu. Secundum

D. Thom. est confutare D. Tho. in 3. ar. cum inquit, meritum est eius, quod nõdum habetur, & ideo si constituamus Christum meruisse beatitudinem animæ suę, cogimur concedere, quod aliquando ea caruerit, hęc autem carentia magis diminuit dignitatẽ Christi, quã augeat meritum: propter quod asserendum est, Christum non meruisse beatitudinem animæ suæ. ¶ Sed contra hoc arguitur fortissimè, nã non est necesse, quod meritũ antecedat tẽpore ipsum præmium: Caiet. enim in 1. p. in materia de Angelis, pro euidenti habet, quod Angelus in eodem instanti meruit & præmiatus est. ¶ Idẽ probatur argumẽto nõ vulgari de augmẽto charitatis & gratię, quod est simul in eodẽ instanti cũ merito, nã simulatq; quis habet actũ intensiorem habitũ charitatis, meretur augmẽtum charitatis, & in eodẽ instanti ei confertur, ecce meritũ & prę-mium simul in eodẽ instãti. ¶ Certè D. Tho. quodlibeto 9. art. 8. fatetur meritum non necessario præcedere tempore, sed natura præmiũ, hæc enim duo habent se vt via & terminus, vt fieri & factũ esse, at fieri & factũ esse, in instantaneis simul tẽpore sunt, vt illuminari & illuminatũ esse. Idem docet D. Th. in 2. d. 5. q. 2. ar. 2. ¶ Imò videtur profecto, quod præmiũ aliquando antecedat tẽpore ipsum meritũ, vt patet de gratia collata antiquis patribus propter merita Christi futura, & patet idem ex exẽplo in moralibus. Nam ei qui conducitur ad operandũ per totũ diẽ, solet primo mane concedi merces, quam post modũ mereatur operibus diurnis. ¶ Vltimò, Christus Dñs est sanctificatus per actũ liberi arbitrij, in primo instanti suę cõceptionis, prout docet D. Tho. in frã q. 34. ergò per illũ actũ meruit suã sanctificationẽ saltẽ quantũ ad gloriã animæ. Probatur cõsequentia argumẽti ex similitudine, nã cũ homo conteritur perveram pœnitentiam, & se præparat ad gratiam, illa contritio est meritoria non primæ gratiæ, sed gloriæ, ergò similiter in Christo asserendũ est. In contrariũ est sententia D. Thom. ¶ Pro explicatione veritatis est prima cõclusio. Christus Dominus non meruit sibi animę beatitudinem & oppositum asserere est temerarium. Probatur primo, ex illo Ioan. 1. vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à patre plenũ gratiæ & veritatis, id est, vidimus eum habentẽ talem gloriã, ex eo, quod erat vnigenitus à patre, ergò non ex meritis, illa etiam verba, plenũ gratiæ & veritatis, significant eiusmodi plenitudinẽ, propter eandẽ causã fuisse Christo concessam nõ ex meritis. Ex præsentia itaque deitatis per vnionẽ hypostaticam sequebatur in Christi anima tum visio beata, tũ plenitudo omniũ gratiarũ. Prout suprà q. 7. vberius demõstrauim⁹. Deinde, Christus est hæres regni cælorũ, & quidẽ ex vi filiationis, & nõ ex vi filiatiõis adoptionis, ergo ex vi filiationis naturalis. Ad hęc. Habere beatitudinẽ per modũ naturæ, multo perfectius ac diuiniuseſt, quã habere eã ex meritis, sed Christo id tribuendũ est, quod est perfectius, ergo habuit beatitudinẽ animæ per modũ naturæ absq; meritis. Hoc ipsum confirmatur, nã habere beatitudinẽ per modũ naturæ est perfectio simpliciter, at vero perfectio simpliciter non habet admixtam vllã imperfectionem, vt Theologi definiũt summa consensione, ergo Christus habuit hanc perfectionẽ, & non oppositam, quæ est habere eam ex meritis. Prętereà, si Christus meruit gloriã animæ suæ, ergò præcipuè venit propter suã vtilitatẽ, & vt cõmodũ ex suo aduẽtu maximũ reportaret, quod sanè videtur contradicere modo loquẽdi scripturę, in qua semper assignatur pro causa aduentus Christi Domini, amor & vtilitas humani generis, vnde nos confitemur, qui propter nos homines, & propter nostrã salutẽ descendit de cælis. Et hoc idẽ colligitur ex illis verbis Esa. Paruulus datus est nobis, & ex illis alterius Prophetæ, ecce rex tuus venit tibi. Et ex illis Euangelij Lucæ. Natus est vobis hodie Saluator. Itẽ. Si Christus Dominus meruit sibi beatitudinem animæ, inde consequitur, quod habuerit virtutẽ spei, non enim potuit mereri, nisi præmium speraret, hoc autem asserere à veritate alienum est, nam quod habet quis quid sperat? vt dicit Paulus. Sed Christus ab instanti suæ conceptionis habuit gloriã animæ, ergò nõ habuit spẽ de illius cõsecutione. Insuper, si Christus meruit animę beatitudinẽ, cõsequẽs est, quod aliquãdo ea caruerit, consequẽs est (vt ego existimo) non solum temera-

Arguitur contra D. Thom. Primum.

Secundum.

Tertium. D. Thom.

Quartum.

Vltimum.

1. Cõclusio

Ioan. 1.

Christus nõ meruit animæ beatitudinem.

*In cor. 12.

Esa. Zach. Luc. 2.

temerarium, sed etiam hæreticum, vt demonstrabimus infrà q. 34. arti. vltimo. Hæc est potissima ratio D. Thom. in hoc articulo, quæ duas habet explicationes, & secundum vtramque efficaciter persuadet. Prima explicatio est, secundum mentem. D. Thom. 1. par. quæst. 62. arti. 4. Euidēs (inquit D. Tho.) cōtradictio est quod qui habet animę beatitudinem mereatur illam, at Christus à primo instāti suæ incarnationis habuit animæ beatitudinem, ergò euidens cōtradictio est, quod illam promeruerit. Maior huius argumenti sic probatur. Nā euidēs cōtradictio est, quod creatura sit in termino vltimo suæ fœlicitatis & moueatur ad eundē terminum habendum, sed beatus per animę beatitudinem est in vltimo termino suæ fœlicitatis, ergò fieri non potest, vt moueatur simul ad illum habendum. Poterit itaque de potentia absoluta beatus mereri beatitudinis augmētum sibi ipsi, beatitudinem essentialē alijs: verum neutiquam potest eadem potentia mereri sibi ipsi beatitudinis essentiam: cū ergò D. Tho. inquit, meritum non est nisi eius quod nondū habetur, intelligēdus est de merito beatitudinis, quantum ad essentiam ipsius beatitudinis. Secūda explicatio rationis D. Th. sic implicat contradictionem, quod idē sit principium meriti ac terminus illius & merces, sed necessario dicendum est, quod lumen gloriæ & visio beatifica, quæ fuerunt in Christo Domino ab instanti incarnationis, fuerint principium ex parte intellectus regulans & dirigens Christi meritum, ergò qui dicit, quod meruit beatitudinem animę, tenetur dicere, quod nō semper in Christo fuerit lumen gloriæ & animæ beatitudo, maior est euidens, minor ostēditur. Duplex tantum fingi potest principiū, ex parte intellectus regulans Christi meritū, alterum est, gloriæ lumen & visio beatifica, alterum est scientia infusa; si lumen gloriæ dicatur principium, certa est minor, si autem scientia infusa, quod verisimile est, illa tamen sequitur in genere causæ efficientis ipsum gloriæ lumen in omni sententia, ergò quamuis scientia infusa dicatur principium meritorū Christi, tamen ipsum gloriæ lumen est prius, & præcipuum principium, ex quo originatur scientia infusa, tanquam posterius principiū. Imò amplius sequitur, quod quamuis scientia infusa regulet merita Christi respectu gloriæ corporis & beatitudinis nostræ, tamen nō potest regulare meritum Christi respectu beatitudinis animę Christi, & luminis gloriæ. Quoniam sequitur ista in genere causæ efficientis. Cōfirmatur. Impossibile est, quod fides quæ in nobis est primū principiū meriti ex parte intellectus, primum principium simpliciter cadant sub merito nostro, quia sunt principia meriti, merces autē est terminus meriti, ergò idem est de lumine gloriæ in Christo. ¶ Cæterū circa istas probationes, quæ vt arbitror efficaciſsimæ sunt, offert se duplex ratio dubitandi. Prior est, quia quamuis perfectius & nobilius sit habere beatitudinem animæ per modum naturæ, quā per meritā, at perfectius videtur, habere eam vtroq; titulo. Ad hanc rationem dicendum est statim, quod habere eam ex meritis, contradicit alteri titulo habēdi, scilicet habere eā per modū naturæ, vt suprà expositū est, continet etiā alias impossibilitates, quas infrà indicabimus. Altera ratio dubitandi est ad explicandū, quo modo anima Christi habuerit gloriam animę per modum naturæ, cum producatur à Deo sicut gloria cuiuslibet alterius beati. Respondetur, apertum esse discrimen, etenim gloria alterius beati producitur à Deo tanquam à causa efficiente extrinseca: verum gloria animæ Christi non solum est à Deo, vt à causa efficiēte extrinseca, verum etiam vt à suppositō illius naturæ. Vnde quāquam humanitas Christi non sit productiua illius gloriæ secundum propriam virtutem & naturam: veruntamē vt eleuata ad esse diuinum personale, iam habet virtutem producendi illam, & gloria animę ex vnione hypostatica, tanquam propria passio deriuatur. Illustratur hoc exemplo euidenti, Nam animæ essentia secundum se non habet virtutem producendi habitus supernaturales in suis potentijs: quam tamen habet vt est eleuata ad participium diuinæ naturæ per gratiā habitualem, ex qua virtutes infusæ naturali quadam consecutione deriuantur. ¶ Secunda conclusio, Christus non meruit continuationem

Explicatio rationis D. Thom.

merito: secundum illud Ro. 8. Viuificabit mortalia corpora nostra, propter inhabitātem Spiritū eius in nobis. Et ita potuit cadere sub merito Christi. ¶ Ad quartū dicēdum, quòd manifestatio excellētię Christi, pertinet ad bonum eius, se-

Prima ratio dubitādi.

Solutio.

Secunda ratio dubitādi.

Solutio.

2. Cōclusio

nem gloriæ, non scientiam infusam, non plenitudinem omnium virtutum; siquidem hæc omnia habuit Christus à primordio suæ conceptionis ex vnione hypostatica plenissime deriuata. Et certè qui dat formam, dat consequētia ad formam, vt est in puerbio philosophorūomnium; nec est eadē ratio de gloria corporis, vt dicemus latissimè in sequenti dubitatione, & de cōtinuatiōe gloriæ est peculiaris ratio, nam continuatio gratiæ & gloriæ nō cadit sub merito, vt dictum est copiosè in. 12. q. vltima cum ageremus de dono perseueran-

cundū esse, quod habet in notitia aliorum: quanuis principalius pertineat ad bonum eorū, qui eum cognoscunt, secundum esse quod habent in seipsis. Sed etiam hoc ipsum refertur ad Christum, in quantū sunt mēbra eius.

3. Conclus. tiæ. ¶ Tertia conclusio, de potentia Dei absoluta Christus Dominus mereri potuit animæ beatitudinē, imo mereri potuit quicquid non est primum principium meriti. Probatur hæc conclusio. Nam potuit Christus Dominus assumere humanitatem cum fide aut cum scientia infusa, sine visione beatifica, & tunc nihil vetat quod potuerit mereri visionem beatificam per actus liberos gratia & charitate informatos. ¶ Quarta conclusio, videtur mihi euidens cōtradictio quod Christus in primo instanti suæ conceptionis habuerit gloriam animæ ex vnione hypostatica deriuatā, & quod eam meruerit: vnde etiam de potētia Dei absoluta hoc fieri non potuit. Hæc conclusio satis (vt arbitror) comprobatur ex his quæ dicta sunt in confirmationem primæ conclusionis. Et patet nunc euidenti argumēto, nam quod prima gratia cadat sub merito euidentem inuoluit contradictionem, nam si gratia, nō est ex debito nec ex meritis, sed quod Christus Dominus in primo instanti fuerit plenus gloria propter vnionem hypostaticam est prima gratia concessa Christo, vel habens necessariā connexionem cum prima gratia, quæ est gratia vnionis, ergo non potuit cadere sub merito. Certè, qui non meretur esse hominem, nō meretur esse risibilem, & qui non meretur gratiam, non meretur esse gratificatum, nam esse gratificatum naturali consequio sequitur ex

Ad primū. gratia. ¶ Ad argumenta in contrarium. Ad primum argumentum respondetur, quod autoritas ex Esai. adducta explicatur facile ex verbis proximè antecedentibus. Si posuerit (inquit) pro peccato animam suam videbit semen longæuum, &c. & statim, pro eo quod laborauit anima eius videbit & saturabitur, vnde certū est, esse intelligendum testimonium de eo, quod nobis promeruit, videbit vtiq; propter merita sua progressum Ecclesiæ & filiorum suorū: & propterea saturabitur, id est, summo gaudio afficietur. Ad secundum testimonium scripturæ dicēdū est, quod Christ⁹ dicitur dignus accipere gloriā & fortitudinē: quoniā meruit manifestationē suæ glorię & virtutis, sed gloriam ipsam non meruit: est enim phrasis scripturæ, tunc rem aliquam dici fieri, cum innotescit, vt in illo, data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. ¶ Ad secundum argumentum respōdetur, verum esse quod ei qui nō habet beatitudinem ex natura sua, melius est habere illam ex meritis quā ex beneficio donantis, sed hoc non habet locū in Christo, quoniam Christus propria virtute & operatione poterat se efficere beatum ab intrinseco, dictum est enim supra, quod quanuis humanitas Christi secundum se considerata nō haberet virtutem efficiendi beatitudinem, habebat tamen illam prout erat eleuata ad diuinum esse, & ideo Christus Dominus censetur beatus per naturam & ab intrinseco. Alia responsio fuit adhibita huic argumento ex D. Thom. quę vera est sine dubio. Et ad primam probationē in contrarium respondetur, quod Caietanus in hoc non tenetur. Ad secundam probationem de augmento charitatis, non potest exactè responderi nisi explicētur rationes & causæ, ob quas meritum & præmium non possint esse simul in eodē tempore. Et certè hæc impossibilitas non prouenit ex ratione meriti & præmij in communi, sed ex ratione meriti & præmij vltimi, quæ est beatitudo. Et prima causa huius impossibilitatis est, quia ad meritum beatitudinis præsupponitur ex parte intellectus fides, fides autem nō potest esse simul cum præmio beatitudinis quæ est visio Dei clara. Sed dicet discipulus, satis esse scientiam infusam in Christo, verum hæc solutio non probatur, siquidem sciētia infusa Christi supponit lumen beatificum tāquam principiū sui, prout docet D. Tho. supra q. 9. art. 3. Vnde non potest esse principium ad merendū lumē beatificum, & ex consequenti requiritur alia cognitio supernaturalis, & non apparet quæ

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm Christus alijs mereri potuerit.

123 Infra q. 48. ar. 1. cor. & arti. 6. & q. 49. ar. 1. co. & 2. dis. 20. q. 2. arti. 3. ad 3. & 3. di. 18. ar. 6. & ver. q. 26 art. 6. 20. & q. 29. art. 7.

Ad secūdū.

Quare meritū & vltimū pręmiū nō possunt esse simul.

Prima causa.

2. Causa. sit alia præter fidem. ¶ Secunda causa repugnantię est ex parte spei, nam si Christus in primo instāti meruit beatitudinem animæ, ergo habuit virtutē spei, id autem quod videt quis & possidet non sperat, ergo simul in eodem instanti nō vidit diuinā essentiā. ¶ Tertia causa est, quia meritum est à gratia imperfecta, beatitudo est à gratia perfecta, sed gratia perfecta & imperfecta non possunt esse simul in eodē, ergo nec beatitudo & meritum. Hāc rationem vt efficacē adducit D. Thom. in confirmationem huius sentētię in.1.p.q.62.art.4. ¶ Quarta causa est, quoniam gratia vitæ beatæ habet certum modum perfectionis, & quandam veluti connaturalitatem, ad quam non potest pertingere gratia viæ quantumcunque crescat, sicut linea quantumcunque crescat nō potest peruenire ad extensionem superficiei. Hanc rationē explicat eleganter D. Tho. in materia de charitate agens de charitatis augmento. ¶ Sed cōtra tertiam & quartā causam, solent fieri argumēta non magni ponderis. Primū, in nobis simul sunt gratia habitualis & auxilium, quo Deus mouet nos ad operandum, at auxilium est gratia imperfecta, si ad gratiam habitualem cōferatur, ergo simul potest esse in eodem gratia perfecta & imperfecta. ¶ Ad hoc argumentū statim respondendum est, quod auxilium & gratia habitualis distinguūtur realiter, & ideo possunt esse simul in eodem subiecto, quāuis se habeant vt perfectum & imperfectum, at gratia perfecta & imperfecta sunt vna numero, & ideo sicut fieri nō potest, quod idē lumē simul sit perfectū & imperfectū, sic fieri non potest vt eadē gratia sit simul perfecta & imperfecta. ¶ Alterū argumentū est cōtra prædictas causas, via & terminus in instātaneis possunt esse simul, vt patet in illuminatione & lumine, sed gratia imperfecta est via ad perfectam, & vtraque producitur in instanti, ergo possunt esse simul. ¶ Sed respōdebit Theologus, quod via accipitur interdum pro productione termini, & sic illuminatio est via ad lumen, interdū accipitur pro ipso termino secūdum esse imperfectū, & sic calor minus perfectus est via ad magis perfectū; maxima in argumēto adducta procedit in primo sensu, nō tamen habet veritatē in secūdo sensu vt planè patet, atq; argumētatio D. Thom. procedit in secūdo sensu. ¶ Quinta causa huius repugnantiæ est, quoniā præmiū beatitudinis extrahit hominē à via, & ideo non potest esse simul cū merito, quod opus est viatoris, vnde Christus quantū ad beatitudinē animæ nunquam fuit viator. ¶ Sexta causa est, quoniā vltima felicitas habet rationē quietis, meritū autē est motus liberi arbitrij tēdētis in felicitatē, fieri autem non potest, quod idē quiescat & moueatur simul. ¶ Septima causa est, quoniā meritū saltē ordine naturæ debet præcedere præmiū, & profecto magnum incōueniēs est (vt ego iudico) quod Christus Dominus prius natura intelligatur mereri beatitudinē, quā habere illā ex vnione hypostatica. Verū est tamē quod D. Tho. hīc cū dicit, quod meritū debet præcedere præmiū, intelligit, quod debeat præcedere tēpore, & loquitur de præmio vltimæ beatitudinis, de quo probationes D. Tho. sunt euidētes, & probāt efficaciter quod meritū & præmiū beatitudinis nō possunt esse simul, de merito autem & præmio, quod in hac vita cōfertur, in augmento charitatis nullo modo procedūt. ¶ Ad tertiā probationē ex autoritate D. Tho. & ex ratione ibi insinuata satis (vt arbitror) respōsum est: his accedit, quod illā sententiā quā habet in quodlibeto retractauit in.1.p.loco iam indicato. ¶ Ad quartā probationē respōdetur, esse discrimē inter præmia proposita in argumēto & beatitudinē animæ Christi, nā nullū illorū est principium merendi, at lumen beatificū in Christo fuit principiū actionis meritoriæ in illo, obidq; nō potuit dari propter merita futura, sicut nos nō possumus mereri primā gratiā, nec vero creationē nostram per actiones subsequētes, natura enim & gratia sunt principia meritorū omniū, natura remotum, gratia propinquū principiū. ¶ Ad vltimū argumētū principale respōdetur, non cōsistere similitudinē in argumēto cōmemoratā, nam in Christo fuit simul gloria cum sua dispositione & ideo illa dispositio non potuit esse meritoria glorię propter causas dudū recēsitas. His accedit alia ratio, nam fuit principium merendi, & principiū merendi vt dictū est non potest cadere sub merito. ¶ Secunda dubitatio huic quæstioni annexa est. Vtrùm Christus Dominus meruerit gloriā corporis sui? Certè, quod non meruerit his argumētis suadetur. Primū, id quod est perfectius & dignius Christo est tribuēdū, sed habere gloriam corporis ex sese per modū naturæ ab intrinseco, perfectius est multò quā habere ex meritis, ergo nō habuit eam

3. Causa. tur. Ergo pari ratione anima quæ meretur, ipsa remunerabitur. Non ergo est possibile quòd Christus alijs meruerit.

D. Thom.

4. Causa.

Arguitur cōtra tertiā & quartam causam.

Solutio.

Secundum

Solutio.

5. Causa.

¶ 2. Prętereà, De plenitudine gratiæ Christi omnes accipiunt: vt dicitur Ioan. 1. Sed alij homines habētes gratiā Chri-

6. Causa.

7. Causa.

Explicatur D. Tho.

Ad tertiam probationem.

Ad quartā.

Ad vltimū argum.

Vtrū Christus meruerit gloriam sui corporis.

Primū arg.

eam ex meritis. Certè hoc argumẽto, tanquã efficaci vſi ſumus ſupra ad probãdũ, quod nõ meruerit gloriam animæ, quod certè æquales vires habet ad perſuadẽdũ, quod nõ habuerit gloriã corporis ex meritis. ¶ Hoc ipſum confirmatur, quia gloria corporis ſequitur ad gloriã animæ naturali conſecutione, niſi impediret per miraculum, ergo ſi illam nõ meruit nec iſtã potuit mereri, qui enim abſq; meritis habet eſſentiam abſque illis etiã habet paſsiones ab ea dimanantes. ¶ Prætereà argumentor, argumẽto Scoti, quod habet in. 3. d. 18. q. vnica. Corporis gloria ineſſet Chriſto continuo ex vi vnionis hypoſtaticæ atq; etiã ex gloria animæ niſi appoſitũ eſſet impedimentum, ergo Chriſtus non meruit gloriã corporis directe, ſed amotionẽ impedimenti. ¶ Ad hæc, Chriſtus non meruit habitus infuſos ex eo, quod ſunt paſsiones & proprietates, quæ cõſequuntur naturali cõſequio ex vnione hypoſtatica & ex lumine gloriæ, ſed gloria corporis etiam cõſequitur naturaliter ex gloria animæ, ergo nõ potuit cadere ſub merito Chriſti. ¶ Itẽ arguitur cõtra probationẽ D. Tho. quę nõ videt eſſe legitima. Ideo inquit D. Tho. gloriã corporis cadere ſub merito Chriſti, quia corporis gloria, & ſi quid aliud ſimile eſt, minus eſt quam dignitas merẽdi, quæ pertinet ad Chriſti virtutẽ & excellẽtiã. Hæc autem probatio non videtur legitima, nam æquè procedit de ſcientia infuſa, & de alijs virtutibus moralibus infuſis, quæ imperfectiores ſunt, quã charitas per quam Chriſtus meruit, ergo ſi nõ meruit habitus infuſos nec meruit gloriam corporis. ¶ Inſuper, ſi Chriſtus meruit gloriã corporis, ergo habuit virtutem ſpei per quam deſiderauit gloriã corporis futurã, conſequentia inde probatur, nam ille actus deſiderij debet eſſe perfectiſsimus, ergo debet proficiſci ab habitu virtutis, ſiquidẽ omni dubio procul actus qui proficiſcitur à virtute melior eſt, quam actus qui à ſola potẽtia proficiſcitur. In cõtrariũ eſt ſentẽtia D. Tho. ¶ Pro explicatione ſit prima cõcluſio. Certũ eſt ſecũdũ fidẽ Chriſtũ meruiſſe gloriã corporis, & exaltationẽ ſui nominis. Patet ex illo Eſai. 53. Si poſuerit pro peccato animã ſuã videbit ſemẽ longæuũ, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Et ibidem, diſpertiã plurimos & fortiũ diuidet ſpolia pro eo quod tradiderit in mortẽ animam ſuã. Lucæ vltimo, oportebat Chriſtum pati & ita intrare in gloriã ſuã. Ad Ephe. 4. Quid eſt quod aſcẽdit niſi quia deſcẽdit primũ in inferiores partes terrę? Ad Philip. ca. 2. Chriſtus factus eſt obediens pro nobis vſq; ad mortẽ, mortẽ autem crucis, propter quod Deus exaltauit illũ, & dedit illi nomẽ, quod eſt ſuper omne nomẽ. Obedientia igitur qua Chriſtus factus eſt obediẽs vſq; ad mortem crucis fuit cauſa propter quã Deus exaltauerit illum dans ei nomẽ manifeſtatũ ſuper omne nomẽ. Cum ergo omne opus, per quod operãs dignus eſt accipere à Deo prẽmiũ, ſit eiuſdẽ præmij meritorij; cõſequẽs eſt Chriſtũ obediendo vſq; ad mortem meruiſſe ſuæ exaltationis gloriã. Idẽ probatur ex illo ad Hebr. 2. Dicebat eum per quẽ omnia & propter quem omnia qui multos filios in gloriã adduxerat per paſsionẽ cõſummari, id eſt, beatitudinẽ & vltimũ finẽ cõſequi. Quæ expoſitio eſt conſentanea D. Paulo ad Hebr. 11. in illo verbo, vt non ſine nobis cõſumarentur. Ad idem valet illud Apoc. 5. Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt accipere diuinitatẽ, gloriã & fortitudinẽ, id eſt, pater fecit, vt diuinitas Chriſti & eius gloria quã ab initio habuit innoteſceret orbi, & ab omnibus agnoſceretur paſsim & prædicaretur Deus. Cõueniũt etiã in hãc ſentẽtiã ſancti Patres, quorũ aliqua teſtimonia refert Magiſter in. 3. d. 18. citat D. Ambr. ad Philip. 2. D. Augu. tractatu. 104. in Ioãnẽ, & deniq; apud omnes Patres & apud omnes Doctores Scholaſticos hæc res eſt cõſtitutiſsima, quã etiã probãt efficaciter rationes D. Tho. in hoc artic. ¶ Secũda concluſio, Chriſtus Dominus directè meruit gloriã corporis. Hæc cõcluſio ſtatuitur cõtra Scotũ qui in. 3. d. 18. exiſtimat quod Chriſtus Dominus nõ meruit directè gloriã corporis, ſed ſolummodo indirectè per hoc, quod meruit remotionẽ impedimẽti, quo detinebatur ex diuina diſpẽſatione ne gloria animæ redundaret in corpus. Probatur noſtra concluſio. nã meritũ primo ac per ſe & directè reſpicit bonũ, quod redditur tãquã merces, & illud reſpicit tãquam finẽ meriti, ſecũdario vero & indirectè reſpicit amotionem impedimenti, ergo

¶ 3. Prętereà, Merces, quam quis meretur, debetur ſecundum iuſtitiã, & non ſecundũ gratiam: vt patet Roma. 4. Si ergo Chriſtus meruit ſalutem noſtram, ſequitur quòd ſalus noſtra nõ ſit ex gratia Dei, ſed ex iuſtitia: &

Confir.

Secundum. Scotus.

Tertium.

Quartũ cõtra rationẽ D. Tho.

Quintum.

Prima concluſio.

Eſai. 53.

Phili. 2.

Hebr. 2.

Hebr. 11.

Apoc. 5.

Magiſter.

2. Concluſ.

Scotus.

primo & per se & directè meruit gloriã corporis, quæ sibi collata est tanquã merces propter merita bonorũ operũ, secũdario vero remotionem impedimenti. Quod certè illustratur exẽplo adducto ex rebus naturalibus, quæ in actione sua primo & per se respiciunt formã introducẽdam tãquã finem & scopũ suæ actionis, secundario & indirectè respiciunt formam quæ expellit, quæ est impedimẽtũ ad formã introducẽdam. Probatur rursus ex similitudine ducta ex moralibus, nam si quis collata pecunia redimat captiuũ, primo ac directè libertatem eius quærit, secũdario vero ac indirectè vt vincula dissoluãtur. Prætereà probatur eadẽ cõclusio, nã in diuinis scripturis apertè asseritur, quod propter meritũ obediẽtię habuerit exaltationem & summã sublimitatẽ, nõ certè remotionem impedimenti. Et præter autoritates scripturæ in prima conclusione citatas, est illa insignis ex Psal. 109. De torrente in via bibet & propterea exaltabit caput, cuius sensus est, Messias tantum sanguinis effundet, vt sanguis effusus efficiat torrentẽ, in quo quis bibat, & quia tam insigniter triumphauit de inimicis suis, propterea exaltabit caput. Euehetur ad summã sublimitatẽ, dabitur ei nomẽ quod est super omne nomẽ, hoc erit prẽmiũ istius grassationis. D. Aug. aliter exponit, putat de torrẽte significationẽ esse mortalitatis. De torrente mortalis vitæ bibet, id est morietur, & patietur omnia quæ sunt humanæ miserię, meritũ huius tolerantiæ erit, quod exaltabitur. Est alius Psalmus plenus meritorũ, quorũ prẽmia ad Christũ redeũt, nẽpè Psal. 44. in quo Propheta epythalamiũ describit Christi, & Ecclesiæ. Eructabit cor meũ (inquit) verbũ bonũ, &c. est propositio quæ absoluitur duobus versibus, acsi dicat; Epythalamiũ scribã Christi, sequitur deinde narratio: speciosus forma præ filijs hominum diffusa est gratia in labijs tuis, &c. quorũ verborũ sensus est. Sanctissimè doces & cõcionaris, propterea benedixit te Deus, id est, propter sanctissimas tuas conciones & doctrinas benedixit te pater in æternum, hoc est, voluit vt semper prẽstares noua opera, per quæ agnoscaris plenus gratia & benedictione, & infra. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ propterea vnxit te Deus; apertè significat Propheta, honorẽ vnctionis datũ Christo ob meritũ virtutis, meruit ergo Christus non solum nobis sed etiã sibi, hoc enim habet proprietas dictionis propterea, propter quod ergo, id est, merito huius insignis humilitatis & obediẽtiæ. Vltimo probatur, nã in Christo nullũ fuit impedimẽtũ positiuum quo impediret ne gloria animæ redundaret in corpus, sed detinebatur gloria ex eo solũmodo, quod Deus non cõcurrebat ad cõmunicationẽ glorię in corpore, ergo Christus nõ meruit amotionem impediẽti sed directè gloriã corporis, quæ excluſit corporis mortalitatẽ & passibilitatem. ¶ Ad argumẽta in principio posita. Ad primũ respõdet, quod tota perfectio, quæ est habere corporis gloriam ab intrinseco & naturali cõsecutione ex gloria animæ cõpetit modo Christo, nã ad hoc satis est, quod illa gloria sit debita ex vi naturalitatis, sed per miraculũ & ex dispensatione factũ est vt ei nõ redderetur statim, accedit tamẽ ex ista dispẽsatione, excellẽtior quædam perfectio in hoc quod eam quę debita erat ex natura, meruit per propias actiones meritorias. Quod vt rectius intelligatur sciẽdũ est, quod gloria corporis est cõnaturalis Christo ratione principij intrinseci sicut supradictũ est de gloria animæ, & ratione ipsius animæ cuius gloria naturaliter redũdat in corpus nisi detineatur: vnde in hac parte duplicem possumus considerare perfectionem Christi, prima est quod habuerit virtutẽ cõmunicãdi gloriã suo corpori, altera est, quod actu eam cõmunicauerit: primã habuit ab instãti suæ cõceptionis, secũdã postmodum ex meritis, neq; hoc derogat dignitati Christi. Nã cũ dicimus quod omnis perfectio tribuẽda est Christo, intelligẽdũ est dũmodo nõ repugnet fini redemptionis. Repugnat autẽ ista secũda perfectio, nam per istã actualẽ cõmunicationẽ redderetur corpus Christi immortale & impassibile, & ex consequẽti nõ posset pati pro redemptione generis humani. Sed & alia de causa nõ fuit hæc perfectio in Christo à principio, nã per hoc accessit Christo alia maior perfectio, quæ consistit in hoc, quod fecerit sibi debitã gloriã corporis per propria merita à charitate profecta quæ sunt

Similia.

Psal. 109.

Augusti.

Psal. 44.

†Quæst. 8.

Ad primũ argum.

Quomodo omnis perfectio sit Christo tribuenda.

sunt maioris perfectionis, quam gloria corporis vt inquit D. Tho. in art. 3. Et certè nos in superioribus nō negauimus meruisse gloriā animæ ex eo, quod habuerit illā à principio intrinseco, sed quoniam nunquam caruit illa, & erat incōpossibilis cū merito eiusdē gloriæ propter rationes superi⁹ explicatas: verum est tamē quod si cōparemus inter se hos duos modos habēdi gloriā corporis precisè sumptos, perfectius est habere illā ab intrinseco quam ex meritis, cęterum habere illā coniunctim ex vtroq; titulo perfectius est. ¶ Sed fortassis dicet Theologus, si Christus habuisset gloriā corporis sibi coęuā, certè non meruisset illā, ergo nec modo illam promeruit. ¶ Respōdetur tamē negandā esse cōsequentiā, & ratio est quia in eo casu Christus esset cōprehensor etiam respectu gloriæ corporis, & ideo nō potuisset illā promereri; at Christus in hac vita erat viator & ideo non est eadē ratio. Quod si dicat iterum Theologus, Christus naturali ordine erat habiturus gloriā corporis, ergo nō meruit illā. Dico negandā esse consequentiā, nam certè pluuiā futurā naturali ordine possumus mereri nostris precibus; & secundū placitum D. Tho. patres antiqui meruerūt incarnationē Domini, quæ ex diuina ordinatione & promissione erat futura. Quod si adhuc instet Theologus, nam hæc gloria corporis erat Christo debita ratione vnionis, ergo nō meruit illā; dico consequētiam argumēti nō valere, quia mereri est facere simpliciter debitū, vel debitū nouo titulo, sicut id, quod meruit Christus Dominus in primo instāti suæ cōceptionis, fecit debitū nouis titulis per alias actiones subsequētes. ¶ Ad confirmationē respōdetur, cū D. Tho. ad tertiū argumētū, quod gloria corporis nō sequitur absolutè & naturaliter ad gloriam animæ, sed iuxta cōgruentiam humanorū actuum ex diuina ordinatione, & ideo potest cadere sub merito. Vel dicatur, quod gloria corporis sequitur naturali cōsecutione, quādo anima ex omni parte beata est & impassibilis, at anima Christi Domini in hac vita degens passibilis erat ex passione corporis, vt planè cōstat. Tertio potest respōderi, quod postquā per miraculū & ex diuina dispēsatione gloria corporis fuit detenta, certè potuit Christus illā promereri, veluti si Deus à me auferat risibilitatē aut intellectū possem dubio procul eum precibus obtinere. ¶ Ad secundū argumentū quod est

Obiectio.

Solutio.

Alia obiectio.

Solutio.

Ad confir. D. Thom.

Ad secūdū.

sicut in capite totius Ecclesiæ, cui omnes vniuntur, sicut capiti mēbra, ex quibus cōstituitur mysticè vna persona. Et exinde est, quod meritū Christi se extēdit ad alios, in quā tū sunt mēbra eius, sicut etiā in vno homine actio capitis aliqualiter pertinet ad animę perfectionē, qua parte rationalis est, ac subinde ad statū cōprehēsoris in Christo spectabat eos habere naturaliter cōsequētes ex cōprehēsione ipsa, quoniā cōprehensio maximè respiciebat perfectiones ex parte ipsius animæ: cæterum corporis gloria pertinebat ad corporis ipsius perfectionē, quā proinde Christus qua ratione viator est ex dispēsatione propter rationes suprapositas nō habuit continuo, & idcirco cum aliās corporis gloria non sit meriti principiū, decuit vt Christus eam haberet per meritū. ¶ Ad quartū argumentū ex dictis in præcedēti solutione respondendū est, etenim licet virtutes morales & scięntia infusa sint imperfectiores quā charitas, cæterū pertinent ad statū comprehensoris sicut ipsa charitas. ¶ Ad vltimū argumentū respōdetur, quod quanuis in Christo fuerit actus sperādi gloriam corporis, nō est cōsequens quod habuerit virtutem spei, nam primariū obiectū spei est gloria animæ: deficiente autē primario obiecto virtutis ipsa virtus locū nō habet. De quo dicitur abūdantius in materia de spe in. 2. 2. q. 17. ¶ Sexta quęstio est, quid nobis meruerit Christus, meruit ne nobis omnia bona spiritualia, quæ ad salutē nostrā sunt necessaria? Pars negatiua huius quæstionis sic suadetur, in primis, potissimū beneficiū hominibus cōcessum ad salutē hominū necessariū, est ipse Christus, sed quod nobis daretur Christus nō meruit ipse Christus vt planè constat, ergo non meruit nobis Christus omne beneficiū ad salutē hominum necessariū. ¶ Deinde, gratia prædestinationis inter omnes gratias primatum tenet, vt simus prædestinati in adoptionē filiorū Dei, sed hāc nō habemus ex meritis obediētiæ & humilitatis Christi, siquidē nō cadit sub merito, tantūq; est referenda in Dei volūtatē iuxta illud D. Pauli nō est volentis, neq; currētis sed Dei miserētis & cuius vult miseretur, &c. nō ergo habemus omnē gratiam propter Christum. ¶ Tertio, prima gratia iustificās, qua recōciliamur cum Deo est quæ potissime in diuinis literis nobis cōmendatur, sed hāc nō habemus per Christū nec per eius merita siquidē de ea dicit Paulus, si gratia, non ex operibus, id est,

Ad tertiū.

Ad quartū.

Ad vltimū.

Sexta quæstio, quid nobis meruit Christus.

Primū arg. pro parte negatiua.

Secundum

Tertium.

non ex meritis, vnde videtur euidens contradictio, quod sit prima gratia & quod detur ex meritis Christi. Confirmatur, nam Rom. 4. dicit Paulus, Ei qui nō operatur, credēti autem in eum qui iustificat impium, fides reputatur ad iustitiam secūdū propositū gratiæ Dei, id est, secundū Dei placitū, & gratuitam Dei volūtatē. Cui consonat illud ex Paulo, iustificati gratis per gratiam ipsius. Cōfirmatur, etiam ex eo quod dicitur Ioā. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum, traxerit inquam, sua gratuita voluntate nullis præcedentibus meritis.

Confir. 1. Rom. 4.

Confir. 2. Ioan. 6.

¶ Quarto, adhoc vt Christus sit noster Saluator & redēptor nō oportet vt per eius merita habeamus omne beneficiū ducēs nos ad vitā æternam: nam exploratum est, non esse necessariū, vt qui meretur aliquid, mereatur omne quod requiritur ad illud, quilibet enim iustus meretur vitam ęternā, ad cuius cōsecutionem necessaria est prædestinatio, & rationalis anima, & prima gratia, & Christi incarnatio, quorum nullum cadit sub merito, non ergo oportet concedere quod Christus Dominus meruerit nobis omnē gratiā, quæ introducit nos in vitā æternā. ¶ Præterea, per fidē copulatur nobis Christi meritū, vt planè testatur vniuersa scriptura noui testamenti, ergo fides prꝫexigitur ad meritū Christi participandū, ergo nō datur nobis ex merito Christi. Idem argumētum potest fieri de vocatione, & tractione de qua loquitur Dominus Ioan. 6. Omnis qui audit à patre, & discit venit ad me, & iterum, nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Ex quo sic colligo argumentū, nemo participat Christi meritū nisi prius trahatur voceturq́; à Patre, ergo trahi & vocari dona sunt diuinæ largitatis, nec contingunt nobis ex Christi merito. ¶ Præterea, Sancti Patres docent quod omnis Christi actio, nostra sit instructio, ergo Christus venit in carne ad docendū & monendū quid nos facere debeamus. ¶ Item, Christus pro iustitia & veritate prædicanda patienter sustinuit iniurias vsque ad mortē crucis, & quod in hoc solū voluerit nos erudire atque instruere videtur per suum ipsius verbū dicens, exemplum dedi vobis vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis. Item qui dicit se Christū sequi debet quemadmodū Christus ambulauit & ipse ambulare. Item Apost. Petrus, Christus passus est pro nobis (inquit) vobis relinquēs exēplū, vt sequamini vestigia eius. Similiter Paulus ait, estote imitatores mei, sicut ego Christi. Atq; idē alibi: apparuit (inquit) benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, erudiens nos, vt abnegantes impietatē & sæcularia desideria sobriè, piè & iustè viuamus in hoc sæculo. Et alijs aliquot in locis Petrus & Paulus Apostoli docent Christi natiuitatē, mortē, sepulturā, resurrectionē, & ascensionē, cæteraq́; eius opera esse mysteria & symbola seu signa, ad quæ debemus conferre vitā nostram. Nam de natiuitate dicit Petrus, quasi modo geniti infantes lac cōcupiscite. Propter passionē Paulus dicit, si sustineamus cū Christo & regnabimus cum illo. Propter crucem idem dicit, qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Propter sepulturā dicit, sepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem. Propter resurrectionem dicit, vt quemadmodum ipse resurrexit à mortuis ad vitam immortalem, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Propter ascēsionem dicit, si surrexistis cum Christo quæ sursum sunt sapite. Ex his atque similibus videtur cōsequens esse Christum venisse in carne non vt nobis gratiā promereretur & reconciliationem cum Patre cœlesti, non vt satisfaceret pro peccatis nostris, sed vt erudiret nos sobriè & piè & iustè viuere & iustitiam vsque ad mortē seruare. ¶ Vltimo, posita causa sufficienti ponitur effectus, & vt sit effectus nulla alia re opus est. Si ergo Christus merito obedientiæ suæ sufficienti & copioso meruit nobis omnem gratiam & reconciliationem cum Deo, consequens est, omnes filios Adæ habere gratiam & reconciliationē cum Patre, alioqui Pater æternus iniustus esset, qui præmiū debitum obedientiæ filij sui non persolueret. Quod si dicat Theologus, non dari vniuersis hominibus peccatorum remissionem & gratiam, quia non se disponunt ad illam, & verè contradicunt & rebelles sunt lumini. In cōtrarium sic arguitur, nam etiam hoc cōsentire & non contradicere est, donum Dei maximum, ergo si Christus meruit omne Dei donum & omnē gratiā, meruit etiā quod actu cōsentiremus & nō essemus rebelles lumini, & sic omnes efficaciter cōuerteremur. ¶ In explicationē propositæ quæstionis sciendum est, fuisse iam olim Pelagianos hæreticos, qui iniuriam facientes diuinæ gratiæ docuerunt Christum nullam gratiam nobis promeruisse, neque à peccato

Quartum.

Quintum.

Ioan. 6.

Sextum.

Septimum.

Petrus.

Paulus.

Vltimum.

Expositio quæstionis Pelagiani.

peccato genus humanum vnquam liberasse, & suam virtutem sibi soli profuisse, & eũdem solum in hoc venisse vt demonstraret nobis viam salutis & vitæ æternæ traderet documẽta. In eodem errore fuit quidam Petrus Abaylardus, qui vt docet D. Bernardi in Epist. 190. ad Innocentiũ Papam aiebat Christũ Dei filiũ propterea solũ in carne venisse, vt viam salutis hominibus ostẽderet illosq; eruderet illuminaretque, & exẽplo suæ passionis doceret virtutes humilitatis & patientiæ, & ad amorem sui hominũ corda accenderet. Proinde totum, inquit iste hæreticus, quod Deus in carne nostra apparuit, de vita, de doctrina, de conuersatione illius nostra est instructio. D. Chrysost. Theophilact. Eucumenius, Ambros. in comment. in Epistolã ad Colossenses scribunt, scholam Simonis in hoc errore fuisse deiectam, vt crederet homines reconciliatos per angelos accessum habere ad Deũ. Itaque Symon persuadebat Christum non sufficere ad reconciliationẽ. Atqui isti autores à nobis cõmemorati hæretici sunt; Alij autores catholici quantuis verè & catholicè credunt Christum nobis promeruisse gratiam reconciliationis & iustificationis, negant tamen omnem gratiã nobis promeruisse. Capreol. in 3. d. 18. q. vnica arti. 3. in solutione ad argumenta Scoti contra 4. conclusionem, inquit, quod dispositiones præcedentes ipsam gratiam & fidem informem, timorẽ seruilem, vocationem, & alia eiusmodi non promeruit nobis Christus. Dispositiones autem cõcomitantes ipsam gratiam, vt fidem formatã, contritionem, pœnitentiam, & alia id genus promeruit nobis Christus. Ioan. Driedo libro de captiuitate & redempt. generis humani tractatu. 2. c. 2. p. 3. art. 3. & 4. scribit, quod Christus non promeruit nobis fidem. Existimat enim quod fides ex pura Dei gratia & misericordia nobis cõcedatur, qua suppositа promeruit nobis Christus primam gratiam & iustificationem. Ruardus Tapper, Decanus Louanien. tom. 1. suorum operum art. 6. p. 242. citat Capreol. & Driedonem in eam sententiã, & eam videtur amplecti subinferens nõ esse ex Christi merito, sed ex æterna patris electione, quod hic paruulus baptizetur potius, quam alius, & fiat ei applicatio mortis Christi in eius salutẽ, sed postquam baptizatur & abluitur ex merito Christi iustificatur. ¶ Pro explicatione veritatis est conclusio, Christus Dominus meruit nobis omnem gratiam, & omnia charismata Spiritus sancti, quæ in cordibus hominũ diffunduntur, ad vitam rectè instituendã, & ad beatitudinem obtinendam, fidem, spem, gratiam, charitatem, inspirationem, illuminationem, & cætera id genus. Hæc cõclusio probatur efficaciter ex diuinis scripturis, Ioã. 1. sic habetur, Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Et Paulo inferius, de plenitudine eius omnes accepimus, id est, de plenitudine vberrimi illius fauoris, & gratiæ, qua præditus erat, omnes consortes redditi sumus, & participes facti sumus. Itaq; omnis nostra gratia de plenitudine eius est deriuata. Et in eodem capite continuo sequitur. Gratiã pro gratia, id est, propter gratiam aut fauorẽ Christi, homines beneuolentia & fauore suo dignatus est prosequi. Et post pauca, inquit, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est, id est, Christus est autor gratiæ & veritatis. Cui consonat illud Euangelij crebrò repetitum, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, id est, in Christo & propter Christum omnia placent patri. Ipse est gratus per essentiã, cæteri homines per participationem secundũ quod eius gratiã & dona & merita participant. Eandẽ veritatem testatur Paulus in innumeris ferè locis suarũ Epistolarũ, in primis Rom. 11. Quoniã ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia, id est, ipse bonorum omniũ fons & causa, ipse conseruator, ipse finis, ipse causa meritoria, omnes homines quicquid habent gratiæ, illi acceptũ referre debẽt. Et in Epist. ad Ephes. c. 1. sic dicit; Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, benedicere hoc in loco significat beneficijs afficere. Qui ergo benedixit nos, id est, qui maxima bona nobis cõtulit, & adiecit, in omni benedictione spirituali, quę spiritualis benedictio vniuersam donorũ copiã cõplectitur: & inter cætera, remissionẽ peccatorũ, donationẽ iustitiæ, adoptionem in filios, cuius in Epist. sua posteriori. c. 1. meminit Petrus, consortium diuinæ naturæ, illam nominans; illa vero clausula, in Christo Iesu, adiecta est propter scholam Simonis, quæ alios inducebat mediatores, vt videre est apud Epiphanium. 2. tomo lib. 1. contra hæreses, & illa præpositio, in, posita est loco, per, & sensus est, Deus pater contulit nobis omnẽ

Abaylardus.

D. Bernard.

Symon Magus.

Capreol.

Driedo.

Decanus Louan.

Conclusio.

Christ⁹ meruit nobis omnẽ gratiam & omnia charismata & dona Spiritus sancti.

Ioan. 1.

Rom. 11.

Ephes. 1.

2. Petri. 1.

Epiphan.

benedictionem spiritualem per Christum nō per Simonidem, non per Menandrum, non
Ephes. 1. per Angelos. Et in eadem Epistola capi. 2. est aliud insigne testimonium. Ipsius, inquit Paulus, sumus factura, creati in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulem°. Sermo est secundū expli
Chrysosto. cationē Chrysostomi, non de prima illa creatione, ex qua habemus quod viuimus, sed de altera ex qua habemus quod rectè viuimus in Christo Iesu. Et sicut creatio est productio totius entis secundum rectam philosophiam, sic sanè Christus Dominus creauit nos, & regenerauit in esse spirituali, quia dedit nobis
Ephes. 2. omnem gratiā qua rectè viuitur. Et ca. 1. eiusdem Epistо. Gratificauit nos in dilecto filio suo, id est, gratiosos & charos reddidit per filium, siue, ob meritum filij. Et in eodē capite est aliud insigne testimonium: in quo habemus, inquit, redemptionē per sanguinē eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni patiētia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ secūdum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt in ipso. Quæ verba dum dicit Paulus in conspectu habet hæreses quæ inducebant alios mediatores, per hunc, inquit, solum & non per Simonem, nec per Menandrum instaurat omnia. Quibus in verbis significat Paulus quod sicut Pater æternus omnia per verbum fabricauit, ita statuit per verbū incarnatum omnia instaurare, siue quæ in cœlis, siue quæ in terra sunt; & sicut dicitur de ver-
Ioan. 1. bo Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt: ita de verbo incarnato rectissimè & verissimè dicere possumus, omnia per ipsum instaurata sunt. In eodem est alia memorabilis sententia, omnia, inquit, subiecit sub pedibus Christi, & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimplet, non ait qui omnia in omnibus inchoat, sed adimplet, ergo omnia charismata veniunt à Christo & per Christum. Sed eadem veritas insigniter com-
Ephes. 4. probatur, ex cap. 4. eiusdem Epist. in his verbis, vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, propter quod dicit, ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus,

quādam particulare gratiā: & ideo nō oportet, q̄ alij homines possint alijs mereri, sicut Christus.

¶ Ad tertiū dicēdum, q̄ sicut peccatum Adæ, nō deriuatur ad alios, nisi per carnalē generationē: ita meritum Christi non deriuatur ad alios, nisi per

quod autem ascendit quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? qui descendit ipse est, & qui ascēdit supra omnes cœlos vt adimpleret omnia. In his verbis planè asseritur, quod omnis gratia, quæ datur hominib°, datur secundū mēsurā donationis Christi, qui ascēdens in altum dedit dona hominib°: cū vero dicit, qui descendit ipse est qui & ascēdit super omnes cœlos vt adimpleret omnia, hunc sensum habet fauētē nostro proposito, quia tam profundè descendit vt non potuerit profundius. Rursus, quia tam altè ascendit vt nō potuerit altius. Hinc summa & infima cōpleuit, & per cōsequens intermedia quoq; ,atque adeò omnia in Christo restaurantur & complētur. Sed id quod sequitur in eodē capite mirū in modum nostram sententiam confirmat. Veritatē autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus cōpactum & connexū per omnē iunctūrā submiristrationis secūdū operationem in mēsura vniuscuiusq; membri augmētum corporis facit in ędificationem sui in charitate. Nihil potuit significantius dici ad explicandum quod omnis operatio, omnis motus, omnis vis & efficacia, & energia, quam habēt Christiani homines habent à Christo & per Christū: quemadmodū mēbra à capite vitam & efficaciam & energiā recipiunt, ratione cuius agunt & viuunt. Valet quoq; ad nostram conclusionē confirmandā, & id quidem efficacissimè, id quod dicit D. Paulus ad Rom. 5. Rom. 5.
Non sicut delictū ita & donū. Si enim vnius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit, & non sicut per vnum peccatū ita & donū, &c. & post pauca: si enim vnius delicto mors regnauit per vnū, multò magis abundantiam gratię & donationis & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per vnū Iesum Christū. Igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in cōdemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem. Sīcut enim per vnius inobedientiam hominis, peccatores cōstituti sunt multi, ita & per vnius obeditionem iusti sunt constituti multi. Hæc sententia maximè obseruanda est, vt intelligamus tum damnū, quod intulit primus homo tum charismata, quæ nobis cōtulit Christus. Ab Adam siquidem peccatum, ira Dei, maledictio, & mors à

Discrimen in delicto Adæ, & gratia Christi.

quo

quo quòd in peccatis nasceremur, & filij iræ essemus, habuimus, itéq; quòd essemus maledicto obnoxij. Et hinc est, quod in lætis intumescimus, in tristibus frangimur, & desperamus, demũq; mors & infernus in nos redũdarũt. Adã enim sua inobedientia portas mortis nobis aperuit infernicq; ignẽ suo delicto accendit. Eni s est thesaurus, hoc est patrimoniũ, hæc hæreditas quã nobis primus parẽs reliquit, à Christo autem econtra omnis gratia, benedictio, & vita est, ex cuius plenitudine credẽtes in ipsum & eidẽ per verã animi dilectionẽ cõiuncti primo accepimus iustitiã, & remissionẽ peccatorũ: per fidẽ in sanguine eius, &c. Ex eadẽ etiã plenitudine gratiã & fauorẽ Dei accepimus: gratificauit enim nos in dilecto filio suo. Prætereà ex plenitudine eius accepimus benedictionẽ, credẽtibus enim & diligẽtibus Christũ omnia benedicta sunt nedũ prospera, sed ipsa crux & quęcũq; aduersa. Diligẽtibus enim Deũ omnia cooperantur in bonũ. Postremò, & vitã ab eo accepimus Christus enim bona sua, victoriãq; qua vicit mala eisdem cõmunicat, & vt in summa dicã, sicut per vnius inobedientiam peccatores cõstituti sunt multi, ita per vnius obeditionẽ iusti cõstituti sunt multi. Et sicut in Adã omnes moriũtur, sic & in Christo omnes viuificabũtur. Demum Paulus ad Colos. sic scribit de Christo: qui est imago inuisibilis Dei, primogenit⁹ omniũ creaturarũ, quoniã in ipso sunt cõdita vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & omnia in ipso cõstãt, & hęc omnia à principio filio Dei cõpetũt. Sed de nouo postquã verbũ caro factũ est, prosequitur, & in ipso cõplacuit omnẽ plenitudinẽ inhabitare facere, & per eũ recõciliari, siue recapitulari, vt Græci habẽt, aut renouare omnia. Cœlesti nãq; oraculo docemur omnia noua tẽpore redẽptionis esse facta. Dixit enim qui sedebat in throno, inquit Ioãnes; Ecce noua facio omnia. Et Paulus, in cuius pectore Christus resonat ait: vetera trãsierunt, ecce noua facta sunt omnia; & in alio loco scribit. Apud Deũ neq; præputiũ neq; circũcisionẽ aliquid valere sed nouã creaturã. Christus mirandum & nouum in modũ conceptus, natus, nouũ Ecclesiæ corpus fabricauit & erexit, cui reipublicę nouum signũ militiæ constituit, nouã vitã nouosque mores & nouã doctrinã docuit, nouum cibũ præparauit, noua sacrificia instituit, nouũ dominiũ, nouumq; principatũ, & regnũ cœlorũ in quo ipse regnat & imperat in sæcula. ¶ His constitutis ad argumẽta satisfaciendũ est. Ad

generationem spiritualẽ quæ fit in Baptismo, per quam homines Christo incorporantur: secundũ illud ad Galatas. 3. omnes quotquot in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Et hoc ipsum est gratiæ, qđ homini conceditur regenerari in Christo: & sic salus hominis est ex gratia.

primum argumentũ fatẽdũ est, quod Christus non meruit suã incarnationem, nec fuit causa meritoria sui ipsius, cum ergo diximus, quod omnẽ gratiã & omnia charismata meruit nobis Christus, intelligimus de illis donis, quæ animis nostris infunduntur & inhærẽt ad renouationẽ interiorẽ animorum nostrorũ: Christus autẽ est primũ donum & causa vniuersalis omniũ gratiarũ, & ideo non cadit sub merito, sicut dicimus Deum creasse omne ens, nõ tamẽ est cõsequens quod creauerit seipsum, sed sensus est quod creauerit omne ens aliud à se. ¶ Ad secundũ duplex solet adhiberi solutio, altera est, quod prædestinatio nõ est gratia, quæ nobis infunditur, sed est decretũ in mẽte diuina ab æterno existẽs. Nos in nostris assertionibus tãtum loquimur de gratijs & charismatibus, quæ in nobis suscipiuntur, & inhærent. Altera solutio est valde probabilis, quod Christus est causa meritoria nostræ prædestinationis. Itaq; Christus Dñs fuit primus prædestinatus propter cuius præuisa merita omnes prædestinati sunt electi. Quod apertè videtur docere D. Paulus ad Ephes. 1. cũ inquit, prædestinauit nos in adoptionẽ filiorũ per Christũ. Et iterũ, elegit nos in ipso ante mũdi cõstitutionẽ. ¶ Ad tertiũ argumẽtũ dicẽdum est, quod licet prima gratia non sit ex meritis nostris, est tamen ex meritis Christi, quod apertè pronuntiat D. Paulus ad Rom. 3. cum inquit; Iustificati gratis per gratiã ipsius per redẽptionem, quę est in Christo Iesu. In quo significatur, quod gratis iustificati sumus, vel absq; vllis nostris meritis, non tamen absque vllis omnino meritis, quia non absque meritis Christi: magno enim constitit Christo hæc nostra iustificatio, nimirum pretio sanguinis. Verum si pretio, quomodo ergo gratuita Dei bonitate iustificati sumus? videntur enim hęc inter se repugnare. Hactenus gratuita Dei bonitate, quia quanuis iustam pro peccatis satisfactionem exegerit, gratis tamen, redemptorem & satisfactorem ipse nobis misit, atque hoc est quod explicat in sequẽti particula, quem proposuit propiciatorem, quem sine vllis meritis nostris

Ad primũ argum. Christus nõ meruit suã incarnationem.

Ad secũdũ.

Ephes. 1.

Ad tertiũ. Prima gratia est ex meritis Christi.

Rom. 3.

gratuita ſua bonitate, propoſuit mediatorem, reconciliatorem, peccatorem inter ſe & huma
Ad quartū. num genus per fidem. ¶ Ad quartū dicēdum, quod Chriſtus ex eo quod promeruit nobis gratiam iuſtificantem, & gloriā, non ſequitur efficaci argumento, quod meruerit nobis omnia media & chariſmata ad gloriā conſequendam. Cæterùm alijs argumentis id euidenter cōprobatum eſt, nimirū quia eſt primū principium, & primus fons gratiæ vt patet ex illo, gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo benedixit nos in omni benedictione ſpirituali
Ad quintū. in Chriſto. ¶ Ad quintū argumentū reſpōdetur, quod per fidem applicatur nobis meritū Chriſti, vt efficiamur eius membra viua, & vt ex impijs reconciliemur Deo vtq; efficiamur
Per fidem applicātur nobis meritū Chriſti. iuſti, verum ad habendā vocationē Dei, & ad participandam fidē ex merito Chriſti non requiritur aliud medium per quod nobis applicetur, quemadmodū ad gratiā ſuſcipiendam, requiruntur diſpoſitiones, ad quas rurſus aliæ diſpoſitiones non requiruntur, alioqui eſſet
Ad ſextum. proceſſus in infinitū. ¶ Ad ſextū argumētum dicendū eſt, falſiſsimū eſſe quod Chriſtus Dominus ſolū venerit in hunc mundū, ad dandā ſcientiā ſalutis, aut tanquā lux ad illuminandū aut tanquā magiſter ad docendum. Nam ſi ad hoc veniſſet tantū, conſequēs eſſet, gratiā per Chriſtū Ieſum nobis exhibitam nō eſſe aliud quā legē ſeu doctrinā Euangelij ex æquo omnibus propoſitam, quæ eſt impia olim Pelagij damnata hæreſis ſcripturis planè cōtradicētibus, nam Chriſtus non ſolū eſt magiſter, doctor, præceptor, aduocatus, ſed liberator, redē
Explicātur teſtimonia ſcripturarum. ptor, recōciliator, ſacrificiū, medicus, & viuifi cator. ¶ Ad ſcripturas vero in argumento rectitatas dicimus earū intellectū eſſe manifeſtum ex cohærētia ſcripturarū. Nam Apoſt. Paulus cum dixiſſet, apparuit benignitas & humanitas Chriſti Saluatoris erudiens nos, paucis interpoſitis ſubiecit, qui dedit ſemetipſum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populū acceptabilē, ſectatorē
Obiectio. bonorū operū. Hinc iam ſi roges, Chriſtus ſi per ea, quæ ſuſtinuit in corpore voluit nos redimere & ſupplicia peccatis noſtris debita ſoluere, cur igitur ſcripturæ Apoſtolicæ docent, Chriſtū hæc omnia feciſſe ad erudiendū nos?
Solutio. Reſpōdetur ſcripturæ Apoſtolicæ docēt quidem Chriſtū eruditſſe nos, ſed & per omnē locum paſsim docent illū etiā nos ſuo ſanguine redemiſſe & reconciliaſſe Deo. Et quia Chriſtus in hac noſtra redēptione voluit oſtēdere nō ſolum ſuā potentiā ſed & ſapiētiā & bonitatē, & idcirco præparās humano generi modum liberādi infirmitati noſtræ cōgruentiſsimum, etiā opera redemptionis talia exhibuit quæ forēt ad mortalis vitæ noſtræ inſtructionem. Super quo ſi placet vide Auguſtinum in Enchirid. cap. 53. Auguſti.
Ad vltimū. ¶ Ad vltimū argumentū dicendū eſt, quod ſi ex medicina à Chriſto Domino præparata, & ex poculo ex noſtra infirmitate & virtute diuina confecto (vt verbis vtar Aug.) nō ſanātur omnes, cōtingit non ex inſufficiētia medicinæ, ſed vel ex abſentia cauſæ particularis huiuſmodi medicinā nō applicātis, vel ex culpa ægri illā repellētis vel ad illā accipiendam ſe nō accōmodantis. ¶ Ex dictis Corollariū
ſequitur, quod Chriſtus Dominus meruit & ſibi & nobis. Quædā autē meruit ſibi, quæ nobis nō potuit mereri, vt exaltationē ſui nominis, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtiū & infernorū, &c. ad Philip. c. 2. Item Philip. 2.
meruit iudiciariā poteſtatē, quædā rurſus meruit nobis quæ ſibi mereri non potuit vt gratiā, gloriā animæ, remiſsionē peccati, quæ ſibi mereri non potuit. Verumtamē quædam meruit promiſcuè & ſibi & nobis, vt corporis claritatem, immortalitatē cæteraſq; beatorū dotes. Sequitur etiam ex dictis, quod meruit nobis nō ſolum gratiam & gloriam & omnē diſpoſitionem cum gratia & gloria, ſed etiā omne augmētum gratiæ & gloriæ, imo aio quod meruit nobis omnem motum bonum intelle
Chriſtus meruit nobis omnem motum boni intellectus & voluntatis. ctus & cordis noſtri. ¶ Sentio rurſus, quod quotieſcūq; operatur homo opus aliquod bonum & meritorium, Chriſtus operatur in illo & facit vt faciat homo. Et quod hoc ita ſit euidenter patet, ex his, quæ adduximus ſupra ad probandam concluſionē propoſitam. Exiſtimoq; probationes adeo eſſe legitimas vt contrarium aſſerere ſit errare contra fidem. Ex di
Dubium. ctis tamen ſuboritur quædam dubitatio non contemnenda. Vtrum poſsit concedi, quod Chriſtus meruerit nobis gratiam increatam, id eſt, eam beneuolentiam qua Deus Pater acceptauit nos ad ſua bona, & ea in nobis effectiuè producit ad merita Chriſti reſpiciens? Sunt quidam Theologi qui affirmāt id poſſe concedi. Pro cuius ſententiæ explicatione, an
Deum voluiſſe nobis benefacere dupliciter intelligitur. notare oportet, quod dupliciter poſſumus intelligere Deum voluiſſe benefacere humano generi, primo quia voluit humanitatem eleuare ad vnionem hypoſtaticam, & de hac volitione, quę poteſt dici gratia increata certum eſt, quod non cadit ſub merito nec Chriſti nec alterius creaturæ prout ſupra demonſtratum eſt; ſecundo poſſumus intelligere Deum voluiſſe nobis benefacere & acceptare ad bona ſua reſpiciens ad merita Chriſti, & de hac volitione & beneuolentia, quæ res increata eſt, ſiquidē in Deo eſt, exiſtimant quod cadit ſub merito Chriſti, & quod Chriſtus meruit nobis talē volitionē & beneuolentiam, quod

dogma

dogma vt explicent; dicunt præterea quod possumus tripliciter loqui, aut ratione sui termini, aut secundum seipsam, aut secundum quod respicit creaturas: in præsentia non est sermo secundum primam considerationem, nam iam demõstratum est à nobis, quod meruit nobis omnem gratiam & gloriam quę ex diuina beneuolentia in nos proueniunt: nec loquimur iuxta secundam considerationem, quoniam vt sic est actus diuinus, imo est ipsa essentia diuina omnino immutabilis cuius rei nulla potest esse causa. Loquuntur igitur isti autores de diuina beneuolentia tertio modo, nam quanuis ille actus secundum se sit necessarius, tamen prout refertur ad creaturas est liber, vt planè constat, non enim necessario amat creaturas ad vitam æternam. Atque ita sensus huius sententiæ, quæ modo introducitur in scholas est, quod Christus meruit nobis gratiam increatam, id est, volitionem concedendi nobis gratiam & gloriam creatam, vnde non solum meruit nobis executionem huius volitionis diuinæ, id est, bona per ipsam concessa, sed etiam meruit ipsam volitionem & beneuolentiam, qua pater ab æterno nos amat, & vult nobis conferre bona sua gratuita. Probatur, quod hæc sententia sit vera ex illo Ephes. 1. Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. ¶ Ex quo duplex probatio eruitur pro ista sententia, prior est, nam aliàs non verificatur quod benedixerit nos Deus in omni benedictione in Christo, siquidem concesit nobis hanc primam benedictionẽ, quæ fons est & origo omnium aliarum benedictionũ sine ordine ad Christũ. ¶ Altera probatio est, quia ipsa electio est quædam gratia increata, si ergo Deus elegit nos in Christo, necessario concedendum est, quod meruit nobis hanc gratiam increatã. Et certè Deus Pater elegit nos propter Christũ, ergo Christus est causa propter quã Deus elegerit & amauerit nos. ¶ Idẽ probatur, nam Christus Dominus reconciliauit nos Patri iuxta illud D. Pauli, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, sed reconciliare est restituere in pristinam gratiam, ergo Christus restituit nos suo merito in omnẽ gratiam quam amiseramus; sed non tantum amiseramus gratiam creatam sed etiã increatam, nam propter peccata interposita Deus non diligit nos, quin potius odio habet, ergo non tantum meruit nobis Christus gratiam creatam sed etiam increatam. Hæc sententia non potest esse probabilis, procediteque ex ignorantia principiorum diuinæ Theologiæ.

Quorũdam sententia, quod Christus meruit nobis gratiam increatam.

Ephes. 1.

Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

Prædicta sentẽtia est improbabilis.

Et quod hoc ita sit patet ex August. tractatu 110. super Ioannem vbi sic ait, quod ergo reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, non sic audiatur, non sic accipiatur quasi ideo nos reconciliauerit ei filius, vt iam inciperet amare, quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, vt deinde sint amici, & inuicem diligant, qui oderant inuicem, sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei, cum quo propter peccatum inimicitias habebamus: quod vtrum verum dicam attestetur Apostolus. Commendat, inquit, dilectionem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Habebat itaque ille erga nos charitatem etiam cum inimicitias aduersus eum exercentes operaremur iniquitatem, & tamen ei verisimè dictum est, odisti Domine omnes, qui operantur iniquitatem. Proinde miro & diuino modo & quando nos oderat, diligebat: oderat enim nos, quales ipse non fecerat, & quia iniquitas nostra opus eius non omni ex parte consumpserat, nouerat simul in vnoquoque nostrum & odisse quod feceramus, & amare quod fecerat. Itaque secundum doctrinam D. August. Christus non fuit causa diuinæ beneuolentiæ quæ est in Deo, quin potius pater æternus nos amat ab æterno respiciens ad Christi merita. Eandem rem explicat apertius D. Thomas. 1. p. q. 19. artic. 5. vbi quærit, vtrum voluntatis diuinæ sit assignare aliquam causam. Et respondet, quod nullo modo voluntas Dei causam habet. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod cum voluntas consequatur intellectum: eodem modo contingit esse causam alicuius volentis vt velit, & alicuius intelligentis, vt intelligat. In intellectu autem sic est, quod si seorsum intelligat principium & seorsum cõclusionem, intelligẽtia principij est causa sciẽtiæ cõclusionis. Sed si intellectus in ipso principio inspiceret conclusionem, vno intuitu apprehendens vtrumque, in eo scientia conclusionis non causaretur ab intellectu principiorum: quia idem non est causa sui ipsius, sed tamen intelligeret principia esse causas conclusionis. Similiter est ex parte voluntatis, circa quam sic se habet finis ad ea, quæ sunt ad finem, sicut in intellectu principia ad conclusionem. Vnde si aliquis vno actu velit finem, & alio actu ea, quæ sunt ad finem, velle finem erit ei causa volendi ea, quæ sunt ad finem: sed si vno actu velit finem & ea, quæ sunt ad finem, hoc esse non poterit: quia idem non est causa sui ipsius, & tamen erit verum dicere, quod velit ordinare ea, quæ sunt ad finem, in finem. Deus autem sicut

D. August.

Christus nõ fuit causa diuinæ beneuolentiæ quæ est in Deo. D. Tho.

vno

vno actu omnia in essentia sua intelligit, ita vno actu vult omnia in sua bonitate. Vnde sicut in Deo intelligere causam, non est causa intelligendi effectus, sed ipse intelligit effectus in causa; ita velle finem non est ei causa volendi ea, quæ sunt ad finem, sed tamē vult ea quæ sunt ad finem, ordinari in finem. Vult ergo hoc esse propter hoc, sed non propter hoc vult hoc. Atqui istum articulū exponens Caietanus annotat quatuor propositiones, quibus in hac materia vti possumus. Prima est, hoc est propter hoc, & hæc propositio est catholica; quoniam in rebus conditis reperimus veras causas & veros effectus, & mundus est propter homines, & homo propter beatitudinem: quamobrem philosophi, qui dixerunt, omnia procedere secundum simplicem voluntatem, vt de nullo oporteat rationem reddere, nisi quia sic dijs placitū est, lapsi sunt turpissime, & contra nostram fidē docuerūt. Dicit enim sapiens, quod Deus effudit sapientiam super omnia opera eius, atque Psalmista dicit, omnia in sapientia fecisti. Verum est tamen, quod primi effectus ex sola diuina voluntate pendent, vt si quis roget quare homo conditus sit, respōderi potest, vt sit perfectio vniuersi, vel vt perueniat ad Deum. Si tamen pergas percontari quare ad obtinendū Deum creatus sit homo, ad diuinam voluntatem deueniendum est. Quod præcipuè deprehenditur in mysterio prædestinationis æternæ recondito. De quo in materia de prędestinatione quæst. 23. Secūda propositio est. Deus vult vnum propter aliud, vt quod mundus conseruetur propter prædestinatos, vult homines habere merita vt habeant gloriam, vult creaturas propter suam bonitatem. Hæc propositio similiter tuta est & catholica, quoniam duntaxat ponitur ordo in rebus, atque ratione huius ordinis concedit D. Thomas. 1. contra gent. cap. 86. quod diuinæ voluntatis potest ratio assignari, quod hoc in loco non concedit. Tertia propositio est. Hoc est volitum à Deo propter aliud volitum à Deo. Hæc propositio videtur habere aliquam rationem quare non concedatur. Nam videtur significari in volitionibus ipsis diuinis esse causam & ordinem, sed tamen theologicè satis potest concedi. Hanc videtur admittere D. Thomas loco proximè citato. Item conceditur in intellectu ista, cognoscit vnum propter aliud cognitum, ergo, &c. Tertio, quoniam Deus propter bonitatem suā summè dilectam alia amat. Item quoniam in his locutionibus ordo designatur in rebus volitis non in volitionibus. Quarta propositio est hæc, Deus vult vnum quia vult aliud. Hæc propositio quamquam à quibusdam pie explicetur mihi tamē videtur, quod non sit tuta neque vera secura. Quoniam manifestè causalitas refertur ad diuinam voluntatem non ad res volitas, vnde concedendum est, quod Deus amat nos propter Christum; at non est concedēdum quod Deus nos amat; quia amat Christū. Et multo minus concedendum est, quod Christus Dominus sit causa volitionis diuinæ; quia ex eo sequitur, quod sit causa diuinitatis; quia illa volitio quomodocunque cōsideretur est ipsa diuinitas. Item Christus non potest esse causa eius, cuius Deus non est causa; sed Deus ipse non est causa suæ volitionis, nec potest dari in Deo aliquid, quod sit causa suæ volitionis, ergo multo minus Christus.

Caietanus.

Quatuor propositiones notandæ.

D. Tho.

QVAESTIO XX.

De conuenientibus Christo, secundum quòd Patri fuit subiectus, in duos articulos diuisa.

DEinde considerandum est de his, quæ conueniunt Christo per comparationem ad Patrē. Quorum quædam dicuntur de ipso secundum habitudinem ipsius ad Patrē: puta, quòd est ei subiectus, quòd ipsum orauit, quòd ei in sacerdotio ministrauit. Quædam verò dicuntur, vel dici possent secundum habitudinem Patris ad ipsum: puta, si Pater eum adoptasset, & quòd eum prædestinauit.

¶ Primò, igitur considerandum est de subiectione Christi ad Patrem. Secundò, de eius oratione. Tertiò, de ipsius sacerdotio. Quartò, de adoptione, an ei conueniat. Quintò, de eius prædestinatione.

¶ Circa primum quęruntur duo.

¶ Primò, vtrùm Christus sit subiectus Patri. ¶ Secundò, vtrùm sit subiectus sibi ipsi.

ARTICVLVS PRIMVS. 124

Vtrùm dicendum sit, Christum esse subiectum Patri.

1.q.42.ar.4 ad 1. & q.43 ar.7.1. & 3. di.11. ar.1. 2. & di. 17. arti. 3. q. 1. co. & 1. cor. 15. lec. 3. fi.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd nō sit dicēdū, Christū esse subiectū Patri. Omne enim quod subijci-

ca.4.habetur hic lib. inter opera Aug.to.3.

subijcitur Deo Patri, est creatura: quia vt dicitur in lib*. de Ecclesiasticis dogmatibus, in Trinitate nihil est seruiens, neq; subiectũ. Sed nõ est simpliciter dicendum quod Christus sit creatura, vt

q.16.ar.8. suprà dictum est†. Ergo etiam non est simpliciter dicendum, quòd Christus sit Deo patri subiectus. ¶ 2. Præterea, Ex hoc dicitur aliquid Deo subiectum, quod est eius dominio seruiens. Sed humanæ naturæ in Christo non potest attribui seruitus. Dicit enim Da-

lib.3.orth. fid.c.21.parum ante med. masce*. in 3. libro. Sciendum est quòd neque seruam ipsam, scilicet humanam naturam Christi, dicere possumus: seruitutis enim & dominationis nomina, non naturæ sunt nomina, cognitionisque signa, sed eorum, quæ ad aliquid, quemadmodũ paternitatis & filiationis nomina. Ergo Christus secundum humanam naturam non est subiectus Deo patri. ¶ 3. Præterea, Prioris ad Corinth. 15. dicitur, Cùm autem subiecta illi fuerint omnia, tunc ipse filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia. Sed sicut dicitur Hebræ. 2. Nunc necdũ videmus omnia subiecta ei. Ergo nondum ipse est subiectus Patri, qui ei subiecit omnia. ¶ Sed cõtra est, quod Dominus dicit Ioan. 14. Pater maior me est. Et Augustinus dicit in primo de Tri-

li.1.de Tri. cap.7.ante med.to.3. nitate*. Nõ immeritò Scriptura vtrũq; dicit, & æqualem Patri Filium, & Patrem maiorem Filio: illud enim propter formam Dei, hoc autem propter formam serui, sine vlla confusione intelligitur. Sed minor est subiectus maiori. Ergo Christus secundum formam serui, est Patri subiectus.

Respondeo dicendum, quòd cuilibet habenti aliquam naturam, conueniunt ea, quæ sunt propria illi naturæ. Natura autem humana ex sui cõditione habet triplicem subiectionẽ ad Deũ. Vnam quidem secundum gradum bo-

C.1.à med. illius. nitatis: prout scilicet diuina natura est ipsa essentia bonitatis: vt patet per Dionys.* primo ca. de Diu.nomi. natura autem creata habet quandam participationem diuinæ bonitatis, quasi radijs illius bonitatis subiecta. Secundò, humana natura subijcitur Deo, quantum ad Dei potestatem, prout scilicet natura humana, sicut & quælibet creatura subiacet operationi diuinæ dispositionis. Tertio modo specialiter humana natura Deo subijcitur, quãtum ad proprium suum actum: in quantum scilicet propria voluntate obedit mandatis eius. Et hanc triplicem subiectionem ad Patrem Christus de seipso confitetur. Primam quidem Matth. 19. Quid me interrogas de bono? vnus est bonus Deus. Vbi Hieron*. dicit, Qui magistrum vocauerat bonum, & nõ Deum vel Dei filium confessus erat, discit, hominem, quanuis sanctum, in comparatione Dei non esse bonum. Per quod dedit intelligere, quod ipse secundum humanam naturam nõ pertingebat ad gradum bonitatis diuinæ. Et quia in his quæ non mole magna sunt, idem est esse maius quod melius: vt Augustinus dicit in 6. de Trinit*. ex hac ratione pater dicitur maior Christo secundum humanam naturam. Secunda etiam subiectio Christo attribuitur, in quantum omnia, quæ circa humanitatem Christi acta sunt, diuina dispositione gesta creduntur. vnde Dionys†. dicit 4. cap. Cæl. hierar. quod Christus subijcitur Dei patris ordinationibus. Et hæc est subiectio seruitutis, secundum quod omnis creatura Deo seruit, eius ordinationi subiecta: secundum illud Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiens. Et secundum hoc etiam filius Dei Philipp. 2. dicitur, formam serui accepisse. Tertiam etiam subiectionem attribuit sibi ipsi Ioan. 8. dicens, Quæ placita sunt ei, facio semper. Et hæc est subiectio obediẽtiæ Patris vsque ad mortem. Vnde dicitur Philipp. 2. quod factus est obediẽs Patri vsque ad mortem.

Super illud Quid me interrogas de bono? tom.9.

li.6.de Tri. c.8.circa med.to.3.

c.4.circa fi. illius.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd sicut non est simpliciter intelligendũ, quòd

Christus

Christus sit creatura: sed solùm secundum humanam naturam, siue apponatur ei determinatio, siue non (vt suprà Q. 16. ar. 8. dictum est*) ita etiam non est simpliciter intelligendum, quòd Christus sit subiectus Patri: sed solùm secundum humanam naturam, etiam si hæc determinatio non apponatur, quam tamen conuenientiùs est apponere, ad euitandum errorem Arrij, qui posuit filium minorem Patre. ¶ Ad secundum dicendum, quòd relatio seruitutis & dominij fundatur super actione & passione, in quantum scilicet serui est moueri à domino secundum imperium. Agere autem non attribuitur naturæ sicut agẽti, sed personæ: actus enim suppositorum sunt & singularium, secundum li. 1. meta. paulò post principiũ tom. 3. Philosophum*. Attribuitur tamẽ actio naturæ, sicut ei secundum quam persona vel hypostasis agit. Et ideo quanuis non propriè dicatur quòd natura sit domina vel serua, potest tamen propriè dici quòd quælibet hypostasis vel persona sit domina vel serua secũdum hanc vel illam naturam. Et secundum hoc nihil prohibet, Christum dicere Patri subiectum vel seruum secundum humanam naturam. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustꝰ. dicit in li. 1. de Trin. c. 8. ante mediũ: tomo. 3. 1. de Trinit. tunc Christus tradet regnum Deo & Patri, quando iustos, in quibus nunc regnat per fidem, perducturus est ad speciem: vt scilicet videãt ipsam essentiam communem Patri & Filio. Et tunc totaliter erit Patri subiectus non solum in se, sed etiam in membris suis, per plenam participationem diuinæ bonitatis. Tunc etiam omnia erunt plenè ei subiecta per finalem impletionem suæ voluntatis de eis: licet etiã modo sint omnia ei subiecta quantum ad potestatẽ secundũ illud Matth. vltimo, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est, Christus est subiectus Patri tripliciter, secundum bonitatem, seruitutem, & obedientiam. Probatur ex illo quod dicit Christus Ioan. 14. Pater maior me est, sed minor est subiectus maiori, ergo Christus secundum formam serui est Patri subiectus. Et ex D. Augustꝰ. 1. libro de Trinitate. Deinde probatur, natura humana secundum sui conditionem habet hanc triplicem subiectionem ad Deum, ergo Christus est tripliciter subiectus Patri. Consequentia est euidens, quià cuilibet habenti naturam conueniunt ea, quæ sunt propria illius naturæ. Antecedens vero sic ostenditur, quia natura humana primò subijcitur Deo secundum bonitatem prout diuina bonitas est ipsa essentia bonitatis, natura verò creata habet quandam participationem illius bonitatis. Secundò, natura humana subijcitur Deo quantum ad Dei potestatem, prout scilicet, natura humana subiacet operationi diuinæ dispositionis. Tertiò, specialiter natura humana Deo subijcitur per proprium suum actũ, in quantum scilicet, propria voluntate obedit mãdatis eius. Triplicem subiectionem ad Patrem Christus de seipso confitetur. Primam quidem Matthæi. 19. Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus Deus. In quibus verbis significauit, quod ipse secundum humanam naturam non pertingebat ad gradum bonitatis diuinæ. Secunda vero subiectio Christo tribuitur prout omnia quæ gesta sunt circa eius humanitatem diuina dispensatione facta creduntur, & secundum hoc serui formam accepit vt dicitur ad Philippenses. 2. Tertiam etiam subiectionem attribuit sibi ipsi Ioannis. 8. dicens; Quæ placita sunt ei facio semper. Vocaturque hæc subiectio **obedientia**: factus est enim obediens Patri vsque ad mortem.

Matth. 19. Philip. 2. Ioan. 8.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CONtra conclusionem huius articuli arguitur. Primò ex testimonio D. Ioan. Damasceni. 3. libro orthodoxæ fidei capit. 21. iuncta simul illius ratione. Ille siquidem negat Christum esse Patris seruum, & reddit hanc rationem inter alias, quoniam aliàs filius non haberet omnia, quæ habet Pater, siquidem seruus non habet omnia quæ Dominus. ¶ Secundo arguitur. Christus absolute & simpliciter non est creatura vt supra q. 16. ostensum est, ergo absolute & simpliciter nõ est subiectus Patri. Probatur cõsequẽtia, ex rationis paritate, quia sicut nõ cõcedit hęc, Christus est creatura, ꝓpterea quod creatio repugnat suppositio diuino, ita nõ erit hæc cõcedenda, Christus est subiectus Patri, quia subiectio repugnat suppositio diuino. ¶ Tertio, si Christus

Primũ arg. contra conclusionem. Damasc. Secundum.

stus est subiectus Patri sequitur, quod etiam sit subiectus legi diuinæ, & quòd legibus diuinis teneretur sicut & alij homines, hoc autem consequens est falsum vt ostendetur infra quæstione. 37. ergo non est subiectus Patri. ¶ Pro huius veritatis intelligentia notandum est; hanc propositionem Christus est Patri subiectus esse veram secundum sermonis proprietatem etiam si non addatur determinatio illa, secundum humanitatem, etsi semper talis determinatio sit subintelligenda, sicut in hac propositione, Christus est mortuus, quoniam in sacris literis frequenter reperiuntur huiusmodi propositiones, in quibus significatur subiectio Christi ad Patrem sine aliqua prorsus expressa determinatione. 1.Corinth.15. dicitur, Christus subiectus Patri & ad Philippenses.2. dicitur; Obediens vsque ad mortem, obedientia vero est vnus gradus subiectionis. Ad Hebræos.5. dicitur, Christus exauditus pro sua reuerentia, id est (vt aliqui ex sacris Doctoribus exponunt) pro reuerẽtia qua ipse reueritus est Patrẽ. Roman.5. Per obedientiam vnius hominis (hoc est Christi) iusti constituentur multi. ¶ Secundo notandum, Christum Dominum dici in sacris literis non modo subiectum, verum etiam seruum Patris. Esaiæ. 41. 42. 43. & 49. Pater cum filio loquens frequentissime eum seruum appellat. Vt in illo; seruus meus es tu Israel, in te gloriabor. Et infra in eodem loco; parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, &c. Imo Christus ipse in eodem loco inquit, hæc dicit Dominus formans me ex vtero seruum sibi. Et Ezechielis. 34. dicitur; Et suscitabo super eas pastorem vnum seruum meum Dauid, ipse pascet eas & ipse erit eis in pastorem. Et subditur ibidem; ego autem Dominus ero eis in Deũ, & seruus meus Dauid Princeps in medio eorum, vbi nomine serui Christus intelligitur iuxta communem totius Ecclesiæ sensum & Sanctorum. Sed est locus insignis apud Zachariam cap.3. Adducam seruum meum orientem. Quæ loca omnes Doctores Sancti interpretantur de Christo Domino. Imo non tantum Christus dicitur Patris seruus, verum, quod amplius est dicitur seruus hominum. Esaiæ. 53. Septuaginta interpretes legunt in hunc modum, iustificare iustum bene seruientem multis. Vbi editio Vulgata habet, iustificabit iustus seruus meus, aut seruos meos multos. Qui locus iuxta interpretationem D. Hierony. vt legitur à Septuaginta interpretibus intelligitur de Christo Domino. Et D. Augusti. Psalmo. 103. concione tertia, super versum illum, producens fœnum iumentis, &c. inquit, bene Christo seruis, si seruis quibus Christus seruiuit, de quo scriptum est, bene seruientem plurimis. Legatur etiam Diuus Chrysostomus in oratione, quòd Christus sit Deus. Paulus Romanorum. 13. vocat Christum Iesum ministrum circuncisionis, id est, Iudæorum. Matthæi. 20. inquit Christus, filius hominis non venit ministrari sed ministrare. Et Lucæ 22. Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat. ¶ Ad argumenta respondetur. Ad D. Damascenum dicitur, ex probatione illius colligi eius sententiam esse, quod secundum diuinam naturam Christus neutiquam sit dicendus Patris seruus. Etenim secundum hãc, inconueniens esset, quod filius non habeat omnia, quæ Pater, cæterum non vult negare, quod secundum humanam naturam sit seruus Patris, quoniam secundum talem naturam impossibile est, quod filius habeat omnia quæ Pater. ¶ Ad secundum argumentum respondet Diuus Thomas in solutione ad primum huius articuli. Sed respondetur breuiter, quod esse subiectum Patri quanuis repugnet suppositio diuino secundum se, non tamen repugnat, imo conuenit ei secundum naturam creatam in qua subsistit, sicut & alia, quæ de illo dicuntur ratione humanæ naturæ: esse vero creaturam licet conueniat supposito ratione naturæ creatæ non tamen absolute prædicatur de Christo. Quia denotari potest, quod illud prædicatum conueniat suppositio secundum seipsum, vt suprà quæstione. 16. ostensum est. ¶ Tertium argumentũ in magnas nos conijceret quæstiones nisi alio loco commodius disputarẽtur. Esset enim disputandum, vtrùm Christo Domino potuerit aliquod præceptũ imponi, & vtrum non solũ legi naturali & æternæ, verũ & alijs legibus scriptis veteris testamenti teneretur. Sed de his quæstionibus latissime dicẽdũ est infrà q.37. vbi agitur de ceremonijs circa Christũ obseruatis. Solũ se offert hoc in loco breue dubiũ. Vtrùm Christus Dominus legem impleuerit. Nam quibusdã hominibus nostri temporis qui volunt plus sapere, quam oportet sapere, visum est hanc propositionem esse veram, Christus Dominus non impleuit legem. Nam constat Dominum Iesum soluisse vincula legis Mosaycæ, tam quo ad ceremonialia, quam quo ad iudicialia. ¶ Rursus constat Christum Dominum non seruasse sabbathum præcipiendo in sabbatho paralytico vt tolleret grabatũ suũ & ambularet. ¶ Deinde, nullus dicitur implere legem, qui lege non obligetur, sed Christus Dominus non obligabatur legi Moysi, ergo non impleuit legem. His non obstantibus veritas catholica est, Christum

Explicatio conclusionis.
Philip.2.
Hebr.5.
Rom.5.
Christus in sacris literis seruus patris appellatur.
Esai.41.42.43.&49.
Ezec.34.
Zach.3.
Esai.53.
Hierony.
Augusti.
Ad primũ.
Ad secũdũ.
Ad tertiũ.
Vtrũ Christus legem impleuerit.
Primũ arg.
Secundum.
Tertium.
Veritas catholica.

Christum Dominum verè impleuisse legem,
Matth. 5. vt patet ex illo Matth. 5. Nolite putare, quoniam veni soluere legem aut Prophetas non veni soluere, sed adimplere. Etenim adimpleuit primo moralia præcepta cõdiendo ea charitatis dulcedine, quia plenitudo legis est dilectio; vt dicitur Roman. 13. & Ioan. 15. dicitur;
Rom. 13. Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. Secundo, adimpleuit cęremonialia præcepta detegendo figurarum velamina per manifestationem veritatis. Iuxta illud Apocalyp. c. 5. Dignus est agnus, qui occisus est aperire librũ, & soluere signacula eius, id est, obseruationes figurarum in lege. Tertio, adimpleuit etiam prophetias in se completas, ostendendo, & confirmãdo promissiones antiquis Patribus factas, iudicialia per misericordiam temperãdo, consilia Euangelica addendo, & pollicitationes omnes populo Israelitico factas de Spiritus sancti missione & filij incarnatione, & cætera persoluendo. De quibus omnibus videndus est D. Tho. Matth. 5. Et in hac sentẽtia sunt vnanimiter omnes sancti asserentes Christum Dominum legẽ impleuisse. Videndus est D. Chrysost. & D. Remigius, super illum locum Matth. 5. Sed potissimè videndus est D. Augu. qui multis probat huius propositionis veritatem lib. 1. de sermone Domini cap. 14. lib. 17. contra Faustum à cap. 1. vsque ad 7. & lib. 18. c. 1. 4. & 7. & lib. 19. c. 22. & 24. Est itaque propositio illa, Christus non impleuit legem vt minimum temeraria, & errori proxima, non est autem cẽsenda simpliciter hæretica propter sensum catholicum, & verum, quem facere potest, & relatus est in principio huius dubij in vltimo argumẽto. ¶ Ad primam vero obiectionem respondetur, quòd Iesus etsi esset legibus cæremonialibus & iudicialibus solutus nullam tamẽ istarum legum prætermisit, quin potius omnes perfectissime adimpleuit, vt patet apud Euangelistas, vbi progressus vitæ Christi, & eius cõuersatio perfectissimè describitur. ¶ Ad secundam obiectionem respondetur, quòd Iesus præcipiendo tollere grabatum nihil præcepit contra reuerentiam sabbathi, tum quia opus illud fiebat ad manifestationem miraculi ad gloriam Dei; & propterea licitum erat in sabbatho. Tum quia fiebat ad testificandũ, quod Iesus erat Dominus sabbathi, quod maximè in sabbatho debebat fieri. Iuxta illud, etiam sabbathi Dominus est filius hominis. ¶ Ad tertiam obiectionẽ neganda est maior, etenim multis ostensum est in superioribus, quòd legis impletio non solum habet ortum ex legis obligatione, sed ex pluribus alijs causis, vt dictum est.

Augusti. Ad primũ argum. Ad secũdũ. Ad tertiũ.

ARTICVLVS SECVNDVS:
Vtrùm Christus sit subiectus sibi ipsi.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod Christus nõ sit subiectus sibi ipsi. Dicit enim Cyrillus in Epistola synodica*: quam scilicet synodus Ephesina recepit: Neque ipse Christus sibi seruus est, nec dominus, fatuũ enim est vel potius impium hoc sentire vel dicere. Et hoc etiã asserit Damasc†. in 3. lib. dicens: Vnum enim ens Christus, non potest seruus esse sui ipsius & dominus. Sed in tantum Christus dicitur seruus Patris, in quantum est ei subiectus. Ergo Christus non est subiectus sibiipsi. ¶ 2. Prætereà, Seruus refertur ad dominum. Sed relatio non est alicuius ad seipsum. vnde & Hilarius dicit in lib. de Trin*. quod nihil est sibi simile aut æquale. Ergo Christus non potest dici seruus sui ipsius, & per consequens nec sibi esse subiectus. ¶ 3. Prætereà, Sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus: vt Athanas*. dicit. Sed homo non dicitur subiectus sibi ipsi, vel seruus sui ipsius, aut maior seipso, propter hoc, ꝙ corpus eius subiectum est animæ. Ergo neq; Christus dicitur subiectus sibi ipsi propter hoc, quòd eius humanitas subiecta est diuinitati ipsius. ¶ Sed contra est, quòd Aug*. dicit in 1. de Trin. Veritas ostendit secundum istum modum quo scilicet Patet maior est Christo secundum humanã naturam, etiã seipso minorem Filiũ. ¶ 2. Prætereà, Sicut ipse argumentatur ibidem, sic accepta est à Filio Dei forma serui, vt non amitteretur forma Dei, sed secũdũ formam Dei, quæ est communis Patri, & Filio, Pater est filio maior secundum humanam naturam. Ergo etiam Filius est maior seipso secũdum humanam naturã. ¶ 3. Prætereà, Christus secundum humanam naturam est seruus Dei patris, secundum illud Ioan. 20. Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrũ, Deum meum

125
In synod. 1. Ephesinæ missæ ad Nestor. in medio illius.
libro. 3 fid. orth. c. 21. parum à med.
li. 3. nõ multũ remote ante finẽ.
in suo sym bolo fidei.
li. 1. c. 7. ante med. tomo. 3.

meum & Deum vestrum. Sed quicunque est seruus Patris, est seruus Filij: alioquin non omnia quæ sunt Patris, essent Filij. Ergo Christus est seruus sui ipsius, & sibi subditus.

Respondeo dicendum, quòd (sicut dictum est*) esse dominum & seruum attribuitur personæ vel hypostasi secundum aliquam naturam. Cùm ergo dicitur Christus esse dominus vel seruus sui ipsius, vel quòd verbum Dei est dominus hominis Christi: hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligatur hoc esse dictum ratione alterius hypostasis vel personæ, quasi alia sit persona verbi Dei dominantis, & alia hominis seruientis: quod pertinet ad hæresim Nestorij. Vnde in condemnatione Nestorij dicitur in synodo Ephesina*: Si quis dicit Deum vel dominum esse Christi, ex Deo patre verbum, & non magis eundem ipsum confitetur simul Deum & hominem, vtpote verbum factum carnem, secundum Scripturas, anathema sit. Et hoc modo negatur à Cyrillo & Damasce*. Et sub eodem sensu negandum est, Christum esse minorem seipso, vel esse sibi subiectum. Alio modo potest intelligi secundum diuersitatem naturarũ in vna persona vel hypostasi. Et sic dicere possumus secundum vnam earum, in qua cum Patre conuenit simul eum cum Patre præesse, & dominari secundum verò alteram naturam, in qua nobiscum conuenit, ipsum subesse & seruire. Et per hunc modum dicit Augu*. Filium esse seipso minorem. Sciendum tamen, quòd cùm hoc nomen Christus sit nomen personæ, sicut & hoc nomen Filius, illa per se & absolutè possunt dici de Christo, quæ conueniunt ei ratione suæ personæ, quæ est æterna: & maximè huiusmodi relationes, quæ magis propriè videntur ad personam vel hypostasim pertinere. Sed ea, quæ conueniunt sibi secundum humanam naturam, sunt ei potius attribuenda cum determinatione, vt videlicet dicamus Christum esse simpliciter maximum, & dominum & præsidentem: quod autẽ sit subiectus, vel seruus, vel minor, est ei attribuendum cum determinatione, scilicet secundum humanã naturam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Cyrillus & Damasce. negant Christum esse dominum sui ipsius, secundum quod per hoc importatur pluralitas suppositorum, quæ requiritur ad hoc, quod aliquis simpliciter sit dominus alicuius. ¶ Ad secundum dicendum, quòd simpliciter quidem oportet esse alium dominum, & alium seruum: potest tamen aliqua ratio dominij & seruitutis seruari, prout idem est Dominus & seruus sui ipsius, secundum aliud & aliud. ¶ Ad tertium dicendum, quòd propter diuersas partes hominis, quarum vna est superior, & alia inferior: dicit etiam Philosophus in 5. Ethicor.* quòd est hominis ad seipsum iustitia, in quantum irascibilis & concupiscibilis obediunt rationi. Vnde per hunc modum etiam vnus homo potest dici sibi subiectus & seruiens, secundum diuersas sui partes. ¶ Ad alia autem argumenta patet responsio ex dictis. Nam Augustꝰ. asserit Filium seipso minorem esse, vel sibi subiectum, secundum humanam naturam, non secundum diuersitatem suppositorum.

Ar. præced. ad 2.

In cõcil. 1. Ephesi. cui præfuit Cyrillus can. 6

locis in argu. 1. citatis

li. 1. de Tri. cap. 7. ante med. to. 3.

locis in arg. 1. citatis.

li. 5. Ethi. c. vlt. tom. 5.

li. 1. de Tri. c. 7. tom. 1.

SVMMA TEXTVS.

PRima cõclusio. Si subiectio consideretur secundum diuersitatem suppositorum hęreticum est dicere, quod Christus sit sibi ipsi subiectus. Hæc conclusio est D. Cyrilli in epistola Synodica, quam Synodus prima Ephesina recepit, quæ missa est ad Nestorium, & est D. Damasceni in lib. 3. orthodoxæ fidei cap. 21. probatur etiam ex diffinitione concilij Ephesini 1. cap. 6. vbi dicitur, si quis dicit Deum vel Dominum esse Christi ex Deo patre verbum, & non magis eundem confitetur simul Deum & hominem, vt pote verbum factum carnem secundum scripturas, anathema sit. ¶ Secunda conclusio, si subiectio consideretur secundum diuersitatem naturarum

1. Cõclusio

D. Cyril.

D. Damasc.

Cõc. Ephe.

2. Cõclusio

vera est hæc propositio, Christus est sibi ipsi
D. Augst. subiectus. Hæc conclusio est D. Aug. lib. 1. de Trinit. cap. 7. Deinde Christus secundum humanã naturã est seruus Dei Patris, secundum
Ioan. 20. illud Ioan. 20. ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrũ, sed quicunque est seruus patris, est seruus filij alioqui non omnia, quæ sunt patris, essent filij, ergò Christus est seruus sui ipsius, & sibi subditus. Vis huius rationis consistit in hoc, in Christo est natura diuina & humana, secundum naturam diuinam præest & omnibus dominatur; secundum vero naturam humanam subest & seruit.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Scopus huius articuli. TItulus & quæstio huius articuli disputatur in præsentia à D. Tho. ad cõciliandũ D. Aug. ex vna parte, Cyril. & Damasc. ex altera, imò concilium ipsum Ephesinum. Etenim
Autores Græci. hi autores Græci negabant Christum esse sibi subiectum: & ita definitur in eodem concilio Ephesino cap. 6. Cuius verba referuntur à D. Thom. in ar. Negauerunt autem hi autores eam propositionem vt fugerent hæresim Nestorij, qui asserebat in Christo esse duo suppositа quorum vnũ alteri dominabatur & ser
D. August. uiebat. Cæterum D. Aug. cuius tempore nondum fuerat Nestorius, lib. 1. de Trinitate cap. 7. concedit filium Dei esse seipso maiorẽ ac seipso minorem, ac proinde necesse est concedat esse sui ipsius Dominum ac sui ipsius seruum & subiectum. Quoniam secundum humanam naturam non minus sibi ipsi subijcitur quam patri, & secundum diuinam non minus dominatur sibi ipsi, quam pater dominatur illi. Et certè hæc sententia D. Augusti.
Arist. veraest in proprietate sermonis. Iràque quamuis iuxta Aristot. doctrinam 5. Ethicor. capit. vltim. eiusdem ad seipsum non posit esse iustitia propriè, neque subiectio, neque obediẽtia, sed tantum secundum metaphoram, neque sufficiant diuersæ partes eiusdem naturæ ad constituendam propriam rationem iustitiæ aut subiectionis, tamen sufficiunt re vera diuersæ naturæ vnius & eiusdem personæ ad constituendam veram rationem iustitiæ, & subiectionis. Ita nos diximus suprà q. 1. art. 2. quod quamuis Deus intelligeretur vnus secundum personam, vt intelligunt Ethnici Philosophi, nihilosecius tamen, si carnem assumpsisset satisfecisset sibi ipsi. Et Christus re vera de facto satisfecit sibi ipsi, quoniam sufficiebat ad hoc distinctio naturarum cum gemina ratione personæ licet esset vna tantum persona, citra dubium tamen perfectior & maior ratio iustitiæ est inter ipsum Christum & patrem, vbi etiam est distinctio personarum. ¶ Sed circa vtrumque articulum notandum est, quod quamuis hæc, quæ dicta sunt, vera sint in sermonis proprietate, tamen ne communicemus cum Arrianis in vocibus, etiam vbi viguerit hæresis Arriana neganda est illa propositio, Christus est patri subiectus aut illius seruus, extra textum Propheticum, sicut & illa, pater maior est filio. Item, ne communicemus cum Nestorianis, neganda est illa propositio, Christus est sibi ipsi subiectus, aut sui ipsius Dominus. Ita docet Diuus Thomas in articulo primo, in solu
D. Thom. tione ad primum. Propositiones itaque, in quibus prædicantur de Christo relationes eiusmodi excellentiæ & dignitatis absolutè, & sine reciprocatione ad seipsum, sunt absolutè concedendę, vt quod Christus sit Dominus, sit maximus, sit præsidens in omni tempore neque est timor communicandi cum hæreticis in eiusmodi locutionibus. Verum propositiones in quibus prædicantur relationes defectus & inferioritatis, aut certè relationes dignitatis, aut superioritatis, sed cum reciprocatione ad seipsum, vt quod sit Dominus sui ipsius, maior se ipso, quamuis veræ sint, tamen non sunt concedendæ ad euitandam communionem cum hæreticis vbi inoleuerit hæresis eiusmodi. Et iuxta hoc documentum intelligendus est D. Thom. in calce articuli secundi, vbi inquit relationes dignitatis & excellentiæ posse prædicari de Christo absolutè, & sine determinatione: relationes vero defectus non item.

Notandum documẽtũ.

QVAESTIO XXI.

De oratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de oratione Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm Christo conueniat orare. ¶ Secundò, vtrùm conueniat sibi secundum suam sensualitatem.

¶ Tertiò, vtrùm conueniat sibi orare pro seipso, an tantùm pro alijs.

¶ Quartò, vtrùm omnis eius oratio sit exaudita.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christo competat orare.

Ad

126 3.di.17.ar. 3.q.1.& 4. di.15.q.4. arti.6.q.2. 1.& 10.11. le.6.col.2. fin. *li.3.c.24. in princip.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christo non competat orare. Nam sicut Damasce.* dicit, oratio est petitio decentium à Deo. Sed cùm Christus omnia facere posset, non videtur ei conuenire, quòd aliquid ab aliquo peteret. Ergo videtur, quòd Christo non conueniat orare. ¶ 2. Præterea, Non oportet orando petere illud, quod aliquis scit pro certo esse futurum (sicut non oramus quòd sol oriatur cras) neque est etiam conueniens quòd aliquis orando petat, quod scit nullo modo esse futurũ: Sed Christus sciebat circa omnia quid esset futurum. Ergo non conueniebat ei aliquid orando petere, ¶ 3. Præterea, Damascen*. dicit in libro 3. quòd oratio est ascẽsus intellectus in Deum. Sed intellectus Christi non indigebat ascensione in Deum: quia semper intellectus eius erat Deo coniunctus, non solùm secundum vnionem hypostasis, sed etiam secundum fruitionem beatitudinis. Ergo Christo non conueniebat orare. ¶ Sed contra est, quòd dicitur Luc.6. Factum est, in illis diebus exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

lib.3.orth. fid.c.24. in princip.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut dictum est* in Secunda parte) oratio est quædam explicatio propriæ voluntatis apud Deum, vt eam impleat. Si igitur in Christo esset vna tantùm voluntas, scilicet diuina, nullo modo competeret sibi orare, quia voluntas diuina per seipsam est effectiua eorum, quæ vult: secundum illud Psalm. 134. Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit. Sed quia in Christo est alia voluntas diuina, & alia humana, & voluntas humana non est per seipsam efficax ad implendum quę vult, nisi per virtutem diuinam: inde est quòd Christo, secundum quod est homo, & humanam voluntatẽ habens, competit orare.

2.2.q.83. ar.1.& 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus poterat perficere omnia quæ volebat, secundum quod Deus, non autem secundum quod homo: quia secundum quod homo, non habuit omnipotẽtiam, vt suprà habitum est*. Nihilominus tamen ipse idem Deus existens & homo, voluit ad Patrem orationem porrigere: non quasi ipse esset impotens, sed propter nostram instructionem. Primò quidem, vt ostenderet se esse à Patre. Vnde ipse dicit Ioan.11. propter populum qui circunstat, Dixi, scilicet verba orationis, vt credant, quia tu me misisti. Vnde Hilarius in 10. de Trinita*. dicit: Non prece eguit, pro nobis orauit, ne Filius ignoraretur. Secundò, vt nobis exemplum orandi daret. Vnde Ambros. dicit super Luc*. Noli insidiatrices aperire aures, vt putes filium Dei quasi infirmum rogare, vt impetret quòd implere non possit; potestatis enim est autor, obedientiæ magister, ad præcepta virtutis suo nos informat exemplo. Vnde & Augustin*. dicit super Ioan. Poterat Dominus in forma serui, si hoc opus esset, orare silentio: sed ita se Patri exhibere voluit precatorem, vt meminisset nostrum se esse doctorem. ¶ Ad secundum dicendum, quòd inter alia, quæ Christus sciuit futura, sciuit quædam esse fienda propter suam orationem, & huiusmodi non inconuenienter à Deo petijt.

q.13.art.1. 1.10.parũ ante finem. lib.5.in Luc.c.6.titul.illius c. est, de oratione Iesu in monte, paulò à princ.to.5. Tract.104. parũ ante med.to.9.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ascensio nihil est aliud, quam motus in id quod est sursum: motus autem vt habetur in 3. de Anima*, dupliciter dicitur. Vno modo propriè, secundum quod importat exitum de potentia in actum, prout est actus imperfecti: & sic ascendere competit ei, quod est potentia sursum, & non actu. Et hoc modo vt Damasce*. dicit in 3. libro intellectus humanus Christi non eget ascensione in Deum: cùm sit semper Deo vnitus, & secundum esse personale, & secundum contemplationem beatam.

li.3.de anim atex.28. to.2. li.3.cap.24 circa princ.

Alio modo dicitur motus qui est actus perfecti, id est, existentis in actu : sicut intelligere & sentire dicuntur quidam motus. Et hoc modo intellectus Christi semper ascendit in Deum: quia semper cõtemplatur ipsum, vt supra se existentem.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio. Christo secundum quod est homo conuenit orare. Probatur primo, testimonio D. Luc. ca. 6. dicentis. Factum est in illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctãs in oratione Dei. Deinde, oratio est explicatio quædam propriæ voluntatis apud Deum, vt eam impleat, sed in Christo fuit explicatio voluntatis, non solum diuinę, sed etiã humanæ erga Deum, ergo. Orauit itaq; Christus, vt ostenderet, se esse à patre, & vt nobis exemplum orandi præberet.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo notandum, quod cum omnibus creaturis rationabilibus in Deum tanquam in vltimum finem ordinatis, sit communis & necessaria oratio, qua earum mentes in Deum per explicationem voluntatis eleuentur, fit vt Christo, qua parte sortitur naturam humanam Deo subiectam, etiam oratio conueniat, qua & eius animus in excelsum patrem deducatur. Quia vero mediator est Dei, & hominum (vt dicitur primæ ad Timothæum secundo) accedẽs ad Deum, impetrat nobis dona cælestia, corda nostra in Deum ipsum referendo. Secundo, notandum est discrimen inter orationem Christi, & nostram. Quia vt inquit Diuus Thomas super capitul. 17. in Ioannem lectione prima. Oratio nostra præcipuè destinatur ad nostrã necessitatem & miseriam subleuandam, oratio vero Christi magis ordinatur ad instructionem & eruditionem nostram; nulla enim necessitas inerat sibi orandi, qui simul cum patre aliorum orationes exaudit, sed quoniam omnis perfecta animorum instructio verbis & factis constat, ideo opere & sermone Christus nos orando instruit, vt nobis perfectæ orationis præberet exemplum. Et hac de causa oculos in cælum subleuabat, vt & nos in oratione nostra oculos in cælum attoleremus. Iuxta illud Psalm. 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Et non tantum oculos nostros, sed etiam operationes nostras, secundum illud Threnorum 3.

1. Timo. 2.

Differentia orationis Christi & nostræ.

D. Thom.

Psalm. 122.

Thren. 3.

Leuemus corda nostra cum manibus ad Deũ in cælos. Verbo autem, quia manifestis verbis orationem protulit ad patrem dicens Ioannis. 17. Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Etenim omnis Christi actio est nostra instructio. Et ideo orationes nostræ tantò magis erunt perfectę, quantò orationibus Christi magis assimilantur. Verum pro maiori huius articuli explicatione paruæ quædam dubitationes exponendæ sunt. Prima est, vtrùm Christo secundum diuinitatem conueniat orare. Et videtur pars affirmatiua. Primò, quoniam Spiritus sanctus est æqualis autoritatis & potestatis cum Christo, secundum diuinitatem. Sed Spiritus sanctus, vt dicitur Romanorum 8. orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ergo & Christus secundum quod Deus est, potest orare. ¶ Secundò, personæ diuinæ inuicem loquuntur, vt patet Genesis. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et in Psalmo. 2. introducitur filius Dei loquens de generatione sua æterna dicens. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, ergo possunt similiter inuicem orare, explicando propriæ voluntatis desiderium. ¶ Tertiò, homo potest orare superiorem æqualem & inferiorem, etiam pro re, quam ipse solus potest facere, vt experientia constat. Ergo in diuinis potest hoc ipsum contingere. ¶ Vltimò, Diuus Chrysostomus homilia 63. in Ioannem explicans illa verba Ioannis. 11. Pater gratias ago tibi, quoniã audisti me, inquit, quod illa verba exponenda sunt de Christo, secundum quod Deus; at vero in illis verbis, Christus secundum omnium sanctorum expositionem orauit patrem, ergo Christo secundum quod Deus conuenit orare. ¶ In oppositum est Diuus Thom. in hoc articulo, & 2. 2. quæstione 83. articulo 10. & communis omnium doctorum opinio. Etenim Deus nec se, nec creaturas orare potest, tum quoniam eiusdem ad seipsum non potest esse oratio, tum vero quoniam oratio prouenit ex ineffi cacia, & insufficientia illius, qui orat, & ex perfectione voluntatis illius, à quo aliquid impetratur. Sed diuina voluntas est in omnibus efficacissima, & omnino inimpedibilis non egens alicuius auxilio, ergo repugnat Deum vt sic orare. ¶ Confirmatur & explicatur hoc argumentum, oratio est expressio voluntatis, vt adiuuetur ab alio. Sed impium est asserere, quod Deus in suis operibus adiuuatur ab alio, ergo implicat Deum orare. ¶ Ad primum argumentum respondetur, quod Spiritus sanctus, apud Diuum Paulum dicitur

Vtrũ Christo secundũ diuinitatẽ conueniat orare.

Prim. argu. Rom. 8.

Secundum. Gen. 1.

Psal. 2.

Tertium.

Vltimum.

In oppoſi.

Confir.

Ad

dicitur orare pro nobis, non quia ipse orat, sed quia orare nos facit. ¶ Ad secundum argumentum respondetur primo negando consequentiam, etenim etiam si in diuinis personis esset vera & propria locutio, non tamen haberet locum oratio propter æqualitatem essentiæ & perfectionis in qua conueniunt. Secundò respondetur, quod in personis diuinis non est propria, sed metaphorica locutio. Et illa verba Geneſis primo. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, non ponuntur ad explicandam locutionem in diuinis personis, sed ad manifestandam pluralitatem personarum in vnitate essentiæ. Ad illud vero Psalmi respondetur primò, quod ibi loquitur pater Christo in quantum homo, quia fit mentio de generatione temporali vel de resurrectione, vt explicat Diuus Paulus Actuum Apostolorum capitulo. 13. Secundo dicitur, quod si locus ille intelligatur de locutione patris ad filium, in quantum Deus est, non est intelligendus de locutione propria, sed metaphorica, quia fit mentio de generatione æterna, qua per actum intellectus diuini productus est filius in eadem essentia cum patre. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quod quando voluntas superioris, est omnino independens à voluntate inferioris vel æqualis, qualis est voluntas Dei; nullo modo contingit superiorem inferiorem aliquem exorare; secus est in humanis vbi voluntas superioris in pluribus dependet à voluntate inferioris, vel æqualis, propter imperfectionem voluntatis creatæ. ¶ Ad Diuum Chrysostomum respondet Diuus Thomas super capitul. 11. Ioannis lectione 6. quod Diuus Chrysostomus non intellexit illa verba Christi quatenus deprecatoria. Et ideo dicendum est pro explicatione illius loci, Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me, (iuxta interpretationem Chrysost.) quod tunc aliquis auditur, quando voluntas eius impletur, voluntas autem patris semper impletur, cum ergo eadem sit voluntas patris & filij, quandocunque pater implet voluntatem suam, implet voluntatem filij. Dicit itaque Christus in quantum Deus est, quoniam audisti me, id est, fecisti quæ erant in verbo tuo vt fierent. Dixit enim & perfecta sunt. At vero necessitatem orandi excludit in illis verbis, quæ post modum sequuntur. Ego autem sciebam, quia semper me audis, quasi diceret, ad hoc vt fiat voluntas mea, non indigeo oratione, quia ab æterno voluntas mea impleta est. ¶ Secundum dubium est, vtrùm Christo secundum quod homo conueniat orare. Pars negatiua probatur, nullus orat pro his, quę sunt in sua potestate, sed omnia erant in potestate Christi secundũ quod homo, ergo non conueniebat ei orare. Secundò, non oportet orando petere illud, quod aliquis scit euidenter futurum esse, sicut nõ oramus, quod sol oriatur. Nec etiam est conueniens, quod aliquis orando petat, quod scit nullo modo esse futurum, ergo non cõueniebat Christo etiam in quantum homo aliquid orando petere. In oppositum est Catholicę fidei veritas secundum quam certissime asserẽdum est Christo Domino orationem competere. Et ratio D. Thom. in hoc articulo hoc manifeste conuincit. ¶ Et ideo ad primum argumentum respondetur, negando minorem, tum quoniam vt ostensum est q. 13. Christus Dominus quatenus homo non habebat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Tum vero quoniam plurima, quæ Christus volebat, dependebant ex voluntate creaturarum, à qua impediri poterant, imò vero etiamsi omnia essent in potestate Christi, ita vt à nulla voluntate alterius dependerent, haberet locum oratio, sicut in nobis patet, qui etiam si in nostra voluntate situm sit non peccare, adhuc tamen oramus Deum ne in peccata incidamus. ¶ Ad secundum argumentum dicitur primò, quod euidentia rei futuræ non tollit vim orationis, vt patet in beata Virgine, & Apostolis, qui etiam si certi essent de sua salute, adhuc pro salute æterna Deum deprecabantur. Secundo respondetur cum D. Tho. in hoc articulo ad secundum, quod inter alia quę Christus sciuit futura, sciuit quędam esse facienda propter suam orationẽ, & huiusmodi, vt diuina impleretur ordinatio cõuenientissime à Deo per operationem impetrauit. Itaque Christus Dominus nescivit Lazarum. v. g. resuscitandum absolutè, sed sciuit Lazarum resuscitandum medio suo clamore. Similiter tempore suæ passionis nescivit absolutè sibi affuturam consolationem ab Angelo in sudore sanguineo; Sciuit autem talem consolationem affuturam media oratione; & ideo orauit patrem. Et hinc sequitur superuacaneam esse quæstionem illorum, qui interrogant, quorsum apponuntur tot media quando est infallibilis euentus, eadem nãque est præuisio finis, & mediorum, per quæ talis finis sit consequendus. ¶ Tertium dubiũ est, vtrùm Christus Dominus oret in cælo, & precesmittat ad patrem sicut in terra? Ratio dubitandi est, quia 1. Ioan. 2. dicitur, aduocatũ habemus apud patrẽ Dñm nostrum Iesum Christum. Et D. Paul. Rom. 8. inquit, quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat?

Ad secũdũ.
Gen. 1.
Act. 13.
Ad tertium
Ad quartũ. ex Chryso. D. Thom.
Secundum dubiũ circa conclusionẽ artic. Primum argumentũ.
Secundum
In oppoſi.
Ad primũ.
Ad ſecũdũ.
Tertiũ dubiũ, vtrùm Chriſtus oret in cælo.
1. Ioan. 2.
Rom. 8.

quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis? Ex quibus locis videtur colligi, quod quẽ admodum Christus preces fundebat in terra, ita similiter oret, & deprecetur in cælo. Veritas tamen est, quod Christus per modum supplicis, preces & supplicationes ad Deum, nec pro seipso, nec pro nobis offerat, nam hoc fecit in diebus carnis suæ cum erat simul viator & comprehensor. Iam vero postquam sedit in dextera maiestatis in excelsis simul cum patre, largitur nobis omnia, omnem habẽs potestatem. Nec vlla ratione finit pater, vt gloria iam & honore coronatus, deinceps sese humiliet. Videndus est D. Chrysostomus super locum citatum D. Paul. ad Roma. 8. Qui elegan ter nimis explicat istam sententiam. Videndus est etiam Rupertus abbas, lib. 9. de diuinis officijs cap. 3. vbi doctissimè de re hac disserit, & eò vsque deducit vt neget Catholicũ illum esse, qui Christum inuocat ad hoc, vt roget patrem. Hoc ipsum more & consuetudine totius Ecclesiæ confirmatur. Nam Ecclesia vt ostendat Christum esse verum Deum, contra hæreticos, & quod sit maxima gloria sublimatus iudex viuorum, & mortuorum, & omnia esse subiecta sub pedibus eius, semper deprecatur Christum his verbis, miserere mei, & propitius esto mihi, &c. Vnde caute legẽda est homilia Origenis, quę habetur super Leuit. quæ est numero septima. Vbi Christũ facit adhuc orare patrem, & anxium in modũ aduocati. Vbi & multa alia tribuit ei, quæ lectori parum erudito falsam opinionem generare possent. Quomodo autem intelligendus sit locus iste Apostoli, in quo dicit Christum interpellare pro nobis, explicat Chrysostomus, intelligens per interpellationem, fauorem ac vigorem dilectionis Christi erga nos. Rupertus abbas, cum huic definitioni opposuisset hæc verba Apostoli subiecit pro solutione, illa interpellatio non submissa est postulatio, sed eius passionis quæ semel suscepta, semel pro nobis in sacrificium oblata est, æterna commemoratio, semel in conspectu Sanctæ Trinitatis admissa, sanguinis eius innocentis exclamatio. Sensus, ergo Apostoli secundum Rupertum est, qui interpellat pro nobis per victimam suam, quæ patri semper est præsentissima, & ostendit vulnera, in quæ pater aspiciens largitur nobis remissionem peccatorum iustitiam & alia, quæ ad salutem nobis sunt necessaria. Iuxta illud ad Hebræos 9. Introiuit in ipsum cęlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Hanc explicationem sequitur etiam Diuus Thomas in illum locum ad Roman. 8. Iuxta quem sensum intelligendus est etiam locus, primæ Ioannis secundo. ¶ Sed libet hic verba Diui Chrysostomi, ad verbum referre, qui in hunc modum loquitur. Et vt discas, quod hoc tantum probare velit, cum primum dixisset, qui est ad dexteram Dei, statim subiungit, qui etiam interpellat pro nobis, ob id (videlicet) præmittens parem illius cum patre honorem & æqualitatem, vt cum deinceps interpellationem audieris, non diminutionem, sed solam videatur exprimere dilectionem. Nam si ipse vita est, omniumque bonorum fons, si eadem cum patre potestate, & mortuos excitat & viuificat, atque alia facit omnia, quo pacto, vt nos adiuuet precatione opus habet? Qui deploratos ac condemnatos, propria potestate, & ab illa condemnatione liberauit, & iustos Deiq́ue filios fecit, atque ita ad supremos honores euexit, eaq́ue, quorum ne spes quidem, vel tãtilla poterat esse, ad effectum perduxit, quomodo quæso postquam illa omnia perfecit naturamque nostram in regali iam throno constitutam ostentat, ad facilia illa & minuta, quæ adhuc restant, precatione ac interpellatione opus habet? Vides quemadmodum vndique ostendat, quod nulla alia ratione interpellationis meminerit, quam vt feruorem ac vigorem illius erga nos dilectionis declararet? Et multa alia dicit Chrysosto. in eandem sententiam, scribitq́ue hac phrasi locutionis dici etiam patrem obsecrare pro nobis. 2. Corinth. 5. atque etiam Spiritum sanctum interpellare pro nobis gemitibus inenarrabilibus Romanor. 8. Sed Rupertus in loco indicato hoc pacto inquit. Hæc namq́ue interpellatio doctorum omnium vera assertione, non submissa est postulatio, sed eius passionis, quæ semel suscepta, semel pro nobis in sacrificium oblata est, æterna commemoratio, semel in conspectu Sanctæ Trinitatis admissa sanguinis eius innocentis exclamatio, homicidas, qui fuderunt, conuincens, nos autem qui bibimus in ministerio altaris non indiga, sed potenti interpellatione defendens. Alioquin quomodo & antequam ascendisset ait: data est mihi omnis potestas in cælo & in terra; sic & postquam ascendit vt possit interpellat, vel rogat dari nobis paracletum? Sed dicit quis: rogat per humanitatem qui dat per diuinitatem. Hoc plane verum est, quia tunc moriens paulominus ab Angelis imminutus rogauit per humanitatem, nunc autem gloria & honore coronatus & constitutus super omnia opera patris, dat per diuinitatem omnem habens potestatem, vtpote, à dextris Dei sedens, vnde sicut

Expositio dubij.

D. Chryso. homil. 15. Rupertus.

Origenes caute legẽdus.

Heb. 9.

D. Thom.

2. Cor. 5.

Rom. 8.

Rupertus.

Mat. vlt.

Heb. 1

cut resurgens ex mortuis iam non moritur, sic illum ad hoc vt roget patrem, iam nemo inuocat Catholicus. Amplius autem ea quæ dicta sunt constare poterunt, si conferantur ipsius Domini sententiæ, quæ nisi discernantur, videbuntur sibimet contrariæ, videlicet, quod ait rogabo patrem meũ, & alium paracletum dabit vobis. Et quod posterius in eodem sermone dicit, illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis, causamque reddens ipse inquit, pater amat vos, statimque id ipsum cõfirmat dicens, quia vos me amastis & credidistis, quia à Deo exiui. Quid est enim, rogabo & non rogabo? Hoc nempè, quod in passione sua sacrificium futurus & rogaturus erat, vt paracletum, id est, spiritum remissionis peccatorum acciperemus, & sic paries inimicitiarum, qui medius erat inter Deum & homines, in carne eius solueretur, quo soluto illo inquit die, die pacis & consequentis gratiæ, non rogabo patrem de vobis. Quare? ipse enim pater amat vos, inquit, id est, semel enim moriens Deo reconciliaui vos in sanguine meo. Et sicut superius dixi, pacem reliqui vobis, pacem meam, id est, per me inter Deũ, & vos reformatam dedi vobis, & hoc per fidem & dilectionem vestram, quia vos me amastis & credidistis, quia à Deo exiui. Itaq;, quod ait, rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis nullo modo melius accipitur, quam quod in cruce rogauerit, quod in morte sua clamauerit iuxta prædictã Apostoli sententiam. Veruntamen, quia ex die ascensionis, Apostoli certi facti de potentia eius, expectabant eundem Spiritum sanctum, quẽ promiserat, rectè cantamus & legimus, quomodo moriturus illum promisit, quomodo item ascendens in cælum repromisit, ita vt mortẽ eius causam donationis effectiuam, ascensionis eius dandi potestatem esse sciamus effectam.

Rom. 6.

Ioan. 14.

Ioan. 16.

Ioan. 14.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christo conueniat orare, secundùm suam sensualitatem.

127 Inf. ar. 4. co & ad 4. & 3. di. 17. art. 3. q. 3. & opu. 3. ca. 240. & opus. 7.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christo conueniat orare secundùm suam sensualitatem. Dicitur enim in Psalm. 83. ex persona Christi. Cor meum & caro mea exultaueruntin Deum viuum. Sed sensualitas dicitur appetitus carnis. Ergo sensualitas Christi potuit ascendere in Deum viuum, exultando, & pari modo orando. ¶ 2. Præterea, Eius videtur esse orare, cuius est desiderare illud quod petitur. Sed Christus petiuit aliquid quod desiderauit eius sensualitas, cùm dixit. Transeat à me calix iste: sicut dicitur Matth. 26. Ergo sensualitas Christi orauit. ¶ 3. Præterea, Magis est vniri Deo in persona, quàm ascendere in Deum per orationem. Sed sensualitas fuit assumpta à Deo in vnitatem personæ, sicut & quælibet pars humanæ naturæ. Ergo multò magis potuit ascendere in Deum orando. ¶ Sed contra est, quod dicitur Philip. 2. quòd filius Dei secundum naturam, quam assumpsit, in similitudinem hominum factus est. Sed alij homines non orant secundum sensualitatem. Ergo nec Christus orauit secundũ sensualitatem.

¶ Respondeo dicendum, quòd orare secundum sensualitatẽ potest intelligi dupliciter. Vno modo sic, quòd ipsa ratio sit actus sensualitatis: & hoc modo Christus secundum sensualitatẽ non orauit: quia eius sensualitas eiusdem naturæ & speciei fuit in Christo & in nobis. In nobis autem nõ potest sensualitas orare, duplici ratione. Primò quidem: quia motus sensualitatis non potest sensibilia transcendere: & ideo non potest in Deum ascendere: quod requiritur ad orationẽ. Secundò, quia oratio importat quandam ordinationem: prout scilicet aliquis desiderat aliquid quasi à Deo implendum: & hoc est solius rationis. Vnde oratio est actus rationis: vt in Secunda parte habitum est*. Alio modo potest dici aliquis orare secũdum sensualitatẽ, quia scilicet eius ratio orando Deo proponit quod est in appetitu sensualitatis ipsius, & secundum hoc Christus orauit secundum sensualitatem: in quantum scilicet oratio eius exprimebat sensualitatis affectũ tãquam sensualitatis aduocata: & hoc, vt nos de tribus instrueret. Primò quidem vt ostenderet se veram naturam

2.2.q.83. ar.1.

turam humanam suscepisse cum omnibus naturalibus affectibus. Secundò, vt ostenderet quòd homini licet secundum naturalem affectum aliquid velle, quod Deus non vult. Tertiò, vt ostendat quòd proprium affectum debet homo diuinæ voluntati subijcere. Vnde Augustin* in Enchi. dicit. Sic Christus hominem gerens ostendit priuatam quandam hominis voluntatem, cùm dicit. Transeat à me calix iste. Hęc enim erat voluntas humana, proprium aliquid & tanquàm priuatum volens. Sed quia recto corde rectum vult esse hominem, & ad eum dirigi: subdit. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Ac si dicat, vide te in me: quia potes aliquid proprium velle, etsi Deus aliud velit.

Psa. 32. 'concione 1. super illud: Rectos decet collaudatio, to. 8.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd caro exultat in Deum viuum, non per actum carnis ascendentem in Deum: sed per redundantiam à corde in carnem, in quantum appetitus sensitiuus sequitur motum appetitus rationalis. ¶ Ad secundum dicendum, quòd licet sensualitas hoc voluerit quod ratio petebat: hoc tamen orando petere nó erat sensualitatis, sed rationis: vt dictum est*. ¶ Ad tertium dicendum, quòd vnio in persona est secũdum esse personale: quod pertinet ad quamlibet partem humanæ naturæ. Sed ascensio orationis est per actum, qui non conuenit nisi rationi, vt dictũ est*. Vnde non est similis ratio.

In corp. ar.

In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

1. Cõclusio

PRima conclusio. Christus non orauit secundum sensualitatem, ita quod ipsa oratio sit actus sensualitatis elicitus. Probatur

Phil. 2.

hæc conclusio, primo quia ad Philippenses 2. dicitur, quod filius Dei secundum naturam quam assumpsit in similitudinem hominum factus est. Sed alij homines non orant secundum sensualitatem, ergo nec Christus orauit secundum sensualitatem. Secundò, oratio eleuatur super sensibilia, & attingit Deum ipsum, sed motus sensualitatis non potest transcendere sensibilia, ergo oratio non potest esse actus sensualitatis elicitus. Tertiò, oratio importat quandam ordinationem, prout scilicet aliquis desiderat aliquid, vt à Deo implendum, hoc autem pertinet ad rationem, nó ad sensualitatem, ergo. ¶ Secũda conclusio. Christus dicitur orare secundum sensualitatem, prout ratio eius orando exprimit affectum sensualitatis, & hoc ad instructionem nostrã, primo quidem vt ostenderet se veram naturam humanam suscepisse, cum omnibus naturalibus affectibus. Secundò, vt ostenderet quod licet homini aliquid velle secundum naturalem affectum, quod Deus non vult. Tertiò, vt ostenderet, quod proprium affectum debet homo diuinæ voluntati subijcere. Quæ omnia autoritate Diui Augustini cõfirmatur.

2. Cõclusio

EXPOSITIO ARTICVLI.

CIrca primam conclusionem huius articuli est paruum dubium, videtur si quidem, quod actus orationis possit esse à sensualitate elicitus. ¶ Primò, quia homo potest exprimere affectum partis sensitiuæ voce & actu, ergo etiã orare. ¶ Deinde, ad orationem satisfuerit ordinatio quædam, per quam aliquis desiderat aliquid, prout à Deo implendum. Sed hæc ordinatio saltim respectu singularium pertinet ad cogitatiuam, ergo, & oratio ad partem inferiorem poterit pertinere. ¶ Tertiò, eius videtur esse orare cuius est desiderare illud, quod petitur. Sed Christus Dominus petiuit aliquid, quod desiderauit eius sensualitas, vt cum Matth. 26. dixit. Transeat à me calix iste, ergo sensualitas Christi habuit actum orationis elicitum. ¶ Vltimò, infantes in quibus vsus rationis non viget reuera fundunt preces ad Deum, vt patet Iudith 4. vbi dicitur; & induerunt se sacerdotes cilicijs & infantes prostrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerũt cilicio, & clamauerunt ad Dominum Deum Israel vnanimiter, ergo oratio non solum pertinet ad rationem, sed etiam ad partem sensitiuã. ¶ His vero non obstantibus veritas est, quod oratio non ad sensualitatem, sed solum ad rationem pertineat. Ita docet Diuus Thomas hîc, & 2. 2. quæstione 83. Et probatur, oratio est eleuatio mentis in Deum, vt obiectum supernaturale, sed hoc obiectum sola ratione attingitur, ergo, &c. Item, oratio dicit quãdam ordinationem ad impetrandum illud, quod à Deo petitur, hæc autem ordinatio solius rationis est, ergo. ¶ Ad primum argumentum respondetur, affectum partis sensitiuæ per orationem exprimi non posse, nisi per rationem proponatur Deo, nam passiones

Probatur quod oratio possit esse actus sensualitatis elicitus. Prim. argu. Secundum

Tertium.

Vltimum.

Iudith. 4.

Expositio.

D. Thom.

Ad primũ argumẽtũ.

siones appetitus sensitiui solum possunt habere rationem materiæ, quam oratio Deo offert. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod quamuis discursus circa singularia pertineat ad cogitatiuam, nihilominus quia Deum obiectum supernaturale non attingit, quod requiritur ad rationem orationis, vt dictum est, hac de causa oratio non potest esse actus elicitus partis sensitiuæ. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quod licet sensualitas hoc voluerit quod ratio petebat, hoc tamen orando petere, non erat sensualitatis, sed rationis, vt dictum est. ¶ Ad vltimum respondetur, quod infantibus & carentibus vsu rationis, oratio non competit propriè, sed metaphoricè.

Ad secundū.

Ad tertium

Ad vltimū.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm fuerit conueniens Christū pro se orare.

128 3.di.17.ar. 3.q.2. & opusc 7. Et 10ā.12.lec. 4.col.2* *li.10.parū ante finem. Arti.1. huius quæst.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Christo non fuerit conueniens pro se orare. Dicit enim Hilarius* in 10. de Trinitate. Cùm sibi non proficeret deprecationis sermo, ad profectum tamen nostræ fidei loquebatur. Sic ergo videtur, quòd Christus non sibi, sed nobis orauerit.

¶ 2. Præterea, Nullus orat nisi pro eo quod vult: quia sicut dictum est*, oratio est quædam explicatio voluntatis per Deum implendæ. Sed Christus volebat pati ea, quæ patiebatur: dicit enim Augustinus 26. contra Faustum, Homo plerumque iratscitur, etsi nolit, contristatur: etsi nolit dormit, etsi nolit esurit, ac sitit. Ille autem, scilicet Christus, omnia ista habuit, quia voluit. Ergo ei non competebat pro seipso orare. ¶ 3. Præterea, Cyprianus dicit in libro* de oratione Dominica: Pacis doctor & vnitatis Magister noluit sigillatim & priuatim preces fieri, vt quis cùm precatur, pro se tantum precetur. Sed Christus illud impleuit quod docuit, secundum illud Actuum primo, Cœpit Iesus facere & docere. Ergo Christus nunquam pro se solo orauit. ¶ Sed

li.26.ca.8. in fi.to.6.

aliquātulū à.princ.in. ci. Euāgelica præcepta.

contra est, quod ipse Dominus orando dicit Ioannis 17. Clarifica filium tuum.

¶ Respondeo dicendum, quòd Christus pro se orauit dupliciter. Vno modo exprimendo affectum sensualitatis, (vt suprà dictum est *) vel etiam voluntatis simplicis, quæ consideratur vt natura, sicut cùm orauit à se calicem passionis transferri. Alio modo, exprimendo affectum voluntatis deliberatæ, quæ consideratur vt ratio: sicut cùm petijt gloriam resurrectionis. Et hoc rationabiliter. Sicut enim dictum est*, Christus ad hoc vti voluit oratione ad Patrem, vt nobis daret exemplum orandi, & vt ostenderet, Patrem suum esse autorem, à quo & æternaliter processit secundum diuinam naturam, & secundum naturam humanam ab eo habet quicquid boni habet. Sicut autem in humana natura, quædam bona habebat à Patre iam percepta, ita etiam expectabat ab eo quædam bona, nondum habita, sed percipienda. Et ideo sicut pro bonis iam perceptis in humana natura gratias agebat Patri, recognoscendo eum autorem (vt patet Matthæi 26. & Ioannis 11.) ita etiam vt Patrem autorem recognosceret, ab eo orando petebat ea, quæ sibi deerant, secundum humanam naturam, puta gloriam corporis, & alia huiusmodi. Et in hoc etiam nobis dedit exemplum, vt de perceptis à nobis muneribus gratiamus agamus, & etiam nondum habita orando postulemus.

Ar.præced.

Ar.1.huius q.ad 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Hilarius* loquitur quantum ad orationem vocalem, quæ nō erat ei necessaria propter ipsum, sed solum propter nos. Vnde signanter dicit, quòd sibi nō proficiebat deprecationis sermo. Si enim desiderium pauperum exaudit Dominus (vt in Psal. 9. dicitur) multò magis sola voluntas Christi habet

Loco in arg.1. citato.

vim orationis apud Patrem. Vnde ipse dicebat Ioan. 11. Ego sciebam, quoniam semper me audis, sed propter populum qui circunstat dixi, vt credant, quia tu me misisti. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus volebat quidem pati illa, quæ patiebatur, pro tempore illo: sed nihilominus volebat, vt post passionem, gloriam corporis consequeretur, quam nondum habebat. Quam quidem gloriam expectabat à Patre sicut ab autore, & ideo conuenienter ab ipso eam petebat. ¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd ipsa gloria quã Christus orãdo petebat, pertinebat ad salutẽ aliorum, secũdum illud Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram. Et ideo illa etiam oratio, quam pro se faciebat, erat quodammodo pro alijs. Sicut & quicunque homo aliquod bonũ à Deo postulat, vt vtatur illo ad vtilitatem aliorum, non sibi soli, sed etiã alijs orat.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio. Christus Dominus orauit pro se, tum explicando affectum sensualitatis, & simplicis voluntatis, tum verò explicando, petendoque affectum voluntatis deliberatæ. Vtraque pars conclusionis probatur Ioan. 17. Ioan. 17. dum dicitur, Pater clarifica filium tuum, &c. Sed quoniam prima huius conclusionis pars, iam ostensa est à D. Thom. solum probat secundam conclusionem, & ratio est. Hæc oratio duplicem habet partem, gratiarum actionem, & petitionem. Sed Christus Dominus gratias egit patri, pro bonis iam perMatt. 11. & 26. ceptis in natura humana, vt patet Matth. 11. & 26. Rursus petijt à patre ea, quæ sibi deerãt secundum humanam naturam puta gloriam corporis & alia huiusmodi, ergo Christus Dominus orando explicuit affectum voluntatis deliberatæ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CONclusio huius articuli est certa secundum fidem, & tam euidenter ostensa à Diuo Thoma, vt nostra expositione nulla ex parte indigeat. Exploratum est enim in sacris literis Christum Dominum pluries patrem orasse. Illud solum difficultatem ingerit; vtrùm oret in cælo pro nobis. Ratio dubitandi solum est locus ille Ioannis 16. vbi Ioan. 16. dixit Christus; in illo die, in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo de vobis. Ex quibus verbis colligi potest Christum non orare pro nobis. Respondetur tamen secundum sententiam Diui Augustini illa verba Christi dicta esse, vt remoueretur ab Apostolorum animis conceptus ille antiquus, quem habebant de oratione Christi, scilicet, quod quemadmodum viuens in terris supplex orabat patrem pro Apostolis, ita similiter esset in cælis fundenda Christi oratio pro eisdem. Ac si diceret; in die illo, quando palàm annuntiabo vobis de patre meo, petetis in nomine meo, & cognoscetis me esse vnum cum patre, & quod non sim persona interpellans, sed in quantum Deus simul cum patre vestras orationes exaudiam. Alio modo intelligi potest locus iste secundum Diuum Chrysostomum, quod verba ista dicantur à Christo ne fortè existiment discipuli, quod ita sint per filium impetraturi, quod ipsi non habeant immediatum accessum ad patrem, ita vt sit sensus, modo ad me recurritis, vt pro vobis interpellem, sed tunc tantam fiduciam habebitis apud patrem, quod etiam ipsi à patre petere poteritis in nomine meo non indigentes alio introducente. Erit tamen mea præsentia maximi commodi, vt preces vestræ exaudibiliores reddantur in cælo. ¶ Dubium tamen est. Vtrùm Christi oratio prosit his, qui sunt in purgatorio. Nam quibusdam visum est, quod orationes Christi, & sanctorum solum prosunt viatoribus, his vero qui pœnis purgatorij sunt addicti minimè, & mouentur his rationibus. ¶ Prima, quoniam cum triumphans Ecclesia citiùs audiatur & efficacius quam militans, eius orationes ad euacuandum purgatorium & liberandas animas ibi existentes paruo tempore sufficerent. Et sic non videretur rectè consultum diuinæ iustitiæ, cum defunctorum animæ minus quam par est ibi crucientur. ¶ Secundò arguitur, quia suffragia existentibus in purgatorio non prosunt nisi per modum satisfactionis. Sed Christus Dominus & alij Sancti non sunt in statu satisfaciendi, sicut viatores, ergo pro existentibus in purgatorio non funduntur preces ad Deum. ¶ Hæc sententia falsa est, & periculosa, & contra communem sensum Ecclesiæ. Primò, quoniam existentes in purgatorio, sunt Deo coniuncti & Ecclesiæ triumphanti per charitatem, ergo sunt capaces fructus qui ex orationibus Christi, & Sanctorum in cælo prouenit. Secundò, Christi oratio in cælo, vt articulo primo dictum fuit, est pensanda penes hoc, quod Christi vulnera & merita

Solutio.

D. Augus.

D. Chryso.

Dubium. Vtrũ Christi oratio prosit his qui sunt in purgatorio

Primum argumentũ.

Secundum.

Solutio.

merita Deo patri præsentata flectant eius voluntatem,& inducant eius animum vt omnibus non ponentibus obicem misereatur. Sed animæ in purgatorio existentes non opponunt impedimentum,vt influxum diuinæ misericordiæ recipiant, ergo. Tertio probatur peculiariter hoc ipsum de orationibus sanctorum ex consuetudine,& more totius Ecclesiæ militantis, quæ fundit preces ad sanctos,vt suis orationibus citius liberentur qui sunt in purgatorio ab eius flammis,quæ tamẽ fidelium deprecatio vana esset , si nihil eam
Ad pri. arg. prosuturam intelligerent. ¶ Ad primum in oppositum respondetur, quod quemadmodum non est superuacanea oratio Christi respectu illius rei quam certo,& euidenter futuram cognoscebat, ita etiam si Christi oratio & sanctorum existentibus in purgatorio applicetur, non tamen illorum causa citius absoluetur quam Deus decreuerit, cum eadem
Ad secũdũ sit dispositio finis & mediorum. ¶ Ad secundum argumẽtum dictũ est,qua ratione Christi merita & sanctorum orationes existẽtibus in purgatorio suffragentur.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm oratio Christi semper fuerit exaudita.

129 3.di.17.ar. 3.q 3.& 4. & opusc.3. ca.140.& opusc. 7. & Psa.20.co. 4.& Ioan. 12.l.4.col. 2.& Hebr. 5.col.5.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd oratio Christi non semper fuerit exaudita . Petijt enim à se remoueri calicem passionis : vt patet Matth. 26. Qui tamen ab eo non fuit translatus.Ergo videtur,quòd non omnis oratio eius fuerit exaudita. ¶ 2. Prætereà , Ipse orauit,vt peccatum crucifixoribus suis ignosceretur: vt patet Luc.22. Non tamen omnibus peccatum illud fuit dimissum: nam Iudæi fuerunt pro illo peccato puniti.Ergo videtur,quòd non omnis eius oratio sit exaudita. ¶ 3. Prætereà , Dominus orauit pro his qui erant credituri per verbum Apostolorum in ipsum, vt omnes in eo vnum essent, & vt peruenirent ad hoc,quòd essent cum ipso. Sed non omnes ad hoc perueniunt. Ergo non omnis eius oratio est exaudita. ¶ 4. Prætereà , In Psalm. 21. dicitur in persona Christi: Clamabo per diem,& non exaudies. Non ergo omnis oratio Christi fuit exaudita. ¶ Sed contra est , quod Apostolus dicit ad Hebr.5.Cum clamore valido & lachrymis offerens,exauditus est pro sua reuerentia.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut dictum est *) oratio est quodammodo interpretatiua voluntatis humanæ. Tunc ergo alicuius orantis , exauditur oratio , quando eius voluntas adimpletur. Voluntas autem simpliciter hominis est rationis voluntas: hoc enim absolutè volumus, quod secundum deliberatam rationem volumus. Illud autem quod volumus secundum motum sensualitatis, vel etiam secundum motum voluntatis simplicis, quæ consideratur vt natura, non simpliciter volumus , sed secundum quid , scilicet si aliud non obsistat,quod per deliberationem rationis inuenitur. Vnde talis voluntas magis est dicenda velleitas,quàm absoluta voluntas, quia scilicet homo hoc vellet, si aliud non obsisteret. Secundum autem voluntatem rationis,Christus nihil aliud voluit , nisi quod sciuit Deum velle. Et ideo omnis absoluta voluntas Christi, etiam humana,fuit impleta , quia fuit Deo conformis: & per consequens omnis eius oratio fuit exaudita. Nam & secũdum hoc aliorum orationes implẽtur, quòd sunt eorum voluntates Deo conformes:secundum illud Roman.8.Qui autem scrutatur corda,scit,id est , approbat,quid desideret spiritus,id est, quid faciat Sanctos desiderare: quoniam secundum Deum,id est , secundum conformitatem diuinę voluntatis,postulat pro Sanctis.

Art.præce. arg.2.& ar. 1.huius qu.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illa petitio de trãslatione calicis, diuersi modè à Sãctis exponitur.Hilarius enim super Matthæum dicit *. Qui autem vt à se transeat , rogat , non vt ipse prætereatur , orat , sed vt in alterum id, quod à se transit accedat : atque ideo pro his orat , qui passuri post se erant: vt sit sensus.Quomodo à me bi-

cano.31.in Mat. paulò à medio.

betur calix iſte paſsionis: ita ab his bibatur ſine ſpei diffidentia, ſine ſenſu doloris, ſine metu mortis. Vel ſecundum Hieronym*. Signanter dicit, Calix iſte, hoc eſt, populi Iudęorum: qui excuſationē ignorantiæ habere non poteſt, ſi me occiderit habens leges & Prophetas, qui me vaticinantur. Vel ſecundum Dionyſ. Alexandrinum: Quòd dicit, Transfer calicem iſtum à me, non hoc eſt, non adueniat mihi: niſi enim aduenerit, transferri non poterit. Sed ſicut quod præterit, nec intactum eſt nec permanens, ſic Saluator leuiter inuadētem tentationem flagitat pelli. Ambroſ.* autem dicit & Origen. & Chryſoſt. quòd hoc petijt quaſi homo, naturali voluntate mortem recuſans. Sic ergo ſi intelligatur quòd petierit per hoc alios Martyres ſuæ paſsionis imitatores fieri, ſecundum Hilar*. vel ſi petijt quòd timor bibendi calicis eum non perturbaret, vel quòd mors eum non detineret: omnino impletum eſt quod petiuit. Si verò intelligitur petiſſe, quòd non biberet calicem mortis & paſsionis, vel quòd non biberet ipſum à Iudæis, non quidem eſt factum quod petijt: quia ratio, quæ petitionem propoſuit, nolebat vt hoc impleretur: ſed ad inſtructionem noſtram volebat demonſtrare nobis ſuam voluntatem naturalem & motum ſenſualitatis, quem ſicut homo habebat. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Dominus non orauit pro omnibus crucifixoribus, neque etiam pro omnibus, qui erant crediturí in eum: ſed pro his ſolum, qui erant prædeſtinati, vt per ipſum vitam conſequerentur æternam. ¶ Vnde patet etiam reſponſio ad tertium. ¶ Ad quartum dicendum, quòd cùm dicit, Clamabo, & non exaudies, intelligendum eſt quātum ad affectum ſenſualitatis, quę mortem refugiebat: exauditur tamen quantum ad affectum rationis, vt dictum eſt*.

ſuper illū locum Mat. 9. to. 1.

Amb. l. 10. in Lu. hom. 15. Origen. hom. 35. in Matt. in 6. fol. à princ. illius, to. 2. Chryſo ho. 84. in Mat. to. 2.

*Hilar. canō. 31. in Matth.

In corp. art.

SVMMA TEXTVS.

CONcluſiō. Omnis oratio Chriſti abſoluta fuit ſemper exaudita. Probatur ex D. Paul. ad Heb. 5. vbi loquēs de Chriſto, inquit, Cū clamore valido & lachrymis offerēs, exauditus eſt pro ſua reuerētia. Deinde, oīs voluntas ſimpliciter Chriſti fuit adimpleta, ergo oīs oro ei⁹ fuit exaudita. Antecedēs probatur. Voluntas ſimpliciter Chri eſt volūtas deliberata, & hæc ſemper fuit cōformis diuinæ volūtati, ergo oīs volūtas Chriſti ſimpliciter fuit impleta. Cōſequentia vero probatur dupliciter, tū quoniam eo tempore alicuius oratio exauditur, quando eius voluntas impletur, quia oratio eſt interpretatiua voluntatis, tū vero quia conformitas voluntatis ad diuinam voluntatem eſt ratio, quare aliorum orationes exaudiuntur, vt dicitur Romanorum 8.

Concluſio

Heb. 5.

Rom. 8.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo animaduertendū eſt, quod Chri oratio quędā proficiſcebatur ex volūtate Chriſti humana abſoluta & deliberata. vt illa Ioā. 12. Volo pater vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Alia procedebat ex volū tate deliberata nō abſoluta, ſed conditionata, vt quando orabat pro omnibus fidelibus, aut pro crucifixoribus, volebat ſanè omnes homines ſaluos fieri, & in veritatis cognitionē peruenire, niſi per eos ſtetiſſet, qui fuerunt rebelles lumini, & diuinæ gratiæ. Itē alia procedebat ex volūtate abſoluta quidē, ſed vt natura, alia ex appetitu ſenſitiuo, & eius affectu, vt illa, Pater ſi vis, tranſeat à me calix iſte. Oratio prior ex deliberata voluntate proueniēs, ſemper fuit efficaciſsima, quia ex voluntate conformi ad diuinam voluntatem procedit, efficax eſt etiam, quia omnibus numeris abſoluta, & omnibus partibus conſtabat, quibus perfectiſsima oratio conſtat. Erat iuſtiſsima, & ideo exauditus eſt Chriſtus pro ſua reuerentia. Erat perſeuerans, quia vt inquit Lucas ca. 6. Orando pernoctabat. Tandem Chriſti oratio ſemper fiebat in charitate, & ex charitate prodibat. Vnde nihil erat, quod non impetraret. Oratio vero, quæ ex voluntate conditionata procedebat, aut ex voluntate, vt natura, aut illa, quę affectum ſenſualitatis explicabat, non erat impetratoria, imò Chriſtus ipſe ſciebat ſe non impetraturum quando precabatur. Precabatur tamen vt oſtenderet propriè humanitatis veritatem, cuius eſt mortem imminentē timere, & ſibi noxia fugere. ¶ Circa ſolutionem ad primum dubitari poteſt, vtrū Chriſtus dicens, Pater ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte, dubitauerit de Dei potentia. Nam Magiſter ſententiarum in 3. d. 17. inducit D. Ambr. exiſtimantē Chriſtū, vt hominē dubitaſ-

Oratio Chriſti duplex.

Ioan. 12.

Luc. 6.

Dubium.

Magiſter.

dubitasse. Verum absq; dubio Christus non dubitauit, etsi verba commemorata dubitationem aliquam præseferant; etenim Mar. 14. dicit Christus, pater omnia sunt tibi possibilia, vbi sine conditione affirmatur Dei omnipotentia. Et Luc. ca. 22. aliter proponitur Christi oratio: Pater si vis. Et vt docet D. Ioannes Damascenus li. 3. orthodoxæ fidei. c. 24. Christus dixit apud Matthæum 26. Pater si possibile est. Non tanquam ignarus paternæ potestatis, sed vt formam præberet nobis præponendi Dei voluntatem nostræ, dum oramus. Et forsan proferens dominus conditionem quæ videtur hæsitationis nota, non protulit, quia ipse dubitabat, sed vt doceret nos temporalia bona non absolute, sed sub conditione esse à Deo expetenda, si Deo scilicet, placent. Ideo ait pater, si vis, nõ dubius de paterna voluntate, nam vnigenitus, qui est in sinu Patris non est ignarus diuinæ potentiæ & volũtatis. Quod vero D. Ambros. dixit, ita est intelligẽdum, quod Christus dicẽs, Pater si vis; aut, Pater si possibile est, habuerit se instar dubitantis, sicut aliquãdo se gessit ad modum nesciẽtis, vt in illo, vnde ememus panes vt manducent hi.

Solutio.

Mar. 14.

Luc. 22.

Damasce.

Mat. 26.

Explicatur D. Ambro.

QVAESTIO XXII.

De Sacerdotio Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de sacerdotio Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm conueniat Christo, esse sacerdotem. ¶ Secundò, de hostia huius sacerdotis. ¶ Tertiò, de effectu huius sacerdotij. ¶ Quartò, vtrùm effectus sacerdotij eius pertineat ad ipsum, vel solùm ad alios. ¶ Quintò, de ęternitate sacerdotij eius. ¶ Sextò, vtrũ debeat dici sacerdos secundum ordinẽ Melchisedech.

130 Infrà q. 31. ar. 2. cor. & ad 2. & q. 59 ar. 4. 1. & 4. cõt. 76 col. 2. & opu. 20 li. 3. col. 12 fi. & Psal. 2. col. 6. & 7. & Psal. 44. col. 10. & Heb. 2. lec. 4. fi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christo conueniat esse sacerdotem.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christo non cõueniat esse sacerdotem. Sacerdos enim est minor Angelo: vnde dicitur Zach. 3. Ostẽdit mihi Deus sacerdotem magnũ stantem coram Angelo Domini. Sed Christus est maior Angelis: secundum illud Hebr. primo. Tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Ergo Christo non conuenit esse sacerdotem. ¶ 2. Præterea, ea quæ fuerunt in veteri Testamento, fuerunt figuræ Christi, secundum illud Col. 2. Quæ sunt vmbra futurorũ, corpus autem Christi. Sed Christus nõ traxit carnis originem ex sacerdotibus veteris Legis, dicit enim Apostolus ad Hebr. 7. Manifestum est, quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Ergo Christo non conuenit esse sacerdotem. ¶ 3. Præterea, In veteri lege, quæ est figura Christi, non fuit idem legislator & sacerdos: vnde dicit Dominus ad Moysem legislatorem Exod. 28. Applica Aaron fratrem tuũ, vt sacerdotio fungatur mihi. Christus autem est lator nouæ legis: secundum illud Hier. 31. Dabo legem meam in cordibus eorum. Ergo Christo non conuenit esse sacerdotem. ¶ Sed cõtra est, quod dicitur Heb. 4. Habemus Pontificẽ, qui penetrauit cęlos, Iesum filiũ Dei.

¶ Respondeo dicendum, quòd propriè officium sacerdotis est esse mediatorem inter Deum & populum: inquantum scilicet diuina populo tradit (vnde dicitur sacerdos, quasi sacra dans) secundum illud Malach. 2. Legem requirent ex ore eius, scilicet sacerdotis: & iterum, In quantum preces populi Deo offert, & pro eorum peccatis Deo aliqualiter satisfacit. Vnde Apostolus dicit ad Hebr. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Hoc autem maximè conuenit Christo: nam per ipsum diuina dona hominibus sunt collata: secundum illud 2. Pet. 1. Per quem, scilicet Christum ma-

xima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Ipse etiam humanum genus Deo reconciliauit: secundum illud Colos. 1. In ipso, scilicet Christo, complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia. Vnde Christo maximè conuenit esse sacerdotem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd potestas hierarchica conuenit quidem Angelis, in quantum & ipsi sunt medij inter Deum & hominem, vt patet per Dionys.* in lib. Cæl. hier. ita quòd ipse sacerdos, in quantum est medius inter Deum & populum, Angeli nomen habet: secundum illud Malach. 2. Angelus Domini exercituum est. Christus autem maior Angelis fuit, nō solùm secundum diuinitatem: sed etiā secundum humanitatem, in quantum habuit plenitudinem gratiæ & gloriæ. Vnde etiam excellentiori modo hierarchicam seu sacerdotalem potestatem præ Angelis habuit: ita etiam quòd ipsi Angeli fuerunt ministri sacerdotij eius: secundum illud Matthæi 4. Accesserunt Angeli, & ministrabant ei; secundum tamen passibilitatem carnis, modico ab Angelis minoratus est, vt Apostolus dicit Hebr. 2. Et secundum hoc, conformis fuit hominibus viatoribus in sacerdotio constitutis. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Damascenus* dicit in 3. lib. quod in omnibus est simile, idem vtique erit, & non exemplum. Quia igitur sacerdotium veteris legis erat figura sacerdotij Christi, noluit Christus nasci de stirpe figuralium sacerdotum, vt ostenderetur non esse omnino idem sacerdotium: sed differre sicut verum à figurali. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut suprà* dictum est, alij homines particulatim habent quasdam gratias, sed Christus tanquam omnium caput habet perfectionē omnium gratiarum. Et ideo quantum ad alios pertinet, alius est Legislator, & alius Sacerdos, & alius Rex: sed hæc omnia concurrunt in Christo tāquam in fonte omnium gratiarum. Vnde dicitur Isa. 33. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster; ipse veniet & saluabit nos.

cap. 6. Eccl. hierar. parte 3. à med.

li. 3. ort. fid. c. 26. circa fi.

q. 8. ar. 4. & alijs eiusd. q.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua, & probatur ex illo ad Heb. 4. Habemus Pontificē qui penetrauit cælos Iesum filium Dei. Et certè Christo maximè conuenit esse sacerdotem, quia sacerdotis officium propriè est esse mediatorem inter Deum & populum, prout preces populi Deo offert, & pro eorum peccatis aliqualiter satisfacit. Per Christum autem diuina bona hominibus sunt collata, vt habetur 2. Pet. cā. 1. & per ipsum genus humanum Deo est reconciliatum secūdum Paul. ad Col. ca. 1.

Conclusio. Heb. 4.

2. Pet. 1.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo explicandum est, quid sit sacerdos, & quæ eius sacerdotalia munera vt videamus, quam aptè, & quam verè Christo Domino conueniat esse sacerdoté. Sacerdos dicitur quasi sacra dans. Ea enim sacra, quæ à Deo accipit, populo administrat, munera autem sacerdotalia, quantum ex sacris literis colligere licet, in multiplici sunt differentia, quæ breuiter D. Thom. in litera insinuat. Primo igitur orare debet pro populo, tanquā mediator. Vnde in Leuitico, quando agitur de eo, qui periurium commisit, bis repetitur, & rogabit pro eo sacerdos & dimittetur ei. Et vbi tractatur de purificatione mulieris post partum dicitur, & orabit pro ea sacerdos & mundabitur, & in quacunque expiatione & propitiatione iubetur in lege, quod interueniat sacerdos tanquam mediator & impetrator veniæ. Secundum officium est, offerre sacra. Vnde ad Hebr. 5. inquit Paulus, omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis; & paulò ante; Necesse habent sacerdotes pro suis delictis, priùs hostias offerre, deinde pro delictis populi. Tertium officium est, esse doctorem populi, non quidem vanæ & curiosæ doctrinæ sed legis & eorum, quæ Dei sunt. Vnde in Aggęo dicitur, interroga sacerdotem legem, & per Malachiam, labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus exercituum est, id est, dux exercitus Domini. Quartum officium est, quod ex tertio consequitur, quod sit dux diuini exercitus, vt dirigat, corroboretq; debiliorem populū & ho-

Quid sit sacerdos, & quæ eius munera.

Officia sacerdotis. Primū orare pro populo.

Secundū offerre sacra. Heb. 5.

Tertiū esse doctorē populi.

Agge. 2. Malach. 2.

Quartū esse ducē diuini exercitus.

& hostium impetum primus sustineat, vt aperto sermone docemur in Deuteronomio. Si exieris, inquit Dominus, ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, & currus, & maiorem, quam tu habeas aduersarij exercitus multitudinem, non timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum in medio vestri, & hoc interueniente sacerdote. Vnde sequitur, appropinquabit sacerdos ad populum, & dicet ad eos, non pertimescat cor vestrum, nolite cedere, nolite formidare eos, quia Dñs Deus vester vadit vobiscum, & præliabitur pro vobis contra aduersarios, & saluabit vos. Id quod facere debet sacerdos, quando immi net periculum plebis, & diuini cultus, & pugnare debet potius zelo, & oratione, & gladio spiritus, quod est verbum Dei, quam armiscar nalibus. Quinto loco, sacerdos debet ducere populum ad destinatum finem, sicuti in libro Iosue legimus, figuratiue factum, quod, videlicet, dum Israelitæ transirent Iordanem ituri in terram promissionis, sacerdotes pergebant ante populum diuidentes Iordanem. Sextò, sacerdotum est iudicare, vt in Deuteronomio dicitur. Si difficile & ambiguum iudicium apud te esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris varium, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad sacerdotes Leuitici generis, & quæres ab eis: qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, vnde facies quæcunque dixerint, & docebunt te iuxta legem Domini, & sequeris sententiam eorum, & non declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Vltimo loco debet sacerdos tanquam bonus pastor curam habere de ouibus suis, & inuigilare super gregem, & omnia exponere pro salute plebis sibi commissæ, etiam animam si opus esset, quia bonus pastor dat animam suam pro ouibus suis. Hæc sunt sacerdotis munera præcipua, quæ quomodo excellentissime conueniant Christo Iesu tanquam summo sacerdoti paucis explicandum est. Primo enim orauit pro populo, non semel tantum, sed sæpissime. Vnde Paulus, in diebus carnis suæ obtulit preces cum lachrymis, & clamore valido & exauditus est pro sua reuerentia. Et potissimum in extremo vitæ orauit patrem dicens, pater sancte conserua eos, quos dedisti mihi, nunc autem pro eis rogo; & rursus, ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis. Et iterum, orauit pro Pontifice Ecclesiæ, vt habemus in Euangelio secundum Lucam. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Sed & nunc in gloria triumphans interpellat pro nobis apud patrem, vt inquit Apostolus. Sacrificia quoque obtulit Deo, sacratissimum, videlicet, omniũ sacrificiorum, hoc est, seipsum agnum immaculatum, hostiam in odorem suauitatis, de qua sic habet Paulus. Hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum, sedet ad dexteram Dei. Et quam virtutem habuerit hæc hostia explicat Petrus dicés. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, offerens se iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Doctorem insuper se exhibuit docens doctrinam absconditam à sæculis in Deo, quam susceperat à patre luminũ. Mea, inquit, doctrina, non est mea, sed eius qui misit me patris, quam nemo principum huius mundi cognouit. Contra hostem etiam humani generis infracto animo in certamẽ processit. Et certè hic est dux noster, qui de omnibus inimicis humani generis triumphauit spolians principatus & potestates palàm triũphans in semetipso. Dux etiam fuit regens & ducens. Vnde apud Michæam sic habetur. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Et Esaias sic dicit in persona Dei. Et feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles, ecce testem in populis dedi eum ducẽ ac præceptorem gentibus. Curam etiam animarum eam habuit sacerdos sacerdotum Christus, vt bonus & optimus pastor animam dat pro ouibus suis, redimens eas non in sanguine hircorum aut vitulorũ, sed in proprio sanguine. Ex his liquet Christo excellentissime conuenire esse sacerdotem, quod quidem est dogma fidei certissimum. Nam Psal. 109. dicitur de Christo. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui locus secundũ communẽ interpretationem sanctorũ de sacerdotio Christi intelligendus est. Atque ad eũ modũ. D. Paulus istum locũ intelligit. Sed & idem D. Paulus locupletissime in epist. ad Hebræos per octo capita à secundo vsq; ad nonum, differit de Christi sacerdotio & Pontificatu. Definitur quoque hæc veritas in concilio Ephesino 1. cano. 10. & concilio Tridentino, Sess. 22. ca. 1. Sed & rationes addũctę efficaciter ostendunt Christum Dominũ excellentissimè fuisse sacerdotẽ. ¶ Sed ex hoc nascitur quæstio, vtrùm Christus Dominus fuerit sacerdos legalis, & traxerit originem ex sacerdotibus veteris legis? Et videtur pars affirmatiua vera. Nam Christus Dominus in synagoga sæpe docuit, ac legit sacra Biblia, vt habetur Lucæ 24. Matthæi 5. Marci 6. at si sacer-

Deut. 20.

Quintum officiũ est ducere populũ ad destinatum finem.

Sextũ est iudicare. Deut. 17.

Vltimũ officiũ sacerdotis est, pascere gregẽ sibi cõmissum.

Heb. 5. Omnia officia sacerdotis excellentissime impleuit Christus.

Paulus.

Petrus.

Michæ. 5.

Esa. 55.

Psal. 109.

Cõci. Ephe.

Cõci. Trid.

Luc. 24. Mat. 5. Mar. 6.

si sacerdos legalis non esset, non concederetur ei docere populum sacras literas in synagoga. Si quidem ad sacerdotale munus pertinebat doctrinam sacram tradere populo, vt patet ex illo Malachiæ secundo. Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem ex ore eius requirent. Hoc ipsum confirmatur. Quia si Christus vsurpasset officiũ sacerdotis reprehenderetur vehementer à Iudæis sicut in alijs rebus. Deinde, Christus originẽ traxit ex Leui & Aaron, quod sic ostendo. Quoniam Lucæ 1. dicitur, Elisabeth cognatam fuisse beatæ Virginis, Elisabeth autem, vt ibidem habetur, erat ex filiabus Aaron, ergo Christus fuit sacerdos legalis. Consequentia inde probatur, quoniam Aaronitæ erant sacerdotes. ¶ In huius rei expositionẽ Diuus Thomas hic in solutione secundi docet expresse, quod Christus non traxit originem ex sacerdotibus veteris legis. Probatque ex illo ad Hebr. 7. Manifestum est, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est, quamuis contrarium videatur dicere infrà quæst. 31. articulo 2. ad secundum: Certè Faustus, vt refert Diuus Augustinus 23. contra Faustum cap. 9. per quasdam scripturas apocriphas asserebat Ioachim patrem Mariæ de stirpe Aaron fuisse, imò Thomas Valdensis libro de sacramentis capitu. 116. videtur tenere, quod Christus traxit originem ex sacerdotibus legalibus. Et apud Suidam in suo lexico, in dictione, Iesus, reperitur quædam fabula, in qua refertur Christum Dominum fuisse sacerdotem legalem, atqui hic libellus de sacerdotio legali Christi continet innumera mendacia, & confutatus est per quendã Entemiũ. Dicendum est ergò esse errorem manifestarium contra fidem asserere, quod Christus fuerit legalis sacerdos. Probatur sic. Nam Apostolus de Christo loquens ad Hebr. 7. sic inquit. Nam is de quo hæc dicuntur de alia tribu fuit, de qua nullus altari præsto fuit. Manifestum est enim, quod de Iuda ortus sit Dominus, in qua tribu nihil de sacerdotibus locutus est Moyses, & cap. 9. non in manu facta sancta introiuit Iesus exemplaria verorũ, &c. & denique in cap. 7. 8. 9. & 10. huius epistolæ totus est Diuus Paulus in demonstranda hac veritate, quod sacerdotium Christi non fuerit sacerdotium legale. Idem demonstratur apertè. Nam legale sacerdotium erat solum ex tribu Leui & ex Aaron genere, vt patet Exod. 29. & 30. & Leuit. 8. Sed Christus Dominus secundum fidem ortus fuit ex tribu Iuda, vt docent sæpissimè sacræ literę, ergo non fuit sacerdos legalis. Præterea, si sacerdotium Christi fuit legale, ergò nunc permanet sacerdotium legale, si quidem permanet sacerdotium Christi, quod asserere à fide Catholica, alienum est. Nam vt docet Paulus ad Hebr. 7. Sacerdotium Leuiticum in sacerdotium Christi fuit translatum. Ad hæc Matth. 8. & Marc. 1. & Luc. 5. legimus Christum misisse ad sacerdotes, homines ægrotos, quos ip se sanauerat dicens eis: Ite ostendite vos sacerdotibus, at si ipse sacerdos legalis erat, non vtique erat opus leprosos ad sacerdotes remittere. Certè videtur hanc sententiam, quã impugnamus esse ortam ex perfidia Iudaica. Iudæi enim, vt persuadeant Christum Iesum non fuisse verum Messiam, introducunt istã sententiam dicentes, quod fuerit sacerdos legalis ex tribu Leui originem ducens, quo per suaso facilè parant viam ad persuadendum non fuisse Messiam, siquidem Messias secundum scripturas ex tribu Iuda originem erat ducturus. Ad argumenta in cõtrarium. ¶ Ad primum argumentum concedo facilè, munus fuisse sacerdotale docere populum doctrinam cœlestem, & interpretari diuinas literas, cum hoc tamen verum est, quod in synagoga docebant homines docti, & periti in lege, quamuis sacerdotes non essent. Sic Paulus docuit in synagogis, vt legitur Actorum 13. 14. & 17. quanquam nõ erat sacerdos, sed Bẽia minita. Et profecto omnes Prophetæ fungebantur prædicatoris officio, licet sacerdotes non essent, vt videre est in Esaia, Ezechiele, &c. vnde qua parte Iesus erat Propheta, & à Deo patre venerat magister, officio prædicandi vtebatur. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod dato quod Christus fuerit de tribu Iuda, & similiter beata Virgo, habuit tamen consanguineos de tribu Leui. Vnde Gregorius Nazianzenus dicit, quod hoc nutu superno contingit, vt regium genus sacerdotali stirpi iungeretur, vt Christus, qui rex est & sacerdos, ab vtrisque nasceretur secundum carnem. Vnde & Aaron, qui fuit primus sacerdos secundum legem, duxit ex tribu Iuda coniugem Elisabeth filiam Aminadab. Sic ergo potuit fieri, vt pater Elisabeth aliquam vxorem habuerit de stirpe Dauid, ratione cuius beata Virgo Maria, quæ fuit de stirpe Dauid, esset Elisabeth cognata, vel potius econuerso, quod pater beatæ Mariæ de stirpe Dauid existẽs, vxorem habuerit de stirpe Aaron. Vel sicut Augustin. dicit 23. contra Faustum, si Ioachim pater Mariæ de stirpe Aaron fuit (vt Faustus hæreticus per quasdã scripturas apocryphas asserebat) credendum est, quod mater Ioachim fuerit de stirpe Dauid, vel etiam vxor eius, ita vt per aliquẽ modum

Malach. 2.
Luc. 1.
D. Thom.
Hebr. 7.
D. Thom. Faustus. D. August.
Thomas Valdensis
Suidas.
Christus nõ fuit legalis sacerdos.
Heb. 7.
Heb. 9.
Exo. 29. & 30. Leui. 8.
Heb. 7.
Mat. 8. Mar. 1. Luc. 5.
Act. 13. 14. 17.
Ad argumẽ Ad primũ argumẽtũ.
Ad secũdũ.
Gregor. Nazianzenus.
August.

dum Mariam dicamus fuisse de stirpe Dauid.

Dubium. ¶ Est aliud dubiũ in hoc articulo, vtrùm Christus simul fuerit sacerdos, Rex, & legislator? Ratio dubitandi est, nam in veteri lege, quæ est figura Christi non fuit idem legislator & sacerdos. Vnde dicit Dominus ad Moysem le

Exo. 28. gislatorem Exod. 28. Applica Aaron fratrem tuum, vt sacerdotio fungatur mihi, Christus autem est lator nouæ legis secundũ illud Hie

Hiere. 31. Christus simul fuit sacerdos, rex, & legislator. rem. 31. Dabo legem meam in cordibus eorũ, ergo Christus non simul fuit legislator, rex, & sacerdos. Respõdetur, quod sicut supra dictũ est, alij homines particulatim habẽt quasdam gratias, sed Christus tanquam omnium caput habet perfectionem omniũ gratiarũ: & ideo quantum ad alios pertinet, alius est legislator, & alius sacerdos, & alius rex: sed hæc omnia concurrunt in Christo tanquam in fonte om-

Esai. 33. nium gratiarum. Vnde dicitur Isaiæ. 33. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster: ipse veniet & saluabit nos. Ex hac solutione duplex mouetur difficultas, altera est, vtrum Christus secũdũ quod homo fuerit rex Iudæorum? Sed hæc difficultas commodius elucidabitur infra q. 59. Secũda difficultas est, an istæ duæ dignitates, regalis scilicet & sacerdotalis, in alijs hominibus præter Christum iure naturali & diuino de-

Idẽ homo potest esse Rex, & summus sacerdos. beant esse diuisæ? Respondetur minimè, quin potius idem homo poterit esse Rex & summus sacerdos. Istæ enim dignitates nullam inter se repugnantiam habent, nec iure diuino videtur esse prohibitum, quod idem sit Rex & sacerdos. Imo Melchisedech, vt habetur

Genes. 14. Genes. 14. erat Rex salem & sacerdos Dei altissimi. Et Samuel habuit sacerdotalem digni

1. Regum. tatem & regalem. Siquidem iudicabat populum, vt habetur in 1. Regum. Verũ est tamen, quod in lege gratiæ istæ potestates sunt diuisæ semper, in hoc sensu. Nam dignitas Sacerdotalis & Pontificalis semper est à Deo in finem supernaturalem, secularis vero potestas est à republica ordinata in finem naturalem, ad pacem scilicet & tranquillitatem reipublicæ. Vnde principes seculares vsurpãtes Ecclesiasticã dignitatẽ hæretici sunt & tyrãni, cuius erroris causas alio in loco cõmemorabimus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus simul fuerit sacerdos & hostia.

131 Infr. q. 84. arti. 7. 4. & opus. 69. c. 18. co. 6. AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd ipse Christus nõ fuerit simul sacerdos & hostia. Sacerdotis enim est hostiã occidere. Sed Christus non seipsum occidit. Ergo ipse nec fuit simul sacerdos & hostia. ¶ 2. Præterea, Sacerdotium Christi magis est simile sacerdotio Iudęorũ, quod erat à Deo institutum, quàm sacerdotio Gentiliũ, quo dæmones colebantur. In veteri autem lege nũquàm homo in sacrificium offerebatur: quòd maximè reprehenditur in sacrificijs Gentilium: secundum illud Psal. 105. Effuderunt sanguinẽ innocẽtem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerũt sculptilibus Chanaan. Ergo in sacerdotio Christi non debuit esse homo Christus hostia. ¶ 3. Prętereà, Omnis hostia ex hoc quòd Deo offertur, Deo sanctificatur. Sed ipsa Christi humanitas à principio fuit sanctificata, & Deo coniuncta. Ergo non conuenienter potest dici, quòd Christus, secũdum quod homo, fuerit hostia. ¶ Sed cõtra est, quod Apo. dicit ad Ephes. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

Respondeo dicendum, quòd sicut Aug*. dicit in 10. de Ciui. Dei, omne sacrificium visibile, inuisibilis sacrificij sacramentum, id est sacrum signum, est. Inuisibile autem sacrificiũ est, quo homo Deo spiritum suum offert. secundũ illud Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus. Et ideo omne illud, quod Deo exhibetur, ad hoc, quòd spiritus hominis feratur in Deum, potest dici sacrificium. ¶ Indiget igitur homo sacrificio propter tria. Vno quidem modo ad remissionem peccati, per quod à Deo auertitur: & ideo Apo. dicit ad Heb. 5. quòd ad sacerdotem pertinet, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Secũdò, vt homo in statu gratiæ cõseruetur, semper Deo inhærens, in quo eius pax & salus consistit. Vnde & in veteri lege immolabatur hostia pacifica pro offerentium salute: vt habetur Leui. 3. Tertiò ad hoc, quòd spiritus hominis perfectè Deo vniatur: quod maximè erit in gloriã. Vnde & in veteri lege offereba-

* lib. 10. cap. 5. tom. 5.

tur holocaustum quasi totum incensum: vt dicitur Leui. 1. Hæc autem per humanitatem Christi nobis prouenerunt: Nam primò quidem nostra peccata deleta sunt: secundum illud Romanorum. 4. traditus est propter delicta nostra. Secundò gratiam nos saluantem per ipsum accepimus: secundum illud Hebr. 5. Factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Tertiò per ipsum perfectionem gloriæ adepti sumus. Hebr. 10. Habemus fiduciam per sanguinem eius in introitum Sanctorum, scilicet in gloriam cæleſtem. Et ideo ipse Christus in quantum homo, non solùm fuit sacerdos, sed etiam hostia perfecta, simul existens hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus non se occidit, sed seipsum voluntariè morti exposuit: secundum illud Isaiæ. 53. Oblatus est, quia ipse voluit: & ideo dicitur seipsum obtulisse. ¶ Ad secundum dicendum, quòd hominis Christi occisio potest ad duplicem voluntatem comparari. Vno modo ad voluntatem occidentium. Et sic non habet rationem hostiæ: non enim dicuntur occisores Christi, hostiã Deo obtulisse, sed grauiter deliquisse. Et huius peccati similitudinem gerebant impia Gentilium sacrificia, quibus homines idolis immolabant. Alio modo potest considerari occisio Christi per cõparationem ad voluntatẽ patientis, qui voluntariè se obtulit passioni. Et ex hac parte habet rationem hostiæ, in quo nõ cõuenit cum sacrificijs Gentiliũ. ¶ Ad tertium dicitur, quòd sanctitas humanitatis Christi à principio non impedit, quin ipsamet humana natura, quum in passione oblata est Deo, sanctificata nouo modo fuerit, scilicet vt hostia actualiter tunc exhibita. Acquisiuit enim actualem hostiæ sanctificationem tunc ex antiqua charitate & gratia vnionis sanctificante eandem absolutè.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua. Et patet primo ex D. Paulo ad Ephes. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Deinde, omne id, quod Deo exhibetur ad hoc, vt spiritus hominis feratur in Deum est hostia, seu sacrificium, sed humanitas Christi est Deo exhibita ad hoc, vt spiritus hominis feratur in Deum, ergo humanitas Christi habet rationem hostiæ, & sacrificij. Et sic Christus Dominus non solum erit sacerdos, verùm hostia ipsa immolanda. Tertio, sacrificium est necessarium hominibus ad remissionem peccati, & vt homines in statu gratię cõseruentur, & tandem gloriæ perfectionem adipiscantur, sed hęc omnia fiunt per Christum, ergo est simul hostia, & sacerdos. Conclusio. Ephes. 5.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVid sit hostia, quid sit sacrificiũ explicat optimè D. Tho. 2. 2. q. 85. Nunc breuiter iciendum est, quod hostia ab hostibus dicta est, quæ ob deuictos hostes immolatur seu offertur, quæ & victima ob victoriã super victos est appellata. Hæc est nominis ethymologia. Verum secũdum scripturas diuinas omne sacrificium hostia & victima appellatur. Sacrificium autẽ est oblatio Deo sacrata, qua offerens protestando recognoscit Deum, vt creatorem, aut conseruatorem, aut omnium bonorum largitorem, aut propitiatorem. Vnde sacrificium fieri Deo in recognitionem acceptorum beneficiorum potuisset, etiã si nullum peccatum extitisset. Illud etiam est aduertendum, quod sacrificium nonnũquam dicitur ipsa oblatio nonnunquam ipsa res oblata, sicut aliud est vitulus aliud oblatio vituli. His cõstitutis quæ facillima sunt scire oportet esse certum secundũ fidem, quod Christus fuit simul sacerdos & hostia, hoc asserit D. Paulus sæpissimè in suis Epistolis præcipuè in Epistola ad Hebr. c. 9. & 10. Secundo obseruandum est id, quod dicit D. Thomas ad coronidem articuli, quod Christus non solum fuit sacerdos sed etiam hostia perfecta simul existens hostia pro peccato & hostia pacifica & holocaustũ. Et quod hoc verũ sit probatur. Nam homo indiget sacrificio propter tria videlicet remissionem peccati, gratiæ conseruationem, & consummationem: sed hæc tria per humanitatẽ Christi habuimus, ergo Christus simul fuit hostia pro peccato & hostia pacifica, & holocaustum. Consequentia inde probatur. Nam hostia pro peccato offerebatur Deo propter remissionẽ peccati, hostia vero pacifica pro offerentium salute, vt habetur Leuit. 3. Hostia quid sit. D. Tho. Sacrificium quid sit. Christus simul fuit sacerdos & hostia. Hebr. 9. & 10. Christus hostia pro peccato, hostia pacifica, & holocaustum. Leuit. 3.

Præterea

Præterea offerebatur holocaustum, quasi totũ incensum, vt spiritus hominis perfectè Deo vniretur, quod maximè erit in gloria. Hęc omnia excellentissime præstat sacrificium, quod Christus in ara Crucis obtulit Deo Patri. Illud etiam est aduertendum, quod D. Tho. in articulo constituit discrimen inter Christum Dominum, & alios sacerdotes, quod Christus fuit constitutus sacerdos à Deo ad offerendũ seipsum, quod de nullo alio sacerdote nec suspicari quidem licet. Nam sacerdotes legales immolabant pecora, sacerdotes autem nouæ legis immolant Christum. Solus Christus seipsum in ara Crucis obtulit in sacrificium & hostiam Deo patri acceptissimã. Sed & illud animaduertione dignum est Christum Dominum fuisse suæ immolationis ac mortis causam, non tantum acceptando ab alijs illatam, quo pacto Martyres alij sunt causa sui martyrij, verum causauit Dominus, indirectè tamẽ, suam mortem, quia poterat suam passionẽ & mortem impedire, aduersarios reprimẽdo ne aut vellent aut possent eum interficere. Tum deinde, quia anima eius secundum quod erat instrumentum verbo diuino vnitum poterat corpus suum omnino incolume conseruare, prout docet apertè D. Tho. infra q. 47. arti. 1. de qua re legatur Caietanus in ientaculo. 3. q. 1. Ex hac parte Martyrum passiones etiam voluntariè acceptatæ excluduntur à ratione hostiæ & sacrificij propriè, quia etsi passionis acceptatio voluntaria, sit tamẽ actiuè non ei cooperantur, sicut anima Christi vt instrumẽtum verbi. Sed & alia ratione Martyrum passiones propriè sacrificia dici non debent. Nam sacrificium est opus religionis, at Martyrium est actus fortitudinis, & non est ad placãdũ Deũ neque ad expianda peccata vt est sacrificium. ¶ Ex definitione huius articuli quæstio enascitur talis, sit ne licitum sacrificare homines & illos occidere in victimam & hostiã Deo acceptam? A parte affirmatiua sic arguitur. Nam Genes. 22. legitur Abrahamum voluisse sacrificare filium suum Isaac, & Iudicum. 11. Iepte sacrificauit filiam suam, qui nũquam propter tale opus fuit à Deo reprehensus, imo à Diuo Paulo in Epist. ad Heb. c. 11. inter Sanctos, qui Deo placuerunt refertur. ¶ Prętereà, Christus Dominus immolatus est pro nobis, ergo immolare homines non est de se malum. Quod enim de se malum est nunquam licet, vt mentiri, adulterare, nunquã licet. ¶ Vltimo, nationes gentiũ lumine naturæ illustratæ quantum videtur, immolabant homines dijs suis, ergo hoc nõ videtur omnino illicitũ. ¶ Sed his argumẽtis nihil impediẽtibus veritas est, iure naturali & diuino esse omnino prohibitũ immolare homines. Id quod probatur ex illo præcepto decalogi non occides. Probatur rursus. Nam Deuter. 12. sic habetur, non facies Deo tuo abominationes omnes, quas gẽtes faciunt dijs suis, sacrificantes filios & filias suas in igne. & Psal. 105. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarũ suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam. Deinde vel ille homo, qui immolatur innocẽs est, vel nocens & sceleratus, si innocens est, contra ius diuinum est illum occidere, si nocens & sceleratus, ergo non erit acceptum Deo illum immolare. Etenim vilia & contemptibilia, maximè hominem sceleratũ Deo offerre omnino illicitum est. De hac re videndus est D. August. libro quæstionum super librum Iudicum. q. 49. ¶ Ad argumenta in contrarium satisfaciendum est. Ad factum Abrahæ & ad factum Christi Domini respondetur, quod sacrificare hominem innocẽtem ex concessu Domini non est de se & intrinsecè malũ, nam Deus est Dominus vitæ & mortis multò magis quam homines sint Domini arietum & hircorum. Et ideo possunt ex iussu Domini immolari & sacrificari homines innocentes, neque in hoc illis aliqua irrogatur iniuria. Verum extra Deum nullus habet dominium vitæ hominis, & ideo occidere hominem innocentem & illum immolare autoritate reipublicæ aut propria scelus immanissimum est. ¶ Ad factum Iepte dicimus esse reprobandum. Vnde & Hieronymus dicit in vouendo fuit stultus, quia discretionem non habuit, & in reddendo impius. Præmittitur tamen ibidem, quod factus est super eum spiritus Domini, quia fides & deuotio ipsius ex qua motus est ad vouendum fuit à Spiritu sancto, propter quod ponitur in catalogo Sanctorum, & propter victoriam, quam obtinuit: & quia probabile est eum pœnituisse de facto iniquo; quod tamen aliquod bonum figurabat. ¶ Ad aliud de gentibus dicẽdũ est, quod cum gentes haberent dæmones pro dijs non mirum est, quod in talia peccata laberentur: ad quæ non ex lumine rationis naturalis, sed ex errore magno inducebantur. Vnde Cicero & Seneca reprehẽdebant Deos gentiliũ tãquã crudeles, qui de nece suorũ gaudebãt, obidq; Romæ cautum est ne talia fierent sacrificia.

Martyrum passiones, non habẽt rationẽ sacrificij sicuti mors Christi.

Vtrum sit licitũ sacrificare homines.

Primũ arg. Genes. 22. Iudicũ. 11.

Hebr. 11. Secundum

Tertium. Immolare homines iure naturali & diuino est prohibitum.

Primũ.

Secundũ.

Hieron.

Tertiũ.

Cicero.

Seneca.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm effectus sacerdotij Christi sit expiatio peccatorum.

AD tertiũ sic proceditur. Videtur, quòd effectus sacerdotij Christi non sit expiatio peccatorũ. Solius enim

132

Dei est peccata delere, secundum illud Isaiæ.43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Sed Christus non est sacerdos, secundum quod Deus, sed secundum quod homo. Ergo sacerdotiũ Christi non est expiatiuum peccatorũ. ¶ 2. Præterea, Apost. dicit Hebr. 10. quòd hostiæ veteris Testamenti non poterant perfectos facere: alioquin cessassent offerri, eo quòd nullam haberent conscientiam peccati cultores sufficienter semel mundati, sed in ipsis cõmemoratio peccatorum per singulos annos fit. Sed similiter sub sacerdotio Christi fit commemoratio peccatorũ, cùm dicitur, Dimitte nobis debita nostra. Matth. 6. offertur etiam continuè sacrificium in Ecclesia. vnde & ibidem dicitur, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Ergo per sacerdotium Christi nõ expiãtur peccata. ¶ 3. Prę terea, In veteri lege maximè immolabatur hircus pro peccato principis, vel capra pro peccato alicuius de populo, vel vitulus pro peccato sacerdotis, vt patet Leui. 4. Sed Christus nulli horum comparatur, sed agno, secundum illud Hierem. 11. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Ergo videtur, quòd eius sacerdotium non sit expiatiuum peccatorũ. ¶ Sed contra est, quod Apost. dicit Hebræ. 9. Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo emundabit cõ scientiam nostrã ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti. Opera autem mortua dicuntur peccata. Ergo sacerdotium Christi habet virtutẽ emundandi peccata.

Respondeo dicendum, quòd ad peccatorum perfectam emundationẽ duo requiruntur, secundum quod duo sunt in peccato, scilicet macula culpæ, & reatus pœnæ. Macula quidem culpæ deletur per gratiam, qua cor peccatoris conuertitur in Deum: reatus autem pœnæ, totaliter tollitur per hoc, quòd homo Deo satisfacit. Vtrunque autem horũ efficit sacerdotium Christi. Nam virtute ipsius, gratia nobis datur, qua corda nostra conuertuntur ad Deum: secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiã ipsius, per redemptionẽ, quæ est in Christo Iesu: quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Ipse etiã pro nobis plenariè satisfecit, in quantũ ipse languores nostros tulit, & dolores nostros ipse portauit. Vnde patet, quòd Christi sacerdotium habet plenam vim expiandi peccata.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet Christus non fuerit sacerdos secundum quod Deus, sed secundum quod homo: vnus tamen & idem fuit sacerdos & Deus. Vnde in synod. Ephes. legitur. Si quis Pontificem & Apostolũ nostrum factũ dicit, non ipsum ex Deo Verbum, quãdo factum est caro, & secundum nos homo, sed tanquam alterum præter eum seorsum hominem ex muliere: anathema sit. Et ideo in quantum eius humanitas operabatur in virtute diuinitatis, illud sacrificium erat efficacissimum ad delẽda peccata. Propter quod August. dicit in 4. de Trin*. Vt quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur: idem ipse vnus verusque mediator, per sacrificium pacis reconciliãs nos Deo, vnum cum illo maneret, cui offerebat: vnum in se faceret, pro quibus offerebat: vnus ipse esset, qui offerebat & quod offerebat. ¶ Ad secũdum dicendum, quòd peccata non commemorantur in noua lege, propter inefficaciam sacerdotij Christi, quasi per ipsum non sufficienter expientur peccata: sed commemorantur quãtum ad illos, qui vel eius sacrificij nolunt esse participes (sicut sunt infideles) pro quorũ peccatis oramus, vt conuertantur: vel etiam quantum ad illos, qui post participationẽ huius sacrificij, ab eo deuiant, qualitercunque peccãdo. Sacrificiũ autem quod quotidie in Ecclesia offertur,

In synod. 1. Ephesi. cui præfuit Cyril. canone 10.

lib. 4. c. 14. cir. fi. to. 3.

non

non est aliud à sacrificio, quod ipse Christus obtulit, sed eius commemoratio: vnde Augustᵘ. dicit in 10. de Ciuit.* Dei. Sacerdos ipse Christus offerens, ipse & oblatio: cuius rei sacramentum, quotidianum esse voluit Ecclesiæ sacrificium. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Orige.* dicit super Ioan. Licet diuersa animalia in veteri lege offerrentur, quotidianum tamen sacrificium, quod offerebatur mane & vespere, erat agnus: vt habetur Num. 28. Vnde significabatur, quòd oblatio agni veri, id est Christi, esset sacrificium consummatiuum omnium aliorum. Et ideo Ioan. 1. dicitur: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

*li 10. de ciuit. Dei ca. 20. in med. tom. 5.

*Sup. illud Ioā. 1. Ecce agnus Dei fol. 103. qui lib. primo in luce prodijt anno Dñi. 1555. ex officina Carollæ Guillart Parisi.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Hebr. 9.

CONclusio est affirmans. Et probatur ex illo, quod Apostolus dicit ad Hebræ. 9. Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti, opera autem mortua dicuntur peccata, ergo sacerdotium Christi habet virtutem emundandi peccata. Deinde probatur, nam ad perfectam emundationem peccati duo requiruntur dare gratiā, & satisfacere: sed Christi sacrificium habet vtrumque, ergo effectus sacrificij Christi est peccatorum expiatio. Maior probatur, nam in peccato sunt duo, macula culpæ & reatus pœnæ; macula quidem culpæ deletur per gratiā, qua cor peccatoris conuertitur in Deū, reatus autē pœnæ totaliter tollitur per hoc quod homo Deo satisfacit. Minor ꝓbatur, nā per Christū iustificamur vt planè asseritur ad Rom. 3. Ipse etiam pro nobis plenarie satisfecit, in quātum ipse languores nostros tulit & dolores nostros ipse portauit.

Rom. 3.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo obseruandum est, quod non quæritur in præsentia an sola expiatio peccati sit effectus sacrificij Christi. Nam euidens est, quod sacrificium Christi habuerit alios effectus præcipuos, sed quoniam sacrificium ordinatur, tum ad protestandum Deum esse creatorem, conseruatorem, ac bonorum omnium largitorem, atque etiam propitiatorem, inde recte colligit D. Thomas expiationem peccatorum esse effectū sacerdotij Christi. ¶ Illud etiam aduertendum est sacerdotiā Christi habere plenam vim ad expianda peccata. Tum, quia ex parte Christi summi sacerdotis est infinitas quædam, quæ in eius oblatione inueniretur etiam si agnum, vt olim in lege, tantum obtulisset, tum etiam quoniā hostia ipsa & res oblata à Christo erat infinitæ virtutis & infinitè grata Deo ad expianda peccata etiam infinita. Tertio obseruandum est, quod non est hic quæstio de modo habendi hunc effectum, an scilicet, effectiue, an meritorie, an alio modo, sed tantum affirmatur & docetur id, quod est exploratū apud omnes, quod sacerdotium Christi erat efficax ad expiationem peccatorum. Nam de modo infra est latissimè tractandum. Præterea notandum est ex domino Caietano, quod cum dicit D. Thomas in solutione primi, quod in quātum Christi humanitas operabatur virtute diuinitatis, sacrificium Christi erat efficacissimū ad deleēda peccata per gratiam, non intelligas humanitatem Christi concurrere instrumētaliter ad creandam gratiam in anima, sed intelligito quantum ad creationē spectat, concurrere instrumentaliter dispositiuè & meritoriè, nata est enim gratia secundū illam viam creari in patienti dispositō, sicut anima rationalis. Et propterea licet creatio absolute refutet instrumentum, creatio tamen vt in patienti disposito non refutat instrumentum, & sacrificium Christi inuenitur efficacissimum ad causandam gratiam iustificantem: sicut semen humanum bene dispositū inuenitur efficax ad causandam animam rationalem producendi hominis. Verius tamen dicitur, secundum autoris doctrinam humanitatem Christi operari virtute diuinitatis instrumentaliter deletionem peccatorum per gratiam non creatione, sed infusione productam, vt superius monstratū est autoritate eius & ratione. ¶ Vltimo obseruandum est id, quod docet D. Thomas in solutione secundi, quod sacerdos agens sacrum missæ officium, nō solummodo memoriale Dominicæ passionis, aut figuram solum, seu signū sacrificij celebrat, sed & verum offert sacrificium, ipsum Christū semel in Cruce pro nobis immolatū. Verum enim corpus Christi & sanguinem sub specie panis & vini velatum de manu Dei, inuisibili spiritus sanctificatione accipiens Ecclesia, simul & ipsum & se ipsam offert Deo patri. In hanc sententiam est consensus omnium patrū, Dionysij, Ignatij, Iren. Tertul. Basil. Athanasij, Chrysost. Hieronymi, Ambrosij, Augustini, & cæterorum per vniuersam Ecclesiam. Venerabilis Dionysius, Pauli Apostoli discipulus, ex cuius libris citauerunt sententias, Ioan. Damascenus ante annos mille, & D. Gregorius tradens primitiuæ Ecclesiæ missæ celebrandæ ritum atque

Caietanus. D. Tho. Quomodo humanitas Christi concurrat ad creandam gratiam.

Sacerdos agēs sacrū missæ officium nō solum memoriale Dominicæ passionis, sed etiā offert sacrificiū ipsum Christum.

Dionysius. Ignatius. Ireneus. Tertullian. Basilius. Athanasius Chrysosto. Hierony. Ambrosi. Augusti.

atque officium, dicit Pontificem in agendis sacris memoriam agere inclinationis seu humiliationis Domini nostri Iesu, Eucharistiã conficere, salutaris hostię oblationẽ facere, eamq; sumere ac manducare, populoque videndam & manducandam diuidere, eosque qui mãducant oportere esse mundos atque purgatos, Christo illic præsente, omnesq; cogitationes nostras inspectante. En planè vides Dionysiũ distinguere inter agere memoriam passionis Dominicæ, & conficere seu cõsecrare Eucharistiam, & offerre illam, & sumere seu mandu care illam, & diuidere illam populo. In eãdem sententiam consentiũt Ignatius, Iren. Tertul. cæteriq; Ecclesiæ primitiuæ patres, ex scripturis sacris plane docentes, omnes scripturas propheticas de sacrificijs & oblationibus vete ris legis adimpleri in Christo Domino vero sacrificio, qui semel in cruce visibiliter immolatus inuisibiliter manens nobiscum sub specie panis & vini quotidie per vniuersam Ecclesiam immolatur in recordationem immolationis illius, quæ semel in cruce facta transijt, iuxta Malachiæ vaticinium capit. 1. vbi repudiãs veteris legis sacrificia, munus nõ suscipiam, inquit, de manu vestra: ab ortu enim Solis vsque ad occasum magnũ est nomẽ meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Hanc oblationem antiquissimi patres Irenæus, Cyprianus, Ioannes Damascenus, Hieronymus interpretati sunt Eucharistiam, asseuerantes hanc quotidie per vniuersam Ecclesiam in toto terrarum orbe offerri à nobis datam pro sacrificijs omnibus veteris legis. Ex his ergo valde retunditur hæreticorum præsumptio dicentium missę officium nihil aliud esse, quam sacramentum, & ad nihil aliud esse, quam vt sacrificium passionis Christi, quę in cruce semel præterijt, quotidie repręsentetur, & recordatione quadam sub vmbris & figuris mentibus hominum obijciatur, atque eo solum Eucharistiã à patribus appellari sacrificiũ, quod sit instituta vt figura quædã, imago, seu repręsentatio Christi, qui olim in cruce seipsum obtulit in sacrificium; sicuri imago plærumq; nomine illius rei, cuius est imago consueuit appellari. Quod autẽ hoc sit inopinabile hinc considerare possumus, quod ex traditione Apostolorũ simul & ex scripturis sacris Ecclesiastici patres ab initio Ecclesiæ ad hæc vsque tempora secundùm seriem successionis intellexerũt sacrificium missæ veritatem corporis & sanguinis Christi cotinere, & pariter etiam exemplar esse, & memoriale sacrificij semel in cruce pro nobis oblati, & in huiusmodi officio nos quotidie pro viuis & mortuis offerre ipsum commemorantes oblationẽ eius semel in cruce factam, videlicet passionem & mortẽ illius, & nos manducare carnem & bibere sanguinem eius, vt fide sancta & charitate maneã mus in ipso, ambulantes in fortitudine cibi illius vsq; ad montẽ Dei cœlestẽ Hierusalem.

Malach. 1.

Sacrificiũ missæ.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm effectus sacerdotij Christi non solùm ad alios pertinuerit, sed etiam ad seipsum.

AD quartũ sic proceditur. Videtur, q̃ effectus sacerdotij Christi non solùm pertinuerit ad alios, sed etiã ad ipsum. Ad officium enim sacerdotis pertinet, pro populo orare: secundũ illud 2. Macha. 1. Orationem faciebãt sacerdotes, dum consummaretur sacrificium. Sed Christus non solùm pro alijs orauit, sed etiã pro seipso: secũdũ quod suprà dictũ est, * sicut expressè dicitur Heb. 5. quòd in diebus carnis suæ, preces supplicationesq; ad Deũ, qui posset illum saluum facere à morte, cũ clamore valido & lachrymis obtulit. Ergo sacerdotium Christi effectũ habuit nõ solùm in alijs, sed etiã in seipso. ¶ 2. Præterea, Christus sacrificium obtulit seipsum in sua passione. Sed per passionem suam non solùm alijs meruit, sed etiam sibi: vt suprà habitũ est. * Ergo sacerdotium Christi non solùm habuit effectũ in alijs, sed etiam in seipso. ¶ 3. Præterea, Sacerdotium veteris legis fuit figura sacerdotij Christi. Sed sacerdos veteris legis non solùm pro alijs, sed etiã pro seipso sacrificiũ offerebat. Dicitur enim Leui. 16. quòd Pontifex ingreditur Sanctuarium, vt roget pro se, & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu filiorũ Israel. Ergo etiam sacerdotium Christi nõ solum in alijs, sed in seipso effectũ habuit. ¶ Sed contra est, quòd in Ephesina * synodo legitur: Si quis dicit Christũ pro se obtulisse oblationem, & non magis pro nobis solum (non enim indiguit sacrificio, qui peccatũ nescit) anathema sit. Sed in sacrificio offerẽdo, potissimè

135

4. di. 4. q. 1. artı. 3. q. 5.

Q. 21. ar. 3.

Q. 19. artũ. 3. & 4.

Canon. 10. cõc. 1. Eph. cui præfuit Cyril to. 1. Concil.

sacerdotis consistit officium. Ergo sacerdotium Christi nō habuit effectum in ipso Christo.

Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est*, sacerdos constituitur medius inter Deum & populum. Ille autē indiget medio ad Deū, qui per seipsum accedere ad Deum non potest, & talis sacerdotio subijcitur, effectum sacerdotij participans. Hoc autem Christo non competit: dicit enim Apost. ad Hebr. 7. Accedens per semetipsum ad Deū, semper viuens, ad interpellandum pro nobis. Et ideo Christo non conuenit effectum sacerdotij in se suscipere, sed potius ipsum alijs communicare. Primum enim agens in quolibet genere, ita est influens, quod non est recipiens in genere illo: sicut sol illuminat, sed non illuminatur: & ignis calefacit, sed non calefit. Christus autem est fons totius sacerdotij: nam sacerdos legalis erat figura ipsius: sacerdos autem nouæ legis in persona ipsius operatur: secundum illud 2. ad Cor. 2. Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi. Et ideo non competit Christo effectum sacerdotij recipere.

Arti. 1. huius quæst.

Ad primum ergo dicendum, quòd oratio etsi conueniat sacerdotibus, non tamen est eorum officio propria. Cuilibet enim conuenit & pro se & pro alijs orare: secūdum illud Iac. vlt. Orate pro inuicem, vt saluemini. Et sic posset dici, quòd oratio qua Christus pro se orauit, non erat actus sacerdotij eius. Sed hæc responsio videtur excludi per hoc, quod Apostolus Hebr. 5. cùm dixisset, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, subdit, Qui in diebus carnis suæ preces, &c. vt suprà*. Et ita videtur quòd oratio, qua Christus orauit, ad eius sacerdotium pertineat. Et ideo oportet dicere, quòd alij sacerdotes effectum sacerdotij sui participant, nō in quantum sacerdotes, sed in quātū peccatores, vt infrà dicetur. Christus autē, simpliciter loquēdo, peccatū non habuit. Habuit tamen similitudinē peccati in carne: vt dicitur Roman. 8. Et ideo non simpliciter dicendū est, quòd ipse effectum sacerdotij participauerit, sed secundū quid, scilicet secūdū passibilitatem carnis. Vnde signanter dicit: Qui posset illū saluum facere à morte. ¶ Ad secundum dicendū, quòd in oblatione sacrificij cuiuscunque sacerdotis, duo possunt considerari, scilicet ipsum sacrificium oblatū, & deuotio offerentis. Proprius autē effectus sacerdotij est id, quod sequitur ex ipso sacrificio. Christus autem cōsecutus est per suam passionem, gloriam resurrectionis, non quasi ex vi sacrificij, quod offertur per modum satisfactionis: sed ex ipsa deuotione, qua secundum charitatem humiliter passionem sustinuit. ¶ Ad tertium dicendum, quòd figura non potest adæquare veritatem. Vnde sacerdos figuralis veteris legis non poterat ad hanc perfectionē pertingere, vt sacrificio satisfactorio non indigeret: sed Christus non indiguit: vnde non est similis ratio de vtroque. Et hoc est quod Apostolus dicit, Lex homines constituit sacerdotes, infirmitatem habentes: sermo autē iurisiurandi, qui post legem est, Filium in æternum perfectum.

In argu. 1.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Conc. Eph.

COnclusio est negatiua. Et probatur primo ex Concilio Ephes. I. in loco citato à D. Thoma. Deinde, quoniā Christus Dominus non indigebat medio, vt ad Deū accederet, cum per semetipsum accedere posset. Vnde effectus sui sacerdotij potiùs alijs est cōmunicandus, quā sibi ipsi. Quod & ratione suadetur. Quia primū agens in quolibet genere ita est influens, quod non est recipiens in genere illo. Sicut Sol illuminat, & non illuminatur. Et ignis est calefaciens, & non calefit. Cum itaq; Christus sit fons totius sacerdotij non cōpetebat ipsi, effectum sacerdotij recipere, sed alijs communicare.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Expēditur conclusio articuli.

VIdetur certè, quod cōclusio D. Thomæ dicat falsum, tum quoniā Christus orauit pro se, sicut alij sacerdotes, vt patet ex illo ad Heb. 5. In diebus carnis suæ preces suppli- Heb. 5.

cationesq; ad Deũ, qui posit illũ saluũ facere à morte cũ clamore valido & lachrymis obtulit, ergo sacerdotiũ Christi effectũ habuit in seipso. Tum vero, quoniã Christus sacrificiũ obtulit seipsum in sua passione sed per passionem suã nõ solũ alijs meruit, sed etiã sibi ipsi, ergo effectus sacrificij Christi ad ipsum Christũ redijt. Tum tertio, nã oblatio sacrificij est de iure naturæ, vnde quilibet subiectus Deo tenetur illi offerre sacrificium, vt planè docet D. Tho. D. Tho. in. 2. 2. q. 85. art. 1. Sed Christus Dominus fuit patri subiectus secundũ naturã humanam, fuit illi obediẽs, fuitq; illius seruus prout ostendimus suprà q. 20. art. 5. ergo iure naturę tenebatur offerre sacrificiũ Deo pro se, in signum subiectionis & obediẽtiæ. Quod si quis dicat Christũ non indiguisse sacrificio pro seipso ex eo quod nõ habuit peccatũ; contra sic argumẽtor. Nam in statu innocẽtiæ vbi nullũ prorsus esset peccatũ inueniretur vera ratio sacrificij. Sacrificiũ enim est sacrũ signũ sacrificij interioris; sic enim definit sacrificiũ Augu. Augusti. 10. de Ciuit. c. 5. vnde etiã si secludamus ómne peccatũ tenebitur homo offerre Deo sacrificiũ in protestationẽ subiectionis & obedien Conc. Eph. tiæ. ¶ In cõtrariũ est definitio Concilij Ephesini superius cõmemorata. Item ad Heb. 7. dicit Paulus, decebat vt nobis esset Pontifex sanctus innocẽs segregatus à peccatoribus excelsior cœlis factus, qui non habeat necessitatem quotidie quemadmodũ sacerdotes prius pro suis delictis offerre deinde pro populi. Deinde sic argumentor, Christi sacerdotiũ & sacrificiũ fuit in propitiationẽ & redemptionem pro delictis, at Christus ipse nõ indigebat redemptione, ergo non obtulit sacrificium pro seipso. Ad hoc dubiũ simplicissima & verissima explicatio est, quod vt in præcedentibus dictum est plures sunt effectus sacerdotij & sacrificij, verumtamẽ præcipuus effectus est placare Deum & satisfacere pro peccatis. Vnde cum Christus nõ habuerit peccatũ non obtulit sacrificiũ in propitiationẽ & reconciliationem pro seipso, & hoc est quod definit sacrũ conciliũ vt patebit legenti. Vnde nõ negat sacrum concilium, quod effectus alij, qui correspondẽt sacrificio nõ redierint ad ipsum Christum. Prima con- ¶ Sed vt hoc melius intelligatur sit prima cõclusio. Secundũ fidẽ asserendũ est Christum non sacrificasse pro seipso quantum ad istũ potissimũ effectum, qui est propitiatio & reconciliatio. Hoc probant argumenta facta pro parte negatiua huius dubij probantq; effi caciter rationes adductæ à D. Thoma in artic. 2. Conclus. ¶ Secunda conclusio. Nihilominus dicẽdum est, quod Christus aliquos recepit sui sacrificij effectus. Hanc conclusionem probant sufficienter argumenta, quæ fecimus in principio dubij asseritq; eam expresse D. Tho. in solutionibus argumentorũ si rectè expendantur. Vnde ad argumenta in principio facta satisfa Argumẽtorũ solutio. ciendum est. Ad primũ, & ad secundũ ex dictis in secunda conclusione patet euidens solutio. Ad tertiũ respõdetur, quod sacrificia ad quæ tenetur quisq; Deo ratione subiectionis nõ sunt adeò propriè sacrificia neque effectus sacerdotij quandoquidẽ omnes homines etiã non sacerdotes ad ea tenentur, sicut docet D. Tho. in. 2. 2. loco citato. Et ex hoc patet etiam quid dicendũ sit ad vltimum argumentum.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm Christi sacerdotiũ permaneat in æternum.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd sacerdotiũ Christi nõ permaneat in æternum. Quia (vt dictũ est*) illi soli effectu sacerdotij indigent, qui habent infirmitatem peccati: quæ per sacerdotis sacrificiũ expiari potest. Sed hoc non erit in æternũ: quia in Sanctis nulla erit infirmitas: secũdum illud Isa. 60. Populus tuus omnes iusti. Peccatorum autẽ infirmitas inexpiabilis erit: quia in inferno nulla est redemptio. Ergo sacerdotium Christi frustra remaneret in æternum. ¶ 2. Prætereà, Sacerdotium Christi præcipuè manifestatũ est in eius passione & morte: quãdo per proprium sanguinem introiuit in Sancta: vt dicitur Hebræo. 9. Sed passio & mors Christi non erit in æternum: secũdum illud Rom. 6. Christus resurgens à mortuis, iam non moritur. Ergo sacerdotium Christi non erit in æternum. ¶ 3. Prętereà, Christus est sacerdos nõ secundũ quod Deus, sed secundũ quod homo. Sed Christus quandoq; non fuit homo, scilicet in triduo mortis. Ergo sacerdotium Christi, non est in æternum. ¶ Sed contra est, quod dicitur in Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum.

134 Ar. sequẽt. cor. & q. 6. 3 ar. 5. cor. & 1. 2. q. 106. arti. 4. & 3. di. 22. q. 1. arti. 1. ad 4. *ar. præc.

Respondeo dicendum, quòd in officio sacerdotis duo possunt considerari. Primò quidem ipsa oblatio sacrificij. Secundò, ipsa sacrificij consummatio. Quæ quidem cõsistit in hoc, quod illi,

pro

pro quibus sacrificium offertur, finem sacrificij consequuntur. Finis autem sacrificij, quod Christus obtulit, non fuerunt bona temporalia, sed æterna, quæ per eius mortem adipiscimur (vnde dicitur Hebr. 9. quod Christus est assistés Pontifex futurorum bonorum) ratione cuius Christi sacerdotiũ dicitur esse æternum. ¶ Et hæc quidem consummatio sacrificij Christi, præfigurabatur in hoc ipso, quòd Pontifex legalis semel in anno cum sanguine hirci & vituli intrabat in Sancta sanctorum; vt dicitur Leuit. 16. cùm tamẽ hircum & vitulum non immolaret in Sanctis sanctorum, sed extra. Et similiter Christus in Sancta sanctorum, id est in ipsum cælum intrauit: & nobis viam parauit intrandi, per virtutem sanguinis sui, quẽ pro nobis in terra effudit.

Ad primum ergo dicendum, quòd Sancti qui erunt in patria, non indigebunt vlterius expiari per sacerdotium Christi: sed expiati iam indigebunt consummari per ipsum Christũ, à quo gloria eorum dependet. Vnde dicitur Apocal. 21. quòd claritas Dei illuminat illã, scilicet ciuitatem Sanctorum, & lucerna eius est agnus. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd licet passio & mors Christi de cætero non sint iteranda, tamen virtus illius hostiæ semel oblatæ, permanet in æternum: quia vt dicitur ad Hebræos. 10. vna oblatione consummauit in æternum sanctificatos: Et per hoc patet etiam responsio ad tertium. Vnitas autem huius oblationis figurabatur in lege, per quod semel in anno legalis Põtifex cum solenni oblatione sanguinis intrabat in Sancta: vt dicitur Leuit. 16. Sed deficiebat figura à veritate in hoc, quòd illa hostia non habebat sempiternam virtutem: & ideo annuatim illę hostiæ reiterabantur.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio, Psal. 109. CONclusio est affirmatiua. Quæ asseritur planè in Psal. 109. cum dicitur, Tu es sacerdos in æternum. Probatur deinde, quia cõsummatio sacerdotij Christi cõsistit in bonis æternis: finis enim sacrificij, quod Christus obtulit, non fuerunt bona temporalia sed æterna, quæ per eius mortem adipiscimur, vnde dicitur Heb. 9. quod Christus est assistens Pontifex futurorum bonorũ, ratione cuius Christi sacerdotium dicitur esse æternum. Et hæc quidem consummatio sacrificij Christi, præfigurabatur in hoc ipso quod Pontifex legalis semel in anno cum sanguine hirci & vituli intrabat in Sancta sanctorũ, vt dicitur Leuit. 16. cũ tamẽ hircũ & vitulũ nõ immolaret in Sanctis sanctorum sed extra: & similiter Christus in Sancta sanctorũ, id est, in ipsum cœlũ intrauit, & nobis viã parauit intrãdi per virtutẽ sanguinis sui, quem pro nobis in terra effudit. Heb. 9. Leu. 16.

EXPOSITIO ARTICVLI.

SAcerdotium Christi dicitur æternũ iuxta D. Thomæ & Sanctorum doctrinam. In primis quoniam virtus hostiæ semel oblatæ à Christo manet in æternum, quo ad consummationem gloriæ, in qua omnes Sancti consummantur per Christum. Vnde Paulus ad Heb. 10. vna oblatione consummauit sanctificatos in æternum. Tum vero, quoniam sacerdotium Christi ex vi sua expiat peccata infundendo gratiam & tollendo pœnam etiam in æternum, si mundus iste in æternum duraret. Tum tertio, quoniam nullum aliud sacerdotium succedet post Christi sacerdotium. Sed nunquid potest concedi, quod offerretur hoc sacrificium post finem mundi in perpetuas æternitates? Certè in fine mundi desinet immolari & offerri in reconciliationem peccatorum. Verumtamen in gratiarum actionem non video cur summus sacerdos Christus nõ se offerat Deo patri in æternum. Sacerdotiũ Christi qua ratione dicatur æternum. Heb. 10.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm sacerdotium Christi fuerit secundum ordinem Melchisedec.

AD sextũ sic proceditur. Videtur, quòd sacerdotium Christi non fuerit secũdum ordinem Melchisedec. Christus enim est fons totius sacerdotij, tãquam principalis sacerdos. Sed illud quod est principale, non sequitur ordinem alterius, sed alia sequuntur ordinem ipsius. Ergo Christus non debet dici sacerdos secundum ordinem Melchisedec. ¶ 2. Prætereà, Sacerdotiũ veteris legis, propinquius fuit sacerdotio Christi, quam sacerdotium quod fuit ante legem. Sed sacramenta tantò 135 Infr. q. 61. art. 3. ad 3. & 4. di. 8. q. 1. arti. 2. q. 3.

expresius significabant Christũ, quãtò propinquiora fuerunt Christo: vt patet ex his, quæ in Secũda parte dicta* sunt. Ergo sacerdotium Christi magis debet denominari secundũ sacerdotiũ legale, quàm secundum sacerdotium Melchi sedec: quod fuit ante legem. ¶ 3. Præterea, Hebr. 7. dicitur, quòd est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque numerum dierum neque finem vitæ habens. Quæ quidem conueniunt soli filio Dei. Ergo non debet dici Christus sacerdos secũdum ordinem Melchisedec, tanquam cuiusdam alterius, sed secundum ordinem sui ipsius. ¶ Sed contra est, quòd dicitur in Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec.

2. 2. q. 2. art. 7.

Respondeo dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, legale sacerdotium fuit figura sacerdotij Christi: non quidem quasi adæquans veritatẽ, sed multum ab ea deficiens. Tum quia sacerdotium legale non mũdabat peccata: tum etiam quia non erat æternum, sicut sacerdotium Christi. Ipsa autem excellentia sacerdotij Christi ad sacerdotiũ Leuiticum fuit figurata in sacerdotio Melchisedec, qui ab Abraham decimas sumpsit, in cuius lumbis decimatus est quodammodo ipse sacerdos legalis. Et ideo sacerdotium Christi dicitur esse secundum ordinem Melchisedec, propter excellentiam veri sacerdotij ad figurale sacerdotium legis.

Ar. 4 huius q. arg. 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus non dicitur esse secundum ordinem Melchisedec, quasi principalioris sacerdotis, sed quasi præfigurantis excellentiam sacerdotij Christi ad sacerdotium Leuiticum. ¶ Ad secũdum dicendum, quòd in sacerdotio Christi duo possunt considerari: scilicet ipsa oblatio Christi, & participatio eius. Quãtùm ad ipsam oblationẽ, expresius figurabat sacerdotiũ Christi sacerdotiũ legale per sanguinis effusionẽ, quàm sacerdotiũ Melchisedec, in quo sanguis non effundebatur, sed quãtũ ad participationem huius sacrificij & eius effectũ (in quo præcipuè attenditur excellentia sacerdotij Christi ad sacerdotium legale) expresius præfigurabatur per sacerdotium Melchisedec, qui offerebat panem & vinum, significãtia (vt Aug*. dicit) ecclesiasticam vnitatem, quam cõstituit participatio sacrificij Christi. Vnde etiam in noua lege verum Christi sacrificium communicatur fidelibus sub specie panis & vini. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd Melchisedec, dictus est sine patre, & sine matre, & sine genealogia, & quod non habet initium dierũ neq; finem: non quia ista non habuerit, sed quia in Scriptura sacra ista de eo non leguntur. Et per hoc ipsum (vt Apostolus ibidẽ dicit) assimilatus est filio Dei: qui in terris est sine patre & in cælis sine matre, & sine genealogia: secundum illud Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? & secundum diuinitatem neque principium neque finem habet dierũ.

Refertur de consecr. di. 2. ca. Quia passus.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua, & asseritur apertè Psalmo. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Deinde probatur. Nam legale sacerdotium fuit figura sacerdotij Christi non quidẽ quasi adæquans veritatem, sed multum ab ea deficiens: tum quia sacerdotium legale non mundabat peccata: tum etiam, quia non erat æternum sicut sacerdotium Christi. Ipsa autẽ excellentia sacerdotij Christi ad sacerdotiũ Leuiticum fuit figurata in sacerdotio Melchisedech, qui ab Abraham decimas sumpsit, in cuius lumbis decimatus est quodammodo ipse sacerdos legalis: & ideo sacerdotium Christi dicitur esse secũdum ordinem Melchisedech, propter excellentiam veri sacerdotij ad figurale sacerdotium legis.

Conclusio. Psal. 109.

EXPOSITIO ARTICVLI.

EXpositionẽ huius articuli in quinq; partes distribuo. In primis inquirendum est quis nam fuerit Melchisedech. Deinde fuerit ne sacerdos. Præterea, quod nam fuerit illius sacrificium. Insuper ob quam causam dicatur Christi sacerdotiũ secundũ ordinẽ Melchisedech. Vltimo, quẽ sensum habeãt verba Diui Pauli ad Heb. c. 7. cum comparat sacerdotium Melchi-

Quis nam fuerit Melchisedech.

Melchisedech cũ Christi sacerdotio. ¶ Ad primam quæstionẽ explicandã sciendũ est, quod

Origenes.

Origenes de Melchisedech pontifice differens, asseruit eum non hominem fuisse, sed

Hieronym.

Angelum. Hunc errorem illi tribuit Hieronymus in Epistola ad Euagrium ita scribens: statim in fronte Geneseos in prima homiliarum Origenis reperi scriptum de Melchisedech, in qua multiplici sermone disputans, illuc deuolutus est, vt eum Angelum dixerit, ijsdẽq; pene argumentis, quibus scriptor tuus, qui Melchisedech Spiritum sanctum facit. Transiui ad

Didymus.

Didymum sectatorem eius, & vidi hominem pedibus in Magistri isse sententiam. Hæc Hieronymus, forte per homiliam primam, tomum primum intelligens. Nam in prima Origenis homilia, quæ nunc in Genesim habetur, nulla est Melchisedech mentio. Excusari potest Origenes ex diuersitate opinionum, quę de hac re inter veteres fuit; apud quos, vt Hieronymus ad Euagrium scribens testis est, famosissima quæstio fuit super Melchisedech Pontificis persona. Siquidem vt

Epiphanius

Epiphanius refert libro secundo aduersus hæreses, hæresi. 55. innominati quidam hæretici dixerunt, Melchisedech fuisse vnigenitum ipsum, ac naturalem Dei filium, qui in humana

Hierax.

specie Abrahæ apparuerit. Hierax Ægyptius qui Græcè & Ægyptiace in Hexameron docta, sed hæretica elaborauit commentaria, putauit ipsum esse Spiritum sanctum.

Melchisedechiani hæretici.

Melchisedechiani hæretici, quorum autor fuit Theodorus Argentarius, id ipsum existimarunt

Theodor.

esse magnam quandam virtutẽ Christo superiorem, à qua ipse Christus ordinem

Samaritæ.

sempiterni pontificatus acceperit. Samaritæ arbitrati sunt eundem esse Sem filium primogenitum Noe, & eo tempore, quo ortus est Abraham, habuisse ætatis annos trecentos nonaginta, ipsiq́ue Abrahæ abnepoti suo decimi gradus superuixisse annos quadraginta. Iu

Iudæi.

dæi tradiderunt illum fuisse hominem quidem iustum, & sacerdotem Dei altissimi velut diuina habet scriptura; sed ex impura meretrice & fornicatore viro progenitum, & ob id parentes eius in sacris literis non referri.

Irenæus. Hyppolit.

Irenæus & Hyppolitus scripserunt fuisse Regem Hierosolymæ; quæ primum Salem, postea Iebus, ad extremum Hierusalem appellata sit. Quorũ opiniones Hieronymus in prædicta ad Euagrium Epistola relinquens, affirmat Melchisedech non fuisse regem Salem, quæ postea Hierusalem dicta est, sed regnasse eum in Salim oppido iuxta Scythopolim regionis Sichem, in tribu Ephraim: vbi palatiũ

Augustl.

Melchisedech fuisse magnificum ex magnitudine ruinarum deprehenditur. Augustinus in libro quæstionum veteris & noui testamenti. q. 109. multis argumẽtis nititur probare, Melchisedech non fuisse hominem purum, sed quandam Dei virtutem, videlicet Spiritũ sanctum; qui tunc in forma humana apparuerit, quemadmodum postea filius Dei in carne humana apparuit. Hunc errorem expendens Alphonsus Castrensis in 10. aduersus hæreses vo

Castro.

lumine negat librum illum, qui inscribitur de quæstionibus veteris & noui testamenti, esse Augustini, quanuis sub eius nomine circumferatur, & præter alia argumenta, quæ ad hoc conuincendum affert, hoc vnum censet efficacissimum, quod hanc sententiam Augustinus in libro de hæresibus ad Quod vult deũ ponit in trigesimoquarto loco, tribuens eam hæreticis, quos Melchisedechianos appellat. Non est autem verisimile Augustinum fuisse tam stupidum, vt hæreticam assertionem & à se damnatam docuerit: quam etiam sicubi docuisset, oportuerat illum eandem in libris Retractationum recantasse. Quod tamẽ in toto decursu eius operis nusquam ab eo factum reperitur. Sed vt veritas huius rei patefiat di-

Melchisedech fuit purus homo.

cendum est primo. Certa fides est, quod Melchisedech fuerit purus homo, vt patet Genes. 14. & ad Hebr. 7. in quibus locis de Melchisedech fit sermo atque de puro homine secundum communem sensum scripturæ & sanctorum. Quocirca illa sententia Augustini superius recitata nõ est Augustini, aut certè si Augustini est, retractata est ab ipso libro de hæresibus, hæresi. 34. Secundo dicendum est esse certum fidei dogma, quod fuerit rex Salem, vt patet in locis citatis Genes. 14. & Heb. 7. an vero fuerit Salem Hierosolyma, an vero oppidum aliquod, sic appellatum regionis Sichem incertum est, nam quod fuerit Hierosolyma placet Hieronymo in quæstionibus Hebraicis super Genesim. Posterior sentẽtia placuit eidem Hieronymo in Epistola ad Euagrium. Tertio incertum est etiam, vnde genus traxerit Melchisedech, quinimo in sacris literis ex proposito reticetur eius genealogia, vt docet D. Thomas in hoc articulo ad tertium. Et Doctores Sancti ad Hebræ. 7. Certè probabiliter dicitur, quod fuerit Sem filius Noe. Hic enim vt ex sacris literis colligitur supputatis generationibus superuixit Abrahæ trigintaquinq; annis vt colligitur ex Genes. c. 11. & deinceps.

Gene. 14. Hebr. 7.

Genes. 11.

Hæc sentẽtia placuit Hieronymo in locis adductis & Caietano super Genesim. Vnde deridenda est, sicut eam deridet, genealogia Melchisedech ex genere Sidoniorum. Colligat etiam Theologus argumentũ ab scriptura diuina negatiue inualidũ esse omnino. Non enim sequitur, genealogia Melchisedech non

legitur

legitur in scripturis, nec legitur eius prosapia nec parentes eius recensentur, ergo non habuit parentes sed est ingenitus. Hæc de prima quæstione. ¶ Ad secundam quæstionem dicẽdum est, esse certum fidei dogma quod fuerit sacerdos. Nam Genes. 14. & Psalmo. 109. & ad Hebræos. 5. & 7. planè id asseritur. Hæc conclusio ponitur cõtra quosdam Iudæos, qui negant sacerdotium Melchisedech, & ad scripturam ex Genesi respondent, quod secundum veritatem Hebraicam solum habetur, quod Abraham fuerit sacerdos non Melchisedech, quoniam in Hebræo sic habetur. Et erat sacerdos Deo excelso, quod ad Abraham non ad Melchisedech referendum est, sed hæc manifesta hæresis est, vt postea videbimus. ¶ Ad tertiam quæstionem dicendum est, quod de sacrificio Melchisedech non ita facilè constat ex diuinis scripturis. Nam ille locus Gene. 14. Melchisedech rex Salem proferens panem & vinũ, erat enim sacerdos Dei altissimi benedixit, &c. variè explicatur à Doctoribus. Nam quidam dicunt, quod Melchisedech panem & vinum lassis ex itinere protulit. Sic explicat Caietanus, sic Isidorus Clarus: sic alij hebraizãtes sequentes Iosephũ, imo Lutherus libro de abroganda missa priuata eundem sensum pugnacissime retinet. Sed profecto, quod obtulerit panem & vinum in sacrificiũ Deo, certissimum videtur. Tum, quoniã textus sacer hũc sensum præfert manifestè, dicitur enim Genes. 14. Melchisedech rex Salem proferens panem & vinum erat enim sacerdos Dei altissimi, vbi ne miraretur quispiam quod rex sacrificaret subiecit scriptura rationẽ, erat enim sacerdos Dei altissimi. Ex quo consequẽs est, quod illa oblatio panis & vini sacrificium fuerit. Hoc ipsum confirmat communis sentẽtia omnium patrum & potissimè communis sensus Ecclesiæ catholicæ. Quapropter ab hac sententia discedere non solum temeritas, sed etiam hæresis videtur apertè. ¶ Ad quartam quæstionem dicendum varias esse causas ob quas dicitur Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & quidem Iudaizantes sic explicant illum locum ex Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech, id est, tu es sacerdos semper secundum verbum aut consuetudinem regis iusti, sic enim interpretantur hoc vocabulum Melchisedech. Itaque Melchisedech non sit nomen propriũ illius sacerdotis & regis sed duæ sint appellationes rex & iustitia. Itaque sensus erit tu es sacerdos in ęternum, quia rex iustus, iuxta quam interpretationẽ antiquissimi Hebręorum Vates, dixerunt de eo, & erit iustitia cingulum lumborum eius. Et in Psalmo dicitur, Virga æquitatis virga regni tui, dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Et iterũ, propter veritatem & mãsuetudinem & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua. Sed istæ expositiones veræ esse nõ possunt, sunt enim Iudæorum, qui literam occidentem & interpretationes nominum vanas sequũtur. Veritas est quod Melchisedech fuit verus sacerdos Dei altissimi secundum cuius ordinem dicitur Christus fuisse sacerdos in æternũ, tum secundum ordinem figuræ, quia videlicet sacerdotium Melchisedech præfigurabat Christi sacerdotium futurum excellentius, quam Leuiticum. Hoc autem significatum est Genes. 14. cum Abraham qui pater fuit Leui & Aarõ decimas obtulit Melchisedech, ac subinde ipse Leui, qui in lumbis erat Abrahæ decimas per Abraham obtulit Melchisedech, decimas autem offerre alteri vt sacerdoti, imperfectioris est. Hanc rationem explicat eleganter D. Paulus ad Hebræ. capit. 7. Alia ratio explicãdi istum ordinem est, vt sit similitudo quantum ad effectum sacerdotis. Quoniam sicut Melchisedech obtulit panem, qui conficitur ex multis granis, & vinum, quod in vnũ confluit ex multis racemis; ita Christus Dominus per suum sacrificium & sacerdotium, effecit vnitatem Ecclesiæ ex multis fidelibus collectam. Tertia ratio huius similitudinis in hoc consistit. Etenim sicut Melchisedech obtulit panem & vinum, ita Christus in Eucharistiæ sacrificio offert corpus suum sub speciebus panis & vini. Ac demum D. Paulus in Epistola ad Hebr. cap. 7. multa refert in quibus Melchisedech assimilatur filio Dei. Primum inquit Paulus, aduertere vos volo, quod Melchisedech hic rex erat, & quidem rex Salem, deinde quod sacerdos Dei altissimi, qui Abrahæ cum magnam victoriam obtinuisset obuius factus est & benedixit ei, scilicet iure sacerdotij, cui & decimas omniũ diuisit Abrahã, vnde opinione Abrahæ Melchisedech sacerdos erat agnouitq; eum pro suo sacerdote, & tunc dedit ei decimas. Et quidẽ Melchisedech nomine suo typum gerit regis, ac regis iustitiæ atq; illius iustitiæ quæ propria est scripturis, voluit Deus certa ratione personã illã vocari hoc nomine vt significaret allegoricè aliquid ad Christũ pertinẽs. Cõponitur autẽ Melchisedech ex duobus, ex Melech, quod regẽ significat, & sedech, quod est iustitia. Deinde vocabulo ciuitatis typũ gerit Christi. Nã hoc ipso, quod rex fuit Salẽ expresit Christũ qui allaturus erat verã pacẽm, de qua in Euãgelio; Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Describitur etiam Melchisedech sine patre & matre & sine genealogia, nõ enim cõstat ex Genesi, vbi

Melchisedech fuit sacerdos. Gene. 14. Psal. 109. Heb. 5. & 7

De sacrificio Melchisedech.

Genes. 14.

Caietanus. Isidorus Clarus. Lutherus.

Genes. 14.

Quomodo Christus dicitur sacerdos secundũ ordinẽ Melchisedech. Psal. 109.

Gene. 14.

Hebr. 7.

vbi fit mentio huius Melchisedech, neque ex tota scriptura, quis fuerit ipsius pater, quæ ve mater, vnde ve traxerit originẽ atqui in hoc rursus typũ habet ipsius Christi. Addit præterea D. Paulus aliud, in quo assimilatur Christo dicens: nec initium dierum nec finem vitæ habens, id est, scriptura non meminit quando natus sit, vel quando mortuus, in quo assimilatur Christo Domino, sed multa est differentia siquidem Christo simpliciter competit, quod non habeat initium dierum nec finẽ: Melchisedech non nisi per tropum. Sed & aliud est, in quo sit assimilatus filio Dei. Dicitur nanque Melchisedech sacerdos manere in æternum quatenus typum gerit filij Dei cuius sacerdotiũ manet in æternũ. Ex his patet, quid dicendũ est ad vltimam quæstionem.

QVAESTIO XXIII.

De Adoptione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est, an adoptio Christo conueniat.

¶ Et circa hoc quęruntur quatuor. ¶ Primò, vtrùm Deo conueniat adoptare filios. ¶ Secundò, vtrùm hoc conueniat soli Deo patri. ¶ Tertiò, vtrùm sit proprium hominum adoptari in filios Dei. ¶ Quartò, vtrùm Christus posit dici filius adoptiuus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Deo conueniat filios adoptare.

136 3.d.10.q.2. ar.1.q.1. & 4. cõtra ca. 17.fin.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Deo non conueniat filios adoptare. Nullus enim adoptat nisi extraneam personam in filium: secundum quod Iuristæ dicunt. Sed nulla persona est extranea à Deo, qui est omnium creator. Ergo videtur, quòd Deo nõ cõueniat adoptare. ¶ 2. Præterea, Adoptio videtur esse introducta in defectũ filiationis naturalis. Sed in Deo inuenitur naturalis filiatio: vt P.p.q.33. art.3. in Prima parte habitũ est*. Ergo nõ conuenit Deo filios adoptare. ¶ 3. Præterea, Ad hoc aliquis adoptatur, vt in hæreditate adoptantis succedat. Sed in hæreditate Dei non videtur aliquis posse succedere: quia ipse nũquam decedet. Ergo Deo nõ cõuenit adoptare.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ephe. primo: Prædestinauit nos in adoptionem filiorum Dei. Sed prædestinatio Dei non est irrita. Ergo Deus aliquos sibi adoptat in filios.

Respondeo dicendum, quòd aliquis homo adoptat alium sibi in filium, in quantum ex sua bonitate admittit eum ad participationem suæ hæreditatis. Deus autem est infinitæ bonitatis, ex qua contingit, quòd ad participationem bonorum suorum suas creaturas admittit. Et præcipuè rationales creaturas: quæ in quantum sunt ad imaginem Dei factæ, sunt capaces beatitudinis diuinæ. Quæ quidem consistit in fruitione Dei: per quam etiam ipse Deus beatus est, & per seipsum diues, in quantum scilicet seipso fruitur. Hoc autem dicitur hæreditas alicuius, ex quo ipse est diues. Et ideo in quantum Deus ex sua bonitate admittit homines ad beatitudinis hæreditatem, dicitur eos adoptare. Hoc autem plus habet adoptatio diuina, quàm humana: quia Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hæreditatem cælestem percipiendã. Homo autem non facit idoneum eum, quem adoptat, sed potius eum iam idoneum eligit adoptando.

Ad primum ergo dicendum, quòd homo in sua natura consideratus, non est extraneus à Deo, quantum ad bona naturalia, quæ recipit: est tamen extraneus, quantum ad bona gratiæ & gloriæ, & secundum hoc adoptatur. ¶ Ad secundum dicendum, quòd hominis est operari ad supplendam suam indigentiam: non autem Dei, cui conuenit operari ad communicandam suæ perfectionis abundantiam. Et ideo sicut per actum creationis cõmunicatur bonitas diuina omnibus creaturis, secundum quandam similitudinem; ita per actum adoptionis communicatur similitudo naturalis filiationis hominibus,

secundum

ſecundum illud Roman. 8. Quos præſciuit conformes fieri imaginis Filij ſui. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd bona ſpiritualia poſſunt ſimul à pluribus poſſideri, non autẽ bona corporalia. Et ideo hæreditatem corporalem nullus poteſt percipere, niſi ſuccedens decedẽti: hæreditatem autẽ ſpiritualem ſimul omnes ex integro accipiunt ſine detrimẽto Patris ſemper viuentis. Quãuis poſſet dici, quòd Deus decedit, ſecũdum quod eſt in nobis per fidem, & incipiet in nobis eſſe per ſpeciem: ſicut gloſſa dicit Rom. 8. ſuper illud, Si filij, & hæredes.

gl. ord. ibi.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio. Epheſ. 1.

CONcluſio eſt affirmatiua, & patet ex illo Epheſ. 1. Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorũ. Certè, Deus ex bonitate ſua admittit homines ad hęreditatem ſuam, quæ eſt fruitio, ergo Deo conuenit adoptare. Conſequentia probatur. Nam humana adoptio ad cuius ſimilitudinem diuina dicitur, eſt qua aliquis ex ſua bonitate cõſtituit alium in ſucceſſione ſuæ hæreditatis. Hoc autem plus habet diuina adoptio, quam humana: quod Deus hominem, quem adoptat idoneum facit per gratiæ munus, ad percipiendam hæreditatẽ cœleſtẽ. Sed homo non facit idoneũ, quẽ adoptat: imò potius eum iam idoneũ eligit adoptãdo.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Expẽditur an Deo cõueniat propriè filios adoptare.

IN hoc articulo dubium eſt, an Deo conueniat filios adoptare propriè an potius ſecũdum metaphoram? Videtur hoc ſecundũ eſſe verum. ¶ Tum, quoniã nullus adoptat in filiũ niſi extraneam perſonam, vt Iuriſtæ planè affirmant, at nulla perſona eſt extranea Deo qui eſt omnium creator. ¶ Tum vero, nam adoptatio videtur eſſe introducta in defectum filiationis naturalis, at in Deo inuenitur filiatio naturalis vt in prima parte habitũ eſt. ¶ Tum tertio, nam ad hoc aliquis adoptatur vt in hæreditatem adoptantis ſuccedat, ſed in hæreditatem Dei non ſuccedit aliquis quia ipſe nunquam decedit. ¶ Tum præterea, quia adoptatus nunquam habet eſſe ex adoptante, omnis autẽ creatura rationalis habet eſſe à Deo imo apud nos adoptatus nunquam eſt in poteſtate adoptantis antequam adoptetur. ¶ Conſimiliter, adoptatus ſemper eſt eiuſdẽ naturæ cum adoptãte vt patet in. l. adoptio. ff. de adoptionibus. Adoptio, inquit, in ijs perſonis locum habet in quibus natura poteſt haberi, at fieri non poteſt, quod homo ſit filius Dei per naturam, ergo adoptio in Deo noñ poteſt habere locum. ¶ Sane de ratione adoptionis eſt vt conſentiat, qui adoptatur, vt patet in. l. 2. eodem titulo, at eadem ratione paruuli dicuntur filij Dei adoptiui, qua & adulti, ergo nullus dicitur propriè filius Dei adoptiuus. ¶ Vltimo adoptionis duę ſunt ſpecies, alia qua adoptatur, is qui ſui iuris eſt, quæ adrogatio dicitur. Ille enim rogabatur & interrogabatur, an vellet adoptatori & iuſtorũ filiorũ loco eſſe. Alia eſt, quando is qui ſui iuris non eſt apud magiſtratum in alienam tranſit familiam, at reſpectu Dei nullus homo videtur eſſe ſui iuris. Propter hæc argumenta Duran. in. 3. d. 10. q. 2. dixit Deũ non proprie, ſed ſecundũ trãſlationem aliquos adoptare in filios. Et hanc ſententiam aliquando ſecutus eſt D. Thomas in. 3. in prædicta diſtinctione quæſt. 2. artic. 1. quæſtiuncula. 1. Verum hoc in loco de tranſlatione aut metaphora verbum nullum addit D. Thomas. ¶ Quamobrẽ pro veritate ſit prima concluſio. Certum eſt ſecũdum fidem, quod Deo conueniat filios adoptare. Hæc concluſio aſſeritur planè ad Romanos. 8. ad Galatas. 4. ad Epheſ. 1. Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum. Certè in vtroque teſtamento paſsim, tum homines, tum Angeli dicuntur filij Dei, at non ſunt filij Dei naturales, ergo adoptiui. Et eſt inſignis locus Ioã. 1. dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. ¶ Secunda concluſio. Indubitanter tenendũ eſt, quod Deo conueniat propriè filios adoptare. Hæc concluſio probatur ſic, nam ex Auguſtini regula quoties verba ſcripturæ ſecundum proprietatem intelligi poſſunt non eſt ad figuram & metaphoram recurrendum, ſed ita eſt quod ſecundum proprietatem intelligi poteſt, quod nos ſumus filij Dei adoptiui & Deus pater adoptans, ergo ſic intelligi debet. Deinde adoptare, vt conſtat ex eius definitione nihil aliud eſt, quam ex gratia communicare alicui ius ad hęreditatem adoptantis, hoc autem nobiſcum facit Deus cum gratiã ſuam nobis confert, quæ nihil aliud eſt, quam ius ad vitam æternam, ergo verè adoptat. Nam cæteræ conditiones, quæ in adoptione humana inueniuntur accidentariæ ſunt & ad rationem adoptionis minimè neceſſariæ. ¶ Tertia concluſio. Adoptio hæc diuina multum differt ab humana, quia efficit non ſolum vt habeamus ius filiorum Dei, verum etiam vt ſimus filij Dei, id eſt, habeamus participationem, communionem, & conſortium quoddam diuinæ naturæ & ideo cum Deus adoptat aliquem in filium immittit ſpiritum filij ſui in cor ipſius clamantem, Abba pater vt dicit Paulus ad Gala. 4. Eſt alia differentia, nam

Primus arg.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

L. adoptiones. ff. de adoptionibus.

Sextum.

Vltimum.

Durandus.

D. Tho.

Primaconcluſio.

Rom. 8.

Ad Gala. 4. Epheſ. 1.

Ioan. 1.

2. Concluſ.

Auguſt.

Deo proprie conuenit filios adoptare.

3. Concluſ. Adoptio diuina multis differt ab humana.

Ad Gala. 4.

nam quando Pater æternus adoptat quempiã in filium, dat illi esse supernaturale per generationem spiritualem infundendo gratiam & charitatem, per quam ius habet homo ad hæreditatem cœlestem capiendam, ac subinde filiatio adoptiua habet pro fundamento eiusmodi generationẽ, & est relatio realis quemadmodum filiatio naturalis in humanis. Verumtamen adoptio humana, qua vnus homo alterum instituit in filium, nihil prorsus reale ponit in ipso adoptato, sed est tantum actus voluntatis ipsius adoptantis, per quem eligit adoptatum; ac subinde filiatio adoptionis quę inde consequitur, relatio rationis est non realis. ¶ Ad argumenta in principio facta. Ad primum respondetur, quod homo in natura sua consideratus non est extraneus à Deo quãtum ad bona naturalia, quæ de manu eius recipit, est tamen extraneus quantum ad bona gratiæ & gloriæ, & secundum hoc adoptatur. ¶ Ad secundum dicendum, hominis quidem esse operari ad supplendam suam indigentiam, non autem Dei cui conuenit operari ad communicandam suæ perfectionis abundantiam, & ideo sicut per actum creationis communicatur bonitas diuina omnibus creaturis secundum quandam similitudinem, ita per actum adoptionis communicatur similitudo naturalis filiationis hominibus secundum illud Romanorum. 8. quos præsciuit conformes fieri imaginis filij sui. ¶ Ad tertium dicendum, quod bona spiritualia possunt simul à pluribus possideri, non autem bona corporalia, & ideo hæreditatem corporalem nullus potest percipere nisi succedens decedenti, hæreditatem autem spiritualem simul omnes ex integro accipiunt sine detrimento patris semper viuentis. ¶ Ad quartum dicendum, quod quanuis apud nos is qui habet esse ab alio, adoptiuus eius filius esse non possit, quia nullus habet esse ab alio nisi per generationem; ex quo consequens est, quod sit filius naturalis, at repugnat eundem esse respectu eiusdem naturalem & adoptiuum vt repugnat esse naturalem & ex gratia. Cæterùm quia rationalis creatura non habet à Deo esse per generationem, sed per creationem, ideo necesse non est vt sit filius Dei naturalis, atque adeo potest esse adoptiuus per gratiam. ¶ Ad quintum dicendum, quod etiam ille qui ante adoptionem fuerat in potestate adoptantis, dicitur filius adoptiuus. Potest enim & pupillus à tutore & seruus a domino adoptari quanuis sub certis conditionibus vt patet ex. l. non aliter. ff. de adoptionibus: vterque tamen prius erat in potestate adoptantis. Vel dicatur ad hoc argumentum, quod hæc conditio proposita in argumento, item & aliæ quæ commemorantur in sequentibus per accidens se habent ad rationem adoptionis. Adoptare enim est ex gratia aliquem admittere ad ius filiorum, cætera per accidens se habent. ¶ Ad sextum dicendum, quod quanuis ita sit, quod adoptio humana inter eos semper reperiatur, qui sunt eiusdem naturæ, tamen hoc accidentarium est ad rationem adoptionis. Vnde si Angelus haberet hæreditatem ad quam ex gratia hominem admitteret, diceretur hominem in filium adoptare. ¶ Ad septimum dicendum, quod secundum leges consentire debet is, qui adoptatur quando habet vsum rationis: cæterum non est necesse vt is qui adoptatur habeat vsum rationis, nam & infantes adoptari possunt vt patet in. l. etiam. ff. de adoptionibus. ¶ Ad vltimum respondetur, quod quanuis verum sit duas esse adoptionis species quæ commemorantur in argumento, vt patet ex l. 1. & 2. eodem titu. tamen negari non potest eas etiam in adoptione diuina reperiri. Nam cum paruuli baptizantur, adoptantur in filios simplici quadã adoptione, at cũ adulti iustificantur, adoptãtur adoptione quadã quæ propriè est adrogatio saltẽ in lege Euangelica. Nã eo ipso, quod adultis gratia donatur, fiũt omnino sui iuris, quod patet ex Paulo ad Gala. 4. cum inquit, quamdiu hæres paruulus est nihil differt à seruo cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus à patre, cum ergo venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, vt adoptionem filiorum reciperemus. In his verbis ostendit Paulus, quod in nullo alio statu homo sui iuris est, quam in statu legis Euãgelicæ. In statu enim peccati non est sui iuris quia seruus peccati est, quamdiu in illo statu permanet. In statu vero legis scriptæ, quanuis gratiam habeat & filius sit & ius obtineat hæreditatis paternæ, verumtamen est veluti pupillus & sub pedagogo duplici de causa. Tum quia ex vi legis illius non tam amore ducebatur quam timore. Tum verò, quia non statim in possessionẽ hæreditatis admittebatur vsq; dum veniret Christus. At in lege Euangelica omnino sui iuris est homo iustus. Tum quia statim admittitur ad vsum hæreditatis si per ipsum non stet, tum verò quia amore ducitur non timore, & vbi spiritus amoris est ibi libertas.

Ad argumẽta. Ad primũ. Ad secũdũ. Rom. 8. Ad tertiũ. Ad quartũ. Ad quintũ. L. nõ aliter ff. de adoptionibus. Ad sextũ. Ad septimum. L. etiam. ff. de adoptionibus. Ad vltimũ. Ad Gala. 4.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm adoptare conueniat toti Trinitati.

AD

137 3.dis. 10.q. 2.ar.1.q.2. & 3.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd adoptare nō conueniat toti Trinitati. Adoptatio enim dicitur in diuinis ad similitudinem rerum humanarum. Sed in rebus humanis soli illi conuenit adoptare, qui potest filios generare: quod in diuinis conuenit soli Patri. Ergo in diuinis solus Pater potest adoptare. ¶ 2. Prætereà, Homines per adoptionem efficiūtur fratres Christi: secundum illud Roma. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Fratres autem dicuntur, qui sunt filij vnius patris. vnde & Dominus dicit Ioan. 20. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrū. Ergo solus Pater Christi habet filios adoptiuos. ¶ 3. Prætereà, Gala. 4. dicitur, Misit Deus Filium suum, vt adoptionem filiorū Dei reciperemus: quoniam autē estis filij Dei, misit Deus spiritum Filij sui in corda vestra, clamātem, Abba, pater. Ergo eius est adoptare, cuius est Filium, & Spiritum sanctū habere. Sed hoc est solius personæ Patris. Ergo adoptare conuenit soli personæ Patris. ¶ Sed contra, Eius est adoptare nos in filios, quem nos patrem possumus nominare. vnde dicitur Roma. 8. Accepistis Spiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus, Abba, pater. Sed cùm Deo dicimus, Pater noster, hoc pertinet ad totam Trinitatē: sicut & cætera nomina, quæ dicuntur de Deo relatiuè ad P.p.q.39. arti.7. creaturā, vt in Prima parte habitū est*. Ergo adoptare conuenit toti Trinitati.

Respondeo dicēdum, quòd hæc est differentia inter filium Dei adoptiuum & naturalem, quòd filius Dei naturalis est genitus, non factus: filius autem adoptiuus est factus, secundum illud Ioā. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Dicitur tamen quandoque filius adoptiuus esse genitus propter spiritualem regenerationem: quæ est gratuita, non naturalis: vnde dicitur Iaco. 1. Voluntariè genuit nos Verbo veritatis. Quanuis autem generare in diuinis, sit proprium personæ Patris, tamen facere quemcūque effectum in creaturis, est commune toti Trinitati propter vnitatem naturæ: quia vbi est vna natura, oportet quòd sit vna virtus & vna operatio. vnde Dominus dicit Ioan. 5. Quæcunque Pater facit, hæc & filius similiter facit. Et ideo adoptare homines in filios Dei, conuenit toti Trinitati.

Ad primum ergo dicendum, quòd omnes personæ humanæ nō sunt vnius naturæ secundum numerum, vt oporteat vnam esse omnium operationem tantum & vnum effectum: sicut accidit in diuinis. Et ideo quantum ad hoc, nō potuit attēdi similitudo vtrobique. ¶ Ad secundum dicendum, quòd nos per adoptionem efficimur fratres Christi, quasi eundem patrem habētes cum ipso: qui tamen alio modo est pater Christi, & alio modo est pater noster. Vnde signanter Dominus Ioā. 20. seorsum dixit. Patrem meum: & seorsum dixit, Patrem vestrum: est enim Pater Christi, naturaliter generando: quod est proprium sibi. Est autem pater noster voluntariè aliquid faciendo, quod est commune sibi & Filio & Spiritui sancto. Et ideo Christus non est filius totius Trinitatis, sicut nos. ¶ Ad tertiū dicendum, quòd sicut dictum est*, filiatio adoptiua est quædam similitudo filiationis æternæ: sicut omnia quæ in tēpore facta sunt, similitudines quædā sunt eorū, quę ab æterno fuerunt. Assimilatur autē homo splendori æterni filij, per gratiæ claritatē, quę attribuitur Spiritui sancto. Et ideo adoptatio licet sit communis toti Trinitati: appropriatur tamē Patri vt autori, Filio vt exēplari, Spiritui sancto vt imprimenti in nobis huius similitudinem exemplaris. Art.præce.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est affirmatiua, & patet nam eius est adoptare nos in filios quem nos patrem possumus nominare vnde dicitur Roman. 8. Accepistis spiritū adoptionis filiorum in quo clamamus, Abba, pater sed cum Deo dicimus, Pater noster, hoc pertinet ad totam Roman. 8.

totam Trinitatem, sicut & cætera nomina, quæ dicuntur de Deo relatiue ad creaturas, vt in prima parte habitum est, ergo adoptare conuenit toti Trinitati. Deinde facere quem cumque effectum in creaturis, commune est toti Trinitati, sed filius adoptiuus est factus, non genitus naturali generatione à Deo, ergo adoptare est commune toti Trinitati. Maior propositio probatur. Tum ex opposito, quia generare ad intra in diuinis propriũ est patri. Tum quia vna est substantia Trinitatis, vbi autem est vna substantia, est vnica virtus & operatio. Tertio probatur autoritate scripturæ Ioan. 5. quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit. Minor probatur, & declaratur ex differentia inter filium Dei naturalẽ & adoptiuũ, quia ille genitus est, non factus, iste factus, non genitus naturaliter.

Ioan. 5.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Demonstratur cõclus. artic.

COnclusio huius articuli est certa secundum fidem nostrã, vt patet ex eo quod hęc adoptatio prouenit ex eo pręcipuè, quod simus grati & chari Deo, & acceptati ad hæreditatem cœlestẽ, at impossibile est, quod vni personę diuinę simus chari & dilecti, quin omnibus simus grati atq; dilecti. Deinde quia ad Rom. 8. apertè cõstat, ideo nos habere spiritum adoptionis filiorum, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris; impossibile autem est, aliquid esse factum in nobis ab vna persona, quin ab omnibus alijs, cum sint eiusdem numero naturæ & virtutis. Prætereà, quicunque effectus in creaturis est communis toti Trinitati, propter vnitatem naturæ & virtutis, est siquidem in Sanctissima Trinitate vnica essentia, & vnica virtus, & vnica operatio in his, quæ sunt ad extra, vt patet ex illo Ioannis 5. quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit. Vnde deriuatum est illud prouerbium, in ore omnium Theologorum decantatum, opera Trinitatis ad extra sunt communia. Sciat tamen Theologus discernere inter proprium & appropriatum, & videbit adoptionem nostram non propriam alicui personæ diuinæ, sed communem tribus, appropriatam autem patri vt actori, & ideo peculiariter dicitur ipse pater noster; filio vt exemplari, & ideo frater noster quasi similis communicans in patre; Spiritui sancto, quasi executori in suo appropriato, quod est charitas, qua sumus filij Dei, & ideo Spiritus sanctus dicitur spiritus adoptionis filiorum. Vidi ego Theologum dicentem, cum Deus adoptat aliquem in filium conferens ei gratiam Spiritus sancti, Spiritum sanctum vniri ei certo quodammodo quo pater & filius non vniuntur. Sed reuera eius sententia ad omnibus est reprehensa, & iure merito condemnata. Nam iste effectus cum sit ad extra in creaturis communis est toti Trinitati secundum fidem Catholicam.

Rom. 8.

Ioan. 5.

Aduertat rursus Theologus, quod licet Deo propriè conueniat adoptare, vt in præcedenti articulo demonstratum est, filius tamen Dei adoptiuus non est propriè filius Dei, neque filius totius Trinitatis, sed solum secundum metaphoram & similitudinem. Nam vera ratio filij in hoc consistit, quod sit ortus à viuente coniuncto similis secundum speciem, cum ergo adoptatus à Deo, non sit similis secundum speciem in natura diuina, non verè & propriè filius est, sed secundum metaphoram. Sed neque adoptio humana facit propriè filium quia quamuis sit similis secundum speciem, hoc tamen non habet ex adoptionis beneficio. Obseruet tamen Theologus, quod is, qui adoptatur à Deo, verè & propriè est filius adoptiuus, at non propriè est filius, sed secundum metaphoram. Vnde longè alia ratione Christus est filius Dei, quam nos, vt explicat Diuus Thomas in solutione secundi dicens: quod nos per adoptionem efficimur fratres Christi, quasi eundem patrem habentes cum ipso, qui tamen alio modo est pater Christi, & alio modo est pater noster. Vnde signanter Dominus, Ioannis 20. seorsum dixit, patrem meum & patrem vestrum. Est enim pater Christi naturaliter generando, quod est proprium sibi, est autem pater noster voluntariè aliquid faciendo, quod est commune sibi, filio, & Spiritui sancto. Et ideo Christus non est filius totius Trinitatis, sicut nos.

Ioan. 20.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm adoptari sit proprium rationalis creaturæ.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd adoptari non sit proprium rationalis creaturæ. Non enim dicitur Deus, pater creaturæ rationalis nisi per adoptionem. Dicitur autem pater creaturæ etiam irrationalis: secundum illud Iob. 38. Quis est pluuiæ pater, & stillas roris quis genuit? Ergo adoptari non est proprium rationalis creaturæ. ¶ 2. Prætereà, Per adoptionem dicuntur aliqui filij Dei. Sed esse filios Dei, in Scriptura propriè videtur attribui Angelis, secun

138 3. di. 10. q. 2. ar. 2. q. 1. & 2. & 4. cõ. c. 17. fi. & 21. fin.

dum illud Iob. 1. Quadam autem die cùm aſsiſterent filij Dei coram Domino. Ergo non eſt proprium creaturæ rationalis adoptari. ¶ 3. Præterea, Quod eſt proprium alicui naturæ, conuenit omnibus habentibus naturam illam: ſicut riſibile conuenit omnibus hominibus. Sed adoptari non conuenit omni rationali naturæ. Ergo adoptari non eſt proprium rationalis creaturæ. ¶ Sed contra eſt, quòd filij adoptati ſunt hæredes Dei, vt patet Romanorum octauo. Sed talis hæreditas conuenit ſoli rationali creaturę. Ergo proprium eſt creaturæ rationalis adoptari.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut dictum eſt *, filiatio adoptionis eſt quædam ſimilitudo filiationis naturalis. Filius autem Dei naturaliter procedit à Patre, vt verbum intellectuale, vnum cum ipſo Patre exiſtens. Huic ergo Verbo tripliciter poteſt aliquid aſsimilari. Vno quidem modo ſecundum rationem formæ, non autem ſecundum intellectualitatem ipſius, ſicut forma domus exterius conſtitutæ aſsimilatur verbo mentali artificis, ſecundum ſpeciem formæ, non autem ſecundum intelligibilitatem: quia forma domus in materia non eſt intelligibilis, ſicut erat in mente artificis. Et hoc modo Verbo æterno aſsimilatur quælibet creatura, cùm ſit facta per Verbum. Secundo modo aſsimilatur creatura Verbo non ſolùm quantum ad rationem formæ, ſed etiam quantum ad intellectualitatem ipſius: ſicut etiam ſcientia, quæ fit in mente diſcipuli aſsimilatur verbo, quod eſt in mente magiſtri. Et hoc modo creatura rationalis etiam ſecundum ſuam naturam aſsimilatur verbo Dei. Tertio modo aſsimilatur creatura verbo Dei æterno, ſecundum vnitatem quam habet ad Patrem, quod quidem fit per gratiam & charitatem: vnde Dominus orat, Ioan. 17. Sint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus. Et talis aſsimilatio perficit rationem adoptionis, quia ſic aſsimilatis debetur hæreditas æterna, Vnde manifeſtum eſt, quòd adoptari conuenit ſoli creaturæ rationali, non tamen omni, ſed ſolùm habenti charitatem, quæ eſt diffuſa in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, vt dicitur Romano. 5. Et ideo Romano. 8. Spiritus ſanctus dicitur ſpiritus adoptionis filiorum.

Art. præce. ad 3. & ar. 1

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Deus dicitur pater creaturæ irrationalis, non propriè per adoptionem, ſed per creationem, ſecundum primam participationem ſimilitudinis. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Angeli dicuntur filij Dei, filiatione adoptionis: non quia ipſis primò conueniat, ſed quia ipſi primò adoptionem filiorum receperunt. ¶ Ad tertium dicendum, quòd adoptio non eſt proprium conſequens naturam, ſed conſequens gratiam cuius natura rationalis eſt capax. Et ideo non oportet, quòd omni rationali creaturæ conueniat, ſed quòd omnis rationalis creatura ſit capax adoptionis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio. COncluſio eſt. Adoptari conuenit ſoli creaturæ rationali, non tamen omni, ſed ſolum habenti charitatem. Hæc concluſio probatur primo. Quoniam filij adoptati ſunt hæredes Dei, vt dicitur Romanor. 8. ſed talis hæreditas conuenit ſoli rationali creaturæ, ergo proprium eſt creaturæ rationalis adoptari. Deinde probatur, filius Dei naturaliter procedit à patre, vt verbum intellectuale, vnũ cum ipſo exiſtens, & filiatio adoptionis eſt ſimilitudo filiationis naturalis non tantum ſecundum ſimilitudinem formæ prout quælibet creatura aſsimilatur verbo æterno, cum ſit facta per verbum aut ſecundum rationem intelligibilitatis, vt ſcientia diſcipuli aſsimilatur verbo ſcientiæ magiſtri, ſed ſecundum vnitatem, quam habet cum patre, quæ fit per gratiam, & charitatem. Et talis aſsimilatio complet rationem adoptionis, prout talibus

debetur

debetur hæreditas æterna. Vnde adoptari cõ uenit soli creaturæ rationali, quæ per gratiam charitatis assimilatur verbo Dei æterno secũ dum vnitatem, quam habet ad patrem, vt dicitu. Ioan. 17. Sint vnum sicut & nos vnum sumus. Et ad Roman. 8. Spiritus sanctus dici tur spiritus adoptionis filiorum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Omnis creatura rationalis est capax diuinæ & cœlestis hæreditatis

QVod omnis creatura rationalis sit capax adoptionis asserit planè Diuus Thomas in solutione vltimi, quia omnis & sola creatura rationalis est capax diuinæ & cœlestis hæreditatis, nulla enim alia potest visione & fruitione possidere Deum. Quod adeò verum est, vt etiam de potentia Dei absoluta sola creatura rationalis potuit consequi dignitatem hanc & prærogatiuam adoptionis filiorum Dei. Etenim quamuis aliæ creaturæ admittantur ad bona quædam diuina, sola tamen quæ rationis est particeps, potest admitti ad diuitias Dei, & ad hæreditatem cœlestem, in qua Deus dives est, ac beatus, siquidem sola creatura rationalis potest esse capax fruitionis, amoris, ac visionis diuinæ, quæ sunt Dei diuitiæ, quibus ipse dives est, & hæreditas cœlestis. Qua in re ostẽdit Deus suam benignitatem ac liberalitatem cum voluit egenam ac pauperrimam naturam summis bonis ac diuitijs locupletare & miseriam nostram, ad fœlicitatem qua ipse fœlix est, euehere, & eleuare, sic adeò vt fœlicitas & beatitudo hominis in nulla alia re sit collocata, nisi in ea, in qua Dei beatitudo & fœlicitas consistit. Euexit autem naturam nostram in hanc admirandam dignitatem tanta liberalitate & magnificentia, vt nihil aliud à nobis expoſcat quam consensum nostræ voluntatis. Hoc ipsum potest demonstrari alio argumento. Nam filius debet habere connaturalitatem quandam & cognationem cum patre, at sola creatura rationalis etiam de potentia Dei absoluta est capax huius connaturalitatis, siquidem sola illa potest esse capax gratiæ & gloriæ, quæ sunt bona connaturalia ipsi Deo, sicut risibilitas est connaturalis homini & calor igni. Ex quo consequens est, quod sola creatura rationalis potuit consequi adoptionem filiorum Dei, quæ quidem per hæc dona efficitur consors diuinæ naturæ, vt inquit diuinus Petrus. Has vocat Apostolus Paulus sæpius in suis epistolis diuitias gratiæ & gloriæ, & hæreditatis Dei. De qua re loquuntur optimè Sancti patres elucidantes, illud Ioannis. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ex his patet, quomodo omnis & sola creatura rationalis sit adoptionis capax. Sed addit Diuus Thomas in conclusione articuli, quod adoptari solum conuenit habenti charitatem. Nam solus qui habet charitatem, est filius Dei per spiritum adoptionis. Quæ sententia de se magnas mouet quæstiones. Prima quæstio est, vtrùm Angeli boni habentes charitatem & gratiam Dei dicantur filij Dei adoptiui? Ratio quæstionis est, nam vt dicit Chrysostomus homilia 22. in Genesim, elucidans illud capitis sexti; videntes filij Dei filias hominum, redarguens eos, qui per filios Dei in prædicta sententia intelligunt non homines, sed Angelos, ait Angelos nunquam in diuina scriptura fuisse appellatos filios Dei imò nec filios, igitur secundum Chrysostomum Angeli boni habentes charitatem non sunt filij Dei adoptiui. Ad hanc quæstionem facilis est & peruia solutio. Nam in primis dicendum est, quod Angeli appellantur filij Dei semel, & iterum in libro Iob. Nam in secundo capite legitur de Angelis cum quadam die venissent filij Dei, & starent coram Domino adfuit & Sathan inter eos. Et capitulo. 38. eiusdem libri de Angelis sic dicitur, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Certè apparet Chrysostomum deceptum fuisse ex editione septuaginta, in quâ pro eo, quod nos legimus in editione vulgata, cum venissent filij Dei, scriptum est cum venissent Angeli Dei, & vbi nos legimus, & iubilarent omnes filij Dei, septuaginta transtulerunt, quando laudarunt me voce magna Angeli mei. Nec fauet Chrysostomo, quod dicit Paulus ad Hebræos primo, cui dixit aliquando Angelorum filius meus es tu, quandoquidem ibi non negat Angelos dictos esse filios Dei ex gratia, sed ex natura dumtaxat. Hoc enim modo solus Christus filius Dei appellatur, & est. Deinde dico ad propositam quæstionem dissoluendam, quod quamuis in sanctis scripturis, nunquam appellarentur filij Dei, non est consequens, quod non sint filij Dei. Nam argumentum ab scriptura diuina negatiue inualidum est, non enim rectè sequitur hoc non habetur in scriptura diuina, ergo verum non est. Scimus namque ex doctrina fidei, quod Angeli boni habeant gratiam & charitatem, & quod ex beneplacito Dei sint admissi ad hæreditatem cœlestem. Vnde verè sunt filij adoptiui. Nõ quod ipsis primo adoptio conueniat, sed quia ipsi primo adoptionem filiorum receperunt.

¶ Secunda quæstio est, vtrùm patres antiquæ legis qui Deo placuerunt, & fuere iusti, & amici Dei per charitatem fuerint verè & propriè

Adoptari solũ cõuenit habẽti charitatem

Vtrũ angeli boni dicantur filij Dei adoptiui.

D. Chryso.

Angeli appellantur filij Dei in diuinis scripturis.

Iob. 2. & 38.

Heb. 1.

Dubium graue, an patres antiquæ legis iusti, fuerint verè & propriè filij Dei adoptiui.

propriè filij Dei adoptiui, an potius per tropum & figuram. Hanc quæstionem tractauimus copiosissimè in commentarijs super primam secundæ, quæstione. 107. articulo. 1. nùc breui sermone tantum capita argumentorum referentes eam elucidabimus contra quosdam autores, qui in hac ætate ausi sunt affirmare, quod non fuerint verè & propriè filij Dei adoptiui, sed per figuram & tropum; & inducebantur in hanc sententiam his argumentis. ¶ Primum, nam Paulus ad Romanos. 8. sic inquit, non accepistis spiritum seruitutis in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, ergo testante Diuo Paulo patres antiqui non habuerunt spiritum adoptionis filiorum. Idem Diuus Paulus ad Galatas. 4. sic scribit, quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere factum sub lege, vt adoptionem filiorum reciperemus, ergo ante Christi aduentum non erat filiorum adoptio. Cui consonat illud Ioannis. 1. vbi dicitur, quod verbum caro factum, dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Quibus verbis videtur significari, quod ante Christi aduentum non erat talis potestas in mundo, cui concinit illud primæ Ioannis 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus. ¶ Secundo arguitur in confirmationem huius sententiæ. Nam patres veteris testamenti etiam iusti & amici Dei, vt ex sacris literis apertè constat, serui erant, at seruus in sacris literis distinguitur contra filium & hæredem, vt videre est ad Galatas quarto in illis verbis, itaque iam non est seruus, sed filius, quod si filius, & hæres per Deum. Et post pauca referens Abraham habuisse duos filios, alterum ex ancilla, & alterum ex libera subiungit; hæc sunt duo testamenta, vnum quidem in monte Syna in seruitutem generans, &c. Et inferius, inquit, quod ille filius, qui susceptus erat ex ancilla, natus erat secundum carnem, qui vero ex libera secundum spiritum natus fuerat, & paucis interpositis, inquit, non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Et tandem concludit, itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Quæ omnia videntur probare patres illius populi, non fuisse verè filios, sed seruos. ¶ Ad idem confirmandum potest produci tertium argumentum. Nam lex vetus vt habet sana, & Catholica doctrina, non potuit facere filios Dei & hæredes, vt patet ex illo ad Romanos. 4. Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Et ad Galatas capitulo. 2. Si per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. ¶ Quartò, adducunt autores huius sententiæ in noui dogmatis confirmationem patres antiquos Latinæ & Græcæ Ecclesiæ, Ambrosium, Augustinum, Cyrillum, Athanasium, Chrysostomum, Theophylactum, Eucumenium, quos omnes diligenter recenset Leo super Esaiam capitulo. 1. in illud verbum, filios enutriui, hi omnes constanter affirmant, quod Iudæi typice, & secundum figuram filij Dei appellati sunt. ¶ Potest etiã adduci in confirmationem huius sententiæ, alia ratio ex diuina Theologia. Nam vbi non est regeneratio, non est filiatio, sed in veteri testamento non fuit regeneratio in filios Dei, quod sic ostendo. Nam in noua lege baptisma fuit institutum, quod est sacramentum regenerationis & renouationis, iuxta illud Ioannis. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, & illud; saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis, ergo in veteri testamento non fuit filiatio, siquidem non fuit generatio. In contrarium est sententia Diui Thomæ aientis in hoc articulo, quod creatura rationalis habens charitatem adoptatur in filium Dei. ¶ In explicationem huius quæstionis est prima conclusio. Veritas est secundum fidem Catholicam asserenda, patres veteris testamenti, qui placuerunt Deo fuisse verè ac propriè filios Dei adoptiuos. Hanc conclusionem expresse docet Diuus Paulus ad Romanos. 9. dicit enim loquens de patribus antiquis, quorum adoptio est filiorum, id est, ad quos pertinet adoptio filiorum. Ipsos namque olim Deus in filios, & in populum peculiarem segregerat. Idem testatur ad Galatas. 4. illa comparatione dicens, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est, vsque ad præfinitum tempus à patre. Quibus verbis apertè significat Paulus patres veteris testamenti esse verè filios & hæredes, quamuis tractarentur vt serui & vt paruuli. Facit etiam in patrocinium huius sententiæ, quod in infinitis ferè locis diuinæ scripturæ appellantur Iudæi filij, & Deus pater eorum, signanter Exod. 4. Filius meus primogenitus Israel, &c. Osææ. 11. Ex Ægypto vocaui filiũ meum. Cuius loci vna intelligentia literalis est quod ex Ægypto Deus reduxerit Iudæorum populum in terram promissionis. Esa. 1. Filios enutriui. Mat. 15. Christus Dominus inquit, non

Primum argumentũ. Rom. 8.

Gal. 4.

Ioan. 1.

1. Ioan. 3.

Secundum

Gal. 4.

Tertium.

Rom. 4.

Gal. 2.

Quartum.

Ambrosius August. Cyrillus. Chrysost. Theophyl. Eucumen.

Quin. arg.

Ioan. 3.

1. Cõclusio

Omnis creatura rationalis habẽs charitatẽ vere & propriè est filius Dei adoptiuus.

Rom. 9.

Gal. 4.

Exod. 4. Osææ. 11.

Esa. 1. Mat. 15.

non est bonum sumere panem filiorũ & mittere canibus . Filios vocauit Iudæos, canes Gentiles. Et cap. 8. Vocat Deus Iudæos filios regni. Multa etiam sunt loca, in quibus dicitur pater Deus. Vt Esaiæ 63. Ierem. 3. & 31. & alias sæpè. Item in eisdem sacris literis, dicuntur Iudæi hæredes, & Dominus ipse hæreditas illorum. Ita Paulus Roman. 4. Ad Galatas 3. Attendit quod Abraham fuerit hæres per iustitiam fidei, & promissionem. Innumera sunt loca, in quibus habetur de ista hæreditate Domini, in Psalm. in Prophetis, in Ecclesiastico. Dicere autem, quod in his locis non fiat mentio de hæreditate cœlesti, & vita æterna, sed tantum de terra promissionis, hoc est vere Iudaizare cum Saduceis negantibus vitam æternam, & resurrectionem, negantibus item in sacra scriptura haberi mentionem vllam de æterna hæreditate post hanc vitam. Quam hæresim confutauit Christus in Euangelio, & Diuus Paulus ad Hebræos. 11. expresse docet, hanc hæreditatem esse cœlestem hæreditatem, inter alia inquiens; Abraham fide demoratus est in terra promissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis, expectabant enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor est Deus. Et multa dicit Diuus Paulus vsque ad finem capitis, quæ nostrum propositum confirmant. Ad idem comprobandum valent hæc argumenta ex diuina Theologia eruta. Primum, multi ex patribus antiquis fuere prædestinati, vt plane constat, sed omnes prædestinati sunt prædestinati in adoptionem filiorum Dei, vt testatur Paulus ad Ephes. 1. ergo erant vere filij Dei. Alterum argumentum est. Nam Diuus Paulus ad Roman. 8. de omnibus prædestinatis sic statuit, quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Ex qua sententia liquido colligitur vniuersos prædestinatos fuisse prædestinatos in filios Dei & fratres Domini nostri Iesu Christi. Tertium argumentum, filiorum adoptio nihil aliud est, quam ius ad paternam hæreditatem ex gratia adoptantis, sed patres antiqui iusti habuerunt ius ad cœlestem hæreditatem ex gratia patris æterni, vt docet fides Catholica, ergo fuerunt filij Dei apoptiui verè & propriè. Quartum, adoptio filiorum in gratia & charitate cõsistit, charitas enim vt est in prouerbio Theologorum, diuidit inter filios regni, & filios perditionis, sed patres antiqui iusti habuerunt gratiam & charitatem, ergo habuerunt spiritum adoptionis filiorum Dei. Vltimò, patres antiqui iusti, qui modo regnant in cælo, sunt verè filij Dei adoptiui, & contrarium asserere est dogma hæreticum, ergo dum viuerent, erant verè filij Dei. Nemo enim sanctorum est filius Dei in cælo, qui dum vixit non habuit spiritum filiorum Dei. Docet istã nostram sententiam D. Augustinus lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 4. quem locum legendum omnino censeo. ¶ Secunda conclusio. Iusti & sancti Euangelicæ legis, perfectius adepti sunt filiorum adoptionem, quã patres iusti veteris legis. Nolo dicere, quod omnes iusti in lege Euãgelica fuerint sanctiores & gratiores Deo, quam omnes patres veteris legis, id enim asserere error est, sed dico atq; decerno, quod ius adoptionis sit perfectius in noua lege, quam in veteri. Nam adoptio in veteri lege dabat ius ad cœlestem hæreditatem, ista vero præterea habet consortium & participium filij Dei in natura humana, & communionem in carne & sanguine, vt dicit Paulus Hebræorum. 2. propter quod non cõfunditur vocare nos fratres. Prætereà, ista nõ solum dat ius ad paternam hæreditatem, sed possessionẽ, quam non præstabat illa antiqua, donec veniret plenitudo temporis. Deindè, ista liberat nos à seruitute legis, quam libertatem antiqua non præstabat. Insuper, ista introducit nos ad Deum patrem cum magna fiducia; propter quod dicit Paulus Roman. 5. per Christum accessum habemus in gratiam istã, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Prætereà, excellit adoptio filiorũ nouæ legis quãtum ad explicationem & reuelationem mysteriorum, & secretorum diuinorũ cœlestiũ. Seruis siquidem ac filijs paruulis & imperfectis, non cõmunicat pater familias arcana sua & secreta; at liberis grandioribus iam & adultis reuelat. Deus autem illi populo veteri nõ reuelauit explicite maiora secreta & mysteria, vt Messiæ diuinitatem Dei Trinitatem. Et id circo non tenebãtur omnes credere ista explicite, at nunc Deus post Euangelium reuelauit toti populo Christiano hæc diuina mysteria; ita vt omnes teneantur explicitè hæc credere. Hanc excellentiam significauit nobis Christus Ioan. 15. inquiens: iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius, vos autem dixi, amicos quia omnia nota feci vobis. Hanc etiam significat Paulus ad Galat. 3. inquiens, priùs autem quam veniret fides, scilicet explicita, sub lege custodiebamur concluſi, in eam fidẽ, quę reuelanda erat. Est etiam alia excellentia quantum ad perfectiorem modum inducendi fideles post Euãgelium ad illius obseruationem, quam olim patres legis veteris, olim siquidem in lege ipsa tantum inducebantur ad obseruandam le-

Mat 8.
Esa. 63. Ier. 3. & 31.
Rom. 4. Gal. 3.
Heb. 11.
Prim. argu.
Ephe. 1.
Secundum. Rom. 8.
Tertium.
Quartum.
Vltimum.

2. cõclusió.
Ius adoptiõnis perfectius inuenitur in lege Euangelica, quam in veteri.
Heb. 2.
Rom. 5.
Ioan. 15.
Gal. 3.

gem ex promiſsione bonorum temporalium & comminatione ſuppliciorum temporaliũ; in Euangelica vero lege inducuntur fideles ad illius obſeruationem ex promiſsione cœleſtium bonorum, regni cælorum, & ſi quando fit comminatio, ea eſt ſuppliciorum æternorum, at imperfecti filij & paruuli ſunt qui ducuntur in res cœleſtes & diuinas ex promiſsione rerum temporalium, perfecti vero qui res temporales omnes abijciunt ex perfectione Euangelica, vt in Deum tendant liberiùs & expeditiùs. Sed & alia excellentia non eſt prætereunda quantum ad vim & efficaciam, quæ modo eſt in Euangelica lege ad faciendos Dei filios, & ad eos qui ſemel facti ſunt, perficiendos, & conſummandos. Quæ vis ſane & efficacia neutiquam erat in lege veteri. Etenim lex noua Euangelica impios iuſtificat, ex ſeruis filios facit, ex atritis contritos, ex imperfectis & paruulis filijs grandiores ac perfectiores ex vi ſua & ex opere, quod dicitur, operato; ita vt ipſa legis obſeruatio Euãgelicæ eum, qui accedebat cum animo ſeruili ad obſeruandam legem inſtituat in filium citra opus ipſius operantis. Et idem eſt poſtmodum in filiorum perfectione. Perficit ſiquidem filios citra opus ipſorum filiorum; lex autem vetus nihil horum habebat. ¶ Tertia concluſio. Quamuis patres veteris teſtamenti verè fuerint ac proprij filij Dei adoptiui, ſimul tamen fuerunt filij per tropum & figuram ad nos comparati, nam eorum vera filiatio præfigurabat noſtram filiationem longè perfectiorem, ſicut ea, quæ aguntur in nouo teſtamento, præfigurant & delineant ea quæ geruntur in vita beata. Et certè ſacerdotium veteris legis ſacerdotium nouæ legis præfigurabat, & ſacramenta antiquæ legis veram & propriam noſtrorum ſacramentorum figuram præferebant. Quid ergo miri eſt ſi filiatio adoptiua patrum antiquorum, noſtram præſtantiorem præfigurauerit? His conſtitutis ad argumenta in contrarium ſatisfaciendum eſt. ¶ Ad primum argumentum dicendum eſt, quod diuinæ ſcripturæ loquuntur de adoptione perfecta, quam habemus poſt Chriſti aduentum, de qua diximus copioſè in ſecunda concluſione. Secundo reſpondetur cum Diuo Auguſtino loco citato, quod prædictæ ſententiæ tantum ſignificant, quod Iudæi, qui pertinebant ad vetus teſtamentum non habuerunt ſpiritum adoptionis filiorũ, ſed ſpiritum ſeruitutis. Illi vero pertinebant ad vetus teſtamentum (autore Auguſtino ibidem) qui ex metu pœnæ obſeruabant legem, & præmia terrena & caduca ſectabantur, & qui exiſtimabant literam legis ad vitam ſuffi-

5. Cõcluſio

Ad argum.
Ad pri. arg.

D. Auguſt.

cere. Illi vero qui in veteri teſtamento placuerunt Deo pertinebant ad nouũ teſtamentum. Nam per fidem Chriſti iuſtificati ſunt, & hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti conſtituti ſunt. ¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur cum Diuo Thoma 1.2. quæſtione. 107. articulo primo ad ſecũdum, quod ſancta ſcriptura loquitur de comparatione vtriuſque legis, & vtriuſque ætatis, non de ſingulis perſonis. Explicatur hæc ſolutio. Profecto ante Chriſti aduentum & poſtmodum fuerunt fideles quidam ſeruilis conditionis, fuere etiam vtroque tempore multi filialis conditionis, ſed diſcrimen erat, quod lex vetus tantum inducebat ſeruiliter ad ſui obſeruationem, lex vero Euangelica inducit filialiter per ſpiritum amoris. At qui in illa lege hoc ſpiritu ducebantur ad nouum pertinebant teſtamentum non ad vetus, vt ſuprà dictum eſt. Illud etiam poteſt addi ad huius argumenti confutationem, ſolos carnales veteris legis obſeruatores dici ſeruos, ſi ſeruus accipiatur, vt diſtinguitur contra filium, & hos appellat Paulus ad Galatas quarto, filios ancillæ, at in altera ſignificatione latiori, omnes filij Dei, non ſolum in lege ſcripta verum etiam in lege Euangelica, atque etiam in vita beata, ſerui Dei dicuntur, vt patet in illo Matthæi. 25. Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Et Apocalyp. 22. Angelus beatus dixit Ioanni conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum. Quin potius ipſe etiam naturalis filius Dei Chriſtus Dominus ratione humanitatis dicitur ſubiectus patri, & eius ſeruus, prout viſum eſt ſuprà quæſtione 20. articulo primo. ¶ Ad tertium argumentum ex dictis patet ſolutio. ¶ Ad quartum ex autoritate patrum reſpondetur, quod Iudæi, qui pertinebant ad vetus teſtamentum ſicut iam expoſitum eſt ex Diuo Auguſtino ſecundum veritatem non erant filij Dei ſed ſerui habentes ſpiritum ſeruitutis, ſed nomine tenus erant filij, & eorum filiatio erat vmbra, & figura noſtræ filiationis. De his igitur veriſsime dicitur, quod erant filij tantum typice: cæterum patres veteris teſtamenti, qui erant iuſti apud Deum & prædeſtinati, ſine dubio pertinebant ad nouum teſtamentum, & erant verè & propriè filij Dei adoptiui. Vel dicendum, quod patres qui fuere iuſti in veteri teſtamento erant verè & propriè filij Dei adoptiui, & ſimul erant filij ſecundum figuram & typice prout expoſitum eſt in tertia concluſione. ¶ Ad vltimum argumentum reſpondetur, quod vera adoptio filiorum Dei in gratia & charitate, & iure ad paternam hæreditatem conſiſtit,

Ad ſecũd. D. Thom.

Gal. 4.

Mat. 25.
Apoc. 22.

Ad tertium.
Ad quartũ.

Ad vltimũ.

stit, quæ propriè fuit in patribus veteris testamenti, licet longè perfectior sit in patribus noui testamenti, qui regenerantur & incorporantur in Christo per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, vt dicit Paulus. Et quod hæc sententia sit amplectenda sic probatur. Nam Angeli sunt vere filij Dei adoptiui; at non regenerantur per baptisma. Rursus, qui saluantur per baptismum sanguinis, aut flaminis sunt verè & propriè filij Dei; at non regenerantur per baptismum aquæ.

Tert. dubi. Vtrũ præscitus habens charitatem sit vere filiꝰ Dei adoptiuus.

¶ Tertia quæstio est, vtrùm præscitus & reprobus in gratia existens, sit verè & propriè filius Dei adoptiuus. Partem negantem huius quæstionis tuetur Gabriel in 3. distinctione. 10. q. vnica, ducitur autem his argumentis. Primũ, quia filius adoptiuus est prædestinatus, & electus ad æternam hæreditatem, reprobus autem, quamuis in gratia sit, non est electus ad æternam hæreditatem, alioqui esset prædestinatus, ergo non est filius adoptiuus. Quod si quis dicat satis esse, quod secundum præsentem iustitiam homo reprobus habeat ius ad æternam hæreditatem, quamuis postea per culpam subsecutam illud ius amittat, sicut in humanis dicitur verè filius adoptiuus quispiam etiam si postea perpetrauerit culpam per quam est priuandus adoptione & iure hæreditatis. Contra hanc solutionem arguitur secundo loco.

Prim. argu.

Secundum.

¶ Nam Deus nunquam habuit animum admittendi hominem reprobum ad hæreditatem cœlestem, qua in re deficit similitudo ex humanis adducta. Nam pater adoptans in humana republica habuit primum animum admittendi adoptatum ad hæreditatem, cum igitur Deus nunquam habuerit animum admittendi reprobum ad æternam hæreditatem, sequitur & quod exemplum non quadrat, & quod reprobus nunquam erit filius adoptiuus.

Tertium.

¶ Tertio confirmari potest hæc sententia autoritate Pauli ad Romanos. 8. vbi inquit, quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, ergo soli prædestinati sunt Christi fratres, atque adeò filij Dei adoptiui. Et in eodem capite scribit Paulus, quod si filij & hæredes, nullus autem præscitus ad hæreditatem eligitur, ergo nullus præscitus est filius Dei adoptiuus.

Rom. 8.

Vltimum. D. Augus.

¶ Vltimo probatur ex Augustino libro de correptione & gratia capitulo 9. vbi inquit, quosdam esse apud Deum filios Dei, sed non apud nos, vt peccatores, qui aliquando conuertentur & saluabuntur: alios vero esse apud nos, sed non apud Deum, vt iusti qui peruertentur & damnabuntur; & quia qui apud Deum sunt tales, verè sunt tales, ideo colligit Augustinus in eodem capite, quod nulli sunt verè filij qui prædestinati non sunt. Et probat ex illo 1. Ioannis. 2. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Quibus verbis significat Diuus Ioannes, quod præscitus, qui non perseuerat in gratia accepta, non sit connumerandus inter filios Dei. His non obstantibus prima conclusio est.

1. Ioan. 2.

1. Cõclusiõ

¶ Sententia Gabrielis temeraria est, & hæretica, quia est contra Diuum Paulum, & contra Ecclesiæ definitionem. Dicit enim Paulus ad Romanos. 8: Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, sed omnes iusti vt tales sunt, spiritu Dei aguntur, ergo quamuis præsciti sint, quamdiu tamen sunt iusti, filij Dei sunt. Quod & Ioannes expresit dicens capitulo. 1. quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius nimirum fide viua, sed iustus hac fide credit & recipit Christum, quamuis reprobus sit; ergo verè est filius Dei adoptiuus. Hanc veritatem demonstrat Diuus Ioannes in prima epistola capit. 3. per totum caput, exorditur autem illud in hæc verba: videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus. Itaque quando Deus dat nobis charitatem, eodem temporis momento & pater noster est, & nos filij. Et quidem de hac filiatione & natiuitate per charitatem, multa subiungit Ioannes dicens; in hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli, omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum, &c. Quæ verba elucidans Diuus Augustinus tractat. 5. inquit, dilectio ergo sola discernit inter filios Dei & diaboli. Eandem conclusionem asserit Diuus Ioannes capitulo. 5. eiusdem epistolæ inquiens, omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est, loquitur de fide quæ per dilectionem operatur. Quod Ecclesia definierit contra Gabrielis sententiam, patet nam in concilio Constantiensi Sessione. 8. & 15. damnatur Ioannes Hus, qui dixit, reprobus quamuis in gratia sit, non est pars Ecclesiæ aut membrum Christi, sicut ergo non repugnat, quod prædestinatus quamdiu est in peccato mortali sit membrum diaboli, & eius filius, ita neque quod reprobus quamdiu est in gratia sit filius Dei adoptiuus. Hoc enim apertè probat ratio ipsa adoptionis; quia nihil aliud est adoptare quam cõmunicari alicui ius ex gratia ad hæreditatem, cum ergo habeat gratiã

Ioan. 1.

1. Ioan. 3.

D. Augus.

1. Ioan. 5.

Cõc. Cõstã.

quæ est hoc ius absque dubio filius est Dei
2.Cõclusio adoptiuus, quantumuis reprobus sit. ¶ Secunda conclusio, soli prædestinati in gratia existentes sunt perfecti, & vndiquaque filij Dei adoptiui. Hanc conclusionem concedimus argumentis factis in principio dubij.
3.Cõclusio ¶ Tertia conclusio, beati in patria sunt perfe
Rom.8. ctissimi filij Dei. Hæc conclusio probatur au toritate Pauli ad Roma.8.vbi sic dicit, nosipsi primitias spiritus habentes intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri; spe enim salui facti sumus, spes autem quæ videtur non est spes. Nam quod videt quis quid sperat?
1.Ioan.3. Eandem veritatem docet Ioannes in prima canonica capit.3.nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus, scimus autẽ quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. Et sanè beati assecuti sunt iam hæreditatem, itaque non solum habent ius ad illam, sed etiam possessionem.
Deinde, filiatio adoptionis diuinæ est quædam similitudo filiationis naturalis Dei, vt di
Rom.8. cit Paulus Ro.8. sed hanc similitudinem perfectissimè beati sunt consecuti, habentes non solum charitatem, sed etiam lumen gloriæ participatum, & facialem Dei visionem per quam vident Deum sicuti est. Ad argumenta in contrarium facta. ¶ Ad primum satis
Ad pri.arg. Ad secũdũ. bene responsum est. ¶ Ad secundum argumentum dico, satis esse ad rationem adoptionis in filium Dei, quod Deus habuerit animum concedendi illi ius ad hæreditatem cœlestem, & re ipsa concesserit per gratiam iustificantem secundum præsentem iustitiam, neque enim est necesse, quod habuerit Deus animum concedendi illi perseuerantiam, charitas ergo & ea præsens est, quæ requiritur &
Ad tertium sufficit ad filiationem adoptiuam. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quod Paulus non dicit tantum prædestinatos esse filios Dei, sed omnes prædestinatos esse Christi fratres, cum quo stat alia veritas, quod etiam non prædestinati aliquando Christi fratres sint & dicantur, quando scilicet sunt in gratia, qui etiam dicuntur hæredes Dei & cohæredes Christi. Non enim est de ratione hæredis, vt in possessionem mittatur hæreditatis, sed tantum vt ius habeat & proprietatem ad
Ad quartũ illam. ¶ Ad quartum ex Diuo Augustino respondetur, quod Augustinus sese ipse explicat eo loco cum dicit tantum esse veros Dei
Vtrũ prædestinati existentes in peccato mortali sint verè filij Dei, filios eos, qui sunt prædestinati, per veros intelligens perfectos & perseuerantes, quia in eodem capite ipse concesserat multos esse Dei filios, qui non perseuerant. ¶ Alia quæstio est, vtrum prædestinati, qui sunt in peccato mortali sint filij Dei adoptiui? A parte affirmatiua sic arguitur. Tum quoniam sunt
Primum argumentũ. electi ad vitam æternam, at soli filij sunt electi ad vitam æternam, ergo tales filij Dei dicuntur, & sunt. Tum deinde, quoniam pec-
Secundum catores qui habent fidem, & Ecclesiæ vnitatem sunt Christi membra, prout dictum est suprà quæstione 9. ergo etiam filij, maximè si sunt prædestinati. His non obstantibus
Solutio. veritas est in contrarium. Certè non sunt filij Dei absolutè, sed cum ista additione, secundum prædestinationem. Huius rei sunt tres demonstrationes. Prima, prædestinatus qui est in peccato mortali est filius diaboli, & seruus peccati, at filij Dei sunt liberi, & veritas liberauit eos, & serui iustitiæ. Secunda de-
D.Thom. monstrato. Prædestinatio vt docet D. Thomas.1.p.quæst.23.articul.2.nihil ponit in prædestinatio, sed prædestinationis executio est, quæ ponit aliquid in prædestinato, scilicet gratiam & gloriam, sed in homine prædestinato existente in peccato mortali, prædestinatio nondum posuit gratiam & gloriam, aut ius ad æternã hęreditatẽ, ergo. Tertia demonstratio, filiatio adoptiua est relatio, quæ fundatur suprà generationem spiritualem, quæ fit per gratiam iustificantem, sed hanc non habet prædestinatus, dum est in peccato mortali, vnde non est natus ex Deo, neque filius Dei dici potest. Quarta demonstratio, vnum quodque denominatur à forma, quæ est in actu, non ab ea, quam habet in potentia, sed prędestinatus dũ est in peccato mortali tantũ habet in potentia filiationem, & ius ad hæreditatem non in actu, ergo non est filius Dei adoptiuus. Vltima demonstratio est, quoniã
Cõc.Cõũ. in concilio Constantiensi, Sess.15. damnatur secundo loco hæc sententia Ioannis Hus. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, volens dicere, quod prędestinatus quamuis sit in maximis peccatis mortalibus, semper est filius Dei. Ad argumenta in contrarium. ¶ Ad pri-
Ad primũ. argumẽtũ. mum respondetur, quod prædestinatus qui est in peccato mortali electus est, vt sit filius Dei, & vt habeat hæreditatem paternam, cæterum donec sit in gratia, & charitate nondum est filius Dei, neque ex Deo natus est.
Ad secũdũ. ¶ Ad secundum argumentum neganda est consequentia. Nam ad rationem membri sufficit quæcunque vita quamlibet imperfecta, vnde manus arida membrum dicitur licèt imperfectum sit, habet enim vitam vegetabilem quamuis sensitiua careat. Cæterùm ad rationem filij necessum est, vt habeat vitam perfectam eiusdem ordinis, & naturæ cum patre adoptante oportetque vt filius viuat alioqui filius non est. ¶ Vltima quæstio est, vtrum

Deus

Verũ Deus plus diligat iustũ prę scitũ quã pec catoré præ destinatũ. Primum argumen. Secundum.

Deus plus diligat iustum præscitum, qui est filius Dei adoptiuus quam peccatorem prædestinatũ. ¶ Et videtur profectò, quod plus diligat peccatorem prædestinatum. Nam dilectio est causa electionis, sed peccatorem prædestinatum Deus elegit, ergo magis diligit eum, quam iustum præscitum quem non elegit. ¶ Deinde, illum magis diligit cui maius bonum vult, sed peccatori prædestinato vult maius bonum, quia vult illi dare vitam æternam, ergo magis illum diligit.

Argumẽta In oppoſi. Primum. Pro. 8.

¶ In contrariũ pugnant maiora argumenta, nam Pro. cap. 8. habetur, ego diligentes me diligo, sed iste peccator prædestinatus non amat Deum, quem amat iustus prę scitus, ergo plus diligit iustum præscitum, quam peccatorem prædestinatũ.

Secundum. Tertium.

¶ Præterea, magis bonum Deus magis diligit, sed iste iustus est magis bonus, quam ille peccator, ergo magis à Deo diligitur. ¶ Deinde, Deus magis diligit membra viua vnigeniti filij sui, quam alios, sed peccator prædestinatus non est membrum Christi viuum, ergo minus à Deo diligitur quam iustus prę scitus, qui est membrum Christi viuum.

Quartum. Quintum. Sextum.

¶ Itẽ iste præscitus est magis bonus, ergo magis amatus. ¶ Ad hæc, iste magis diligit Deum, ergo magis diligitur à Deo. ¶ Insuper, Deus odit omnem qui operatur iniquitatem, sed peccator qui est prædestinatus operatur iniquitatem, ergo odio habetur à Deo.

Cõfir.

¶ Hoc ipsum cõfirmatur. Nam neminem diligit Deus nisi eum, qui cum sapientia inhabitat, sed prædestinatus, qui est in peccato mortali non habitat cum diuina sapientia, ergo pro tunc nõ diligitur à Deo.

Confir. 2.

¶ Idem confirmatur ex illo Psal. 145. Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos, sed peccator, qui est prædestinatus,

Septimum.

non est iustus, ergo non diligitur à Deo.

Vltimum.

¶ Ad hæc, Deus diligit ex parte effectus donando bonitatem, sed præscitum iustum nũc diligit ex parte effectus, prædestinatum peccatorẽ nunc odit, ergo magis diligit prę scitum iustũ.

D. Thom.

¶ Vltimò, Deus non amat in hominibus, nisi quod ipse facit, naturam amat in dæmonibus & peccatoribus, gratiã in iustis, sed peccator non habet gratiam, ergo non diligitur à Deo quantum ad ordinẽ gratiæ. ¶ De hac quæstione disputat D. Tho. duobus in locis, & vt verũ fatear, non tam apertè respõdet ad eam sicut solet. Primus locus est in 1. p. q. 20. artic. 4. in quinto argumento, vbi sic argumentatur D. Tho. melior est iustus præscitus quam peccator prædestinatus: sed Deus plus diligit peccatorem prædestinatum, quia vult ei maius bonũ, scilicet vitam æternam, ergo Deus nõ semper magis diligit meliora. Ad hoc argumentũ respondet D. Tho. in hunc modũ, quod cum voluntas Dei sit causa bonitatis in rebus, secũ dum illud tempus pensanda est bonitas eius, qui amatur à Deo, secundum quod dandũ est ei ex bonitate diuina aliquod bonum. Secun dum ergo illud tẽpus, quo prædestinato pec catori dandum est ex diuina voluntate maius bonum, melior est, licet secundum aliquod aliud tempus sit peior. In qua solutione videtur D. Tho. statuere pro certo quod magis diligat Deus peccatorẽ prædestinatũ quam prę scitum iustum. Eandem quæstionẽ disputat vtrinq; in 3. d. 32. q. 1. ar. 5. & eam dissoluit hoc modo, Deus, inquit simpliciter loquendo maius bonum, vult peccatori prædestinato, quã iusto præscito, sed vt nũc, vult iusto præscito. Hæc autem determinatio, vt nunc, non cadit ex parte dilectionis, sed magis ex parte obiecti: quia dilectio Dei non variatur per tempora. Ab æterno enim isti prædestinato voluit maius bonum. Vnde simpliciter concedendũ est, quod magis diligit prædestinatum, quam præscitum. Et per hoc patet solutio ad obiecta in contrarium, quia procedunt, vt nunc. Certè subobscura est solutio D. Augu. tract. 110. in Ioannẽ, nonnulla dicit ad hanc quęstionem pertinentia. Dicit namque omnia diligit Deus quæ fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales, & eas amplius quæ sunt mẽbra vnigeniti sui, & multo magis ipsum vnigenitũ suũ, sed prę scitus iustus est mẽbrum viuũ vnigeniti filij Dei, peccator autem prędestinatus non est membrũ viuũ vnigeniti filij Dei, ergo ille magis diligitur. Ad idem pertinet quod in concilio Constantiensi sess. 15. dãnatur tanquã hæreticum dogma dicere, quod prędestinatus nunquam est membrũ diaboli. Vnde de fide est, quod prædestinatus peccator est membrum diaboli inimicus Dei, ergo pro tunc non diligitur à Deo neque est filius Dei. ¶ Vt ergo propositã quæstionem dissoluamus duo documẽta obseruare oportet. Primũ est, simpliciter concedendũ est Deũ magis diligere prædestinatũ quã prę scitum, vult enim illi maius bonũ. Secundũ documẽtum, pro tunc quando prædestinatus est in peccato mortali, & præscitus in charitate, magis diligitur prę scitus iustus quã prędestinatus pec cator; imò tũc secundũ doctrinã fidei nõ diligitur prædestinatus peccator sed odio habetur, ex quo consequens est nulla ratione esse concedendũ, quod tũc magis diligat prędestinatum quam præscitũ. Hæc documenta duo sunt certa, vt ego existimo secundum fidem Catholicam, quorum primum probant sufficienter argumenta in principio facta, secundum vero probant efficaciter argumẽta, quæ postremo loco sunt à nobis proposita.

D. August. Cõc. Cõstã. Decisio quęstionis.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christus, secundum quod homo, sit filius Dei adoptiuus.

139 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Christus, secundum quod homo, sit filius Dei adoptiuus. Dicit enim Hilar*. de Christo loquens, Potestatis dignitas non amittitur, dum carnis humanitas adoptatur. Ergo Christus, secundum quod homo, est filius adoptiuus. ¶ 2. Præterea, Augustᵘ*. dicit in libr. de Prædestinat. Sanctorum, quod ea gratia fit ab initio fidei homo quicunque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus. Sed alij homines sunt Christiani per gratiam adoptionis. Ergo & ille homo est Christus per adoptionem, & ita videtur esse filius adoptiuus. ¶ 3. Præterea, Christus secundum quod homo, est seruus. Sed dignius est esse filiũ adoptiuum, quàm seruum. Ergo multo magis Christus, secundum quod homo, est filius adoptiuus. ¶ Sed contra est, quod Ambr*. dicit in libr. de Incar. Adoptiuum filiũ, non dicimus filiũ esse natura, sed eum dicimus natura esse filiũ, qui verus est filius. Christus autẽ est verus & naturalis Dei filius, secundũ illud 1. Ioã. vlt. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Ergo Christus secundum quod homo, non est filius adoptiuus.

¶ Respondeo dicendum, quòd filiatio propriè conuenit hypostasi, vel personæ, non autem naturæ: vnde & in Prima parte dictum est*, quòd filiatio est proprietas personalis. In Christo autem non est alia persona vel hypostasis, quàm increata, cui conuenit esse filium per naturam. Dictum est autem suprà* quòd filiatio adoptionis est participata similitudo filiationis naturalis. Non autem recipitur, aliquid dici participatiuè, quod per se dicitur. Et ideo Christus qui est filius Dei naturalis, nullo modo potest dici filius adoptiuus. Secundum autem illos, qui ponunt in Christo duas personas, vel duas hypostases, seu duo suppositа, nihil rationabiliter prohiberet Christum hominem dici filium adoptiuum.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd sicut filiatio non propriè conuenit naturæ, ita nec adoptio. Et ideo cùm dicitur quòd carnis humanitas adoptatur, impropria est locutio. Et accipitur ibi adoptatio pro vnione humanæ naturæ ad personam filij. ¶ Ad secundum dicendum, quòd similitudo illa Aug. est intelligenda, quantum ad principium: quia scilicet sicut sine meritis quilibet homo habet, vt sit Christianus, ita iste homo sine meritis habuit, vt esset Christus. Est tamen differentia, quantùm ad terminum: quia scilicet Christus per gratiam vnionis est filius naturalis, alius autem per gratiam habitualem est filius adoptiuus. Gratia autem habitualis in Christo non facit de non filio filium adoptiuum, sed est quidam effectus filiationis naturalis in anima Christi, secundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius quasi Vnigeniti à patre, plenũ gratiæ & veritatis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd esse creaturam & etiam seruitus vel subiectio ad Deum, nõ solùm respicit personam, sed etiam naturam: quod non potest dici de filiatione. Et ideo non est similis ratio.

Infr. q. 32. art. 3. q. 43. ar. 1. cor. & 3. di. 10. q. 2. ar. 2. q. 3. & 4. contra ca. 4. & veri. q. 29. ar. 1. ad 1.

*lib. 2. de Tri. à med. * c. 15. ante mediũ to. 7

In li. de Incar. domin. sacr. c. 8. in fin. to. 2.

P. p. q. 33. ar. 2. & 3.

Ar. præced. in corp. & locis ibi citatis.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est negatiua. Et probatur primo ex Diuo Ambrosio libro de incarnatione Domini, in loco citato à D. Tho. Deinde, Christus Dominus est verus, & naturalis filius Dei, & filiatio personæ conuenit non naturæ, filiatio autem adoptiua est quædam participatio filiationis naturalis. Quare nullo modo potest dici de Christo.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVod Christus Dominus non sit filius adoptiuus, sed naturalis filius Dei, est dogma certum secundum fidem, id quod asserunt sanctæ scripturæ, definitiones conciliorũ, traditiones Apostolicę, decreta patrũ, cõsensus Ecclesiæ, & symbolũ fidei nostræ in quo cõfitemur, credo in Iesum Christũ filiũ eius vnicũ, qui cõceptus est de Spiritu sancto, &c. in

Magister. in huius rei confirmationem adducit Magister in 3. distinctione. 10. varia sanctorum patrum testimonia, quæ non est necesse in præsentia referre. Est enim veritas fidei clarissima, de qua nulla est neque esse potest apud Theologos dubitatio. Sed vtrùm dici possit quod saltem secundum quod homo sit filius adoptiuus, difficultate non caret. Et quamuis etiam hoc modo negent scholastici omnes cum Magistro in distinctione præallegata, vnus tamen Durandus in 3. distinctione. 4. quæstio. 1. concedit, quod Christus in quantum homo sit filius Dei adoptiuus, contra quem in præsentia statui non dimicare, nam huius rei inuestigatio, in sequenti quæstione commodiori in loco instituetur. Nam constituto, quod Christus secundum quod homo est filius Dei naturalis, demonstrabitur euidenter non esse filium Dei adoptiuum. Interim tamen ne decipiatur Theologus existimans opinionem Durandi esse probabilem, libet in medium producere probationes efficaces, quibus conclusio Diui Thomæ confirmatur efficaciter: & sententia Durandi conuellitur & destruitur. Prima ratio sumitur ex ratione adoptionis, quam insinuat Diuus Thomas in solutione secundi. Adoptio enim ex omnium consensu, tam diuina, quam humana debet ex gratia adoptantis conuenire adoptato, ita vt ius illud percipiendi hæreditatem non sit aliunde debitum, quia vndecunque debitum sit, repugnat ex iure adoptionis conuenire, adoptio siquidem ex mera gratia procedit, sed gratia Christi habitualis sicut & gloria non est data Christo mere gratis, sed illi fuit debita ex vnione hypostatica, & ex vi natiuitatis suæ, vt patet Lucæ. 1. Quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei, vbi sancti patres hanc differentiam agnoscũt inter sanctitatem Christi & aliorum, quod scilicet Christo sanctitas conueniat ex vi natiuitatis, quia ex vi illius nascitur Deus homo. Certè nihil aliud significare videtur Apostolus Ioannes cum dixit Ioan. 1. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis. Vnde gratia habitualis in Christo non facit de non filio filium adoptiuum, sed est quidam effectus filiationis naturalis in anima Christi, itaque gratia habitualis sola sit in anima, facit filium adoptiuum, verumtamen quando est coniuncta vnioni hypostaticæ non facit filiũ adoptiuũ, sed oritur naturali consecutione ex vnione hypostatica. Altera ratio sumitur ex parte filiationis, quam D. Thomas expresse ponit in articulo; quia scilicet, filiatio quæcunq; sit, tãtum habet pro subiecto suppositum, nullo autem modo naturam. Nam cum in cæteris accidentibus ita se habeant suppositum & natura, quod quando natura est ratio quare cõueniant supposito, ipsa est immediatum subiectum inhæsionis, suppositum vero mediatũ, quamuis denominationis sit immediatum, vt homo dicitur albus ratione albedinis, quę immediate inhæret quantitati, quæ est in natura humana, & homo dicitur Theologus, ratione Theologiæ, quæ inhęret animę & intellectui; cæterum quando accidens conuenit naturæ ratione suppositi, suppositum est immediatũ subiectum inhęsionis ac denominationis, sed filiatio ab his omnibus differt. Nam propriè non conuenit supposito ratione naturæ, nec naturæ ratione suppositi sed tantum conuenit supposito ratione sui, id enim quod formaliter inhæret alicui aliquam semper illi denominationem tribuit, filiatio vero nullam naturæ tribuit denominationem, quia neque filius, neque filia dici potest, sed tantum suppositum, solum enim suppositum dicitur filius aut filia. Hoc ergo documento constituto, quod S. Thom. latius probat infra q. 35. art. 5. sequitur apertè, quod filiatio adoptiua nullo modo potest esse in natura humana Christi. Quę probatio vt melius intelligatur, sciendum est, quod hæc propositio, Christus in quantum homo est filius adoptiuus, habet istũ sensum, Christus vt subsistit in natura humana est filius adoptiuus, & hic sensus falsus est. Nam Christus subsistens in natura humana, est verus filius Dei naturalis. Quod si dicat Theologus, volo quod illa dictio, in quãtum, reduplicet, & designet naturam non suppositum; tunc certè illa locutio verum diceret, hoc est argumentum Durandi deceptorium, qua in re perdidit omnes vires suas, nam si illa dictio in quantum, reduplicet naturãm humanam, tunc illa locutio falsum diceret, nã natura humana, neq; est filia naturalis, neq; adoptiua, filiatio enim, vt dictum est, tantum conuenit supposito. Et vt tandem rem concludamus contra Durandum in cõcilio Francofordiensi, quod est autenticum & irrefragibile concilium, cuius meminit Palude in 3. d. 4. q. 3. condemnatus est quidam Archiepiscopus Toletanus, ex eo quod dixerit Christum secundũ quod homo esse filiũ adoptiuũ, & cõdẽnatio fuit approbata autoritate Adriani primi. Nõ ergo licet sententiam Durandi in hac parte sequi, neq; vt probabilem sustinere. Sed de hac re diligentius & accuratius in quæst. sequẽti.

Dubium Vtrũ Christus secundũ quod homo sit filius adoptiuus. Durandus.

Solutio.

Luc. 1.

Ioan. 1.

QVAESTIO XXIIII.

De prædestinatione Christi, in quatuor articulos diuisa.

Deinde

DEinde considerandum est de prędestinatione Christi ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm Christus sit prædestinatus. ¶ Secundò, vtrùm sit prædestinatus, secundum quòd homo. ¶ Tertiò, vtrùm eius prædestinatio sit exemplar nostrę prędestinationis. ¶ Quartò vtrũ sit causa prædestinationis nostræ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christo conueniat prædestinatum esse.

140 1. dist. 40. q. 2. cor. fin & 2 d 5. & 3. di. 7. q. 3. ar. 2. q. 2. & q. 3. artic. 2. q. 3. & 4. cont. c. 9. ad 2. & Ro. 1. li. 3. col. 4.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christo non conueniat prædestinatum esse. Terminus enim prædestinationis videtur esse adoptio filiorum, secundum illud Ephes. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum. Sed Christo non conuenit esse filium adoptiuum: vt dictum est*. Ergo Christo non conuenit prædestinatum esse. ¶ 2. Præterea, In Christo duo est considerare, scilicet naturam humanam & personam. Sed non potest dici, quòd Christus sit prædestinatus ratione humanæ naturæ, quia hæc est falsa, humana natura est filius Dei: Similiter etiam neque ratione personæ, quia illa persona non habet ex gratia quòd sit filius Dei, sed ex natura, prædestinatio autem est eorum quæ sunt ex gratia: vt in Prima parte dictum est*. Ergo Christus non est prædestinatus filius Dei.

* q. præced. ar. 4.

1. p. q. 2. 3. ar. 5.

¶ 3. Præterea, Sicut illud quod est factum, non semper fuit: ita & illud quod est prædestinatum, eo quòd prædestinatio antecessionem quandam importat. Sed quia Christus semper fuit Deus & filius Dei, non propriè dicitur quod homo ille sit factus filius Dei. Ergo pari ratione non debet dici, quòd Christus sit prædestinatus filius Dei.

¶ Sed contra est, quòd Apostolus dicit Roman. primo de Christo loquens, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut patet ex his, quæ in prima* parte dicta sunt, prædestinatio propriè accepta, est quædam diuina præordinatio ab æterno, de his quæ per gratiam Dei sunt fienda in tempore. Est autem hoc in tempore factum per gratiã vnionis à Deo, vt homo esset Deus, & Deus esset homo. Nec potest dici, quòd Deus ab ęterno non pręordinauerit hoc se facturum in tempore: quia sequeretur, quòd diuinæ menti aliquid de nouo accideret. Et ideo oportet dicere, quòd ipsa vnio naturarum in persona Christi cadat sub æterna Dei prædestinatione: & ratione huius Christus dicitur esse prædestinatus.

P. p. q. 23. ar. 1. & 4.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd Apost. ibi loquitur de prædestinatione, qua nos prædestinamur vt simus filij adoptiui. Sicut autem Christus singulari modo præ alijs est Dei filius naturalis: ita quodam singulari modo est prædestinatus. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd sicut dicitur in Gloss. *Roma. 1. quidam dixerunt prędestinationem intelligendam esse de natura, non de persona: quia scilicet humanæ naturæ facta est hæc gratia, vt vniretur filio Dei in vnitate personę. Sed secundum hoc, locutio Apostoli est impropria, propter duo. Primò quidem ratione cõmuni. Nõ enim dicimus naturam alicuius prædestinari, sed ipsum suppositũ: quia prædestinari est dirigi in salutem, quod quidem est suppositi agentis propter beatudinis finem. Secundò ratione speciali: quia esse filium Dei, non conuenit humanæ naturę: est enim hæc falsa, Humana natura est filius Dei: nisi fortè quis velit sic exponere extorta expositione. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, id est, prædestinatum est, vt humana natura vniretur filio Dei in persona. Relinquitur ergo, quòd prædestinatio attribuatur personæ Christi: non quidem secundum se, vel secundũ quod subsistit in diuina natu-

Glo. ordin. super illud Qui prędestinatus est filius Dei.

ra, sed secundum quod subsistit in humana natura. Vnde cùm dixisset Apostolus. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, subiunxit. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, vt daret intelligere, quòd secundum hoc, quòd est factus ex semine Dauid secundum carnem est prædestinatus filius Dei in virtute. Quamuis enim sit naturale illi personæ secundum se consideratæ, quod sit filius Dei in virtute: non tamen est ei naturale secundum humanam naturam, secundum quam hoc sibi conuenit per gratiam vnionis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Origenes super Epist. ad Rom.* dicit hanc esse literam Apost. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, ita quòd non designetur aliqua antecessio: & sic nihil habet difficultatis. Alij verò antecessionem, quæ designatur in hoc participio prædestinatus, referunt, nõ ad id, quod est esse filiũ Dei, sed ad eius manifestationem: secundum illum consuetum modum loquendi in scripturis, quo res dicuntur fieri, quando innotescunt, vt sit sensus, quòd Christus prædestinatus est manifestari filius Dei. Sed sic non propriè prædestinatio accipitur: nam aliquis dicitur propriè prædestinari secundum quod dirigitur in finem beatitudinis. beatitudo autem Christi non dependet ex nostra cognitione. Et ideo melius dicendum est, quòd illa antecessio, quam importat hoc participium prædestinatus, non refertur ad personã secundum seipsam, sed ratione humanæ naturæ: quia scilicet persona illa etsi ab æterno fuerit filius Dei, hoc tamen non fuit semper, quòd subsistens in natura humana, fuerit filius Dei. Vnde Augustinus dicit in libro de prædestinatione Sanctorum*. Prædestinatus est Iesus, vt qui futurus erat secundum carnem filius Dauid, esset tamen in virtute filius Dei. Et est considerandum, quòd licet hoc participium prædestinatus, importet antecessionem, sicut & hoc participium factus: aliter tamen & aliter. Nam fieri pertinet ad ipsam rẽ, secundum quod in se est: prædestinari autem pertinet ad aliquem, secundum quod est in apprehensione alicuius præordinantis. Id autem quod subest alicui formæ & naturæ secũdum rem, potest apprehendi, vel prout est sub forma illa, vel etiam absolutè. Et quia absolutè non conuenit personę Christi, quòd inceperit esse filius Dei, cõuenit autem ei, secundum quod intelligitur vel apprehenditur vt in natura humanà existens (quia scilicet hoc aliquando incepit esse, quòd in natura humana existens esset filius Dei) ideo magis est hæc vera, Christus est prædestinatus filius Dei, quàm ista, Christus est factus filius Dei.

Ad Rom. 1. super illud verbũ Pauli to. 3.

Cap. 15. à med. to. 7.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmans. Nam Apost. dicit Roma. 1. de Christo loquens, qui prędestinatus est filius Dei in virtute. Et certè prędestinatio propriè est diuina prędordinatio ab æterno eorum, quę per gratiam sunt facienda in tempore. Sed Deum esse hominem, & ècõuerso est quoddã factũ in tẽpore per gratiã vnionis, & præordinatum à Deo ab æterno, alioquin aliquid noui aduenire diuinæ mẽti. Vnde dicere oportet, quòd ipsa vnio naturarum in persona Christi cadat sub ęterna prędestinatione Dei. Et sic Christus dicitur esse prædestinatus.

Conclusio Rom. 1.

EXPOSITIO ARTICVLI.

PRo expositione huius articuli, quæ magnas de se mouet quæstiones, in primis statuendum est pro certo, quod ab æterno Deus decreuerit, vt Christus per vnionẽ duarũ naturarũ, diuinę scilicet & humanæ esset filius Dei naturalis. Hoc ita esse demonstratur euidẽter ex diuina Theologia. Nam id quod accidit in tempore, Deus ab æterno præordinauit, at hæc admirabilis vnio, & admirabile sacramẽtum in tempore factum est per Dei gratiam, ergo ab æterno fuit prægnitum & præordinatum à Deo. De qua re sunt euidentes scripturæ. Nam primæ ad Corinth. capitu. 2. sic dicit Paulus. Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam vero non huius ęculi nec principũ huius sæculi, qui destruũtur, sed loquimur Dei sapientiã in mysterio, quæ abscondita est, quam præordinauit Deus ante sæcula in gloriam nostram. Loquitur plã-

1. Cor. 2.

nè

nè de ſapientia incarnata. Sed euidentius ad
Epheſ.3. Epheſios capitulo. 3. ſcribit. Sacramentum hoc diſpenſatum in tempore abſconditum ta
men à ſæculis in Deo. Et primæ Petri capitu-
1.Pet.1. lo. 1. ſic dicit Apoſtolus. Chriſtum agnum immaculatum præcognitum ante mundi conſtitutionem manifeſtatum autem nouiſsi mis temporibus. Secundo obſeruandum
D. Auguſt. eſt ex Diuo Auguſtino, libro de prædeſtinatione Sanctorũ c.15. quòd præclariſsimum lu men prædeſtinationis & gratiæ, ipſe Saluator eſt, ipſe mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Ille enim homo, vt à verbo patri coæterno in vnitatem perſonæ aſſumptus filius Dei vnigenitus eſſet, vnde hoc meruit? quod eius bonum qualecunque præceſsit vt ad hanc ineffabilem excellentiam peruueniret? Et infrà. Ipſa eſt ergo prædeſtinatio Sanctorum, quæ in ſanctoſanctorum maximè claruit, quam negare quis poteſt rectè intelligentium eloquia veritatis? Nam & ipſum Dominum gloriæ in quantum homo factus eſt Dei filius, prædeſtinatum eſſe didicimus. Clamat doctor gentium in capite epiſtolarum ſuarum, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute. Hæc Diuus Auguſtinus illic, & plura libro de bono perſeuerantiæ capit. vltimo, & tractat. 105. ſuper Ioannem. Illud etiam conſiderandum eſt ex Diuo Dio-
D. Diony. nyſio cap. 5. de diuinis nominibus, paulò ante finem, quod hoc vocabulum prædeſtinatio peculiare eſt diuinæ Theologiæ, quo nomine ipſe ſacram ſcripturam intelligit. Quare huius vocabuli ſignificatio non niſi ex Theologia petenda eſt. In qua autem ſignificatione ea voce vtatur ſcriptura, cum dicit Chriſtum eſſe prædeſtinatum filium Dei in virtute, explicare difficillimum eſt. In cuius rei gratiam quinque oportet explicare. Primum, de proprietate huius locutionis, Chriſtus eſt prædeſtinatus filius Dei. Deinde, ſitne ſingularis modus, & ſingularis ratio prædeſtinationis Chriſti. Præterea, vtrùm Chriſtus in quantum homo fuerit prędeſtinatus in filium Dei adoptiuum, an naturalem. Proximo loco, vtrùm fuerit prædeſtinatus ex meritis præuiſis. Poſtremo, vtrùm fuerit prædeſtinatus pręuiſo peccato. ¶ Vt ergo prima quæſtio exponatur arguitur ad probandum, quod hæc locutio; Chriſtus eſt prædeſtinatus filius Dei, ſit impropria & falſa. In primis, prædeſtinatio eſt præordinatio mere gratuita, & eſt eorum, quæ fiunt ex fauore & gratia diuina, at Chriſtus nõ eſt filius Dei ex fauore & gratia diuina, ſed per naturam, vt oſtendit Diuus Paulus ad Hebræos primo. Et ratio euidens demonſtrat. Nam alioquin ſi ſecundum gratiam eſſet filius, non eſſet filius Dei naturalis, ergo Chriſtus non eſt prædeſtinatus filius Dei.

Expẽditur quo in ſenſu Chriſtus dicatur præ deſtinatus filius Dei.

Prim. argu.

¶ Deinde, ſi prædeſtinatus eſt filius Dei, ergo factus eſt filius Dei, ſed falſum eſt, quod ſit factus filius Dei, ergo & quod ſit prædeſtinatus filius Dei. Conſequentia argumenti inde probatur. Nam prædeſtinatio eſt eorum, quæ fiunt in tempore per Dei gratiam. Sed minor probatur. Nam vt conſtat ex dictis, ſuprà quæſtione. 16. Hæc propoſitio eſt vera, Deus eſt factus homo, hæc vero falſa, homo eſt factus Deus. Secundum.

¶ Tertiò, id quod conuenit alicui, & non ſequitur ipſum natura, vel tempore, non conuenit ei per prædeſtinationem, at eſſe filium Dei, non ſequitur Chriſtum natura vel tempore, vt de ſe manifeſtum eſt, ergo non conuenit Chriſto eſſe filium Dei per prædeſtinationis beneficium. Maior argumenti ſic probatur. Quoniam prædeſtinatio eſt ad gratuitum aliquod, gratia autem præſupponit naturam. ¶ Prætereà, magis propria & veriſimilis videtur hæc locutio, filius Dei eſt prædeſtinatus homo, quam hæc homo eſt prædeſtinatus filius Dei, ſed illa prior eſt impropria, & in rigore locutionis dicit falſum, ergo etiam poſterior. Minor propoſitio ſic oſtenditur. Nam id, quod propria virtute conuenit alicui, non conuenit ex prædeſtinatione. Prædeſtinatio namque (vt conſtat inter omnes) eſt gratuita Dei ordinatio ad conferendum gratuitum beneficium. Sed filius Dei ex propria virtute ſibi copulauit naturã humanam, & homo factus eſt, ergo nõ habet quòd ſit homo ex prędeſtinationis beneficio. Non certè magis quam cæteri homines, qui vniuocè & ſecundum eandem rationem homines appellantur. ¶ Ad hæc, hæc argumentatio eſt neceſſaria. Chriſtus eſt filius Dei, & Chriſtus eſt prædeſtinatus filius Dei, ergo filius Dei eſt prædeſtinatus filius Dei; ſed hæc eſt hæretica, filius Dei eſt prędeſtinatus vt ſit filius Dei, ergo hæc locutio Chriſtus eſt prædeſtinatus, vt ſit filius Dei, non habet Catholicũ ſenſum. Explicatur hoc euidentius. Nã cũ dicitur, quod Chriſtus ſit prædeſtinatus, prædicatũ illud, prędeſtinatus, dicitur de perſona nõ de natura humana, at perſona eſt ipſemet filius Dei per naturã, ergo ſi hæc perſona fuit prędeſtinata, filius Dei fuit prędeſtinatus. Hoc idẽ cõfirmatur. Nã prædeſtinare eſt præordinare aliquid in ſuum finem, ſed ordinare eſt munus ſuperioris ordinantis ſibi ſubiecta, vt Rex ordinat regni ſui adminiſtrationẽ, igitur quod prędeſtinatur & prędordinatur, à ſuperiori prædeſtinatur & prędordinatur, ſed Chriſ nõ habet

Tertium.

Quartum.

Quintum.

habet superiorem: siquidem est verus Deus patri omnino æqualis. Quod si dixeris à se prędestinari impropriè esse locutionē liquido
Vltimum. constat. ¶ Postremo sic argumentor. Si Christus ex gratia prædestinationis habet vt sit filius vnigenitus Dei, ergo Christus non satisfacit de toto rigore iustitiæ, pro delictis generis humani. Consequentia inde probatur. Nam vniuersa satisfactio, quæ innititur gratiæ, non est de toto rigore iustitiæ (vt planè constat) sed si Christus est prædestinatus in filium Dei, iam eius satisfactio innititur prædestinationi, & prædestinatio est gratia, ergo eius satisfactio non est de toto rigore iustitiæ. ¶ Pro expositione huius quæstionis sciendum est, quòd doctores scholastici mouent propositam quæ-
Rom.1. stionem obseruantes verba Pauli ad Rom. 1. quæ certè difficilia sunt ad intelligendum. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, &c. Illud tamen interim obseruet Theologus quod secundū rē nulla est controuersia inter Catholicos de prædestinatione Christi ad filiationem Dei per gratiam vnionis naturę humanæ ad filium Dei. Omnes enim Catholica fide profitemur ab æterno fuisse à Deo prædestinatum, quod vnio duarum naturarum fieret in tempore in filio Dei, ratione cuius & filius Dei esset homo, & homo esset filius Dei. Hæc enim est Catholica & irrefragabilis veritas, quam demonstrauimus ex diuinis scripturis in principio huius artic. Vnde quæstio proposita solū est de verificatione sermonis
D. Thom. D. Pauli Apostoli, propriè vel impropriè. D. Thom. statuens pro certo locutionem Pauli esse propriam, conatur demonstrare illam esse veram de persona Christi, & non de natura humana. Qua in re, inquit Caietanus, difficilem suscepisse prouinciam. Nos autem fatemur duram, & difficilem esse prouinciam, sed lubenter eam suscipimus pro D. Thom. pro D. Paulo, pro amplificanda Christi dignitate.
Explicatur propositæ dubitationis difficultas. Vt autem istius prouinciæ difficultatem explicemus & eam facilè expediamus animaduertendum est, tria esse capita huius difficultatis. Primum caput est locus ille D. Pauli suprà commemoratus. Nam in eius lectione & expositione variant in infinitum doctores Ecclesiæ. Secundum est ex re, quæ prædestinatur. Nam quidam vt Scotus, Durandus, Gabriel, Alexander Alensis referunt prædestinationem Christi ad naturam humanam, & dicunt illam locutionem, Christus est prædestinatus filius Dei, esse impropriam, & explicandam in hoc sensu, id est, prædestinatū est, vt humana natura vniretur filio Dei in persona.
Scotus. Durand. Gabr. Alexan. Alens. Tertium caput est ex termino ad quem refertur Christi prædestinatio. Quidam enim referunt prædestinationem Christi non ad esse personale filij Dei, sed ad eius manifestationem, ita vt sit sensus, Christum esse prædestinatum non simpliciter, sed vt ostēderetur & declararetur filius Dei ex miraculorum potentia, ex spiritu sanctificationis, ex mortuorum exsuscitatione. Propter, quod prædicti autores dicunt locutionem illam Pauli esse impropriam, & exponendam ad modum prędictum. Vt vero prædictæ difficultates expli
1. Cōclusio De vera lectione D. Pauli in illo verbo. Rom. 1. Qui prædestinatus est filius Dei. Origen. centur est prima conclusio. ¶ Vera & legitima lectio huius loci Diui Pauli ad Roman. 1. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, &c. est quam habet editio vulgata. Pro huius conclusionis expositione sciendum est, quod hic locus D. Pauli habet tres lectiones. Prima est Origenis, qui sic legendum existimat, qui destinatus est filius Dei in virtute. Distinguit enim inter destinare, & prædestinare. Etenim destinatur ille, qui est, prædestinatur vero ille, qui nondum est, sicut de his quibus dixit Apostolus quos præsciuit illos & prædestinauit, præsciri ergo & prædestinari possunt illi, qui nōdum sunt, ille autem qui est & semper fuit, nō prædestinatur, sed destinatur. Quam obrem Origenes impium existimat affirmare Christum esse prædestinatum, fouereque hanc affirmationem Arrianam perfidiā, quæ docebat Christum esse creaturam, & nō coæternum esse Deo. Secunda lectio est Chrysost. & aliorum Græcorum, qui non legūt prędestinatus, sed definitus, siue declaratus, siue manifestatus est filius Dei in virtute secundū spiritum sanctificationis. Sic legunt Chryso. Cyrillus, Eusebius, Euthymius, Tertullianus, Caietanus, Pagninus, Erasmusq; dicit hanc lectionem esse sequendam, & anteferendā omnibus. In ea namque nullus manet scrupulus. Hoc enim loco volebat demonstrare Paulus Christum declaratum à Deo esse filium Dei & verum Deum ex virtute, hoc est, ex potestate faciendi miracula. Rursus ex missione Sancti spiritus. Ad hæc ex resurrectione à mortuis, quia Christus semetipsum excitauit à mortuis. Tertia lectio est, qui prędestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Domini nostri Iesu Christi. Hæc lectio est autentica & omnibus prędferenda, quod sic ostēdo. In primis, editio vulgata Latina sic habet, & legit, ergo sic legendum: siquidem editio vulgata ex decreto concilij Tridentini, Sessione quarta, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus pro autentica habenda est, & nullo prætextu reijcienda.
D. Chryso. Cyrillus. Eusebius. Euthym. Tertul. Caietan. Pagninus. Erasmus.
Editionis vulgatę autoritas irrefragabilis. Cōci. Trid. Deinde, hęc lectio est grauissimorum patrum

D. Am-

D. Ambro. D. Auguſt. D. Ambroſius legit ibidem, vt noſtra vulgata habet. D. Auguſtinus eandem amplectitur lectionem in multis locis, in principio huius articuli commemoratis.

Irenæus. Irenæus ita legit libro 3. aduerſus hæreſes capi. 18. & 32. Et concilium vndecimum Toletanum. Cuius rei eſt alterum argumentum exploratæ efficaciæ. Nam dictum eſt ſuprà, quod hoc nomen Latinum, prædeſtinatio, cui correſpondet vox Græca, orizin, qua hoc in loco vtitur Diuus Paulus, eſt peculiare nomen diuinæ Theologiæ.

Quid ſignificet hoc nomẽ prædeſtinatio in diuinis eloquijs. Quare eius ſignificatio non niſi à Theologia petenda eſt, ſed nunquam inuenitur in ſacra ſcriptura, & ſacra Theologia, quòd ſignificet definitionem, manifeſtationem, aut declarationem, ſed ſemper reperitur in alia ſignificatione, quam noſter reddit interpres, quæ eſt præordinare, decernere, prædeſtinare. Loca in promptu ſunt

Act. 4. Actorum 4. Facere quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri.

1. Cor. 2. Et prioris ad Corinth. capit. 2. loquimur ſapientiam Dei in myſterio, quam prædeſtinauit ante ſæcula in gloriam noſtram.

Rom. 8. Ad Romanos. 8. quos præſciuit & prædeſtinauit.

Epheſ. 1. Ad Epheſios. 1. prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum. Ex his patet, quomodo prædeſtinatio in ſancta ſcriptura non eſt accipienda pro manifeſtatione aut declaratione, ſed pro præordinatione, determinatione, & decreto diuinæ diſpoſitionis ſicut noſter interpres reddidit.

2. cõcluſio. ¶ Secunda concluſio. Verus ſenſus huius ſcripturæ eſt, quem hic tradidit Diuus Thomas. Certè hæc ſcriptura multas habet explicationes. Prima explicatio eſt Origenis clara, quòd illud participium prædeſtinatus teneatur ex parte ſubiecti, vt dicat, qui prædeſtinatus eſt filius Dei. Vbi duo concedit de Chriſto, quòd ſit prædeſtinatus, & quòd eſt filius Dei, quorum vtrumque ſine dubio eſt certum.

De vero ſenſu in quo Chriſtus dicitur prædeſtinatus in filiũ Dei. Origenis expoſitio. Quoniam ille homo prædeſtinatus erat ad vitam æternam. Et quod eſſet filius Dei etiam eſt clarum, & ſic nulla eſt difficultas. Secunda explicatio eſt, quòd illud quod videtur poni à parte prædicati coniungatur ad ſubiectum, vt ſit ſenſus, qui filius Dei prædeſtinatus eſt, vt eſſet homo.

Auguſt. Hieron. Titelman. Quæ explicatio eſt Diui Auguſtini, & Diui Hieronymi, & Titelmani in commentario ſuper iſtum locum. Tertia explicatio eſt Græcorum, qui oſtenſus & declaratus eſt filius Dei ex virtute miraculorum. Quarta eſt Ambroſij & Theodoreti, Chriſtum prædeſtinatum eſſe non ſimpliciter, ſed vt oſtenderetur filius Dei ex miraculorum potentia. Quinta explicatio eſt Caietani, Chriſtum prædeſtinatum eſſe filium Dei non abſolutè, ſed in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis, id eſt, vt faceret quã plurima miracula, & vt eſſet noſter ſanctificator & redẽptor.

Sexta explicatio. Alia explicatio eſt, quæ refert prædeſtinationem ad vnionem ipſam perſonalem & filiationem ipſam abſolutè. Itaque terminus prædeſtinationis ſit diuinum eſſe perſonale filij Dei, verum ſubiectum prædeſtinationis ſit natura humana, quæ prædeſtinata eſt, vt filio Dei vniretur in vnitate perſonæ non tamen ipſa perſona Chriſti eſt prædeſtinata, vt ſit filius Dei.

Haymonis. Scoti. Durand. Hæc explicatio eſt Haymonis ſuper iſtum locum, & Scoti, & Durandi in 3. diſtinctione. 7. quæſtione. 3.

Vltima expoſitio D. Thom. Vltima explicatio eſt D. Thom. quod reuera Chriſtus eſt prædeſtinatus, vt eſſet filius Dei, & ad hoc eſt prædeſtinatus, vt ſit filius Dei, non ſecundum ſe, nec ratione diuinæ perſonæ, ſed ratione humanæ naturæ, quatenus perſona diuina ſubſiſtit ex tempore in humana natura. Itaque ex prædeſtinatione habet hic homo, qui eſt Chriſtus, vt ſit filius Dei.

D. Auguſt. Tertullia. Gloſſa interl. Lyranus. Magiſter. Hæc eſt expoſitio D. Auguſtin. in locis in principio huius articuli commemoratis. Tertulliani libro aduerſus Praxeam paulò ante finẽ. Eſt etiam gloſſæ interlinearis, Lyrani, & Magiſtri in 3. diſtinctione 10. Conſonant autem huic expoſitioni verba, quæ ſequuntur apud Paulum, in virtute, &c. id eſt, non per adoptionem ſicut alij filij, ſed in poteſtate & maieſtate, quæ decebat vnigenitum Dei filium naturalem ſecundum ſpiritum ſanctificationis, iuxta illud Ioannis. 1. Verbum caro factum eſt, & vidimus gloriam eius, gloriam, quaſi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis.

Ioan. 1.

3. Cõcluſio ¶ Tertia propoſitio. Hæc propoſitio, Chriſtus eſt prædeſtinatus filius Dei, ſecundum proprietatem ſermonis eſt vera. Nam vetus Latina editio tanquam autentica & irrefragabilis amplectenda eſt. Sed hæc docet, quod eſt prædeſtinatus filius Dei, ergo in proprietate ſermonis ſic aſſerendum eſt, neque violentis & extortis expoſitionibus aliò referendum.

Auguſt. Rurſus Diuus Auguſtinus in locis cõmemoratis & doctiſsimi autores Latini ſuperius citati referunt hanc prædeſtinationem ad filium Dei abſolutè. Itaque beneficium maximum inter omnia beneficia fuit, quòd Chriſtus in quantum homo ſit filius Dei.

Prætereà, ſignificatio huius vocis, prædeſtinatio, eſt petenda (vt antea dictum eſt) ex ſacra ſcriptura. Eſt enim peculiare nomen diuinæ Theologiæ, ſed in ſancta ſcriptura ſemper reperitur hæc vox pro præordinatione, quam Deus fecit ab æterno (vt ſuprà demonſtratum eſt) ergo cum Diuus Paulus dicit, quòd Chriſtus eſt prędeſtinatus filius Dei

ſenſ

sensus verus & proprius est, quod sit præordinatus ab æterno filius Dei. ¶ Ad hæc, hæc veritas Christus est filius Dei naturalis, est quidã effectus gratuitus, qui in tẽpore factus est per Dei gratiam. Vnde dicit Paulus, quando venit plenitudo temporis misit Deus filiũ suum factum ex muliere, &c. ergo Christus est prædestinatus filius Dei. Prædestinatio nanque propriè est diuina ab æterno præordinatio eorum, quæ in tempore fiunt per Dei gratiam. Amplius, prædestinatio est præparatio beneficiorum Dei, quæ in tempore sunt facienda, sed maximum beneficium est vnio hypostatica, ergo vnio hypostatica necessum est vt cadat sub æterna prædestinatione, & sic Christus est prædestinatus. Vltimo sic argumẽtor ex dialectica. Regula est & quidem certissima, quod verba significantia actum animæ interiorem appellant significatum formale supra formale significatum termini, cui adiunguntur etiam si collocentur à parte diuersorum extremorum, at participium prædestinatus, significat actum interiorem, per quem præordinatur aliquid faciendũ in tempore, ergo in hac locutione, Christus est prædestinatus, prædestinatio denotatur cõuenire personæ Christi ratione naturæ humanæ, quę significatur formaliter per subiectum Christus. ¶ Quarta conclusio. Hæc propositio humana natura est prædestinata, impropria est. Hæc conclusio est D. Tho. in hoc articulo ad secundum, quæ sic demonstratur. Prædestinatio aut est ad visionem beatificã, aut certè ad vnionem hypostaticam. Sed vtraque istarum tantum est suppositi aut personæ: siquidem prædestinatio ad visionem beatificam est tantum suppositi operantis propter beatitudinis finem, prædestinatio vero ad vnionem hypostaticam est prædestinatio ad filiationem diuinam, filiatio vero per se non conuenit naturę, sed personæ vel supposito, ergo natura propriè non prędestinatur. Deinde, omnis filiatio siue naturalis, siue adoptiua est tantum suppositi, at omnis prædestinatio est vel ad filiationem naturalẽ, vel certè adoptiuã, ergo nõ potest per se naturę humanę cõuenire. Nec valet argumẽtũ, Christus ratione naturæ humanæ est prædestinatus, ergo natura humana est prędestinata. Sicut non rectè sequitur; corpus est album ratione albedinis, ergo albedo est alba. Item nõ rectè sequitur, filius Dei est filius Virginis ratione naturæ humanæ, ergo natura humana est filius Virginis. Sed vt hæc conclusio melius intelligatur sciẽdum est, quod Scotus in tertio, loco prænotato licet confiteatur naturam humanam in nobis non per se prædestinari sed personam, at in Christo quia natura non est personata propria personalitate affirmat fuisse prædestinatam. Et sane videtur nõ esse negandum humanitatem Christi ab æterno ordinatam fuisse, vt vniretur verbo Dei in vnitate personæ, at hæc præordinatio prædestinatio est. ¶ Est etiam quidã nouitius Theologus qui affirmat prædestinationem ad beatitudinẽ, esse quidem personæ, sed q̃ prędestinatio ad vnionem hypostaticam non est personæ, sed naturæ, quæ assumpta est ad vnionem hypostaticam. Sed isti non intelligunt, quæ loquuntur. ¶ Expositio huius rei in his dictis consistit. Primum, rectè & verè potest dici, quod natura humana sit prædestinata. Patet, nam rectè & verè dicitur anima esse prædestinata, ergo etiã natura humana, quod etiam planè asserit Augustinus in locis citatis. D. Tho. in solutione ad 2. inuehitur in dicentes, quod humanitas est prædestinata & non Christus, cum tamen primo & per se Christus sit prædestinatus & humanitas secundario. Secundum dictum, sicut Petrus & eius anima eadem prædestinatione prædestinantur, ita Christus & sua humanitas, sed Christus primo & per se, humanitas secundario. Tertium dictum. Non videtur esse idem de prædestinatione in adoptionem filiorum, & de prædestinatione ad vnionem hypostaticam. Quoniam adoptio neque propriè, neq; impropriè conuenit humanitati. Quartum dictum. Quanquam humanitas est præordinata à Deo vt vniatur filio Dei in vnitate personę, non tamẽ est præordinata vt sit filius Dei. Et hoc est quod vehementer asserit D. Tho. in solutione secundi. ¶ Sed iam constituamus quintam conclusionem, quæ sic habet. Hæc locutio est propria filius Dei prædestinatus est vt sit homo, sed non tam propria quam hæc, homo prædestinatus est vt sit Deus. Hæc conclusio habetur apud D. Thom. in sequenti articulo in solutione tertij. Et probãtur sic pro prima parte. Nam hæc locutio reperitur apud sanctos Patres, apud D. August. & Hieronymum in locis prælegatis. Deinde, omnis effectus per gratiam Dei in tempore faciendus, est à Deo prædestinatus, sed factum est per Dei gratiam in tempore, vt Deus esset homo, ergo hoc ipsum comprehensum est sub æterna prædestinatione. Prętera, prędestinatio est præparatio beneficiorum Dei, sed eximium beneficium à Deo collatum est vt Deus fieret homo, ergo prædestinatum est, quòd Deus fieret homo. Secunda pars probatur. Nam cum dicitur, quod filius Dei est prædestinatus homo videtur in hoc sermone significari, quòd aliqua gratia sit facta filio Dei vt esset homo, sed cũ dicitur homo

Demonstratur quod Christus sit prædestinatus in filiũ Dei.

4. Concluſ. Natura humana impropriè dicitur prædestinata.

Scotus.

Nouitia quædã opinio.

An rectè & verè dicatur, quod natura humana sit prædestinata.

5. Concluſ.

D. Tho.

August. Hierony.

prædestinatus est vt esset filius Dei, significatur quòd gratia sit facta humanæ naturæ, quòd filio Dei vniretur. Certè ex eo, quòd Deus factus est homo non habuit aliquam gratiam & perfectionem de nouo, ex eo vero quòd homo sit Deus, homo habet eximiam gratiam & summam perfectionem. Sed antequam hinc discedamus sciendum est, quòd

Durandus. Marsilius.

Durandus in.3.dist.7. quæstione. 3. & Marsilius quæst.7.articulo.2.distinguunt, prædestinationem aliam esse simpliciter, aliam esse secundum quid. Prior respicit solum bona gratiæ, posterior vero bona alia. Quamobrem censent verè prædestinatum filium Dei vt esset homo secundum hanc prædestinationem secundum quid. Ego vero censeo simpliciter fuisse prædestinatum, vt esset homo. Nam (vt supra meminimus) excellentior est & multò sublimior vnio duarum naturarum hypostatica in Christo (nempè) qua homo est Deus & Deus est homo, quam beatitudo sanctorum, sed prædestinatio ad beatitudinem Sanctorũ est simpliciter prædestinatio, ergo multo magis prædestinatio ad vnionem hypostaticam. Etenim autore Augustin. 10. de Ciuitate

Augustin.

cap. 29. in rebus per tempus gestis nulla maior fuit gratia, quam quod homo sit Deus &

Ad argumẽta.

Deus homo. ¶ Sed iam tempus est vt argumentis propositis in principio satisfaciamus.

Ad primũ.

Ad primum dicendum est esse verisimum, quod prædestinatio est gratuita Dei præordinatio ex fauore & gratia diuina proueniens. Rursus dicendum est esse gratiam eximiam, & planè diuinam, quòd homo subsistens in humana natura sit filius Dei. Et vocatur gratia vnionis. Quãuis enim sit naturale illi personæ secundum se consideratæ, quod sit filius Dei, non tamen est ei naturale vt subsistit in humana natura, secundum quam hoc sibi

Documentum obseruandum ad intelligendũ quomodo Christus sit prædestinatus in filium Dei.

conuenit per gratiam vnionis. Quod vt melius intelligatur sciat Theologus, quod aliud est loqui de persona Iesu quare sit Deus, & aliud de homine Iesu quare sit Deus. Prima enim quæstio quærit de persona Iesu respectu diuinæ naturæ, & dicendum est, quod nõ ex dono, sed ex natura est Deus ex æterna generatione, & non ex prædestinatione. Secunda vero quæstio quærit de indiuiduo humanæ naturæ respectu diuinitatis, & dicendum est, quòd non ex natura, sed ex dono gratiæ vnionis personalis, & ex sanctificatione habet homo, quòd sit Deus. Hanc doctrinam tradidit Caietanus super Ioan. cap. 10. elucidans illud, quem pater sanctificauit, & misit in mundum. Pro cuius ampliori declaratione considerandum est esse certum secundum fidem, quod Christus secundum naturam est filius Dei, verum hæc propositio, ex natura Christus est filius Dei non videtur vera, sicut hæc vera est, Christus ab æterno fuit Deus, hæc vero falsa, ab æterno Christus fuit Deus. Nam in secunda significatur, quod ex natura sit, quòd Christus subsistens in natura humana sit Deus, & nõ ex beneficio prędestinationis, qui sensus falsus est. In prima vero significatur, quod persona Christi secundum naturam suam sit filius Dei, quod est verisimum. ¶ Ad secundum neganda est prima consequentia. Nam in antecedenti subiectum accipitur formaliter ratione naturæ humanæ, in consequenti vero accipitur materialiter. Itaque in antecedenti fit sensus, quod Christus subsistens in natura humana ratione naturæ humanæ est prædestinatus filius Dei, quod est omnino verum. In consequenti verò fit sensus, quòd suppositum Christi sit factum, & non sit æternum, quod est apertè falsum, sicut quòd Christus incepit esse. ¶ Sed si dicas, quare potius subiectum accipitur materialiter in hac propositione, Christus est factus filius Dei, quam in hac, Christus est prædestinatus filius Dei. Hanc rem explicat D. Tho. in solutione ad tertium, subobscuris verbis. Breuis & clarissima solutio hęc est, rationem discriminis in hoc consistere, quòd prædestinare significat aliquid secũdum quod est in apprehensione alicuius præordinantis, & (quod dicunt dialectici) significat actum animæ interiorem, & ideo applicat suum significatum formale ad significatum alterius termini cui adiungitur, & sic est in causa quòd subiectum accipiatur formaliter, prout explicatum est fusius in tertia conclusione. ¶ Ad tertium respõdetur primo, quod in prædestinatione ad esse accidentarium, prius saltem natura est subiectum, quam gratia aut gloria. Quoniam in genere saltem causæ materialis est prius subiectum saltem natura. At in prædestinatione ad esse substantiale, qualis est prædestinatio Christi ad esse personale filij Dei, non est necesse, quod subiectum ipsum habeat prius aliquo pacto esse; quoniã est prædestinatio ad esse ipsum substantiale. Sed sat fuerit, quod prius natura apprehendatur, vt possibilis in essendo, quam iam existens. Secundo respondetur, quòd in nulla prædestinatione necesse est quòd id, quod prædestinatur sit prius secundum esse absolutum, quam id ad quod prædestinatur, sed satis est quòd secundum eam rationem, secundum quam prædestinatur, præintelligatur prius, quam id ad quod prædestinatur. Sic autẽ fit in præsentia. Quoniam prius intelligitur vt existens vnio humanitatis cum filio Dei, quam intelligatur, quod

Ad secũdũ.

Christus est prædestinatus filius Dei, at non est factus filius Dei.

Ad tertiũ.

quod Christus sit Dei filius. Quod autem hoc sufficiat patet, quoniam filius Dei dum prædestinatur non consideratur absolutè, sed secundum humanam naturam, vt diximus.

Ad quartũ. ¶ Ad quartum iam dictum est abunde satis

Ad quintũ. in vltima conclusione. ¶ Ad quintum argumentum neganda est consequentia propter variationem appellationis. Nam in antecedenti fit sensus, quòd ratione naturæ humanæ est prædestinatus, in consequenti vero sensus est, quod ratione diuinæ naturæ fuerit prædestinatus. Et ideo non valet argumentum, sicut non rectè sequitur filius Dei factus est hic homo, & hic homo est Deus, ergo filius Dei factus est Deus. Etenim in conclusione fit sensus, quod sit factus ratione naturæ diuinæ. ¶ Ex hac solutione explicatur nodus, qui male habuit Durandum & Marsilium; nodus hic est. Quid est quod rectè & verè concedimus has propositiones, Deus est mortuus, Deus sepultus. Has enim

Obiectio obseruãda.

Conc. Eph. primum. verè concedit Concilium Ephesinum primum, licet fuerit mortuus & sepultus ratione naturæ humanæ, & non cõcedatur hæc Deus est prædestinatus: siquidem est prædestinatus ratione humanæ naturæ? Certè videtur esse eadem omnino ratio & similitudo. Vidi ego virum doctissimum hac argumentatione conuictum ad asserendum hanc esse concedendam Deus est prædestinatus. Affirmabat tamen non esse concedendum Deum esse prædestinatum vt esset filius Dei, quia hoc manifestam præsefert falsitatem. Nihil enim prædestinari potest ad suum proprium esse.

Solutio.

Non est cõcedendum Deum esse prædestinatum. ¶Sed reuera neque est concedendum Deum esse prædestinatum, neque Deum esse prædestinatum vt sit filius Dei propter appellationem, quam præsefert hoc verbum prædestino. Applicat enim suum significatum formale ad significatum formale termini, cui adiungitur, vt iam sæpe dictum est. Et quod hæc duo dicta ab isto autore asserta non sibi cohæreant sic demonstro. Nam si Deus est prædestinatus, vt hic autor concedit, & non est prædestinatus in filium Dei adoptiuum, vt aperte constat, ergo in filium naturalem, ergo si semel admittatur Deum esse prædestinatum, necessum est vt concedatur esse prædestinatum, vt sit filius Dei. ¶ Ad confirmationem respondetur, quod prædestinatio nõ potest conuenire Christo nisi ratione humanæ naturæ. Et ideo humanitatem ipse præordinauit sibi in vnitatem personæ adiungere, & ex hac præordinatione ipse Christus dicitur prædestinatus & præordinatus. Itaque vt dicatur Christus prædestinatus, non est opus, quod sit inferior, sed quod habeat naturam inferiorem. Vnde ipse idem ratione naturæ diuinæ est præordinans, & ratione naturæ humanę est prędordinatus & prędestinatus. ¶ Ad vltimum argumentum sunt duæ solutiones. Prior est, quòd satisfactio quæ innititur gratiæ, non est de rigore iustitiæ, si ipse qui satisfacit non etiam concedat gratiam ipsam, sed Christi satisfactio supponit gratiam vnionis, quam ipsemet filius facit non minus quam Pater & Spiritus sanctus, & ideo eius satisfactio est de toto rigore iustitiæ. Vel dicendum, quod vt Christus sit Deus & homo, necessaria est gratia prædestinationis, & gratia vnionis, sed supposito quòd erat Deus & homo iam erat filius Dei & infinitè gratus Deo, & infinitè potens, & sic eius satisfactio erat de toto rigore iustitiæ. Veluti si à Deo creatus sum, & satisfacio de rigore iustitiæ, gratia est me esse creatum & ex nihilo productum, at postquam creatus sum secundum iustitiam satisfacio. Hæc de prima dubitatione dixisse sufficiat. ¶ Subsequitur secunda dubitatio sit ne singularis ratio, & modus prædestinationis Christi? Et videtur, quod nõ. Nam definitio prædestinationis, quæ à sanctis Patribus & Doctoribus solet assignari, vniuocè & secundum eandem rationem cõuenit prædestinationi Christi & nostræ, ergo non est singularis ratio prædestinationis Christi. Antecedens probatur enumerando omnes definitiones prædestinationis. Vna est; præscientia, & præparatio beneficiorum Dei. Altera est, præparatio gratiæ & gloriæ. Tertia est, ordinatio ad vitam æternam per certa media, quæ omnes definitiones propriè conueniunt prædestinationi Christi & nostræ. Deinde, gratia & gloria in Christo & in nobis sunt eiusdem rationis differunt tamen penes modum habendi. Nam Christus habet ex proprijs, nos de plenitudine eius accepimus, vt ostendimus supra quæstione. 7. tractatu de gratia Christi, ergo prædestinatio Christi non est alterius rationis, maximè cum prædestinatio sit ad gratiã & ad gloriam. ¶ In oppositum est, quod dicit D. Thom. in solutione ad primum. Pro expositione sciendum est, quod prædestinatio potest accipi absolutè, vt dicendo Sanctus Petrus est prædestinatus, vel cùm aliqua determinatione. Prædestinatio primo modo est præordinatio alicuius in vitam æternam per certa media. Quando vero prædestinationi additur aliqua determinatio importat præordinationem ad illud, quod per determinationem denotatur, vt cum dicimus Petrum esse prædestinatum in principem Apostolorum. Hoc vno constitutò sunt qui dicant, quod Christus est prædestinatus

Ad vltimũ.

De singulari modo prędestinationis Christi discepta tio.

Primũ arg.

Definitiões prædestinationis.

D. Tho.

ſtinatus ad gloriam animæ principaliter ſicut alij ſancti. Hoc tenent Scotus & Durandus in 3. diſtin. 7. quæſtione. 3. Exiſtimant nanque Deum prius intendiſſe ab æterno gratiam & gloriam conferre ſummam humanitati Chriſti, & deinde illam vnire ſibi vnione hypoſtatica. Sed D. Thom. hic in ſolutione primi docet, quod ratio prædeſtinationis Chriſti Domini eſt ſingulariſsima, nimirũ quia præcipuè eſt prædeſtinatus vt eſſet filius Dei naturalis, reliqua vero omnia, quæ Chriſtus habet bona ex hoc beneficio ſunt conſequuta. Et quod ita ſit probatur in primis ex verbis Diui Pauli in ſuperiori dubitatione luculenter expoſitis. Tum deinde, nam prædeſtinatio eſt ordinatio ad gratuita bona, quæ ex tempore conceduntur per Dei gratiam, ſed inter omnia bona Chriſto conceſſa præcipuum eſt & potiſsimum, quòd ſit filius Dei naturalis, ergo ad id eſt prædeſtinatus potiſsimum. Præterea, prædeſtinatio ad gloriam eſt filiorum adoptiuorum, Chriſtus non eſt filius adoptiuus, ergo non præcipuè eſt prædeſtinatus ad animæ gloriam. Demum gratia & gloria, & omnia alia bona Chriſti conſequuntur ad vnionem hypoſtaticam tanquam propriæ paſsiones. Etenim quod anima Chriſti euecta fuerit ad gratiam ſummã, ſummamque gloriam, vtique cauſa fuit vnio hypoſtatica, quod apertè probatur ex illo Ioan. 1. Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis, ecce prædeſtinatum eſt à Deo, vt caro eſſet filius Dei. Et continuo ſubiungitur, & vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis. Itaque primariò prædeſtinatus eſt vt eſſet filius Dei, ſecundariò verò vt haberet gratiam & gloriam, quę decebat filium Dei vnigenitum, ergo prædeſtinatio primo & per ſe non terminatur ad hæc bona ſed ad vnionem hypoſtaticam. Hoc idem confirmatur. Homo ſiquidem non dicitur prædeſtinatus ad gloriam corporis, quia illa conſequitur ex vita beata, ergo Chriſtus præcipuè non eſt prædeſtinatus ad gratiam & gloriam, quia hęc ex vnione hypoſtatica ſequuntur. ¶ Ad argumenta in principio facta ſatisfaciendum eſt. Ad primum dicendum, quod Chriſtus prædeſtinatus eſt quidem ad gratuitum beneficium ſicuti & nos, ſed quoniam beneficium conceſſum Chriſto, quòd ſit filius Dei, exſuperat in infinitum beneficia alijs prædeſtinatis conceſſa, idcirco prædeſtinatio Chriſti & noſtra non ſunt eiuſdem rationis, conueniunt tamen in hoc, quod vtraque eſt ad gratuitum Dei beneficium. Sed quia vna eſt prædeſtinatio filij adoptiui, alia vero filij naturalis differunt, & non ſunt eiuſdem rationis, ſicut filiatio adoptiua, & filiatio naturalis inter ſe omnino diſcrepant, & diſcriminantur. ¶ Ad ſecundum concedo, quod gratia & gloria ſunt eiuſdem rationis in nobis, & in Chriſto, ſed quia Chriſtus non eſt primò prædeſtinatus ad gloriam, neque ad gratiam, argumentum propoſitum inualidũ eſſe deprehẽditur. ¶ Sed iam ſequitur tertia dubitatio, Vtrùm Chriſtus ſecundum quod homo ſit prędeſtinatus in filium Dei adoptiuum, an potius in filium Dei naturalem? Et certè videtur, quòd fuerit prædeſtinatus in filium adoptiuum. Nam Chriſtus ſecundum quod homo, eſt creatura, & minor patre, vt habet ſana doctrina, ergo ſecundum quod homo, eſt filius adoptiuus. Conſequentia inde probatur. Nam creatura rationalis non poteſt eſſe filius Dei naturalis, ſed tantum poteſt euehi ad filiationem adoptiuam. ¶ Deinde, Chriſtus ſecundum quod homo non eſt filius Dei naturalis, ergo eſt filius adoptiuus. Antecedens ſic probatur. Nam vt homo eſt, non eſt Deus, ergo nec filius Dei naturalis. ¶ Deinde, Chriſtus ſecundum quod homo eſt particeps beatitudinis creatæ, ergo eſt filius adoptiuus. Conſequentia ex definitione adoptionis ſic probatur. Nam adoptio eſt admiſsio ad hæreditatem, & beatitudinem participatam. ¶ Item gratia facit filios Dei adoptiuos, ſed Chriſtus habet gratiam, ergo eſt filius Dei adoptiuus. ¶ Ad hæc, ſanctificatio per gratiam eſt quędam regeneratio, per quam fiunt homines filij Dei adoptiui, ſed Chriſtus fuit ſanctificatus per gratiam iuxta illud Ioan. 10. quem pater ſanctificauit & miſit in mundum, &c. ergo eſt filius adoptiuus. ¶ Vltimo, anima Chriſti in triduo mortis erat filia Dei adoptiua vel naturalis, non naturalis, nam non erat Deus, ergo adoptiua. ¶ De propoſita quęſtione diſputant Doctores in. 3. d. 10. & D. Thom. ibidem & diligentius. 3. p. quæſt. præcedenti articulo. 4. Scotus in prædicta diſtinctione q. vnica dicit, quòd Chriſtus non eſt filius adoptiuus. Sed ſi teneatur (inquit) quòd filiatio poteſt fundari in natura, affirmari poteſt ſubinde, adoptionem poſſe conuenire naturæ nedum ſuppoſito; ſicque Scotus decernit naturam humanam in Chriſto fuiſſe adoptatam & prædeſtinatam ad filiationem adoptiuam. Ex quo videtur hic autor concedere hanc propoſitionem, Chriſtus ſecundum quod homo eſt filius Dei adoptiuus. Gabriel in prænotata diſtinctione ponit concluſionem, quod iſta propoſitio, Chriſtus eſt filius adoptiuus non eſt catholica, neque iſta, Chriſtus ſecũdũ quod homo, neque iſta Chriſtus ſecundum

Scotus. Durandus.

D. Tho. Ratio prædeſtinationis Chriſti eſt ſingulariſsima.

Ioan. 1.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

Ad ſecũdũ.

Vtrũ Chriſtus ſecũdũ quod homo ſit prædeſtinatus in filiũ Dei adoptiuũ.

Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Ioan. 10.

Vltimum.

D. Tho.

Scotus.

Gabriel.

secundum humanitatem. Concedit tamen, quod humana natura est adoptata, quoniam est præordinata ad vitam æternam. Sed Diuus Thom. clariùs & euidentiùs propositam quæstionem definit, cuius sententia in tribus conclusionibus continetur. ¶ Prima sic habet, affirmare quòd Christus ratione suppositi est filius adoptiuus, est hæresis Nestoriana & destruere fidem incarnationis Dominicæ. Nestorius enim dixit, quod Christus non est filius Dei naturalis, sed adoptiuus tantum, vt patet ex superius dictis: imo concedere absolutè hanc propositionem, Christus est filius Dei adoptiuus sine addito illo secundum quod est homo, est fauere Nestorio, & vt minimum est communicare cum illo in loquutione, ac subinde talis propositio sapit hæresim. ¶ Secunda conclusio. Christus secũdum quod homo non potest dici filius adoptiuus. Hanc cõclusionem docet Magister in. 3. dist. 10. & probat ex Hilario, Ambrosio, Augustino. Idem tenet D. Thom. in locis prænotatis. Et probatur sic ex illo Romanorum. 1. qui prædestinatus est filius Dei in virtute, id est, ille ipse qui erat filius Dauid secundum carnem ipsemet est prædestinatus in filium Dei naturalem, ergo nõ in adoptiuum. Deinde, si Christus est filius adoptiuus, vel est ratione suppositi, vel ratione humanæ naturæ, sed neutrum istorum dici potest, ergo nullo modo est filius adoptiuus. Minor sic probatur. Nam quod non ratione suppositi, est fides catholica, & contrarium pertinet ad hæresim Nestorianam, quòd non ratione naturæ humanæ patet; Nam filiatio & adoptio non dicuntur de natura, sed de persona: non enim humanitas dicenda est filia aut adoptata, sed persona. Præterea, per vnionem hypostaticam Christus est filius Dei naturalis, ergo per gratiam habitualem, quę subsequitur vnionem hypostaticam non efficitur filius adoptiuus. Hoc ipsum confirmatur. Nam filiatio adoptiua est ad fruendum esse quodam participato Dei ex beatitudine, & admissio ad hæreditatem participatam, at vero Christi humanitas non habet esse participatum Dei, sed ipsum esse personale Dei, & istud superat adoptionem filiorum Dei, & quanquam anima Christi beata sit, & grata Deo, verum hæc vniuersa deriuantur ex vnionis gratia. Certè adoptio non euehit filios adoptiuos ad vnitatem singularis personæ diuinæ, sed ad participatum esse Dei duntaxat. ¶ Sed vt hæc conclusio, melius intelligatur sciendum est, quod ad veram adoptionem tria sunt necessaria. Primum vt sit persona. Nam sola persona potest esse filius naturalis aut adoptiuus. Deinde necessum est, vt non sit filius legitimus naturalis. Itaque necessum est, vt sit extraneus. Præterea requiritur, vt non habeat aliâs ius ad hæreditatem. Ex his tribus conditionibus, si rectè expendantur liquidò constat, quod Christus nullo modo est filius adoptiuus. ¶ Tertia conclusio. Non est contra fidem asserere, quod Christus secundum quod homo est filius Dei adoptiuus, dum tamen concedatur, quod ratione suppositi est filius Dei naturalis. Probatur sic. Nam est opinio Scoti non hæretica, quanquam non multum probabilis, quod filiatio & adoptio verè conuenit naturæ humanæ, & ratione naturæ humanæ conueniat suppositio sicut beatitudo creata & alia huiusmodi. ¶ Ad argumenta in contrarium. Ad primum & ad secundum respondetur eadem solutione distinguẽdo antecedens. Aut enim homo accipitur in reduplicatione pro natura, & sic verum est antecedens. Sed tunc negandum est, quod creatura rationalis prædestinetur in adoptionem filiorum, nisi sit suppositum, vel persona vt iam expositum est. Si vero accipiatur terminus reduplicatus pro supposito falsum est antecedens. Imo in hoc sensu Christus secundum quod homo, & secundum quod subsistit in natura humana est filius Dei naturalis, ac subinde nullo modo filius adoptiuus. Ex hoc patet ad secundum argumentum. Nam si illa dictio, secundum quod homo, reduplicat naturam verum est, quod vt sic non est filius naturalis, neque adoptiuus. Nam natura humana nullo modo est filius, si vero reduplicet suppositum dico, quod vt sic est filius Dei naturalis. ¶ Ad tertium respondetur, quod qui habet tantum beatitudinem creatam est filius adoptiuus, sed Christus præterea habet beatitudinem increatam, & immensam, ad quam sequitur beatitudo animæ creatæ. Vel dicatur esse discrimen. Nam hoc peculiare habet filiatio, quod conuenit immediatè supposito, cætera vero accidentia, vt beatitudo, & gratia creata respiciunt suppositum mediante anima, & ei insunt immediatè, & eam denominant, filiatio vero non potest respicere naturam, vt iam dictum est. ¶ Ad quartum dicendum est, quod gratia habitualis facit filios Dei adoptiuos quando est sola, cæterùm gratia Christi est coniuncta cum gratia vnionis, quæ facit filium Dei naturalem. ¶ Ad quintum idem prorsus respondendum est. ¶ Ad vltimum concedo, quod anima Christi in triduo non erat Deus, sed ex hoc non sequitur, quod sit filia adoptiua. Tum, quoniam filiatio non conuenit animæ

Prima conclusio. Christus ratione suppositi non est filius Dei adoptiuus.

2. Conclus. Christus secũdũ quod homo non potest dici filius adoptiuus. Magister. Hilarius. Ambrosi. August. Roma. 1.

3. Conclus.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Ad vltimũ.

Quæ requirãtur ad veram adoptionem.

sed suppositō, tum vero quoniam præcipuè erat prędordinata vt haberet esse substantiale filij Dei, & non vt haberet esse participatum adoptionis filiorum. Nam vt constat ex vera Theologia anima Christi māsit in triduo verbo diuino vnita, quæ vnio longe maior est, quam vnio per gratiam habitualem. Et tantum de ista dubitatione. ¶ Deinceps considerēmus quartam quæstionem, num Christus sit prędestinatus filius Dei vnigenitus ex prędictis meritis suis vel alterius creaturæ. Sed hęc quæstio tractata est à nobis diligentius supra quæst. 2. artic. 11. vbi fusissime demonstratum est, quemadmodum nec Christus nec aliqua pura creatura potuerit mereri incarnationem filij Dei, & quod Christus esset filius Dei vnigenitus. Ex qua determinatione liquido constat, quod non fuerit prædestinatus in filium Dei ex meritis præuisis. Deus enim sic præordinauit res, sicut re ipsa eueniunt, at re ipsa non dantur aliqua merita, quæ promereantur Christi incarnationem, ergo Deus non prædestinauit incarnationem filij sui ex meritis cuiuspiam, nec Christi, nec alterius creaturæ. ¶ Sed iam pergamus ad vltimam quęstionem perueſtigandam, Vtrùmne Christus fuerit prædestinatus præuisō peccato. quæ certè magna est, & quæ hic detinere nos poterat, nisi in alio loco esset à nobis inuestigata diligenter. Consulenda sunt ea, quæ diximus contra Scotum superius q. 1. art. 3. in huius sententiæ confirmationem, quod Christus est prædestinatus in propitiatorem & in remedium peccati. Ex quo consequens est, quod fuerit prædestinatus præuiso peccato.

Christus nō fuit prædestinatus filius Dei ex meritis præuisis.

Christus fuit prædestinatus prę uiso peccato.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm hæc sit falsa, Christus secundum quod homo, est prædestinatus esse filius Dei.

141 3. dis. 10. q. 1. ar. 1. q. 3. & 4. contra c. 9. ad 2.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd hæc sit falsa, Christus, secundum quod homo, est prædestinatus esse filius Dei. Hoc enim est vnusquisque secundum aliquod tempus, quod est prædestinatus esse, eo quòd prædestinatio Dei non fallitur. Si ergo Christus, secundum quod homo, est prædestinatus esse filius Dei, videtur sequi quòd sit filius Dei, secundū quod homo. Hoc autē est falsum: ergo & primum. ¶ 2. Præterea, Illud quod conuenit Christo, secundum quod homo, conuenit cuilibet homini, eo quòd ipse est vnius speciei cum alijs hominibus. Si ergo Christus, secundū quod homo, est prædestinatus esse filius Dei, sequeretur, quòd cuilibet homini hoc conueniat. Hoc autem est falsum: ergo & primum. ¶ 3. Præterea, Hoc ab æterno prædestinatur, quod est aliquando fiendum in tēpore. Sed magis hæc est vera, Filius Dei factus est homo, quàm ista, Homo factus est filius Dei: vt suprà habitū est*. Ergo magis hæc est vera, Christus, secundū quod est filius Dei, prædestinatus est esse homo, quàm econuerso, Christus, secūdum quod est homo, est prædestinatus esse filius Dei. ¶ Sed contra est, quod Aug*. dicit in libro de Prædest. San. Ipsum Dominum gloriæ, in quantum homo factus est Dei filius, prædestinatum esse dicimus.

q. 16. arti. 6. & 7.

Cap. 15. in med. to. 7.

Respondeo dicēdum, quòd in prædestinatione duo possunt considerari. Vnum quidem ex parte ipsius prædestinationis æternæ, & secundū hoc importat antecessionem quandam respectu eius, quod sub prædestinatione cadit. Alio modo potest considerari secūdum effectum temporalem: qui quidē est aliquod gratuitum Dei donum. Dicendum est ergo, quòd secundū vtrunque istorum attribuitur prædestinatio Christo, ratione solius humanæ naturę. Nam humana natura non semper fuit Verbo vnita: & ei etiā hoc per gratiam est collatū, vt filio Dei in persona vniretur. Et ideo solùm ratione humanæ naturæ prędestinatio cōpetit Christo: vnde Augustī. dicit in lib*. de Præd. Sanct. prædestinata est ista humanæ naturæ tāta & tam celsa & summa subuectio, vt quò attolleretur altius nō haberet. Hoc autē dicimus cōuenire alicui, secūdum quod homo, quod ei conuenit ratione humanę naturæ. Et ideo dicendum est, quòd Christus secūdum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei.

Ca. 15. post med. to. 7.

Ad primum ergo dicendum, quòd cùm dicitur, Christus secundum quod homo,

homo, est prędestinatus esse filius Dei, hæc determinatio, secundum quod homo, potest referri ad actum significatū per participium dupliciter. Vno modo ex parte eius, quod materialiter cadit sub prædestinatione: & hoc modo est falsa. Est enim sensus, quòd prædestinatum sit, vt Christus, secūdum quod homo, sit filius Dei: & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo potest referri ad ipsam propriā rationem actus: prout scilicet prædestinatio importat in sui ratione antecessionem & effectū gratuitum. Et hoc modo conuenit Christo ratione humanæ naturæ: vt dictum est*. Et secundum hoc dicitur prædestinatus, secundum quod homo. ¶ Ad secūdum dicendū, quòd aliquid potest conuenire alicui homini ratione humanæ naturæ dupliciter. Vno modo sic, quòd humana natura sit causa illius, sicut esse risibile conuenit Sorti ratione humanæ naturæ, ex cuius principijs causatur. Et hoc modo prædestinari non conuenit nec Christo nec alteri homini ratione humanæ naturæ, & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo dicitur conuenire aliquid alicui ratione humanæ naturæ, cuius humana natura est susceptiua, & sic dicimus Christum esse prædestinatum ratione humanæ naturæ: quia prędestinatio refertur ad exaltationem humanæ naturæ in ipso, vt dictum est*. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Aug. dicit in li. de Prædt. Sanct. Ipsa est illa ineffabiliter facta hominis à Deo verbo susceptio singularis, vt filius Dei & hominis simul, & filius hominis propter susceptum hominem, & filius Dei propter susipientem vnigenitū Deum veraciter & propriè diceretur. Et ideo quia illa susceptio sub prædestinatione cadit, tanquam gratuita, vtrunque potest dici, scilicet quod & filius Dei prædestinatus sit esse homo, & filius hominis prędestinatus sit esse filius Dei. Quia tamen gratia nō est facta filio Dei vt esset homo sed potius humanæ naturę, vt filio Dei vniretur: magis propriè potest dici, quòd Christus secūdum quod homo, est prædestinatus esse filius Dei, quàm quòd Christus secundum quod filius Dei, sit prædestinatus esse homo.

In corp. ar.

In corp. ar. 3. di. 7. q. 3. ar. 1. & art. 2. q. 2.

† Ca. 15. à med. to. 7.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est. Christus secundum quod homo est prædestinatus esse filius Dei. Conclusio.

Quam quidem conclusionem asserit D. Aug. in libro de prædest. Sanctorum. c. 15. inquiēs, ipsum Dominum gloriæ in quantum homo factus est Dei filius, prędestinatum esse dicimus. Confirmatque euidens ratio ex diuina Theologia. Nam hoc dicimus cōuenire alicui secundū quod homo, quod ei cōuenit ratione humanæ naturæ, sed prædestinatio conuenit Christo ratione solius humanæ naturæ. Quare prædicta propositio est vera. Dicebat enim Augustinus. Prædestinata est ista humanę naturæ tanta, & tam excelsa subiectio, vt quo attolleretur altius non haberet. D. Augusti.

EXPOSITIO ARTICVLI.

EXpositio huius articuli magnam affert lucem ad explicandum, quomodo & qua ratione Christus sit prædestinatus filius Dei. Asserit ergo D. Tho. quod secundum quod homo est prædestinatus esse filius Dei, quod est difficile ad intelligendum, tum ratione dictionis reduplicatiuæ, quæ semper præsefert obscuritatē, tum verò quia cum Christus secundum quod homo non sit filius Dei, vt asserit D. Thom. in solutione primi, non videtur quomodo secundum quod homo sit prædestinatus filius Dei. Nam id, quod Deus prædestinat, & præordinat semper fit, ergo si Christus secundum quod homo est prædestinatus filius Dei, videtur sequi, quod sit filius Dei secundum quod homo. Scotus loco superius citato propositionem prædictam reduplicatiuam propriè, & in rigore Dialecticæ negat esse veram, & postquam illam distinxit tandem in hanc propendit sententiam illam esse falsam. D. Thomas sequutus D. Augustī. illam recipit, & Alexander. 3. p. q. 3. membro. 1. Vt autem plenè rem hanc percipiat Theologus scire oportet, coniunctiones reduplicatiuas multifariam esse exponendas, vt probe tradit Magister in . distin. 10. Sed inter omnes acceptiones dæ sunt, quę nostro proposito deseruiunt, quas commemorat D. Thom. solutione ad secundum. Aut enim accipiuntur reduplicatiuè, aut specificatiuè. Cum reduplicatiuè accipiuntur causam denotant. Cum vero specificatiuè non important causam, sed conditionem, secundum quam subiectum

Difficile est ad intelligendum quod Christus secundum quod homo est prædestinatus in filiū Dei.

Scotus.

D. Tho. Alex. Alēs. Coniūctiones reduplicatiuæ variè exponūtur.

recipit prædicatum, vt cum dico Petrus secundum quod habet capillos est crispus. Docet igitur D. Tho. in solutione secũdi, quòd hæc enunciatio, Christus secundum quod homo est prædestinatus filius Dei, reduplicatiuè falsa est, quia humanitas non est præcisa causa prædestinationis: sunt enim plæriq; homines non prædestinati. Verum est particularis ratio, & conditio, quare Christus est prędestinatus, ipsa humanitas, qua sublata non erat vnde prædestinaretur. Sensus ergo est filiũ Dei esse prædestinatum non ex personæ diuinæ ratione, quia hæc prędestinari non potest, at vero ex humanitate, & ratione humanitatis conuenit Christo prædestinatio. Et cũ dicitur, Christus est prędestinatus secundum quod homo, non est sensus, vt optimè admonet D. Tho. in solutione primi, esse prædestinatum à Deo, vt Christus secũdum quod homo sit filius Dei, sed sensus est, esse prædestinatum à Deo, vt homo Iesus in humana natura existẽs sit filius Dei vnigenitus. Vult ergo dicere, quòd persona Christi non secundum se considerata fuerit prædestinata, vt sit filius Dei, sed vt subsistens in humana natura. Dominus Caietanus explicans D. Tho. in solutione primi scribit, quòd licet non concedatur verè & propriè Christus secũdum quod homo est filius Dei, conceditur tamen, Christus secundum quod homo per gratiam vnionis est filius Dei. Quæ sententia omnino vera est & probanda.

Caietanus.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm prædestinatio Christi sit nostræ prædestinationis exemplar.

142 3. di. 10. q. 3. arti. 3. & Ro. 1. l. 3. col. 2. fin.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd prædestinatio Christi non sit exemplar nostræ prędestinationis: exemplar enim præexistit exemplato. Nihil autem præexistit ęterno. Cùm igitur prædestinatio nostra sit æterna, videtur quòd prædestinatio Christi nõ sit exemplar nostræ prædestinationis. ¶ 2. Præterea, Exemplar ducit in cognitionem exemplati. Sed non oportuit quòd Deus duceretur in cognitionem nostræ prædestinationis ex aliquo alio, cùm dicatur Rom. 8. Quos præsciuit, hos prædestinauit. Ergo prædestinatio Christi non est exemplar nostræ prædestinationis. ¶ 3. Prętera, Exemplar est conforme exẽplato. Sed alterius rationis videtur esse prædestinatio Christi quàm prędestinatio nostra: quia nos prædestinamur in filios adoptiõis: Christus autẽ est prędestinatus filius Dei in virtute, vt dicitur Romano. 1. Ergo eius prędestinatio non est exemplar nostræ prędestinationis. ¶ Sed cõtra est, quod Aug. dicit in lib. de præd. San*. Est præclarissimum lumen prędestinationis & gratiæ ipse Saluator ipse Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Dicitur autem lumen prædestinationis & gratiæ, in quantum per eius prędestinationem & gratiam manifestatur nostra prędestinatio: quod videtur ad rationem exemplaris pertinere. Ergo prędestinatio Christi est exẽplar nostræ prædestinationis.

Cap. 15. in Princ. to. 7.

Respõdeo dicẽdũ, quod prædestinatio dupliciter potest considerari. Vno modo secũdũ ipsum actũ prædestinantis: & sic prædestinatio Christi non potest dici exẽplar nostræ prædestinationis: vno enim modo, & eodẽ actu æterno prædestinauit Deus nos & Christũ. Alio modo potest prædestinatio considerari secundum illud, ad quod aliquis prædestinatur: quod est prædestinationis terminus & effectus. Et secũdũ hoc prædestinatio Christi est exemplar nostræ prædestinationis: & hoc dupliciter. Primò quidẽ quantũ ad bonum ad quod prædestinamur. Ipse enim est prædestinatus ad hoc, quod esset Dei filius naturalis: nos autem prædestinamur ad filiationẽ adoptionis, quæ est quædam participata similitudo filiationis naturalis. Vnde dicitur Rom. 8. Quos præsciuit & prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui. Alio modo quãtũ ad modũ cõsequẽdi istud bonũ, quod est per gratiã, quod quidem in Christo est manifestissimum: quia natura humana in Christo nullis suis præcedentibus meritis est vnita filio Dei. Et de plenitudine gratiæ eius nos omnes accepimus: vt dicitur Ioan. 1.

Ad primũ ergo dicẽdũ, quòd illa ratio procedit ex parte illius actus prædestinantis.

ſtinantis. Et ſimiliter dicẽdũ ad Secundum. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd nõ eſt neceſſarium quòd exemplatũ exemplari quantum ad omnia cõformetur, ſed ſufficit quod exemplatum aliqualiter imitetur ſuum exemplar.

SVMMA TEXTVS.

Prima concluſio. PRima concluſio. Prædeſtinatio Chriſti ſi capitur ex parte actus prædeſtinantis non eſt exemplar noſtræ prædeſtinationis. Nam vno & eodẽ actu æterno prædeſtinauit Deus

2. Concluſ. nos & Chriſtum. ¶ Secunda cõcluſio. Si prædeſtinatio capitur ex parte termini & effectus, ſic prædeſtinatio Chriſti eſt exemplar noſtræ prædeſtinationis. Primò, quantũ ad bonũ ad quod prædeſtinamur; quia Chriſtus prædeſtinatus eſt ad filiationẽ naturalẽ, nos vero prædeſtinamur ad filiationẽ adoptionis, quæ eſt participata ſimilitudo filiationis naturalis. Secundo, quantũ ad modum conſequendi iſtud bonũ: quia Chriſtus id cõſequutus eſt per gratiam excludentẽ omne meritum, cum natura humana in Chriſto nullis ſuis præcedentibus meritis fuerit vnita filio Dei, nos autẽ conſequamur per gratiã includentẽ meritum Chriſti, cum de eius plenitudine omnes acceperi-

D. Auguſt. mus. Hæc eſt ſententia D. Auguſt. lib. de præd. Sanctorum. c. 15. vbi ſic ſcribit. Præclariſsimũ lumen prædeſtinationis & gratiæ eſt ipſe ſaluator, ipſe mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Dicitur autẽ lumen prædeſtinationis & gratiæ, in quantum per eius prædeſtinationem, & gratiam noſtra prædeſtinatio manifeſtatur, quod ad rationem exemplaris ſufficere videtur, ergo prædeſtinatio Chriſti eſt exemplar noſtræ prædeſtinationis.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Expẽditur vtrũ Chriſtus Dominus ſit primus prædeſtinatus. IN hoc articulo quæſtio grauis & perdifficilis eſt exponẽda, quę ferè à nemine Theologorum eſt hucuſq; tractata, Num Chriſtus Dominus ſit primus prædeſtinatus. Quæ quęſtio magnã difficultatẽ habet ſi ſequamur

Primũ arg. doctrinã D. Thomæ dicentis, quòd Chriſtus eſt prædeſtinatus præuiſo peccato, & in peccati remediũ. Tradidit nobis hanc doctrinã ſupra q. 1. art. 3. qua præſuppoſita videtur profecto, quod non fuerit primus prædeſtinatus, ſed potius Adam, vel alij homines iuſti. Nam Deus noſtro modo intelligendi prius voluit ſaluare homines, quam decreuerit mittere ſaluatorem & redemptorem in ſalutem generis humani, ſed per illud propoſitum & decretum intelliguntur iam homines prædeſtinati, ergo prius prædeſtinati ſunt ſancti Dei

Secundum. homines, quam Chriſtus. ¶ Deinde, Chriſtus Dominus fuit prædeſtinatus in propitiatorem pro peccatis noſtris, & præcipuè pro peccato primorum parentum, vt planè teRoma. 3. ſtatur Diuus Paulus, ad Romanos. 3. inquiens, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem propter remiſsionem præcedentium delictorum, ergo Adam fuit primò prædeſtinatus. Conſequentia inde probatur. Nam primum Deus propoſuit remittere peccatum Adæ, & illius morbo mederi, per quod propoſitum intelligitur Adam iam prædeſtinatus, & deinde noſtro modo intelligendi prædeſtinauit Chriſtum in remedium peccati. ¶ Præterea, qui ordinatè & rectè vult Tertium. prius vult finem, quam id quod ordinatur ad finem, ſed Chriſti prædeſtinatio ordinatur ad humani generis ſalutem, vt teſtatur vniuerſa Theologia, & patet ex illo, qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, ergo prius voluit ſalutem humani generis, quam Chriſti prædeſtinationem. ¶ Vltimò, prius intelligitur à nobis Vltimum. Adam gratus Deo, quam prædeſtinatus Chriſtus, ergo prius intelligitur ipſe Adam prædeſtinatus. Conſequentia videtur manifeſta. Siquidem prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio, & gratia ipſa eſt acceptatio ad vitam æternam. Antecedẽs vero probatur. Nam (vt conſtat ex diuina Theologia) Adam in ſtatu innocentiæ ante peccatum erat gratus Deo ſine vllo ordine ad Chriſtum. Vnde ſi Adam non peccaret permãſiſſet in gratia, & Chriſtus nõ fuiſſet prædeſtinatus. Sed quanuis hæc argumenta leuia non videantur, certa concluſio diuinæ Theologiæ eſt, quòd Chriſtus ſit pri- Chriſtus Dominus eſt primus prædeſtinatus. mus prædeſtinatus, & princeps & monarcha inter omnes prædeſtinatos. Nam Chriſti prędeſtinatio eſt finis noſtræ prædeſtinationis, ſed finis eſt prius intentus quam media, ergo primus eſt Chriſtus prædeſtinatus. Maior argumenti patet ex illo Pſal. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Quod omnes ſancti explicant de Chriſto ſecũdũ quod homo eſt. Vnde ad Chriſtũ omnia ordinãtur. Cui concinit illud 1. Corint. 3. omnia veſtra ſunt, vos autẽ 1. Corint. 3. Chriſti, Chriſtus autẽ Dei. Et ſic Concilium Conci. Tri. Tridentinum Seſſ. 6. cap. 7. definit, quod gloria Dei, & Chriſti eſt finis noſtræ prædeſtinationis. Deinde, Chriſtus & eius prædeſtinatio eſt exemplar noſtræ prædeſtinationis, ergo Chriſtus eſt primus prædeſtinatus. Exemplar enim, ad cuius ſimilitudinem cæteri prædeſtinantur, oportet vt prius ſit cognitum. Antecedẽs vero patet ex illo ad Rom. 8. quos Roma. 8. præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imagini filij eius. Præterea, Chriſtus & eius prædeſtinatio eſt cauſa efficiens noſtrę præ-

destinationis, quod apertè, & euidenter testatur diuina scriptura. Ad Epheos. 1. dicit Paulus. Prędestinauit nos in adoptionem filiorũ per Christum. Et in eodem capite; elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et paulo post; in ipso sorte vocati sumus, ergo Christus est primo prædestinatus. Ad hæc. Christus est prædestinatus in caput Ecclesiæ, & omnium prædestinatorum, iuxta illud ad Eph. 1. Et ipsum dedit caput Ecclesiæ, qui omnia in omnibus adimplet, ergo Christus est monarcha omnium prædestinatorum. Item, nemo est electus ad vitam æternam à Deo nisi per Christum, vt habet sana doctrina, ergo Christus est primus inter prędestinatos. Consequẽtia patet ex illo prouerbio, propter quod vnũquodque tale & illud magis. Iam vero si primus parens est primus prædestinatus sequuntur duo incommoda ab omni Theologia abhorrentia. Vnum est peruersitas ordinis. Peruersus nanque ordo est, quòd id, quod melius est ordinetur ad id, quod deterius est. Certè peruersitas est, quod prædestinatio Christi, ordinetur ad primi hominis prædestinationem. Alterum incommodũ est, quòd prædestinatio Christi, imo ipse Christus sit effectus prædestinationis primi hominis. Etenim si Adam est primus prædestinatus, & prædestinatio Christi sit propter illam, consequens est quòd sit effectus illius. ¶ Ad argumenta in contrarium posita respondendum est. Et ad primum dicendum, quod hoc argumentum apud autores habet tres solutiones. Prima est aliquorum Theologorum asserentium, Christum non fuisse prædestinatum præcipuè in remedium peccati. Vnde etiam si Adam non peccasset, Christus prędestinaretur, & veniret in mundum. Sed hæc sententia reprobatur à D. Tho. supra quæst. 1. artic. 3. cuius proinde accuratior confutatio pertinet ad illum locum. Secunda solutio est, quòd Deus prius nostro modo intelligendi præuidit peccatum, & morbum humani generis, & statuit mittere Christum in remedium generis humani in communi, non prędestinando aliquem in particulari. Velle nanque remedium præstare generi humano generatim, nõ satis est ad prædestinationem. Hoc itaque sta tuto decreuit Deus prædestinare Christum, & per Christum cæteros homines in particulari prædestinatos. Vnde facile intelligitur, quomodo Christus sit primus prædestinatus. Tertia solutio est, quod quanuis concedatur, Christum Dominum fuisse prędestinatum in remedium peccati primi hominis in particulari, non est consequens, quòd Adam fuerit primus prædestinatus. Nam Christus Dominus fuit prædestinatus vt causa gratiæ & gloriæ Adæ, gratia vero & gloria Adæ, vt effectus: & ordinate volẽs prius vult causam, quã effectum. ¶ Ex his solutionibus facile confutantur alia omnia argumẽta, nisi quod ad vltimum dicẽdum est particulariter, verum esse, quod Adam intelligitur prius gratus, quam Christus prædestinatus, verum tamẽ nunquã intelligitur prius prædestinatus. Nã non quæcunque gratia pertinet ad prædestinationem, sed illa tãtum per quam efficaciter homo ordinatur ad vitam æternam. Vnde gratia gratũ faciens, quæ conceditur nonnunquam hominibus reprobis, non est effectus prædestinationis, sed diuinæ prouidentiæ communis circa supernaturalia. ¶ Sed fortasis dices ex hac doctrina sequi euidenter, quod detur causa reprobationis. Nam si vera sunt quæ diximus peccatum originale præuisum est ante prædestinationem & reprobationem, sed peccatum originale est sufficiens causa reprobationis, ergo datur causa reprobationis. Hoc idẽ confirmatur. Nam peccatum originale præuisum est ante prædestinationem Christi, & hominum, & prædestinatio ante reprobationem, ergo peccatum fuit præuisum ante reprobationem. Certè difficile est argumentum, quo quidam Theologi conuicti concedunt dari causam reprobationis ex parte nostra. Vnde D. August. sic scribit. Quærimus causam prędestinationis & non inuenimus, quærimus causam reprobationis & inuenimus. Nam si sunt debitores duo vni condonare debitum gratia, & misericordia est, ab altero exigere iustitia est. Sed hæc sententia ab omnibus fere Theologis reprobatur. ¶ Propter quod est secunda solutio, quòd de reprobatione possumus loqui dupliciter. Primò pro odio, quo Deus hominem odit reprobatum, & sic datur causa. Nam si odio prosequitur est, propter peccatum, & sic illud peccatum erit causa reprobationis. Secundò pro permissione, qua permisit labi in peccatum, & sic non datur causa reprobationis. Et cum dicunt Theologi, quod nõ datur causa reprobationis intelligitur in secũdo sensu. Cum ergo infers, ergo datur causa reprobationis; pro odio cõcedo, pro permissione non datur. Quare Angelus permissus fuerit labi in peccatũ nõ datur causa, sed suppositio, quod caderet in peccatum, quare eũ Deus reprobet datur causa, scilicet, illud peccatũ. Sed ego ingeniosius cũ Caieta. respõdeo, cp peccatu, quod fuit prędiuisum ante prędestinationẽ, & reprobationẽ fuit pertinẽs ad ordinẽ naturæ, & sic non fuit causa reprobationis. Nam reprobatio pertinet ad ordinẽ supernaturalem, & sic non datur causa reprobationis.

Ephe. 1.

Ephes. 1.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

Ad alia argumenta præcipue ad vltimũ.

Obiectio.

August.

Solutio.

bationis. Vnde odium illud, quo Deus persequebatur illud peccatum pręuisum ante prędestinationem Christi, non erat odium reprobationis; sicuti odiũ, quo prosequitur hominem prædestinatum quando est in peccato mortali, non est odium reprobationis. Constat ergo ex dictis, quomodo Christus sit primus prędestinatus, & exẽplar nostrę prædestinationis. Sicut enim ipse fuit prędestinatus, vt esset filius Dei, ita nos prædestinamur vt simus filij adoptiui. Itidem quantum ad modũ est causa exemplaris nostræ prædestinationis. Quia sicut Christi humanitas sine meritis prouecta est ad vnionem hypostaticam diuinam, ita nos iustificamur sine meritis nostris præcedentibus. Est & alia similitudo maximè obseruanda. Pro qua sciendum est, quod adoptio hæc diuina multum differt ab humana, quia efficit non solum, vt habeamus ius filiorum, verum etiam vt simus filij Dei. Id est, vt habeamus participationem, communionem, & consortium diuinę naturæ, & quodammodo spiritum filij Dei. Quod significat Paulus ad Galat. 4. dicens; quoniam autem estis filij Dei misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, Abba pater.

Galat. 4.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm prædestinatio Christi sit causa nostræ prædestinationis.

143 3. di. 10. q. 3. ar. 3.

AD quartũ sic proceditur. Videtur, quòd prædestinatio Christi non sit causa nostræ prædestinationis: æternum enim non habet causam. Sed prædestinatio nostra est æterna. Ergo prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis. ¶ 2. Præterea, Illud quod dependet ex simplici Dei voluntate, non habet aliam causam nisi Dei voluntatem. Sed prædestinatio nostra ex simplici voluntate Dei depẽdet. dicitur enim Ephe. 1. Prędestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ. Ergo prędestinatio Christi non est causa nostrę prędestinationis. ¶ 3. Prę terea, Remota causa, remouetur effectus. Sed remota prædestinatione Christi, nõ remouetur nostra prędestinatio: quia etiam si filius Dei nõ incarnaretur, erat alius modus possibilis nostræ salutis, vt Aug. dicit in lib. de Trinit*. Prædestinatio ergo Christi nõ est causa nostræ prædestinationis. ¶ Sed cõtra est, quod dicitur Ephe. 1. Prædestinauit nos in adoptionẽ filiorũ per Iesum Christũ.

In lib. 13. c. 10. non poțul à princip. tom. 3.

Respondeo dicendũ, quòd si cõsideretur prædestinatio secũdũ ipsum prędestinationis actũ, prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis, cũ vno & eodẽ actu Deus prædestinauerit ipsum & nos. Si autem cõsideretur prædestinatio secũdũ terminũ prędestinationis, sic prædestinatio Christi est causa nostræ prædestinationis. Sic enim Deus præordinauit nostrã salutẽ, ab æterno prædestinando, vt per Iesum Christum cõpleretur. Sub prædestinatione enim æterna non solum cadit id, quod est fiendum in tempore, sed etiã modus & ordo, secundũ quem est complendum in tempore.

Ad primũ ergo & Secundũ dicẽdũ, quòd rationes illæ procedunt de prædestinatione secũdũ prædestinantis actũ. ¶ Ad tertium dicendum, quòd si Christus non fuisset incarnandus, Deus præordinasset homines saluari per aliã causam: sed quia præordinauit incarnationem Christi, simul cum hoc præordinauit, vt esset nostræ salutis causa.

SVMMA TEXTVS.

Prima cõclusio.

PRima cõclusio. Prædestinatio Christi si capitur ex parte actus prædestinãtis non est causa nostræ prędestinationis. Nã vno & eodem actu ęterno prædestinauit Deus nos, & Christũ. ¶ Secũda cõclusio. Si prædestinatio capitur ex parte termini, & effectus, sic prædestinatio Christi est causa nostræ prædestinationis. Quod patet ex illo ad Ephe. 1. Prędestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christũ. Quod itidẽ demõstratur euidẽti ratione. Sic enim Deus prędordinauit nostrã salutem ab ęterno præordinãdo, & prędestinãdo, vt per Iesum Christũ cõpleretur. Nã sub prædestinatione æterna nõ solum cadit id, quod faciẽdũ est in tẽpore, sed etiã modus & ordo, secundum quem cõplendũ est in tempore.

2. Conclus.

Ephes. 1.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Examinatur quæstio in articulo proposita.

IN hoc articulo de re maximi momenti instituimus disputationẽ. Ea est vtrùm prædestinatio Christi sit causa efficiens meritoria nostræ

nostræ prædestinationis ? Sensus est vtrùm Deus præordinauerit ab æterno conferre hominibus prædestinatis omnia beneficia suæ prædestinationis propter merita Christi præuisa ? Et quidem à parte affirmatiua sunt optima argumenta. ¶ Primum eruitur ex illo ad Ephesios. 1. elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, & iterum, prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum. Perinde acsi diceret, per Christi merita. Sic exponit D. Thomas, & Caietanus, & Athanasius, cui cõcinit illud in eodem capite, in quo sorte vocati sumus. ¶ Cuius rei est alterum argumentum. Nam illud est causa prædestinationis, quod est causa omnium beneficiorũ, quæ prædestinatis conceduntur, vt iam dictum est, sed Christus est causa omnium beneficiorum, quæ conceduntur prædestinatis, nempe, vocationis, & iustificationis, glorificationis, ergo est causa nostræ prædestinationis. Maior est certa. Sed probatur minor ex illo ad Ephesios cap. 1. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. In quo apertè significatur, quod omne beneficium prędestinationis nobis collatum ex meritis Christi proueniat. ¶ Tertio, prædestinatio est præparatio gratiæ & gloriæ, vt definit August. lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 10. & est præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur quicunque liberantur. Sic D. August. lib. de bono perseu. capit. 14. Sed Deus statuit, & ordinauit ab æterno, quod propter Christum & merita illius conferatur nobis omne beneficium, tum gratiæ, tum gloriæ, ergo verè est causa nostræ prædestinationis. ¶ Quarto, illud quod Deus ordinauit ab æterno ex rerũ executione inuestigandum est. Res enim euenium sicut Deus prædestinauit & ordinauit ab æterno, sed ita re ipsa euenit, quod omne beneficium prędestinatis concessum venit ex meritis Christi, & propter merita Christi, ergo ita Deus ab æterno præordinauit. ¶ Deinde, nullus est electus à Deo nisi propter Christum, ergo nullus est prædestinatus à Deo nisi propter Christum. Consequentia argumenti inde probatur. Nam electio in diuinis literis prædestinationem significat. Vnde electi sunt prædestinati, & prædestinati sunt electi. Antecedens vero probatur ex illo ad Ephesios. 1. elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionem. Nam vel homines eliguntur à Deo habita ratione ad Christum, & eius merita, vel nulla habita ratione. Si primũ dederis habeo quod volo. Si secũdum, quomodo est verum quod dicit Paulus, elegit nos in ipso ante mũdi constitutionem? Et quod dicit pater æternus. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui, id est, quotquot mihi complacent in Christo complacent, & grati fiunt? ¶ Certè Christus prædestinatus est vt caput, cæteri verò vt eius membra, ergo prædestinatio Christi est causa nostræ prædestinationis. His argumentis accedit autoritas omnium Theologorum qui in. 3. d. 10. apertè definiunt Christum esse causam nostræ prędestinationis. Idem docet D. Thom. in hoc articulo. ¶ In aduersum pugnant argumenta magni ponderis si rectè expendantur. In primis, in diuinis literis nostra prædestinatio in solum diuinum beneplacitum, & in simplicem Dei voluntatem refertur semper. Quod potest demonstrari ex euidentibus scripturis. Diuus enim Paulus ad Romanos. 9. sic inquit. Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Et iterum, cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Quibus constitutis obijcit sibi Paulus ex persona improborum. Nunquid iniquitas est apud Dominum ? Respondet, Absit. Voluntati eius quis resistet ? Et subiunxit. O homo tu quis es, qui respondeas Deo ? Cui consonat illud ad Ephes. 1. In quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositũ eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Et paulo antea cum dixisset Paulus. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christũ. Vt sciremus Deũ hæc fecisse nullis meritis prouocatum, sed ex mera sua bonitate, addit Paulus. Secundum propositum voluntatis suæ, id est, secundum beneplacitum voluntatis suæ in laudẽ gloriæ gratiæ suæ. Certè omnes Doctores, tum sacri, tum scholastici censent, prædestinationem nostram in solam Dei voluntatem referendam esse, & quòd in hac ratione omnia omnium hominum merita conticescere debent. Sic decernit D. August. libro de prædestinatione Sanctorum capit. 15. & libro de bono perseuerant. capit. vltimo. Sic D. Thom. in. 1. p. quæst. 23. arti. 5. & de veritate quæst. 6. & 3. cõtra gentes, ca. finali. & ad Ephes. lectione. 1. ¶ Secundò, prædestinatio autore D. Augustino in locis prænotatis est præparatio beneficiorum Dei, sed omnium simul beneficiorũ Dei, quæ præparata sunt nobis, Christus non est causa meritoria, ergo Christus non est causa meritoria nostræ prædestinationis. Maior patet. Minor probatur. Nam hoc beneficium singulare, & planè diuinũ, quòd Deus homo sit factus pro nostra salute, non habet causam meritoriam, vt demonstratum est supra q. 2. articulo. 11. Vnde in solum beneplacitum diuinum referendum est. ¶ Præterea, Paulus ad Roma. 4.

Primũ arg. Ephes. 1.

D. Tho. Caietanus. Athanasius Secundum.

Ephes. 1.

Tertium. August.

Quartum.

Quintum.

Ephes. 1.

Vltimum.

Argumẽta in contrarium. Primũ arg.

Roma. 9.

Ephes. 1.

D. August.

D. Thom.

Secundum

Tertium.

Roma. 4. Roma.4. Pro manifesto argumẽto ducit, nos non iustificari ex meritis; quoniam promissio Christi per quem iustificamur non fuit facta Abrahæ ex operibus, aut ex meritis, ergo euidens argumentum est, nos non prædestinari ex meritis cuiuspiam: siquidem Christus per quem prædestinamur non datur ex meritis.

Vltimum. ¶ Vltimo, etiam si daretur, quod Christus est causa meritoria nostræ prędestinationis, adhuc superest quæstio in explicabilis prędestinationis. Quid est quod Christus applicauerit suum meritum huic homini, & non alteri? Certè in hac quæstione merita conticescunt, & tota ratio in solam diuinam voluntatem referenda venit, sicut decernit Paulus ad Romanos. 9. his verbis. Moysi dicit Dominus, miserebor cuius misereor, & misericordiam præstabo cuius miserebor, id est, gratiam exhibebo cui mihi pro mea libera voluntate collibitum est exhibere gratiam. Et vt vno verbo concludã. Huius sententiæ sensum si quæras, inquit Dominus, quare huius misereor, & non alterius causa est, quia volo, quia volo pro mea misericordia sic volo, sic iubeo, & sit pro ratione voluntas.

Roma. 9.

Expositio quæstionis propositæ. ¶ In hac quæstione explicanda variant sententię Doctorũ. Nam quidam in primis graues tenent partem affirmatiuam quæstionis. In primis D. Thomas in hoc articulo hanc videtur tueri sententiam. Et clarius in. 3. dist. 10. quæst. 3. quæstiũcula. 3. Durandus idem cõstanter affirmat in eadem distinctione quęst. 3. Consentit D. Bonauent. in eadem dist. p. 2. quæst. 2. Alexander Alensis in. 3. p. quęst. 3. membro. 5. Et præter argumenta superius adducta in huius sententiæ confirmationem sunt alia duo minimè contemnenda. Primum sic habet (& videtur palmarium) Christus est causa omnium effectuum nostræ prædestinationis, ergo est causa nostræ prædestinationis. Consequutio argumẽti euidens est. Nam cum quærimus de causa prædestinationis, nõ quęrimus de causa actus prędestinantis. Nam hac ratione prædestinatio cum sit diuinæ mentis actus nõ habet causam. Sed quærimus vtrùm vniuersi effectus, qui conceduntur hominibus prędestinatis ex diuina ordinatione habeant aliquam causam meritoriam. Propter quod euidens consequutio est, quòd si Christus est causa meritoria omnium effectuum nostræ prædestinationis, quòd erit subinde causa nostræ prædestinationis. Quod si dicas aliquod beneficium esse effectum nostræ prædestinationis, quod non promeruerit Christus, nimirum, ipsummet Christum, qui est lumen prædestinationis, & gratiæ prędlarissimũ. Contra sic argumentor. Nam Christus non est effectus nostræ prędestinationis, quin potius causa. Est enim absurdum cogitare, quòd Christus ipse sit effectus nostræ prædestinationis, nisi velis dicere, quod nostra prædestinatio sit finis, & causa prædestinationis Christi, quod nõ bene quadrat neque consonat diuinæ Theologiæ, secundum quam Christus est primus prædestinatus, & caput omnium prædestinatorum. Atqui vt huius argumenti vis & efficacia facilè intelligatur sic concludo. Christi prędestinatio dicit ordinem ad prædestinationem hominum, vt planè testatur diuina scriptura, sed non dicit ordinem ad nostram prędestinationem vt effectus, ergo vt causa, vt finis, vt caput, vt fons, vt exemplar nostræ prædestinationis. Sed satis sit argumentorum, si tantum hoc in medium proferam. Deus sanè, rectè, & verissimè conceditur omnia fecisse, quanquam non fecit seipsum, sed omnia alia præter seipsum, ergo & simili ratione dicendum est, Christum causam esse nostræ prædestinationis, & vniuersa beneficia prædestinatis promeruisse, licet non promeruerit seipsum; ex eo videlicet quia promeruit omnes alios effectus præter seipsum. Certè Deus potuit prædestinare & eligere homines propter merita Christi. Et hoc insinuatur in sacra scriptura, & redundat in maximum honorem Christi, & ex hoc non læditur diuina gratia, aut diuina iustitia, ergo ita asserendum est.

D. Thom. Durandus. D. Bonauẽ. Alex. Alẽs.

¶ Sed partem negatiuam quæstionis tuentur viri doctissimi, & nominatissimi. Driedo libro de redemptione generis humani tract. 2. articu. 4. Franciscus Sonnius libro. 2. demonstrationum christianæ religionis tract. 3. c. 19. & alij autores. Verum non vna de causa negant, sed diuersis. Driedo negat ex magno errore existimans Christum non meruisse nobis omnes dispositiones ad gratiam & gloriam. Qua in re sequũtur illum Ruardus Taper & Adamus in commentarijs super Epistolam ad Romanos capitulo. 9. & ad Ephes. capitu. 1. Sed hunc errorem superius reprobauimus in tractatu de merito Christi quæst. 19. articu. 4. Contra hos igitur autores in præsentia non est necesse dispurari à nobis. Sonnius vero idcirco negare videtur, quoniam licet Christus fuerit causa omnium dispositionum ad gratiam & ad gloriam, non tamen promeruit nobis suam ipsius incarnationem, & quod esset filius vnigenitus Dei, prout ex D. August. supra est demonstratũ. Quam sententiã ego olim vehementer, & acriter defendebam. Sed re iam melius, & accuratius inspecta in propositæ quæstionis elucidatione sic statuo, & decerno.

Driedo. Franciscus Sonnius. Ruardus. Adamus.

¶ In primis si prędestinatio nostra cõsideretur, vt includit Christi prædestinationẽ manife-

Sententia autoris.

manifestum est prædestinationem Christi non posse esse causam prædestinationis hominum, sed sola simplex voluntas, ac Dei beneplacitum est causa prædestinationis in capite & in membris. Et hoc probant euidenter, & efficaciter argumenta, quæ à parte negatiua sunt adducta. Verum si consideretur nostra prædestinatio secundum propriam, ac præcisam ipsius rationem, vt distinguitur à prædestinatione Christi; certum mihi videtur, & exploratum, quod Christus & ipsius prædestinatio sit causa meritoria nostræ prædestinationis. Hæc nanque quantum ex diuinis literis colligere possum fuit diuina ab æterno præordinatio, vt primum Christum Dominum prędestinaret, & dilectum habuerit inter homines, & deinde alios homines propter Christũ amauerit, prędestinaueritque. Quod
Ephe.1. expresse asserit Paulus ad Ephesios capitu. 1. inquiens: gratificauit nos in dilecto filio suo, id est, gratos, siue charos reddidit, & in numero prędestinatorum habuit ob meritum filij sui, quem ab æterno in primis dilexerat. Cui consonat illud ex Euangelio. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Hęc est de hac quęstione mea sententia. Quam esse veram probant satis euidenter argumenta, quę à parte affirmatiua sunt adducta. Argumenta vero oppositę partis ex his, quę dudum diximus facilè confutantur. Dicendum nanque est, quod tantum probant de totali effectu prędestinationis diuinę.

QVAESTIO XXV.

De adoratione Christi, in sex articulos diuisa.

¶ De qua disputant Doctores in 3. d. 9. VValdensis lib. de Sacramentalibus titul. 13. D. Augustinus lib. 10. de Ciuitate Dei. D. Tho. lib. 3. contra Gentes cap. 119. Et de adoratione, in communi tractat diligenter D. Tho. in 2. 2. q. 84. & 103. His nostris temporibus innumeri scriptores disputationem instituerunt de adoratione & cultu imaginũ contra Lutheranos.

DEinde considerandum est de his quæ pertinent ad Christũ in comparatione ad nos. Et primo de adoratione Christi: qua scilicet nos eum adoramus. Secũdo, de hoc quod est Mediator noster ad Deum.

¶ Et circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm vna & eadẽ adoratione sit adoranda diuinitas Christi & eius humanitas. ¶ Secũdò, vtrùm caro Christi sit adorãda adoratione latriæ. ¶ Tertio, vtrùm adoratio latriæ sit exhibenda imagini Christi. ¶ Quartò, vtrùm sit exhibenda cruci Christi. ¶ Quintò, vtrùm sit exhibenda matri eius. ¶ Sexto, de adoratione reliquiarũ Sanctorũ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm vna & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi & eius humanitas.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non eadem adoratione adoranda sit humanitas Christi, & eius diuinitas. Diuinitas enim Christi est adoranda, adoratione quæ est communis Patri & Filio: vnde dicitur Ioã. 5. Omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Sed humanitas Christi non est communis ei & Patri. Ergo non eadẽ adoratione adorãda est humanitas Christi & eius diuinitas. ¶ 2. Prętera, Honor est propriè præmium virtutis, vt Philosophus dicit in 4. Ethic.* Meretur autem virtus suum præmium per actũ. Cùm igitur in Christo sit alia operatio diuinæ & humanæ naturæ (vt supra habitum est†) videtur quòd alio honore sit veneranda humanitas Christi & alio eius diuinitas. ¶ 3. Prętera, Anima Christi si non esset verbo vnita, esset veneranda propter excellentiam sapientiæ & gratiæ, quam habet. Sed nihil dignitatis est ei subtractum per hoc, quòd est vnita Verbo. Ergo natura humana in Christo est quadam propria adoratione veneranda, præter veneratione, quæ exhibetur diuinitati ipsius. ¶ Sed contra est, quod in capitulis quintæ Synodi sic legitur†, Si quis in duabus naturis adorari dicit Christum (ex quo duæ adorationes introducuntur) sed non vna adoratione Deum verbum incarnatum cũ propria ipsius carne adorat sicut ab initio Dei Ecclesię traditum est: talis anathema sit.

Respondeo dicendũ, quòd in eo qui honoratur, duo possumus considerare, scilicet

144 Infra q. 58. ar. 3. c. fi. & ad primũ. Et 3. di. 9. q. 1. ar. 2. q. 1. Et di. 19. articu. 1. 4. Et veri. q. 29. art. 4. ad 4.

* ca. 3. to. 5.

† Q. 19. art. 1.

In Cõcil. 2. Constãtin. quod est 5. generale ca non. 9.

ſcilicet eum, cui honor exhibetur, & cauſam honoris. Propriè autem honor exhibetur toti rei ſubſiſtenti. non enim dicimus quòd manus hominis honoretur, ſed quòd homo honoretur. Et ſi quandoque contingat, quòd dicatur honorari manus vel pes alicuius, hoc non dicitur ea ratione, quòd huiuſmodi partes ſecundum ſe honorentur: ſed quia in iſtis partibus honoratur totum, per quem etiam modum aliquis homo poteſt honorari in aliquo exteriori: puta in veſte, aut in imagine, aut in nuntio. Cauſa autem honoris eſt id, ex quo ille qui honoratur, habet aliquam excellentiam. Nam honor eſt reuerentia alicui exhibita propter ſui excellentiam, vt in Secunda parte dictum eſt*. Et ideo ſi in vno homine ſunt plures cauſæ honoris (puta prælatio, ſcientia & virtus) erit quidem illius hominis vnus honor ex parte eius qui honoratur, plures tamen ſecundum cauſas honoris: homo enim eſt qui honoratur, & propter ſcientiam & propter virtutem. Sic ergo cum in Chriſto ſit tantum vna perſona diuinæ & humanæ naturæ, & etiam vna hypoſtaſis & vnum ſuppoſitum: eſt quidem eius vna adoratio & vnus honor ex parte eius qui adoratur. Sed ex parte cauſæ qua honoratur, poſſunt dici eſſe plures adorationes, vt ſcilicet alio honore honoretur propter ſapientiam increatam, & alio propter ſapientiam creatam. Si autē ponerentur in Chriſto plures perſonæ ſeu hypoſtaſes, ſequeretur quòd ſimpliciter eſſent plures adorationes. Et hoc eſt quod in Synodis reprobatur. Dicitur enim in capitulis Cyrilli†, Si quis audet dicere aſſumptum hominem coadorari oportere Deo verbo, quaſi alterum alteri, & non potius vna adoratione honorificat Emanuelem, ſecundum, quòd factum eſt caro Verbum: anathema ſit.

2.2.q. 103. artic. 1.

Habetur in cōc. 1. Eph. cano. 8.

Ad primum ergo dicēdum, quòd in Trinitate ſunt tres qui honorantur, ſed eſt vna cauſa honoris. In myſterio autē Incarnationis eſt ecōuerſo. Et ideo alio modo eſt vnus honor Trinitatis, & alio modo eſt vnus honor Chriſti. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd operatio nō eſt quæ honoratur, ſed eſt ratio honoris. Et ideo per hoc quòd in Chriſto ſunt duæ operationes, non oſtenditur quòd ſint duæ adorationes, ſed quòd ſint duæ adorationis cauſę. ¶ Ad tertiū dicendum, quòd anima Chriſti, ſi non eſſet vnita Dei verbo, eſſet id, quod eſt principaliſsimū in homine illo: & ideo ſibi præcipuè deberetur honor: quia homo eſt id quod eſt potiſsimū in eo. Sed quia anima Chriſti eſt vnita perſonæ digniori, illi perſonæ præcipuè debetur honor, cui anima Chriſti vnitur. Nec per hoc tamen diminuitur dignitas animæ Chriſti, ſed augetur, vt etiam ſuprà dictum eſt*.

q. 2. arti. 2. ad 2.

SVMMA TEXTVS.

PRima cōcluſio. Adoratio Chriſti vna eſt ex parte perſonę adoratæ. Sic enim definitū eſt in capitulis quintæ Synodi. Si quis duabus naturis adorari dicit Chriſtū, ex quo duæ adorationes introducūtur, ſed nō vna adoratione Deū verbū incarnatū cū propria ipſius carne adorat, ſicut ab initio Eccleſiæ Dei traditū eſt, talis anathema ſit. Hoc idē demōſtrat ratio ex diuina Theologia adducta. Quia cū in Chriſto ſit vna hypoſtaſis & vnū ſuppoſitum vna eſt adoratio, & vnus honor ex parte eius, qui adoratur. ¶ Secunda concluſio. Ex parte cauſæ, ſcilicet, diuinæ vel humanæ poſſunt dici plures eſſe adorationes. Quia alia ratio honoris eſt ſapientia diuina, alia humana.

Prima concluſio.

Synod. 5.

2. Concluſ.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm humanitas Chriſti adoranda ſit adoratione latriæ.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd humanitas Chriſti non ſit adoranda adoratione latriæ. Quia ſuper Pſal. 98. Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt, dicit Gloſſ.* Caro à Verbo Dei aſſumpta, ſine impietate adoratur à nobis: quia nemo carnem eius ſpiritualiter manducat, niſi prius adoret: non illa dico adoratione quæ latria eſt, quæ ſoli Creatori debetur.

145

3. di. 9. q. 1. ar. 2. q. 1. & q. 4. ad 1.

Gloſſ. ordi. ibi. ex Auguſt. ibid. tomo. 8.

debetur. Caro autē Christi est pars humanitatis. Ergo humanitas Christi non est adorāda adoratione latrię. ¶ 2. Prę terea, Cultus latriæ nulli creaturæ debetur: ex hoc enim reprobantur Gentiles quòd coluerunt & seruierūt creaturæ: vt dicitur Romanorū. 1. Sed humanitas Christi est creatura. Ergo non est adoranda adoratione latriæ. ¶ 3. Præterea, Adoratio latriæ debetur Deo in recognitionem maximi dominij: secundum illud Deuter. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Sed Christus, secundum quòd est homo, est minor Patre. Ergo humanitas eius nō est adoratione latriæ adorāda. ¶ Sed contra est, quòd Damasc. dicit in. 3. li.* Adoratur autem caro Christi incarnato verbo Deo, non propter seipsam, sed propter vnitum ei secundum hypostasim verbum Dei. Et super illud Psal. 98. Adorate scabellum pedum eius, dicit Gloss.† Qui adorat corpus Christi, non terram intuetur, sed illum potius, cuius scabellum est, cuius in honore scabellū adorat. Sed Verbum incarnatum adoratur adoratione latriæ. Ergo & corpus eius, siue eius humanitas.

li. 4. orth. fi dei c. 3. circa princ.

Psalm. 98. Est August. ibid. to. 8.

Respondeo dicendum, quòd sicut suprà dictum est,* honor adorationis propriè debetur hypostasi subsistenti: tamen ratio honoris potest esse aliquid non subsistens, propter quod honoratur persona, cui illud inest. Adoratio igitur humanitatis Christi dupliciter potest intelligi. Vno modo, vt sit eius sicut rei adoratæ: & sic adorare carnem Christi, nihil est aliud, quàm adorare Verbum Dei incarnatum, sicut adorare vestem Regis, nihil est aliud quàm adorare Regem vestitum. Et secundum hoc adoratio humanitatis Christi est adoratio latriæ. Alio modo potest intelligi adoratio humanitatis Christi, quę fit ratione humanitatis Christi perfectæ omni munere gratiarum, & sic adoratio humanitatis Christi non est adoratio latriæ, sed adoratio duliæ. Ita scilicet quòd vna & eadem persona Christi adoretur adoratione latrię, propter suam diuinitatem, & adoratione duliæ propter perfectionem humanitatis. ¶ Nec hoc est inconueniens: quia ipsi Deo patri debetur honor latriæ propter deitatem, & honor duliæ propter dominium, quo gubernat creaturam. Vnde super illud Psal. 7. Dominus Deus meus in te speraui, dicit Gloss.* Dominus omnium, per potentiam, cui debetur dulia: Deus omnium per creationem, cui debetur latria.

Art. præce.

Psal. 7. glo. interlinearis ibid.

Ad primum ergo dicendum, quòd Gloss.* illa non est sic intelligēda, quasi seorsum adoretur caro Christi ab eius diuinitate: hoc enim posset contingere solum hoc modo, si esset alia hypostasis Dei & hominis. Sed quia, vt Damasc.† dicit, si diuidas subtilibus* intelligentijs quod videtur, ab eo quod intelligitur, inadorabilis est vt creatura, scilicet adoratione latriæ. Et tunc sic intellectæ, vt separatæ à Dei verbo, deberetur sibi adoratio duliæ: non cuiuscunque (puta, quæ cōmuniter exhibetur alijs creaturis) sed cuiusdā excellentioris, quam hyperduliam vocāt. ¶ Et per hoc etiam patet responsio ad Secundum & Tertium: quia adoratio latriæ non exhibetur humanitati Christi ratione sui ipsius, sed ratione diuinitatis, cui vnitur, secundum quam Christus non est minor Patre.

Citata in argu. 1.

li. 4. c. 3. circa princip. * Epiniæs, id est, cogitationibus seu mētis cōceptibus.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Humanitas Christi vt res adorata, est adoranda adoratione latriæ. Probatur hæc conclusio in primis ex autoritate Damasceni in lib. 4. cap. 3. sic inquientis. Adoratur autem caro Christi incarnato verbo Deo non propter seipsam, sed propter vnitum ei secundum hypostasim verbum Dei. Et super illud Psal. Adorate scabellum pedū eius, dicit Glossa. Qui adorat corpus Christi non terram intuetur, sed illum potius, cuius scabellum est, cuius in honorem scabellū adorat. Et ratio ad idem est euidēs. Nam cum honor adorationis propriè debeatur hypostasi subsistenti; humanitatem, & carnem Christi sic adorare nil aliud est, quam adorare verbū Dei

Prima conclusio.

Damasc.

Glossa.

Dei incarnatum, sicut adorare vestem regis, nil aliud est quam adorare regem vestitum.

2. Cõclusio ¶ Secunda conclusio. Si humanitas Christi consideretur vt ratio adorandi, non est adoranda adoratione latriæ, sed dulię, hoc est, persona Christi ratione humanitatis perfectę omni munere gratiarum adoranda est adoratione duliæ, excellentissimaque hyperduliæ, vt à doctoribus appellatur. Neque hoc debet videri inconueniens, quia ipsi Deo patri debetur honor latriæ propter deitatem, & honor duliæ propter dominium, quo gubernat creaturam. Vnde glossa super illud Psalm. Domine Deus in te speraui, dicit; Dominus omniũ per potentiam, cui debetur dulia; Deus omnium per creationem, cui debetur latria, vt refert D. Thom. in articulo.

Glossa.

EXPOSITIO ARTICVLORVM.

Adoratio quid significet in sanctis scripturis.

VT ea, quæ hic ab autore dicuntur de adoratione latriæ, duliæ, hyperduliæ facilius intelligantur, sciendum est, quod vocabulum hoc, adoratio, æquiuocum est, & variam habet significationem in sanctis scripturis. Iam enim denotat adorationem diuinam, quale illud est. Dominum tuum adorabis, & illi soli seruies. Mat. 4. Et Ioan. 4. Nam Deus tales quærit adoratores, qui adorent eum in spiritu & veritate. At vero non semper in hanc significationẽ vsurpatur, quin potius sæpissimè trahitur ad significandum cultum, & venerationem, quæ exhibetur creaturis. Atqui in hac acceptione nihil aliud est adoratio, quam exhibitio honoris alicui personę facta propter eius excellentiam. Hoc pacto vsurpatur frequenter in diuinis literis. Adorauit Abraham Angelos pronus in terram Gen. 18. Similiter & Loth adorauit pronus in terram eosdem Angelos venientes, vt perderent Sodomam, Genes. 19. Adorauit etiam Abraham filios Heth, Genes. 23. Item Iacob Patriarcha adorauit fratrem suum Esau venientem in apparatu, & satellitio regio septies pronus in terram Genes. 33. dicens: Sic vidi faciem tuam quasi viderim vultum Dei. Fecit quoq; vxores, & proles adorare Esau fratrẽ suũ. Et c. 49 iam moriturus in spiritu Prophetico nuncia uit de Iuda filio suo dicens: Te laudabunt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Quia nó auferetur sceptrũ de Iuda, donec veniat, qui mittendus est, &c. Et Ioseph pudicitiæ lumẽ vidit per somnium quasi Solem, & Lunam, & Stellas adorare se, & manipulos fratrum suorum adorantes manipulum suum. Quia sublimandus erat quasi ad regiam maiestatem supra fratres, vt fieret Saluator mundi adorandus à patre & fratribus. Et Exod. 18. Moyses adorauit Iethro socerum suum. Miphiboseth filius Ionathæ, & Ornam adorauerunt Dauidem regem corruentes proni in terram. Similiter & Natham Propheta Domini adorauit Dauidem pronus in terram. Et ipse Dauid vir secundum cor Dei cum in minoribus esset, adorauit filium regis Ionatham. Item 1. Paralip. 29. sic legimus. Benedixit omnis Ecclesia Domino Deo patrum suorum, & adorauit populus Deum, deinde regem. Constat ergo ex diuinis literis, quòd adoratio non solum fiat ad Deum, sed etiam ad sanctos Dei Angelos, ad homines quoque in eminenti maiestate constitutos. Et hoc à sanctissimis Patriarchis, & Prophetis, & à tota denique multitudine credentium. Sed fortasis dices. Si hæc ita se habent, cur in nouo testamento prohibet Angelus Dei dicens: Apocal. 22. Vide ne feceris conseruus enim tuus sum, &c. Deum adora. Et Apostolus Petrus recusauit adorationem eleuando Cornelium Centurionem adorantem se dicens. Surge. Nam & ego ipse homo sum. Habetur hæc historia Actor. 10. & Act. 14. Idem prohibent Paulus & Barnabas Lystris. Hanc obiectionem breuiter sic depellendam existimo. Sanè secundum reuerentiam quæ creaturæ excellenti debetur, Patriarchæ & Prophetæ adorauerunt homines, ne dum Angelos. At secundum reuerentiam, quę soli Deo debetur, quæ nomine latriæ significatur Mardochæus noluit adorare Aman, ne honorem Dei transferret ad hominem, vt dicitur Esther. 13. Eadem de causa in Apocalypsi prohibitus est Ioannes Angelum adorare, tum ad ostendendum dignitatem hominis, quam adeptus est per Christum, vt Angelis æquetur; vnde ibi subditur. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum, tum etiam ad excludendum idolatriæ occasionem. Vnde subditur, Deum adora. Verum quod Paulus, & Barnabas Actor. 14. reprehendant, & detestentur scissis vestibus paratum sibi cultum adorationis in Lystris, ideo factum est, quoniam illi Paulo & Barnabæ, velut dijs quibusdam, idque cultu latrię, volebant sacrificare dicentes. Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos. Qualis vtique adoratio soli Deo debetur, vt omnis vbique credit, & confitetur Ecclesia Catholica. Sed obseruandum est valde, quòd vt Ecclesia Catholica istas adorationes secernat, varia adorationum genera diuersis denotat vocabulis. Vnam vocat adorationẽ latriæ, quæ soli Deo debetur propter suam diuinitatem, alteram vero hyperduliam, quam Theologi tribuunt sanctis insignioribus, vt Mariæ Virgini præcipuè, & sanctis Apostolis. Tertiam appellat duliam, quam refert ad san-

Gen. 18.
Gen. 19.
Gen. 23.
Gen. 33.
Gen. 49.
Exod. 18.
1. Paral. 29
Obiectio.
Apo. 22.
Acto. 10. & 14.
Solutio.
Esther. 13.
Quid est quod homines adorare atque etiã angelos sit nobis prohibitum.
Varia adorationũ genera.
Latria.
Hyperdulia.

ctos minores. Sed antequam hinc discedamus sciat Theologus, quod Laurentius Valla, & Caluinus conuitijs insectantur patres Ecclesiæ, & potissimè doctores scholasticos, quòd discrimen constituant inter latriam, & duliam ex ignorantia linguæ Græcæ. Nam principes linguæ Græcæ, quorum autoritati nitimur in verborum significatione, nihil distinguunt inter latriam, & duliam, neque inter latreuo, & duleuo, quorum vtrumque significat idem, quod seruio. Afferunt exemplum ex Leuit. 23. vbi nos habemus, omne opus seruile non facietis in eo, Græci habent, latreuton. Et rursus, de semine tuo non dabis seruire principi, Græcis est, latreuin. Atqui hoc argumento ex Grammaticis deducto demonstrasse se gloriantur, quod latria non significet cultum soli Deo debitum. Sed errant hæretico spiritu. Nam patres Ecclesiæ non hoc agunt, vt doceant, quæ sit natiua eius vocis significatio. Sed quem vsum habeat potissimum apud scriptores Ecclesiasticos, & ferè vbique in tota scriptura, & Ecclesia. Hoc discrimine inter latriam & duliam vtitur concilium secundum Nicenum his verbis. Cultus ille latriæ in spiritu & veritate beatæ Trinitati tribuitur ab orthodoxis. Damascenus libro 3. Apologetico sic scribit. Solum rerum omnium procreatorem, & opificem adoramus, & latriæ cultu veneramur. Quæ vox licet significet seruitutẽ sicut dulia, hoc tamẽ discrimine, vt vsus ex consensu veterum Theolgorum obtinuerit, quod latria ad eam, quæ soli Deo debetur, seruitutem referatur, dulia vero ad eam, quæ creaturæ. Cuius rei locupletissimus testis est Diuus Augustinus libro 15. contra Faustum Manichæũ. capit. 9. libro 10. de ciuitate Dei capit. 1. qui hanc differentiam his verbis explicat. Latria, quod verbum Græcum est, & interpretatur seruitus, non quæcunque, sed illa, qua tantummodo Deo seruitur. Et alibi, Hic est diuinitati, vel si expressius dicendum est, deitati debitus cultus, propter quem vno verbo significandum, quoniam satis idoneum non occurrit Latinum, Græco, vbi necesse est, insinuo quid velim dicere. Latriam quippe nostri, vbicunque sanctarum scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus, quæ debetur hominibus, secundum quam præcipit Apostolus seruos dominis suis subditos esse debere, alio nomine Græcè nuncupari solet. Idem persequitur fermè eisdem verbis Beda in quartum caput Lucæ, vbi sic scribit. Quærit fortè aliquis quomodo conueniat, quod præcipitur domino soli seruiendũ Apostoli verbo, qui dicit. Sed per charitatem seruite inuicem. Sed huic facilè Græcæ linguæ, ex qua scriptura translata est, origo satisfacit, in qua seruitus duobus modis, ac diuersa significatione appellari solet. Dicitur enim latria, dicitur & dulia. Sed dulia intelligitur seruitus communis, hoc est, siue Deo, siue cuilibet creaturæ exhibita, à qua etiam seruus, id est, dulos Græcè nomen accepit. Latria autem vocatur seruitus illa, quæ est soli diuinitatis cultui debita, neque vlli est participanda creaturæ. Vnde & idololatræ nuncupantur ij, qui vota, preces, & sacrificia, quæ vni Deo debuerant idolis impendunt. Iubemur ergo per charitatem seruire inuicem, quod est Græcè duleuin. Iubemur vni Deo seruire, quod est Græcè latreuin. Vnde dicitur & illi soli seruies, quod est Græcè latreusis. Et iterũ. Nos enim sumus circũcisio spiritui Dei seruiẽtes, quod est in Græco latreuondes. Illud etiã est notandũ, quod honor potest alicui tribui, & interno mẽtis actu, & externo aliquo signo. Interius veneramur quẽpiam cũ agnoscẽtes illius excellentiam subijcimus nosilli per affectum internũ. Exterius autem veneramur cũ significamus hanc internã animi subiectionẽ aliquo signo corporeo, vt cũ genu flectimus, aperimus caput, &c. Prætereà, iure diuino naturali tenẽtur homines ad tribuendum aliquem honorẽ internũ Deo, quẽ honorẽ diuinum, nefas sit tribuere alicui creaturæ: tenemur siquidem nos interno affectu subijcere illi, vt autori, ac primo rerum omnium principio. Cæterum nullus est eodem naturæ iure præscriptus cultus externus adhibendus solũ Deũ, sed quilibet exterior actus accommodari potest creaturis. Etenim signũ quodcunq; exterius ex hominũ placito significat, nõ ex natura: ac proinde ex hominũ placito, & institutione postquã semel fuerit accõmodatum ad colendum Deum, poterit transferri, & accõmodari ad cultũ creaturæ. At vero formaliter diuersus est cultus, qui materialiter idẽ est. Etenim Deo genua flectimus, vt summo Monarchæ, & supremo imperatori vniuersorũ, cui nõ solũ genua flectimus, sed animã prostramus. Monarchas autẽ, & insignes viros, vt diuinos ministros honore prosequimur. Illud est etiam animaduersione dignũ, iusipsum naturæ dictare nihilosecius hominibus, vt ipsi quædã signa statuant, quibus venerẽtur tantũ Deũ, & quæ significẽt solos honores diuinos, ita vt nefas sit eisdẽ signis venerari creaturã aliquã. Etenim naturę legibus debitus est Deo cultus quidã diuinus peculiaris etiã externus distinctus ab vniuersis alijs. Cum ergo eisdẽ naturæ legibus non sit præstitutus talis cultus

Laurentius Vallensis. Caluinus.

Leuit. 23.

Latria & dulia quomodo differãt demonstratur.

Cõcil. Nicenũ secũdũ.

Damasce.

D. Augus.

Beda.

Honor potest alicui tribui & interno mẽtis actu, & externo.

Quis honor iure diuino soli Deo sit debitus.

cultusoportet,vt hominum ratio illum præsti tuat.Huiusmodi fuere sacrificia,quæ olim in lege naturæ soli Deo offerebantur à iustis & sanctis hominibus Abel,Abraham,Iob. In le ge veteri sacrificia multa fuere instituta iure diuino positiuo.In lege gratiæ est vnicum,ac singulare eucharistiæ sacrificium institutũ ab homine Deo Christo, quod soli Deo offertur,quamuis in honorem sanctorũ sunt etiã in republica Christiana aliquę ceremoniæ sanctæ ab hominibus,quæ accommodantur tantũ ad colendũ Deũ,vt tundere pectus,prostrari in terram,quæ proinde ceremoniæ,& signa nefas est idololatriæ,externè transferri ad colendam creaturã aliquam,sicut verba,quæ significant diuinum cultum, nefas est transferre ad significandum cultum aliquem creaturæ, vt si appelletur quæpiam fœmina Dea,est in signis blasphemia. His ita constitutis quęstio est,vtrum Christi humanitas sit adorãda adoratione latriæ? Et à parte negatiua sic arguitur.Latria est cultus soli Deo creatori exhibẽdus,vt planum fecimus ex sententia sanctorũ patrum,at humanitas non est creator,sed creatura, ergo non est adoranda cultu latriæ.

Vtrũ Christi humanitas sit adorãda adoratione latriæ? Primum argumen.

Secundum. ¶Deinde, Christus secundũ quod homo,& ratione humanitatis est minor patre,& subiectus illi seruus ac obediens, sed latriæ cultus debetur tantum supremo rerum omniũ principio,ergo non est tribuendus Christi humanitati.

Tertium. ¶Præterea,Christus secundum quod homo cultu latrię adorat patrem,non ergo ipse secundum quod homo adorandus est adoratione latriæ.

D.Damasc. In aduersum est Damascenus in 3.lib.de fide cap.8. qui fatetur humanitatẽ Christi esse adorandam eadem adoratione, qua Christus.Et exemplo manifestat suũ dogma.Siquidem carbonem non tangimus quando ignitus est,non propter carbonẽ,sed propter ignem,ergo humanitatem Christi oportebit adorare propter verbum,cui copulata est.

Magister. De quæstione hac disputat Magister in 3.d. 9.& duas profert distinctas sententias.Altera negat eodem cultu esse honorandam Christi humanitatem,quo Deus colitur,quia humanitas creatura est.Altera vero affirmat esse colendam diuino cultu,quo ipse Christus colitur,ne diuidendo cultum duas personas introducas in Christo, quas introduxit Nestorius.

D.Thom. Diuus Thomas in his duobus articulis subobscure profectò videtur propositã quæstionem potius inuoluere, quam explicare. Nam Diuus Thomas duo proponit inuestiganda.Alterum est,vtrùm vna & eadem adoratione sit adoranda Christi diuinitas, & eius humanitas ? Alterum est, vtrùm humanitas Christi sit adoranda adoratione latriæ. Et ad vtrumque quæsitum nihil respondet distinctè & determinatè, sed sub distinctione, vt patet ex cõclusionibus superiùs positis. Quæres non mediocriter obscuram reddit definitionem.Neque enim potest Theologus facile intelligere,quidnam absolutè sit respondẽdum.Sed ex alia parte dubitatio crescit.Nam D.Tho.in vtroque articulo inquit,quòd adoratio & honor tantum est personæ subsistentis,si propriè loquendum est. At in secundo articulo considerat humanitatem Christi, vt rem adoratam,quæ tamen nõ est persona per se subsistens. Ex quo rursus colligitur argumentum contra primam conclusionem articuli primi ad probandum, quòd absolutè & simpliciter sint plures adorationes Christi.Etenim vna adoratio est personæ Christi vt rei, quæ adoratur, alia vero humanitatis Christi etiã vt rei, quæ adoratur iuxta doctrinam D. Thom.sunt ergo plures adorationes ex parte rei,quæ adoratur. Scotus in prædicta distin. quæst.vnica reuocat in dubiũ,vtrùm ratione humanitatis debeatur etiã Christo cultus latriæ.Quia ratione redemptionis debemus ei summã seruitutem,& est supremus dominus. Et sanè maius beneficium est redemptionis, quã creationis,ergo si ex creatione Deus colitur cultu latriæ multo magis est colẽdus Christus Dominus secundũ quod homo ex titulo redẽptionis.Durandus in eadem distinct.distinguit dupliciter de adoratione : Duobus modis(inquit) aliquid adoratur. Vno modo per se, & est illud,in quo est causa honoris. Alio modo per accidẽs,illud videlicet in quo nõ est causa honoris,sed habet habitudinẽ ad id,in quo est causa honoris. Quod vt euidentius exponat dicit in eo qui honoratur per se, duo esse cõsideranda,ille scilicet qui honoratur,& causa honoris.Ex his deducit duas conclusiones.Prima.Latria soli Deo debetur per se. Secũda,per accidens debetur humanitati, quia quãdo suppositũ honoratur,honoratur quidquid est in illo.Sed S.Tho. nunquam loquitur hoc modo,quod humanitas in Christo adoratur cultu latriæ per accidẽs.Quia nõ est per accidens in illa persona, sed per se. Per se enim spectat ad illam personã,imò constituit illam,vt est persona humana.Marsil.in 3.q.8. varias constituit conclusiones in elucidationem propositæ quæstionis. Sed dum nimiũ est amator claritatis punctũ difficultatis non absoluit,imò ne attingit quidem. Vt hæc veritas elucidetur est prima conclusio. ¶ Christus non est coadorandus cum Dei verbo,sed adorandus vt Dei verbum cultu latriæ. Hæc est fides catholica,& contrarium pertinet ad hæresim Nestorianam. Nestorius enim aiebat,

Scotus.

Durand.

Marsil.

1. Cõclusio

Christus est adorandus vt Dei verbum non cũ Dei verbo.

bat, Christum coadorãdum esse cum Dei verbo. Existimabat enim duas personas esse in Christo, siue duo suppositavnita ex affectuali vnitate, aut ex cõmunicatione honoris, vt suprà diximus. Quamobrẽ Christũ non adorabat ea adoratione, qua Dei verbum, sed diuidebat adorationem, vt diuidebat suppositа. Nisi quòd aiebat, quòd adorantes Dei verbũ coadorabant quodammodo Christũ propter vnionem dignitatis, & amoris inter Christũ, & Dei verbum. Hanc hæresim Ephesinum concilium primũ anathematizat in c. 8. & Cyrill. anathematismo octauo. Et in cõcil. Cõstanti. 5. ad ad finẽ. Et Cyrill. iterũ in defensionibus ad orientales Episcopos. Idem docet Damas. in loco citato. Et ratio est euidens ad condẽnandum hũc errorem. Nam hic error docet, quod Christus non est verbum Dei, & verus Dei filius, quod est conculcare scripturas, & fidẽ incarnationis dominicæ. ¶ Secũda cõclus. Christi humanitas vt vnita verbo adorãda est tanquam terminus adorationis cultu latriæ. Hanc conclusionẽ docent concilia, & sancti patres in præcedenti cõclusione citati. Docet insuper D. Aug. de verbis Dñi serm. 58. & super Psal. 98. Et Damasce. lib. 3. ca. 8. Et rationes sunt in promptu. Prima est. Quoniam humanitas vnita verbo sortitur esse diuinæ personæ, quod est esse diuinũ, ergo cũ habeat esse diuinum, cultum latriæ promeretur. Vnde corpus dominicum iacens in sepulchro propter eãdem causam erat adorandũ cultu latrię, & anima Christi quia erat copulata tũc cum Dei verbo eũdem honorẽ exposcebat. Vnde quædã preces feruntur, quæ dirigũtur ad animã Christi. Qualis est illa. Anima Christi sanctifica me. Deinde probatur. Nã adorare hoc pacto Christi humanitatem est adorare illam vt rem, quæ adoratur propter verbi personã tanquam propter adorãdi rationem, sed ratio quę desumitur ex verbo est ratio adorationis latriæ: siquidem verbum est Deus supremum omnium rerum principium, ergo humanitas verbo diuino copulata est adoranda cultu latriæ. Tertia ratio sumitur ex vsu Ecclesię, quę corpus & sanguinẽ Christi in Eucharistiæ sacramẽto adorat adoratione latriæ. Ecclesia autem in vniuersali cõsuetudine falli nõ potest. Et profecto quando alia ratio nõ se offerret ad nostram conclusionẽ demonstrandã, hęc sufficiens videtur esse, quam insinuat D. Th. ex Diuo Damasceno. Quia adorare carnem Christi nihil aliud est, quam adorare verbum Dei incarnatum, sicut adorare vestem regis nihil aliud est, quam adorare regem vestitũ. Sed vt hoc facilius intelligatur obserue Theologus, Christum esse adorandum tãquam terminum adorationis latriæ, quia ad Christum dirigenda est hæc adoratio vt ad id, quod per se adoratur vt Deus. Ideoque Deum hominem, & hominem Deum per se adoramus. Propter quod hic homo demonstrato Christo, est adorandus per se adoratione latriæ. Etenim hic homo Christus verè Deus est, at vero Christus non est sua humanitas, nec Deus est humanitas. Propterea, humanitas Christi non est id, quod adoratur, imò coadoratur adorato homine Christo. Siquidem adorando Christum, adoratur quicquid est Christi, & ideo pedes, & manus Christi, cæteræque Christi partes coadorantur adorato Christo. Quod si dixeris hæc potius coadoranda quam adoranda cultu latriæ, nihil improbabile dixeris. Sed ex hac conclusione forsitan eliciet Theologus esse hæreticam sententiam, quam Magister indicat, quæ negat Christi humanitatem colendam esse cultu latriæ, cum tamen non sit hæretica, nec Magister eam damnet tanquam hæreticam. Respondetur. Existimo, quòd non sit hæretica. Nam quod concilia præinducta reprobant, est diuidere adorationem Christi, sicut illam diuidebat Nestorius distinguens duas personas in Christo. Et hanc hæresim concilia, & sancti destruere adnituntur. Verum qui confitetur in Christo vnam personam, non duas, & tradit humanitatem non esse adorandam cultu latriæ in hæresim Nestorianam non prolabitur. ¶ Tertia conclusio. Christi humanitas quantumlibet prædita omnium virtutum, & gratiarum genere excepta vnione hypostatica, non est ratio adorandi adoratione latriæ, sed hyperduliæ tantum, vt docet Diuus Thomas in secunda conclusione secundi articuli, imò dico, quod humanitas Christi secundum se considerata quamlibet perfecta sit non est adoratione latriæ adoranda sed hyperduliæ. Hęc sententia est Diui Augustini in allegato sermone de verbis Domini, imo est sententia scholasticorum omnium. Et iuxta eam non perperam dixit glossa enarrans Psalm. 98. & exponens verba illa; Adorate scabellum pedum eius; Christi humanitatem non esse adorandam latriæ cultu, sed hyperduliæ, loquitur enim de humanitate secundum se considerata. Nam quando per se consideratur, non consideratur vt aliquid Christi, sed nudam habet considerationem, iuxta quam non est adorabilis cultu latriæ, sed hyperduliæ super omnes creaturas, quia excellentior est cunctis creaturis in gratiarum abundantia. Idem confirmatur. Nam ratio ducens ad cultum latriæ conuenit tantum

Cõcil. Ephesinum. Cyrillus. Cõc. Cõstã. Damasce.

2. Cõclusio Christi humanitas est adoranda cultu latriç

Augusti. Damasce.

Obiectio.

Solutio.

3 Cõclusio Humanitas Christi secundũ se cõsiderata nõ est adorãda cultu latriæ

tum primo principio, & primo autori, sed humanitas Christi cum omnibus suis ornamentis, & perfectionibus creatis non est primum principium, ergo non est adoranda cultu latriæ. Ex quo facilè est intelligere in quanto errore versatus est Ioannes VVitclef hæreticus, qui dogmatizauit, humanitatem Christi etiam per se consideratam esse adorandam cultu latriæ. Vnde aiebat. Si verbum Dei deponeret humanitatem, quod humanitas deposita esset adoranda diuino cultu. Docebat enim hominem illum iam depositum, esse verum redemptorem generis humani, & ideo diuinos promereri honores. Meminit huius dogmatis Thomas VValdensis in doctrinali fidei, tomo primo, libro primo, articulo tertio, capitulo. 44. At vero hoc dogma hæreticum est. Etenim Christi humanitas per se considerata creatura est, & non creator, neque habet esse diuinum, quando est separata, ergo non potest honorari cultu diuino. Et rectissimè quidem scribit Augustinus de verbis Domini sermone. 58. homilia. 14. in Ioannem. Si hominem separaueris à Deo, illi nunquam credo, neque seruio. Et est sermo de Christi humanitate, vt consideratur à verbo separata. Et est exemplum Augustini de diademate regio, aut purpura seu chlamyde. Quæ si sunt separata à regio corpore non coluntur. At induta à rege, eodem cultu venerantur, atque rex ipse. Ex quo tamen exemplo nonnulli crediderunt humanitatem Christi adorabilem esse cultu diuino per accidens, vt vestimenta regis venerantur per accidens. At vero exemplum hoc, vt supra tradebamus, non est prorsus conquadrans huic negotio. Etenim vestimenta mea non habent esse meum vel vestitorum. Neque sunt vnum suppositum vestis, & vestitum, imò sunt duo suppositа. Contra vero in Christo est. Etenim humanitas habet esse personale diuinum, ideoque poscit diuinum cultum, vt copulata est verbo diuino. Verum est tamen, quòd quidam hic subtiliter distinguunt, & eorum sententia non omnino displicet. Si separata, inquiunt, constituit proprium suppositum, non licet honorare illam cultu latriæ. Si vero esset separata, sed non constitueret proprium suppositum, quin potius consideraretur vt pars, quæ fuit Christi, diuino honore esset honoranda sicut eius sanguis. Sed de hoc latius in articulo vltimo. ¶ Quarta conclusio. Non est inconueniens, quòd vna & eadem persona Christi adoretur cultu latriæ propter suam diuinitatem, & adoratione hyperduliæ propter perfectionem humanitatis. Hanc conclusionem constituit Diuus Thomas in secundo articulo ad finem, & explicat eam Caietanus hisce verbis. Aduerte (inquit) hic duo. Primum est, quòd adorari vt rem adoratam, contingit dupliciter, vel per se, vel per aliud. Et propterea persona Christi per se adoratur cultu latriæ. Quia per deitatem, quæ est ipsa personalitas. Per aliud vero dulia. Quia per humanitatem, quæ est aliud ab ipsa. Et econtra, humanitas Christi per aliud latria, per se autem non, sed dulia, vt ratio tamen adorandi. Secundum est, quòd licet dulia, qua persona patris honoratur propter potentiam, & dulia, qua persona filij ratione humanitatis adoratur non omnino sint eadem, quia illa est dulia communiter sumpta ad species duliæ, & latriæ, ista vero est species duliæ distincta contra latriam, sicut dispositio est genus ad habitum & dispositionem. Licet, inquam, ita sit, non officit tamē processui literæ persuasiuo ex verbis glossarum ad tollendum admirationem, ne quis admiretur, dum dicitur Christum adorandum esse cultu duliæ propter humanitatem, cum tamen alioqui liquidum sit personam Christi ratione diuersarum naturarum diuersimodè honorandam. Addit tamen Caietanus explicans solutionem primi, adorationem duliæ Christo debitam ratione humanæ naturæ Ecclesiam in mente retinere, & non habere in vsu propter euitandos errores. Ex hac conclusione vltima, si rectè expendatur, facilè est intelligere, quomodo humanitas & diuinitas in Christo sunt duæ rationes, & duæ causæ, propter quas Christi persona sit adoranda. Quod asserit Diuus Thomas in primo articulo, in secunda cōclusione. Alio enim honore honoratur propter sapientiam increatam, & alio propter sapientiam creatam. Ex eadem doctrina in promptu est percipere, quomodo in Christo, qui est vna persona, semper sit vnus honor, & vna adoratio ex parte eius, qui honoratur. Propriè enim honor exhibetur toti rei subsistenti. Si autem ponerentur in Christo plures personæ, ponerentur simpliciter plures adorationes. Cum hoc tamen rectè coniungitur, quod adoretur pluribus adorationibus secundum quid, non tamen simpliciter: siquidem adorari simpliciter, & absolutè est terminare passiue adorationis actum. At id, quod adoratur tantum vt ratio & causa adorationis non terminat actum ipsum adoratio nis passiuè, vt patet manifestè cum adoratur sapiens propter sapientiam, sapiens est, qui adoratur, & ipsa sapientia est ratio adorandi.

Thomas VValdēsis.

D. August.

4. Cōclusio

Caiet.

¶ Sed iam tempus est, vt argumenta in contrarium adducta confutemus. Ad primum argumentum respondetur satis conuincere, quod creatura per se non potest adorari latriæ cultu, verum ratione verbi diuini, cui coniuncta est hypostaticè, rectissimè adorari potest cultu latriæ, sicut contrà verbum ipsum diuinum ratione humanitatis adoratur adoratione duliæ cum per se sit adorandus cultu latriæ. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd Christus secundum quod homo est inferior patre. Verum ratione diuinitatis est illi coæqualis, & non adorat illum. Et hoc satis fuerit, vt eius humanitas ratione diuinitatis adoretur, vel potius coadoretur cultu latriæ. Quanquam vt euidentius soluatur hoc argumentum ego existimo, non esse concedendam hanc propositionem, Christus secundum quod homo est adorandus adoratione latriæ. Habet enim sensum falsum, & reduplicatiuum. Humanitas namque non est causa, quare Christus honoretur diuinis honoribus, quin potius humanitas adoratur, vt res adorata diuino cultu propter diuinitatem. ¶ Tertium argumentum ex eadem solutione facilè confutatur. Illud vero, quod obijciebatur contra doctrinam Diui Thomæ, quod non distinctè respondeat ad interrogata, iam dilutum est. Nam diligenter est à nobis expositum, quemadmodum in Christo sint duæ rationes, & causæ honorandi Christum, scilicet, humanitas & diuinitas. Rursus, quemadmodum humanitas & diuinitas semper adorentur eadem adoratione, vt res adoratæ. Quando enim verbi diuinitas adoratur, coadoratur etiam humanitas, & quicquid est in Christo. Cum vero humanitas adoratur etiam persona verbi adoratur, propter quam & ipsa humanitas adoratur. Quod vero obijciebatur ex Scoto volente probare, quòd Christi humanitas sit adoranda cultu latriæ propter redemptionis beneficium, atque etiam Christus secundum quod homo, facilè refellitur. Nam solus homo non redemit, sed Deus homo. Redemptio enim competit Christo ratione diuinitatis tanquam ratione causæ primariæ, & principalis, ratione vero humanitatis tanquam ratione causæ secundariæ. Et sic sola diuinitas est ratio adorationis latriæ, quæ debetur propter redemptionis beneficiũ.

Ad argum. Ad primũ. Ad secũdũ Ad tertium Ad obiect. Scoti.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm imago Christi sit adoranda adoratione latriæ.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd imago Christi non sit adoranda adoratione latriæ. Dicitur enim Exod. 20. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem. Sed nulla adoratio est facienda contra Dei præceptum. Ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ. ¶ 2. Præterea, Operibus Gentilium non debemus communicare, vt Apostolus dicit Ephes. 5. Sed Gentiles de hoc præcipuè inculpabantur, quòd commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, vt dicitur Roman. 1. Ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ. ¶ 3. Præterea, Christo debetur adoratio latriæ ratione diuinitatis, non ratione humanitatis. Sed imagini diuinitatis eius, quæ est animæ rationali impressa, non debetur adoratio latriæ. Ergo multò minus imagini corporali, quæ repræsentat humanitatem ipsius. ¶ 4. Præterea, Nihil videtur esse in cultu diuino faciendum, nisi quod est à Deo institutum vnde & Apostolus. 1. ad Corinth. 11. traditurus doctrinam de sacrificio Ecclesiæ, dicit, Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis. Sed nulla traditio in Scriptura inuenitur de adorandis imaginibus. Ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ. ¶ Sed contra est, quod Damascen. inducit Basilium dicentem, * Imaginis honor ad prototypum peruenit, id est exemplar. Sed ipsum exemplar, scilicet Christus, est adorandus adoratione latriæ. Ergo & eius imago.

146 2.2.q.81. ar.3.ad 3. & q. 49. ar.2.ad 1. Et inf. ar.4. cor. & ar.5. ad 2. Et 3. di.9.q.1.ar. 2.q.2.

lib.4.c.17. nõ longè à princ.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in libro * de Memoria & reminiscentia: duplex est motus animæ in imaginem. Vnus quidem in ipsam imaginem, secundum quod res quædam est, alio modo in imaginem, in quantum est imago alterius. Et inter hos duos motus est

cap.2.circa mediũ tom.

hæc

hæc differentia : quia primus motus, quo quis mouetur in imaginem, vt est res quædam, est alius à motu, qui est in rem: secundus autem motus qui est in imaginem, in quantum est imago, est vnus & idem cum illo qui est in rē. Sic ergo dicendum est, quòd imagini Christi in quantum est res quædam (puta lignum sculptum vel pictum) nulla reuerentia exhibetur : quia reuerentia non nisi rationali naturæ debetur. Relinquitur ergo quòd exhibeatur ei reuerentia solum, in quantum est imago, & sic sequitur, quòd eadem reuerentia exhibeatur imagini Christi & ipsi Christo. Cùm ergo Christus adoretur adoratione latriæ, consequens est quòd eius imago sit adoratione latriæ adoranda.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non prohibetur illo præcepto facere quācunque sulpturam vel similitudinem, sed facere ad adorandum. Vnde subdit, Non adorabis ea, neque coles. Et quia, sicut dictum est, idem est motus in imaginem & in rem, eo modo prohibetur adoratio imaginis, quo prohibetur adoratio rei, cuius imago est. Vnde ibi intelligitur prohiberi adoratio imaginum, quas Gentiles faciebant in venerationem deorum suorum, id est dæmonum. Et ideo præmittitur. Non habebis deos alienos coram me. Ipsi autem vero Deo cùm sit incorporeus, nulla imago corporalis poterat poni : quia, vt Damascen. dicit, * insipientiæ summæ est & impietatis, figurare quod est diuinum. Sed quia in nouo Testamento Deus factus est homo, potest in sui imagine corporali adorari.

li. 4. ca. 15. ante med.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Apostolus prohibet operibus infructuosis Gentilium communicare, cōmunicare autem vtilibus eorum operibus Apostolus non prohibet. Adoratio autem imaginum est inter infructuosa opera cōputanda quātum ad duo. Primò quidem quantum ad hoc, quòd quidam eorum adorabant ipsas imagines vt res quasdam, credentes in eis esse aliquid numinis propter responsa, quæ dæmones in eis dabant, & alios huiusmodi effectus mirabiles. Secundò, propter res, quarum erant imagines: statuebant enim huiusmodi imagines aliquibus creaturis, quas in eis veneratione latriæ venerabantur. Nos autem adoramus adoratione latriæ imaginem Christi, qui est verus Deus: non propter ipsam imaginem, sed propter rem, cuius imago est, sicut dictum est*. ¶ Ad tertium dicendum, quòd creaturæ rationali debetur reuerentia propter seipsam : & ideo si creaturæ rationali, in qua est imago Dei, exhiberetur adoratio latriæ, posset esse erroris occasio, vt scilicet motus adorantis sisteret in homine, in quantum est res quædam, & non referretur in Deum, cuius est imago. Quod non potest contingere de imagine sculpta vel picta in materia sensibili. ¶ Ad quartum dicendum, quòd Apostoli familiari instinctu Spiritus sancti quædam Ecclesijs tradiderunt seruanda, quæ non reliquerunt in scriptis, sed in obseruatione Ecclesiæ per successionem fidelium. Vnde ipse Apost. dicit 2. ad Thess. 2. State, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, scilicet ore prolatum, siue per Epistolam, scilicet scripto transmissam. Et inter huiusmodi traditiones, est imaginū Christi adoratio. Vnde & beatus Lucas dicitur depinxisse Christi imaginem, quæ Romæ habetur.

In corp. art.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua. Nam exhibetur ei reuerentia non in quātum est res quædam, vt lignum sculptum, vel pictum: Quia sic nulla debetur reuerentia, sed in quātum est imago, quæ eadem reuerentia honoranda est, cum vnus sit motus in imaginem, & in rem repręsentatam. Quare sicut Christus adoratur adoratione latriæ, ita & eius imago adoranda est. Quod planè Damascenus decernit inducens Basilium dicentem: Imaginis ho-

Conclusio.

Damasc. Basilius.

nor ad prototypum prouenit, id est, exẽplar. Sed ipsum exemplar, scilicet Christus est adorandus adoratione latriæ, ergo & eius imago.

EXPOSITIO ARTICVLI.

TRia sunt in hoc articulo inuestiganda. Primum, vtrùm imaginum cultus sit admittendus in Ecclesia catholica. Deinde nũ imagines quædam phantasticæ, quæ nonnun quã apparẽt, & se offerunt hominibus Christianis sint adorandæ. Sed & illud est inuestigandũ, quo cultu, & qua adoratione sint colẽdæ imagines, & adorandæ. Vt igitur primam quæstionem diligenter examinemus, sciendũ est, quod aduersus cultum sacrarum imaginũ varij hæretici insurrexere. Et vtuntur his argumentis in huius erroris confirmationem.

De cultu imaginum disceptatio

¶ In primis adducunt testimonia scripturarũ, & inculcant verba illa Exod. 20. non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, vt adores ea. Idem habetur penè eisdem verbis Deuter. 4. & 5. & consonat illud ex Leuit. 26. cap. Non facietis vobis idolum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra. Et 4. Reg. 18. Ezechias rex sanctus, ac iustus fregit serpentem æneũ, quem fecerat Moyses. Et Daniel. 3. magno & infracto animo dixerunt tres illi viri. Deos tuos non colimus, & statuam, quam erexisti non adoramus. Et Ioan. 4. inquit Dominus, veros adoratores adorare patrem in spiritu, & veritate, non ergo in imagine corporea. Itẽ adducunt illam scripturam 1. Ioan. 5. custodite vos à simulacris. Secundo loco adducunt decreta sacrorum conciliorum duõ. Primum habetur canone. 36. conc. Elibertini, cuius verba hæc sunt. Placuit picturas in Ecclesia esse non debere, ne quod colitur, aut adoratur in parietibus depingatur. Alterum decretum editum est sub Leone, & Constantino filio Augusti in concilio Ephes. 3. in hæc verba. Si quis Dei verbi incarnati figuram, & sanctorũ omnium ideas in imaginibus inanimatis, & mutis, materialibus coloribus depingere studeat, anathema sit. Post cuius decreti promulgationem ijdem Imperatores omnes imagines, & statuas è templis auferri, & incendi mãdauerunt. ¶ Tertio in loco adducunt testimonia patrum. In primis adducunt D. Hieronymum super Danielem capit. 3. dicentem. Cultores Dei imagines adorare non debent, vnde iudices, & principes sæculi, qui Imperatorum statuas adorant, & imagines hoc se facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes placuerunt Deo. Subiungunt etiam autoritatẽ Ambrosij ex oratione funebri in Theodosium, vbi sic loquitur. Inuenit ergo Helena crucem Domini regem adorauit, non lignũ vtique, quia hic Gentilis est error, & vanitas impiorum, sed adorauit illum, qui pependit in ligno, scriptum in titulo crucis. Sed & D. Augustinus adorationes ad picturas inter res superstitiosas, & prauum Ethnicorum morẽ refert lib. 1. de moribus Eccle. c. 34. Adrianus Imperator iussit fieri in omnibus ciuitatibus templa sine simulacris, vt autor est Ælius Lamprid. in Alexandro Seuero. Quin & Theodosius Imperator proposuit edictũ, ne quis imaginem Christi vel pingat vel sculpat. Sed potissimum fauet hæreticis Epiphanius autor antiquus, & Ecclesiæ catholicæ defensor acerrimus. Is namque in epist. ad Ioan. Hierosolymitanum Episcopum, quæ versa est in Latinũ sermonẽ à D. Hieronymo, & inter opera Hieronymi circunfertur, refert se scidisse velum quoddam pendens in foribus cuiusdã Ecclesiæ habens imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam, eo quòd contra autoritatem scripturarũ esset pendere in Ecclesia hominis imaginem. ¶ Quarto loco adducunt rationes (vt sibi videtur) acutas. Prima est, quoniam ex cultu imaginum populus rudis accipit occasionem idololatrandi, quia existimat statuam Mariæ esse Mariam, & illam fideliter deprecatur. Secunda est, quoniam non potest negari, quin pertineat ad superstitionem vnam imagi nẽ vnius sancti magis colere, & venerari, quã imaginem aliam eiusdem. Nam cum res, quã repræsentat imago, vna & eadem sit, consequens est, quod si vni imagini exhibetur maior cultus, quod non tribuitur ratione rei repræsentatæ, sed ratione imaginis, quasi in ea lateat aliquod numen, quod pertinet ad idololatriæ superstitionem. Tertia ratio. Licet vsus pingendi vel sculpendi imagines Christi, & aliorum hominum sanctorum, vtcunq; tolerari possit, cæterum vsus pingendi diuinitatem, sanctissimam Triadem, Angelos insuper, videtur omnino illicitus, & ad idololatriam pertinere. Nam certè summæ insipientiæ est, velle figurare eum, qui figuram non habet, imò impietatis, vt autor est Damascenus libro. 4. capit. 17. & secunda Synodus Nicena actione. 3. Quarta. Omnes rationes, quæ adducuntur in diuinis literis ad persuadendum simulacra non esse adoranda, probant æquè de imaginibus. In primis illud ex Psalmo. 134. Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum. Os habẽt & non loquentur, oculos habent, & non videbunt. Et Sapientiæ. 15. Quoniam omnia idola nationum Deos æstimauerunt, quibus neque oculorum vsus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad

Primum argumentũ. Exod. 20.

Deu. 4. & 5. Leuit. 26.

4. Reg. 18.

Dan. 3.

Ioan. 4.

1. Ioan. 5.

Concilium Elibertinũ.

Cõci. Ephesinũ tertiũ.

Tertium. D. Hieron.

D. Ambro.

Augusti.

Adrianus Imperator.

Theodosij Imperator.

Epiphanij.

Quartum.

Damasce.

Secũda synodus Nicena.

Psal. 134.

Sap. 15.

ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos,& qui spiritum mutuatus est,is finxit illos . Nemo enim sibi similem homo poterit Deum fingere. Cum enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis . Melior enim est ipse ijs, quos colit . Quia ipse quidem vixit, illi autem nunquam . Ad idem pertinent argumenta, quæ fecit Baruch in sua Prophetia ca. 6. ad execrationem idolorum, quæ omnia arripiunt hæretici contra vsum imaginum.

Baruc.6.

Hæretici, qui existimauere cultum imaginũ esse idolatriam.

¶ Pro expositione sciendum est, fuisse olim quosdam hæreticos, qui appellati sunt Iconoclastæ, hoc est, imaginum effractores, qui Feliciani dicti sunt, qui existimabant cultũ imaginum esse meram idololatriam. Quem errorem sequuntur vehementer nostra ætate Lutherani. In quorum Ecclesijs imagines vniuersæ ignominiosè sunt confractæ . Et non est recens hoc dogma, sed antiquum valdè.

Secũda synodus Nicena,

Secunda Synodus Nicena refert hunc errorẽ ad Manichæos & Marcionistas . Sed parum, aut nihil refert scire huius erroris originem, multum vero illum conuellere , & destruere. In cuius rei gratiam conclusio est catholica.

Cultus imaginũ licitus & pius.

Licitum est & pium imagines venerari,& colere in templis,& extra templa,& contrarium asserere est dogma hæreticum. Probatur primum, ex vsu Ecclesiæ catholicæ, quam in re tanti momenti errare nefas est credere. Deinde ex traditione Apostolica , ab exordio Ecclesiæ vsque ad nostra tempora deriuata. Testes huius traditionis sunt omni exceptione maiores Patres in secunda Synodo Nicena,

Damasce.

in vltima actione. Damascenus lib.4.c.17. D. Thom. solutione ad 4. Et patet euidenti ratione. Nam illud dogma, quod patres per tẽporum succesionem summa consensione tenuerunt huiusque contrarium vt hæresim refutarunt pertinet ad traditiones Apostolorũ. Sed sacrarum imaginum vsus est huiusmodi, ergo ex traditione Apostolica venerantur. Se

D. Athanas.

ries vero huius traditionis hæc est. D. Athanasius in libello, quem edidit. de passione imaginis Domini refert Nicodemum Christi discipulum composuisse imaginem quandam ipsiusmet Christi , quæ postea telo à Iudæis violata, sanguine manauit . Hic libellus Diui Athanasij legitur in allegata Synodo actione. 4. Mulier præterea profluuio sanguinis liberata, vt narrat Euangeliorum historia, imaginem & statuam erexit Christi, vt autor est

Eusebius. Sozomen. Nicephor.

Eusebius libro.7. historiæ Ecclesiasticæ, cap. 18. Sozomenus libro.5. capit.21. Nicephorus libro 6. capit.15. meminit etiam huius imaginis Secunda Synodus Nicena actione.6. Sed & Christum Dominum vultus sui effigiem lineo pãno diuina potestate sua impressam ad Abgarum Regem Edessenorum trãsmisisse refert Damascenus lib.4.c.17. Nicephorus li. 2.c.7.& lib.17.ca.16. Euagrius 4. lib. historiæ Eccle.c.27. Ex quo Euagrio refertur hæc historia in secunda Synodo Nicena act.5. Alteram sui imaginẽ dicitur impressisse Christus lintheo cuidam, quam dedit Veronicæ , qua admota Tyberio dicitur Tyberius sanatus ab ægritudine,& ob id decreuisse diuinos honores Christo. Damasus in vita Syluestri Pontificis refert Constantinum Magnũ, qui fuit primus Imperator Christianus pretiosissimas imagines argenteas donasse Ecclesijs. Et Lucam referunt depinxisse imaginẽ Christi, beatæ Virginis, Apostolorum Petri,& Pauli, vt autor est Nicephorus lib.6.cap.16. & alij multi historici idem constanter docent. Habemus prętereà omnium patrum Athanasij, Ambrosij, Chrysostomi, Hieronymi , duorum Gregoriorũ Romæ Episcoporũ, Basilij, Nili, Gregorij Nisseni, atque alia aliorum veterum patrum clara, atque egregia in hac imaginũ quæstione testimonia, atq; scripta, quos diligenter refert Adrianus Papa primus in epist. ad Constantinũ,& Irenẽ eius matrẽ, quæ habetur in secũda Synodo Nicena act.2. Tertio probatur nostra conclusio ex definitionibus conciliorum. Definitur hæc veritas in tribus Lateranẽ sibus cõcilijs. Sed potissimè in secũdo cõcilio Niceno, in quo septẽ actionibus integris hæc quæstio de cultu imaginũ sapiẽtissimè disseritur,& tandẽ definitur vsum imaginũ esse piũ & catholicũ. Imaginis enim honor in prototypũ resultat,& qui adorat imaginẽ in ea adorat quoq; descriptũ argumentũ. Sic enim sanctorũ nostrorũ patrũ obtinet disciplina, vel traditio catholicæ Ecclesiæ, quæ à finibus vsq; ad fines Euangeliũ susceptt . Quicunq; itaq; (sic aiũt patres huius cõcilij) venerãdas imagines nõ susciput, anathema sit. Quicunq; sentẽtias sacræ scripturę de idolis cõtra venerãdas imagines adducunt, anathema eisdicimus. Si quis traditionẽ Ecclesiæ siue scriptã, siue consuetudine receptam non curauerit, anathema ei dicimus . Hæc definierunt patres contra Iconomachos, id est, imaginum fractores, siue verberatores. Sed in octaua Synodo generali eadem definitio approbatur, in cuius actione prima anathematizantur Iconomachi. Et in actione 4. eadem veritas confirmatur, in epistola Nicolai ad Michaelem Imperatorem. Et in actione. 10. canone tertio & septimo habentur anathecismi contra Iconomachos. Tandem nostris tẽporibus Synodus Tridentina sess.25. renouat hãc fidẽ de cultu imaginum,& anathematizat contrarium sentien-

Damascẽ. Euagrius.

Suetonius. Damasus.

Nicephor. Consensus omniũ patrũ de cultu imaginũ

Adrianus.

Conciliorũ definitiões

tes. Quarto probatur ex diuinis scripturis, in quibus habetur expresse vsum imaginum nõ esse à Deo interdictum etiam in veteri testamento. Nam Moyses ex præscripto Domini fecit statuas, ac similitudines Angelorũ, duos scilicet cherubin aureos, posuitq; illos in tabernaculo, in summis propitiatorij partibus. Sic enim habet textus. Duosquoq; Cherubin aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero, respiciantq; se mutuo versis vultibus in propitiatoriũ. Exo. 25. Insuper Salomõ sapiẽtissimus. 3. Reg. ca. 6. & 7. in templo quod extruxerat fecit boũm, ac Cherubin sculptiles imagines, & laudẽ accepit à dño, tãtũ abest, vt criminatione propter hęc fieret dignus. Rursus 2. Paral. 3. sculpũt Cherubin. Et in veste Põtificis erãt malorũ punicorũ simulacra. Exo. 39. Deniq; Num. 21. Fecit Moyses serpentẽ æneũ, posuitq; eũ pro signo. Et quicunq; percussi à serpentibus, aspiciebãt illud sculptile, sanabãtur. Ecce sculptile ex præcepto Dñi factum, idq; in vsum propitiationis. Quãdo enim inspiciebãt hũc serpentẽ æneũ percussi mox sanabãtur, dño sic disponẽte in figurã magni mysterij. Huc etiã pertinet illud ex Psal. 98. Adorate scabellũ pedũ eius. Nam scabellũ in hac sentẽtia pro propitiatorio accipi, quod alis suis Cherubin sub humana forma tegebant, inter omnes constat. Et sanè D. Hierony. testis est Iudæos sanctasanctorum, & quæ ibi erant Cherubin adorasse. Quinto probatur nostra fides ex multis, & innumerabilibus miraculis, quæ ad sanctorum imagines sunt edita, & in dies passim eduntur, quorũ numerũ magnũ refert Secunda Synodus Nicena sæpius cõmemorata. His testimonijs accedunt optimæ rationes. Prima adducitur ex tali similitudine. Si acceptas à Cæsare literas osculamur, non ceram, aut figuram sigilli, aut fortè plumbum honoramus, sed tali osculo absenti Cæsari honorẽ deferimus; ita Christianorum mens quando coram signo sanctæ crucis genua flectimus, aut osculum figimus, non est, vt lignum illud adoremus, sed in eo adoramus ipsum, qui propter nos in eo crucifixus est. Idem ostenditur ex alio exemplo perũmili. Quando librum Euangeliorũ, quo more, & Iudæi coram libro legis se inclinant, & prosternunt, osculamur, non membranas, non pelles, neque literas atramento pictas, verum salutifera & sancta illa verba, quæ ibi scripta continentur, cordis osculo amplectimur. Ad eundem modum, quando ossa & imagines sanctorum veneramur, non figuras externas, sed dona veneramur, quæ in sanctis mirabiliter operatus est Deus. Sanè, vt rectissimè dicit beatus Athanasius, qui in alicuius typum, imaginem, aut effigiem igno minioſus est, in illũ, cuius est typus iniuriam factam arbitramur. Haud dissimili ratione honor, qui imagini defertur, in eum, cuius est imago redundat. Sicut & beatus Chrysostomus in re simili dicit. Quisquis iniuriam imagini Cæsaris irrogauerit, eum iam Cæsarem ipsum iniuria affeciſſe. Vltimò, iure optimo ob tres causas Ecclesia imagines semper retinuit. Sunt enim rudibus, & imperitis instar librorum, vt dicit Diuus Gregorius. Deinde, nonnunquam magis conferunt ad excitandam in nobis pietatem, & deuotionem, quam soleat sacrarum rerum, aut narratio, aut scriptio. Gregorius Nicenus in contemplatione imaginis Abrahæ filium immolaturi, à lachrymis sibi temperare non potuit, vt narrat secundum concilium Nicenum, quas tamen crebra eiusdem historiæ lectio nunquã prius extorserat. Quare prudenter, ac piè scribit Basilius, bellorum facinora præclara & scriptores historici, & pictores sæpius expresserũt, illi quidem oratione rem exornantes, hi autem in tabulis depingentes, vtrique etiã multos ad virtutem excitarunt. Ad hæc imagines renouant non minore cum vtilitate, quam voluptate, rerum præteritarum memoriam, & ad posteritatem transmittunt. Sed & res, quæ repręsentatur per imaginem honoratur, & colitur. Has causas pingendi, vel sculpendi imagines sacra commemorant concilia supra commemorata. Sed ad argumenta in contrarium posita respondeamus. ¶ Ad primum ex sanctis scripturis dicẽdum est, quod de imaginibus adorandis triplex est consideratio. Prima, si adorentur atque si in ipsis lateat diuinitas, vel aliquod numen propter quod sint colendæ, vel ab eis aliquid petendum, vel in eis fiducia constituenda. Et hæc est idololatriæ impietas, quæ in scripturis diuinis grauiter prohibetur. Et hoc pacto intelligendus est D. Gregorius in epistola ad Serenum, quæ refertur de consecratione, distinct. 3. cano. perlatum. Vbi laudat Serenum, quod imagines adorare vetuerit. Adorabantur namque tanquam Dij, reprehendit tamen acriter, quòd illas confregerit. Secundò, hæc adoratio consideratur tanquam periculo exposita idololatriæ. Et hac ratione Deus antiquum populum ab huiusmodi imaginibus ve hementissimè abstrahendum duxit. Nouerat namque illum populum ad id vitij propensissimũ. Tertia denique imaginum consideratio est, quatenus in illis Deus ipse, & sancti repręsentantur. Atque hac ratione nihil aliud est, quam officium, bonaque religionis pars

Exod. 25. 3. Reg. 6. & 7.
Exod. 39. Num. 21.
Psal. 98.
Hierony.
Miraculaia numerabilia ad sanctorũ imagines edita
Athanasius
Chrysost.
Causæ ob quas Ecclesia vsum imaginum semper retinuit.
Gregor. Nicenus.
Basilius.
Ad argum.
Ad primũ.
De imaginibus triplex consideratio.
Gregor.

pars imagines adorare. Nã adoratio imaginis in prototypum refertur. Mẽtiunturq; impro be hæretici, imagines adorari à nobis ſicut gẽ tes adorabant idola. Aliud namq; lõgè idola gẽtiũ, aliud imagines Chriſtianorũ, quod ido la fuerint dæmonibus conſtituta, quibus gen tes, & aliquãdo Iudæi idololatræ diuinos ho nores, & cultus exhibuerunt, & opera manuũ ſuarũ adorabant veluti numina, & ea tanquã Deos ſuos colebant cõmutando gloriã incor ruptibilis Dei in ſimilitudinẽ imaginis corrup tibilis hominis, & volucrum, & quadrupedũ, & ſerpentũ, vt Paul. Rom. 1. illos accuſat. Nos autẽ adorando imagines, & ſtatuas ſanctorum non mutamus gloriam Dei in ſtatuas, vel ima gines. Credimus enim & ſcimus Diuæ Virgi nis ſtatuã eſſe opus hominis ex ligno, vel lapi de, vel argẽto, neq; quicquã habere in ſe nu minis. Credimus præterea perſonas, quarũ ſi militudines veneramur nullo pacto Deos, ſed creaturas eſſe à Deo factas, & redẽptas. Itaq; nr̃æ imagines ideo colũtur, & honorãtur, quia ſunt ſigna, & memorialia, quibus præcipuè dñi noſtri Ieſu Chriſti vita, & aliorũ diuorũ ſa cinora egregia nobis ob oculos ponũtur. Mẽ tiuntur itaque hæretici, qui imagines noſtras idola appellitant, & illud 1. Ioan. 5. cuſtodite vos à ſimulacris, afferũt cõtra cultũ imaginũ. Et ita legũt. Cuſtodite vos ab imaginibus, de induſtria non volentes intelligere quantũ in ter ſe diſtent ſimulacra gentiũ ab imaginibus ſacris noſtris. Ad illud, quod proferunt hære tici de ſerpente æneo ab Ezechia cõfracto fa cilè eſt ſatisfacere. Vidit namq; Ezechias rex pientiſsimus populum ad idololatriam propẽ ſiſsimum eſſe, & ne in hoc vitium prolaberetur, illud confregit, quanquã ſerpens nõ imaginis, ſed myſterij habuit rationem. Nec nũc eſt eadem ratio confringendi imagines, quo in tempore idola gentium iam ſunt deleta, ne que vlla eſt inclinatio, neq; in gentibus, neq; in Iudæis, nec in Chriſtianis ad idololatriam, idq; merito Chriſti Dñi, in cuius aduẽtu om nia idola eſſe conterenda prædixit Propheta. ¶ Ad ſecundum argumentum, ex definitioni bus conciliorũ. Ad conciliũ Elibertinum di cendũ, Synodum prædictam fuiſſe habitã an te tempora Conſtantini Magni antequàm re ligio Chriſtiana publicè fuiſſet recepta. Hoc itaque edicto patres non ſimpliciter picturas, ſed ne more gentilium, qui vndique circunfu ſi erant, eas colere prohibuere. Atque huc qui dem verba ipſius canonis, & aliorum reſpice re videntur, in quibus multa de gentium ido lis, & de Chriſtianis, qui illis ſacrificauerunt, cauentur. Secundo reſpondetur, quòd iſte ca non non omnes imagines, ſed parietum pi-

Aliud idola gentium, aliud imagines Chriſtianorum.

Rom. 1.

1. Ioan. 5.

Serpẽsene quare ab Ezechia cõfractus.

Ad ſecũdũ. Concilium Elibertinũ explicatur.

cturas tantum prohibet, ne in perſecutione Eccleſiæ in illo tempore daretur occaſio illu dendi imaginibus Chriſtianorum. Alias nam que imagines ſiue pictas, ſiue ſculptas, quæ à Chriſtianis facilè auferri poterant, non pro hibuit. Velcertè prohibuit imagines, quoniã populus Hiſpanienſis tunc ad vitium idolola trię erat propenſus. Vel dicatur conciliũ illud prouinciale fuiſſe, & ideo errare potuiſſe. Ad concilium Epheſinum tertium nihil aliud reſ pondere libet, niſi quod Damaſce. in 2. libro aduerſus Iconomachos dixit hoc concilium non eſſe autenticum, ſed execrandũ, eo quod iuſſu Imperatorum fuit conuocatum, & non iuſſu, & decreto Summi Pontificis. Anathe matizatur hoc concilium in ſecunda Synodo Nicena. ¶ Ad tertium argumentum ex teſti monijs doctorum compoſitum. Ad D. Hiero nymum reſpondetur, quod D. Hieronymus inuehitur contra eos, qui ſtatuas, & idola gen tium more adorant, quas illi dijs ſuis, id eſt, dę monibus erigunt, atque etiam regibus ſuis vi uis & defunctis conſecrant. Has imagines di cit Hieronymus non eſſe adorandas, nõ autẽ illas, quas vero Deo, & ſanctis Dei nos Chri ſtiani ſacramus, de quibus adorãdis, quid Hie ronymus ſentiat patere poteſt ex epitaphio Paulæ, & ex epiſt. ad Marcellam. Ad D. Amb. reſpondetur peſtiferè ab hæreticis eſſe allega tũ in ſuum patrociniũ. Nam eo in loco quem hęretici ſignant, in fauorẽ imaginũ ſic loqui tur. Helena nõ adorauit crucẽ, quia lignũ ado rare Gentilis ſit error, nõ tamẽ inficiatur ado randã eſſe crucẽ, cuius adorationẽ paulò poſt maximè cõfirmat dicẽs: Sapiẽter Helena egit, quæ crucẽ in capite regũ leuauit, vt crux Chri ſti in regibus adoretur, pietas eſt hæc, quæ re fertur redemptioni. Et poſt pauca, ferro pe dũ Chriſti reges inclinãtur, reges adorãt. Ad D. Aug. reſpõdetur, quod in loco citato, & in epiſt. 49. quã etiã hęretici in ſuũ patrocinium adducũt, loquitur de idolis, & ſimulacris, quę adorãtur more Gẽtilico, nõ de noſtris imagi nibus, quas Chriſtianus populus pientiſsimo vſu veneratur. Quid vero ſentiat Aug. de ima ginibus colendis colligi poterit ex ſer. 181. ex Pſal. 141. ex li. 2. de peccatorũ meritis, & remiſ ſionibus c. 26. de doctri. Chriſtia. li. 3. ca. 9. de cõſenſu Euangeliſtarũ li. 1. c. 10. de viſitatione infirmorũ li. 2. c. 3. de vera religione cap. 36. & 37. de ciuit. Dei li. 22. c. 8. De Adriano Impe ratore, paucis dicendum eſt. Nam Lampridius non de Chriſtianorum imaginibus, ſed de Gentilium ſimulacris loquebatur, quod eius verba indicant. Dicebantur (inquit) illa templa Adriani; quia non habebant numina. De Theodoſio dico, quòd edictũ Theodoſij adulte-

Concilium Epheſinum autenticum non eſt. D. Damaſc.

Ad tertium Hieron.

Ambroſius

D. Auguſt.

Adrianus.

Theodoſius

adulteratum, & vitiatum est à Lutheranis. Verum edictum sic habet. Ne signum crucis sculpatur, aut figatur humi, ne aliqua iniuria irrogetur cruci. Habetur edictum hoc in codice Iustiniani libro.1.titul.11. ¶ Ad Diuũ Epiphanium respondetur ex Diuo Damasceno libro.1.aduersus Iconomachos, multa fuisse imposita huic sancto ab hæreticis circa cultum imaginum, quod etiam commemorat concilium secundum Nicenum actio. 6. Vel dicendum, quòd fortassè in illis partibus illud velum erat occasio idololatriæ, & ideo scidit illud. Vel dicendum. Discidit quidem Epiphanius velum, in quo non Christi, nõ sancti alicuius, sed forte Iouis, aut Herculis imago depicta erat, quæ tamen instar Christi, aut sancti alicuius imaginis in templo conspiciebatur.

Epiphani⁹.

¶ Ad rationes in oppositum adductas. Ad primam respondetur multos esse abusus in depingendis sacris imaginibus, & in eis venerandis, qui abusus præcipit sacra Synodus Tridentina, vt diligenter corrigantur. Verum hi abusus non oriuntur per se ex sacrarum imaginum veneratione, & facilè erudiri possunt simplices in vero imaginũ cultu, & probi homines nullam ex eis accipiunt occasionẽ peccandi, sed magnos reportant fructus, quos supra commemorauimus. Verum deprauati homines nihil mirum, quod accipiant inde occasionem errandi. Vide, quam facilis sit instructio, & eruditio populi ad cultum sacrarum imaginum. In his siquidem versibus concilij secundi Niceni tota instructio continetur.

Ad rationes quarto loco propositas.

Ad primã rationem.

Facilis est instructio populi de imaginum cultu.

Hoc Deus est, quod imago docet. sed non Deus ipsa.
Hanc videas, sed mente colas, quod cernis in ipsa.

Quos tamen duo, qui sequũtur apertius explicant.

Effigiem Christi cum transis pronus adora,
Nec tamẽ effigiem, sed quod designat, honora.

¶ Ad secundã rationẽ nego, pertinere ad superstitionẽ, quod vna imago vnius sancti magis colatur, quam alia eiusdẽ sancti. Nõ enim est alienũ à vera religione, quod vnus sanctus magis honoretur in vna imagine, quã in alia ratione maioris beneficij, & commodi, quod nobis impendit in vna imagine, & nõ in alia. Quam rẽ exponit D. Aug. copiosè epist. 137. & lib. 22. de ciuit. Dei. c. 8. Sed & Leo primus de hac re loquitur in sermone de Petro, & Paulo. ¶ Ad tertiã rationem negandum est, pertinere ad superstitiones colere imagines Angelorum, atque etiam diuinitatis, & sanctissimæ Trinitatis. Pro cuius explicatione scire oportet, quòd tripliciter intelligi potest, quòd Deus figuratur. Primo ad effingendã seu figurandam ipsam diuinitatẽ in se. Et hæc est summa insipientia, & insania. Secundo potest figurari species aliqua, in qua Deus hominibus apparuit, vt si pater diuinus depingatur in forma senis, in qua apparuit Daniel. 7. aut sedens super solium excelsum, in qua apparuit Esai. 6. Et Spiritus sanctus depingi solet in specie columbæ & in linguis igneis, & filius in figura agni. Tertiò, depingi potest, vt per sensibilem aliquem effectum depictũ perueniamus in cognitionem Dei. Nostra conclusio intelligenda est de pictura in his duobus modis postremis, & potissimum de secundo modo. Cõclusio sic explicata quantum ad Angelorum imagines habetur expressè in allegata synodo generali. 7. sess. 7. in definitione fidei, & in act. 5. præcedenti. Et in eadem actio. 5. habetur eadem conclusio, quantum ad depingendum Spiritum sanctum in columbæ specie. Inducitur siquidem ibi Xeneus hæreticus, qui inter alia dicebat hoc esse puerilisanimi factum fingere in columbæ idolo, ter adorabilem Spiritum sanctum. Inducitur etiam Seuerus hæreticus, qui negabat Spiritum sanctum depingendum esse in specie columbę. Contra quos hæreticos Synodus ibidem sentit, eos anathematizans. Et Tarasius Patriarcha dixit. Si in nomine Spiritus sancti dedicatas columbas sancti patres receperunt, quãto magis corpus incarnatum verbi, &c. Deinde probatur conclusio ex vsu Ecclesiæ, qui refertur certè ad Apostolorum tempora sine vllo principio, & initio, aut in concilijs, aut in definitione Pontificia, ante illa tempora D. Thomas in 3. dist. 9. quæst. 1. articul. 2. quæst. 5. ad 3. inquit, corpora assumpta ab Angelis tribus, qui Abrahę apparuerunt poterant adorari latria in quantum erant imagines Trinitatis. Ad cætera legatur circa istam conclusionem dominus Caietanus hic in solutione ad primũ. ¶ Ad quartam rationem, quòd Prophetæ inuehuntur in adorantes idola gentium, in quibus credũt quòd numen lateat, in quibus collocant fiduciam, à quibus aliquid petũt. Et ad hoc reprobandum variæ adducuntur persuasiones. Has vero adducere cõtra cultum sacrarũ imaginum nefarium est, & hæreticorum scelus, qui nolũt intelligere quid interfit inter simulacra gentium, & sacras imagines, & nolunt ad rectum vsum Ecclesiæ sensum populo exponere. Et quale sit hoc discrimen ex sanctis scripturis persuaderi potest. Legitur namque Iosue 22. quòd Rubenitæ, & Gaditæ altare construxerant ad Iordanem, cum lege cautum esset, ne quis altare alibi erigeret. Quæ res primum male habuit alias tribus. Verum vbi perspectum habuerunt non sacrificij, sed recordationis gratia hoc feciſſe, placatus est eorum animus. Sic sanè

Dan. 7. Esa. 6.

Tripliciter intelligi potest, quod Deus figuretur aut depingatur

Colereimagines angelorum atq; etiam diuinitatis non pertinet ad superstitionem.

Synodus sep.

Ad quartã rationem.

Iosue. 22.

nè cum intelligant omnes homines Christianos imagines non adorare gentilitio more, sed recordationis & repręsentationis gratia non est cur perturbentur hæretici aduersus imaginum cultum, neque vociferentur, nos contra diuinas scripturas idola colere. ¶ Secunda quæstio. Num imagines phantasticæ, quę nonunquam in visione apparent, possint adorari sine periculo. Constituamus, verbi gratia, quòd Sathanas se transfigurat in Angelum lucis, & apparet sub imagine, & specie Christi, quæro num sit adorandus, vel potius execrandus. Quod sit adorandus hæc argumenta probant. ¶ Primum, Christiani eiusmodi imagines adorantes habent apud sese habitualem conditionem, quæ illos omnino à crimine excusare videtur. Adorant enim quem existimant Christum non dæmonem, & si cognoscerent esse dæmonem nunquam adorarent, ergo excusantur à crimine. ¶ Secundum, hæc habitualis conditio excusat homines ab idololatria: siquidem qui adorat hostiam non consecratam existimans esse consecratam non est idololatra, maximè si probabiliter arbitratur illam esse consecratam, ergo consimili ratione excusantur, qui adorant prædictas imagines. ¶ Tertiò, Iacob congrediens cum Lya existimata Rachele non fuit adulter, nec fornicarius, ergo qui adorat dæmonem sub specie Christi existimans bona fide esse Christum, excusationem habet. ¶ Quartò, sententia est Theologorum omnium, quòd nunquam potest accidere, vt homo sit perplexus, hoc est, quòd quicquid faciat peccet, at si appareat Sathanas sub imagine Christi præcipientis homini, vt illum adoret, tunc sanè videtur, quòd homo ille sit perplexus. Nam si adorat exponit se periculo idololatrandi, si non adorat exponit se periculo inobedientiæ, & negationis fidei contra dominum suum, si vero suspendit actum à crimine inobedientiæ excusari non potest: siquidem instat præceptum, vt fiat adoratio. Quid ergo faciendum est cum ex omni parte, hic homo perplexus teneatur, & quicquid faciat in crimine tenetur? In huius quæstionis elucidationem est prima conclusio. ¶ Nõ nunquam istæ operationes & visiones sunt veræ. Nam Christus Paulo apparuit Hierosolymis, veruntamen huiusmodi veræ apparitiones sunt rarissimæ, ideoq; sunt admodum suspectæ, & potius putandę sunt deluforię dęmonis apparentiæ, qui sæpe se transfigurat in Angelum lucis. ¶ Secunda conclusio. Qui existimat esse dæmonem, qui sub imagine crucifixi apparet, & adorat illum, in crimẽ idololatriæ prolabitur. Hæc conclusio liquida

Quomodo sint adorandæ imagines phantasticæ, quæ in visione apparent.

Prim. argu.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

1. Cõclusio

2. Cõclusio

est. Nam iste sciens & prudens adorat dæmonem, & illi defert honores diuinos. Regulæ vero ad cognoscendum spiritum malignum multæ referuntur à patribus. Nunc tantum vnam commemorabo. Si eiusmodi visa docuerint aliquid contra fidem, aut sinceros mores, aut leuia docuerint, quæ nihil referunt, iudicandum est, esse diabolicas illusiones, & qui tunc persisteret in adorando esset idololatra. ¶ Tertia conclusio. Qui hæret in dubio & in ancipiti, num sit verus Christus, num verus dæmon qui apparet, & adorat illum, peccat mortaliter. Nam qui amat periculum peribit in illo, vt habet sacrum Prouerbium, at qui tunc in dubio adorat, exponit se periculo idololatrandi, & adorandi dæmonem, ergo suspendenda est adoratio, vel sub conditione facienda hoc modo. Si es dæmon, ego non te adoro, & petenda est eruditio diuina precibusque requirenda, quæ instituat hominem, quid in hac re sit faciẽdum. Nam 1. Ioannis. 4. admonemur non esse credendum omni spiritui, sed probandum an ex Deo sit. ¶ Quarta conclusio. Qui existimat bona fide esse Christum, qui apparet sub imagine Christi cum reuera sit dæmon à peccato excusatur, licet sit idololatra materialiter. Prima pars huius assertionis sic probatur. Cõstituamus, quod homini rustico fiat apparitio præmemorata, qui continuo adijt suum parochum, qui incunctanter docuit rusticum, esse verum Christum, vel fac consuluisse viros alios doctiores, qui in eandem sententiam descenderunt, tunc sanè rusticus ille adorando Christum sub illa imagine nihil peccat. Excusatur namque ex ignorantia inuincibili. Quòd vero sit materialiter idololatra, patet apertè. Nam materialiter, & re ipsa adorat dæmonem, vt qui veneratur Petrum, putans Petrum esse regem, materialiter Petrum veneratur, sed formaliter regem adorat. Et qui lędit regem, credens esse plebeium hominem, materialiter lædit regem, sed formaliter non, nisi plebeium hominem, ergo qui adorat dæmonem existimans bona fide esse Christum non dæmonem formaliter adorat, sed Christum. Sed contra hanc conclusionem est obiectio non leuis. Nam in capite de homine. de celebratione Missarum. tradit Innocentius sacerdotem fictè consecrantem plus peccare, quam qui crimine detentus verè consecrat. Et rationem subijcit, quia valde grauat populum Dei ipsum ad idololatriam inducens. Adorat enim hostiam, quæ reuera non est consecrata, at vero populus Dei bona & recta fide existimat hostiam illam esse consecratam, & retinet

3. Cõclusio

Obiectio.

semper

semper hanc habitualem cõditionem in adoratione hostiæ & calicis, si inquam illa sunt legitimè consecrata. Cum hoc tamen dicit Innocentius, quòd decipitur populus grauiter, & quòd inducitur ad idololatriã, ergo multò magis ille rusticus decipitur & inducitur ad idololatriam, quamuis adorationé bona, & recta fide fecerit. Ad hoc dicendum est, Innocentium solum dixisse, illum sacerdotem graiter peccare, quia populum fidelem decipit. Nec dixit populum cogi ad idololatriam. Populus enim fidelis adorans hostiam non consecratam, quam bona fide esse consecratam existimat, non fit idololatra, imo nõ peccat, quin potius meretur ex religione adorandi hostiam. Quod si dicas. Cur ergo Innocentius decernit fideles decipi? Nam si decipiuntur, ergo peccant: si quidem grauissima est deceptio. Respondebit Theologus sacerdotem huiusmodi quantum est ex sua fictione decipere grauissimè fideles. Cæterum fideles à culpa deceptionis excusari, quia implicitam semper retinent conditionem adorandi hostiam, si tamen legitimè sit consecrata. Nec valida est obiectio, quam quidam adducunt ex Bonauẽtura. Idololatra, inquit etiam existimat ex sua ignorantia esse verum Deum, quem colit, nihilominus est idololatra, ergo similiter qui ignoranter credit esse Christum, quem videt, cum sit alioquin dæmon, erit idolatra. Hæc inquam obiectio in multis est dissimilis. Nam idololatra simpliciter adorat Deum falsum, & idolum nulla conditione apposita. Ideoque est formaliter idololatra. At qui adorat apparitionem prædictam, sub conditione implicita adorat, vt iam diximus. Secunda differentia est. Nam dæmon idolatris se obijcit non sub specie diuinitatis, sed sub speciebus vilibus serpentum quadrupedum, at in casu nostro dæmon se transfigurat in formam Christi, aut alicuius sancti. Tertia differentia est. Nam ignorantia idololatræ exitiosa est, & nullam excusationem habet, at ignorantia illius hominis, qui adorat dæmonem apparentem sub specie Christi, quem bona fide existimat esse Christum, idque sibi persuadet ex doctrina maiorum inculpabilis est omnino. Vnde existimo, quod si hac persuasione inductus colloquitur familiariter cum illo nihil peccaret. ¶ Quinta conclusio. Regulariter, & communiter istæ apparitiones & visiones veræ non sunt, & ideo tales imagines nó sunt adorandæ ab eo, qui non habet discretionem spirituum. Quod si adorantur conditione apposita debent adorari, hoc est. Si es dæmon, ego non te adoro, non tibi seruio. Idq; faciendum est multis de causis. Prima propter crebram illusionem sensuum. Secunda propter varias illusiones & deceptiones, quas passæ sunt à dæmonibus personæ, quæ his visionibus fidem adhibuerunt, de quare plenæ sunt historiæ Ecclesiasticæ, vt infrà demonstrabimus. Tertia est conscientia propriæ humilitatis, quia debet se homo indignum reputare, quod Christus aut Angelus lucis appareat ei, & cũ illo familiariter colloquatur, ex quo malum timere debet. Quarta causa est, quod conditio apposita, scilicet si es dæmon, ego non tibi credo, non seruio, non nocet, & prodesse potest. Si enim Deus est qui videtur ipse prouidebit, vt securi simus propter eius timorem. Huius exemplum habemus secundum expositionem Chrysostomi Ioannis. 1. in Natanaele, quem cum vocaret Philippus dicens. Inuenimus Iesum à Nazareth, respondit, à Nazareth potest aliquid boni esse? quasi tardus ad credendum. Et idcirco, quia non statim credidit, sed examinauit factum non credens omni spiritui, probans spiritum, si ex Deo est, laudatur à Christo cum dicit. Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Exemplum etiam est in Zacharia Lucæ. 1. & in beatissima Maria, qui turbati sunt ad visiones Angelorum. Propter quod ego sic definio, quòd qui adorat prædictas visiones sine conditione apposita non facit, quod in se est, neque quod debet. Nam apponere talem conditionem, vt iam dictum est, non nocet, & prodesse potest. Quæ si non apponatur periculum est, vt sit idololatriæ crimen. Neque est eadem ratio de adoratione hostiæ quæ forte fortuna non est consecrata: siquidem rationabiliter dubitare debet, qui visa insolita patitur, visa illa esse periculosa, & exitiosa. Quamobrem quia ad visa illa præcipitat adorationem grauiter peccat. Sed in huius rei euidentiorem persuasionem, & probationẽ, quid de hac re senserint patres in medium producam. Seuerus in vita Martini refert dæmonem sese obtulisse Martino sub figura Christi ornamẽtis aureis prefulgidi, cui Martinus, Christũ inquit nũquã fuisse vsum aureis illis, quæ præferebat ornamẽtis, & sic noluit illũ adorare. Simili ferè modo & D. Franciscus, & alij apparentem sub Christi specie dæmonem pepulerunt. Alius dum transfigurato in Christũ dæmone illudendũ se metueret, clausis oculis respondit, satis mihi est, si Christum in cælis videro. Alius eundem fugauit dicens vide ad quem mittaris. Neq; enim is sum, qui Christum videre merear. Gerson in discernendis spiritibus acutus, & prudentissimus admonet cũ Petro dicendũ esse, exi à me domine,

1. Ioan. 1.

Luc. 1.

Seuerus, Martinus.

D. Fräcisc.

Gerson.

1. Cõclusio Quid sentiendũ de visionibus & apparitionibus.

ne, quia peccator sum. Quomodo autẽ se gesserit Diuus Antonius in his visionibus contemnendis, & refutandis, historiæ quæ de eius vita in Ecclesia leguntur locupletissimè testantur. Qui sæpissimè dæmones ipsos Angelos Dei se mentientes Antonij studium laudantes, mirantes perseuerantiam, futura præmia promittentes, crucis signo, & deuota fide, quibus ille præcipuis vtebatur armis, sæpissimè effugauit. Sed in vitis patrũ legitur, quod cum dæmõ vellet sanctũ quendã decipere dixit. Vis videre Christum? respondit. Anathematizo te & eum, de quo dicis, quia Christo meo credo dicenti. Si dixerint vobis, hic est Christus nolite credere, & cõtinuò disparuit. Sic hoc pacto fieret, nõ tot nostra tẽpestate illusiones magno cum detrimẽto Ecclesiæ sentirẽtur. Quinto, eadẽ cõclusio demonstratur ex eo, quod Euãgelicis, & Apostolici præceptis admonemur, ne his visionibus, & apparitionibus decipiamur. Attẽdite (inquit Euãgelica doctrina) à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Scribitur item. Probate spiritus vtrum ex Deo sint. Et iterum. Venient, ait Dominus, multi in nomine meo dicentes: Ego sum Christus. Et Apostolus cauendũ nobis præcipit, ne decipiamur. Et in veteri quoq; testamẽto admonemur, ne falsis Prophetis, etiã si vera quãdoq; dicerent fides haberetur. Sed & Paulus Apostolus quoq; ait. Prophetias nolite spernere, omnia probate, quod bonũ est, tenete. Præterea, idẽ probatur ex strage horribili, quã fecit dæmon in personis vtriusq; sexus, quæ his visionibus fidem adhibuerunt, quæ sine lachrymis referri non potest. Sed earum infœlicissimos lapsus nemini arbitror ignotos esse. Certè pro magno miraculo inter Theologos recensetur, quod Moyses, & Paulus viderint diuinam essentiã, & quod Paulo Christus Dominus verè apparuerit. Verũ in hac ætate infœlicissima innumerabiles fœminæ dicunt se videre Christũ Dominum quotidiè, & quod maius est sanctissimam Trinitatem secum colloquentes, & dulces sermones miscentes, quod sine elusione pernicioſa, & diabolica contingere non potest. Sed dicet Theologus. Quibus ne signis & notis poterimus discernere inter veras, & falsas apparitiones? Nam cum hoc discernere sit maximè ad salutem necessarium, præcipuè in hoc æuo, in quo diabolicę fraudes tantũ imperiũ, & dominiũ habẽt, id vtile est explicare. Certè in Ecclesia est donũ ad discernẽdos spiritus. Nã, vt inquit Paul. alij datur donũ sciẽtiæ, alij sapiẽtię, alij Prophetia, alij discretio spirituũ. Idéq; alibi ait. Probate spiritus vtrũ ex Deo sint. Donũ vero discernẽdi spiritus id agit, vt spirituales nostræ animæ gustus inter syncerũ manna diuinæ reuelationis, & mellitam dæmonis suggestionẽ exquisitè, & accuratè diiudicet. Sed nõ est omniũ discernere spiritus, & probare si ex Deo sunt, sed eorũ, quos ad id elegit omnipotens singulis distribuens, vt inquit Apostolus, prout vult. Sciendum tamẽ est, quòd hæc discretio, & probatio spirituum multifariè fieri potest. In primis, fit per inspirationem intimam, & lumen illud, quod vocatur discretionis spirituum, quod non datur tantum probis, sed etiã reprobis ad Ecclesiæ ædificationem, quemadmodum & Prophetię, & linguarum, & sanitatum gratia diuinitus præstatur. Deinde, fit quodam generali modo eruditionis, & scientiæ diuinorum eloquiorum. Sunt enim multæ regulæ in sacris literis, & Theologorum monumentis ad visiones veras à falsis discernendas, de quibus breui, & strictè dicemus, si prius admonuerimus nullam regulam humano ingenio excogitari posse, quę aliquã do in particulari casu, aut nõ fallat, aut fallere posit præter eam, quæ ex Dei dono supernè emittitur. Ad discernendas igitur veras à falsis visionibus perpendenda est videntis cõditio, visio insuper ipsa examinãda est, si cõstàs, si sacris literis cõsona, si ad bonũ conducens. Ad discernendas veras visiones à falsis, persona, quę dicit se habere visiones, his regulis examinãda est. ¶ Prima regula. Ante omnia perspiciendũ est, vnius ne Dei cultor sit. Nã si est dæmonũ cultui mãcipatus nullã fidẽ promeretur, vtpote, qui ex instinctu dæmonũ omnia loquetur. ¶ Secunda regula. Si vnius Dei cultor est videndũ protinus, an Catholicæ Ecclesiæ membrũ sit ne exemplo Montani & Priscillæ decipiãt. Fingebãt enim se Prophetas, & magno fuere detrimento. Nam præter alia docebãt solui nuptias, & Montanus se Paracletũ asseuerabat, & alia cum assectatoribus agebat, quæ probatis Prophetis aduersabantur, vt Apollonius, & Apollinaris probauere Hieronymo & Eusebio referẽtibus. ¶ Tertia regula. Deinceps cõsiderandi mores, & vita, si fidei, quã profitetur rectè cõueniant, si superbia soleat efferri, si voluptate detineri, si auaritiæ, & cupiditati huius mundi deditus sit. Sciscitandi amici, interrogandi familiares, ob seruãda vita diligentissimè quantũ datur, & licet. Nã tametsi mali homines aliquando veris reuelationibus, & illuminationibus illuminẽtur à Deo, vt in Balaam, & alijs vidimus, nihilominus rarò id euenit, sed ferè semper vel in doctrina, vel in moribus falsitas & error immiscetur. ¶ Quarta regula. Ingenium & iudicium hominis diligentissimè pensandum est

D. Antoni.

Signa, quibus poterimus discernere inter veras & falsas apparitiones.

Persoña, quę dicit se habere visiones regulis subiectis examinanda est.

1. Regula.

2. Regula.

3. Regula.

4. Regula.

est ex alijs muneribus,quæ fortè obierit, si recti iudicij fuerit, si prudenter se habuerit. Nam qui nimis auidus,minusque consideratus in aliqua re fuerit, verendum ne ita in rebus quæ ad intellectum, & diuina spectant pariter ruat,& ex imprudentia prolapsus offendat. ¶ Quinta regula. Æstimanda est quoque corporis temperatura,sanitas,studium. Cum & ægroti multi, & ipsi phrenetici ob intentionem animi nimiam exorbitantes vidisse quandoque se putant,& audisse quæ nũquam aut oculis, aut auribus perceperunt. Igitur,& quo animi eius feratur impetus, & ardenti nevel amore,vel odio incitatus fuerit percontandum est. Siquidem in his, qui nouitio quodam feruore Deo famulantur ob fixas imagines rerum, quibus meditandis ad pietatem excitari cupiunt, vana pro veris ostendi possunt,& à dæmone, & à seipsis etiã illudi potissime, cum præter magistrorum dogmata aliquid faciunt,sinente Deo,& permittente,vt in posterum cautiores euadant. ¶ Sexta regula. In somno potissimum periculum est,ne his visionibus decipiamur. Tẽpore namque nocturno redit amica quies, & in amatorijs præsertim rebus id euenit, vt qui amant vehementius aliquid sibi somnia fingant. Quod quidem à ratione alienum nó est. Cum enim nulla in nostris animis regnet affectio impetuosior amare euenit,vt ijs, qui feruentioris amoris impetu feruntur, imminеat periculum maximum, ne affectu nimio hallucinentur. Dum enim voluntas plus nimio propensa est, aberrare iudicium facit. ¶ Septima regula. Perscrutari etiam conuenit,qua de causa quis suas visiones patefaciat, leuitate ne an vtilitate, & hac quidem spirituali,an temporali, sua, an aliorum, an vtrorumque magis moueatur. Quod si finis bonus videbitur prima fronte, non ob id tamen pes figendus est, sed de finibus ipsis habenda est quæstio, cum non solum apertum & proximum sed occultum, atque lõginquum inspiciendum sit diligentissimè. ¶ Octaua regula. Inspiciendum est diligenter an qui patitur visiones, sit nigro humore affectus, id est, melancholico, vel nimia macie confectus. Nam qui cholera nigra laborant, & qui senio,aut nimia macie sunt confecti,sæpenumero decipiuntur. Et hinc est,quod senes ad extremam decrepitam delirant. De his ergo supradictis, ne delirent maximè formidandũ est. ¶ Nona regula. Attendamus item conuersationem eius,qui videt visiones. Si communis,si priuata,si secreta,si publica,si in actiua,si in contemplatiua vita degit, si vestimentis affectatis vtatur. Signum autem humilitatis inaffectatæ est conuersatio cõmunis,quam quam in solitarijs,& habitu quoque, & victu rari Dei virtus inhabitet,vt in Helia, Ioanne Baptista,& Ægyptijs illis monachis sanctissimis, Antonio,Paulo,Hilarione, communem tamen conuersationem Christus homo & Deus elegit, ad eiusque exemplum plurima monachorum turba Basilius, Benedictus,Augustinus,Dominicus,Franciscus. ¶ Decima regula. Videndum est in primis si masculus, si fœmina,si vaga & garrula,si stabilis & quieta. Nam in pace factus est locus Dei,cuius spiritus,vt docent sacræ literæ,non quiescit nisi super quietum,& humilem, & trementem verba illius. ¶ Vndecima regula. Cognoscũtur vel hac ratione non difficulter, qui vanis visionibus ludificantur, si aliorum spernunt consilia,si de quibuscunque erudiri se à Deo per reuelationes præsumunt. Nam & Moyses crebris Dei colloquijs assuetus, quamuis de minutis etiam rebus ad populi gubernationẽ spectantibus supernis illustrationibus clarebat, Ietro alienigenæ viri consilium sumpsit. Sic Paulus qui ad tertium vsque cælũ raptus fuerat, humana ope humano etiam consilio est quandoque vsus. ¶ Duodecima regula. Cognoscuntur vtique visiones à falsis,& discernuntur ex fructibus subsequutis. Sicut Dominus dicit. Arbor ex fructibus cognoscitur. Præcipuum autem fructum eius, qui patitur diuinas visiones, ego existimo esse veritatem non fucatam,non adulteratã,sed puram,ac nitidam, quam altissima gignat humilitas, quæ non meretur illudi,quæ non elata, non pertinax est,non inquieta, non garrula, non auri aut honoris sitibunda, neque omnino sapiẽs in oculis suis,ratione autoritate bonorum doctorumque virorum vtens. ¶ Tertiadecima. Perpendendum est diligenter,si qui videt visiones cum tribulationibus vexatur,aut liben ter patitur,aut certè desperatus nõ furit. Vult enim Augustinus,vt aduersitates amare non iubeamur,sed tolerare. Hoc pacto si alijs Prophetis conformes sint dignoscitur, quorum alij odio habiti,& vexati,alij quoque iniurijs affecti, alij etiam inani regum, vel populorũ suorum rabie trucidati. Sic impius ille Ieroboam Prophetis insultauit. Sic Esaias sub Manasse rege serra diuisus in partes. Ieremias à populo lapidibus interfectus. Amos fuste transfixus. Ezechiel occisus. Daniel leonibus in pabulum expositus. Helias, Heliseus,alij ab Iezabel,ab Accabo,ab alijs persecutiones passi. Et in nouo testamento Dominus Iesus caput omnium,cuius membra sumus,acerrimè vexatus est, & crucifixus. Cuius præcursor Ioannes,plus quam Propheta capite truncatus.

5. Regula.

6. Regula.

7. Regula.

8. Regula.

9. Regula.

10. Regula

11. Regula

12. Regula

13. Regula

August.

tus. Sic Paulo caput abscissum: Petro Crucis calix epotus. Sic & alij penè innumeri, qui præter alia in se diuinitus collata dona, diuinas etiam reuelationes hauserunt. ¶ Quartadecima regula. Prænoscendum est & quidem cautè si verax est qui istas apparitiones de se narrat. Nam qui delectatur mẽdacijs nõ Christo qui veritas est, sed diabolo mendacij patri conformatur. Quare si mendax est, quęcunq; dicit aut falsa, aut de falsitate suspecta habeantur, præsertim vt diximus si fœmina fuerit, quæ minus ratione pollet, vt Aristo. asserit in politicis. Quamobrem minus apta ad discernendum. Sed & humilioris naturæ cum sit, fluunt rerum species celerius. Anxiæ prẽterea fœminæ, & voti cupidæ plerumq; sunt. Sunt prẽterea phantasiæ imbecillioris, cuius fatigatione facilè decipi possunt. Quæ omnia in vniuersum illis tribuuntur, tametsi aliquę viris plurimis prudentia & iudicio quandoq; præstent. Illud etiam est prævidendum, si ille qui visiones habet aliquando deceptus fuerit, tentatus dæmone se transfigurante in Angelum lucis. Nam talis nullam fidẽ meretur. Percontandum etiam est si dum visis exceptis, ad diuinorum amorem, & terrenorum contemptũ excitetur, si pacem animi, & quietem nanciscitur. Diuini spiritus excepti proprietas est, vt à terrenis, & temporalibus auocet animum, & ad cœlestia æternaq́ue incendat, paceq́ue & quiete perfundat, quam mundus dare non potest. Hactenus scriptum sit de regulis, quę deseruiunt ad discernendum veras visiones à falsis ex parte personæ, quæ videt visiones.

4. Regula.

Fœminæ in visionibus plærũq́ue fallũtur.

Visiones examinãdę per sequentes regulas.

¶ Deinceps consideremus alias regulas, quæ sumi possunt ex ipsis visionibus, & apparitionibus. Prima regula sic habet. Si docuerint quidpiam contra fidem, aut synceros mores, aut leuia docuerint, quæ nihil referunt, scito diabolicas esse illusiones. ¶ Secunda regula. Illud etiam inspiciendum est si imago illa visa refert falsum aliquod. Nam à Christo, qui veritas est nihil magis alienum, quam mẽdaciũ.

1. Regula.

2. Regula.

3. Regula.

¶ Tertia regula. Videndum est protinus, an loquatur verba adulatoria, & assentatoria. Ex hoc canone, Episcopus quidam prudentissimus nostri ordinis facilè intellexit mulierem quandam, quæ admirabiles videbat visiones, & integræ vitæ esse videbatur, à dæmone graiter decipi. Huiusq́; rei hanc demonstrabat causam, quoniam quotiescunque cum illa loquebatur, & id faciebat persæpe ad probandũ spiritum, spiritus qui in illa loquebatur nunquam reprehendebat illum de defectibus, & negligentijs, quas in gubernatione sui episcopatus habebat permultas, sed loquebatur cũ illo verba dulcia, & colloquia suauia dicens, illum Episcopum bonum, & fidelem, cuius virtutẽ Ecclesia esset reformanda, & cætera huiusmodi. ¶ Quarta regula. Inspiciendũ est præterea si constans fuerit ipsa visio, si sacris consona libris, si ad honorem Dei & proximi salutem, si conformis eis visionibus, & ei scribendi, loquendiq́; modo, quæ sanctis hominibus attribuuntur. ¶ Quinta regula. Scrutari oportet an visio in omnibus vera contineat vsque ad minimum. Nam in spiritu veritatis nulla est falsitas, in spiritu vero mẽdacij mille sunt quandoque veritates apertæ, vt vnica latenti falsitate decipiat. Hac de causa dæmoniacos Christus, & Paulus Pythonissas compescuisse, & à veritatis testimonio prohibuisse refertur. ¶ Sexta regula. Considerandũ est, vtrum visio præferat titulos diuinę sapientiæ, quos Apostolus Iacobus recẽset. Ea enim pudica est, pacifica, modesta, suasibilis, consentiens bonis, misericordia & bonorum operũ plena absque simulatione iudicans. ¶ Vltima regula. Non prorsus insolitæ visioni assentiendum dissentiendumve, nisi quando malũ, aut inutile persuadet, sed potius in neutram declinandum partem, & in tempus examen differẽdum. Iacob enim dum de somno Ioseph sermo haberetur, cui multum inuidebatur à fratribus non statim sententiam tulit. Pater autem (inquit scriptura) rem tacitus considerabat, & stellam illam ex Iacob ortam, id est, Mariam Virginem Christi matrẽ, cœlorumq́; reginam dum à Gabriele Angelo salutaretur non statim assensisse legimus, sed cogitasse qualis esset ista salutatio. Sanctus quoq; Ambrosius iudicium præceps non habuit in reuelatione sibi facta de corporibus Martyrum Geruasij, atque Prothasij. Ita & alij quorum & nomina, & merita ad præsens recensere longum, & operosum esset. ¶ Sed iam consequenter videamus regulas, quibus vtuntur sancti Patres ad cognoscendum veras reuelationes. Primum cognoscitur diuina reuelatio per discretionis donum, de quo supra commemoratum est. ¶ Deinde sciẽdum est veram probationem spirituũ non nisi vera humilitate acquiri. Sic definit Cassianus ex Moysi sententia. Simili modo discretio probatur apud beatam Catherinam Senẽsem in prima parte dialogi. D. Antonius, cui specialis discernendorum spirituum obtigerat gratia, non difficile arbitrabatur bonos spiritus à malis posse discerni. Nam inter alia tradidit amabilẽ, & tranquillum esse aspectum sanctorum Angelorũ, qui gaudium, & fiduciam peccatoribus infundant, dimittuntq́ue mentem nostram nõ turbidam, sed lenem & placidam. Quod si fragilitate conditionis humanæ miro quis eorum

4. Regula.

5. Regula.

6. Regula.

7. Regula.

Regulæ ad cognoscendum veras reuelationes.

1. Regula.

2. Regla.

fulgore perterrefactus fuisset, quod multis diuinæ scripturę locis indicatur, omnē ex corde continuo auferunt metum, & tranquillitatem inducunt. Contra vero, pessimorum Angelorum truces vultus, sonitus horrendi, sordidi cogitatus, quibus confestim timor animæ, sensibus torpor incutitur, mœror, tædium, metus mortis, cordis hebetatio. Monicha verò Augustini mater hos spiritus quodam interno gustu discernebat vt intelligeret, quid interesset inter animam suam somniantem, & Deum reuelantem. Beata Catherina illa, cuius paulò ante mentionem fecimus retulit se hoc documētum à Deo discernendarum mentis visionum accepisse. Si dæmon in forma lucis seu Angeli, aut ipsius veritatis, aut Sanctorum in mente quapiam transformaret se, id euenire docuit, vt primo gaudium, & alacritas præsentaretur animæ, mox euanesceret, & tædiū accederet obortis etiam tenebris, & stimulis atque fuscedine. Cōtraq́; si à Deo visitaretur anima, sanctū (aspectu primo) timorē, & cum eo gaudium pariter, & securitatem suscipere prudentia comite, & ea quidem dulci, vt dubitando non dubitet, manente gaudio cum fame virtutum: si quidem procedente opere manifestauit alacritatē ipsam, perfectū omnino & sufficiens non haberi signū, nisi ardenti virtutum desiderio, & humilitate perfunderetur anima, & in fornace diuinæ charitatis exurere tur. Itaq́; virgo si alacritatis feruētiorisq́; virtutū amoris fieret accessio diuinas, à dæmoniacis discernebat visiones. D. Bernar. interno quodam afflatu & odore sentiebat, gustabatque quando sibi aderat diuina virtus ad patranda miracula & operandas sanitates. Apud Seuerum legimus, cum per spiritum sensisset Martinus domini adesse virtutem, cathecumenum orationibus eius à morte suscitatum. Alij per illuminationem experientię, alij per lumen propheticum, alij per sensum diuinum minus sensibilem, vt Origenes contra Celsum disputans, alij per inspirationem intimā, alij per consilium, alij alijs id expressere verbis, vt apud Gregoriū, Cassianum, Augustinum, Athanasium, Hugonem, Ioan. Gerson alios legere datur & noscere. Huiusmodi autē in rebus sicut & in alijs omnibus Dei egemus ope. Quapropter cū multa Antonius de probatione spirituum differuisset, subiecit. Hoc magnopere postulemus, vt donum spirituum discernendorū mereamur accipere, quo secūdum sententiā scripturarū omni spiritui non credamus. ¶ Sed hæc omnia fusius fortassis, quam par erat tractata cōprehendit breuibus documētis Sanctus Vincentius in tractatu de vita spirituali, quę documēta literis aureis erāt

Documēta quibus beatus Vincentius vtebat ad discernē dū spiritus vtrum ex Deo sint.

describenda. Sunt enim planè diuina, & quæ mirum in modum conducunt ad discernēdas visiones, & vera sentimenta spiritualia (vt ille inquit) à falsis. ¶ Primum documentū. Illi qui volunt se subdere Deo, & illi ex corde seruire non desiderent per orationē, vel contēplationem vel per alia opera perfectionis visiones, vel reuelationes, vel sentimēta, quę sunt supra naturā, vel supra communē cursum eorū, qui diligunt Deum; quia prædictum desiderium nequit prodire nisi ex radice superbiæ & præsumptionis, vel vanæ curiositatis. Propter quod Deus iusto iudicio permittit talē animā decipi, & ludificari à dæmone. Scire nanque debet vir in diuinis literis instructus, quòd istæ visiones, & sentimenta, siue potius gustus non conceduntur à Deo propter prædictum desideriū, nec propter aliquod studium, aut conatum humanæ mentis, sed propter Dei beneplacitū erga animā, quæ est in magna humilitate & desiderio diuinorum, & reuerentia. Primū documētum.

¶ Secundū documentū. Qui deditus est diuinis colloquijs & orationibus in oratione vel contēplatione nō sufferat aliquā cōsolationē vel paruā, si visum fuerit quod ortū habuerit ex præsumptione, & æstimatione sui ipsius: siquidē ducit in amorē propriæ excellentiæ, & reputationē. Quod facile intelliget quādo suggeritur menti suæ esse dignū huius vitæ, gloriæ, vel laudis, aut etiam paradisi. Nouisse nanq; oportet, quod anima, quæ huiusmodi delectationibus detinetur, venit & incidit in multos errores; quia dominus per suum iustū iudiciū permittit potestatē diabolo augendi prędictā cōsolationē, & imprimēdi in illa anima falsissima & periculosissima sentimēta, & alias illusiones, quas cōsolationes credit, & existimat esse veras. Qua de causa innumerabiles personæ à dæmone sunt deceptæ. Vnde pro certo sciat Theologus quod maior pars raptuū, imo rabierū, vt inquit iste Sanctus, nuntiorum Antichristi ex isto fonte deriuatur. Secundū documētū.

¶ Tertiū documentū est. Omnis visio, omne sentimentū quantūcumq; sublime, & altum, quod inducit hominē ad persuasionē contra veritatē fidei vel cōtra bonos mores, maximè contra humilitatē, vel cōtra honestatem, execrandū est, & abominandū, quia omni dubio procul ex parte diaboli est. Tertiū documētū.

¶ Quartum documentū. Nec propter magnā deuotionem, nec propter insignem vitam, nec propter clarū intellectū, nec propter aliquam sufficientiam, quam vides in aliqua persona, vel aliquibus personis, noli sequi eorū consilia, neq; eorum modos, ex quo cognoscis clarè, & multum rationabiliter quòd eorū cōsilia nō sunt secūdū Deū, & veram discretionē, & per vitam Iesu Christi, Quartū documētū.

Christi,& Sanctorum monstratam, & per sanctam scripturam in dictis Sanctorũ prædicatã & patefactã.¶ Quintum documentum.Oportet vt vir discretus & prudens fugiat, & euitet familiaritates,& societates illorũ,& illarũ, qui vel quæ prædictas visiones denarrãt & patefaciunt,& per populos spargũt. Vita igitur illas personas,quæ sustinẽt, & laudant eas visiones & noli audire eorũ verba nec cũ illis misceas sermones,nec modos eorũ velis videre, quia dæmon subministrabit, & ostendet magnum signũ perfectionis latere in verbis eorũ,& modis, quæ si velis accipere, & ea illis credere absq; dubio venies, & rues in grauissima pericula à dæmone deceptus.¶ Sed circa personas quæ spargũt prædictas visiones & apparitiones,alia documẽta ponit,& quidẽ notatu digna Diuus P. Vincẽtius in prælijs spiritualibus maximè versatus.Primũ sic habet. Nõ habeas (inquit) magnã æstimationẽ visionũ eorũ, & sentimentorum, neq; eorũ raptuũ. Nam secũdum veritatem diuinæ Theologiæ pluris est faciendus minimus gradus charitatis in quocunq; homine, quam magnũ pondus reuelationũ,& apparitionũ, istæ enim nonnũquam fieri solent hominibus sceleratis, vt antea dictum est.¶ Secundũ documentũ est, quòd si per reuelationẽ vel sentimentũ,vel aliũ modũ cor tuũ moueatur ad faciendũ aliquod opus, & maximè opus graue, & notabile non tibi consuetũ,de quo non habeas certitudinẽ, an Deoplaceat,imo dubites rationabiliter,cõtrahas moram ad faciendũ dictũ opus vsquequo inspexeris omnes circunstãtias, & maximè finales,& cognoscas quod Deo placet, non tamen,quod tu iudices per te tuã opinionẽ, sed si potes per testimonium sacræ scripturæ, vel exemplũ imitabile Sanctorũ patrum. Et dico exemplũ imitabile,quia secundũ B.Gregoriũ aliqui sancti fecere aliqua opera,quæ nõ debemus imitari,quãuis bona essent in eis, sed debemus ea habere in admiratione & reuerẽtia. Etsi per temetipsum nõ potes venire in notitiã,an placeat Deo:petas consilium à personis approbatis in vita & doctrina, & consilio totius veritatis.¶ Tertiũ documentum,quod te existẽte,seu corde tuo in tentatione spirituali per quã es in dubio,nõ incipias ex tua propria volũtate aliquid notabile tibi ante inconsuetum,sed cor tuũ refrenãdo,& voluptatẽ;expectes humiliter, & cum tremore', & reuerentia Dei vsquequo Deus cor tuum clarificet, quia scias pro certo, quod si existẽdo in dicto dubio ex tua propria volũtate inciperes aliquid notabile incõsuetũ tibi, nõ posses exire ad finem bonũ.Et intẽdo dicere de incipiẽdo opera notabilia,& incõsueta, super quæ est dubiũ antedictũ.¶ Quartum documẽtum est,quod propter antedictas tẽtationes si eas habeas,nõ dimittas aliquod bonũ, quod incepisti dum non eras in tentationibus antedictis.Et maximè non debes dimittere orare, nec confiteri, nec cõmunicare,nec ieiunare,nec opera pietatis & humilitatis, licet consolationẽ non inuenias in operibus antedictis.¶ Quintum documentum est,quod si tẽtationes antedictas habeas leua cor tuũ,& intellectũ ad Deũ,quærẽdo humiliter hoc quod erit honorabilius, & tuæ animæ salubrius super tui tẽtatione subijciendo tuã voluntatẽ voluntati diuinę. Quod si illi placet, vt tu perseueres in tentationibus illis,similiter tibi placeat,vt Deũ nõ offendas.¶ Ad argumẽta proposita in principio.Ad argumentum primũ dicendũ, quod homo qui videt visiones rationabiliter dubitare debet visiones illas esse periculosas, & ideo nõ excusatur à crimine, si imagines illas determinatè adorat, quãuis habeat illã cõditionẽ habitualem.Nam exponit se periculo idololatrãdi,vt iam dictũ est.¶ Ad secũdũ argumẽtũ dicẽdũ nõ esse eandẽ rationẽ de eo,qui adorat hostiã nõ consecratã existimans esse cõsecratã.Nam qui sic adorat nõ rationabiliter dubitat an sit consecrata. Quod si rationabiliter dubitat fateor eum à crimine non excusari.¶ Ad tertiũ idem responsum adhibendũ est.¶ Ad quartũ dico in eo casu hominem non esse perplexũ. Docet enim diuina Theologia,ex malis,quãdo ex vtraq; parte imminẽt,minus esse eligẽdum.Minus autẽ malũ est neq; assentire neq; dissentire, sed differre vsq; dum cõsulas peritiores vel adhibere illã conditionẽ actualẽ. Si es dæmon ego non tibi seruio, nõ tibi credo, sin minus adoro, seruio Deo meo. Dicebat quidam rusticus dum his visionibus fatigaretur, se quidẽ nõ adorare visiones illas.Nam si adoro(inquit)expono me periculo idololatrãdi, & præsumptionis,dum existimo me tantũ beneficium à Deo promeruisse. Si non adoro nulli me periculo expono. Nã hoc facio propter honorẽ Dei,ne illũ Deo alieno deferam.¶ Sequitur iam quæstio tertia de modo & ratione,qua imagines sunt adorandæ, qua in re magna est dissensio inter Theologos scholasticos D. Tho. constanter docet eadẽ prorsus adoratione esse adorandas imagines, & res ipsas, quæ per imagines repræsentantur. Vnde imago Christi est adorãda adoratione latriæ sicut Christus,imago B. Virginis Mariæ adoratione hyperduliæ sicut beatissima Maria. Hæc sentẽtia placuit antiquioribus scholasticis Alberto Magno in.3.d.9.art.4.D.Bonauẽturæ in prædicta dist.in.1.p. distinctionis q.2. Richard.art.2.q.2.&3. Dionys.Carthusiensi,

Quintũ documẽtum.

Alia documenta quæ sunt obseruãda de personis quæ vident visiones.

Primũ documentũ.

Secundum documẽtũ.

Tertiũ documẽtum.

Quartũ documẽtum.

Quintũ documẽtum.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

De modo & ratione adorandi imagines disceptatio.

D.Tho.

Albertus Magnus.

Bonauent.

Richardus.

Dionysius.

Marsilius. Gabriel. Marsilio in.3.q.8.art.2.dubio.2. & alijs quam plurimis. Gabriel in eadē dist.q. vnica conclusione. 5. alium modum dicēdi habet à placito D. Thomæ non valde alienū. Concedit nanq; eundem honorem numero deberi imagini, & prototypo, verum honor hic, vt terminatur ad prototypum est propriè, ac simpliciter honor, vt autem terminatur ad imaginem est im proprie honor & secundū quid, sicut ens eodem conceptu formali significat substantiam & accidens, verum de eis analogicè dicitur, & ad substantiā refertur simpliciter, ad accidens vero secundum quid. Durandus in prænotata distinctione. q. 2. postquam commemorauit placitum D. Thomæ, & improbauit illud suis argumentis, docet, quod nulla adoratio propriè loquendo debetur imaginibus, sed quia (inquit) loquendum est vt plures, illud commune dictū imago sub ratione imaginis adoratur eodem cultu, quo ipsius exemplar exponendum est sic, quod ad præsentiam imaginis fit memoria rei, quam adoramus eadem adoratione, atque si præsens esset in se, propriè autem loquendo falsum est illud dictum. Idem

Holcot. docet Holcot super sapiētiā. c.13. lect.157. inquiens nullo pacto nos adorare imaginē, sed adoramus Christū corā imagine; quia imago excitat nos ad adorandū Christū. Idem tenet

Ayala. Ayala in lib. de traditionibus Ecclesiasticis cōsideratione. 7. Tuetur hanc sententiā vehemē

Picus Mirādulan. ter Picus Mirandulanus in Apologia. q.3. vbi citat pro se aliquos Doctores, affirmatq; opinionē Durandi esse probabilioré, & adducit

Franc. Mayronis. Franciscū Mayronis dicentem, quòd opinio D. Tho. est periculosa. Post prędictos autores insurrexit Erasmus, qui videtur fauere omnino Iconomachis. Is nanq; in annotationibus super Epist. ad Heb. c.11. in illa verba. Et adorauit fastigiū, &c. sic scribit. In tantū eo tēpore abhorrebant ab adorādis vllis rebus creatis soli Deo hoc honoris seruātes, cum hodie repertū sit ex supernaturali philosophia ligneā statuam eadē adoratione adorari, qua æterna Trinitas. Libet continuo in hos autores vsurpare illud Apostoli Iudæ in sua canonica. Hi quæcunq; ignorāt blasphemāt. ¶ Argumenta huius opinionis sunt hæc, quæ sequūtur. Primum patres Concilij Niceni II. apertè definiunt, cultū latriæ soli Deo, & nō imaginibus esse tribuendū. Nam in secūda actione Tarasius Episcopus catholicus sic definit. Suscipio & amplector venerandas imagines, adorationem, quæ fit secundū latriā tantummodo supersubstantiali & viuificæ trinitati conseruo. Et in actione. 7. sic diffiniūt patres adorationē quidem exhibendā esse imaginibus, nō tamē secundū fidē nostrā veram latriam, quæ solū

Argumēta ad probandum imagines nō debere adorari eadē adoratiōe qua adorantur exēplaria.

Primū arg. diuinæ naturæ competit. Sed quemadmodū typo venerandæ, & viuificantis crucis, & sanctis Euāgelijs, ergo imago Christi nō est adoranda adoratione latriæ, cuius contrarium dicit D. Thomas. Hoc ipsum confirmatur. Nam in versibus illis, quos concilium commemoratum composuit ad explicādum rectū vsum imaginum, quos supra citauimus planissime videtur significari, quod imagines non adorantur, sed id quod per imagines designatur. Certè sexta Synodus generalis, vt refert Gratianus in capit. venerabiles. de consecratione distinctione. 3. dicit adorandas esse imagines, quia nos reducunt in memoriam primitiuorum. Et D. Gregorius libro. 7. epist. epistola. 109. & libro. 9. Epist. 9. Serenum Massilienſem Episcopum, qui confregerat imagines sic alloquitur. Et quidem, quia eas adorare vetuisses omnino laudamus, fregisse vero reprehendimus. Frangi non debuit, quod non ad adorandum in Ecclesijs, sed ad instruendas solum modo mentes nesciētium fuit collocatū. Ex his verbis D. Gregorij acceptum est capitulum, perlatum, de consecratione dist. 3. Simi lia dicit Epist. 53. libro. 7. ¶ Secundo arguitur. Adoratio latriæ soli Deo debetur, sed imago Christi non est Deus, nec Deo vnita, quin potius ab illo est separata secundum suppositū ergo non meretur adorationem latriæ. Certè in præcedentibus ostensum est, humanitatem Christi adorari adoratione latriæ eo quòd Christo est vnita secundum esse personale. Vnde si separata esset à Christo non esset adoranda adoratione latriæ. ¶ Tertio, si imago Christi latriæ cultu est adoranda poterimus etiam illi sacrificium offerre, vouere, atque in ea spem nostram collocare, quod est falsum, vt patet ex prædictis. Quod rectè sequatur patet. Nam in eo quod colimus latrię cultu rectè possumus spem nostram collocare, & illi sacrificia constituere. Nam certè cum loquimur & deprecamur ad imaginem, non loquimur nec deprecamur imaginē, sed Deū qui per imaginem repręsentatur. Non dissimiliter cū sacrificium tribuimus imagini nō illi tribuimus, sed Deo vero, qui significatur per imaginem, licebit ergo sacrificium imaginibus tribuere. ¶ Quarto incredibile videtur, & omnino durum cōcedere, quod Christus nō sit adorādus cumulatiore honore, quam eius imago. Et profecto tyrannus esset rex, qui vellet sui imaginē tanto affici honore, quāto ipsum regem. ¶ Hæc sunt argumenta, quæ contra sentētiam D. Thomæ fieri solent. Verum alia argumenta fiunt ad suadendum, quod probationes D. Thomæ non rectè procedant. In primis fundamentum, ex quo D. Tho. suam eduxit

Synodus sexta generalis.

D. Gregorij

Secundum

Tertium.

Quartum.

Alia argumenta contra probationes Diui Thomæ.

Primū arg.

Theolo-

Theologiam non potest consistere. Adducit
Aristot. enim illud axioma Aristotelicum ex libro de memoria & reminis.c.1. idē est motus in imaginem,& in rem,cuius est imago. Hoc autem referre ad adorationem imaginum sine legitimo fit fundamento,quod patet. Tum ex parte motus,tum ex parte imaginis,tum ex parte
Tertium. vnitatis. ¶Ex parte siquidem motus est obiectio. Nam propositio Aristotelea est vera de motu apprehensiuo. Nam de actu memorandi sermonem habet Aristoteles, qui actus est apprehensiuæ virtutis,nō autē est vera de motu appetitiuo,in quo vtitur illa hic D.Thom. Adoratio enim cum sit virtutis moralis actus pertinet ad appetitiuam facultatem.Certè eadem intellectione cognoscitur imago, & imaginatum, quia vnum relatiuum definit reliquum,& relatiua sunt simul natura & intellectu,vt dicitur in prædicamentis, at quicūque amat patrem non propterea amat filiū, ineptè ergo sententia Aristot. ad actum voluntatis
Quartum. transfertur. ¶Est alia obiectio ex parte imaginis. Quia imago,vt imago, est relatiuum,nulla autem relatio realis creata,aut rationis ado-
Confir. randa est adoratione latriæ. Explicatur hoc euidentius.Nam imago non adoratur ratione rei materialis, nec ratione figuræ exterioris,
Confirm.2. nec est aliud in imagine,quod adoretur, ergo non est adoranda adoratione latriæ. Confirmatur iterū.Nam si imago quatenus est imago Christi est adoranda adoratione,qua adoratur Christus,consequens est,quòd verbum mentis quod formamus de Christo sit adorandum adoratione latriæ: siquidem est expressior imago Christi, & idem est motus in verbum mentis per quod intelligimus Christum,& in ipsum Christum. Ex parte vnitatis est alia obiectio. Quia vel intelligitur de motu vno simpliciter, vel secundum partem, & secundum quid, non de motu vno simpliciter,quia falsum diceretur.Nam motus in rem secundum se immediate, & in illammet mediante sua imagine non est omnino idem, vt patet. Si vero intelligatur secundum aliquid, tunc ex hac propositione non infertur propositum, quia ex motus vnitate secūdum quid,
Confir. non sequitur vnitas specifica adorationis & exemplaris,quæ in litera infertur. ¶ Explicatur hoc. Nam licet sit idem motus, quo quis appetit medium propter finem,non ex hoc sequitur, quòd appetitio medij sit appetitio
Imagines eadē adoratione sunt adorandæ, qua res, quarū sunt imagines. finis, neque ex hoc, quod sit idem assensus, quo assentior conclusionibus propter principia deduci potest, quod assensus conclusionū sit assensus principiorum. ¶His argumētis nihil obstantibus veritas est, quòd imago ipsa verè & propriè est adoranda eadē adoratione qua res,cuius est imago. Et sententia Durādi, & aliorum, qui illum sequūtur est periculosa, temeraria, & sapit hæresim. Magister noster Victoria docebat esse hæreticam. Probatur Victoria. hæc sententia,in primis manifesta fidei definitio,& traditio Apostolica est , vt ostendimus prędcedētibus disputationibus,imagines Christi,& Sanctorum esse adorandas,sed definitio Conciliorum & traditio Apostolica non decernit propositiones improprias,ergo propriè sunt adorandæ.Certè, quod impropriè adoratur non verè adoratur, & impropria adoratio non est vera adoratio, ergo si imagines adorantur impropriè, verè non adorantur, quod asserere à fide catholica alienum est. Deinde, si imago tantummodo colitur, quia est signū rememoratiuum, ergo non plus est colenda imago crucis quam verba, vel quam hoc nomen, Deus, & creator & similia, nec reliquias Sanctorum plus deberemus colere,quam nomina eorum.Profecto Ecclesia non colit crucem Christi tantummodo,vt signum commemoratiuum,quia alias quod libet rememoratiuum deberet eadem reuerentia colere. Prętterea,si ita se res habet,vt ait Durandus,quare fuissent damnati, qui detrahunt cultui imaginum. Si enim verè & propriè non sunt colendæ in errore non tenentur.Nam quòd imagines sint signa rememoratiua à nemine arbitror negari posse.Item colimus rectè imaginē regis, & rei maiestatis sunt iniuriantes imaginem principis,ergo rectè,& verè colimus imaginē Christi. Ad hæc huius rei veritas ex vsu Ecclesiæ facile intelligitur. Nam typum venerandæ crucis his vocibus adoramus,tuam crucem adoramus Domine;salue crux sancta,salue mūdi gloria. O crux aue spes vnica.¶His rationibus , quæ sumuntur ex vsu Ecclesiæ, adduntur alię ex diuina Theologia.Prima, cū Deus sit per essentiam, præsentiā,potentiā in omnibus rebus, si imago Dei vel crux adoratur tantum modo quia Deus est in ea, ergo non plus adoratur, quam lapis , aut vermis cum tamē reputaretur idololatra qui lapidem vel vermem adoraret, sicut adoramus imaginem crucis vel lapideam,vel ligneam. Secunda,creatura rationalis est imago Dei, in qua modo reali est Deus, & in sancto per gratiam potiori modo, quam sit in imagine, vbi non est nisi sicut signo. Si ergo non adoratur imago, sed Deus in ea existens, ergo omnis homo sanctus est magis adorandus,quod tamen non facit Ecclesia. Ex his rationibus patet, quod imagines sint adorandæ. Sed quòd sint adorandæ eadem adoratione, qua prototypus sic ostenditur ex similitudinibus,& exemplis aptissimis. Sicut enim eadem visione vi-

detur color propter lucem, & eodem assensu assentimur conclusionibus propter principia. Et sicuti cum aliquis meditatur Christū crucifixum, & habet phantasma interius Christi crucifixi, eadem ratione tendit in illud phantasma, & in Christum crucifixum, vt in vnum obiectum; Sic sane vna & eadem adoratione homo Christianus adorat imaginem Christi, & ipsum Christum, siquidem adorat imaginem propter Christum. Quemadmodum eodem actu charitatis diligimus proximum pro pter Deum, vt planè constat. ¶ Hæc omnia confirmantur ex illo prouerbio in septima Synodo generali sæpe sæpius commemorato, sed potisime actione. 7. in diffinitione fidei. Imaginis honor in prototypum refertur, & qui adorat imaginem in ea adorat quoq; descriptum argumentum, cui simile est, quod habet Synodus Tridentina Sess. 25. per imagines Christi, & Sanctorum nos adorare Christum & Sanctos. Certè in hoc prouerbio manifestè significatur, quod cum adoratur imago simul adoratur, & prototypus. Sed quid in re manifesta immoramur? A nemine arbitror negari posse, quod cum osculamur literas à Cæsare acceptas, simul Cæsarem honoramus.

Imaginis honor in prototypū refertur.

Conci. Tri.

¶ Ad argumenta in contrarium. Ad primum, quod cum oppugnatores imaginum obijcerent catholicis eos esse idololatras in imaginū adoratione, imagines vero idola vt patet ex tota Syn. 7. & maximè in canonibus subiectis post definitionem fidei in act. 7. summa fuit cura in explodenda ista obiectione, ac subinde continuo post definitionem, qua sanxerūt imagines esse adorandas, ad expellendā istam hæreticorum obiectionem, declararunt eas non esse adorandas tanquam Deos adoratione latriæ sistendo in illis ac propter se, ita vt ratio adorationis sumatur ex ipsis imaginibus. Hoc enim pacto solus Deus adoratur latria, & hoc volunt Synodi allegatæ. Et ad hoc affertur similitudo ex sanctis Euangelijs, quæ non coluntur propter se sed propter rem significatam. Verum magna est alias disimilitudo in veneratione Euangeliorum & imaginum Christi propter variam significationem vtriusque, varius autem cultus satis & super desumitur ex vsu Ecclesiæ catholicæ. ¶ Ad confirmationem respondetur, quod ex versibus commemoratis satis euidenter concluditur, quod imagines ipsę sint adorādę. Sic enim habent. Effigiem Christi cum transis pronus adora, non tamen effigiem, sed quod designat honora, & plane asseritur, quod effigiem debemus adorare. Cum vero rursus dicitur; Nō tamen effigiem honora. Sensus est, nos non adorare effigiem propter seipsam, sed propter

Ad argumēta.

Ad primū.

Ad confir.

prototypum. Ad D. Gregorium eodem pacto respondendum est, aut certè dico, quod in illis locis, in quibus ille laudauit Serenum eo quod vetuisset adorari imagines, erant homines procliues ad idololatriam. ¶ Ad secundum respondetur latriam, vt patet ex dictis, deberi Deo propter seipsum & soli Deo propter se. Quod si aliquid aliud adoratur latria est propter ipsum Deum, vt patet in Christi humanitate. Et idem dicendum est de his, quæ quoquo pacto vniuntur Christo etiam si extrinsece coniungantur, vt patet in imagine, cruce, corona. Dominus Caietanus aliā solutionem adhibet, videlicet, quod Christus quatenus repręsentatur per imaginem in actu exercito formaliter est idem in ratione obiecti adorationis cum imagine repræsentante, vt supra nonnullis exemplis est explicatum. ¶ Ad tertium respondetur, inter actus religionis sacrificium missę exhiberi soli Deo, vt definitum est in Concilio Tridentino Sess. 22. cap. 3. ita vt etiam sanctissimis quibuscunque offerri non possit, verum vouere, qui est quidam actus religionis bene potest fieri alijs sanctis, sicut & iurare licet per sanctos. Similiter spem licet ponere principaliter quidem tantum in Deo, secundario autem tāquam in causis secundis in sanctis, ita salutamus diuā Virginem, Spes nostra salue. Ad eundem etiam modum licet iurare per imaginem, vota vouere illis, spem nostram in illis secundario ponere, & ita salutamus crucem Domini. O crux aue spes nostra. Et alibi, vera spes nostra. Idcirco in Concilio Trident. in allegato decreto, vbi dicitur; quod fiducia non sit figenda in imaginibus, subijcitur, veluti olim fiebat à gentibus. Et ita intelligēdum erat, quod præmissum erat, nihil esse petendum ab imaginibus, sicut olim fiebat à gentibus. Ab imaginibus ergo tantum sistendo in illis, nihil est petē dum, nulla denique reuerentia exhibenda, at vt repręsentant exemplar, vt imagines sunt bene possumus & petere, & sperare aliquid ab illis ratione exemplaris. Sed vtrum imaginibus sit sacrificandum in sequentibus diligenter examinabimus. ¶ Ad quartum dicendum est, nos tantum contēdere in præsentia, quod idem honor secundum speciem, qui tribuitur exemplari in se, tribuitur exemplari in imagine, & ipsi imagini, vt sic, verum libenter concedimus, quòd intra vnam & eādem speciem honor amplior, & cumulatior exhibendus est exemplari in se, quam ipsi, vel imagini vel exemplari in imagine. ¶ Ad confirmationem etiam patet solutio. Neque enim tyrannicum est velle, quod imago regis adoretur eadem specie adorationis, qua rex in se.

D. Gregor.

Ad secūdū.

Ad tertiū.

Conci. Tri.

Ad quartū.

Ad cōfirmationem.

¶ Ad

Ad argumẽta contra probatiões D. Tho.

¶Ad alia argumenta, quæ contra processum D. Thom. sunt prõpositа sic respondendum est. Ad primum dicendum, quod propositio Aristotelea de vtroque motus genere tam appetitiui quam apprehensiui vera esse deprehenditur. Est enim prorsus impossibile intelligere, aut colere imaginem, vt imago est, nisi terminus apprehensionis, & appetitionis sit res repræsentata, quia ipsa est ratio terminandi vtrumque motum. ¶Ad secundum dicendum, quod in eius confutationem multa dicuntur à Caietano, & ab alijs Doctoribus, quæ mihi non probantur omnino. Vera, quantum ego intelligo, solutio in hac distinctione consistit. Imago ergo dupliciter considerari potest. Altero quidem modo, vt seipsam repræsentat sub proprijs coloribus, aclineamentis, & quod scitè ait Caietanus, quatenus imago exercet actum rei in se, siue secundum rem, quæ est forma, siue secundum rem, quæ est materia. Et hoc modo confessum est inter omnes Theologos imagines non esse adorandas aliquo cultu. Rursus potest considerari imago vt repræsentat Deum, vel Christum, vel Sanctos, & quod inquit Caietanus, vt exercet actum imaginis. Et hac consideratione adoranda est, & adoratio imaginis in prototypum refertur, id est, vt docte explicat Caietanus, quod ratio adorandi imaginem Christi, est ipse Christus, & conditio requisita, quæ requiritur vt adoretur imago, est esse Christum in imagine. Sed non ex hoc inferat Theologus Caietanum docere imaginem adorari, vt conditio requisita, nunquam hoc somniauit Caietanus. Itaque cum adoratur imago non relatio adoratur, non figura, sed persona adoratur repræsentata in imagine, & persona Christi repræsentata in imagine non distinguitur à persona Christi nisi secundum rationem. ¶Sed dicet Theologus nondum expositum est, quid adoretur in imagine cum non adoretur materia, non figura, non relatio. Certè adoratur ex eo, quod Christum repræsentat, & habet in se Christum repræsentatum, siue hoc sit ens reale, siue denominatio rationis. Quemadmodum honoramus proregem ex eo, quod repræsentat personam regis, licet ex eo, quod repræsentat regem neque ipse rex, neque ipse prorex aliquid reale habet in se, quod ante non habebat. Explicatur hoc euidentiori exemplo. Nam si quærat Theologus, quid appetat homo boni cum apperit bonum vtile tantum ad finem, verbi gratia, potionem amaram propter sanitatem, certè in potione amara respondẽdum est nullum latere bonum propter quod appetatur, nisi quia est medium vtile ad consecutionem sanitatis. Sic in imagine, & pictura non est aliud quod adoretur nisi quod repræsentat nobis prototypum, & sic verum est, quòd imaginis honor in prototypum refertur. Sed iterum vrget Theologus. Si hæc vera sunt sequitur, quod terminus adorationis non sit imago, sed potius res imaginata. Respondetur, quod obiectum primarium, & veluti formale est res imaginata, sed obiectum materiale est imago vt repræsentat prototypum, & vt sic adoratur imago. Rectissimè enim dixit D. Thomas, quod per hunc modum quo totum adoratur in suis partibus, adoratur quis in imagine. Nam imago quodammodo præhabet in se rem repræsentatam. ¶Ad confirmationem respondetur, quòd cum dicimus imagines esse adorandas sermo est de imaginibus visibilibus, quæ tantum sunt institutæ ad repræsentandum. Verbum autem mentis non est visibilis imago nec tantum instituta ad repræsentandum, quin potius est intelligibilis imago ordinata ad rerum cognitionem comparandam. Vel si hæc solutio non placet dico, non esse incommodum concedere verbum mentis, & phantasma, quibus Christus repræsentatur, eadẽ adoratione interiori adorari sicut eadem intellectione intelliguntur. Hoc tamen verum est, quòd quando Ecclesia loquitur de cultu imaginum tantum loquitur de imaginibus visibilibus. ¶Ad tertium argumentum dicendum est, iam à nobis expositum esse quemadmodum eodem motu numero adoremus imaginem & prototypum. ¶Ad confirmationem vero dicendum est, argumentum conuincere euidenter, quod adoratio imaginis non sit adoratio rei repræsentatæ immediatè, at vero est adoratio propter rem repræsentatam, sicut volitio medij non est volitio finis immediatè, at est volitio medij propter finem. Conuincit præterea argumentum, quod imago non adoratur propter se, sed propter aliud, quod est verissimũ. ¶Est iam quarta quæstio, vtrùm cultus *sacrificij* imaginibus possit tribui. Et à parte affirmatiua hæc sunt argumenta. In primis imagines Christi reuera adorantur latriæ cultu, quia in eis diuinum aliquid repræsentatur, ergo possunt similiter coli sacrificiorum oblatione. Patet consequentia; quia terminus vltimus vtrobique est res, quæ per imaginem significatur. Deinde, sacrificium exterius, vt colligitur ex D. Tho. 2.2. quæstione. 85. art. 2. est signum sacrificij interioris, quo anima semetipsam offert Deo tanquam principio suæ creationis, & fini vltimo suæ beatitudinis, sed hoc sacrificium spirituale interius

Ad secũdũ.

Caietanus.

Obiectio.

Explicatur quid adoretur in imagine.

Ad confir.

Ad tertium

Ad confir.

Num cultus sacrificij imaginibus possit tribui.

Primũ arg.

Secundum.

potest fieri imaginibus Deum ipsum repræsentantibus, ergo sacrificium exterius. Probatur minor. Sacrificium spirituale interius est quædam cordis humiliatio, & subiectio ex Dei cognitione proueniens, hanc autem potest quis erga Christi imagines gerere, ergo.

Tertium. ¶ Tertio & confirmatur hoc argumentum. Votum re vera offertur imaginibus, ergo & sacrificium. Patet consequentia. Quia vtraque est actio religiosa soli Deo debita.

Quartum. ¶ Deinde, fideles actum orationis tribuunt imaginibus non quod cum imaginibus loquantur, sed cum Deo, aut Christo, aut Sanctis per imagines repræsentatis, ergo eadem ratione possunt tribuere imaginibus cultum sacrificij, qui referatur ad Deum per imaginem repræsentatum.

Vltimum. ¶ Vltimo; thurificatio, lucernarum accensio videntur quædam ceremoniæ saltem ad sacrificiorum ordinem pertinentes, vt constat ex veteri testamento, hæ vero in imaginum obsequium exhibentur, ergo possunt eis similiter offerri sacrificia. In oppositum est vsus Ecclesiæ receptissimus. Hactenus enim non est auditum, quòd sacrificia imaginibus offerantur neque in veteri, neque in nouo testamento. Et quidem de sacrificio eximio noui testaméti nulli dubium, quin soli Deo offeratur cruentum, & incruentum. Et rationi consonat. Nam offertur Deus ipse in gratiarum actionem, in propitiationem pro peccatis nostris, ergo soli Deo immediatè offerendum est.

Sacrificiũ noui testamenti soli Deo offertur immediatè.

Sacrificiũ non debet offerri imaginibus.

¶ Sed quod ingerit difficultatem est, vtrùm stando in lumine naturæ debeat sacrificium offerri imaginibus. Et videtur pars negatiua. Primò, actus sacrificij habet Deum pro termino immediato, quem profitemur totius naturæ autorem & vltimum omnium finem, ergo soli Deo, & non imaginibus est tribuendum. Consequentia probatur. Nam alioquin datur intelligi, quod imago habet rationem principij vel vltimi finis. Secundò, in actibus religionis per quos Deo subdimur, potissimum locum obtinet oblatio sacrificij, ergo Deo soli tribui debet nõ mediante aliquo. Quemadmodum permittitur alijs actibus religionis. Tertiò, sacrificium quod exterius offertur est quoddam sensibile signum ex beneplacito hominum, siue ex diuina institutione constitutum, vt homines diuinam profiteantur dignitatẽ, ergo secundum se, soli Deo & non alij imagini est offerendum. Probatur consequentia, quia non videtur conueniens, vt vnum signũ sensibile ad Deum ordinatum mediante alio signo sensibili offeratur. Quarto argumentor. Sacrificia instituta sunt ad significandam & profitendam Dei spiritualem puritatẽ à nullo prorsus creato dependentem, hoc autem melius exercetur si nulli etiam imagini nisi soli Deo offerantur, ergo. Confirmatur. Dei natura est spiritualis non aliqua corporali effigie expressa, ergo vt veritas hæc clarius hominibus pateat consonum est, vt aliquo sensibili signo profiteatur immediatè, cuiusmodi est sacrificium. Demum hinc tollitur omnino error mentibus hominum illapsus, qui vt dæmonijs, & non Deo immolarent sacrificia, signis & imaginibus vtebantur, ergo nulla ratione imaginibus sacrificare licet, ne vel sola exteriori apparentia gentibus errantibus videamur consentire. ¶ Ad huius quæstionis expositionem sciendum est, quòd Caluinus in suis institutionibus obijcit catholicis, quod imaginibus tribuamus sacrificium. Cui sic obuiam eunt catholici, vt dicant eum nobis imponere falsum testimonium. Itaque arbitrantur esse dogma alienum à vera religione asserere, quod sacrificia tribuantur imaginibus. Itaque longe aliud iudicium est de adoratione imaginum, & de sacrificio imaginibus tribuendo. Nam rei insensibili, & inanimi nonnunquam debetur adoratio propter eum, quem repræsentat, sacrificij vero ritus arbitror non deberi nisi Deo vero, & viuo. Sicut enim non loquimur cum imagine Christi, sed cum Christo, sic non offerimus sacrificium imagini Christi, sed Christo. Ex quo facilè confutantur argumenta proposita pro parte affirmatiua.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm crux Christi sit adoranda adoratione latriæ.

147 2.2.q. 103. art. 4. ad 3. Et 3. di. 9. q. 1. arti. 2. q. 4.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd crux Christi non sit adoranda adoratione latriæ. Nullus enim pius filius veneratur contumeliam patris sui: puta flagellum quo flagellatus esset, vel lignum, in quo fuisset suspensus: sed magis illud abhorreret. Christus autem in ligno crucis opprobriosissimam mortem passus est secundum illud Sapient. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Ergo non debemus crucem venerari, sed magis abhorrere. ¶ 2. Præterea, Humanitas Christi adoratione latriæ adoratur, in quantum est vnita filio Dei in persona. Quod de cruce dici non potest. Ergo crux Christi non est adoranda

adora-

adoratione latriæ. ¶ 3. Præterea, Sicut crux Christi fuit instrumẽtum passionis eius & mortis, ita etiam & multa alia (puta, claui, corona & lancea) quibus tamen non exhibemus latriæ cultum. Ergo videtur, quòd crux Christi non sit adoratione latriæ adoranda. ¶ Sed contra est, quòd illi exhibemus latriæ cultum, in quo ponimus spem salutis. Sed in cruce Christi ponimus spem salutis: cantat enim Ecclesia*, O crux aue spes vnica, hoc passionis tempore, auge pijs iustitiam, reisque dona veniam. Ergo crux Christi est adorãda adoratione latriæ.

In Domini ca de passione domini in Hym.

Respondeo dicendum, quòd sicut suprà dictum est†, honor seu reuerentia non debetur nisi rationali naturæ: creaturæ autem insensibili non debetur honor vel reuerentia nisi ratione rationalis naturæ. Et hoc dupliciter. Vno modo, in quantum repræsentat rationalem naturam: alio modo, in quantum ei quocunque modo coniungitur. Primo modo consueuerunt homines venerari Regis imaginem: secundo modo eius vestimentũ. Vtrunque autem venerantur homines eadem veneratione qua venerantur & Regem. Si ergo loquamur de ipsa cruce, in qua Christus crucifixus est, vtroque modo est à nobis veneranda: vno scilicet modo in quantum repræsentat nobis figuram Christi extensi in ea: alio modo ex contactu ad membra Christi, & ex hoc quòd eius sanguine est perfusa. Vnde vtroque modo adoratur eadem adoratione cum Christo, scilicet adoratione latriæ. Et propter hoc etiam crucem alloquimur, & deprecamur quasi ipsum crucifixum. Si verò loquamur de effigie crucis Christi in quacunque alia materia (puta lapidis vel ligni, argenti vel auri) sic veneramur crucem tantum, vt imaginem Christi, quam veneramur adoratione latriæ: vt suprà dictum est*.

art. præ. ad 3. argum.

art. præced.

Ad primum ergo dicendum, quòd in cruce Christi quantum ad intentionem vel opinionem infidelium consideratur opprobrium Christi: sed quantum ad effectum nostræ salutis consideratur virtus diuina ipsius, qua de hostibus triumphauit: secundum illud Coloss. 2. Ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & spolians principatus & potestates, traduxit cõfidenter palàm, triumphans illos in semetipso. Et ideo dicit Apostolus 1. ad Corin. 1. Verbum crucis pereuntibus quidẽ stultitia est: his autem, qui salui fiunt, id est nobis, virtus Dei est. ¶ Ad secundum dicendum, quòd crux Christi, licet non fuerit vnita verbo Dei in persona: fuit tamen ei vnita aliquo alio modo, scilicet per repræsentationem & contactum. Et hac sola ratione exhibetur ei reuerentia. ¶ Ad tertium dicendum, quòd quantum ad rationem contactus membrorum Christi, adoramus non solum crucem, sed etiam omnia quæ sunt Christi. Vnde Damasc*. dicit in 4. lib. pretiosum lignum vt sanctificatum tactu sancti corporis & sanguinis, decenter adorandum, clauos, indumenta, lanceam, & sacra eius tabernacula, quę sunt præsepe, spelunca, & huiusmodi. Ista tamen non repræsentant imaginem Christi, sicut crux, quæ dicitur signum filij hominis, quod apparebit in cælo: vt dicitur Matth. 24. Ideoque mulieribus dixit Angelus, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: non dixit lanceatum, sed crucifixum. Et inde est quòd crucem Christi veneramur in quacunque materia, non autem imaginem clauorum, vel quorumcunque huiusmodi.

li. 4. ca. 12. circa med.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Sancta crux in qua Christus Dominus est crucifixus est adoranda adoratione latriæ duplici titulo. Vnus est in quantum repræsentat nobis figuram Christi extensi in ea. Alio modo ex contactu ad membra Christi, & ex hoc quod eius sanguine sit perfusa. Et per istum contactum adoramus nó solum crucem, sed omnia, quæ sunt

Prima conclusio.

Christi vt claui, indumenta, lancea, præsepe.

2. Conclus. ¶ Secunda conclusio. Alias cruces veneramur tantum vt imagines Christi.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DE cruce duplex est disputatio. Altera de imagine crucis adoranda. De qua in superiori articulo contra hæreticos plenissimè dictum est. Tantum in hoc articulo commemorandum est hæreticos Lutheranos præcipuè in imaginem crucis esse infestissimos. Quanuis enim aliqui illorum existiment, imagines alias vtcunque tolerari posse, arbitrantur tamen sacrilegam magiam esse vti signo crucis in cæremonijs Ecclesiasticis, in benedictionibus, in sacramentorum administratione. De qua re differit elegantissime Lindanus libro. 4. Panopliæ Euangelicæ cap. 97. Sed copiosissimè, & fusissime Alanus Copus Anglus libr. 4. capitulo. 6. & Thomas VValdensis de sacramentalibus titulo. 20. capit. 58. &. 59. De cruce, in qua Christus pependit distinguunt Theologi in. 3. distinct. 9. Bonauentura, Durandus, Maior, Marsilius, & aiunt duplicem existere reuerentiam, cultum scilicet latriæ quatenus Christum cruci affixum repræsentat, & cultum hyperduliæ ex contactu Christi, & sanguinis Dominici perfusione. Et quidem omni cruci debetur cultus latriæ in quantum Christum crucifixum repręsentat. Propter quod in die parasceues adoratur à fidelibus canente Ecclesia; O crux aue spes vnica hoc passionis tempore, auge pijs iustitiam, reisque dona veniam. At vero cultum hyperdulię non omnis crux meretur, sed sola illa in qua Christus pependit. Idem docet D. Tho. in distinctione prædicta quæst. 1. arti. 2. quæstiuncula. 4. verum in hoc loco rem istã pertractans non idem docuit, quod docuerat loco indicato. Nam existimat crucem Domini, cui fuit affixus vtroque modo esse colendam cultu latriæ, siue vt signum crucifixi, siue ex coniunctione cum corpore Christi. Nam creatura irrationalis tametsi non sit capax adorationis per se, at quatenus est signum rationalis creaturæ meretur cultum, & veneration em vt imago, aut quatenus est illi coniuncta, vt regia vestis & diadema. Et propter vtramque causam crux illa Domini est colenda latriæ cultu. ¶ Sed contra hanc sententiam intentant hoc argumentum Durandus & Bonauentura, quod non est magni momenti, vt ego existimo. Id quod non potest esse subiectum alicuius virtutis & sanctitatis nõ potest esse terminus alicuius adorationis, sed crux Christi, vt res quædam est non considerata vt imago est, non potest esse subiectum virtutis aut sanctitatis, ergo non potest adorari. Et confirmatur. Nam rei inanimi, & irrationali non est exhibẽdus cultus latriæ, nisi ex repręsentatione diuinitatis, aut vero Christi Domini. Propter hoc argumentũ Durandus in prædicta distinctione q. 2. respondens ad quoddam argumentum improbat hanc D. Thomæ sententiam, in qua affirmat, quod crux ipsa in qua pependit Christus, vt res quædam Christi est, est adoratione digna. Et inquit, quod licet hoc dixerit D. Thomas in tertio, tamen in parte reuocauit sententiam. Propter idem argumentum Picus Mirandulanus in Apologia q. 3. affirmat, quod in ista materia de adoratione non videtur satis tuta, & secura doctrina D. Thomæ. Eo enim vsque processit, vt etiam in tertio dixerit, quòd cruci Christi in qua pependit, etiam vt rei inanimatę, & irrationabili debetur aliqua adoratio. Et subijcit, quod Capreolus Thomæ defensor in prænotata distinctione q. vnica art. 3. in solutionibus ad argumenta Durandi nesciuit aliter defendere, quam dicendo, quòd in summa reuocauit sententiam. Et autor tabulæ aureæ in concordantijs dicit, quod crux Christi non est adorãda latria, nisi vt signum est. Sed & neotericus quidam autor hanc sententiã D. Thomæ nõ absolutè esse veram affirmat, sed cum distinctione esse explicãdã. Quando (inquit) Dominus cruci affixus erat, tunc crux Domini colenda erat cultu latriæ non solum vt signum, sed etiam ex coniunctione ad Christum nam adorare tunc crucem erat adorare Christum crucifixum, qui in illa pondebat; at vero crux illa perfusa sanguine Christi post repertionem eius celebratam ab Helena diuisa est in multa frusta, & distributa est per orbem, & amisit crucis formam, & ideo desiuit esse signũ crucis. Propter quod arbitratur iste autor, quòd quandiu illa crux retinuit crucis formam erat adorãda adoratione latriæ in quantum erat signum Christi crucifixi. Cæterum vt fuerat iam olim perfusa sanguine Christi, aut fuerat contacta ex carne Domini, non erat postea colenda latriæ cultu: siquidem cõiunctio illa iam non erat. Si enim Verbum Domini deponeret humanitatem humanitas illa deposita non esset adoranda cultu latriæ, quippe quæ licet fuisset copulata verbo, iam non manet copulata. Ideoque cessat veneratio, quam propter coniunctionem merebatur. & August. sermone. 58. de Verbis Domini optime dixit. Purpuram regiam quando habet illam indutam rex, esse adorandam cultu regio, quia adorare vestem tunc est adorare regem vestitum. Verumtamen vestimenta regia exuta à rege honorem regium non promerentur, quia cessauit coniunctio. Sed ego

Lindanus. Alanus. Thomas VValdẽsis. D. Thom. Argumentũ Durandi & Bonauẽturæ. Confir. Picus Mirandu. August.

ego dico, quod isti autores ex studio contradicendi Diuo Thomæ grauiter lapsi sunt. Existimo enim, esse errorem manifestum in fide affirmare, quod sanctissimo crucis ligno, in quo Christus pependit non debeatur adoratio ratione contactus membrorum Christi, sed tantummodo, vt est imago. Hæc nostra sententia probatur in primis. Quoniam hæresis est Lutheri, quod festa Sanctæ Crucis non sunt celebrãda in Ecclesia Christi ex eo, quod crux sancta nullum honorem promereatur, vt ipse existimat. Contra quam hæresim legatur D. Hierony. super Psalmo. 98. explicans illud. Adorate scabellum pedum eius. Explicat vtique de cruce Christi, quam dicit fuisse scabellum pedum eius. Cassiodorus super Psalmo. 131. explicat illud, introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius, de eadem sancta cruce. Eandem expositionem sequitur Damascenus libro. 4. capitulo. 12. Patet etiam nostra sententia ex ratione Diui Thomæ in articulo. Ac demum quoniam hac consideratione quatenus attigit Christum, non habita ratione imaginis, est quædam reliquia Christi, at fides catholica docet reliquias Sanctorum esse adorandas, vt videbimus articulo. 6. Propter quod ego nescio excusare Durandum in loco allegato in solutione tertij, ab errore contra istam sententiam. Vt autem videamus quantum sit à veteribus Christianis tributum alicui particulæ crucis, in qua Christus pependit, & quomodo eam omnibus thesauris antiquiorem habuerint, legatur Gregorius Nissenus in vita Macrinæ. Paulinus Epistola. 11. ad Seuerum. Gregorius libro. 7. Epistola. 126. Beda de natura rerum, & temporum ratione. Gregorius Turonensis in vita Christi. Chrysostomus hom. quod Christus sit Deus.

Hierony. Damasc. Gregorius Nissenus. Paulinus. D. Gregor. Beda.

¶ Ad argumentum Durandi respondetur, quòd æquè probat de cruce Christi, vt imago est. Deinde dicitur, quod vtroque modo adoratur crux ratione ipsius Christi, vt imago est adoratur, vt repræsentatiua Christi, vt verò est sanguine Christi irrigata adoratur, vt sanctificata contactu Christi. Ex qua solutione facilè intelligitur, quòd etiam sunt adoranda cultu latriæ omnia, quæ sunt Christi, vt claui, indumenta, lancea, præsepe & cætera huiusmodi. Quod vero dicunt Durandus, Capreolus, & alij Diuum Thomam retractasse hic, quod in. 3. Sentent. dixerat, scilicet crucem illam, in qua pependit Christus esse adorandam non solum, vt imaginem Christi latria, sed vt quandam rem Christi hyperdulia, quasi crux illa Christi non sit capax adorationis vt est quædam res Christi,

Ad argumẽtũ Durãdi.

Hoc inquam, quod dicunt isti autores friuolum est, & sine fundamento. Nam D. Tho. non retractauit, sed illustrauit, & magnificauit doctrinam ibi traditam. Quoniam eo in loco dixit crucem Christi, vt res quædam est, esse adorandam hyperdulia, hic vero affirmat esse adorãdam latria propter contactum ad Christum Dominum. Illud autem, quod dixit Neotericus ille Doctor crucem in qua pependit Dominus postquam ab ea est depositus esse tantum modo adorandam cultu latriæ in quantum imago est nõ autem in quantum habuit contactum ad Christum, quoniam ille contactus iam desijt esse, falsum est, & inopinabile. Nam crux illa, & eius frustra adhuc manent vt reliquiæ Christi, quas eadem veneratione adoramus atque Christum, vt patet ex ritu Ecclesiæ.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm mater Christi sit adoranda adoratione latriæ.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd mater Dei sit adoranda adoratione latriæ. Videtur enim idem honor esse exhibendus matri Regis, & Regi: vnde dicitur 2. Regum. 2. quòd positus est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexteram eius. Et August. dicit in sermone de Assumptione*, Thronum Dei, & thalamum Domini cæli atque tabernaculum Christi dignum est ibi esse, vbi est ipse. Sed Christus adoratur adoratione latriæ, ergo & mater eius. ¶ 2. Præterea, Damasc†. dicit in 4. libro quòd honor Matris refertur ad filium. Sed filius adoratur adoratione latriæ. ergo & Mater. ¶ 3. Præterea, Coniunctior est Christo mater eius, quàm crux. Sed crux adoratur adoratione latriæ, ergo & mater Christi est adoratione latrię adoranda. ¶ Sed cõtra est, quòd mater Dei est pura creatura. Non ergo ei debetur adoratio latriæ.

148 2. 2. q. 103. ar. 4. 2. Et 3 d. 9. q. 1. ar. 2. q. 3.

In li. de assumptione beatæ Mariæ c. 6. circa medium tomo. 9.

lib. 4. c. 15. post med.

Respondeo dicendum, quòd quia latria soli Deo debetur, nulli creaturę debetur latria, prout creaturam secũdum se veneramur. Licet autem creaturæ insensibiles non sint capaces venerationis secundum seipsas: creatura tamẽ rationalis

nalis est capax venerationis secundum seipsam : & ideo nulli puræ creaturæ rationali debetur cultus latriæ. Cùm igitur beata Virgo sit pura creatura rationalis, non debetur ei adoratio latrię: sed solum veneratio duliæ, eminentius tamen quàm cæteris creaturis, in quantum ipsa est mater Dei. Et ideo dicitur, quòd debetur ei non qualiscunque dulia, sed hyperdulia.

Ad primum ergo dicendum, quòd matri Regis non debetur æqualis honor, honori, qui debetur Regi: debetur tamen ei quidam honor consimilis, ratione cuiusdam excellētiæ. Et hoc signi
In arg. 1. ficant autoritates* inductæ. ¶ Ad secundum dicēdum, quòd honor matris refertur ad filiū, quia ipsa mater est propter filium adoranda. Non tamen eo modo quo honor imaginis refertur ad exemplar: quia ipsa imago prout in se consideratur, vt res quædam, nullo modo est veneranda. ¶ Ad tertium dicendum, quòd crux non est capax venerationis prout in se consideratur, vt di-
Art. præce. ctum est*: sed beata Virgo secundum se ipsam est venerationis capax. Et ideo non est similis ratio.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio. PRima conclusio. Mater Christi nō est adoranda adoratione latriæ cum sit creatura,
2. Conclus. cui non competit talis adoratio. ¶ Secunda cō clusio, debetur ei veneratio eminētior, quam cæteris alijs creaturis; quia mater Dei est, vnde hyperdulia ei conuenit.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DE beatissima Maria matre Domini nostri Iesu Christi quomodo sit honorāda & veneranda disputatur inter Theologos. Et quidam non imperitè dicunt, quòd quando beatissima Maria Dominum in vtero gestabat, qui ex diuina reuelatione id cognouisset, adorando cultu latriæ diuinam prolem adorasset subinde eodem cultu matrē tantæ prolis. Nam tunc Christus erat quasi pars matris suæ. Ideoque ex illa coniunctione adorando prolem adorabatur mater. At vero postquam Dominum Iesum peperit, iam nulla est causa cur adoretur latria, sed solum hyperdulia: siquidem Maria non est imago Christi, neq; habet coniunctionem illam naturalem, quam habebat ad Christum, igitur modo non potest adorari cultu latriæ. Sed Diuus Thomas D. Tho. hoc in loco absolutè docet matrem Domini non esse adorandam adoratione latriæ. ¶ Cuius sententia his argumentis redditur dubia. Primū arg. Tum quoniam honor beatæ Virgini exhibitus refertur in filium, sicut honor imaginis Christi in Christum redundat. ¶ Tum dein- Secundum. de, quoniam coniunctior multo fuit beata Virgo Christo, quam crux, quam præsepe, quam sepulchrum: siquidem portauit illum nouem mensibus in vtero tanquam in tabernaculo, lactauit eum suis vberibus. Et profecto maior erat coniunctio diuinæ prolis cum Maria, quàm vestis cum Christo, ergo si vestem Christi adoramus cultu latriæ multo magis matrem Christi. ¶ Nec satisfacit so- Impugnatur solutio D. Tho. lutio D. Thom. ad tertium, quod crux vel vestis non est capax adorationis prout in se consideratur, vt dictum est, sed beata Virgo secundum seipsam est venerationis capax, & ideo non est similis ratio. Contra hanc solutionem sic obijcio. Quoniam non ideo minus est honoranda beata Virgo eo, quod secundum seipsam est etiam honorabilis, quā si nullo esset secundum se honore digna, at si nullo esset secundum se honore digna, omni dubio procul adoraretur cultu latriæ propter istum contactum cum Christo, ergo etiam modo sic adoranda est. ¶ Sed si fortasse respondeas, non esse in vsu fidelium Solutio. adorare creaturas rationales cultu latriæ ad cauendum cultum idololatriæ: quoniam si creaturæ rationali, quæ secundum se est venerabilis, tribueretur latria, videretur tribui secundum se, quæ est mera idololatria. Contra hanc responsionem sic insurgo. Nam humanitas Christi est adoranda adoratione latriæ cum tamen sit creatura rationalis, ergo solutio commemorata non est vera. Has ra- Caietanus. tiones dubitandi Dominus Caietanus in hoc articulo dupliciter elucidat. Prima expositio est, quod sicut occasio erroris vitandi facit, vt creatura rationalis non adoretur vt imago Dei, consimili ratione vt res coniuncta Christo, scilicet, ne motus adorationis sistat in rationali creatura secundum se. Quocirca sicut personam Christi non nisi latria adoramus ad euitandum errorem recurrentium ad Christum, vt puram creaturam, ita personam beatæ Mariæ sola hyperdulia veneramur ad cauendum errorem eorum, qui latriā terminarent ad beatā Virginem secūdū se. Nō enim populus rudis scit hęc discernere, quæ subtilibus intelligētijs opus habēt, vt intelligantur. Neq; est eadē ratio de humanitate Christi. Nā Christi humanitas nō est persona

per

per se subsistens. Quapropter sine periculo coadoratur cum Christo eadem adoratione. Secunda expositio habet tria documenta. Primum, beata Virgo non est adoranda adoratione latriæ, sed hyperduliæ. Hoc documentum patet ex vsu totius Ecclesiæ, & ex ratione D. Tho. in articulo. Secundum documentum. Beata Virgo ratione coniunctionis maximæ cum Christo est adoranda adoratione latriæ, & cultu quidem maiori quam crux, & imago Christi, ita vt sola Christi humanitas post Deum mereatur maiorem adorationem latriæ. Hoc documentum patet ex argumentis in principio dubitationis propositæ. ¶ Sed dicet Theologus. Si beata Virgo adoratur adoratione latriæ ex coniunctione ad Christum, ergo absolutè, & simpliciter est adoranda cultu latriæ, sicut crux in qua pepẽdit Christus, & multo maiori iure. ¶ Pro huius expositione est tertium documentum. Honorificentior, & illustrior cultus absolutè impenditur beatæ Virgini cum adoratur hyperdulia propter excellentissimas eius virtutes, quam cum adoratur latriæ cultu ex coniunctione ad Christum. Hoc documentum colligitur ex illo Lucæ. 11. cum enim quædam mulier dixisset beatus venter, qui te portauit, considerans dignitatem matris Dei, subijcit dominus, quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et Matth. 12. dicenti cuidam; ecce mater tua, & fratres tui, respondit Dominus. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? & extendens manus in discipulos dixit. Ecce mater mea, & ecce fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem, &c. Quibus in locis omnes expositores sacri ex Christi sententia asserunt beatiorem fuisse ac fœliciorem, ex eo quod voluntatem Dei fecerit supra omnes puras creaturas quã ex eo quòd Christum Dominum gestauerit, & illum lactauerit. Legatur etiam speciatim D. August. tract. 10. in Ioan. & Epistola. 38. & in libro de sancta Virginitate capitu. 3. Quo loco, inquit, quòd fœlicior fuerit beata Virgo percipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi. Ex quo patet, quod adorari ratione coniunctionis est adoratio diminuta propter illud additum ratione coniunctionis, quod est intelligendum de adorationibus personæ subsistentis, quæ sunt propriè & absolutè adorationes. Atque hactenus dictum sit de modo adorationis beatæ Virginis. Nam quòd beata Virgo sit adoranda, & colenda simul & sancti omnes non est huius loci disputare. Diffinitum est autem omnes Sanctos esse colendos & venerandos in septima Synodo generali. Et in Concilio Tridentino Sessione. 25. in Decreto de veneratione & inuocatione Sanctorum. Libet tamen in præsentia referre patrũ de Maria Virgine, & eius veneratione locupletissima testimonia. Sane iure optimo iuxta ipsius Virginis vaticinium omnes generationes eam dicunt beatam, & conuenienter eam appellamus salutem, vitam, spem nostram, propter ea quod Christus, qui principaliter est salus, vita ac spes nostra se per illam nobis dederit, quodque ipsa apud filium materna fiducia nobis impetret, quæ salutaria sunt. Ægre ferunt hæretici, quòd illam talibus appellationibus salutemus. Sed si saperent, & intelligerent non ob id indignarentur. Sæpè enim ea, quæ attribuuntur Deo creatori rectè attribuuntur etiam creaturis, aliter tamen Deo, atque aliter creaturis. Vnde Paulus scribens Thessalonicensibus dicit, quæ est spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ, nonne vos ante Dominum? & hi, ad quos sermo Dei factus est vocantur dij. Apostoli quoque dicuntur à Christo lux mundi. Item adoratio inuenitur laudabiliter exhibita creaturę. Nam scriptum est, quòd adorauerit Abraham filios Heth. Genesis. 23. & quod Iacob adorauerit fratrem suum Esau. Genesis. 33. quodque filij Prophetarum adorauerint Helisæum Prophetam. 4. Regum. 2. Chrysostomus in liturgia. Vt verè dignum & iustum est glorificare, & deiparam, & semper beatissimam, & penitus incontaminatum matrem Dei nostri, honoratiorem Cherubim, & gloriosiorem incomparabiliter Seraphim, quæ citra corruptionem Deum peperisti, verè Deiparam te magnificamus. Aue gratia plena Maria Dominus tecum benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, quoniam Saluatorem animarum nostrarum peperisti. Athanasius in Euangel. de Sanct. nostra Deipara. Diximus beatam Virginem iterum atque iterum, & semper, & vndequaq; beatissimam. Ad te clamamus recordare nostri sanctissima Virgo, quæ etiam à partu Virgo permansisti. Aue gratia plena Dominus tecum, beatam te prædicant omnium Angelorum, & terrestrium hierarchiæ. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Intercede hera, & domina & Regina & mater Dei pro nobis. Gregorius Nazianzenus in Trage. Christus patiens.

O ter beata mater, ô lux Virginum
Quæ templa cœli lucidissima incolis.
Mortalitatis liberata sordibus,
Ornata iam immortalitatis es stola.
Meis benignam ab alto aurem exhibe verbis.
Measq; virgo suscipe obsecro preces.

Obiectio.

Solutio.

D. August.

Encomia & laudes Mariæ Virginis.

Paulus.

Gene. 23.

Gene. 33.

4. Regũ. 2.

Chrysosto.

Athanasius

Augusti-

Augustinus sermone.2. de Annũciatione Dominica. Sancta Maria succurre miseris iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu, sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam commemorationem. Fulgentius Ser. de Laudibus Mariæ. Facta est Maria fenestra cœli, quia per ipsam Deus verum fudit sæculis lumẽ. Facta est Maria scala cœlestis, quia per ipsam descendit Deus ad terras, vt per ipsam homines ascendere mereantur ad cœlos. Facta est Maria restauratio fœminarum, quæ per ipsam à ruina primæ maledictionis probantur esse subtractæ. Bernardus. Bernardus serm. 2. de Aduentu. Virgo regia ipsa est via, per quam Saluator aduenit procedens de ipsius vtero tanquam sponsus de thalamo suo. Per te accessum habemus ad filium ô benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ mater salutis, vt per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Vide eundẽ super missus est, & in illud Apoc. signum magnum apparuit. Itẽ in sermone de Natiuitate Virginis. ¶ Sed hic excludenda est quędam calumnia, quam mouent hæretici Lutherani sanctissimo Bernardo. Dicunt enim D. Patrem non tantum impie, sed etiam impudenter appellare Virginem Mariam, vt se matrem esse meminerit, vt imperet filio, & in illum vtatur iure suo; Cum tamen hęc verba in operibus D. Bernardi núquam inueniantur. Sanè canit Ecclesia monstra te esse matrem, sumat per te preces, qui pro nobis natus tulit esse tuus. Quod vero imperet filio nunquam dixit Bernardus, nunquã canit Ecclesia. Sed iam de Virgine matre, quędam carmina cuiusdam autoris, quæ pia sunt, atque elegantia non grauabor recensere.

Augustin. Fulgẽtius. Bernardus. Hæreticorum calumnia refellitur.

O virgo, ô mihi post dominum spes vnica Iesum,
Qua te Bernardus hac ego mente colo:
Cui nunquam attonito saturantur lumina visu
Vsque oculos tua sic pascat imago meos:
Cui nullo tenuis lassatur carmine lingua
Illa tuæ laudi tam sibi visa rudis:
Aspice nos quocunque tegit me nomine cœlum,
Et sordes nati sanguine terge meas.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm reliquiæ Sanctorum sint adorandæ.

149 2.2.q.96. art.4.3.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd Sanctorũ reliquiæ nullo modo sint adorandæ. Non enim est aliquid faciendum, quod possit esse occasio erroris. Sed adorare mortuorum reliquias, videtur ad errorem Gentilium pertinere, qui mortuis hominibus honorificentiam impendebant. Ergo non sunt Sanctorum reliquiæ adorandæ. ¶ 2. Prẽterea, Stultum videtur rem insensibilem venerari. Sed Sanctorum reliquiæ sunt insensibilia corpora. Ergo stultũ est eas venerari. ¶ 3. Prẽterea, Corpus mortuum non est eiusdẽ speciei cum corpore viuo: & per consequens non videtur esse numero idem. Ergo videtur, quòd post mortem alicuius Sancti corpus eius non sit adorandum. ¶ Sed contra est, quod dicitur in li. de Ecclesiast. dogmatibus*, Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum Martyrum reliquias, acsi Christi membra, synceriſsimè honoranda, scilicet credimus. Et postea subditur, Si quis contra hanc sententiam velit esse, non Christianus, sed Eugnominianus & Vigilantianus creditur.

cap.73 in princ. habetur inter opera Aug. tom.3.

Respondeo dicendum, quòd sicut Augustin. dicit in libro de Ciuit. Dei. Si paterna vestis & annulus, ac si quid est huiusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes est maior affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtique multo familiarius atque coniunctius quàm quælibet indumenta gestamus. hæc enim ad ipsam naturam hominis pertinent. Ex quo patet, quòd qui habet affectum ad aliquem, etiam ea, quæ de ipso post mortem relinquuntur, veneratur: non solum corpus aut partes corporis eius, sed etiam aliqua exteriora, puta vestes, & similia. Manifestum est autem, quòd Sanctos Dei in veneratione habere debemus, tanquam membra Christi, Dei filios, & amicos, & nostros intercessores. Et ideo eorum reliquias qualescunque, honore congruo in eorum memoriã venerari debemus, & præcipuè eorum corpora, quę fuerunt tẽpla & organa Spiritus sancti in eis habitãtis & operantis, & sunt corpori Christi configuranda per glorioſam Resurrectionem. Vnde & ipse Deus huiusmodi reliquias

li.1.ca.13. tom.5.

conue-

conuenienter honorat, in eorum præsentiam miracula faciendo.

Ad primum ergo dicendum, quòd hęc fuit ratio Vigilantij, cuius verba introducit Hieron†. in lib. quem contra eum scribit, dicentis, Propè ritum Gentilium videmus sub prętextu religionis introductum, puluisculum nescio quē in modico vasculo, pretioso linteamine circundatum osculantes adorant. Contra quem Hiero. dicit in Epistola ad Riparium*: Nos non dico Martyrum reliquias, sed nec Solem, nec Lunam, nec Angelos adoramus, scilicet adoratione latrię, honoramus autem reliquias Martyrū, vt eum, cuius sunt Martyres, adoremus: honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad dominum. Sic ergo honorando reliquias Sanctorū, non incidimus in errorem Gentilium, qui cultum latriæ mortuis hominibus exhibebant. ¶ Ad secundum dicendum, quòd corpus illud insensibile non adoramus propter seipsum, sed propter animam, quæ fuit ei vnita, quæ nunc fruitur Deo: & propter Deum, cuius fuerūt ministri. ¶ Ad tertium dicēdum, quòd corpus mortuum alicuius Sancti non est idē numero quod primò fuit dum viueret, propter diuersitatem formæ, quæ est anima: est tamen idem identitate materiæ, quæ est iterum suæ formæ vnienda.

In epist. ad vigilāt. nō procul à princ. to. 3.

Incipit ep. Acceptis primū literis tuis to. 3. habetur non procul à princip.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COncluſio asſerit. Reliquiæ Sanctorum qualescunque maximè martyrum congruo honore esse venerandas. Nam si afficimur ad res maiorum nostrorum multo magis veneranda sunt corpora Sanctorum tanquam membra Christi, filij, & amici Dei, & nostri intercessores. Fuerunt enim templa Spiritus sancti in eis habitantis & operantis, configurādaque sunt corpori Christi per gloriosam Resurrectionem. Vnde & ipse Deus tales reliquias conuenienter honorat in eorum prędentia miracula faciendo.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Lutherano rū varia argumenta. RElIquiarum sanctarum cultum magno agmine impugnant Lutherani nostri tēporis & quidem impugnationem diuidunt in hæc capita. ¶ In primis afferunt argumenta ad probandum historias Martyrum esse suspectas. Quod tradunt multos martyrū nullo alio, quam gladij supplicio interfici potuisse. ¶ Deinde impugnant vehementer sanctorum apparitiones, quas vt falsas ac aniles fabulas exagitant. ¶ Præterea, obijciunt contra Sanctorum post obitum miracula ad eorum siue sepulchra, siue reliquias. ¶ Insuper rident Sanctorum translationes. Demum irrident nos non tantum, quòd infinitum numerum habeamus intercessorum, idque prorsus sine autoritate verbi Dei, sed etiam quod habeamus in singulis prouincijs præcipuos quosdam patronos, & Diuos tutelares more gentilitio. ¶ Sed isti hæreticorum omnium inanissimi sunt, qui æconomiam, & dispositionem Ecclesiæ euertere sua autoritate volunt contra Patres, contra Concilia, contra traditionem Ecclesię à principio vsque ad nos deriuatam. Propter quod condemnantur, & anathematizātur in. 7. Synodo generali actione. 7. & in Concilio Tridentino nuperrime celebrato Sessione. 25. Et rationes, quas hic adducit Diuus Thomas etiam in lumine naturali sunt euidentes, quas etiam commemorat Damascenus libro. 4. de fide orthodoxa capitulo. 16. Disputat etiam de hac re eleganter, & copiosè Thomas VValdensis libro de Sacram. titu. 23. Sed & D. Ambrosius in sermone de Nazario & Celso de honore Sanctorum reliquijs tributo sic loquitur. Quod si dicas mihi, quid honoras iam in carne resoluta, & consumpta, de qua nulla iam cura Deo est? Honoro (inquit) in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices, honoro viuentis memoriam perennitate virtutis, honoro in cineribus semina æternitatis, honoro corpus, quod mihi dominum meum ostendit diligere, quod me propter dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & dæmones, quod & afflixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulchro? honoro itaque corpus quod Christus honorauit in gladio, quod cum Christo regnabit in cœlo. ¶ Sed obseruabit Theologus, quod cum dicimus, Sanctorum reliquias esse venerandas intelligendum est si sint authenticæ, & ab Episcopis, vel Sede Apostolica, vel à viris fide dignissimis habeant testimonium. Sunt enim multi circulatores, qui commentitias afferunt reliquias, vt simplici populo imponant. Ex dictis constat, quomodo sit certa fides Sanctorum reliquias esse adorandas. De modo autem adorandi non est adeo certa, & infallibilis fidei definitio. Ex dictis tamen

Primū arg.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Condemnā tur hæretici.

7. Synodus generalis Conci. Tri.

Damasc.

VValdēsis. Ambrosi.

Nota circa cultum reliquiarum.

tamen facile intelligitur, quod idem prorsus cultus tribuēdus sit reliquijs Sanctorum, qui ipsis sanctis impenditur. Quod si interroget Theologus. Quorsum D. Thom. in hac quæstione, vbi instituit disputationem de adoratione Christi, interserit tractatū de Sanctorum reliquijs venerandis. Respondetur huius rei duas posse demōstrari rationes. Vna est, vt ex huius articuli diffinitione intelligat Theologus, quomodo reliquias Christi venerari debeat. Altera est quoniam Sancti Dei homines sunt corporis Christi mystici membra viua, Dei filij & amici propter quod vniuersus honor illis exhibitus in Christum refertur.

Interrogatio.

QVAESTIO XXVI.

De eo, quòd Christus Mediator Dei & hominū dicitur, in duos articulos diuisa.

DEinde considerandum est de hoc, quòd dicitur Christus Dei & hominum mediator.

¶ Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, vtrùm esse mediatorem Dei, & hominum, sit proprium Christo.

¶ Secundò, vtrùm hoc conueniat ei secundum humanam naturam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm esse mediatorem Dei & hominum, sit proprium Christo.

150 3. di. 19. ar. 5. qō. 3. Et opu. 3. c. 22 Et opu. 60. cap. 18. Et Gal. 5. lect. 7. fin.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd esse mediatorem Dei & hominum, nō sit proprium Christo. Sicut enim Sacerdos, ita & Propheta videtur esse mediator inter Deum & homines: secundum illud Deut. 5. Ego illo tempore sequester fui & medius inter Deum & vos. Sed esse Prophetam & Sacerdotem, non est proprium Christo. Ergo nec esse mediatorem. ¶ 2. Prętera, Illud quod conuenit Angelis bonis & malis, nō potest dici esse propriū Christo. Sed esse medium inter Deum & homines, conuenit Angelis bonis, vt Dionysius dicit 4. cap. de Diu. nomin*. cōuenit etiam Angelis malis, id est, dæmonibus: habent enim quædam cōmunia cum Deo, scilicet immortalitatem, quędam cum hominibus, scilicet quòd

c. 4. nō multum procul à princip.

sunt animo passiui, & per consequens miseri: vt patet per Aug. in 9. de Ciuita. Dei†, Ergo esse mediatorem Dei & hominum non est proprium Christo. lib. 9. ca. 8. tom. 5.

¶ 3. Prætereà, Ad officium mediatoris pertinet interpellare ad vnum eorū, inter quos est mediator pro altero. Sed Spiritus sanctus, sicut dicitur Roman. 8. interpellat pro nobis ad Deum gemitibus inenarrabilibus. Ergo Spiritus sanctus est mediator inter Deum & homines. Non ergo est proprium Christo.

¶ Sed cōtra est, quod dicitur primæ ad Timot. 2. Vnus est mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus.

Respondeo dicendum, quòd ad Mediatoris officium propriè pertinet, coniungere & vnire eos, inter quos est mediator. Nam extrema vniuntur in medio. Vnire autem homines Deo perfectiuè quidem cōuenit Christo, per quē homines sunt reconciliati Deo, secundum illud. 2. ad Corinth. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et ideo solus Christus est perfectus Dei & hominum mediator, in quantum per suam mortem humanum genus Deo reconciliauit. Vnde cùm Apostolus dixisset, Mediator Dei & hominū homo Christus Iesus, subiungit, Qui dedit semetipsum redemptionē pro omnibus. Nihil tamen prohibet aliquos alios secundum quid dici mediatores inter Deum & homines: prout scilicet cooperantur ad vnionem hominum cum Deo dispositiuè vel ministerialiter.

Ad primum ergo dicendum, quòd Prophetæ & Sacerdotes veteris Testamenti, dicti sunt mediatores inter Deū & homines dispositiuè, & ministerialiter, in quantum scilicet prænuntiabant & præfigurabant verum & perfectum Dei & hominum mediatorem. Sacerdotes verò noui Testamenti possunt dici mediatores Dei & hominum, in quātum sunt ministri veri Mediatoris, vice ipsius salutaria sacramenta hominibus exhibentes. ¶ Ad secundum dicēdum, quòd

quòd Angeli boni, vt Augustinus dicit in 9. de ciuitate Dei*, non rectè possunt dici mediatores inter Deum & homines. Cùm enim vtrumque habeant commune cum Deo & beatitudinem & immortalitatem, nihil autem horum cum hominibus miseris & mortalibus, quomodo non potius remoti sunt ab hominibus, Deoque coniuncti, quàm inter vtrosque medij constituti? Dionysius * tamen dicit eos esse medios, quia secundum gradum naturæ sunt infra Deum & supra homines constituti: & mediatoris officium exercent, non quòd principaliter & perfectiuè, sed ministerialiter & dispositiuè. Vnde Matth. 4. dicitur, quòd accesserunt Angeli, & ministrabant ei, scilicet Christo. Dæmones autem habent communem cum Deo immortalitatem, cum hominibus autem miseriam: ad hoc enim se interponit medium dæmon immortalis & miser, vt ad immortalitatem beatam transire non sinat, sed perducat ad miseriam immortalem. Vnde est sicut malus medius, qui separat amicos. Christus autē habuit communem cum Deo beatitudinem, cum hominibus autem mortalitatem: & ideo ad hoc se interposuit medium, vt mortalitate transacta & ex mortuis faceret immortales (quod in se resurgendo monstrauit) & ex miseris beatos, vnde nunquam ipse decesset. Et ideo ipse est bonus mediator, qui reconciliat inimicos. ¶ Ad tertium dicēdum, quòd Spiritus sanctus cùm sit per omnia Deo æqualis, non potest dici medius vel mediator inter Deum & homines, sed solus Christus, qui licet secundū diuinitatem æqualis sit Patri, tamen secundum humanitatem minor est Patre, vt suprà dictum* est. Vnde super illud ad Gal. 3. Christus est mediator, dicit Glos.* Non Pater nec Spiritus sanctus. Dicitur autem Spiritus sanctus interpellare pro nobis, quia ipse interpellare nos facit.

lib. 9. & lib. 14. c. 15. à medio, to. 5

loco citato in argu.

q. 20. art. 1.

Implicitè habetur in glos. ordinaria. ibid.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Esse mediatorem inter Deum & homines simpliciter, & perfectè est proprium Christo. Ipse enim est, qui per mortem suam humanum genus Deo reconciliauit, cum semetipsum dederit redemptionem pro omnibus, & Deus sit in ipso mundum reconcilians sibi, vt dicit Apostolus 2. Corint. 5. ergo simpliciter, & perfectiuè fuit mediator inter Deum & homines. Consequentia vero inde probatur. Tum quia mediatoris officium est mediare inter eos, inter quos est mediator, cum in medio vniantur extrema. Tūdeinde, quia cū Apostolus dixisset mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, subiunxit, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. ¶ Secunda conclusio. Nihil prohibet alios dici mediatores secundum quid, videlicet dispositiuè, & ministeriali ter prout cooperantur aduenionem hominū cum Deo. 1. Cōclusio. 2. Cōclusio

EXPOSITIO ARTICVLI.

LVtherani hæretici magnopere contendunt probare, ita esse proprium Christo esse mediatorem inter Deū & homines, quòd nullo modo sancti mediatores vel aduocati sint dicendi ad accedendum ad Deum Patrē. Atqui hoc dogma sequentibus argumentis sibi habent persuasum. ¶ In primis ex illo 1. ad Timoth. 2. vnus est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Et ex illo ad Heb. 7. Solus Christus sempiternum habet sacerdotium per semetipsum accedens ad Deū patrem, semper viuens ad interpellādum pro nobis. Et 1. Ioā. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & nō est in alio salus. Et Ioan. 16. iubet Dominus in nomine suo; & alibi in nomine patris preces fieri. Et alio loco inquit. Orantes dicite. Pater noster, qui es in cælis. Non Angelum, vel Patriarcham, aut Prophetam mortuum, sed patrem tantum inuocari iubet. Et ad Hebr. 4. dicit Apostolus. Adeamus ergo cum fiducia ad thronū gratiæ eius, scilicet Christi, non autem sanctorum, excludens (vt videtur) inuocationem sanctorum. Illud etiam Apostoli adducitur. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? quasi impossibile sit inuocare eum, in quem nō credis tanquam in Deum. Hæc fere sunt, quibus ex scriptura petitis videtur sufficienter probari, solum Christum esse mediatorem, & solum Deum esse inuocandum, quibus attexūt nonnullas rationes. ¶ Prima est. Mortui sunt sancti Dei homines, & sepulchra eorum monstrantur apud nos vsque in hodiernum diem, quomodo ergo poterunt mediare inter Deū & ho-

Arguūt hæretici cōtra secū. cōclu.

Primum argumen. 1. Tim. 2.

Heb. 7.

1. Ioan. 2. Ioan. 16.

Heb. 4.

Prim. ratio

& homines? mediare namque præsupponit
Secũ. ratio viuere. ¶ Secunda obiectio. Quamuis demus sanctos viuere in throno Dei cum Christo, ipsi tamen non vident cultus nostri obsequia, neque audire possunt clamantem nostri cordis affectum. Vana igitur & frustratoria est omnis inuocatio sanctorum. Quomodo enim exaudiet, qui ne audire quidem
D. August. potest? Sanè Diuus Augustinus planè asserit nescire animas sanctorum, quid agant in terris, etiam eorum consanguinei. Et in Esaia Pro
Esa. 63. pheta sic legimus capit. 63. & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Et in 4. libro
4. Reg. 22. Regum capit. 22. habemus, quòd Dominus per Prophetam dixit ad Iosiam Regem sanctum. Colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus sunt super istum locum. Ex quibus scripturis velut certum apparet, quod sancti post mortem ignorant, quid hic agatur inter vi-
Tert. argu. ex autorita te sanctorũ Chrysost. uos. ¶ Sed & sanctos patres in patrocinium sui erroris adducunt. In primis Chrysostomum in præfatione enarrationis Psalm. 4. sic scribentem. Non potes dicere vereor accedere, & orare Deum, sed semper & assiduè eum potes interpellare, & nulla adest difficultas. Neque enim opus est ianitoribus, qui te introducant, non dispensatoribus, procuratoribus, custodibus, aut amicis, sed quando ipse per teipsum accesseris, tunc maximè te audiet, tunc quando neminem rogaueris. Non ita enim eum per alios placamus orantes, sicut per nosipsos, quando viderit nos hoc per nosipsos facientes; tunc maximè annuit. Ita facit in Chananea. Et cum Petrus quidem, & Iacobus accederent non annuit. Cùm ea autem permaneret, quod petebatur, dedit. Idem repetit ferè eisdem verbis in hom. de profectu Euangelij. Citant etiam
Hieron. Diuum Hieronymum in libro. 3. in epistolam ad Galatas explicantem illud. Vnusquisque onus suum portauit, & sic inquientem. Obscurè licet docemur per hanc sententiolam nouum dogma, quod latitat dum in præsenti sæculo sumus siue orationibus, siue consilijs inuicem nos posse coadiuuari, cum autem ante tribunal Christi venerimus non Iob, non Daniel, nec Noe rogare posse pro quoquam, sed vnumquemque portare onus
Ambrosius suum. Dicunt etiam Ambrosium in libro
Epiphani⁹. de Spiritu sancto; Epiphanium contra Antidicomaritas, Hieronymum libro 3. contra Vigilantium, Eusebium libro 4. suæ historiæ
Cyrillus. capit. 15. Cyrillum libro 6. contra Iulianum apertè pronunciare sanctos non esse adorandos. Originem vero libro 2. in epistolam ad
Origen. Romanos, & Augustinum libro de cura pro mortuis habenda capit. 13. & libro. 22. de ciuitate capit. 10. dubitare, num nos sancti adiuuent, & apertè affirmare, eos non esse inuocandos. ¶ Ad veritatis catholicæ expositionem statuitur conclusio prima. Christus solus est mediator, qui pacem & reconciliationem facit redemptione interposita, id est, Christus est nostræ salutis mediator, qui per semetipsum Deo nos reconciliauit in suo sanguine, ipse virtute propria, & suis meritis peccata nostra dependit, ac Dei gratiam nobis promeruit. Quod pulchrè explicat Paulus ad Hebræos. 9. inquiens. Quanto magis
Heb. 9. sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti, & ideo noui testamenti mediator est morte interceden tè. Lege exactè, & diligenter perpende illationem Apostoli, quoniam vtilis est in hac materia, docens qua de causa Christus est, di-
D. August. citurque mediator. Augustinus multis in locis declarat pulchrè, præcipuè in libro. 10. confess. capit. 42. & 43. Item libro 2. de peccat. origin. contra Pelag. capit. 28. & libro. 9. de ciuitate capit. 15. & 17. mediatorem propriè dici, qui sic mediat, vt non sit in extremo, sicque intercedit, vt pro se intercessione non egeat. Christus itaque vnus, & solus est mediator tam ratione redemptionis, & reconciliationis totius generis humani, quam solus interposuit inter Deum offensum & hominem offendentem, quàm ratione illius hypostaticæ vnionis naturæ humanæ cum diuinitate. Non Sanctus Petrus hoc modo mediator, non Sanctus Paulus, non Sanctus Ioannes Baptista, non ipsa denique Virgo Maria. Habes primæ Corinth. 1. Nunquid
1. Cor. 1. Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quid Paulus? Quid Apolo? Ministri eius, cui credidistis, Christus vero ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non solum autem nostris, sed & totius mundi. Christus pax nostra, Christus prætium redemptionis nostræ. Sicut Paulus scribit Corinthijs. 1. capit. 1. Non vos ô Corinthij ex Paulo: non vos in Paulo, verum ex ipso Deo vos estis in Christo Iesu tanquam mediatore, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, quemadmodum scriptum est. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Sancti omnes, & ipsi redempti sunt, factique vnum cũ Deo in sanguine mediatoris nostri. Vnus est Deus, vnum est genus humanum summè distans ab illo in omnibus suis membris.

Vnus

1. Cõclusio Christus est potissimus mediator inter Deũ & homines

Vnus quoque mediator inter genus humanum,& Deum vnum, homo Christus Iesus.

2. Cõclusio Sancti sunt intercessores pro nobis apud Deum, aliter tamen quam Christus.

¶ Secunda conclusio. Sancti Dei homines sunt aduocati, & intercessores, atque etiam mediatores per viam supplicationis inter Deum,& homines. Itaque differt inter Christi intercesionem & mediationem, & inter mediationem,& intercesionem Sanctorum. Sanctos enim hoc modo inuocamus. O vos electi amici Dei apud Deum pro nobis intercedite. Verum à Christo Domino non hoc petimus,vt pro nobis oret, sed compellamus eum tanquam verum Deum seruatorem, & adiutorem ita dicentes. Christe miserere nostri,Christe serua nos,Christe adiuua nos, & saluos fac nos. Certè de Christo ita credimus,quòd suapte potentia,virtute & meritis peccata nostra remittere, omnem vitæ huius temporariæ defectum, & incommoda auertere, æternamque fœlicitatem nobis donare possit. Christus per se nobis opitulari potest sine vllo diuorum, aut hominum adminiculo. Sancti sine illo nihil possunt, sed à Christo petant,& accipiant oportet, quicquid boni hominibus per ipsos euenturum est. Hæc conclusio sic explicata est vera, & irrefragabilis fides,quæ varijs argumẽtis ex diuina Theologia petitis demonstrari potest. Et in primis ex sanctis scripturis. Nam Ierem.15.sic scribitur. Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Et de Ieremia scribitur.2.Machab.15.Hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta. Et Esai.37. Protegam(inquit Dominus)ciuitatem hanc propter me,& propter puerum meum Dauid. Quã sententiam explicans Chrysostomus homil. 42.in Genesim,& serm.9.de virtutibus.tom. 5.sic scribit in sententia. 'Dauid mortuus est, & merita eius vigent. O rem admirandam,ô ineffabilem clementiam Dei. Homo mortuus viuo patrocinatur. Et Moyses,& Aaron quoties suis precibus Deum placauerũt, & sese interposuerunt sepem pro populo contra furorẽ indignationis Domini adeò,vt dicat Moyses de se,Deut.5.Ego sequester,& medius fui inter Dominum,& vos in tempore illo? Nec videtur Iudæis talis vsus omnino defuisse cũ putarent Christum in cruce Heliæ opem imploraſſe. Et 1.ad Timoth.2.sic ait Paulus. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes,oratiões,postulationes,gratiarũ actiones pro omnibus hominibus,pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate constituti sunt,vt quietam,& tranquillam vitã agamus in omni pietate,& castitate. Hoc enim bonũ est,& acceptum corã Saluatore Deo nostro, qui omnes homines vult saluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire. Sequitur. Vnus enim Deus,vnus & mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Hac dico ratione,vnus mediator. Non vtique vnus mediator ex eo,quòd intercedit pro nobis. Nam si Christus hoc pacto vnus est, siue solus mediator adeò, vt nemo aliorum posset se exhibere medium inter Deum,ac miserias & peccata hominum perviam supplicationis; valde ergo impiè Paulus hortatur Timotheum Episcopum,& illius compresbyteros, vt intercedant pro omnibus hominibus per obsecrationes,per orationes,per postulationes. Et falsis simè pronunciat,bonum hoc esse, & acceptum coram Deo,&c. Rursum,valde ergo falsa est ista assertio Apostoli Hebræo.5.Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his,quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Quãdo Paulus petit orationes Romanorum pro se ad Deum,& ipse flexis genibus se exhibet intercessorem pro Corinthijs, pro Ephesijs, alijsque Ecclesijs,an sui obliuiscitur,& mediatori Christo iniuriam facit aut contumeliã? Si quis autem dicat homines mortales, & peregrinantes hic à Domino,posse intercedere,& mediare pro alijs mortalibus, non autem immortales, & Dei domesticos, somnium hoc est,& vapor deceptionis. Longè aliter docuit S. Hieronymus contra Vigilantium hæreticũ epistola 2.inquiens: Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore cõstituti possunt orare pro cæteris quando pro se adhuc debent esse soliciti,quanto magis post coronas,victorias, & triumphos? Secundo idem probatur autoritate conciliorum. Nam in Chalcedonensi Synodo magna voce Patres clamauerunt dicentes: Sanctus martyr Flauianus oret pro nobis. Habetur hoc actione.11.& Constantinus Imperator in epistola ad sextam Synodum œcumenicam Trullo celebratam. Multis(inquit) errantibus circa orthodoxam fidem,extincta dissonantia in vnam,eandemque confessionẽ consonantes omnes conuenimus, sperantes veram atque celebrem salutem à Sanctorum multorum munerum datore Deo intermissionibus Dei genitricis,& vestræ sanctitatis suscipere. Et in Synodo Nicena act.3.&6.habetur. Cum timore Dei omnia agamus postulantes intercesiones incontaminatę Deiparæ,& semper Virginis Mariæ,item sanctorum Angelorum,omniumque sanctorum. Et in Florẽtina Synodo sess.5.idem habetur. Et in Synodo Tridentina. His(inquiunt Patres)decretis inhærentes digni reddemur misericordia,& gra-

Hier.15.

2.Mach.15

Esa.37.

Deut.5.

1.Tim.2.

Heb.5.

Hieron.

Cõ.Chalcẽ donense.

Epis.Cõstã.

Cõci.Nicẽ.

Cõci.Flor.

Cõci.Trid.

tia patris,& magni sacerdotis Iesu Christi intercedente inuiolata domina nostra Deipara, & omnibus sanctis. Tertio loco ad probandã hanc conclusionem extant amplissima omnium sanctorum testimonia, quos in summa commemorabo. Dionys. cap. 1. cælest. hierar. Gregorius lib. 12. moral. c. 13. & li. 4. dia. c. 33. Aug. de cura pro mortuis c. 4. & 16. li. 20. cõtra Faust. c. 21. li. 8. de ciuit. c. 27. & 10. de ciui. c. 1. & q. 108. in Exo. Hierony. in Vigilantium, & in Epitaphio Paulæ. Ambrosius in libro de viduis, & libro de fide resurrectionis, & 10. libro in Lucam cap. 21. Chrysostom. hom. 66. ad populum, & homil. 42. in Genesim. Et sermone de virtutibus & vitijs. Bernardus in vigilia Petri, & Pauli. Et sermone 2. de Sancto Victore. Et sermone 66. in Cantica. Basilius in 40. martyres, & in Mamantem. Gregorius Nazianzenus in Cyprianum, Athanasium, & Basilium. Theodoretus libro 8. Græcarum affectionum, & in Phylotheo. Prudentius in laudibus septimæ Synodi actione. 6. Leo sermone 1. & 2. de Petro & Paulo. Et in sermone de anniuersarijs Põtificum. Paulinus ad Cyterium. Maximus de Octauio Aduentitio & Solutore. Cyrillus libro 10. thesauri cap. 10. In his omnibus locis sancti patres cum de sanctis loquuntur, qui ex hac vita migrarunt suffragatores, intercessores, mediatores; patronosq; nostros frequenter appellant. Sanè in liturgia vel Missa Iacobi Apostoli fratris Domini, primiq́ue Hierosolymorum Episcopi sic habetur. Commemorationem agamus sanctissimæ, immaculatæ, gloriosissimæ, benedictæ dominæ nostræ matris Dei, & semper Virginis Mariæ, ac omnium sanctorum, & iustorum, vt precibus atque intercessionibus eorum omnes misericordiam consequamur. Cum hac liturgia conueniunt liturgię Basilij, & Chrysostomi. Et Cyrillus in quinta Catechesi mystagogica inter alia hæc habet. Deinde vero (inquit) postquã confectũ est illud spirituale sacrificiũ, & ille cultus incruẽtus in ipsa propitiationis hostia obsecramus Deũ pro communi Ecclesiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro ægrotis & afflictis, & in summa pro ijs omnibus qui egent auxilio, indigemus autem omnes, cum hoc sacrificium offerimus; postea facimus mentionem etiam eorum, qui ante nos obdormierunt. Primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, vt Deus orationibus illorum, & deprecationibus suscipiat preces nostras. Deinde pro defunctis sanctis patribus, & Episcopis, denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi sunt, maximum esse credẽtes animarum iuuamen, pro quibus offertur

Sanctorum testimonia

Iacobus in liturgia.

Cyrillus.

obsecratio sancti illius, & tremendi, quod in altari positum est, sacrificij. Qui mos orandi ab ipsis Apostolorum temporibus ad Cyrilli, & deinde ad nostra vsque sine dubio deriuatus est. Non enim solum inter sacra Missarum solennia sanctorum merita Ecclesia commemorat, qui pro nobis assistunt apud Deum. Verum & in solennibus litanijs postquam sanctam Trinitatem tanquam primũ gratiæ, gloriæque, & omnium bonorum fontem precatur, vt misereatur nostri, diuorum ordinem subinde subiungit, quos tanquam nostros ad uocatos obsecrat, vt orent pro nobis. Quo verborum discrimine, miserere nobis, & ora pro nobis declarat diuersos modos, & gradus, quibus Deum debeamus ac sanctos orare. Vnde in concilio Gangrensi cap. 20. condemnantur qui basilicas martyrum, earumque memorias contempserint. Et in concilio Aurelianensi. Et in concilijs Toletanis. 3. & 6. Et in concilio Bracharensi eiusmodi litaniarum, hoc est, rogationum ritus sancitur. De consecrat. distinct. 3. can. rogationes. Accedit tandem & festorum obseruatio in honorem sanctorum, quæ tum ob eorum venerationem, tum ob eorum, quibus iuuamur patrocinia sanctè instituta sunt. Vnde sancta consideratione duo sunt quotannis diesconiuncti, quorum altero sanctorum omnium, qui nobis suffragantur, altero vero animarum, quæ nostris suffragijs expiantur, memoria celebraretur.

Sanctorum festiuitates

¶ Ad argumenta in contrarium. Ad primum dicendum est, quod diuersa ratione, & longè dissimili Christus dicitur aduocatus noster & mediator, quam sancti Dei homines, & Angelorum spiritus, vt satis superq́ue ex scripturis diuinis est expositum. Sanè ex eo quod vnus est mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, non sequitur quòd solus Christus sit orator, aut solus ipse intercessor, aut solus ipse mediator per viam supplicationis inter Deum, & quotidiè delinquentes. Caueat autem Theologus, ne vnquam scripturis imponat falsum. Has enim propositiones scriptura sancta non habet. Solus Deus adorandus. Solus Christus interpellat pro nobis, aut per solum Christum habemus accessum ad patrem. In his dico sententijs, & similibus nũquam scriptura apponit dictionem exclusiuã solus, vt metiuntur qui amant hæresim. Sed etsi apponeret scriptura eam particulam, aut similẽ, vt in istis. Vnus est bonus Deus, vnus est pater vester, qui in cælis est, magister vester vnus est Christus, non conturbaremur in his locutionibus. Dicitur enim vnus est bonus Deus; quia nemo aliorum bonus nisi gratia,

Ad argum. in princip. Ad primũ.

Nota circa scripturæ sacræ intelligentiam.

tia,& miseratione illius. Simili locutione dicitur Deus vnus Dominus,quia Deus sit Dominus, quòd neque Imperator sit Dominus alicuius ditionis, nisi gratia, & donatione illius. Vnus & pater noster, quia ab eo omnis paternitas & in cælo,& in terra nominatur,vt dicit Paulus ad Ephes.3.Ad eundem modum solus Christus mediator, quia ipse per naturam est mediator,& omnis aliorum intercessio debet per Christum,& in Christo ascendere ad patrem.Nemo enim venit ad patrem nisi per filium. Ita quoq; solus Deus est adorandus.Ita enim loquitur scriptura sancta, & tamen religiosè adorantur sanctificati homines non quidem ratione sui, sed quia Deus est in ipsis. Ex his facilè est intelligere Ecclesiam Dei catholicam, venerationem,& inuocationem sanctorum hac ratione & modo obseruare,vt Dei gloria hic in nullo lædatur,vel obscuretur.Colimus enim sanctos non diuino cultu,sed dilectionis, & societatis, vt inquit Augustinus contra Faustum lib. 20.cap. 21. colimus inquam eos eo cultu,quo hominem aliquem sanctum, qui etiamnum in terris vitam agat omni virtute conspicuam,colere solemus,sed eo magis illos,quam hominẽ deceat veneramur,quod iam sint ab omni humana fragilitate, & defectione liberi, quòd deinceps peccare nequeant vt homines mortales.De gratia Dei certi & securi sunt,atq; in illa confirmati.Quo fit vt illorum intercessio & preces Deo multis modis gratiores sint,quã hominum in carne degentium, & qui defectui multiplici & vitijs adhuc subiaceant.Nullum autem cultum diuinum, nullam latriam sanctis impendimus,nec sic de illis sentimus, nec hac mente illos inuocamus,quasi propria virtute nobis opitulari queant, aut prosperitas,auxilium & salus nostra ab illis potissimũ proficiscatur. Nam hanc fiduciam erga sanctos gerimus,quod nec ipsi petunt, imo nec tolerare volunt, vt eos tanquam saluatores, & primarios adiutores nostros habeamus,vel adoremus,vt est videre Apocalyp.19.Act.10. Quinimo ipsi sunt qui nos docuerunt omne auxilium nos habere à Domino principaliter, & non ab vlla creatura quantumuis ea sancta sit & excellens Act. 3. 14. atque hanc ob rem honorem omnem,& pro allato auxilio gratiarum actionem non creaturæ sed Deo vel maximè & præcipuè deberi. Ex eisdem documentis patet ad illud,quod proferunt hæretici.Dominum Deum tuum adorabis.Nec vero cum inuocamus sanctos,discedimus à præcepto Christi,qui hanc nobis precationis formulam præscripsit.Orantes(inquit)dicite.Pater noster qui es in cælis,&c. Quemadmodum enim Christus in hac orationis formula licet nomen tantum patris inseruerit, non tamen prohibuit se,& Spiritum sanctum inuocari; ita nihil hic expressit,quod inuocationi sanctorum quoquo modo aduersetur. Hos igitur, sanctos quidem inuocamus; sed tantum vt cælestes ciues, & electos Dei inuocamus.Patrem autem cæli,& terræ longè alio & singulari modo orationem dominicam frequentantes inuocare solemus. Neminẽ enim alium inuocamus vt Deum, nisi patrem & filium eius,atque ab vtroque procedentem Spiritum sanctum. Neque cum hæreticis quibusdam sentimus,qui solum patrem sic inuocãt, vt Christum inuocare nefas sibi putent. Sed iam ad rationes,quas subnectunt respondeamus. ¶ Ad primam dicendum,hæreticos hos ad summam diuorum,qui cum Christo regnant contumeliam, mortuorum eos nomine dehonestare,quibus nos respondimus,quod Christus Iudæis olim de Abraham,Isaac, & Iacob respondit,eos mortuos non esse,sed viuere. Certè argumentatio istorum hominũ Epicurum quendam & Ethnicum, qui cum corpore animam quoque extingui, & obrui existimat referre videtur,magis quam Christianum,qui totus anhelare debet ad vitam illam immortalem,& cælestem.Contra hos habetur Sapien.3.Iustorum autem animę in manu Dei sunt,visi sunt oculis insipientium mori,illi autem sunt in pace. ¶ Ad secundam rationem dicendum,quod si natura tantum animarum separatarum conlideretur, nequeunt quæ apud nos geruntur cognoscere. Verũ ex inscrutabili illa vnione sanctorum cum Deo, & capitis Christi cum membris suis crediderunt vniuersi sancti patres,sanctos ipsos desideria nostra ex orationibus nostris percipere.Ita enim magnus ille Basilius libro de Virginitate ait.Virgo seipsam primum, conscientiamque suam reuerebitur etiam si valde sit sola,deinde astantem sibi custodem Angelũ, Subdit. Quid per singula pergam? Ipsas Angelorum infinitas multitudines, & vna patrum beatissimos spiritus reuerebitur.Nullus enim ex his est,qui non singula vbique consideret. Etsi enim oculis carneis minimè cernant, incorporeis tamen obtutibus ad agnitionem cõplectuntur omnia, & comprehendunt. Et Gregorius presbyter in vita Gregorij Nazianzeni dictis istis astipulatur, aitque sanctos lætari,si quando pro donis Dei ab hominibus laudentur. Beatus vero Hieronymus audet aduersus Vigilantium,epistola 2.ita argumentari. Sequuntur scilicet sancti in cælis agnum quocunque vadit, ergo si agnus vbique est,& hi qui cum agno sunt, vbique esse

Sanctorum cultus qualis sit.

Augus.

Ad primã rationem.

Sap.3.

Ad secũdã rationem.

Gregor. presbyter.

D. Hieroñi

credendi sunt. Vtique non præsentia corpora li, sed celeritate percipiendi ea, quæ eos vult scire Deus. Errant toto (quod aiunt) cælo qui ex se suisque viribus metiuntur cælestia. Alia enim ratio, & alia vis est eorum, quæ diuina sunt, alia hominum mortalium. Nam quid Deo inuium? Quid Deo non præsens? Animæ igitur Deificatæ, quid erit difficile, aut inuium, aut non præsens ad agnitionem? Inquit beatus Gregorius. Quid non vident, qui videtem omnia vident? hoc autem vt parũ est addo quid non vident, qui coram, & ante oculos suos limpidissimum intuentur speculum, in quo & sunt eminenter, & relucent omnia, multoque eminẽtius, quam possunt aut esse, aut apparere in seipsis? Sancti autem vident Deum sicuti est, facie ad faciem. Porro diuinitas forma est, & exemplar, siue idealis ratio omnium rerum, omniumq; qualitatum, omnium operationum, omnium affectuum, omnium generum, omnium indiuiduorum. Sancti igitur contemplantes diuinitatem vident omnia, & particulatim, & generatim, & distincte, & citrà confusionem, quantum, & quousque vult omnipotens Deus. Vt autem velit postulat vnio, de qua diximus; postulat perfectionis status, quem adepti sunt; postulat charitatis consummatio. Et ne hoc taceamus anima sancta à qualitate spiritus angelici nihil ferè differt. De Angelis autem pronunciat Christus Matth. 18. Dico enim vobis, quoniam Angeli eorum (loquens de paruulis) semper vident faciem patris mei, qui in cælis est. Patet igitur ex illo quod Angeli deputati ad custodiam pusillorum licet semper habeant notitiam, imò & curam eorundem pusillorum, nihilominus tamen semper vident in cælis faciem Dei patris. Ergo & sancti semper videntes faciem Dei possunt nihilominus notitiã habere rerum nostrarum, nostræque salutis curam gerere. Sunt enim sicut Angeli Dei in cælis. Neque quicquam, quod scriptura asserit, Abraham nesciuit vos, & Israel ignorauit nos, nobis aduersatur, cum illo tempore, quo illa Esaias describeret Dei conspectu illorum animæ non fruerentur, sed in limbo detinerentur. Atque eo etiam pertinet, quod & de Iosia dictum est. Beati vero in patria, etsi nostras miserias calamitatesque cognoscant, tanta eorum animas cælestis gaudij magnitudo totas occupat, vt nec minimi doloris sensus eas afficere, & tam solidum gaudiũ, vt nec leuissime contaminare possit. Quanquam & illud ex Esaia aliam intelligentiam habere mihi videtur. Dicitur enim Abraham nescire, & Israel ignorare sceleratos filios Israel, quia illorum facta non probant, neque illorum calamitatibus subuenire curant propter illorum magna demerita. Cæterum ad illud, nesciunt spiritus defunctorum, quid agant in terris etiam eorum consanguinei, quod generaliter dictum putatur à Diuo Augustino de omnibus defunctis; respondetur, quod Diuus Augustinus libro suo de spiritu & anima capit. 29. sic habet. Vbi siquidem sunt spiritus defunctorum, ibi non vident, neque audiunt quæ aguntur, aut eueniunt in ista vita hominibus, ita tamen est eis cura deviuis, quã quam quid agant omnino nesciant, quemadmodum cura est nobis de mortuis, quamuis quid agant vtique nesciamus. Nesciunt quidem mortui quid hic agatur, sed dum hic agitur postea audire possunt ab ijs, qui hinc ad eos moriendo pergunt. Non quidem omnino, sed quantum sinitur eis indicare, & eos oportet audire. Scire etiam possunt ab Angelis, qui hic nobis presto sunt, & animas nostras ad illos deferunt. Spiritu etiam Dei reuelante cognoscere possunt quæ hic aguntur, quæq; necessarium est eos cognoscere. Hæc ibi Augustinus, similia habẽs libro de cura pro mortuis habenda. In quibus loquitur generaliter de spiritibus defunctorum docens, quid cuique rerum conueniat per se, quodque spiritibus humanis post mortem non competit ex suis naturæ viribus videre, vel audire quæ hic aguntur. Sed si quæ cognoscant, illa cognoscunt vel Dei reuelatione, vel eorum qui hinc ad eos migrant narratione, vel Angelorum relatione. Cæterum, quando speciatim sermo est de glorificatis sanctorum spiritibus an videant, an audiant, an intelligant quæ hic gerimus in terris, iam respondendum est, quòd vtique cognoscunt quæ hic agimus non solum Dei reuelatione, & Angelorum annunciatione, & eorum, qui hinc migrauerunt ad eos relatione, quanquam illa merito sufficere possunt, sed & viribus proprijs non quidem puris, sed iam Deificatis, diuinisque proprietatibus ineffabili modo supra se eleuatis; cognoscunt, inquam, partim in seipsis, partim in limpidissimo diuinitatis speculo quantum & quousque perfectæ charitatis ordo requirit, & illorum gloriæ conuenit, atque nostræ hic viuentium saluti expedit, meritaque nostra bonæ vitæ exposcunt. Quapropter etiam non ad singulas actiones nostras hic viuentium intendunt, sed ad eas dumtaxat, quæ pondus habent & momentum, vt sunt illa ex quibus pendent motio, & promotio salutis. Quanquam & illud possumus respondere, non id eum pro definito, & certo, sed quasi fluctuanti, dubioque animo tradere, & lectoribus suum iudicium liberum relinquere, quippe,

Obiectio.

Solutio.

Explicatur D. Augu.

quippè,qui adijciat. Vt volet accipiat quisque,quod dicam. Ad Diuum Chrysostomum respondetur, protulisse hæc, quæ commemorantur in argumento non aduersus sanctorum implorationem, quam vbique acerrimè tuetur,sed magis aduersus quosdam desides, qui ita se diuorum patrocinio committunt,vt interim ipsi otiosi se totos in peccata adijciant,dormientesque nihil pro sua salute agere velint. His nihil prodesse orationes sanctorum affirmat Chrysostomus innumeris penè in locis præcipuè vero homil. 5. in Matthæum inquiens: si negligentes fuerimus ac desides, nec per aliorum quidem merita possumus saluari,&c. Hæc autem dicimus non vt pro peccatoribus supplicandum esse sanctis negemus, sed ne nosmetipsos in otium ac desidiam resoluamus:& dormientes ipsi alijs tantummodo nostra curanda mandemus. Et homil.5.in Matthæum ait. Etiam si Abraham Patriarcha pro his supplicet,qui in suis vitijs permanendo immedicabiliter ægrotant, abibit Deus relinquens rogantem, ne vocem pro talibus interuenientis exaudiat,&c. Non igitur quasi oscitantes, & desides ex aliorum meritis pendeamus. Habēt enim vim pro nobis & quidem maximam orationes, supplicationesque sanctorum,sed tunc profecto, cum nos quoque id ipsum per pœnitentiam postulamus,& ad studia meliora confugimus. Et homil.43.in Genesim. Quando (inquit) quod ex nobis est simul afferimus, & accedit intercessio sanctorum plurimum nobis confert. Quod si ipsi negligentes fuerimus,& spem in illis solis collocauerimus nostræ salutis, nihil amplius nobis prodest, non quod infirmi sint iusti,sed quia propter nostram desidiam nosipsos perdimus. Et homil. 1. in priorem epistolam ad Thessalonicenses ait. Quid mihi opus est,inquis,aliorum precibus quando ipse sedulus fuero? nunquam hoc dixeris homo. Necesse est, & multa prece necesse est, &c. Et postquam multis argumentis demonstrauit sanctorum interuentionem summopere nobis necessariam, tandem sermonem his verbis concludit. His itaque cognitis, nec sanctorum preces contemnamus, neque totum in illas proijciamus, hoc quidem ne temere insidijs opprimamur, illud vero ne extra multum lucrum & profectum excidamus,sed oremus etiam, vt pro nobis precentur,manumque porrigant; adhæreamusque ipsi virtutis studio, vt bona diligentibus Deum promissa consequi valeamus, &cet.

D. Chryso.

D. Hieron. Ad Diuum Hieronymum respondetur. Verisimile est Hieronymum verba hæc per antiphrasim, & ironicè protulisse aduersus nouum dogma Vigilantij,qui in latibulis suis docebat sanctos, qui ex hac vita migrarunt, neminem posse orationibus suis adiuuare. Nam & verba huius loci alludere videntur ad verba Vigilantij, quæ Hieronymus in declamatione contra Vigilantium ex libro eiusdem refert inquiens: Dicis in libello tuo, quod dum viuimus, mutuo pro nobis orare possumus, postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio, præsertim cum martyres vltionem sui sanguinis obsecrantes impetrare non quiuerint. Ad Ambrosium; Epiphanium, Hieronymum,Eusebium, Cyrillum, qui differte videntur pronunciare sanctos non esse adorandos, respondetur. Patres huc spectant, vt doceant neminem sanctorum ne ipsam quidem Mariam instar diuini numinis adorandam, vnus enim est Deus, non est Deus Maria,nec de cælo corpus habet, & nemo in nomen eius offerat, inquit Epiphanius libro 3.tom.2.Hær. 78. Hoc Hieronymus, hoc Ambrosius dicunt apertè: Certè Hieronymus contra Vigilantium satis explicat dicens: Quis ô insanum caput aliquando martyrem adorauit? Quis hominem putauit Deum? Origenes verò, & Augustinus nunquam de eo dubitant, vtrùm sancti nos adiuuent; quomodo enim dubitarent, qui persanctè, & per sæpe opem illorum implorant? Sed tota quæstio consumitur inter istos patres,qua ratione hæc beneficia ad nos deriuentur per ipsos sanctos, an Angelos potius, an vtrosque, aut alia nobis inscrutabili ratione. De qua re sic loquitur Augustinus libro de cura pro mortuis capit.16. Quanquam ista quæstio vires intelligentiæ meæ vincat, quemadmodum martyres opitulentur ijs, quos per eos certum est adiuuari, vtrùm ipsi per seipsos ad sint vno tempore,tam diuersis locis, & tanta inter se longinquitate discretis. Ac paulò post,res hæc altior est, quam vt à me possit attingi;& abstrusior,quam vt à me valeat perscrutari:& ideo quid horum duorum sit, an vero fortasis vtrumque verum sit,vt aliquando ista fiant per ipsam præsentiam Martyrum,aliquando per Angelos suscipientes personas martyrum definire non audeo,mallem à scientibus ista perquirere. Audis Augustinum profitentem certum esse nos sentire præsidia Martyrum. De qua re nihil est apud eum expeditius. Simili fere modo procedit Origenes. Sic enim habet libro 2. in epistolam ad Romanos. Si extra corpus(inquit)positi sancti, qui cum Christo sunt, agunt aliquid,& laborant pro nobis ad similitudinem

Ad alios sanctos.

Epiphani. Hieron.

Origen.

Angelorum, qui salutis nostræ ministeria procurant, vel rursus, peccatores etiam ipsi extra corpus positi aliquid agunt secundum propositum mentis suæ, Angelorum nihilominus ad similitudinem ministrorum, cum quibus & in æternum in ignem mittendi dicuntur à Christo. Habeatur hoc quoque inter occulta Dei, neque chartulæ committenda mysteria. Nihil hic dubitat Origen. de intercessione sanctorum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus, secundum quod homo, sit mediator Dei & hominum.

151 3.dist.19.ar. 5.qō.2. Et 4.dist.43. art.2.qō.1. co. Et dist.48 qō.1.art. 2. Et vèr. qō. 29.art.5.ad 5. Et 1. Ti. 2. & 1.1. fi. Et 2. Timo. 2.col.2.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non sit mediator Dei & hominum, secundum quod homo. Dicit* enim Augustin. in lib. contra Felicianum: Vna est Christi persona, ne sit non vnus Christus, non vna substantia, nec mediatoris dispensatione submota, aut Dei tantùm dicatur aut hominis filius. Sed non est Dei & hominis filius, secundum quòd homo, sed simul secundum quod Deus & homo. Ergo neq; dicendum est, quòd sit mediator Dei & hominum solũ secundum quod homo. ¶ 2. Præterea, Sicut Christus, in quantum est Deus, conuenit cum Patre & Spiritu sancto, ita in quantum est homo, conuenit cũ hominibus. Sed propter hoc, quòd in quantum est Deus, conuenit cum Patre & Spiritu sancto, non potest dici mediator, in quantum est Deus: quia super illud 1. ad Timoth. 2. Mediator Dei & hominum, &c. dicit gloss.* In quãtum est Verbum non medius est: quia æqualis est Deo, & Deus apud Deum, & simul vnus Deus. Ergo nec etiam in quantum est homo, potest dici mediator, propter conuenientiam quam cũ hominibus habet. ¶ 3. Præterea, Christus dicitur mediator, in quantum reconciliauit nos Deo: quod quidem fecit auferendo peccatum, quod nos separabat à Deo. Sed auferre peccatum, conuenit Christo non in quantum est homo, sed in quantum est Deus. Ergo Christus, in quantum est homo, non est mediator, sed in quantum est Deus.

* c.10. parũ ante mediũ to.6.

Est sumpta ex Aug. li. 10. Confes. ca. 43. ante mediũ to.

¶ Sed contra est, quod Augustin. dicit* in lib. 9. de ciuit. Dei. Non ob hoc mediator est Christus, quia est Verbũ: maximè quippe immortale & maximè beatum Verbum, longè est à mortalibus miseris: sed mediator est secundum quod homo.

* Lib. 9. c. 15 nõ procul à fine, tom. 3.

¶ Respondeo dicendum, quòd in mediatore duo possumus considerare. Primò quidem rationem medij: secundò, officium coniungendi. Est autem de ratione medij, quòd distet ab vtroque extremorum: coniungit autẽ mediator per hoc, quòd ea quæ vnius sunt, defert ad alterum. Neutrum autem horum potest conuenire Christo secundum quòd Deus, sed solùm secundum quod homo. Nam secundum quod Deus, non differt à Patre & Spiritu sancto in natura & potestate dominij. Nec etiam Pater & Spiritus sanctus aliquid habent quod non sit filij: vt sic positit id quod est Patris vel Spiritus sancti quasi quod est aliorum, ad alios deferre. Sed vtrumque conuenit ei, in quãtum est homo: quia secundum quod est homo, distat & à Deo in natura, & ab hominibus in dignitate & gratiæ & gloriæ. In quantum etiam est homo, cõuenit ei coniungere homines Deo, præcepta, & dona Dei, hominibus exhibendo, & pro hominibus Deo satisfaciẽdo, & interpellãdo. Et ideo verissimè dicitur mediator secundum quod homo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd si subtrahatur diuina natura à Christo, subtrahetur per consequens ab eo singularis plenitudo gratiarum, quæ conuenit ei, in quantum est vnigenitus à Patre: vt dicitur Ioannis. 1. Ex qua quidem plenitudine habet, vt sit super omnes homines constitutus: & propinquiùs ad Deum accedens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus secundum quod Deus, est per omnia æqualis Patri: sed etiam in humana

mana natura excedit alios homines. Et ideo secundum quod homo, potest esse mediator, non autem secundũ quod Deus. ¶ Ad tertium dicendum, quòd licet autoritatiuè peccatum auferre cõueniat Christo secundum quod est Deus, tamen satisfacere pro peccato humani generis cõuenit ei, secundũ quod est homo. Et secundum hoc dicitur Dei & hominum mediator.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusi. Christus verissimè dicitur mediator Dei, & hominum secundũ quod homo. Nam Christo secundum quod Deus non conueniunt duo requisita ad mediatorem, videlicet, ratio medij, & officium coniungendi. Nam de ratione medij est, quod distet ab vtroque extremorum, officium autem coniungendi fit per hoc, quod mediator ea, quæ vnius sunt, deferat ad alterum, neutrum autem horum potest conuenire Christo secundum quod Deus, sed solum secundum quod homo. Ipse enim vt Deus non differt à Patre, & Spiritu sancto, nec Pater & Spiritus sanctus aliquid habent quod non sit Filij, vt sic possit quod est Patris, vel Spiritus sancti, quasi quod est aliorum ad alios deferre. Vtrumque tamen ei conuenit vt homo. Quia sic distat à Deo in natura, & ab hominibus in dignitate gratiæ & gloriæ. Atque vt homini conuenit ei cõiungere homines Deo præcepta & dona Dei hominibus exhibendo, & pro hominibus Deo satisfaciendo, & interpellando.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Prim. argu. CONtra conclusionem nonnulla argumenta fieri solent. ¶ Primum. Christus secundum quod Deus, & homo simul, & non secundum quod homo tantum, est mediator Dei, & hominum, sic enim habet omnes conditiones mediatoris requisitas, ergo falsa est conclusio Diui Thomæ. ¶ Deinde Christus dicitur mediator in quantum nos reconciliauit Deo, & satisfecit de toto rigore iustitiæ pro delictis generis humani, sed quòd Christi reconciliatio, & satisfactio sit de toto rigore iustitiæ, ex gratia vnionis, ex dignitate diuinæ personæ deriuatum est, ex eo, nimirum, quia vnigenitus Dei patris, per naturam assumptam satisfecit pro nobis, eius satisfactio fuit de toto rigore iustitiæ, ergo in quantum Deus & homo, simul Dei & hominum mediator est. Cui consonat illud ex Diuo Leone. Si non esset Deus non afferret remedium, si non esset homo, non afferret exemplum. ¶ Hoc etiam confirmatur. Nam Christus secundum quod homo est minor patre, & creatura subdita Deo, ergo secundũ quod homo mediator non est, cuius officiũ est perfectè, & de toto rigore iustitiæ reconciliare homines Deo, & satisfacere pro illorum delictis. ¶ Ad huius dubij expositionem duæ solutiones adhiberi solent. Altera est per facilis, quæ asserit esse concedendum, quod Christus secundum quod Deus & homo simul sit mediator Dei, & hominum. Et quando Theologi affirmant, quod Christus secundum quod homo sit mediator non excludũt gratiam vnionis per quam Deus factus est homo. Atqui hæc est prior solutio. ¶ Posterior est longè acutior, quam hic insinuat Caietanus: Oportet (inquit) considerare, & discernere rationem specificantem, id quo Christus mediat aut satisfacit, & rationem atque radicem, vnde satisfactio, & eius mediatio efficax sit, & perfecta coram Deo patre nostro pro omnibus hominibus. Nam si specificare, aut determinare quæris naturam, qua Christus meretur, mediat, & satisfacit; procul dubio natura humana est, creatæ, quippe, naturæ sunt actus isti. Sed si quæras vnde natura creata tãti est, vt mediet, mereatur, & satisfaciat pro toto mundo, ex gratia est vnionis, ex hypostasi est diuina. Quia enim Christus vnigenitus est patris, ideo per naturam assumptam perfectè mediat, meretur, & satisfacit. Hæc est doctrina, quam hic habet Diuus Thomas ad primũ & ad tertium. Et quæ luculenter explicat efficaciam meriti, & satisfactionis Christi.

Secundum.

Confir.

Pri. solutio

Secũ. solut.

QVAESTIO XXVII.

De Beatæ Virginis Mariæ sanctificatione, in sex articulos diuisa.

POst prædicta, in quibus de vnione Dei & hominis, & de his quæ vnionem consequũtur, tractatum est*: restat considerandum de his, quæ filius Dei incarnatus, in natura humana sibi vnita gessit vel passus est. Quæ quidem consideratio quadripartita erit. Nam primò considerabimus de his, quæ pertinent ad ingressum eius in mundum. Secundò, de his quæ pertinent ad progressum vitæ ipsius in hoc mundo. Tertiò, de exitu ipsius ab hoc

In q. præc.

mundo. Quartò, de his quæ pertinent ad exaltationem ipsius post hanc vitã. ¶ Circa primum quatuor consideranda occurrunt. primò quidem de conceptione Christi. secundò, de eius natiuitate. tertiò, de eius circũcisione. quartò, de eius baptismo. ¶ Circa conceptionem autem eius oportet primò aliqua considerare quantum ad matrem concipientem: secundò quantum ad modum conceptionis. tertiò, quãtum ad perfectionem prolis conceptæ.

¶ Ex parte autem Matris occurrunt quinque considerãda. primò quidem de sanctificatione eius: secundò de virginitate eius: tertiò de desponsatione eiusdem: quartò, de annuntiatione ipsius: quintò, de præparatione ipsius ad concipiendum.

¶ Circa primum quęruntur sex.

¶ Primò, vtrùm beata Virgo mater Dei, fuerit sanctificata ante natiuitatem ex vtero. ¶ Secundò, vtrùm fuerit sanctificata ante animationem. ¶ Tertiò, vtrùm per huiusmodi sanctificationem fuerit sibi totaliter sublatus fomes peccati. ¶ Quartò, vtrùm per huiusmodi sanctificationem fuerit consecuta, vt nunquam peccaret. ¶ Quintò, vtrùm per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem gratiarum. ¶ Sextò, vtrùm sic sanctificari, fuerit proprium sibi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm beata Virgo mater Dei, fuerit sanctificata ante natiuitatẽ ex vtero.

152 3. dist. 3. q. 2. ar. 1. q. 3. Et quol. 6. q. 5. artic. 1. cor. Et opus. 3 ca. 231. Et Psal. 45. co. 2.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd beata Virgo non fuerit sanctificata ante natiuitatem ex vtero. Dicit enim Apostolus 1. ad Corint. 15. Non prius quod spiritale est, sed quod est animale, deinde quod est spirituale. Sed per gratiam sanctificantem nascitur homo spiritualiter in filium Dei secundũ illud Ioan. 1. Ex Deo nati sunt. Natiuitas autem ex vtero, est natiuitas animalis. Non ergo beata Virgo fuit prius sanctificata, quàm ex vtero nasceretur. ¶ 2. Præterea, Augustᵒ. dicit in Epistola ad Dardanum: Sanctificatio qua efficimur templum Dei, non nisi renatorum est. Nemo autẽ renascitur nisi prius nascatur. Ergo beata Virgo non fuit prius sanctificata, quàm ex vtero nasceretur. ¶ 3. Præterea, Quicunq; est sanctificatus per gratiam, est mundatus à peccato originali & actuali. Si ergo beata Virgo fuit sanctificata ante natiuitatẽ ex vtero, consequens est, quòd tunc fuerit emundata ab originali peccato. Sed solum originale peccatum posset eam impedire ab introitu regni cælestis. Si ergo tunc mortua fuisset, videtur, quòd ianuam regni cælestis introisset. Quod tamen fieri non potuit ante passionem Christi: habemus enim fiduciam in introitum Sanctorum per sanguinem eius: vt dicitur Hebræo. 10. Videtur ergo, quòd beata Virgo non fuerit sanctificata antequam ex vtero nasceretur. ¶ 4. Præterea, Peccatum originale contrahitur ex origine, sicut peccatum actuale ex actu. Sed quãdiu aliquis est in actu peccandi, non potest à peccato actuali mundari. Ergo etiam nec beata Virgo à peccato originali mũdari potuit dũ esset adhuc in ipso actu originis, in materno vtero existens.

¶ Sed cõtra est, quòd Ecclesia celebrat natiuitatem beatæ Virginis, non autẽ celebratur festum in Ecclesia nisi pro aliquo sancto. Ergo beata Virgo in ipsa sua natiuitate fuit sancta. Fuit ergo in vtero sanctificata.

¶ Respondeo dicendum, quòd de sanctificatione beatæ Mariæ, quòd scilicet fuerit sanctificata in vtero, nihil in Scriptura canonica traditur: quæ etiã nec de eius natiuitate mẽtionem facit. Sic tamen Augᵒ. in sermone de Assumptione ipsius Virginis, rationabiliter argumẽtatur, quòd cũ corpore sit assumpta in cælũ (quod tamen Scriptura non tradit) ita etiam rationabiliter argumentari

In epist. 57. à medio, to. 2.

In lib. de assumptione beatæ Mariæ. cap. 6. præcipuè, to. 9.

mentari possumus, quòd fuerit sanctificata in vtero. Rationabiliter enim creditur, quòd illa quæ genuit Vnigenitum à Patre, plenum gratiæ & veritatis, præ omnibus alijs maiora priuilegia gratiæ acceperit. Vnde, vt legitur Luc. 1. Angelus ei dixit, Aue Maria gratia plena. Inuenimus autem quibusdam alijs hoc priuilegialiter esse concessum, vt in vtero sanctificarentur, sicut Hieremiæ, cui dictum est, Hierem. 1. Antequam exires de vulua, sanctificaui te, & sicut Ioannes Baptista, de quo dictũ est Lucæ. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Vnde rationabiliter creditur, quòd beata Virgo sanctificata fuerit, antequam ex vtero nasceretur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd etiam in beata Virgine prius fuit id quod est animale, & post id quod est spiritale: quia prius fuit secundum carnem concepta, & postea secundum Spiritum sanctificata. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Augustinus loquitur secundum legem communem, secundũ quam per sacramenta non regenerantur aliqui nisi prius nati. Sed Deus huic legi sacramentorum, potentiam suam non alligauit, quin aliquibus ex speciali priuilegio gratiam suam cõferre possit, antequam nascantur ex vtero. ¶ Ad tertium dicendum, quòd beata Virgo sanctificata fuit in vtero à peccato originali, quantum ad maculam personalem: nõ tamen fuit liberata à reatu, quo tota natura tenebatur obnoxia, vt scilicet non intraret in paradisum nisi per Christi hostiam, sicut & de sanctis Patribus dicitur, qui fuerunt ante Christum. ¶ Ad quartum dicendum, quòd peccatum originale trahitur ex origine in quantum per eam communicatur humana natura, quam propriè respicit peccatum originale: quod quidem fit quando proles concepta animatur. Vnde post animationem nihil prohibet prolem conceptam sanctificari: postea enim non manet in materno vtero ad accipiendam humanam naturam, sed ad aliqualem perfectionem eius, quod iam accepit.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est. Beatam Virginem in vtero sanctificatam fuisse rationabiliter creditur. Nam credendum est maiora priuilegia ei esse concessa, quæ futura erat matervni geniti filij Dei, quam alijs sanctis, qui in vtero fuerant sanctificati. Vnde de ipsa dicitur Luc. 1. Aue gratia plena. Inuenimus autem quibusdam alijs hoc priuilegium esse concessum, vt in vtero sanctificarentur, sicut Hieremiæ, cui dictum est Hieremiæ. 1. Antequã exires de vulua sanctificaui te. Et sicut Ioanni Baptistæ, de quo dictum est Lucæ. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Sic creditur, quod cum corpore sit assumpta in cælum, quod tamen in scriptura non inuenitur, vt ait Augustinus in sermone de assumptione Virginis. Conclusio. Luc. 1. Hier. 1. Luc. 1. D. Augustin.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Conclusio huius articuli est adeò consona fidei nostræ, vt eam negare sit temerarium, & errori proximum. Quod vel ex hoc efficaciter comprobatur, quoniam communis sensus sanctorum doctorum, & Christianorum omnium ita habet, & credit. Sed & rationes Diui Thomæ in articulo dispositæ sufficienter persuadent ingenio rectè disposito. Veruntamen non est certa fides, quam negare sit manifesta hæresis. Neque enim rationes Diui Thomæ, nec nostra de communi sensu Ecclesiæ omnino persuadent esse fidei dogma. Ecclesia namque catholica quædam tenet, & proponit tanquam necessario credenda, quibus qui aduersatur hæreticus est. Quædam vero amplectitur, vt piè, & rationabiliter credenda, quæ si quis negat non statim hæreticus iudicatur, sed temerarius. In hoc numero est numeranda sanctificatio Virginis ex vtero, & assumptio eiusdem in cælum cum corpore. Neque celebrare festum natiuitatis beatæ Virginis demonstrat hoc esse fidei dogma. Tum quoniam non est hæresis aperta dicere, quod Ecclesia possit errare in canonizatione sanctorum, & in celebratione festorum, quæ diuis consecrantur. Tum vero, quoniam potest quis dicere, quòd non fuit sanctificata in vtero matris, sed statim cum prodijt in lucẽ. Hæc enim explicatio non est hæretica.

AR-

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm beata Virgo fuerit sanctificata ante animationem.

153 3.di.3.q.1. artic.1. Et quo.6.q.5. ar.1.cor. Et opus 3.cap. 231. *ar. præce.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd beata Virgo sanctificata fuerit ante animationem. Quia (vt dictum est*) plus gratiæ est collatum Virgini matri Dei, quàm alicui Sãctorum. Sed quibusdam videtur esse concessum, quod sanctificarentur ante animationem: quia vt dicitur Hiere. 1. Priusquam te formarem in vtero, noui te. Non autem infunditur anima ante corporis formationem. Similiter etiam de Ioan. Bap. dicit Ambro*. super Luc. quòd nondum inerat ei spiritus vitæ, & iam inerat ei Spiritus gratiæ. Ergo multo magis beata Virgo ante animationẽ sanctificari potuit. ¶ 2. Prætereà, Conueniens fuit (sicut Ansel*. dicit in libro de conceptu Virginali) vt illa Virgo ea puritate niteret, qua maior sub Deo nequit intelligi. Vnde & Canticor. 4. dicitur. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Sed maior puritas fuisset beatæ Virginis, si nunquam anima eius fuisset inquinata contagio originalis peccati. Ergo hoc ei præstitum fuit, vt antequam animaretur caro eius, sanctificaretur. ¶ 3. Prætereà, Sicut dictum est*, non celebratur festum nisi de aliquo Sancto. Sed quidam celebrãt festum conceptionis beatæ Virginis. Ergo videtur quòd in ipsa sua conceptione fuerit sancta, & ita quòd ante animationem fuerit sanctificata. ¶ 4. Prætereà, Apostolus dicit Romanorum. 11. Si radix sancta, & rami: radix autem filiorum sunt parentes eorum. Potuit ergo beata Virgo sanctificari etiam in suis parentibus ante animationem.

libr.1. in Luc. intitu. de turbati Zachariçõ firmat. parum ante mediũ to.5 c.18. parũ à principio

art.1.huius q.argu. Sed contra.

¶ Sed contra est, quod ea, quæ fuerunt in veteri Testamento sunt figura noui, secundum illud 1. ad Corinth. 10. Omnia in figura contingebant illis. Sed per sanctificationem Tabernaculi, de qua dicitur in Psalm. 45. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus, videtur significari sanctificatio matris Dei, quæ tabernaculum Dei dicitur: secundum illud Psalm. 18. In sole posuit tabernaculum suum. De tabernaculo autem dicitur Exod. vltim. Postquam cuncta perfecta sunt, operuit nubes Tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. Ergo etiam beata Virgo nõ fuit sanctificata nisi postquã cuncta eius perfecta sunt, scilicet & corpus & anima.

¶ Respondeo dicendum, quòd sanctificatio beatæ Virginis, non potest intelligi ante eius animationem, duplici ratione. Primo quidem, quia sanctificatio, de qua loquimur, non est nisi emundatio à peccato originali: sanctitas enim est perfecta munditia, vt Dionys.* dicit in 12. cap. de diuin. nom. Culpa autem non potest emundari nisi per gratiam. cuius subiectum est sola creatura rationalis. Et ideo ante infusionem animæ rationalis beata Virgo sanctificata non fuit. Secundò, quia cum sola creatura rationalis sit susceptiua culpæ, ante infusionem animæ rationalis proles concepta, non est culpæ obnoxia. Et sic quocunque modo ante animationem beata Virgo sanctificata fuisset, nunquam incurrisset maculam originalis culpæ: & ita non indiguisset redemptione & salute, quæ est per Christum: de quo dicitur Matth. 1. Ipse saluum faciet populum suũ à peccatis eorum. Hoc autem inconueniens est, quòd Christus non sit saluator omnium hominum, vt dicitur primæ ad Timoth. 4. Vnde relinquitur quòd sanctificatio beatę Virginis fuerit post eius animationem.

ca.12. parũ à principio

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Dominus dicit, ante formationem in vtero se Hieremiam nouisse, notitia scilicet prædestinationis: sed sanctificasse dicit eum non ante formationẽ, sed antequam exiret de ventre. Quod autẽ Amb*. dicit, quòd Ioãni Baptistæ nondum

loco citato in argu.

nondum inerat spiritus vitæ, cùm iam haberet Spiritum gratiæ, non est intelligendum, secundum quod spiritus vitæ dicitur anima viuificans: sed secundum quod spiritus vitæ dicitur aër exterius respiratus. Vel potest dici, quòd nondum inerat ei spiritus vitæ, id est anima, quantum ad manifestas & completas operationes ipsius. ¶ Ad secundum dicendum, quòd si nunquam anima beatæ Virginis fuisset contagio originalis peccati inquinata, hoc derogaret dignitati Christi, secundum quam est vniuersalis omnium saluator. Et ideo sub Christo, qui saluari non indiguit, tanquam vniuersalis saluator, maxima fuit beatæ Virginis puritas. Nam Christus nullo modo contraxit originale peccatum, sed in ipsa sui conceptione fuit sanctus, secundum illud Luc. 1. Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. Sed beata Virgo contraxit quidem originale peccatum, sed ab eo fuit mundata antequam ex vtero nasceretur. Et hoc signatur Iob. 3. vbi de nocte originalis peccati dicitur: Expectet lucem, id est, Christum, & non videat (quia nihil inquinatum incurrit in illam: vt dicitur Sapien. 7.) nec ortum surgentis auroræ, id est, beatæ Virginis, quæ in suo ortu à peccato originali fuit immunis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd licet Romana Ecclesia conceptionem beatæ Virginis non celebret, tolerat tamen consuetudinem aliquarum Ecclesiarum illud festum celebrantium. Vnde talis celebritas non est totaliter reprobanda. Nec tamen per hoc quod festum conceptionis celebratur, datur intelligi, quòd in sua conceptione fuerit sancta: sed quia quo tempore sanctificata fuerit ignoratur, celebratur festum sanctificationis eius potius quàm conceptionis in die conceptionis ipsius.

¶ Ad quartum dicendum, quòd duplex est sanctificatio. Vna quidem totius naturæ, in quantum scilicet tota natura humana ab omni corruptione culpæ, & pœnæ liberatur: & hæc erit in resurrectione. Alia verò est sanctificatio personalis, quæ non transit in prolem carnaliter genitam: quia talis sanctificatio non respicit carnem, sed mentem. Et ideo si parentes beatæ Virginis fuerunt mundati à peccato originali, nihilominus beata Virgo peccatũ originale contraxit: cum fuerit concepta secundum carnis concupiscentiã ex commixtione maris & fœminæ, dicit enim Augustin. *in li. de nuptijs & concupiscentia, omnem, quæ de concubitu nascitur, carnem esse peccati. *ca. 11. circa princ. to. 7.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Conclusio est. Beata Virgo non fuit sanctificata ante animationem. Vnde fuit sanctificata post animationem. Quia sanctificatio, de qua loquimur est emundatio à peccato originali per gratiam, cuius subiectum est anima rationalis. Quare ante infusionem animæ rationalis non potuit esse sanctificata. Quod etiam patet. Quia si Virgo ante animam rationalem fuisset sanctificata, nunquã incurrisset maculam originalis culpę. Nam ante animæ infusionem non est culpa, & sic nõ indiguisset redemptione, & salute, quę est per Christum, quod videtur esse inconueniens, cum Christus sit Saluator omnium hominũ, vt dicitur 1. ad Timoth. cap. 4.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Quæstio grauis, vtrũ beata Virgo habuerit peccatũ originale. Quæstio est in hoc articulo celebris, & memorabilis, & in omnibus Ecclesijs vẽtilata. Vtrùm beata Virgo peccatum originale contraxerit, an potius immunis fuerit ab illo. Et videtur profecto magnis argumentis persuaderi, quòd peccatum originale non cõtraxerit.

Primum argumentum Gen. 3. ¶ Primum argumentum sumitur ex scripturis sanctis, ex illo Genes. 3. Et ipsa conteret caput tuum. Cuius sententiæ germana explicatio est, vt sit sermo de beata Virgine Maria.

Cant. 4. Secunda scriptura est illa Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Ezech. 44. Tertia est Ezechiel. 44. Hæc porta clausa erit, & non aperietur, non transiet vir per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. Quem locum intelligunt quidam de beata Maria.

Rom. 11. Quarta scriptura est ad Roma. 11. Si radix sancta, & rami. Et iterum. Quod si delibatio sancta est, & massa. Quam etiã scripturam ad

ram ad beatam Virginem quidam non ineptè applicant, hoc modo. Nam si Christus est velut delibatio Mariæ, & ramus: vtique radix & massa sancta erit. ¶ Secundo arguitur ex approbatione Ecclesiæ. Nam Ecclesia Romana catholica celebrat festum conceptionis, cõceditque indulgentias illud festum celebrantibus, vt patet ex extrauaganti prima de reliquijs & veneratione sanctorum, quę est Sixti quarti. Quin etiam in Missali ac Breuiario Romanis ex decreto Tridentini concilij, & Pij quinti indicitur tale festum celebrandum sexto idus Decembris, sed Ecclesia non celebrat festum nisi pro aliquo sancto, sancta ergo ac sine peccato fuit beatę Virginis conceptio. ¶ Tertiò probatur ex concilio Basilienśi sess. 36. vbi definitur immaculatam fuisse Mariæ conceptionem, definiturque tanquã magis consonum rationi dogma, non vt dogma fidei. Quod si forte dicas, concilium illud nõ fuisse autenticum, saltem illa definitio magni erit ponderis veluti decretum hominum grauissimorum & doctissimorum, qui in illo cõcilio conuenerant. ¶ Quarto arguitur ex testimonijs sanctorum & doctorum. D. Augu. libro de natura & gratia cap. 36. inquit. Excepta beata Virgine, de qua propter honorẽ Domini nullam prorsus cum de peccatis agitur habere volo quæstionem. Diuus Anselmus libro de conceptu Virginali capit. 18. decuit, vt beata Virgo ea puritate niteret, qua sub Deo maior intelligi nequit. Quod testimonium allegat Diuus Thomas in 1. d. 44. q. 1. artic. 3. argum. 3. & in eius responsione inquit. Potest aliquid creatum inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis si nulla contagione peccati inquinatum sit, & talis fuit puritas beatę Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit, sub Deo tamẽ. Suffragantur huic sententiæ omnes vniuersitates studiorum, in quibus viri docti & magistri sequuntur hanc sententiam, & maximè schola Parisiensis reliquarum parens & magistra. His accedit consensus totius populi Christiani, qui non est paruæ autoritatis: siquidem vox populi, vox Dei. Certè hac in re videtur impletum esse illud. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Sed & illud animaduersione dignum est, quod hęc sententia de immaculata beatę Virginis conceptione à paruis initijs profecta creuit in immensum, quod est argumentum solidæ veritatis, vt insinuatur Act. 5. cap. ¶ Quinto idem probatur ex diuinis reuelationibus, quæ de hac re referuntur esse factæ sanctissimis, tum viris, tum mulieribus, quas negare impudentia esse videtur. His argumentis, quæ ex testimoniorũ autoritate sunt desumpta annectuntur quædam rationes valde probabiles. ¶ Prima est. Originale peccatum grauius est quam actuale veniale, at beata Virgo nullum prorsus habuit veniale peccatum, ergo neque originale. Maior huius argumenti sic ostenditur, tũ quoniam per originale peccatũ incurritur pœna damni, & carentia diuinæ visionis, vt habet sana doctrina per peccatum autem veniale minimè. Tum vero quoniam per peccatum originale dicimur filij iræ, per veniale vero nequaquam. Minor argumenti probatur. Nam sic definitum est in concilio Tridentino sess. 6. can. 23. & sic habet traditio Ecclesiastica. Hoc idem confirmatur. Nam contraria sententia eorum, qui dicunt beatam Virginem in originali conceptam, innititur quibusdam regulis generalibus sacræ scripturæ, conciliorũ, & sanctorum, in quibus definitum est, quòd peccatum originale omnes prorsus homines commaculauit. Sed etiam sunt multæ aliæ regulæ generales in sacris literis, in quibus definitum est, omnes homines peccasse actualia peccata saltem venialia, vt patet ex 1. Ioannis cap. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. Et Iacobi. 3. in multis offendimus omnes. Idem definitur in concilio Mileuitano cap. 6. & in allegato can. 23. concilij Tridentini. Nihilosecius tamen excipimus ab his regulis generalibus beatam Virginem, quæ priuilegio quodam libera fuit ab omni actuali peccato, vt dudum probatum est, ergo consimiliter fuit libera, & immunis à peccato originali, regulis scripturæ vniuersalibus nihil obstantibus. ¶ Secunda ratio. Decuit vt Christus perfectissimo modo exerceret officium mediatoris inter Deum, & beatã Virginẽ, at perfectissimus modus est præseruasse eã ab originali macula, ergo ita factũ est. Maior videtur nota. Sed probatur minor. Nã perfectius multo est prę̃seruare animã ne labatur in peccatum, quam postquam lapsa fuerit eã à peccato mundare. ¶ Tertia ratio. Omne priuilegium posibile diuinæ gratiæ, quod non derogat dignitati Christi, est concedendum beatæ Virgini, eiusmodi est præseruatio ab originali peccato, ergo asserẽdum est hoc priuilegium illi fuisse cõcessum. Maior argumenti probatur. Nam beata Virgo fuit euecta ad summam dignitatem, vt sit mater Dei. Decuit ergo omnibus priuilegijs illam decorare, quæ non derogant dignitati matris Dei, quin potius illam perficiunt, & illustrant maximè. Quod vero hoc non deroget dignitati Christi sic ostenditur. Quia non solum est laudandus ille, qui me à malo cui subiaceo, redimit, & liberat, sed etiã ille qui me liberat

Secundum.
Tertium. Cõci. Basil.
Quartum. D. Augusti.
Act. 5. Quintum.
Rationes pro ista sententia. Prima.
Cõci. Trid.
1. Ioan. 1.
Iacob.
Secunda.
Tertia.

à malo

à malo cum sum in periculo incidendi in illud. Certè Diuus Augustinus 2.lib.confess. pro manifesto habet, quòd tam debitor est amor cum liberatur à peccatis committendis, atque cum liberatur à peccatis iam commissis. ¶ Quarta ratio. Deus potuit præseruare beatam Virginem,& decuit filium honorare matrem,ergo ita fecit. Sanè nullus toleraret in matre maculam, & turpitudinem, quam posset ab illa auferre, vel præseruare ne in illam incideret, sed Christus potuit: Quare ergo noluit? Certè hæc sententia est pia, & probabilis,& cedit in honorem beatæ Virginis absque vlla iniuria Saluatoris nostri. Quare ergo non dicimus omnes,quòd fuit immunis ab omni peccato,tam sancta, & immaculata Virgo? Hæc sunt argumenta, quæ probant beatam Virginem non contraxisse peccatum originale.Sed est sciendum, quod Scotus in 3.distinctione. 3. quæstione. 1. primus insinuauit hanc sententiam in Ecclesia Christi. Sed modestissimè his verbis, si non repugnaret autoritati Ecclesiæ vel scripturæ, probabile videtur & pium beatam Virginem peccati originalis fuisse expertem. Cuius viri doctissimi modestiam vtinam imitarentur hac tempestate illi,qui hanc sententiam amplectuntur,& prædicant. Postea tenacius sequuti sunt hanc sententiam Maironis, Maioris,Basolis, Gabriel, Dionysius Carthusiensis in 3.distinctione 3.Martilius in 3.quæst.4. articulo.1.conclusione.1.Abulensisin parado xa.1.capit.21. ¶Partè affirmatiuam huius quę stionis probant argumenta sequentia. Primum argumentum & potissimum desumitur ex sacris literis,in quibus frequenter habetur hæc fidei regula,omnes in Adam peccasse,& mortuos fuisse in eodem:nominatim ad Romano.3. & 5.& 1.Corinth.15. & 2.ad Corinth.5.& ad Ephes.cap.2. Ad idem pertinet, quod in eisdem sacris literis habetur passim, quod Christus sit redemptor, Saluator, medicus,reconciliator omnium hominum.Nec licet excipere beatam Virginem à redemptione,à salute, à curatione, à reconciliatione per Christum.At redemptio cum proprietate intelligi non potest, nisi eius, qui captiuus fuerit. Saltem medicatio, & curatio propriè non est,nisi eius,qui infirmus fuerit,& reconciliatio nisi inter eos,inter quosinimicitię fuerint,ergo si propriè debemus interpretari sacras literas hæc parsaffirmatiua asserenda est. ¶Secundo arguitur ex autoritate conciliorũ & decretis Ponficum.Nam in concilio Miletano cap. 2. in epistola 10. Leonis primi ad Flauianum,quæ lecta est in concilio Chalcedonensi actione.2. & approbata ab omnibus actione.4. & 5. Et in concilio Florentino in vnione Armenorum definitum est, omnes homines contraxisse peccatum originale excepto Christo seruatore nostro duntaxat, & quod ipse non descẽderit ab Adã per virile semẽ,consequẽs est,quòd ipsa B.Virgo cõprehendatur sub illa regula generali, cum omni dubio procul descenderit ab Adam per virile semen,alioquin falsa esset definitio,solũ Christum peccatum originale non contraxisse,falsaque deprehenditur huius exceptionis causa designata. ¶ Tertiò, idem demonstratur ex sententijs omnium sanctorum. Vniuersi enim sancti approbant vniuersales fidei regulas superius commemoratas excipientesChristum Dominum solum ab originali peccato, & quamplurimi illorum expressè,& distinctè dicunt beatam Virginem in originali peccato fuisse conceptam. Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Eusebius, Remigius Maximus,Beda, Anselmus, Bernardus, Erardus Episcopus & Martyr,sancti ex ordine minorum tres Antonius Paduanus,Sanctus Bernardinus,D.Bonauẽtura. Ex ordine Prædicatorio itidem tres,Diuus Thomas,Sanctus Vincẽtius Diuus Antoninus. Sententias istorum patrum fidelissimè referunt Caietanus in tractatu de conceptione beatæ Virginis cap.4. Cano libro 7.de locis capit.1. VincentiusBandelus tractatu de conceptione cap.8.His sanctis patribus consensit vetus omnis Theologorum schola cum Magistro in 3. distinct.3. Sed & prædictus Vincentius diligentissimus autor in opusculo prænotato capit.22. refert quatuordecim doctores ex ordine Cisterciẽ si idem sentientes.Et in cap.24.refert ex religione ordinis Minorum duos supra triginta. Et in cap.25.ex ordineD.Augustini numerat quindecim idem prorsus decernentes. Ex ordine Carmelitarum numerantur viri doctissimi Guido,& Paulus de Perusio.Et in cap.28. eiusdem opusculi recensetSanctos Põtifices Innocentium 2.Innocentium 5. Clementem 6.idem credentes. Libet tamen D. Bernardi vnicè deuoti beatæ Virginis Mariæ verba referre. Is namque in epist. 174. ad Canonicos Lugdunenses reprehendit eos,eo quòd celebrent festum conceptionis beatæ Virginis inter alia inquiens: Miramur satis quid visum fuerit hoc tempore quibusdam vestrũ voluisse mutare colorem optimum nouam inducendo celebritatem,quam ritus Ecclesiæ nescit,non probat ratio,non commendat antiqua traditio.Nunquid patribusdoctiores,aut deuotiores sumus? periculosè præsumimus quicquid ipsorum in talibus prudentia præterierit,&c.honos reginæ iudiciũ diligit,Virgo

Augusti. Quar.ratio Autores qui sequuntur Scotum Oppositasententia probatur. Primum argumentũ. Secundum Concilium Milenitan. epist.Leon. Cõc.Flor. Tert.argũ. ex sentẽtijs sanctorum Caietan. Cano. Bandelus Verba D.Bernar.

go regia falso non eget honore. Hæc sunt argumenta potissima, quæ pro hac parte afferri possunt. Etenim in rebus supernaturalibus, cuiusmodi est, quæ in præsentia instituitur disputatio, argumentum firmum ac certum duci non potest, nisi ab autoritate scripturarum, vel sanctorũ, vel ex traditione. ¶ His autoritatibus annectuntur optimæ rationes. Prima sic habet, beata Virgo contraxit effectus & pœnas debitas peccato originali, videlicet, fomitem, mortem, exclusionem à regno cælorum, vnde si mortua fuisset, ante Christum, descendisset ad limbum ratione peccati originalis, ergo contraxit peccatum originale, alioqui Deus esset iniustus, si sine culpa inferret illam pœnam. ¶ Secunda ratio, beata Virgo non habuit iustitiam originalem propter peccatum primi parentis, vt planè constat, ergo habuit peccatum originale. Consequentia inde probatur. Nam peccatum originale nihil aliud est, quam priuatio iustitiæ originalis pro formali. Inde etiam patere potest. Quoniam, si Deus priuauit beatam Virginem iustitia originali sine culpa, iniustus esse videtur. ¶ Tertia ratio est huiusmodi. Nam secundum veram, & diuinam Theologiam, Christus prædestinatus est in remedium peccati originalis, quo tota natura humana erat infecta, ex quo consequens est, quòd Deus prius nostro modo intelligendi præuiderit peccatum, & naturam humanam infectam, quam prædestinauerit Christum, in illo ergo priori, vel vidit beatam Virginem in massa generis humani infectam, vel non vidit infectam, sed præseruatam: si dederis primum, habeo quod desidero: si secundum concesseris necessum est, vt cõcedas, quòd beata Virgo fuerit exempta à massa generis humani infecta, & non per Christum, nec per ordinem ad Christum: siquidem in illo priori intelligitur exempta, & præseruata, & nondum intelligitur Christus prædestinatus. ¶ Vltima ratio. Christus est redemptor vniuersalis, reconciliator, & medicus, & mortuus est pro omnibus etiam pro matre sua, quod expresse habetur 1. Corinth. 15. & 2. Corinth. 5. ergo beata Virgo fuit captiua, redempta, reconciliata, atque mortua peccato, non actuali, ergo originali. Quod si statim occurras inquiens: quod fuit redempta, quia fuit præseruata, cõtra hoc sic argumentor. Et vt videtur efficaciter. Nã si homo nunc conderetur à Deo in puris naturalibus ex quo non incideret in peccatum originale, propriè, & verè non diceretur redẽptus, neque propter peccatum pateretur, aut moreretur, sed ex necessitate naturæ. Certè propriè & verè non dicitur quis curasse, aut saluasse hominem ex eo, quod præseruasset illum, ne in morbum futurum incidisset, nec verè dicitur quis exsuscitasse mortuũ ex eo, quòd præseruasset illum ne in mortem laberetur. Et in proprietate qui vi & armis propijs liberaret alium, ne veniret in hostiũ manus, non dicitur redemisse illum à captiuitate nisi impropriè, & abusiuè. At Christus propriè & verè fuit redemptor, saluator, medicus & reconciliator. Hactenus commemorata sunt verè, & fideliter argumenta in patrocinium vtriusque partis. Deinceps quid sit tenendum & prædicandum, & quomodo, explicandum est. ¶ Prima conclusio. Hæreticum dogma est, si quis dixerit beatam Virginem sic fuisse à peccato originali præseruatã, vt nihil illius incurreret. Pro huius declaratione scire oportet, quòd in originali peccato aliquid est, quod ad eius essentiam pertinet, vt macula, culpa. Alia sunt, quæ antecedenter, & consequenter se habent ad illud, cuiusmodi sunt debitum contrahendi peccatum illud, fomes peccati, reclusio ianuæ cælestis, indigere redemptore, & saluatore, necessitas peccãdi, nisi per gratiam Dei adiuuemur, corporis mortalitas, & reliquæ huius vitæ pœnalitates. Dico igitur in conclusione, esse hæreticũ docere, quòd beata Virgo fuerit immunis ab effectibus, & appendicibus peccati originalis. De macula vero confestim erit sermo. Etenim concedendum est in primis, quod beata Virgo contraxit debitum & periculum cõtrahendi peccatum originale, ac reliquos peccati originalis effectus. Nam beata Virgo genita fuit ex concubitu maris & fœminæ ex vili semine, non ex Spiritu sancto, nec per osculum, vt quidam imperitus dixit. At illi qui gignitur ex tali generatione ex Adam ex vi ipsius generationis debetur peccatum originale, & effectus ad illud consequentes, vt mors, &c. Sed & illud concedendum est, quòd beata Virgo indiguit redemptore, & saluatore, & quòd fuit redempta, & saluata per sanguinem filij sui verè & propriè. Ex quo consequens est, quod ipsa fuit aliquo modo mortua & captiua in Adam & reconciliata Deo per Christum. Quod ita esse probat luculenter Caietanus in opusculo de conceptione cap. 3. Nunc vero vna sola autoritate Diui Pauli euidenter comprobatur. Dicit enim Paulus 2. Corint. 5. Si Christus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, sed Christus mortuus est pro beata Virgine, ergo beata Virgo mortua est. De alijs vero effectibus, qui consequuntur ad peccatum originale in sequentibus disputandum est. De fomite in artic. 3. de necessitate peccandi articu. 4. & 5. De alio effectu, quòd

Rationes pro ista sententia. Prima.

Secunda.

Tertia.

Vltima.

1. Cor. 15. 2. Cor. 5.

Argument. efficax.

1. Cõclusio

B. Virgo propriè fuit redempta & reparata per Christũ

Caiet.

2. Cor. 5.

quod si moreretur ante mortem Christi non adiret ad cœlum, certum est & exploratum quod incidit in illũ. Quod vero obnoxia fuerit alijs pœnalitatibus huius vitæ, certius est quam vt sit ostendendum. Sed dicet Theologus, quod reatus & fomes dicti consequũtur infectam carnem mediante macula in anima: ac per hoc si macula non est subsequuta, nec ista sunt secuta, imo videtur quod sine maculæ incursu, iniustè anima rea remaneat: quum pœnæ istæ propriæ culpæ originalis sint pœnæ. Hoc inquam nõ obstat: quia mediatio maculæ, licet sit ordinaria non tamen est sic necessaria, vt impedita macula oporteat impedi tam esse cõsequutionẽ aliorum: sufficit enim, quod omnium horum communis radix, scilicet infecta caro, sit in instanti illo, quo anima infunditur infectę carni. Nec est iniustũ, quod habenti culpã in proprio debito, & initio originalis culpæ incursus impediatur, & reatus pœnarum naturæ remaneant: quoniam extra propriam culpam originalem, omnino nõ est qui in proprio debito & initio illam habet.

Obiectio.

Solutio.

2. Concluſ. ¶ Secunda conclusio, si sit sermo de macula peccati originalis vtraq́; positio est probabilis, & sine errore vtrinq; defendi potest videlicet quod fuerit mundata & sanctificata à peccato originali, & quod non fuerit mũdata, sed præseruata, imo excommunicatus est maiori excommunicatione quisquis dixerit esse hæresim aut mortale peccatum alterutrã partem huius quæstionis defendere. Hæc excommunicatio lata est à Sixto IIII. in extrauag. graue nimis de reliq. & vener. Sanctorum, quam innouauit Tridentina Synodus in decreto de orig. peccato in fine Seſſ. 5. ac tandem Pius V. in motu proprio super hac re edito. Est autẽ sanctissima hæc constitutio ad euitandas contentiones inter doctores & concionatores, & ad euitandum scandalum magnum, quod ex illis oriebatur in populo fideliũ. Certè vtraq́; opinio habet à se rationes probabiles, & autores graues, & neutra est ab Ecclesia determinata. ¶ Sed circa hanc conclusionẽ aliquot dubitationes breuiter sunt explicandæ. Prima est, vtrum expediat diffinire alteram partem, cui respondet Caietanus in opusculo iam prænotato non expedire, imò non posse Ecclesiam definire quod B. Virgo fuerit à peccato præseruata cum de hac re nullæ sint scripturæ authenticæ, aut reuelationes antiquæ. Ecclesia enim in diffiniendis rebus fidei non vtitur nouis reuelationibus, sed vtitur testimonijs sacræ scripturæ, & sanctorum Patrum. Facit etiã ad hoc quod cum tali consensu orbis nunquã Papa voluit determinare, nec Concilium, nec Sixtus IIII. & merito. Nam si hanc partem

Censuræ latæ ab Eccleſia.

Sixtus 4.

Conci. Tri.

Pius V.

Non expedit definire aliquã istarũ partiũ.

definisset Ecclesia sua definitione omnes Sanctos patres antiquæ Ecclesiæ condemnasset vnde si aliqua pars huius controuersiæ definienda est; certè affirmatiua pars esset definiẽda. Siquidem habet pro se scripturas sanctas quantum videtur, habetq́ue communem sensum omnium sanctorum Patrum. ¶ Secunda dubitatio, vtrum sit de fide quod vtraq́; pars probabilis sit. Ratio dubitandi est: nam hoc videtur diffinitum & in Concilio Tridentino, & in decretis Pontificum vt supra visum est, & sic erit hæreticus qui alterutram partẽ affirmauerit non esse probabilem. Respondetur, quod qui hoc ausus fuerit affirmare hęreticus non est, sed temerarius & excõmunicatus maiori excommunicatione vt iam dictum est, temerarius vtique erit quoniam discedit à communi sensu Ecclesiæ, quę asserit vtrãque opinionem esse probabilẽ, propter quod anathema meretur; verum non est hæreticus quoniã Ecclesia nunquam definijt tãquam de fide aliquam opinionem esse probabilem neq; verò potest definire, vt ego existimo, de qua re in materia de fide diligentius à nobis est pertractatum. Tertia dubitatio est. Nam si vtraque opinio est probabilis; consequẽs est vt qui alterutram partem determinatè sequatur, & certo adoret conceptionem immaculatã B. Virginis exponat se grandi periculo erroris. Nam fortasis adorat id quod falsum est, vnde videtur nõ esse colendam absolutè immaculatam virginis conceptionem, sed sub conditione, si vera est. Quemadmodum qui rationabiliter dubitat, num hostia sit consecrata non debet illam adorare determinatè, sed sub cõditione.

Non est de fide, quod vtraq; pars sit probabilis.

3. Concluſ. ¶ Ad hoc dicẽdum est, quod vt nullus sit error neque speculatiuus, nec practicus in celebrando conceptionis festo, securissimus modus est celebrare illud punctum in quo iustificata est, & plenitudine gratiæ decorata, abstrahendo an sit concepta cum peccato originali, necne. Ratio huius est, nam quod fuerit sanctificata, & plena gratia certissimum est: quod autem fuerit præseruata necne, adhuc sub iudice est. Certè qui adorat determinatè vnum, aut alterum, videtur sãltim speculatiuè posse errare, & se exponere periculo errandi, quia potest altera pars esse vera. At qui celebrat modo cõmemorato potest in alios vsurpare illud. Nos adoramus quod scimus, vos quod nescitis. Nihilominus dicẽdum est, quod nulli periculo se exponit absolutè qui alteram partem determinatè veneratur; quoniam semper intendit colere sanctitatem, non peccatum, & quoniam sequitur opinionẽ probabilem: & qui sequitur opinionem probabilem non se exponit periculo errandi practicè, licet

Festiuitas conceptionis.

fortaſsis ſpeculatiuè error erit. Neque eſt eadem ratio de hoſtia, quam rationabiliter credit non eſſe conſecratam, nam in tali caſu nõ ſequitur opinionem probabilem adorãdo illam. ¶ Quarta dubitatio petit, quæ iſtarũ opinionum verior ſit: & reſpondetur, quod Deus ſcit, & cui voluerit Deus reuelare. Sed vt exponam ſenſum meum de hoc: ſit quarta concluſio. Pars affirmatiua huius quæſtionis eſt magis conſentanea ſcripturis ſanctis, ſanctorũ omnium documentis & regulis fidei catholicæ. Negatiua vero pia eſt, & deuotioni populi accommoda, & humanæ rationi magis cõformis. Prima pars huius concluſionis probatur. Nam in rebus ſupernaturalibus (cuiuſmodi eſt hæc diſputatio) illud eſt probabilius quod ex literis ſacris, probabilioribus argumentis colligitur, quod ſanctis omnibus, quod antiquis Doctoribus, quod doctiſsimis viſum eſt. Sed pars affirmatiua hæc habet fundamenta vt ſuprà oſtenſum eſt, & ſanè autoritas ſacrarum literarum, & omnium ſanctorum Patrũ, & antiquæ Theologiæ rationibus humanis, & coniecturis quas ſupra in patrocinium partis negatiuæ produximus, anteferenda eſt; vt cuiúque Theologo vel vnius diei euidentiſsimum eſt. ¶ Quinta concluſio, Pius V. Anno Domini 1570. ſtatuit, ac per Apoſtolica ſcripta mandauit, quatenus nemo cuiuſcunq; ordinis, gradus, cõditionis, vel dignitatis exiſtat in popularibus concionibus, vel vbicunque promiſcua virorum, & mulierum multitudo conuenire ſolet, de huius controuerſiæ alterutra parte diſputare rationibus, vel Doctorum autoritate aſſerendo propriam ſententiam, & contrariam refellendo, aut impugnando, vel de hac ipſa quæſtione cuiuſuis pietatis, aut neceſsitatis prætextu vulgari ſermone ſcribere, vel dictare præſumat, qui contra fecerit ſuſpẽſionis pœnam à diuinis abſque noua declaratione ipſo facto incurrat, ſi modo fuerit in ſacris conſtitutus, & quocunquè prætereà gradu, ſiue dignitate, vel adminiſtratione fungatur, illis omnibus ſit ipſo iure priuatus, & ad eadem, vel ſimilia munera obtinenda ſit inhabilis; ſuper quibus à ſolo Romano Pontifice diſpenſari poſsit; liceat tamen viris doctis in publicis Academiæ diſputationibus generalium, & prouincialium capitulorum, vbi nulla ſubeſt ſcandali occaſio de illa quæſtione diſſerere argumentis, vtramlibet partem aſſerere, vel impugnare. ¶ Sexta concluſio. Sententia illa, quæ aſſerit beatam Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali, & ab eo mundatam, facilè explicat huius rei modum, facileq; argumenta in contrarium diſſoluit; oppoſita verò ſententia difficulter, ſed tamẽ piè & probabiliter. Prima pars huius concluſionis probatur. Nam in primis autores prædictæ opinionis oſtendunt euidenter, quod B. Virgo non fuit ſanctificata ante infuſionem animæ. Nam ſubiectum gratiæ & ſanctitatis eſt rationalis anima, ergo ante infuſionem animæ non fuit ſanctificata. Deinde, docent ſatis probabiliter & cõformiter ad ſanctas ſcripturas, quod B. Virgo non fuit ſanctificata in primo inſtanti infuſionis animæ. Quoniam in vno & eodẽ inſtanti non poſſunt eſſe ſimul culpa originalis & gratia: at in primo inſtanti ſecundum documenta præcedentia fuit in peccato originali B. Virgo, ſi quidem ante infuſionem animæ non potuit eſſe peccatum: reſtat ergo quod fuerit ſanctificata poſt animationem. Certè diſcurſus iſte legitimus eſt, & perfacilis ad intelligendum. ¶ Sed videamus iam, quomodo procedant autores contrariæ opinionis, à quibus ſi ſciſcitari velis quando fuerit B. Virgo liberata & præſeruata, quidam perperã reſpondent, quod anima Virginis fuit in gratia antequam corpori infunderetur. Hæc ſentẽtia falſa eſt, & intolerabilis. Nam anima rationalis ſimul creatur & corpori infunditur, vt habet ſana doctrina. Alij dicunt, quod corpus fuit mundatum ante infuſionem animæ. Aiunt nanque ſatis eſſe vt B. Virgo dicatur ab originali culpa ante animationẽ ſanctificata, quod caro ſiue fœtus per virile ſemen genitus, qui inſtrumentaliter adducit peccatum originale in animam in primo inſtãti ſuæ infuſionis ſanctificatus ſit ab eius inquinamento cauſali, & inſtrumentali. Inde nanque ſubſequutũ eſt, quod B. Virgo non contraxerit peccatum originale. Explicatur hoc ſimilitudine. Nam ſi quis antequam generaretur proles in ancilla captiua, largiretur pecuniam hero ancillæ pro redemptione prolis generandę, certè talis diceretur redemiſſe prolem illam: ſi quidem proles futura erat captiua niſi ante ipſius generationẽ data eſſet pecunia pro eius redẽptione. Sed hic modus dicendi falſus eſt, & temerarius & ſine fundamento aſſertus. Nullus enim Doctorum hucuſq; ſic docuit, aut ſenſit; præterquã quod ponere ſanctificationẽ, & munditiam Virginis ante infuſionẽ animæ ſtultũ eſt, & nugatoriũ. Et Albertus in hac diſt. arti. 4. cenſet hoc eſſe hæreticum, ſi quis dixerit carnem ſanctificatam virgineam ante animationẽ. Et indicat Bernardũ in Epiſt. ad Lugdunenſes canonicos in hanc ſententiam. Et Ambroſius dicit de ſacramẽto Dominicæ incarnationis. c. 7. carnẽ ante animationẽ ſanctificari non poſſe, quia caro irrationabilis & inſenſibilis eſt, ideoque non eſt obnoxia peccato. Dicat ergo doctus Theologus, qui hanc ſenten-

4. Concluſ. Veriſimilè eſt B. Virginẽ habuiſſe peccatũ originale.

5. Concluſ.

6. Concluſ.

Solutiones oppoſitæ ſententiæ.

sententiam defendit, quod in eodē instanti in quo infusa est anima corpori prædita plenitudine gratiæ præseruata est à macula peccati originalis. Quia quando Deus Mariæ infudit animam in embryonem, infudit illam præditam gratia. Itaq; Maria quantum est ex carne genita ex Adam mortua erat, at ex gratia Dei non fuit mortua. Vnde dicēdum est Mariam de iure peccasse in Adam, non tamē de facto. De iure sanè quia ipsa ex iure propagationis macula originali erat afficienda, at verò præseruata fuit ex diuina gratia. Vt si quē rex ex genere descendentem tributariorum leuasset à tributo soluendo, vtiq; hic ex iure propagationis, tributarius est: at munere regio liber. Maria igitur ex iure tributaria erat, at Dei munere liberata fuit ab originali peccato. Christus porrò neq; de iure propagationis, neque de facto tributarius erat peccato; quia filius naturalis Dei, ideoq; impeccabilis. Hæc sententia sic explicata debet prædicari populo sine tumultu & scandalo, sine mēdacio, & sine reprehēsione & damnatione alterius opinionis & sine confutationibus argumentorum alterius opinionis, & qui oppositum faciunt sunt excommunicati, & anathematizati à Cōcilio Tridentino, Sixto IIII. Pio V. Adde his, quod sunt parum Theologi nescientes quid affirmant aut quid loquuntur. Sed iam consideremus, quomodo argumenta vtriusq; partis sint confutanda. ¶ Ad argumenta partis negatiuæ sic satisfaciendum. Ad primum ex scripturis respondetur, quod scripturæ diuinæ nihil adiuuant istam partem cum non adducantur in sensu literali; in quo solum sunt efficaces ad probādum. Certè ille locus Gen. 3. ipsa conteret caput tuum parū fauet. Etenim Maria contriuit caput Satanæ per Christum filiū suum. Rursus alia translatio habet, ipsum conteret caput tuum vt referatur ad semen mulieris, non ad mulierem. Ille verò locus, tota pulchra es, ad literā intelligitur de Ecclesia, quæ tandem in cœlesti patria merito Christi non habebit maculam nec rugam: aut si ad Virginem retuleris; satis est, si dixeris immaculatissimæ fuisse vitæ quo in sensu Concilium Tridentinum appellat Virginem immaculatam. Locus vero Ezechielis allegatus omnino inaniter & nugatoriè applicatur ad cōceptionem B. Virginis. Locus etiam ex Epistola ad Romanos non probat, nam D. Paulus comparat Israelitas gentibus: nihil de conceptione insinuat Paulus. ¶ Ad secūdum ex approbatione Ecclesiæ; respondetur iam à nobis expositum esse quemadmodum, & in quo sensu celebrat Ecclesia festum conceptionis B. Virginis. Sanè in breuiario Romano expressè præceptum est, vt aboleretur officium antiquum in quo dicebatur B. Virginem præseruatam fuisse ab omni labe peccati originalis; & iussum est, vt officium celebretur instar natiuitatis Virginis mutato nomine natiuitatis in nomen conceptionis. ¶ Ad tertium ex Concilio Basilien si respondetur; concilium illud fuisse acephalum tempore quo edidit illud decretū. Nam ausu temerario in Sessione. 34. & 35. citauerāt, & deposuerant legitimum Pontificem Eugenium IIII. ac subinde iam illud concilium erat Synagoga Satanæ cuius primus partus fuit de conceptione diffinitio, in Sess. 36. Et doctos viros qui in eo cōuenere cum sanctis & antiquis Patribus conferre indignum esse videtur. ¶ Ad quartum ex testimonijs sanctorum respondetur, sanctos ibi citatos expressè & distinctè asseruisse B. Virginem fuisse conceptam in peccato originali. Quapropter D. August. in loco citato manifestè loquitur de peccato actuali, vt patebit intuēti textum. Ad D. Anselmum dico loqui de potentia ordinaria Dei, habuit siquidem B. Virgo omnem puritatem quam habere potuit de potētia ordinaria fœmina ab Adam descendens per naturalem generationem. Ad D. Thomā respondetur, quod loquitur de B. Virgine semel iam sanctificata post animationem. ¶ Ad quintū ex diuinis reuelationibus respondetur, quod non sunt authenticæ neque habent autoritatis pondus. ¶ Ad rationes; ad primam respondetur, grauius esse absolutè originale quam peccatum veniale, verum habet minus de voluntario. Originale enim traducitur per generationem naturæ ex Adam & nos non voluimus illud; at veniale admittitur per propriū actum voluntarium & ideo B. Virgo cum natura ipsa accepit peccatum originale, nullo autem modo quod est propriū personale. ¶ Et ad confirmationem neganda est consequētia, & dissimilitudo in hoc consistit quia sunt expressa testimonia Sanctorum excipientium B. Virginem à regulis generalibus peccati venialis & non excipientium eam à peccato originali. Rursus est prærogatiua insignis, quòd excipiatur à regulis generalibus peccati etiam venialis, at non est prærogatiua neque honor eiusdem, quod excipiatur à regulis originalis culpæ, quia sic excipitur à Christi redemptione & curatione saltim propriè loquēdo. ¶ Ad secundam rationem respondetur, quod gratia Christi perfectissimè explicata est in Beata Virgine. Nam gratia Christi est gratia redemptoris & reconciliatoris & hic est perfectissimus modus mediandi inter Deum & homines, & coniungendi hæc duo extrema tam longè distantia. Homines enim per peccatum

Quomodo hæc opinio sit prædicā da.

Ad argumē ta partis ne gatiuæ ad primum ex sacris literis.

Ad secūdū.

Ad tertium ex Cōcilio Basilien si.

Ad quartū ex authori tate Sanctorum.

Ad quintū ex reuela tionibus.

Ad primam rationem.

Ad confir.

Ad secūdā.

Ad tertiã. distabant à Deo. ¶ Ad tertiam respondetur, omne priuilegium gratiæ possibile secundum ordinariam potẽtiam & legem B. Virgini esse concessum. At secundum legem ordinariam hoc est summum priuilegium gratiæ, quod proprijssimè sit redempta & reconciliata per Ad vltimã. Christum. ¶ Ad vltimam dicẽdum est, quod opposita sententia ex parte minuere videtur gloriam Christi. Sequitur nanque ex ea, quòd Christus propriè non redemerit, nec reconciliauerit Virginem beatam matrem Dei. Item alia de causa hæc sententia non admittitur ab omnibus quoniam non habet legitima testimonia, sed rationes tantum modo probabiles quæ de rebus supernaturalibus parum aut nihil probant. Sed iam adeamus ad confutanda

Ad argumẽta partis affirmatiuæ. argumenta alterius opinionis. ¶ Ad scripturas Sanctas respondetur, quod omnes habent generalem sermonem à quo merita ratione excipitur B. Virgo, & exceptio est iuridica vt iam dudum probatum est. Vel dicamus Mariam de iure peccasse in Adam, non de facto vt etiam superius prædeclaratum est, quemadmodum etiam expositũ dedimus quomodo Christus verè dicatur redemptor Virginis. Nam gratia, quæ impediuit ne peccatum originale sequeretur continuo atque anima est infusa corpori, donata est ex præuisis me-

Ad primũ. ritis Christi, & ianua regni cœlestis Mariæ patuit per sanguinem agni immaculati. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod solus Christus nec de iure, nec de facto obnoxius fuit peccato originali. At B. Virgo de iure & quantum est de se, & ex propagatione ex Adam subiecta erat peccato originali si Dei

Ad tertiũ. munere non fuisset præseruata. ¶ Ad tertium respondetur, quòd omnes Doctores Sancti & catholici plus adhærent determinationi Ecclesiæ, & approbationi eius, quam proprio sensui, cum ergo Ecclesia nũc approbet, consequens est, quod si nunc Sancti vixissent mutassent sententiam. ¶ Ad rationes ex dictis pa

Ad rationes. tent solutiones, nam iam expositum est quomodo B. Virgo fuerit obnoxia effectibus peccati originalis & non maculæ originali. Rursus declaratum est, quemadmodum fuerit redempta & reconciliata Deo ex meritis Domi

Ad argumẽtum difficile. ni nostri Iesu Christi. ¶ Sed & illud argumentum, quod petit an quando Christus prædestinatus est in remedium naturæ humanę per peccatum infectæ, præuiderit Deus B. Virginem iam infectam vel non præuiderit, facilem habet solutionem. Nam in illa præuisione, quam statuunt Theologi nostro modo intelligendi non est necesse vt aliquem hominem in particulari præuiderit sed quod vniuersam naturam in communi considerauerit esse infectam peccato originali in cuius remedium Christum prędestinauit, postmodum vero in particulari voluit B. Virginem ab illa infectione præseruare. Vel dicendum, quod in illa præuisione præuidit omne genus humanum ex Adam propagatum quantum est ex tali propagatione infectum esse & inuisum Deo, postea verò ex illa propagatione descendentem voluit munere suæ gratiæ ab illa infectione præseruare.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm per sanctificationem fuerit beatæ Virgini fomes totaliter sublatus.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd beata Virgo non fuerit emundata ab infectione fomitis. Sicut enim pœna originalis peccati est fomes, qui consistit in inferiorum virium rebellione ad rationem, ita etiam pœna originalis peccati est mors & cæteræ pœnalitates corporales. Sed beata Virgo fuit subiecta huiusmodi pœnalitatibus. Ergo etiam fomes ab ea totaliter remotus non fuit. ¶ 2. Præterea, Secundæ ad Corint. 12. dicitur, Virtus in infirmitate perficitur: & loquitur ibi de infirmitate fomitis, secũdum quam patiebatur stimulum carnis. Sed nihil quod pertinet ad perfectionem virtutis, fuit beatæ Virgini subtrahendum. Ergo non fuit beatæ Virgini totaliter subtrahendus fomes. ¶ 3. Præterea, Damas.* dicit, quòd in beatam Virginem superuenit Spiritus sanctus purgãs eam ante cõceptionem filij Dei. Quod non potest intelligi nisi de purgatione à fomite: nam peccatum non fecit, vt Aug†. dicit in lib. de Natura & gratia: Ergo per sanctificationem in vtero non fuit liberè mundata à fomite. ¶ Sed cõtra est, quod dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Fomes autem ad maculam pertinet, saltem carnis: ergo in beata Virgine fomes non fuit.

154 3. di. 3. q. 1. ar. 2. & ibidẽ in expositione primæ partis tex. Ero pu. 3. c. 23 1.

lib. 4. orth. fi. ca. 15.

c. 36. to. 3.

Respondeo dicendum, quòd circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidam enim dixerunt quòd in ipsa sanctificatione

tione beatæ Virginis, qua fuit sanctificata in vtero, totaliter fuit ei fomes subtractus. Quidam verò dicunt, quòd remansit fomes quantum ad hoc, quòd facit difficultatem ad bonum, sublatus tamen fuit quantum ad hoc, quòd facit pronitatem ad malum. Alij verò dixerũt quòd sublatus fuit fomes, in quãtum pertinet ad corruptionem personæ, prout impellit ad malum, & difficultatem facit ad bonum: remansit tamen in quantum pertinet ad corruptionem naturæ: prout scilicet est causa traducẽdi originale peccatum in prolem. Alij verò dicunt, quòd in prima sanctificatione remansit fomes secũdum essentiam, sed ligatus, in ipsa autem conceptione filij Dei fuit totaliter sublatus. ¶ Ad horum autem intellectum oportet considerare quòd fomes nihil est aliud, quàm inordinata concupiscentia sensibilis appetitus, habitualis tamen, quia actualis concupiscentia est motus peccati: Dicitur autem concupiscentia sensualitatis esse inordinata, in quantum repugnat rationi, quod fit, in quantum inclinat ad malum, vel difficultatem facit in bono. Et ideo ad ipsam rationem fomitis pertinet quòd inclinet ad malum, vel difficultatem faciat in bono. Vnde ponere quòd remanserit fomes in beata Virgine non inclinans ad malum, est ponere duo oppositа simul. Similiter etiam videtur oppositionem implicare, quòd remanserit fomes, in quantum pertinet ad corruptionem naturæ, non autem in quantum pertinet ad corruptionẽ personæ. Nam
ca.24.to:7. secundum Augustꝰ. in libro de Nup. & concupiscentia, libido est quæ peccatum originale transmittit in prolem Libido autem importat inordinatam concupiscentiam, quæ non totaliter subditur rationi. Et ideo si totaliter fomes subtraheretur, in quantum pertinet ad corruptionem personæ, nõ posset remanere, in quantum pertinet ad corruptionem naturæ. ¶ Restat ergo vt dicamus, quòd vel totaliter fomes fuerit ab ea sublatus per primam sanctificationẽ: vel quòd si remanserit, quod fuerit ligatus. Posset em̃ intelligi quòd totaliter fuerit sublatus fomes hoc modo, quòd præstitum fuerit beatæ Virgini ex abundantia gratiæ descendentis in ipsam, vt talis esset dispositio virium animæ in ipsa, quòd inferiores vires nunquam mouerentur sine arbitrio rationis: sicut dictum est* fuisse in Christo, quem constat peccati fomitem nõ habuisse: & sicut fuit in Adam ante peccatum, per originalem iustitiam. Ita quòd quantum ad hoc gratia sanctificationis in Virgine habuit vim originalis iustitiæ. Et quamuis hæc positio ad dignitatem Virginis matris pertinere videatur, derogat tamen in aliquo dignitati Christi, absque cuius virtute nullus à prima damnatione liberatur. Et quanuis per fidem Christi, aliqui ante Christi incarnationem sint secundum spiritum ab illa damnatione liberati: tamen quòd secundum carnem aliquis ab illa damnatione liberetur, non videtur fieri debuisse nisi post incarnationem eius, in qua primò debuit immunitas damnationis apparere. Et ideo sicut ante immortalitatem carnis Christi resurgentis, nullus adeptus fuit carnis immortalitatem; ita inconueniens esse videtur dicere, quòd ante Christi carnem, in qua nullum fuit peccatum, caro virginis matris eius, vel cuiuscunque alterius, fuerit absque fomite, qui dicitur lex carnis, siue membrorum. Et ideo videtur melius dicendum, quòd per sanctificationem in vtero non fuerit sublatus beatæ Virgini fomes secundum essentiam, sed remanserit ligatus. Non quidem per actum rationis suæ; sicut in viris sanctis, quia non statim habuit vsum liberi arbitrij, adhuc in ventre matris existens: hoc enim est speciale priuilegium Christi: sed per abundantiam gratiæ, quam in sanctificatione recepit, & etiam perfe-

q.15.art.2.

ctius per diuinam prouidentiam sensualitatẽ eius ab omni inordinato motu prohibentem. Postmodum verò in ipsa conceptione carnis Christi, in qua primò debuit refulgere peccati immunitas, credendum est quòd ex prole redundauerit in matrem, totaliter fomite subtracto. Et hoc figuratur Ezech. 43. vbi dicitur: Ecce, gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem, id est per beatam Virginem, & terra, id est, caro ipsius, splendebat à maiestate eius, scilicet Christi.

Ad primum ergo dicendum, quòd mors & huiusmodi pœnalitates, de se non inclinãt ad peccatum. Vnde etiam Christus licet assumpserit huiusmodi pœnalitates, fomitem tamen non assumpsit. Vnde etiam in beata Virgine, vt Filio conformaretur (de cuius plenitudine gratiam accipiebat) primò quidem fuit ligatus fomes, & postea sublatus, non autem liberata fuit à morte, & alijs huiusmodi pœnalitatibus. ¶ Ad secundum dicendum, quòd infirmitas carnis ad fomitem pertinens, est quidem in sanctis viris perfectæ virtutis occasio: non tamen causa sine qua perfectio haberi non possit. Sufficit autem in beata Virgine ponere perfectam virtutem ex abundantia gratiæ: nec oportet in ea ponere omnem occasionem perfectionis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Spiritus sanctus in beata Virgine duplicem purgationẽ fecit. Vnam quidem quasi præparatoriam ad Christi conceptionem, quæ non fuit ab aliqua impuritate culpæ vel fomitis: sed mentem eius magis in vnum colligens, & à multitudine sustollens. Nam & Angeli purgari dicuntur, in quibus nulla impuritas inuenitur: vt Diony*. dicit 6. cap. Eccle. hierar. Aliam verò purgationem operatus est in ea Spiritus sanctus mediante conceptione Christi, quæ est Spiritus sancti opus. Et secundum hoc potest dici, quòd purgauit eam totaliter à fomite.

c. 6. part. 3. à medio.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio, per sanctificationem in vtero non fuit sublatus B. Virgini fomes, sed ligatus remansit per gratiæ abundantiam, & perfectius per diuinam prouidẽtiam. ¶ Secunda conclusio, in ipsa conceptione carnis Christi credendum est, quod totaliter fuerit B. Virgini fomes sublatus. Ad probandũ istas conclusiones D. Thomas sic procedit. In primis reijcit opiniones, quod fomes sit totaliter ablatus, vel ablatus quantum ad pronitatem in malum, non autem quantum ad difficultatem ad bonum, seu ablatus quantum ad personam, & non quantum ad naturam. Nam si poneretur in gloriosa Virgine habitualis illa inordinata concupiscentia rationi repugnans oporteret dicere, quod non inclinaret ad malum, essetque ponere duo opposita simul. Sic etiam oppositionem implicat, quod remanserit fomes, quãtum pertinet ad corruptionem naturæ, & non prout pertinet ad corruptionem personæ. Et prima oppositio derogat in aliquo dignitati Christi, absque cuius virtute nullus à prima damnatione liberatur: quia sicut ante immortalitatem carnis Christi resurgentis nullus adeptus fuit carnis immortalitatem, ita inconueniens dicere videtur, quod ante Christi carnem in qua nullum fuit peccatum, caro Virginis matris vel alterius fuerit absque fomite, quæ lex carnis dicitur siue membrorum. Et ideo videtur melius dicendum, quod per sanctificationem in vtero non fuerit sublatus B. Virgini fomes, sed ligatus remanserit quoad exercitium seu operationem vsque ad cõceptionem filij Dei, per abundantem gratiam in sanctificatione receptam: & postmodum per conceptionem carnis Christi, in qua primo debuit refulgere peccati immunitas credendum est ex prole redundasse in matrem, totaliter fomite subtracto vt dicitur Ezechie. 43. Ecce gloria Dei Israel ingrediebatur, &c.

Prima conclusio.

2. Concluſ.

Ezech. 43.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo tria breuiter sunt exponenda, quid sit fomes, & quomo & quando B. Virgini fuerit ligatus vel ablatus, proximo loco vtrum perfectius compescatur & frenetur inclinatio interior appetitus per gratiã & virtutem inhærentem ipsi appetitui, quam per assistentiam diuinam & prouidentiam extrinsecam. Vt primum exponatur sciendum est, quod D. Thomas. 1. 2. quæst. 82. art. 2. inuestigat diligenter quid sit fomes. Est autem fomes non vt quidam volunt morbida quędam qualitas existens in carne inclinans ad malum, & retardans à bono, neque est qualitas habitualis

D. Tho. Fomes, quid.

habitualis distincta à potentijs; sed ipsemet appetitus sensitiuus destitutus gratia originali, ex quo proficiscitur quod inclinet ad malũ & à bono rationis deflectat, & faciat difficultatẽ in boni prosequutione. Sed est sciẽdum, quod fomes supra appetitum sensitiuum hominis connotat duo: vnum est quod inclinat aduersus rationem; alterum est, quod sit originalis peccati pœna, quod solus Theologus considerat; vnde fomes dicitur peccatum impropriè, tum quoniam inclinat ad peccatum, tum verò quia est effectus peccati. Ex his sequitur, quod appetitus sensitiuus in homine qui crearetur à Deo in puris merisq; naturalibus, non diceretur fomes peccati; quia deficit secunda cõditio. Deinde sequitur, quod secũdum illos qui tenent B. Virginem non fuisse cõceptã in peccato originali, propriè in ea nõ fuit fomes si quidem non fuit effectus peccati originalis. Hactenus expositum est, quid sit fomes. ¶ Deinde verò cõsiderãdũ est, quomodo & quãdo B. Virgini fuerit ablatus vel ligatus. De qua re ista documẽta D. Thomæ sunt obseruanda. Primum; in B. Virgine nunquam fomes inclinauit ita vt habuerit actum cõtra rationem; quod ita esse demonstrabitur euidẽtius in articulo sequenti. Secundũ documẽtũ, neq; etiã habitualiter inclinauit ad malũ quia fortè hæc inclinatio non potest esse sine actu. Tertiũ documentũ, in prima sanctificatione nõ habebat ab intrinseco, quod nõ inclinaret ad malum, sed magis ex prouidẽtia diuina, & ideo dicitur ligatus: manus enim tũc ligata dicitur, quæ ex se & ab intrinseco potestatẽ habet aliquid apprehendendi, at nõ potest propter ligamen & vinculũ. Sic accidit in prima sanctificatione B. Virginis; postmodũ autẽ in incarnatione postquã Dei filiũ cõcepit ad maiores producta est honores, & totaliter fomes est ablatus quia ab intrinseco per abundãtiam gratiæ & virtutũ ipse appetitus mãsit omnino rationi subiectus sicut fuit in Adam in iustitia originali ante peccatũ & sicut in beatis post resurrectionẽ. Hæc est sentẽtia D. Thomæ, quæ non est domi suæ nata, sed accepit eam ex sanctis Patribus. Nam Damasc. lib. 3. de fide ca. 2. inquit; Spiritus sanctus superueniens purgauit Virginẽ. Et Ambrosius tractãs verba illa; Spiritus sanctus superueniet in te, tradit Spiritũ sanctũ purgasse eã à sordibus peccatorũ antequã cõciperet verbũ. Casianus idem habet in lib. cõtra Nestoriũ hæreticũ edisserens verba Lucæ cõmemorata. Arnobius etiã super Psal. 14. Iesus, inquit, immaculatus solus virgineã aulam ingressus ipsum tabernaculum à maculis carnalibus liberauit, & dedit sanctificationem potius quã accepit. Maculam carnalem vocat Arnobius fomitẽ, qui est effectus carnalis maculæ originalis. Probatur deinde hæc sentẽtia rationibus D. Thomæ. Prima est, primum in vnoquoque genere est causa reliquorum, sed Christi caro prima est in genere sanctitatis, ac suapte natura ex vi natiuitatis & per se sancta, iuxta illud quod dixit Angelus Virgini Luc. 1. Ideoq; quod nascetur ex te sanctum, ergò illa caro fuit causa totius sanctitatis carnalis in Virgine. Secunda ratio est, principiũ seu finis seu cõsummatio rei cuiusq; sibi inuicẽ respondet, sed Christi caro fuit prima in consummatione sanctitatis carnalis, & ex ea deriuata est ad reliquã carnẽ talis consummatio, ergo fuit etiã prima in sublatione fomitis. Minor probatur, & explicatur, cõsummata salus & sanctitas carnalis est immortalitas quæ habetur in resurrectione, sed Christus Dominus primus resurrexit à mortuis in vita immortali iuxta illud 1. Cor. 15. Christus primitiæ dormientiũ. Et ad Eph. 1. & Apoc. 1. dicitur, primogenitus ex mortuis, consequẽtia verò probatur, quoniã inchoatio salutis carnalis est fomitis sublatio. ¶ Sed dicet Theologus, nõ facilè intelligitur quomodo fomes totaliter auferatur, nam fomes est inclinatio quædã naturalis & habitualis in suũ obiectũ, sed inclinatio naturalis habitualis nõ potest penitus auferri, nõ certè magis quã natura ipsa, & appetitus sensitiuus, ergo nũquã fomes totaliter aufertur. Hoc argumento cõuictus Durand. in 3. d. 3. q. 3. dicit, se non videre quomodo fomes totaliter auferatur nisi in sensu quodã metaphorico quem ipse ibidẽ prosequitur. ¶ Sed melius respõdetur, quod nunquã tollitur inclinatio naturalis appetitus sensitiui in suũ obiectũ per gratiam quamlibet maximã, nec per iustitiam originalem; verum tollitur imbecillitas & infirmitas huius inclinationis naturalis. Hæc siquidẽ imbecillitas est fomes, & ideo verisimè dicitur, quod fomes interdũ totaliter auferatur. Hæc de secũdo dixisse sufficiat. ¶ Sed iam ad explicationẽ tertij accedamus, & dico fomitẽ perfectius auferri per gratiã, quam per diuinam prouidentiã extrinsecã: imo aio tantummodo auferri per gratiã, sicut infirmitas tantũmodo aufertur per sanitatem, verum quãdiu fomes non tollitur perfectius impeditur per diuinã prouidentiam, & vt ita dicam, manutenẽtiam extrinsecam, quam per gratiam. Etenim diuina prouidentia extendit se ad interiora omnia & exteriora amouendo cuncta, quæ possunt esse in causa vt operatio deflectat à rationis regula: gratia vero pendet in suo vsu & opere à ratione, & ideo quando non est adeo copiosa & exuberans vt fomitem penitus tollat & extinguat, non potest ita perfectè cõtinere appe-

Quomodo fomes fuerit sublatus B. Virgini.

Damasc.

Ambrosius

Casian.

Arnobius.

Lucæ. 1.

1. Cor. 15.

Ad Ephe. 1.

Apocal. 1.

Obiectio.

Durandus.

Solutio.

Fomes per quid auferatur perfectius.

titum sensitiuum in virtutis officio. De cæteris quæ pertinent ad hunc articulum videdus est Dominus Caietanus.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm per huiusmodi sanctificationem fuerit cõsecuta, vt nunquã peccaret.

153 3.d.3.q.2. art.3.& di. 13.q.1.art. 2.q.1.cor. Et 4.dist.6. q.1.ar.1.q. 2.cor. Et op.3.c.228 & 231. Et opu.7.c.6. prin.col.2. Et opu.60. ca.3. *arti.præc. to.12,to.3.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd per sanctificationem in vtero non fuerit beata virgo præseruata ab omni peccato actuali. Quia vt dictum est*, post primam sanctificationem fomes peccati remansit in Virgine. Motus autem fomitis etiam si rationem præueniat, est peccatum veniale, licet leuissimum: vt Augustinus dicit in lib. de Trinit. Ergo in beata Virgine fuit aliquod peccatum veniale. ¶ 2. Præterea, Super illud Lucæ.2. Tuam ipsius animam pertransibit gladius, dicit Augustinus* in quæst. veteris & noui Testamenti, quòd beata Virgo in morte Domini, stupore quodam dubitauit. Sed dubitare de fide, peccatũ est. Ergo beata Virgo non fuit præseruata immunis ab omni peccato. ¶ 3. Præterea, Chrysost. super Matt. exponens illud, Ecce, mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te, dicit, Manifestum est, quòd solùm ex vana gloria hoc faciebant. Et Ioan.2. super illud, Vinum non habent, dicit idem Chry*. quòd volebat illis ponere gratiam, & seipsam clariorem facere per Filium: & fortasis quid humanum patiebatur, quemadmodum & fratres eius dicentes, Manifesta teipsum mundo. Et post pauca subdit, Nondũ enim, quam oportebat, de eo opinionem habebat. Quod totum constat esse peccatum. Ergo beata virgo non fuit præseruata immunis ab omni peccato. ¶ Sed cõtra est quod Augustinus*. dicit in lib. de natura & gratia, De sancta Virgine Maria propter honorẽ Christi, nullã prorsus cùm de peccatis agitur, habere volo quæstionem. Inde enim scimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatũ quòd concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum.

In q.ex nou.test.q. 73. circa med. to.4. Ho.45. in Matt. to.2. Homi. 20. in Ioã. cir. med illius, tom.3. ca.36.ante med. to.7.

Respondeo dicendum, quòd illos, quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat & disponit, vt ad id, ad quod eligũtur, inueniantur idonei, secundum illud secundæ ad Corint.3. Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti. Beata autẽ Virgo fuit electa diuinitùs, vt esset mater Dei: & ideo non est dubitandũ quin Deus per suam gratiam eam ad hoc idoneam reddidit, secundum quod Angelus ad eam dicit, Inuenisti gratiã apud Deum: ecce concipies, &c. Non autem fuisset idonea mater Dei, si peccasset aliquando: tum quia honor parentum redundat in prolem secũdum illud Prou. 17. Gloria filiorum, patres eorum: vnde & per oppositum ignominia matris ad filium redundasset. Tum etiã, quia singularem affinitatem habuit ad Christũ, qui ab ea carnem accepit. dicitur autem secundæ ad Corint. 6. Quæ conuentio Christi ad Belial? Tum etiam, quia singulari modo Dei filius, qui est Dei sapiẽtia, in ipsa habitauit: non solum in anima, sed etiam in vtero. dicitur autem Sap. 1. In maleuolam animam nõ introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et ideo simpliciter fatendum est, quòd beata Virgo nullum actuale peccatũ commisit, nec mortale, nec veniale: vt sic in ea impleatur quod dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Ad primum ergo dicendum, quòd in beata Virgine post sanctificationem in vtero remansit quidem fomes peccati, sed ligatus: ne scilicet prorumperet in aliquem motum inordinatum, qui rationem præueniret. Et licet ad hoc operaretur gratia sanctificationis: non tamen ad hoc sufficiebat: alioquin virtute illius gratiæ hoc ei fuisset præstitum, vt nullus motus posset esse in sensualitate eius, nisi ratione præuentus: & sic fomitem non habuisset, quod est contra supradicta*. Vnde oportet dicere, quòd

In corp. & arti.præc.

quòd complementum illius ligationis fuit ex diuina prouidentia, quę non permittebat aliquem motum inordinatũ ex fomite prouenire. ¶ Ad secundum dicendum, quòd illud verbum Simeonis, Origenes†, & quidam alij doctores exponunt de dolore, quem passa est in Christi passione. Ambr*. autem per gladium dicit significari prudentiam Mariæ, non ignaram mysterij cælestis: viuũ est enim verbum Dei & validũ, & acutius omni gladio acutissimo. ¶ Quidã verò per gladium dubitationem intelligunt. quæ tamen non est intelligenda dubitatio infidelitatis, sed admirationis & discussionis. Dicit enim Basilius in Epistola ad Optimum, quòd beata Virgo assistens cruci, & aspiciens singula, post testimonium Gabrielis, post ineffabilem diuinæ conceptionis notitiam, post indigentem miraculorum ostensionem, animo fluctuabat: ex vna scilicet parte videns eum pati abiecta, & ex alia parte cõsiderans eius mirifica. ¶ Ad tertium dicendum, quòd in verbis illis Chrysostomus excessit. Possunt tamen exponi, vt intelligatur in ea Dominum cohibuisse non inordinatum inanis gloriæ motum quantum ad ipsam, sed id quod ab alijs posset æstimari.

Ho. 18. in Luc. in medio & deinceps, to. 3.

* Amb. li. 2 in Luc. in c. cuius tit. est De Simeone & Anna, to. 5.

† Origenes

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est, per sanctificationem fortita est vt nunquam peccaret. Nam D. Aug. lib. de natura & gratia sic scribit: de sancta Virgine Maria propter honorem Christi nullam prorsus cum de peccatis agitur habere volo quæstionem. Inde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendũ ex omni parte peccatum, quod concipere ac parere meruit eum, quem constat nullũ habuisse peccatũ. Certè quos Deus eligit ad aliquid, ita præparat, & disponit, vt ad id inueniantur idonei. Erat autem electa Virgo, vt esset mater Dei: ergo non cõueniebat quod peccaret, quia honor parentũ redũdat in filios Pro. 17. & propter singularem affinitatem, quam habebat ad Christum, atque propter singularem inhabitationem Christi non solum in eius anima, sed & in vtero, dicendũ est; quod nec mortale, nec veniale vnquam commiserit.

Auguſt.

Prou. 17.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo est quæstio grauis & perdifficilis, Vtrùm B. Virgo in hac vita existens fuerit impeccabilis? A parte negatiua sic arguitur: Nam tunc erat viatrix, viatorũ autem est posse peccare, & posse non peccare, ergo erat peccabilis. ¶ Deinde, si non potuit peccare, ergo necessario implebat diuina præcepta, ergo non libere. Ex quo consequens est, quod in obseruatione præceptorum Dei nihil meruerit. ¶ Præterea, hæc argumẽtatio necessaria videtur. Est præceptum legis diuinæ, ergo cõfirmatus in gratia cuiusmodi fuit B. Virgo implet illud. Antecedens non est in manu eius, ergo nec consequens, ergo non habet libertatẽ, sed B. Virgo habuit libertatẽ vt planè constat, ergo nec fuit cõfirmata in bono, neq; omnino impeccabilis. ¶ Ad hæc: si B. Virgo fuit impeccabilis, ergo in suis operibus maximè cum diuina præcepta implebat laudẽ non merebatur, in eo nãq; est vera & solida virtutis laus vt habet diuina sententia, quod possit trãsgredi, & nõ sit trãsgressus legis præcepta. ¶ Vltimo; B. Virgo in hac vita agẽs peccauit, ergo nõ fuit impeccabilis. Antecedens demõstratur: in primis ex autoritate sanctorũ Patrũ Sancti nãq; & grauissimi quidẽ videntur tribuisse B. Virgini geminũ peccatum, alterum infidelitatis, alterũ inanis gloriæ affectus. De priore peccato, inquit Origen. hom. 20. in Luc. super illa verba. c. 2. & ipsi non intellexerunt. Attendite quia necdũ plenam fidem Ioseph & Maria habebãt, & hom. 17. in Lucã super illa verba & tuam ipsius animã pertransibit gladius dicit: quid? putamus quod scandalizatis Apostolis mater Domini fuerit à scandalo immunis, si scandalum in passione Domini non passa est, non est mortuus Iesus pro peccatis eius; & cætera quę sequũtur vsque ad illud: & hoc est quod nũc Simeon prophetat tuam ipsius animam pertransibit infidelitatis gladius & ambiguitatis mucrone ferieris, & cogitationes tuę te in diuersa lacerabũt. Aug. itidem lib. quæst. vet. & noui test. q. 73. super istũ Lucæ locũ quod adiecit: & tuã ipsius animam pertransibit gladius hoc vtique significauit quia etiam Maria per quam gestum est mysterium incarnationis Saluatoris in morte Domini dubitaret. Item Chrysost. homil. 49. super Genes. introducit Gabrielem sic loquẽtem cum Virginem salutauit: quia adeo increpula es, per hoc crede ecce Elisabeth, &c. & in Psal. 13. inquit: Quomodo Christus crucifixus fuit, non fuit qui faceret bonum, discipũli omnes fugerunt Ioannes nudus recedit, Petrus negat, ipsius Mariæ matris animam gladius dubitationis pertransit. Theoph. Luc. 2. inquit:

Vtrùm B. Virgo fuerit in hac vita impeccabilis.

Primũ arg.

Secundum

Tertium.

Quartum.

Vltimum.

Origen.

Auguſt.

D. Chryſo.

Theophil.

inquit: fortasis dolorem, fortasis & scandalum dicit gladium quo Maria offensa fuit. De
Chrysosto. posteriore peccato inanis glorię legatur Chrysosto. hom. 45. in Matth. sup. illud ca. 12. Ecce mater tua & fratres tui, & hom. 20. in Ioan. super illud. c. 2. quid mihi & tibi est mulier, quibus locis assentiuntur Chrysost. duo illius assecłæ Theophil. & Euthymius. Secūdo idem probatur: rationes D. Thomæ in præsenti art. non magis probant de actuali peccato, quam de originali, sed de originali non, ergo. Tertio idem demōstratur, B. Virgo orabat in oratione Dominica; dimitte nobis debita nostra, sed Concilium Mileuitanum Can. 6. & 8. ex hoc quod sancti sic orāt colligit eos habuisse venialia saltem peccata, & non tantum humiliter verumetiam veraciter dixisse; dimitte nobis debita nostra, ergo. Demum idem antecedens ostenditur, B. Virgo non fuit cōfirmata in gratia in prima sanctificatione, sed potuit peccare vsque ad sanctificationem secūdam, ergo peccauit aliquando in tam longo tēpore. In contrarium est, quod hic docet D. Tho.

Prima conclusio. B. Virgo nullum habuit peccatū actuale. Conci. Tri.

¶ Pro explicatione est prima conclusio, error est manifestus contra fidem asserere quòd B. Maria habuerit aliquod peccatum actuale. Nam in Conc. Trident. Sess. 6. can. 23. diffinita est hæc conclusio, & constat ex traditione Ecclesiastica; & quidam concionator, qui contrarium visus est Romæ prædicare non rectè explicans autoritatem D. Aug. superius commemoratam coactus est publicè recātare sententiam. Rationes etiam D. Thomæ in artic. ide efficaciter probāt, tum quod nō esset idonea mater Dei si peccasset actualiter, etenim ignominia matris redundat in filiū: tum quia diuina sapientia habitauit vterum Virginis, & in maleuolam animam non introiuit sapiētia, tum denique quia habet affinitatem ad filiū, at nulla conuentio Christi ad Belial. Sed dices istæ rationes multò melius probāt de peccato originali, quod reuera peccatum est. Verum si documenta in secundo articulo posita considerentur liquidum est, quomodo non est eadem ratio de peccato actuali & originali.

2. Concluſ. Motus inordinatus non fuit in B. Virgine.

¶ Secunda conclusio, B. Virgo nullum prorsus actum aut motū inordinatum habuit etiā sine peccato. Volo dicere, quod nullū habuit motum etiam primo primum, vt loquuntur Theologi, circa res illicitas. Pro cuius explicatione obseruandum est, quod D. Thomas in

D. Tho.

solutione ad primum, videtur insinuare quod B. Virgo habuerit talem actum saltem ante Christi incarnationem, inquiens, quod gratia sanctificationis in vtero non erat sufficiens, vt appetitus B. Virginis nullum haberet motum inordinatū. Et certè rationes D. Thomæ in hoc articulo solum videntur probare non fuisse in Virgine actum fomitis cum peccato, sed & videtur esse proprium Christo, quod non habuerit talem motum propter plenitudinem gratiæ quam habuit secundum totam rationem & virtutū & gratiæ, quæ plenitudo propria fuit soli Christo, vt dictum est q. 7. Nihilominus tamen id, quod asserit nostra conclusio verum est; quod cōstat primum ex sententia Richardi de Sancto Victore lib. 2. de Emanuele cap. 28. & cap. vltimo, ait enim, quod Sancti tenebantur ne expugnarentur à peccato, sed B. Virgo tenebatur etiam ne expugnaretur, id est, ne dum tentaretur. Idem probatur ex doctrina D. Thomæ in his articulis. Etenim ex eius documētis habetur, quod B. Virgo nullum vnquā habuit fomitis actū; si quidem semper habuit illum aut ligatum aut extinctum: at motus illi inordinati sunt actus fomitis præueniētes vsum rationis. Pręterea, Adam in statu innocentiæ non habuit tales motus, ergo nec B. Virgo. Siquidem copiosior fuit gratia B. Virginis, quam Adæ in statu innocentiæ ad vincendum omni ex parte peccatum. Certè omne priuilegium gratiæ possibile, quod non derogat dignitati Christi est concedendum B. Virgini, sed tale est hoc priuilegium de quo facimus sermonem, ergo fuit illi cōcessum. Nec Sanctus Thomas vnquam insinuauit contrarium. Nam in solutione. 1. concedit quidem fomitem in Virgine ante incarnationem non posse modum, sed neutro in tempore concedit fomitis actum: neque est eadem ratio de Christo. Nam Christo ex vi conceptionis & natiuitatis suæ dona ta est gratia, cui repugnabat fomes & omnis inclinatio ad malum, at B. Virgini non ex vi conceptionis aut natiuitatis suæ, sed ex priuilegio donata est gratia, quæ primum ligaret fomitē, deinde prorsus tolleret: quæ gratiæ plenitudo est plenitudo quæ conuenit dignitati matris Dei, non plenitudo ex parte ipsius gratiæ, qualis futura erat in Christo Iesu, in quo est omniū gratiarū plenitudo.

Richardus de Sancto Victore.

Discrimen inter Christū & B. Virginem quā tum ad fomitem peccati.

3. Concluſ. B. Virgo fuit secūdū quid impeccabilis. Durandus:

¶ Tertia cōclusio, Maria dum erat in via simpliciter loquendo potentiā habuit ad peccandū, at secūdum quid impeccabilis erat. Pro huius cōclusionis elucidatione sciēdum est, quòd Durand. in. 3. dist. 3. q. 4. acutè satis disserit de impeccabilitate Mariæ, & omnium, qui in bono sunt confirmati, quantum ad peccata mortalia vt fuerunt Apostoli. In primis nanque statuit pro certo, quod B. Maria dum fuit viatrix potentiam habuit ad peccādum ex intrinseco, tum quia erat viatrix in statu merendi, & demerendi constituta, tum quia impeccabilitas conuenit beatis, quia vident Deum, & sunt compre-

comprehensores, ergo Maria dum non comprehẽdebat peccabilis erat ab intrinseco. Deinde statuit etiam pro certo, quod ab extrinseco erat impeccabilis, nam ex diuini spiritus gubernatione dirigebatur in cunctis agendis & vitandis, & quicquid ad malum prouocare debuisset Spiritus sanctus summouebat, & quod ad bonum inducturum erat illud offerebat. Tandem docet Durandus, huiusmodi impeccabilitatẽ ab extrinseco Virgini affuisse ex prima sanctificatione in vtero. Nam simulatq; concepta est Maria, quia erat futura mater Domini, singularissima cura illi prouisum est ab Spiritu sancto, & quanquã in infantia nondum adueniente vsu rationis non poterat peccare aliunde etiam erat impeccabilis. Idem docet de sanctis Apostolis fuisse confirmatos in gratia Dei, vt essent impeccabiles mortaliter ab extrinseco, non autem ab intrinseco. Sed est sciendum, quod nonnulli Doctores graues dissentiunt à Durando in duobus. Primum in eo quod dicit, quod impeccabilitas affuit B. Virgini ex prima sanctificatione.

Marsilius. Marsilius nanque in.3.q.4.art.1.concl.5. existimat, quod vsque ad secundam sanctificationẽ Virgo potuit peccare, quia habuit liberũ arbitrium nondum in bono confirmatum; deinde probat, quia primus parens potuit peccare licet non habuerit fomitem, & præditus fuerit iustitia originali, ergo etiam B. Virgo potuit peccare licet nũquam peccauit. Idem videtur

D.Thom. D.Bonauẽ. docere D. Thomas in.3.d.3.q.1.art.2.quæstiũcula.2. & quæstiun.3. & D. Bonauen. in eadem

Alexand. Alensis. dist.artic.2.q.2. Alexander Alensis in.3.p.q.9. art.2. Itaque sententia istorum Doctorum videtur, quod ante conceptionem Christi non fuit confirmata, sed perseuerauit sine peccato eo modo quo alij boni & sancti viri non confirmati perseuerant aliquo tẽpore sine peccato. Durandus verò constanter affirmat, quod à principio sit confirmata in bono, & hæc sententia mihi maximè probatur, & ita tenet hic

Arguitur cõtra Marsilium. D. Thomas quicquid in. 3. dixerit. Imo quidam existimant opinionem Marsilij esse errorem, & probant his argumẽtis. Nam si potuit peccare ante secundam sanctificationem, vnde habetur quod non peccauerit in tam longo temporis spatio? Deinde, Angelus ante Christi incarnationem salutauit gloriosam Virginem, inquiens: Aue gratia plena. Quibus verbis & his quæ postmodum subiunxit: inuenisti gratiam apud Deum, significatur iuxta omnium patrum expositionem gratiæ plenitudo Virgini matri propria, sed cum plenitudine gratiæ debita matri Dei, nõ potest esse peccatum etiam veniale, vt D. Thomæ rationes in articulo efficaciter probant, ergo ante secundam sanctificationem fuit impeccabilis. Item, si toto tempore vitæ ante cõceptionem Christi fuit sine peccato licet nõ fuerit impeccabilis, neque in bono confirmata; idem dicã de toto spatio vitæ & sic non est opus secũda sanctificatione, nec dono confirmationis. Vere ergo dixit Durandus, quod fuit cõfirmata in bono ab instanti primæ sanctificationis.

¶ Sed iam videamus secundum in quo differunt Doctores à Durandi placito & sententia, arbitrantur nanque D. Bonauẽtura & Alexander Alensis, quod confirmati in gratia fiunt impeccabiles ab intrinseco per plenitudinem gratiæ, & virtutum, & sic B. Virgo post conceptionem Christi, & secundam sanctificationẽ per quam habuit plenissimè sanctitatẽ & gratiã fuit facta impeccabilis ab intrinseco, idq; probant duobus argumentis. ¶ Primum sic habet: confirmatus in bono differt à non confirmato per aliquid intrinsecum, quod habet in se, alioqui beneficium confirmationis nihil poneret in confirmato, sed hoc intrinsecũ nihil aliud videtur esse quam plenitudo, & perfectio virtutum, ergo cõfirmati habent quod sint impeccabiles ex perfectione, & plenitudine virtutum. ¶ Deinde, gratia & virtutes confirmant hominem in bono, ergo tanta potest esse plenitudo gratiæ & virtutum, vt fiant impeccabiles. Durandus in.2.d.7. q.1. loquẽs de beatis scribit esse impeccabiles ab intrinseco ex eo, quod habent cognitionem plenã boni & mali in omnibus actibus suis; ex quo consequens est, quod non possint peccare quia omnis peccans est ignorans, & prius errat quam peccet. Idẽ potest dici de cõfirmatis quandoquidẽ confirmati non possunt errare. D. Tho. de veritate.q.24. art.9. existimat nullũ viatorum per gratiã solam habitualẽ posse cõfirmari in bono, vt impeccabilis euadat nisi prẽsens etiam fuerit Dei assistentia particularis, & diuini spiritus custodia singularis. Hæc sententia est mihi certissima, quam demonstro esse veram his argumentis. In primis in Concilio Arausicano cap. 10. & in Concilio Tridẽtino diffinitum est aliud præsidium diuinum præter gratiam habitualem esse necessariũ ad perseuerandũ in bono, ergo multo magis vt confirmatus in bono impeccabilis existat. Præterea, habitus virtutum quamlibet sint perfecti non necessitãt voluntatẽ, nec præstant vt fiat impeccabilis habitibus enim vtimur cũ volumus, ergo perfectio & plenitudo virtutũ animã in hac vita existẽte nõ reddit impeccabilẽ. Certè si perfectio virtutũ facit hominẽ impeccabilẽ & confirmatũ in bono, sequitur, quod homo possit se confirmare in bono, & reddere impeccabilẽ; potest si quidẽ perfectionem virtutum

Sententia Bonauenturæ, & Alexandri.

Primũ arg.

Secundum.

Durandus.

D.Tho. Confirmati in gratia sunt impeccabiles ab extrinseco.

Conc. Arausicanum.

Conci. Tri.

virtutum omnium adipiſci & obtinere. Iam vero Ioannes Baptiſta (verbi cauſa) multo maiorem gratiam habitualem habebat quam anima infantuli, quæ ſtatim atque regenerata eſt per baptiſmum erepta corpore Deum videt; at anima illius infantuli impeccabilis eſt, & nō anima Baptiſtæ dum erat in via, ergo non ex abundantia gratiæ & virtutum euadit anima impeccabilis, ſed ex eo quod videt Deū facie ad faciem. Videns nanque Deum, vt in alio loco à nobis eſt demonſtratum neceſſario amat Deum, & non poteſt eum non diligere: vnde ſecundū documenta diuinæ Theologiæ tres oportet ſtatuere confirmationis gradus. Primus tribuendus eſt beatis, qui ex viſione diuinitatis ab intrinſeco confirmantur in bono diuino ſic vt nō poſsint ab eo ſeparari aut diuerti. Secundus gradus tribuendus eſt B. Virgini, quæ ex Dei prouidentia, & gratia habituali, & ex proprio rationis imperio ſortita eſt vt nūquam peccaret peccatum mortale aut veniale. Tertium ſtatum tribuimus Apoſtolis, qui poſt acceptam Spiritus ſancti gratiam in die Pentecoſtes, ſic ſunt in bono confirmati vt poſtmodum nunquā mortaliter peccauerint. Ex his documentis ſi rectè expendātur liquido conſtat id, quod aſſerit tertia noſtra cōclu ſio, videlicet, quod B. Virgo interim dum erat in via ſimpliciter loquendo habuit potētiam ad peccandum, ſed ſecundum quid impeccabilis erat. Sed probatur euidentius ex argumē tis, quæ in principio huius quæſtionis propoſita ſunt, quæ oſtendunt euidenter illam fuiſſe peccabilem, & potuiſſe tranſgredi diuina præcepta: Nihilominus tamen ex ſpeciali Dei prouidentia ſic illuminabat Deus eius intellectum, afficiebatque voluntatem non neceſsitando, ſed libere gubernando vt confirmata in bono & ſtabilita amplius non potuerit peccare, & hoc ſatis fuerit vt dicatur impeccabilis ſecundum quid. Etenim conciliū generale ritè congregatū errare non poteſt nō ex reuelatione intrinſeca, ſed ex directione Spiritus ſancti concilio ſemper aſsiſtētis: ſic ſanè ſe habuit B. Virgo vitā iſtam mortalem agens. Sed iam tempus eſt, vt argumenta in principio propoſita confutemus, nam ex eorum confutatione facilius patebit quomodo Maria ex modo confirmationis fuerit quodammodo impeccabilis. ¶ Ad primum, & ad ſecundum, & ad tertium dicendum eſt, conuincere euidenter quod B. Virgo ex intrinſeco habebat libertatem ad peccandum, & poterat tranſgredi diuina mandata, ſed ex Dei gratia & protectione conſequuta fuit vt nūquam peccaret. ¶ Ad quartum argumentum negādum eſt antecedens, & ad primam probationem ex teſtimonijs Sanctorum dicendum eſt, Originem, Auguſtinum, Chryſoſtomum dixiſſe B. Virginem dubitaſſe de filij ſui diuinitate ad pedem crucis conſiſtentem non quidem hælitando, ſed admirando. Mirabatur enim arcanum Dei conſilium qui filium ſuum vnigenitum tantis voluerit cruciari tormentis. In cuius ſolutionis confirmationem allegat hic D. Thomas D. Baſilium in Epiſtola ad Optimum. Sed hęc Epiſtola, vt verum fatear, inter Epiſtolas D. Baſilij, quæ nunc circunferuntur non inuenitur. Chryſoſtomus verò dicens ex verbis illis: fili vinum non habent; Mariam inanem gloriam ambijſſe, intelligendus eſt non quod ipſa ambierit, ſed quod exiſtimata eſt ambijſſe. Itaque B. Maria non habuit talem affectum, ſed qui aderant exiſtimarunt habuiſſe. Aut dicendum eſt, Sanctos Doctores nonnulla protuliſſe de ſuo, in quibus decepti ſunt, nec mirum, erant enim homines. Ad ſecundam probationem dicēdum eſt, rationes D. Thomæ rectè procedere de peccato actuali & non de peccato originali, quod non propria voluntate commiſſum eſt, & oportuit ineſſe B. Virgini vt à Chriſto verè & propriè redimeretur. Ad tertiam probationem reſpōdetur Concilium Mileuitanum rectè colligere ſecundum communes gratiæ leges & regulas: ex his autem legibus excipienda eſt B. Virgo ex priuilegio & prærogatiua diuinæ gratiæ: dicebat autem & ipſa veraciter, dimitte nobis debita noſtra, quoniam nomine Eccleſiæ, in qua erant peccata venialia precabatur. Ad quartam probationem negandum eſt antecedens, iam enim ſupra oſtendimus quemadmodum B. Virgo in prima ſanctificatione fuerit in bono confirmata. ¶ Sed iam reſpondeamus ad argumenta partis affirmatiuæ, quæ probare videntur B. Virginem ſimpliciter fuiſſe impeccabilem ex eo, quod erat confirmata in bono. Pro quorum confutatione ſciendum eſt, quod Alexander Alenſis. 3. parte quæſtione. 9. tenet quod confirmatus non habet libertatem ad implenda præcepta, vnde videtur concedere, quod non meretur implendo illa, meretur tamen ſequendo diuina conſilia. Almaynus vero in. 3. d. 12. q. 2. concedit, quod in confirmatis non manet libertas in obſeruatione diuinorum mandatorum, verum inquit quod merentur in eorum obſeruatione; nam quanuis de lege requiratur libertas ad meritū non tamen præter legem vt in confirmatis. Idem tradit Olchot in. 1. diſtinct. 1. martyrium, inquit innocentum fuit meritoriū licet nō liberum. ¶ Sed iſtorū ſentētia eſt omnino irrationabilis, & quæ nulla ratione ſuſtineri poteſt. Nam

Triplex cō firmationis gradus.

Ad argumē ta in principio. Ad primum, & ſecundum, & tertium.

Ad quartū explicātur autoritates Sanctorū.

Ad argumē ta quæ probant B. Virginem eſſe impeccabilem ab intrinſeco.

Alexander.

Almaynus.

Olchot.

Confirmati in gratia habent libertatem.

Nam D. Paulus cõfirmatus erat in bono vt habet sana doctrina, at liber erat in obseruatione
1.Corin. 9. diuinorum mandatorũ ipse enim. 1. Corint. 9. sic inquit: castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus
2.Cor. 12. efficiar. Et 2. Corint. 12. datus est mihi stimulus carnis meę, qui me colaphizet, propter quod ter Dominum rogaui, &c. Ecce Paulus poterat esse reprobus, & oratione indigebat ne in peccatum incideret. Deinde, obstinatio non tollit libertatẽ ad transgredienda diuina præcepta, ergo nec cõfirmatio ad illa adimplẽda. Consequentia videtur nota, & probatur antecedens. Nam dãnati qui sunt in malo obstinati liberè peccant, alioqui non peccarent, peccatũ enim adeo est liberũ, & voluntarium vt si liberũ non est, peccatũ non est. Præterea, Deus potest confirmare hominẽ in bono salua libertate, & hoc decet vt cõfirmatus in officio virtutũ liberè se habeat & corã Deo promereatur, ergo; antecedẽs probatur. Nã Deus potest seruare aliquos à peccatis salua libertate, vt quidã satis piè existimant de D. Benedicto, Nicolao, & Sancto Thoma, ergo etiã potest confirmare & stabilire hominem in bono salua libertate. Ad hæc, prædestinatio nõ tollit libertatem circa finale peccatũ, potest enim prædestinatus in peccato mori & damnari vt habet sana doctrina, ergo nec confirmatio tollit libertatem circa præceptorum impletionẽ, consequentia inde probatur. Nam sicut Deus statuit, quod prædestinatus non moriatur in peccato, ita statuit, & decreuit vt confirmatus in bono non peccet saltem mortaliter. Hoc ipsum confirmatur, nam Deus liberè cõseruat confirmatũ à peccatis, ergo cõfirmatus liberè abstinet à peccatis. Antecedẽs probatur. Nam alioqui Deus necessitaretur ad conseruãdum hominem à peccatis. Demum arguitur, deducendo ad incommodũ. Nam aliãs ex priuilegio cõfirmationis magnũ detrimentũ acciperent homines si non mererẽtur in diuinorum mãdatorũ adimpletione. Item aliãs sequitur, quod Apostoli per prædicationem, & martyrium nihil fuissent promeriti siquidẽ tenebantur Euangelium prædicare, iuxta illud: vę mihi si non euangelizauero. Tenebantur rursus vitam pro Christo effundere, vt planè constat ex diuinis scripturis. Imo sequitur, quod Christus moriendo nihil promeruit quandoquidem habuit mandatum à patre, vt moreretur. Ex dictis sufficienter probatum est, quod cõfirmati habent libertatẽ in obseruatione mandatorum Dei, & quod possunt absolutè peccare in eorum transgressione. ¶ Alij dicunt, quod confirmati sunt liberi, & exempti ab omni lege, & ideo quicquid faciant in crimine non tenentur. Sed improbatur hoc dogma his argumentis, tum quoniam præcepta iuris naturæ sunt indispensabilia; sic adeo, vt Deus in eis dispensare non valeat vt ostensum est Prima secũdæ in materia de legibus: tum etiã quia vnicuiq; homini viatori dicitur illud: si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et illud Matth. vltimo de omnibus dicitur; Docentes eos seruare quæcũq; præcepi vobis: tum tertio, quoniam si hæc sententia vera esset; cõfirmati perderent magnam partem meriti quia præstat facere aliquid ex præcepto, & obediẽtia quam sponte & propria voluntate. Certè absurdum est, & contra sacras scripturas affirmare quod Apostoli non tenerẽtur pręceptis diuinæ legis. ¶ Sed pergunt quidam autores explicare, quomodo confirmati implebant diuina præcepta, quando occurrebat præceptũ, inquiunt illi autores Ocham, Gabriel, Maioris quod Deus, si esset præceptum negatiuũ, statuit non concurrere cum illis ad actũ peccati, si vero est affirmatiuum, tunc confirmatus vel liberè implesset illud; vel si non esset paratus implere, Deus antequam peccaret, causaret totaliter actum, per quem excusatus fuisset à peccato licet non meruisset. Verum hæc sententia fictio est sine aliquo fundamento. Nam iure diuino tenetur confirmatus in gratia credere, sperare, diligere, & elicere prædictos actus, ergo non est intelligibile quod adimpleat præcepta saltem affirmatiua, & non eliciat actum. Profecto absurditas est absurdissima dicere, quod Deus solus producat actum dilectionis, & homo per illũ actum adimpleat præcepta. Adde his esse euidentem contradictionem, quod Deus se solo producat intellectionem, aut volitionẽ in anima hominis, nam prædictæ operationes sunt vitales operationes, de quarum essentia, & ratione intrinseca est, vt procedant à principio intrinseco vitali, & sic non possunt à principio solo extrinseco in animis nostris infundi. ¶ Alia opinio docet, quod in confirmatis manet libertas nõ quantũ ad substantiam actus, sed quãtum ad modũ, scilicet hoc tẽpore, hoc loco, cum hac difficultate, cum hoc labore, cũ tali intentione & obedientia & cõplacẽtia: sic videtur sentire Soto lib. 3. de nat. & grat. ca. 7. Cæterum hæc ratio explicandi nihil valet. Nã in primis alienũ est à diuina Theologia asserere, quod cõfirmatus in gratia nõ mereatur per actũ martyrij, aut dilectionis Dei per quẽ adimplebat præcepta Dei quantum ad substantiam actus. Deinde, iuxta istam rationem explicandi sequitur, quod confirmatus propriè non meretur implẽdo præcepta, sed solum eõ filia. Cum enim facit quod tenetur vt sic non meretur,

Confirmati nõ sunt exẽpti ab omni lege.

Quorũdam Theologorum sententiæ improbabiles.

Magister Soto nõ explicat sufficiẽter libertatem cõfirmatorum.

meretur, sed solũ quia facit intẽsiori volũtate vel maiori cum promptitudine quam sit obligatus. His accedit, quod omnia illa, quę commemorant autores huius opinionis videlicet labor, obedientia, complacentia cadunt sub præcepto, ergo si vera est hęc ratio explicãdi, etiam in his meritum esse non potest. Sed iam labefactatis aliorum sententijs veram & legitimam explicationem breui sermone complectar. Dicendum est ergo, quod in confirmatis manet omnimoda libertas ad implenda præcepta vel non implenda. Hoc ita esse argumenta superius adducta contra alias opiniones liquido ostendunt. ¶ His ergo constitutis ad primum argumentum respondetur, quod confirmatus in sensu composito nõ potest peccare, at in sensu diuiso potest peccare, id est, stante & perseuerante diuina directione in omnibus nõ potest peccare, at absolute peccare potest, sicut supposito, quod Deus me mouet efficaciter ad implendum aliquod præceptum, stante prædicta motione efficaci, non possum nõ operari studiosè, at absolutè possum non operari. Hoc facilè intelligitur si cõsideremus, do num confirmationis nihil aliud esse, quam singularem Dei prouidentiam, qua conseruat, & veluti manu tenet confirmatum, ne labatur. Quidam verò aliter soluunt prædictum argumentum dicentes, quod confirmatus non potest peccare de lege, sed præter legem potentiam habet peccandi, & hoc satis fuerit ad plenam libertatẽ, sicut de lege & iure nullus potest furari, at præter legem potest, non tamen ideo tollitur libertas & multo minus in cõfirmatis, lex enim illorum non maiorem inducit obligationẽ quam antea. Sed hæc solutio nulla esse videtur, nam non explicat rectè quid conferat confirmatis beneficium confirmationis efficax & infallibile: Illud tamen certum est istam consequutionem non esse necessariam: hic non potest peccare, ergo necessario adimplet diuina præcepta, Christus nanque non potuit peccare, at liberè impleuit diuina mãdata, præcipuè illud de morte ineunda pro genere humano. ¶ Ad secũdum argumentũ, quidam respondent, quod confirmatus potest facere vt non sit confirmatus, quod probant his argumentis. In primis ego possum tollere prædestinationem, ergo & confirmationẽ. Consequentia probatur, nam ideo possum tollere prædestinationem, quia possum facere aliquid vnde sequatur, quod non sim prædestinatus, sed & possum facere aliquid vnde sequatur quod non sim cõfirmatus, ergo possum facere quod non sim cõfirmatus. ¶ Deinde ista consequentia est bona; non est prædestinatus, ergo non est confirmatus, sed

Propria sententia.

Ad primũ.

Ad secũdũ.

Dubium, vtrũm confirmatus possit tollere cõfirmationem.

Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

potest quis facere quod nõ sit prædestinatus, ergo potest facere quod nõ sit confirmatus. ¶ Præterea, hæc argumentatio est necessaria: pecco mortaliter, ergo non sum confirmatus, possum verificare antecedens, ergo & consequens. Certè videtur, quod argumenta conuincunt, confirmatum posse facere vt non sit confirmatus in sensu diuiso, quãquam in sensu composito hoc non sit possibile. Rursus videntur efficaciter ostendere, quod possit confirmatus facere quod Deus non concurrat cũ illo, vt obseruet mandata diuina, verum difficile est ad intelligendum quomodo possit tollere legem quam Deus ab æterno statuit confirmãdi istum hominem in bono: solus enim Deus potest tollere legem, quam ipse tulit. ¶ Vnde videtur dicendum, & hæc solutio vt mihi videtur euacuat omnem argumẽtorum difficultatem: dico igitur quod confirmatus non potest tollere confirmationem ex diuino decreto semel positam, cum hoc tamẽ potest præuaricari diuina mandata, & ideo non rectè sequitur: non est in manu hominis confirmati tollere confirmationem, ergo non est in manu eius implere diuina mandata, sicut non rectè sequitur: nõ est in manu mea facere quod Deus heri non sciuerit me hodie lecturum, ergo nõ est in manu mea hodie legere; neq; est simile quod adducitur de eo, qui currit & mouetur, nam si necessario currit necessariò mouetur; ratio discriminis est euidentissima, nam cursus & motus sunt formæ inseparabiles intrinsecè inhærentes in eodẽ subiecto, sed esse scitum vel decretum à Deo non dicit aliquam dispositionem necessario inhærentem subiecto, sed dicit actum scientis vel ordinantis in ordine ad scibile vel ordinabile: ex eo vero, quod actus scientis vel ordinantis sit necessarius, & immutabilis non est necesse, quòd obiectum sit necessarium sed satis est, quod sit infallibile vt subest scientię & ordinationi Dei, sicut ex eo, quod ego vos video scribere quãquam mea visio esset necessaria & æterna non sequitur quod vos necessario scribitis, sed quod infallibiliter scribitis. ¶ Ex his documẽtis confutantur euidenter argumentum, tertium & quartum. ¶ Ad vltimum dicendum, esse verũ quod Deus statuit non concurrere cum confirmatis ad actum peccati. Rursus verum est neminem sine concursu Dei posse quidpiam operari, cæterum aio posse confirmatum habere concursum Dei ad operãdum actum peccati veluti certissimũ est, quod nemo sine lumine potest videre, at qui claudit oculos ne videat lumen potest vtique videre quia potest habere lumẽ. Volo dicere hãc cõsequẽtiam esse inualidã: nemo potest operari

Quartum.

Vera solutio.

Soluuntur argumẽta.

sine

sine concursu Dei, at confirmatus non habet concursum Dei ad actũ peccati, ergo non potest peccare. Sed vt hæc melius explicentur sciendum est, quod ad confirmationem non sufficit quod Deus præordinauerit non concurrere cum aliquo ad peccãdum. Patet, nam ita se res habet in quocunque, qui non peccat mortaliter, at non quicũq; non peccat mortaliter est confirmatus in gratia, sed nec requiritur quod necessario habeat actũ circa præcepta, alioqui obseruatio præceptorũ non esset meritoria: cæterũ sufficit & requiritur, quod Deus statuerit per modum legis & priuilegij præseruare hominẽ ab omni peccato mortali: ex hoc tamẽ vt iam dictũ est nõ tollitur libertas, nam per diuersos actus potest cõfirmatus implere diuinũ præceptũ & ad nullũ illorũ necessitatur vt D. Tho. docuit supra q. 18. art. 4. ad 3. ¶ Hęc de ista quæstione dixisse sufficiat, sed ad eius extremũ animaduertẽdũ est, quod licet B. Maria per gratiã quodammodo fuerit impeccabilis non tamen ex natura sua potuit esse impeccabilis, nulla enim creatura per vires suæ naturæ potest esse impeccabilis: de quo disputatur fusissime à D. Tho. 1. p. q. 63. & à Doctoribus scholasticis in. 2. d. 23. ¶ Est alia dubitatio circa solutionem ad secundum, Vtrùm B. Virgo assistẽs cruci passa fuerit animę deliquium vel spasmum. Et videtur quod sic; nam posita causa ponitur effectus, sed excellens dolor quãdoq; est causa spasmi, vt medici omnes testantur, igitur cum dolor B. Virginis fuerit maximus, vt patet per Damas. lib. 3. dicẽtem, quod dolores quos mater Domini euitauit in partu, passa est in passione filij, tunc enim impletũ est illud Simeonis Luc. 2. & tuã ipsius animam pertrãsibit gladius, ergo potuit causare spasmũ siue animæ deliquiũ. Idẽ argumentum potest fieri de dolore maximo, quo affecta est quando perdidit filiũ suũ duodenũ in templo. Sed hac ratione nihil impediẽte dicendũ est, quod est temerariũ, scãdalosum & periculosum tribuere istos motus inordinatos B. Virgini vel in amissione filij duodeni vel in ipsius filij morte & passione. Quidã cõcionatores fingunt, quod ad modũ rabidæ canis quęsiuit filiũ suũ; quidã vero quod effecta fuerit veluti saxum insensile. Sunt qui dicant, quod tẽpore passionis Domini, Christus ipse sub crucis pondere lassatus ceciderit, & quod B. Virgo mater eius cõpatiens etiam ceciderit spasmata, & passa fuerit animæ deliquiũ. Hæc omnia dicuntur temerariè & scandalosè; cum enim B. Virgo fuerit gratia plena vt habetur Lucæ. 1. oportet illos defectus corporales ei denegare qui plenitudinẽ, perfectionẽq; gratiæ impediunt, constat autẽ quod dolor extra

D. Thom. B. Virgo ex natura sua non potuit esse impeccabilis.

Vtrùm B. Virgo passa fuerit spasmum.

Solutio. Reprehenduntur aliqui concionatores.

Lucæ. 1.

sẽ personã faciẽs exercitium rationis impedit pro tunc, & tunc erat tẽpus conuenientissimũ cõsiderandi actualiter passionẽ Christi, igitur huiusmodi dolor gratiæ perfectionẽ, & actualem considerationẽ perturbasset. Deinde multo gratiosius Deo erat, quod B. Virgo compateretur filio & doleret, siue de morte, siue de amissione filij secundũ partem rationalem & appetitũ intellectiuum, quam secundũ sensitiuum appetitum, at si vsu rationis careret neutiquam posset secundum rationalẽ appetitum dolere, ergo. Maior probatur. Quoniam pars rationalis est præstantior quam sensitiua vtpotè per se libera, per se grata, sensitiua verò per aliud libera, per aliud grata. Tertio, B. Virgo vt erat gratia plena, ita certè prudentia plena, sed isti motus incompositi & solutiores sunt imprudentes motus, ergo. Quartò, maximè miseri sunt & imperfecti hi, qui patiũtur morbos quos diximus, desmayos, animæ deliquia aut mentis alienationem, sed dicere B. Virginem maximè miseram, miserrimum est. Certè ista miseria, & ignominia matris & opprobrium redundaret in filium, ergo &c. Quinto argumentor, speciatim de illo triduo, in quo quæsiuit filium vt refertur Luc. c. 2. etenim si toto illo triduo ad eum modum se gessit, sequitur quod aut toto triduo fuerit sine vsu rationis aut peccauerit, cõsequens quantum ad primam partem blasphemum est dicere, quantum ad secundum erroneũ; cõsequẽtia probatur, quoniam si B. Virgo libertatẽ & rationis vsum in illo triduo non habuit, aut consensit in huiusmodi inordinatos & incõpositos motus, aut certè fuit negligens in reprimendis illis motibus; vtrumque autem horum peccatum est. Maximè confirmatur, quoniam vt diximus B. Virgo non habuit motus primo primos. Item probatur, quoniam iussu inquisitorum reuocantur eiusmodi dicta à concionatoribus. Illud etiam de spasmo B. Virginis tempore passionis Domini à litera Euangelij videtur esse alienum, nam Ioan. 19. dicitur, quod B. Virgo stabat iuxta crucem, non sedet, non prosternitur humi sed stat animo forti & infracto. Nec putes Euangelistam largè dicere, stantem, quasi dixisset manẽtem; tum quia Euangelista repetit dicens: cum vidisset Iesus matrem & discipulum stãtem, tum quia consuetudo scripturæ Euangelicæ est, quãdo rem gestam narrat proprietatem situs describere, vt Ioan. 1. de Ioanne Baptista: stabat Ioannes, &c. Et Ioan. 4. Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem, & Luc. 18. Duo homines ascẽderunt in tẽplũ vt orarent, vnus Pharisæus & alter Publicanus, Pharisæus stans hæc apud se orabat, &c. Et nisi nomina ꝓpriè

Ioan. 19.

Ioan. 1.

Ioan. 4.

Luc. 18.

interpre-

interpretemur, omnia confusa erunt, vt docet Aristot. Arist. 4. metaph. Ad argumentum in principio positum dicendum est, quod quanquam dolor ingens spasmum causare possit, non tamen necessario causat, potest enim & non causare spasmum, vt patet in Saluatore nostro cuius dolor fuit maximus absque spasmo.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm beata Virgo per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem omnium gratiarum.

156 3.di.3.q.1. ar.2.q.3.c. & d.13.q.1. ar.2.q.1.c. Et opus. 8. Et opu. 60. c.3.co.2. Et Ioã 16. co. 3 Et Ro. 8. le.5.co.1.fi.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd beata Virgo per sanctificationem in vtero, non obtinuerit gratiæ plenitudinem siue perfectionẽ. Hoc enim videtur pertinere ad priuilegium Christi: secũdum illud Ioan.1. Vidimus eum quasi vnigenitum à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Sed ea quæ sunt propria Christi, non sunt alteri attribuẽda. Ergo beata Virgo plenitudinẽ gratiarũ nõ accepit in sanctificatione. ¶ 2. Præterea, Ei quod est plenũ & perfectum, non restat aliquid addendum: quia perfectum est cui nihil deest: vt dicitur in tertio Phy.* Sed beata Virgo postmodum additionẽ gratiæ suscepit, & quando Christum cõcepit (dictum est enim Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te) & iterum quãdo in gloria est assumpta. Ergo videtur quòd nõ habuerit in sua prima sanctificatione plenitudinẽ gratiarum. ¶ 3. Præterea, Deus non facit aliquid frustra: vt dicitur in 1. de Cælo†. Frustra autem habuisset quasdã gratias, cùm earum vsum nunquã exercuit: nõ enim legitur aut docuisse, quod est actus sapientiæ: aut miracula fecisse, quod est actus gratiæ gratis datæ. Non igitur habuit plenitudinem gratiarum. ¶ Sed contra est, quod Angelus ad eam dixit Lucæ. 1. Aue gratia plena. Quod exponẽs Hiero*. in sermone de Assumptione dicit, Bene gratia plena: quia cæteris per partes præstatur, Mariæ verò se totam simul infudit gratiæ plenitudo.

li.3.tex.63 & 64.to.2.

li.1.tex.31 & li.2.tex. 59.tom.2.

In fo.2.à prin. serm. tom.2.

Respondeo dicendum, quòd quãtò aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, tantò magis participat effectum illius principij, vnde Dionys.* dicit 4.ca. Cæl.hierar. quòd Angeli qui sunt Deo propinquiores, magis participãt de bonitatibus diuinis, quàm homines. Christus autem est principiũ gratiæ, secundum diuinitatem quidem autoritatiuè, secundum humanitatem verò instrumentaliter: vnde & Ioan.1. dicitur, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. beata autem virgo Maria propinquissima Christo fuit secundum humanitatem: quia ex ea accepit humanam naturam. Et ideo præ cæteris maiorem debuit à Christo gratiæ plenitudinem obtinere.

cap.4. ante medium.

Ad primum ergo dicendum, quòd vnicuique à Deo datur gratia secũdũ hoc ad quod eligitur. Et quia Christus, in quantum est homo, ad hoc fuit prædestinatus & electus, vt esset filius Dei, in virtute sanctificãdi, hoc fuit sibi proprium vt haberet talem plenitudinem gratiæ, quòd redundaret in omnes: secundum quod dicitur Ioan.1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed beata virgo Maria tantam gratiæ obtinuit plenitudinem, vt esset propinquissima Autori gratiæ: ita quòd eum qui est plenus omni gratia, in se reciperet, & eum pariendo, quodammodo gratiam ad omnes deriuaret. ¶ Ad secundum dicendum, quòd in rebus naturalibus, primò quidem est perfectio dispositionis, puta cũ materia est perfectè ad formam disposita. Secundò autem est perfectio formæ, quæ est potior: nam & ipse calor est perfectior, qui prouenit ex forma ignis, quàm ille qui ad formã ignis disponebat. Tertiò autem est perfectio finis: sicut ignis perfectissimè habet proprias qualitates, cum ad locum suum peruenerit. Et similiter in beata Virgine fuit triplex perfectio gratiæ. Prima quidẽ quasi dispositiua, per quã reddebatur idonea ad hoc quòd esset mater Christi: & hæc fuit perfectio sanctificationis. Secunda autem perfectio

gratiæ

gratiæ fuit in beata Virgine ex præsentia filij Dei in eius vtero incarnati. Tertia autem est perfectio finis, quam habet in gloria. Quòd autem secunda perfectio sit potior quàm prima, & tertia quàm secunda, patet quidem vno modo per liberationem à malo. Nam primò in sua sanctificatione fuit liberata à culpa originali: secundò in conceptione filij Dei, fuit totaliter à fomite mundata: tertiò verò in sui glorificatione, fuit liberata etiam ab omni miseria. Alio modo per ordinem ad bonum. Nam primò in sua sanctificatione adepta est gratiam inclinantem eam ab bonum: in conceptione autem filij Dei consummata est eius gratia confirmans eam in bono, in sui verò glorificatione consummata est eius gratia perficiens eam in fruitione omnis boni. ¶ Ad tertium dicendum, quòd non est dubitandum quin beata Virgo acceperit excellenter donum sapientiæ & gratiam virtutum, & etiam gratiam Prophetiæ: non tamen accepit vt haberet omnes vsus harum & similium gratiarum, sicut habuit Christus, sed secundum quod conueniebat conditioni ipsius. Sapientiæ enim vsum habuit in contemplando, secundum illud Lucæ. 2. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in cor de suo. Non autem habuit vsum sapientiæ quantum ad docendum: quia hoc non conueniebat sexui muliebri: secundum illud. 1. ad Timoth. 2. Docere autem mulieri non permitto. Miraculorum autem vsus sibi non competebat dum viueret: quia tunc temporis confirmanda erat doctrina, Christi miraculis, & ideo soli Christo & eius discipulis, qui erant baiuli doctrinæ Christi, conueniebat miracula facere. Propter quod etiam de Ioanne Baptista dicitur Ioannis. 10. quòd signum fecit nullum: vt scilicet omnes Christo intenderent. Vsum autem prophetiæ habuit, vt patet in Cantico quod fecit. Magnificat anima mea Dominum, &c.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est. Virgo maiorem præ cæteris gratiæ plenitudinem obtinuit, quia quanto magis aliquid appropinquat principio in aliquo genere, tanto plus effectum illius participat, sed Maria fuit propinquissima autori gratiæ, quia ex ea accepit humanam naturam, ergo præ cæteris maiorē obtinuit gratiæ plenitudinem, habuitque omne id, quod conueniebat conditioni suæ, & statui.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrū B. Virgo rectè dicatur gratia plena. Erasmi audacia. IN hoc articulo est prima dubitatio, num beata Virgo rectè dicatur gratia plena? Erasmus enim in annotat. super Luc. capit. 1. taxat Doctores sanctos expressa mentione facta D. Bernardi, qui homil. 3. super missus est multa de hac re philosophetur quasi extra rē nugentur Doctores sancti, tum quoniam in Græco non habetur nisi chexaritomeni, id est, gratiosa, siue gratificata, tum etiam quoniam plenitudo gratiæ sæpius in sacris literis tribuitur alijs sanctis. Nam de Ioanne Baptista legitur, Spiritu sancto replebitur, & de Elisabeth, repleta est Spiritu sancto, & Stephanus dicitur plenus gratiæ. Cęterum ipse Erasmus nugatur Grammatico spiritu, tum quoniam in editione vulgata quæ præponenda est exēplaribus Græcis legitur, gratia plena, tū quoniam omnes Latini patres per tot sæculorum successiones, grātia plena, legūt; & Diuus Ambrosius Græcæ linguæ peritus existimat hoc epitheton rectè in Mariam congruere, quòd omnibus fœcunda sit gratijs. Hieronymus quoque, siue Sophronius Hieronymo familiaris (nam vterque Græcum sermonem calluit egregiè) in sermone de assumptione hoc elogium explicās; Bene, ait, gratia plena, quia gratia cæteris præstatur per partes: Mariæ vero simul se totam infudit gratiæ plenitudo. Verè gratia plena, per quam largo Spiritus sancti imbre superfusa est omnis creatura. Quin & Theophylactus Græcus autor, vtramque lectionem agnoscens & gratiosam, & gratia plenam legit, sic inquiens: Hoc enim est gratiosam esse, vel plenam gratia, quod gratiam inuenerit apud Deum. Multæ enim & aliæ inuenerunt gratiam coram Deo; sed quod in vtero conceperit filium Dei, hoc ei singulare, quod nulli alteri concessum. Idipsum clarissimè prædicat D. Athanasius in sermone de sanctissima Deipara hunc in modum loquens: Spiritus sanctus in Virginem descendit cum omnibus virtutibus suis essentialibus, imbuēs eam gratia, vt in omnibus gratiosa esset: atq;

D. Ambros. Hieron. Theophyl. Athanasius

idcirco gratia plena cognominata est, eo quod adimpletione Spiritus sancti omnibus gratijs abundaret. Et infra: Decet enim te matrem regeneratricem, dominã ac heram cognominari, eo quod ex te prodijt rex dominus, ac Deus noster, assistentem illi, nobis quidem terribili, tibi autem dulci, omnemque gratiam largienti; qua de causa factum est, vt gratia plena appellata sis: vtpote quæ omni gratia abundares. Ex horum autorum verbis facilè diluitur, quod Erasmus ait in sacris literis etiam alios sanctos dici plenos gratia. Nam licet sanctos fateamur plenos gratia: credimus tamen, vt in eodem sermone, inquit Sophronius, matrem Christi tantam habere gratiæ plenitudinem, quantam nullus recipiat mortalium. Deus enim talem ac tantam fecit eam, vt ipse per nullam creaturam fieri voluerit, quam per eam. ¶ Ad argumenta Erasmi; ad primum iam patet quam sit friuolum. Ad secundum respondetur, quod plenitudo gratiæ ex parte subiecti, maior est iuxta maius officium, & dignitatem ad quam confertur gratia, est autem supremum officium ac maxima dignitas esse matrem Dei, ac subinde gratiæ plenitudo quæ data est matri Dei, longè maior est; quam ea quæ alijs sanctis donata est.

Ad argum. Erasmi.

Vtrũ B. Virgini in prima sanctificatione data fuerit maior gratia quã supremo angelo Caietan.

¶ Est alia dubitatio, vtrùm in prima sanctificatione in vtero datum sit B. Virgini plus gratiæ, quam supremo Angelo? Caietanus hoc in loco respondet neganter, & in suæ sententiæ confirmationem affert hęc argumenta nõ magni ponderis: conatur ergo Caietanus ostẽdere, quod cum dicit Diuus Thomas beatam Virginem præ cæteris gratiam habuisse in prima sanctificatione, non facit sermonem, & cõparationem ad Angelos, sed ad homines; & probat, tum quia est sermo de gratia data Mariæ in vtero matris, quam constat fuisse minorem gratia Angelorum: tum deinde, quia ratio literæ aliena est à ratione Angelorum, Angeli siquidem sunt Deo propinquiores secundum Deitatem, Maria vero est propinquior secũdum humanitatem. Hęc Caietanus. Ego vero existimo, quod Maria in prima sanctificatione accepit abundantiorem gratiam, quã supremus Angelus; & hæc est mens D. Thomæ in hoc articulo, vt ego sentio. Certè gratia cuiuscunque Angeli beati erat gratia comprehensoris consummata iam in termino in vita beata, gratia vero beatæ Virginis erat gratia viæ nondum consummata, & in termino, & hac quidẽ consideratione Angelorum gratia superior erat gratia Virginis: cæterum beata Virgo viatrix adhuc, & in vtero matris diligebatur magis à Deo quam supremus Angelus, & accepta erat ad maiorem gloriam per gratiam quam tũc habebat, vnde si beata Virgo in vtero matris obiret mortem maiori gloria potiretur in cælis quam supremus Angelus. Hoc ipsum confirmatur ex ratione Diui Thomæ in hoc articulo: nam effectus gratiæ maximè communicatur his, qui Deo maximè sunt coniuncti, sed beata Virgo maximè coniuncta fuit Christo Deo inter puras creaturas omnes, siquidem maxima omnium est coniũctio maternitatis, per quam genuit Deum ipsum, & tribuit illi naturam humanam in vnita te suppositi coniunctam, ergo præ cæteris creaturis habuit maiorem gratiam. Præterea; omne priuilegium gratiæ, quod non derogat dignitati Christi, concedendum est B. Virgini, sed tale est hoc priuilegiũ de quò facimus sermonem, ergo fuit concessum B. Virgini. Et quod hæc sit mens D. Thomæ patet ex titulo articuli, qui est de prima sanctificatione, ad quem D. Thomas respondet absolutè sine distinctione, quod præ cæteris B. Virgo habuerit maiorem, & copiosiorem gratiam per huiusmodi sanctificationem. ¶ Ad argumenta Caietani: ad primum, negatur minor, imo constat oppositum, vt ex dictis patet. ¶ Ad secundum respondetur, quod probatio D. Thomæ rectissimè procedit, & ferè demonstrat per comparationem ad cunctas creaturas. Ex hoc enim quod beata Virgo est maximè cõiuncta Christo secundum humanitatem, qui est Deus autor gratiæ, colligit D. Thomas optimè, quod ipsa beata Virgo fuerit eidẽ Deo maximè coniuncta in esse gratię diuinæ. Hæc contra Caietanum dicta sunt probabiliter. Illud tamen certum est, quod in fine vitæ habuerit gratiam præ cæteris omnibus creaturis maiorem, vnde Ecclesia canit de beata Virgine: exaltata es super choros Angelorum ad cælestia regna. ¶ Est tertia dubitatio, quomodo data sit illi gratia in secunda sanctificatione? Ad hoc omnes Theologi summa consensione diffiniunt, quod in ipsa conceptione Christi concurrit meritum beatæ Virginis accẽptando & gratias agendo, sed & Deus ex sua misericordia infudit magnam copiam gratiarum & virtutum sicut prius fecerat in prima sanctificatione; & vero simile est, quod dederit ei magnos actus meritorios. Itaque data est gratia B. Virgini in secunda sanctificatione ex opere suo, & ex opere operato, vt cum quis recipit sacramentum. ¶ Quarta dubitatio est, vtrùm fuerit tanta gratiæ plenitudo vt non augeretur post modum per merita vt in Christo? Almaynus in 3. d. 3. q. 2. videtur dicere, quod non recipiebat augmentum alioqui inquit, mentitus fuisset Angelus, cum dixit: Aue gratia plena. Idẽ videtur docere Scotus in 4.

Primum argumen.

Secundum

Sententia autoris.

Ad primũ argumẽtũ.

Ad secũdũ

Quomodò data sit gratia B. Virgini in secũda sanctificatione.

Vtrũ B. Virgo creſceret in gratia. Almay.

Scotus.

in 4.d.4.q.6.ad 1. Quod si dicat Theologus, B. Virgo erat viatrix, ergo merebatur; poterat respõdere prædicti autores, quod merebatur gratiam præcedentem, vel quod faciebat gloriam magis sibi esse debitam. Sed pro certo tenendum est, & statuendum quod beata Virgo crescebat in meritis & in gratia, quia erat viatrix in statu merendi cõstituta, & ambulabat per fidẽ, & non per speciẽ. Et ad argumenta Almayni respõdetur, quod plenitudo gratiæ secundũ omnẽ rationem gratiæ qualis fuit in Christo, nõ potuit crescere, at plenitudo gratiæ ex parte subiecti ad tale officiũ, vel ad talẽ dignitatẽ potest augeri in ratione gratiæ. Hæc tamẽ aduertat Theologus, quod cũ dicitur B. Virgo plena gratia, nõ solũ intelligitur de gratia gratũ faciente, verum etiã de gratijs gratis datis, habuit siquidẽ B. Virgo maiorem cognitionẽ mysteriorũ fidei, quã vniuersi Prophetæ, quã Apostoli & Euãgelistæ, maiorẽ potestatem ad patrandà miracula, &c. ac subinde cuncta priuilegia gratiæ, quę alijs sanctis concedũtur, concedenda sunt, & B. Virgini. Itaq; si vera est sententia, vt vera est B. Augustini. D. Tho. & scholasticorũ, quod Moyses & Paulus viderunt in via diuinã essentiam, id concedi potest & B. Virgini. Rursus si verum est, quod Baptista habuerit motum liberi arbitrij in vtero matris, vt probabiliter Caietanus in sequẽti articulo colligit ex Euangelio Luc. 1. id ipsum concedendum est B. Virgini. Hoc documentum colligitur ex D. Tho. ar. 1. hìc. Colligitur etiã ex Hieronymo in loco allegato, & ex Diuo Thoma, tum in artic. tum in solutione ad 3.

Solutio.

Ad argum. Almay.

B. Virgo habuit plenitudinẽ omnium gratiarum etiam quæ gratis dantur.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm sic sanctificari fuerit propriũ beatæ Virgini.

157 3 di. 3. q. 1. ar. 2. q. 1. 4. Et quol. 6. q. 5. arti. 1. cor. in fi. Et opu. 3. cap. 131. Et ps. 45. co. 5. * Ex arti. 3. & 4. huius quæst.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd sanctificari in vtero post Christum proprium fuerit beatæ Virgini. Dictum * est enim, quod propter hoc beata Virgo fuit sanctificata in vtero, vt redderetur idonea ad hoc, vt esset mater Dei. Sed hoc est proprium sibi. ergo sola ipsa fuit sanctificata in vtero. ¶ 2. Præterea, Aliqui videntur propinquius accessisse ad Christum, quàm Hieremias & Ioannes Baptista, qui dicuntur sanctificati in vtero, nam Christus specialiter dicitur filius Dauid & Abraham propter promissionẽ eis specialiter factam de Christo. Isaias etiã ex

pressissimè de eo prophetauit: Apostoli etiam cũ ipso Christo cõuersati sunt. Nec tamen leguntur sanctificati in vtero. ergo neque etiam Hieremiæ & Ioanni Baptistæ conuenit sanctificari in vtero. ¶ 3. Præterea, Iob de se dicit Iob. 31. Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero egressa est mecum. Nec tamen propter hoc dicimus eum sanctificatum in vtero: ergo neque etiã Ioannẽ Baptistam & Hieremiam cogimur dicere sanctificatos in vtero. ¶ Sed contra est, quod dicitur de Hieremia, Hiere. 1. Antequam exires de ventre, sanctificaui te: Et de Ioanne Baptista dicitur Luc. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.

¶ Respondeo dicendũ, quòd Aug. In epistola * ad Dardanum, dubiè videtur loqui de horum sanctificatione in vtero. Potuit enim exultatio Ioannis in vtero (vt ipse dicit) esse significatio rei tantæ (scilicet quòd mulier esset mater Dei) à maioribus cognoscendæ, non à paruulo cognitæ: vnde in Euangelio non dicitur, credidit infans in vtero, sed exultauit. Videmus autem exultationẽ non solum paruulorum, sed etiam pecorum esse: sed hæc inusitata extitit, quia in vtero, & ideo sicut solent miracula fieri, facta est diuinitus in infante, non humanitùs ab infante. Quanquam etiam sit usque adeò est in illo puero acceleratus vsus rationis & voluntatis, vt intra viscera materna iam posset agnoscere, credere, cõsentire (ad quod in alijs paruulis ætas expectatur, vt possint) & hoc in miraculis habendum puto diuinæ potentiæ. Sed quia expressè in Euangelio dicitur, quòd Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, & de Hieremia expressè dicitur, Antequam exires de vulua, sanctificaui te: asserendum videtur eos sanctificatos in vtero: quamuis in vtero vsum liberi arbitrij non habuerint. (De quo Aug. * quæstionem mouet) sicut etiam pueri, qui sanctificantur per Baptismũ,

Est epist. 57 circ. med. & deincepto. 2.

ead. epi. dicta to. 2.

non statim habent vsum liberi arbitrij. Nec est credendũ aliquos alios sanctificatos esse in vtero, de quibus Scriptura mentionem non facit, quia huiusmodi priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus præter legẽ communẽ, ordinantur ad vtilitatẽ aliorũ (secundum illud 1.Cor. 12. Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem) quæ nulla proueniret ex sanctificatione aliquorum in vtero, nisi Ecclesiæ innotesceret. Et quãuis iudiciorum Dei non possit ratio assignari, quare scilicet huic & nõ alij hoc munus gratiæ cõferat: conueniens tamẽ videtur fuisse vtrumq; dictorũ sanctificatiin vtero ad prẽfigurandam sanctificationẽ per Christum faciendam. Primò quidẽ per eius passionẽ, secũdum illud Hebr. vlti. Iesus, vt sanctificaret per suũ sanguinem populum, extra portam passus est: quam quidem passionem Hieremias & verbis & mysterijs apertissimè prænuntiauit, & suis passionibus expressissimè præfigurauit. Secundo per Baptismum, primæ ad Cor. 6. Sed ablutiestis, sed sanctificati estis. Ad quem quidem Baptismum Ioannes suo Baptismo homines præparauit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd beata Virgo quæ fuit à Deo electa in matrem, ampliorem sanctificationis gratiam obtinuit quàm Ioannes Baptista & Hieremias, qui sunt electi vt speciales præfiguratores sanctificationis Christi. Cuius signum est, quòd beatæ Virgini præstitum est, vt de cætero non peccaret, nec mortaliter, nec venialiter: alijs autem sanctificatis creditur præstitum esse, vt de cætero mortaliter non peccarent, diuina eos gratia protegente. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd quantum ad alia potuerunt Sanctiesse Christo coniunctiores, quã Hieremias & Ioannes Baptista, qui tamen fuerunt ei coniunctissimi quantum ad expressam figuram sanctificationis ipsius. vt dictum est*. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd miseratio, de qua ibi Iob loquitur, nõ significat virtutem infusam, sed quandam inclinationem naturalẽ ad actum huius virtutis.

In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio est negatiua. Nam in scriptura dicitur Hieremiam, & Ioannem Baptistam in vtero esse sanctificatos, & quamuis iudiciorum Dei non possit ratio assignari, cur huic & non alij hoc munus gratiæ contulerit; conueniens tamen videtur fuisse vtrumque eorum sanctificatum in vtero, ad figurandam sanctificationem per Christum faciendam, nam Hieremias & verbis, & mysterijs apertissimè prænunciauit, & suis passionibus ipsum figurauit. Ioannes verò Baptista suo baptismo homines præparando ad Christum. ¶ Secunda conclusio, maiorem tamen gratiam quam isti obtinuit Maria, quia ipsi cocessum est, vt de cætero, nec mortaliter, nec venialiter peccaret: alijs creditur cõcessum, quod vlterius mortaliter non peccarẽt diuina eos protegente gratia. ¶ Tertia conclusio. Non est credendum aliquos alios sanctificatos esse in vtero, de quibus scriptura mentionem nõ facit, quia huiusmodi gratiæ priuilegia quæ dãtur aliquibus præter legem communem, ordinantur ad vtilitatem aliorum, secũdum illud 1.Corint.12. vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, quæ nulla proueniret ex sanctificatione aliquorum nisi Ecclesiæ innotesceret.

1.Cõclusio. 2.Cõclusio. 3.Cõclusio. 1.Cor.12.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DE sanctificatione Hieremiæ, & D. Ioannis paucis edisserendum est. De Hieremia, quod fuerit in vtero sanctificatus affirmat Diuus Ambrosius lib. 1. commentariorum in Lucam, & hæc est Theologorum omnium communis sententia; quamuis Diuus Hieronymus verba illa, priusquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua sanctificaui te; arbitratur eundem habere sensum, quem illa ad Galatas 1. cum autem placuit ei, qui me segregauit ab vtero matris meæ, &c. quorum verborum sententia est, Deum Paulum ab initio elegisse; vt esset gentium doctor, & magister. Verum sententia Ambrosij amplectenda est, hanc enim amplectũtur cæteri omnes doctores, & quadrat mirum in modum scripturæ: nam scriptura planè dicit; antequam exires de vulua sanctificaui te. De Ioanne Baptista, quod fuerit sanctificatus in vtero, planè testatur scriptura diuina Luc. 1. replebitur, ait scriptura sancta, Spiritu sancto, adhuc ex vtero matris suæ. Sed quod hic potest dubitationem habere illud est, num in vtero matris suę habuerit vsum ra-

Hieremias & Ioannes Baptista fuerunt in vtero sanctificati. D. Ambro. D. Hieron. Luc. 1.

tionis?

D. Augusti. tionis? De qua re D. Augustinus in epistola ad Dardanum mouit quæstionem, & insolutam reliquit, nam tametsi Lucas scribat Baptistam exultasse in materno vtero nõ conuincit prorsus, quod habuerit rationis vsum quia etiã legimus montes exultasse vt arietes. Vnde dicet aliquis sequutus scripturæ documenta, Ioannem exultasse in gaudio per metaphorã propter tripudiũ, & concitationẽ corpusculi, quã habuit ad Christi præsentiã, verum ego existimo acceleratum in Ioanne rationis vsum. Ita censet Ambr. li. 2. super Lucam c. 7. Dominus Caietan. hîc, & Luc. 1. & sanè verba scripturæ sunt propriè interpretanda, quãdo nihil vrget ad metaphorã; in præsentia vero nihil vrget ad metaphorã, quapropter sub propietate est intelligendum Ioannem exultasse in gaudio, quod nõ potest esse sine vsu rationis, non tamen durauit hæc rationis acceleratio in Ioanne Baptista, cessauit enim peracto colloquio illo Mariæ, & Elisabeth donec ex ętatis profectu sibi cõgrueret. ¶ Circa tertiã conclusionẽ illud offert de se quæstionem, nam si verum est, quod nulla sanctificatio in vtero est asserẽda de qua non faciat mentionẽ sacra scriptura: cõsequens est nõ esse asserendum B. Virginẽ fuisse in vtero sanctificatã, quandoquidẽ de hac sanctificatione scriptura nõ meminit, & certè regula quã cõstituit D. Tho. in tertia conclusione nõ videtur esse autentica, nã multa amplectitur Ecclesia dogmata; quæ in sanctis scripturis nõ habentur expresse, vt de perpetuitate Virginis Mariæ, de suffragijs mortuorũ, de cultu imaginũ. ¶ Pro huius explicatione sciendum est, quibusdã mirũ videri, cur diuinæ scripturæ de sanctificatione Marię verbũ nullũ faciãt, cum alioqui diligenter recenseãt sanctificationẽ Hieremiæ, & D. Ioannis. Sed mirũ reuera nõ est, nã consiliũ fuit Spiritus sancti quantũ ego cõijcio, siquidẽ abũdè satis fuit denarrare Mariã matrẽ esse dñi nostri Iesu Christi, vt certissimè intelligeremus sanctificationem eiusdẽ vberiorẽ fuisse, quã omniũ sanctorũ. Ex quo documẽto soluitur prima quæstio superius proposita. Dicẽdum namque est, quod sanctificatio B. Virginis in vtero licet nõ sit tradita in sacra scriptura explicitè, est tamẽ tradita implicitè ex hoc ipso, quod in sacris literis inuenitur alicui sancto concessa gratia sanctificationis in vtero, hinc enim vt de superioribus patet, habetur B. Virginẽ fuisse sanctificatã, quia habuit quicquid gratiæ cæteris collatũ est. Ad secundã rationẽ dubitãdi dicendũ est, quod D. Tho. nunquã docuit id solũ pertinere ad solidã & verã doctrinã fidei, quod in sacris scripturis est expressum, sed docuit tantũ, quod quãdo fit exceptio à regulis scripturæ in quibus habetur, oẽs nasci filios iræ, debet hoc cõstare ex scripturis, vel ex traditione Ecclesiæ. Et quod iste sit sensus D. Tho. liquet; nam subiungit: nam sanctificatio aliquorũ in vtero datur ad vtilitatẽ Ecclesiæ, vt dicit Paulus 1. Cor. 12. at nulla vtilitas proueniret ex tali sanctificatione nisi Ecclesiæ innotesceret, ergo nisi constet autoritate Ecclesiæ, id non est asserendum, & certè Ecclesia post Apostolos non est facta vel expectanda melior, at Apostoli non sunt sanctificati in vtero, ergo non est credendum, quod aliquis alius est sanctificatus in vtero. Et est obseruandum ex domino Caietano, quod cũ miracula fiant ad Ecclesiæ vtilitatem, non sunt recipienda passim, & sine Ecclesiæ autoritate.

Dubium.

Solutio.

Explicatur D. Thom.

QVAESTIO XXVIII.

De Virginitate Beatæ Mariæ, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de virginitate matris Dei. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm fuerit Virgo in concipiendo. ¶ Secundò, vtrùm fuerit Virgo in partu. ¶ Tertiò, vtrùm permanserit Virgo post partum. ¶ Quartò, vtrùm votum virginitatis emiserit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm beata Maria fuerit Virgo in concipiendo.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd mater Dei non fuerit Virgo in concipiendo Christum. Nulla enim proles, quæ habet patrem & matrem, ex virgine matre concipitur. Sed Christus non solum dicitur habere matrem, sed etiam patrem: dicitur enim Luc. 2. Erant pater eius & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo: & infrà eadem mater dicit, Ecce enim pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Ergo Christus non est conceptus ex Virgine matre. 158

¶ 2. Prætereà, Matth. primo probatur, quòd Christus fuerit filius Abra-

4. cõt. c. 45. Et opu. 3. c. 232. Et op. 60. c. 4.

hæ & Dauid, per hoc quod Ioseph ex Dauid descendit. Quæ quidem probatio nulla esset, si Ioseph pater Christi non fuisset. Ergo videtur quòd mater Christi eum ex semine Ioseph conceperit, & ita non videtur fuisse Virgo in concipiendo. ¶ 3. Præterea, Galat. 4. dicitur, Misit Deus filium suum factum ex muliere. Mulier autem consueto modo loquendi dicitur quæ est viro cognita: ergo Christus non fuit conceptus ex virgine matre. ¶ 4. Præterea, Eorum quæ sunt eiusdem speciei, est idem modus generationis, quia generatio recipit speciem à termino, sicut & cæteri motus. Sed Christus fuit eiusdem speciei cum alijs hominibus, secundum illud Philip. 2. In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Cùm ergo alij homines generentur ex commixtione matris & fœminæ, videtur quòd etiam Christus simili modo fuerit generatus: & ita non videtur fuisse conceptus ex Virgine matre. ¶ 5. Præterea, Quælibet forma naturalis habet materiam sibi determinatam, extra quam esse non potest: Materia autem formæ humanæ videtur esse semen maris & fœminæ. Si ergo corpus Christi non fuerit conceptum ex semine maris & fœminæ, non verè fuit corpus humanum, quod est inconueniens, videtur igitur non fuisse conceptus ex Virgine matre. ¶ Sed contra est, quod dicitur Isa. 7. Ecce, virgo concipiet.

¶ Respondeo dicendum, quòd simpliciter confitendum est matrem Christi Virginem concepisse: contrarium enim pertinet ad hæresim Hebionitarum * & Cherinti: qui Christum purum hominem arbitrabantur, & de vtroque sexu eum natum putauerunt. Quòd enim Christus sit conceptus ex Virgine, conueniens est propter quatuor. Primò propter mittentis Patris dignitatem conseruandam: cùm enim Christus sit verus & naturalis Dei filius, non fuit conueniens, quòd alium patrem haberet, quàm Deum, ne dignitas Dei patris, transferretur ad alium. Secundò, hoc fuit conueniens proprietati ipsius Filij, qui mittitur, qui quidem est verbum Dei. Verbum autem absque omni corruptione cordis concipitur: quinimo cordis corruptio perfecti verbi conceptionem non patitur. Quia ergo caro sic fuit à verbo Dei assumpta, vt esset caro verbi Dei, conueniens fuit quòd etiam ipsa sine corruptione matris conciperetur. Tertiò hoc fuit conueniens dignitati humanitatis Christi, in qua locum peccatum habere non debuit per quam peccatum mundi tollebatur, secundum illud Ioan. primo: Ecce agnus Dei (scilicet innocens) qui tollit peccatum mundi: non poterat autè esse, quòd in natura iam corrupta ex cócubitu, caro nasceretur sine infectione originalis peccati. Vnde Augu. dicit in libro * de Nuptijs & concupiscentia: Solus nuptialis concubitus ibi non fuit, scilicet in matrimonio Mariæ & Ioseph: quia in carne peccati fieri nó poterat sine vlla carnis concupiscentia, quæ accidit ex peccato: sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato. Quartò propter ipsum finem incarnationis Christi: quæ ad hoc fuit, vt homines renascerentur in filios Dei, non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo, id est ex ipsa Dei virtute. Cuius rei exemplar apparere debuit in ipsa conceptione Christi. Vnde Augustin *. dicit in libro de sancta Virginitate. Oportebat caput nostrum insigni miraculo secundum carnem nasci de Virgine: quo significaret membra sua de Virgine Ecclesia secundum spiritum nascitura.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Beda * dicit super Lucam, pater Saluatoris appellatur Ioseph, non quòd verè iuxta Photinianos pater fuerit ei: sed quòd ad famam Mariæ conseruandam pater sit ab omnibus

Vt patet ex Aug. li. de hæresi. c. 8. & 10. to. 6.

c. 12. in principio, to. 7.

c. 6. anteme dium, to. 6.

Ll. 1. in Luc. ca. 2. secundũ eius ordinẽ à medio, to. 2.

bus æstimatus. Vnde & Luc. 3. dicitur. Vt putabatur filius Ioseph. Vel sicut Augustinus dicit in lib. de Bono coniugali, Eo modo pater Christi dicitur Ioseph, quo & vir Mariæ intelligitur, sine commixtione carnis, ipsa copulatione coniugij: multò videlicet coniunctius, quàm si esset aliunde adoptatus. Neq; enim propterea non erat appellãdus Ioseph pater Christi, quia non eum genuerat concũbendo: quandoquidem pater esset etiã ei, quem non ex sua coniuge procreatũ aliunde adoptasset. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Hiero. dicit* super Mat. cùm Ioseph non sit pater Domini saluatoris, ordo generationis eius vsque ad Ioseph deducitur. Primò quidem, quia non est consuetudinis Scripturarum, vt mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex vna tribu fuit Ioseph & Maria, vnde & ex lege eam accipere cogebatur vt propinquã. Et vt Augustinus* dicit in li. de Nuptijs & cõcupiscentia, fuit generationum series vsq; ad Ioseph perducenda: ne in illo coniugio virili sexui vtique potiori fieret iniuria, cùm veritati nihil periret: quia ex semine Dauid & Ioseph erat & Maria. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Glos.* dicit ibidẽ, mulierẽ pro fœmina posuit, more locutionis Hebræorũ: vsus enim Hebrææ locutionis mulieres dicit non virginitate corruptas, sed fœminas.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ratio illa habet locum in his quæ procedunt in esse per viam naturę: eo quòd natura sicut est determinata ad vnũ effectũ, ita etiã est determinata ad vnũ modũ producendi illum. Sed virtus supernaturalis diuina cùm sit infinita, sicut non est determinata ad vnũ effectũ; ita non est determinata ad modũ producẽdi quẽcunq; effectũ. Et ideo sicut virtute diuina fieri potuit, vt primus homo de limo terræ formaretur: ita etiã fieri potuit, vt diuina virtute corpus Christi formaretur de Virgine absq; virili semine. ¶ Ad quintum dicendũ, quòd secundũ Philosophum* in lib. de generatione animaliũ, semen maris non est sicut materia in conceptione animalis, sed solũ sicut agens: sola autẽ fœmina materiam subministrat conceptui. Vnde per hoc quòd semẽ maris defuit in cõceptione corporis Christi, nõ sequitur quòd defuerit ei debita materia. Si tamen semẽ maris esset materia fœtus cõcepti in animalibus, manifestum est quod non est materia permanẽs in eadem forma, sed materia transmutata. Et quãuis virtus naturalis non possit trãsmutare ad certã formã nisi determinatã materiã: virtus tamẽ diuina, quæ est infinita, potest trãsmutare omnẽ materiã in quãcunq; formam. Vnde sicut trãsmutauit limũ terræ in corpus Adæ, ita in corpus Christi transmutare potuit materiã à matre ministratam, etiã si non esset sufficiens materia ad naturalem conceptum.

li. de Nuptijs & cõcu. c. 11. parũ à princ. to. 7.

Mat. c. 1. super illud Christi generatio sic erat, to. 9.

ca. 11. nõ lõgè à fi. to. 7.

Est Aug. li. 23. cõ. Faustũ ca. 7. in medio to. 6

li. 7. ca. 2. & 19. to. 4.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est. Mater Christi Virgo concepit, & contrarium est hæresis Hebionitarũ; conuenienſq; ita fuit. Primo propter dignitatem patris Domini nostri, quia filius naturalis Dei erat: vnde non debebat aliũ patrem habere. Secundo fuit conueniens proprietati filij, qui mittitur. Est enim verbũ Dei, verbũ autem sine corruptione cordis cõcipitur. Cũ ergo caro sic fuerit à verbo Dei assumpta, vt esset caro verbi Dei, conueniens fuit, quòd etiam ipsa sine corruptione matris conciperetur. Tertio cõueniebat dignitati humanitatis Christi, in qua locũ habere nõ debuit peccatũ: cũ per eam deberet tolli peccatũ mũdi. Quarto propter ipsum finẽ incarnationis Christi, quæ ad hoc fuit, vt homines renascerentur in filios Dei, nõ ex volũtate carnis, nec ex volũtate viri, sed ex virtute Dei, cuius rei exẽplar apparere debuit in ipsa cõceptione Chri. Conclusio

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVod Maria fuerit Virgo in concipiendo liquidò constat ex diuinis scripturis. Nam Mat. 1. sic habetur: Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata Maria mater Iesu Ioseph, antequã conuenirent inuenta est in vtero habẽs de Spiritu sancto. Ioseph autẽ vir eius cũ esset iustus, & nollet eã tradu cere, voluit occultè dimittere eã, hæc autẽ eo cogitante, ecce Angelus Dñi apparuit ei in somnis dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere Mat. 1.

accipere Mariã coniugẽ tuã, quod enim in eã
Luc.1. natum est de Spiritu sancto est, &c. Et Luc.1. idẽ habetur euidentius. Idipsum cõfirmatur ex eo quod addit Euãgelista Matthæus: hoc autẽ totũ factũ est, vt adimpleretur quod dictũ est à dño per Prophetã dicentẽ: Ecce Virgo cõcipiet, &c. Et quare obsecro fuisset promissum Dũi aut signũ admirandũ datum hominibus, si intellexisset Propheta dictũ fuum hoc modo; Virgo quæ prius erat incorrupta per corruptionẽ cõcipiet, & pariet filiũ, cum hoc sit cõmune omnibus parientibus? Eadẽ veritas patet ex symbolo Apostolorũ, ex symbolo Niceno, vbi sic habetur: Qui cõceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Cõstat quoq; ex traditione vniuersali totius Ecclesiæ, & contrariũ huius pertinet ad hæresim
Hebionitæ Hebionitarũ, qui virginitati Mariæ cõtradicẽtes aiũt ex concubitu Ioseph & Mariæ Iesum fuisse conceptũ. Cõsentiunt cũ Hebionitis Iudæi perfidi, quos ex scripturis veteris testamẽti sic possumus cõuincere. Calũniantur Iudæi, quod legamus apud Esaiã: Ecce Virgo concipiet, volẽtes legendũ, ecce adolescentula vel puella, eo quod Hebraicè nõ sit bethula, q
Alma quid propriè significat. propriè significat Virginẽ, sed, alma, quod, propriè significat puellã. Cõtra quos dicẽdũ est, dictionẽ, alma, propriè nõ significare nisi puellã, nunquã tamẽ in sacris scripturis dicitur nisi de Virgine. Sic enim & Rebecca ante nuptias alma dicitur, & lingua Punica, quæ de Hebræorũ fontibus dicitur, propriè Virgo alma dicitur, sed & Septuaginta verterũt hoc loco
D. Hieron. parthenos, id est Virgo. Sed & D. Hiero. in q. heb. super Gen. 24. to. 4. inter alia addit hæc: Ostẽdant igitur, inquit, Iudæi in scripturis alicubi positũ alma vbi adolescentulã tantũ, & nõ Virginẽ sonet, & cõcedimus eis illud, quod in Esaia apud nos dicitur, ecce Virgo cõcipiet, & pariet, nõ absconditã Virginẽ, sed adolescẽtulã significare iã nuptã. Itẽ li. 1. cõtra Iouini. to. 3. Isaias autẽ potius posuit alma, quã bethula; tũ vt celaret impijs mysteriũ, tũ quod alma plus significet quã bethula, potest enim esse bethula, hoc est, Virgo quæ nõ sit alma, sed nõ è cõtra, nã alma cũ deriuetur à verbo abscõdere, significat adolescentulã absconditã, quæ virorũ nõ patuerit aspectibus, sed diligẽti parentũ cura seruata sit. Fatendũ tamen est ex solis Esaiæ verbis, quia dixit: Ecce Virgo, nõ cõuinci Iudæũ necessario posse Virginem virginitate permanẽte cõcipere, sed ita intelligendũ esse cõstare ex eo, quod pro signo nouo domui Dauid dicitur: Ecce Virgo concipiet, &c. nõ enim nouũ est Virginẽ per nuptias & per corruptionẽ concipere. Sed videamus alia testimonia contra Iudæorũ perfidiã.

Certè Leu. 12. sic planè habet: mulier si susceptо semine pepererit masculũ &c; cũ itaq; naturaliter nulla mulier sine semine cõcipere aut parere possit, rectus autẽ dicat, mulier si susceptо semine, sequitur profectò quandoq; futurã mulierẽ sine susceptо virili semine cõceptурã & pariturã. Sed & Hieremiã audiamus ita ca. 31. dicentẽ. Creabit Dñs nouũ super terrã, fœmina circũdabit virũ, id est, fortem siue potentẽ, id est, Deũ iuxta veterũ interpretationẽ: quod autem iste vir sit Messias, & quod à muliere Virgine in vtero per conceptũ circũdandus esset, patet, nã alioqui nulla nouitas in mũdo futura esset. Ezechiel quoq; hãc matris Messiæ virginitatẽ optimè insinuauit cũ hæc protulit: Dixit Dñs ad me, porta hæc clausa erit, nõ aperietur, & vir nõ ingredietur per eã, quoniã Dñs Deus Israel ingressus est per eã, & erit clausa, vbi in eo quod dicitur ter clausa porta hæc, quæ matrẽ Messiæ Virginẽ significabat, designatur ipsam Virginẽ ante partũ, in partu, & post partũ futuram esse. Per figuras insuper matris Dei virginitas præostensa atq; declarata fuit, per illud quod ca. 3. Exod. legitur: Ecce rubus ardẽs in igne, & rubus nõ cõburebatur, & ait Moyses: Accedã vtiq;, & videbo visionẽ hãc magnã. Per succensam rubũ & nõ combustã ostẽsum est, quod ex illo populo salua matris suæ integritate proditurus erat, qui igne diuinitatis carnis humanæ substantiam in ipsa diuinitatis flãma seruaret. Legitur quoq; in li. Iud. ca. 6. Gedeonẽ sic dixisse: si ros fuerit super vellus tantũ, & super totã terrã siccitas, tũc sciã, quod saluabis in manu mea Israel, &c. vbi vellus, qui agni habitus est, humanã naturã designat, quã ros diuinitatis assumpsit, terra vero sicca est Virginis vterus humano semine non infectus. In virga etiam Aarõ significata est matris Dei virginitas, quę absq; vllo exteriore humore sola Dei virtute floruit, frõduit, ac fructũ fecit. Sed dicunt increduli Iudæi, quõnã pacto Virgo permanẽs Virgo aut cõcipere aut parere possit. Sed dicãt ipsi nobis quomodo arida virga floruit, frõduit, atq; amygdala protulit? & cum ipsi credãt Euã de costa Adæ fuisse formatã, aiũt enim hoc volũtatis diuinæ miraculo accidisse, per eundẽ modũ ipsis respondendũ est, de Messiæ cõceptione ac natiuitate ex Virgine, cũ diuina volũtas naturæ cursu aut ordine nõ indigeat. Hanc rẽ quidã doctor hisce verbis explicat. Quid enim mirũ, si omnipotẽs Deus quod facit quotidiè per creaturã, vt facit generationes hominũ, aliquãdo faciat sine creatura per semetipsum? Nec repugnãs dici potest, quod conforme est volũtati eius, qui potest omnia. Voluntate quidem Dei nunc tẽporis

Leuit. 12.

Hier. 31.

Ezec. 44.

Exod. 3.

Iudic. 6.

Iudæorum Obiectio. Solutio.

poris crescunt poma, fructusq; terræ ex seminibus eorũ. Attamẽ cælũ, & terram, & omnia quæ in eis sunt, fecit Deus olim absq; vllo semine præuio. Nunc producit Deus filios hominũ ex genitali semine virorum, tamen in exordio mundi Adam de limo terræ, Euã verò de costa fabricauit Adæ, vtrumq; hominẽ citra genitale semen hominis. Hoc túc factũ est ad propaginem vniuersæ creaturæ. Quid igitur mirum, aut quæ repugnãtia, si autor puritatis & gratiæ nunc conceptus sit in vterò virgineo, citra omnem impuri seminis cõmixtionẽ, sola operatione Spiritus sancti, quem Deus patrẽ esse voluit futuri sæculi, futurę; nationis sanctæ? Futuri inquam sæculi nascentiũ, non ex seminibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo, operatione Spiritus sancti. Siue igitur spectes opus, non omnino debes mirari, quia aliquando factum est simile in omnibus generibus rerũ. Si quidem omnia semel concepta, nataq; sunt sine prẽuio semine. Siue spectes rationẽ operis, rursus non debes mirari. Si enim protoplasti, ex quibus disseminatũ est vniuersum genus humanũ, sine seminibus sola Dei operatione facti sunt, Adã ex terra adhuc Virgine, Eua ex costa Adæ Virginis; quãtò rationabilius Christus futurus pater eius nationis, quæ nó ex seminibus, sed ex Deo nascitur, debuit concipi ex Virgine operatione Spiritus sancti, absque omni seminatione viri? Tertiò, si spectes omnipotentiã Dei, debes quoq; omnem deponere admirationẽ, quoniã nó est impossibile apud Deũ omne verbũ, sic attestãte Angelo de hac re, Luc. 1. Quod dictũ Angeli, supra abunde interpretati sumus. Mirabatur quidẽ Maria Virgo audiẽs Angelũ Dei dicentẽ sibi. Ecce cõcipies in vtero, & paries filiũ, & vocabis nomẽ eius Iesum, &c. Mirabatur, dico, de modo quo fieret, quod dictũ erat ab Angelo nõdũ instructa de voluntate Dei, certa interim de sua volũtate nõ cognoscẽdi virũ, & dixit admirãdo. Quomodo fiet istud, quoniã virũ nõ cognosco? Tũc Angelus, Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te, virtus altissimi obũbrabit tibi, ideoq; quod nascetur ex te sanctũ vocabitur filius Dei. Esto, quod nõ cognoueris, nec vnquã cognitura sis virum: tamẽ fiet, quod annũtio, nó viri, sed Spiritus sancti operatione, qui sanè superueniet, id est, desuperueniet in te, nõ quidẽ vt repleat mẽtẽ, quoniã iã dudũ gratia plena es, sed vt repleat ventrẽ tuũ nouo fœtu inauditi partus. Virtus quoq; altissimi, cui nihil difficile, obũbrabit tibi, prę seruãdo te velut vmbra quadã ab æstu concupiscẽtiæ, & omni virginalis integritatis corruptione: adeoq; supplebit in te actionẽ genitalis seminis viri, q; eã ob causam, id quod nascetur ex te sanctum, id est sanctè, modo scilicet purissimo, nobilissimoq; penitus supereminẽte, supra omnẽ legẽ naturalẽ, vocabitur filius Dei, id est, sic erit filius Dei, vt nõ solũ veritate, sed & publica appellatione sit talis. ¶ Sed circa tertiã probationẽ D. Tho. offert se quædã dubitatio, nã etiã si Christus ex cõcubitu viri & fœminæ nascerẽtur, nõ cõtraheret peccatũ originale, est enim prorsus impeccabilis vt suprà q. 15. ar. 1. est. Sed dicendũ est, quod illa ratio quę est D. Aug. in loco hîc indicato à D. Th. rectè procedit, nãlex est vniuersalis, quod omnis qui cõcipitur ex cõcubitu viri & fœminæ cõtrahat peccatũ originale, ne ergo trãsgredere tur istã legẽ, Christus ex matre Virgine cõceptus & natus est. Potest etiã respõderi, quod si Christus ex semine virili progenitus fuisset, certè cõtraheret peccatũ originale, nisi impediretur ab vnione hypostatica. ¶ Alia dubitatio solet hîc moueri. Nũ Virgo naturaliter possit cõcipere? Et à parte affirmatiua hęc sũt argumẽta. Primo in statu innocẽtiæ fuisset generatio salua virginitate, alioqui dolor & corruptio in illo statu locũ habuissent, quod vniuersa Theologia abhorret cõcedere. Deinde D. Aug. 14. de ciui. Dei. c. 26. sic scribit: in illo statu nulla corruptione integritatis infunderetur gremio maritus vxoris, ita enim potuit vtero cõiugis salua integritate fœminei genitalis virile semẽ immitti, sicut nũc potest eadẽ integritate salua ex vtero Virginis fluxus mẽstrui cruoris emitti. Vt enim ad pariendũ nõ doloris gemitus, sed naturalis impulsus fœmineæ viscera relaxaret, sic ad concipiendũ nó libidinis appetitus, sed voluntarius vsus naturã vtrãque cõiungeret. Hãc sententiã D. Augu. licet D. Thom. in 2. d. 20. q. 1. ar. 2. inficiatus fuerit, amplectitur tamẽ eã lubẽter in 1. p. q. 98. arti. 1. ad 4. His accedit, quod ex cõmentatore refertur, eũ dixisse, quod Virgo quædã in balneo cõcepit, vulua enim habet virtutẽ attractiuã, vnde si cõtrahat semẽ vndecunq; poterit cõcipere absq; viri cõcubitu. ¶ Ad hãc dubitationẽ explicandã quidã dicũt, quod mulieres in statu innocẽtiæ, tũ in generatione, tũ in partu perderẽt carnis integritatẽ. Huius sententiæ fuit D. Tho. in 2. in loco iam indicato, Durandus quoq; in eadẽ d. q. 2. Et hæc sententia mihi omnino probanda videtur, nam virginitas cũ partu aut generatione miraculũ est, quod nõ debet poni sine necessitate, & de B. Virgine propter singulare miraculum canit Ecclesia: nec primã similem visa es, nec habere sequentẽ, gaudia matris habens cum virginitatis honore. Et iterum: talis partus decet Deũ. De qua re sunt duo versiculi pulcherrimi.

Luc. 1.

Obiectio.

Solutio.

Vtrũ Virgo naturaliter possit cõcipere.

Prim. argu.

Secundum. D. Augustũ.

D. Thom.

D. Thom. Durand.

Partus & integritas discordes tempore longo
Virginis in gremio fœdera pacis habent.

In statu innocentiæ mulieres, nec cõcipe rent, nec parerent sine corruptione integritatis.

Dicendum est ergo, quod mulieres in statu innocentiæ conciperent, & parerent amissa virginitate, sed hæc amissio virginitatis non fuisset per dolorosam diuisionem continui, sed per commixtionem sexuum, & seminum cõcomitante dilatatione membrorum. Verũ est tamen, quod D. August. in loco prænotato apertè docet, quod mulier sine corruptione, & sine dolore, & maiori cum voluptate, quã modo, mater esset miris modis sed veris. Hãc sententiam videtur D. Thomas amplecti in loco prænotato, propter quod D. Thomas videtur mutasse sententiã, de qua re est magna concertatio inter Durandum & Capreolum, qui omnino legendus est, nam hęc disputatio propriam sedem habet in 1.p. loco dudum citato. Illud verò quod dicit commentator friuolum mihi videtur & inane licet enim corrupta attrahat semen; Virgo non potest attrahere, quia occlusa est via, & semen non potest transire sine corruptione.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm mater Dei fuerit Virgo in partu.

159 Opus. 3. ca. 232.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod mater Christi non fuerit Virgo in partu. Dicit enim Ambros. * super Lucam. Qui vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur Propheta, hic est qui aperuit matris suæ vuluam, vt immaculatus exiret. Sed apertio vuluæ virginitatem excludit. ergo mater Christi non fuit Virgo in partu. ¶ 2. Prætereà, Nihil in mysterio Christi esse debuit, per quod corpus eius phantasticũ appareret. Sed hoc non videtur vero corpori, sed phantastico conuenire, vt possit per clausa transire: eo quod duo corpora simul esse nõ possunt. Non igitur debuit ex matris vtero clauso corpus Christi prodire, & ita non decuit quòd esset virgo in partu.

li. 2 in Luc. in c. cuius tit. est de circũ. saluatoris in fin. to. 5.

Est ho. 26. in Euang. paulò à princ.

¶ 3. Prætereà, Sicut Gregor *. dicit in homil. Octauarum Paschæ, per hoc quòd ianuis clausis ad discipulos post resurrectionem intrauit Dominus, ostẽdit corpus suum esse eiusdem naturæ & alterius gloriæ. Et sic per clausa transire, videtur ad gloriam corporis pertinere. Sed corpus Christi in sua conceptione non fuit glorioſum, sed passibile, habens similitudinem carnis peccati: vt Apostolus dicit Rom. 8. Non ergo exiuit per Virginis vterum clausum. ¶ Sed contra est, quod in quodam sermone Ephesini concilij dicitur: Natura post partum nescit vlterius Virginem: gratia verò & parientem ostendit, & matrem fecit, & virginitati non nocuit. Fuit ergo mater Christi Virgo in partu.

¶ Respondeo dicendum, quòd absque omni dubio asserendum est matrem Christi etiam in partu Virginem fuisse. Nam Propheta non solum dicit, Ecce Virgo concipiet: sed etiam addit. Et pariet filium. Et hoc quidem conueniens fuit propter tria. Primò quidem, quia hoc competebat proprietati eius, qui nascebatur, qui est verbum Dei. Nam verbum non solum in corde absque corruptione concipitur, sed etiam absque corruptione ex corde procedit. Vnde vt ostenderetur, quod illud esset corpus ipsius verbi Dei, conueniens fuit vt de incorrupto Virginis vtero nasceretur. Vnde in sermone quodam Ephesini concilij legitur. Quę parit carnem puram à virginitate cessat: sed quia natum est in carne Verbũ, Deus custodit virginitatem, seipsum ostendens per hoc Verbum. Neque enim nostrum verbum cum paritur, corrumpit mentem: neque Deus verbum, substantialem partẽ eligens peremit virginitatem. Secundò, hoc est conueniens quantum ad effectum incarnationis Christi. Nam ad hoc venit vt nostram corruptionem tolleret. vnde nõ fuit conueniẽs, vt virginitatem matris, nascendo corrumperet. Vnde Augu.* dicit in quodam sermone de natiuitate Domini, Fas non erat, vt per eius aduentũ violaretur integritas, qui venerat sanare corrupta. Tertio fuit conueniens, ne matris honorem nascendo diminueret, qui parẽtes præceperat honorãdos.

In ser. 6. à med. to. 10

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd

Ambr.

Ambr. dicit hoc, exponens illud quod Euangelista de lege induxit. Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. Quod quidem, vt* Beda dicit, consuetæ natiuitatis more loquitur: non quòd Dominus sacri ventris hospitium, quod ingressus sanctificauerat, egressus deuirginasse credendus sit. Vnde illa adapertio non significat reserationem communem claustri pudoris virginei: sed solum exitum prolis de vtero matris. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ita Christus voluit veritatem sui corporis demonstrare, quod etiam simul eius diuinitas declararetur: & ideo permiscuit mira humilibus. Vnde vt corpus eius verum ostenderetur, nascitur ex fœmina, sed vt ostenderetur eius deitas, nascitur ex Virgine: talis enim partus decet Deum: vt Ambrosius dicit in hymno * Natiuitatis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd quidam dixerunt Christum in sua natiuitate dotem subtilitatis assumpsisse sicut quando ambulauit siccis pedibus super mare, dicũt eum assumpsisse dotem agilitatis: sed hoc non conuenit his quæ * suprà determinata sunt: huiusmodi enim dotes corporis glorioſi proueniunt ex redundantia gloriæ animæ ad corpus, vt infrà * dicetur, cum tractabitur de corporibus glorioſis. Dictum est autem * suprà, quòd Christus ante passionem permittebat carni suæ agere & pati quæ propria: nec fiebat talis redundantia gloriæ ab anima ad corpus. Et ideo dicendum est, quòd omnia ista facta sunt miraculosè per virtutem diuinam. Vnde Augustꝰ * dicit super Ioan. Moli corporis, vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt: ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit? Et Dionysius * dicit in quadam Epistola, quòd Christus super hominẽ operabatur ea quæ sunt hominis: & hoc monstrat Virgo super-

li. 1. in Luc. c. 7. secũdũ eius ordinẽ to. 2.

In hym. qui canitur in vesperis natalis dñi.

q. 14.

Non compleuit.

q. 14. art. 1. ad 2.

Tract. 111. à med. to. 9.

In epist. ad C. um mo nac. incipit, Quæris tu quidem.

naturaliter concipiens, & aqua instabilis, terrenorum pedum sustinens grauitatem.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio

CONclusio est affirmatiua. Dicit enim Propheta non solum; Ecce Virgo concipiet, sed etiam addit: & pariet filium. Quod quidem conueniens fuit propter tria. Primò, quia sic competebat proprietati eius, qui nascebatur, qui est verbum Dei. Verbum namq; non solum in corde concipitur absq; corruptione, sed etiam absq; corruptione ex corde procedit, quare vt ostenderetur illud esse corpus ipsius verbi Dei, conueniens fuit, vt de incorrupto Virginis vtero nasceretur. Secundo hoc fuit conueniens, quo ad effectum incarnationis Christi cum venerit ad tollendam nostram corruptionem. Tertio fuit conueniens, ne matris honorem nascendo diminueret, qui parentes honorandos præceperat. Nó ergo sacri ventris hospitium, quod ingressus Dominus sanctificauerat, egressus deuirginasse credendus est.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CONclusio huius articuli est certa secundum fidem Catholicam, & patet ex illo Esai. 7. Ecce Virgo concipiet & pariet filium &c. Et Matth. 1. non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitũ, & ex symbolo Apostolorum, & ex concilio Niceno, vbi habetur: natus est ex Maria Virgine. Sed quæstio est. Vtrũ beata Maria pepererit filiũ prout cæteræ, & eadem via qua cæteræ. Nam de hac re sunt variæ sententiæ, tum hæreticorum, tum doctorum. In primis Valentinus hæreticus asseruit, Christum habuisse corpuscœleste, & per Virginem veluti per fistulam trãsijsse. Sed hæc sententia blasphema est & hæretica, nam si aliunde habuit Christus corpus suum, & transijt per eam veluti per fistulam falsò igitur dicitur in scripturis, quod natum est in ea de Spiritu sancto est, falsò peperit, falsò impleti sunt dies eius vt pareret, falsò quoque appellatur prægnans, falsò mater Iesu, falsò Iesus filius eius, falsò deniq; & illud dicitur, cum natus esset in Bethlehem Iudæ, quia non natus ibidem sed effusus. Erasmus in annotat. super Luc. ca. 2. super illa verba: Omne masculinum adaperiens vuluam, insinuat, quòd cum apertione clausstri virginalis, & nixu, & labore pepererit beata Maria, & adducit in suæ sententiæ confirmationẽ Orig. ho. 14.

Esa. 7. Mat. 1.

Vtrũ Virgo Maria pepererit eadẽ via qua aliæ mulieres?

Valentinus hæreticus.

Erasmus.

Prim.argu. in Luc.& D.Ambrosium super illud verbum Lucæ dudum commemoratum. Idem videtur sentire Tertullianus lib. de carne Christi ad finem,& potest confirmari hæc sententia, quoniam in scriptura non legitur, quod clauso Virginis vtero prodierit Christus. ¶ Rursus confirmatur idem,quia vt dicit D. Thomas quodlibeto 6.art.18.nihil deperit de virginitate,si claustra pudoris aliter rumpantur, quam per concubitum,vel saltim per seminis resolutionem,vnde si Virgo sic ęgrotaret, vt necessum esset aperire claustra vel medicinis, vel ferro nihil periret de virginitate,ergo dato quod Christus in suo exitu rupisset claustra,mater mansisset Virgo.Sed ego existimo quod hæc sententia Erasmi est hæretica. Nã in concilio Lateranensi primo sub Martino primo can.3.sic diffinitur.Si quis non confitetur propriè & verè Dei genitricem sanctam semperq; Virginem immaculatã Mariã in vltimis sæculorũ absq; semine cõcepisse ex Spiritu sancto,& incorruptibiliter enixam esse, & indissolubili permanẽte,& ante & post partũ eiusdem virginitate,sit condẽnatus. Eadẽ sententia confirmatur ex traditione Ecclesia ſtica quæ perpetuo docet B.Virginẽ sine dolore,& sine corruptione peperisse filium suũ. Vnde Ecclesia in hymno sic canit:Veni redẽptor gentiũ,ostende partũ Virginis, miretur omne sæculũ,talis decet partus Deum.Aluus tumescit Virginis,claustra pudoris permanẽt. Et in prosa sic cantat Ecclesia: sicut sydus radium,&c.Hanc sententiam docẽt omnes sancti Patres summa cõsensione, vt dogma fidei certissimũ. ¶ Ad argumẽta Erasmi; ad primũ ex autoritate sanctorũ respondet hic D.Tho. in solut.ad 1.quod idem sit apud sanctos aperire vuluam,& nasci & exire de Virginis vtero.Potest etiam responderi,quod in sacris literis idem valent aperire vuluam,& fœcundare; vnde Genes. 30. legimus, Dominum aperuisse vuluam Rachelis,id est,fœcundasse, sicut contra 1.Reg.1.legitur,quod concluserat Dominus vuluam Annæ,quia sterilis erat Anna. ¶ Ad primam confirmationem respondetur,quod integritas Mariæ in partu colligitur in primis ex traditione Ecclesiæ , deinde ex sanctis scripturis in principio huius articuli prænotatis secundum expositionem sanctorum patrum. ¶ Ad secundam confirmationem respondetur , esse certum secundum fidem , quod sit Virgo virginitate mentali atque etiam virginitate corporali . Nam licet ex ruptione claustri virginalis nihil pereat de virtute virginitatis,perit tamen de perfectione naturali & corporali. ¶ Sed iam refutatis erroribus contra fidem , videamus quid dicant Doctores Ecclesiæ , de modo quo exiuit Christus clauso Virginis vtero . Durandus in 4.distinctione.44.quæstione.6. scribit,quod Christi corpus primum fuit in vtero matris , & post modum ex vtero translatum est ad lucem , & extra vterum, sine hoc quod esset in medio . Durandus enim existimat esse omnino impossibile, & continere euidentem contradictionem , quod duo corpora sint simul in eodem loco penetratiuè.Sed hæc opinio Durandi periculosa est,ne dicam hæretica. Nam secundum eius doctrinam Christus Dominus non magis exiuit ex vtero , & per illius ostium , quam per genu aut per oculos,vt quidam nostra tempestate Vallisoleti docuit,at si per oculos emissus esset certè non propriè diceretur Virginem Mariam peperisse filium,aut illum natum fuisse. Præterea,scriptura dicit , quod Maria concepit & peperit filium , non autem dicitur partus,nisi quod exijt per vuluam.Et vt intelligatur facilè quam periculosa sit opinio Durandi,dico esse de fide tenendũ,quod peperit Maria filium suum eo modo,eaque parte corporis , quo & qua solet fieri vera generatio ex muliere præuijs officijs vterinis,illo solo excepto,quod non de virili semine. Hanc veritatem pulcherrimè testatur scriptura his verbis:Ecce Virgo concipiet,& pariet filium Esa. 7.Iterum,quod natum est in ea.Matth. 1.Ter tio:cum Maria desponsata sibi vxore prægnãte Luc.2.Quarto:Et impleti sunt dies eius vt pareret,& peperit filium suum primogenitum.Ibidem.Hæc enim & eiusmodi competere non possent in Mariam,nisi interueniisset naturale opus vteri, eaque officia quæ solent communia esse prægnantibus. Nec posset secundum veritatem Maria dici mater Iesu,aut Iesus filius eius,& filius primogenitus nisi in ea accepisset,vitam,& formam,deq; illis viscеribus carnẽ,sanguinẽ, & ossa, nutrimentum, & incrementa corporis,more aliorũ infantũ, expleto certo mensium spacio in vtero matre no.Et in concilio Ephesino in confess. fidei sic habetur:non dubitamus sanctam Virginẽ dicere theotocon,id est,Deum parientẽ,non quod verbi natura deitasq; in sancta Virgine sumpsit exordium , sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatũ anima rationali cui subsẽtialiter adunatum verbũ carnaliter natũ esse dicitur,& paulò ante dixerant patres concilij,Verbum carnem factum esse; in quo ostenditur similiter ac nos principium habuisse carnis & sanguinis,& hominem ex muliere processisse. Obseruandum est illud verbum, similiter ac nos,id est,per eandem viã & eodẽ modo natus,excepto quod non ex virili semine.

Secundum. D. Thom.

Erasmi sententia hæretica.

Cõci.Late.

Traditio Ecclesiastica.

Ad primã Erasmi. D.Thom.

Gen.30.

1.Reg.1.

Ad primã confir.

Ad secũdã

Durand. opinio periculosa.

B.Virgo peperit eo modo & ea parte corporis qua aliæ mulieres.

Esa.7. Mat.1.

Luc.2.

Cõc.Ephe.

rit. Quapropter nō satis mirari queo impudē tiam, aut ignorantiam Catherini vehementer reprehendētis Caietanū exponentem illa verba: pariet autem filium, hoc modo, pariet, nō emittet qualitercūq;, sed pariet naturali opere materno per genitalia. Hīc insurgit Catherinus inquiens, Caietanū excludere opus supernaturale & sentire cum Erasmo de apertione clausstrorū in Virgine contra Ecclesiæ sententiam & diffinitionē. Sed in hac animaduersione errat ipse Catherinus cōtra fidē, nā secūdum fidē catholicā, Maria peperit filiū suum per vteri ostiū naturali opere materno, & enixa est, & actiuè ex suo vtero protulit nobis Saluatorē sicut cæteræ matres filios suos. Ex dictis patet, quomodo modus Durandi sustineri non potest. Alius modus dicendi est, quem refert Durādus vbi suprà in solutione primi, nec tamen improbat, videlicet quod facta fuerit diuina virtute dilatatio virginalis clausstri absq; corruptione, & dolore aliquo sicut fieret in statu innocentiæ in fœminis parientibus, iuxta doctrinam Augustini. 14. de ciuit. Dei cap. 26. cui videtur consentire D. Thom. 1. p. q. 98. art. 2. ad vltimum. Gauderet itaque tūc iuxta istam doctrinam priuilegio iustitiæ originalis. Cæterum hic modus dicendi periculo non caret, quod demonstro eisdē his argum. quibus sententiam Erasmi labefactauimus & subuertimus, omnia enim illa si rectè expendantur probant Christum clauso Virginis vtero prodijsse, sicut clauso sepulchro resurrexit, & sicut ianuis clausis ingressus est ad discipulos. His accedit, quod quidā cōcionator, qui Cōpluti ausus est prędicare istū modū dicēdi, ab inquisitoribus reprehēsus est. Alius modus dicēdi est Abulēsis in paradoxa 1. à c. 56. & deinceps vsq; ad 68. & super Matt. c. 1. q. 49. scribētis, quod Christus prodijt per totum vterū Virginis per vmbilicū, per ilia pene tratiuè se habēdo cū illis partibus. Itaq; prodijt Christus per totā vteri latitudinē, quanta erat quātitas ipsius fœtus, & sic cōcedit, quod Christus nō magis natus est per vteri ostiū, q̄ per alias partes vteri. Sed hæc sententia nō verè explicat fidei mysteriū, nā secundū eam B. Virgo nō peperit filiū suū per locū naturalē, neq; ea parte qua solēt cæterę fœminę, imò talis exitus ab vtero propriè partus nō est. Certè in hoc est insigne virginitatis miraculum, quod exierit infans per locū naturalem sine aliqua corruptione, aut apertione virginalis clausstri, quod miraculū non saluat Abulensis. Alia ratio explicandi est, quod Christus compresserit quantitatem suam, vt posset exire salua matris integritate per vteri ostium. Hic modus insinuatur etiam à Durando, vbi supra ex aliorum sententia. Sed certè hic modus est contra communem sensum fidelium. Rursus iuxta hunc modū dicendi asserendū est Christū mutasse figurā debitā humanæ naturæ, & infanti nouem mensiū, cum tamen prodierit ex Virginis vtero tanquā sponsus de thalamo suo speciosissimus. Deniq;, si hic modus dicē di verus est, necessum est ponere in Christo doloré aliquē, nā nisi fingamus noua miracula ex tali cōpressione, & cōstrictione carnis necessario sequitur dolor, & cruciatus. Communis ergo & vera explicatio est, quā habet D. Thom. distinctè in quodlibeto citato, & in 4. dist. 44. q. 2. art. 2. in explicatione quæstiun. 3. quod Deus potest duo corpora ponere in eodem loco, & sic Christus Dominus natus fuit omnino in figura & quantitate debita infanti nouē mensiū per virginalis vteri ostiū inuiolatū, intactū, nō dilatatū cū summo ipsius Virginis gaudio & honore, idq; factū est virtute diuina, quia Christus Dominus habuit se penetratiuè cum partibus clausstri virginalis cū opus fuit emittere illū extra vterū, & sic verè peperit sine apertione aut dilatatione clausstri, sicut Christus exiuit clauso sepulchro, & ingressus est ad discipulos ianuis clausis. Sed hęc nō placēt Durando, & visa sunt ei deliramenta, cū tamē ipse in hac re maximè deliret & insipiens sit ex studio contradicēdi doctrinę D. Tho. Veris igitur sed miris modis prodijt infans Iesus ex vtero Virginis clauso. Sed præstat hoc mysteriū silentio obuoluere & venerari, quam explicationibus proprio ingenio inuentis elucidare: tantum hoc in loco libet sententias patrum in medium producere; ex quibus perspicuum erit, qua via & ratione poterit diuinus Theologus ostendere euidenter non esse impossibile, quod Maria fuerit Virgo in partu. Cyprianus in expositione symboli sic scribit: Pagani solent irridere nos cum audiunt prædicari à nobis Virginis partum, propter quod paucis eorū obtrectationibus respōdendū est. Oīs partus ex tribus (vt opinor) cōstat, si adultæ ætatis sit fœmina, si virū adeat, si nō sit illius vulua vitio sterilitatis occlusa. Ex his tribus in hoc partu quē prædicamus vnū defuit, vir scilicet, & hāc partē (quia qui nascebatur nō erat terrenus homo, sed cę lestis) per spiritū cælestē dicimus salua Virginis incorruptione cōpletā. Et tamēquid mirū videtur, si Virgo cōcepit, cū orientis auē quē Phœnicē vocāt in tantū sine cōiuge nasci vel renasci cōstet, vt semper vna sit, & semper sibi ipsi nascēdo vel renascēdo succedat? Apescerè nescire coniugia nec fœtus nexibus edere oībus palā est. Sed & alia nōnulla deprehēdūtur sub huiuscemodi sorte nascēdi. Hoc ergo incre-

Catherini audacia.

Alius modus dicendi periculosus

D. Augusti. D. Thom.

Tertius modus dicendi Abulensis.

Quartus modus dicendi.

Verus modus dicēdi D. Thom.

Cyprian.

incredibile videbitur diuina virtute ad totius mundi reintegrationem factum, cuius exẽpla & in animalium natiuitate cernũtur? Et tamẽ mirandum est, cur hoc gentilibus impossibile videatur, qui credunt Mineruam suam de cerebro Iouis natam. Quid ad credendum difficilius, aut quid magis cõtra naturam est? Hîc fœmina est, hîc naturę ordo seruatur, hîc conceptus, hîc partus temporibus suis editur; ibi nusquam fœmineus sexus, sed vir solus est partus. Qui illa credit, cur ista miratur? Sed & Liberum patrem dicunt de fœmore eius natũ. Ecce aliud portenti genus, & tamen creditur. Veneré quoq; quã Aphroditẽ vocant de spuma maris, sicut & omnis eius compositio oſtẽdit, credunt esse progenitam. De ouo natum Castorẽ, Pollucẽq; cõfirmant, & ex formica Myrmidones, & alia mille sunt, quæ quamuis contra naturã rerũ venientia, ipsis tamen sunt visa credibilia, vt Deucalionis & Pyrrhæ lapides iactos & hominũ ex his segetẽ natã, &c.

Origen. Orige. super Euãgel. cũ esset despõsata sic inquit. O magnę admirationis gratia, ô inenarrabilis suauitas, ô ineffabile magnũq; sacramẽtum. Ipsa eadem Virgo, ipsa est mater Domini, ipsa genitrix, ipsa eius ancilla, plasmatio eius ipsa quæ genuit. Quis vnquã ista audiuit? Quis vidit talia? Quis hoc excogitare potuit vt mater Virgo esset, intacta generaret quæ & Virgo permansit & genuit? Sicut enim quondã rubus videbatur cõburi, & ignis eũ nõ tãgebat, & sicut pueri in camino ignis inclusi habebantur, & tamẽ eos non lædebat incendiũ, nec odor fumi erat in eis, vel quemadmodũ Danieli intra lacum leonum incluso clausis non apertis allatum est prandium ab Abacuc: ita hæc sancta Virgo genuit Dominum, sed in

D. Auguſt. tacta permansit. Augustinus in serm. de natiuitate. Nascitur etiam ab intacta fœmina Christus, quia fas non erat vt virtus per voluptatẽ, castitas per luxuriã, per corruptionem incorruptio nasceretur, nec poterat nisi nouo ordine aduentare de cælo, qui vetustũ mortis destruere veniebat imperium. Regnum igitur tenuit virginitatis, qui regẽ genuit castitatis, ideo etiam Dominus noster virgineum sibi requisiuit hospitium habitandi, vt nobis ostenderet Deum in casto corpore portari debere: ergo qui scripsit lapide as tabulas sine stylo ferreo, ipse grauidauit Mariã Spiritu sancto. Vnde dicitur, inuẽta est in vtero habẽs de Spiritu

D. Chryſo. sancto. Chrysost. hom. 49. super Gen. de sterilitate Saræ & Rebeccæ loquens: quoniã igitur, inquit, tibi dicit Iudęus, quomodo peperit Virgo? die ei. Quomodo peperit sterilis & vidua? Duo impedimẽta tũc erãt, & ætas intẽpestiua, & natura vitiata. In Virgine autẽ vnum impedimentũ fuit, quod nõ est particeps cõcubitus. Sterilitas igitur iã viã parat virginitati. Et vt scias, quod propter hoc steriles fuerũt prius vt credatur virginitas partus; audi verba Gabrielis, qui ad Virginẽ dixit. Postquã emvenit, & dixit. Cõcipies in vtero, & paries filiũ, & vocabitur nomẽ eius Iesus, obstupefacta est, & admirata, ac dixit. Quomodo erit mihi istud? quia virũ nõ cognosco quid igitur Angelus? Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi. Ne quęras, inquit naturæ modũ & ordinẽ, quãdo super naturã sunt quę fiũt. Ne spectes cõiugij dolores, quãdo maior quã in nuptijs natiuitatis modus erit. Et quomodo fiet istud, inquit, quia virũ nõ cognosco? Sanè propter hoc erit, quoniã virũ nõ cognoscis. Nã si cognosceres virũ, non fuisses habita digna, vt huic mysterio seruires. Atq; adeò quod incredula es propter hoc crede, nõ quia malũ nuptiæ, sed quia melior virginitas, &c. Et infra. Tu autẽ obsecro intende quomodo sterilis istã manu ducat ad fidẽ partus. Quoniã prior demõstratio maior erat cogitatione Virginis. Audi quomodo & humiliorẽ sermonẽ affert p sensibilia ipsam manu ducẽs: Et ecce inquit Elisabeth, &c. Theore. Theodore. quod autẽ rubus arderet & nõ cõsumeretur, indicabat vnicũ Dei filiũ hominẽ factũ, & virginalẽ vterũ inhabitantẽ matri suę virginitatẽ integrã conseruaturũ. Bernar. super missus est Bernard. hom. 2. Quid igitur, inquit, rubus iste Mosayeus portẽdebat, flãmas quidẽ emittẽs, sed nõ ardẽs, nisi Mariã pariẽtẽ, & doloré nõ sentientẽ? Chrysost. O ergo rubẽ quẽ vidit Moyses in mõte ardẽtẽ & minimè cõbustã Virgo Maria, quæ genuisti, neq; corruptionem passa es. Eucherius de formulis spiritualibus: Rubus, Eucherius. vt quidã opinãtur, Mariæ Virginis præfiguratio est, eo quòd quasi de humani corporis rubo Saluatorẽ tãquã rosam emiserit, aut quod vim diuini fulgoris sine viri assumptione pertulerit. Inuenit germinasse virgam Aarõ, &c. Num. 17. Virgo Dei genitrix virga est flos filius eius. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet, per florẽ intelligitur Christus secũdũ oẽs doctores Hebręos & Latinos. Hæc autẽ virga sicca germinauit absq; humore virilis seminis cõcipiẽdo, floruit aũt sanctissimè cõuersando, sed fructũ protulit Deũ nobis & hominẽ in vna psona pariẽdo. Sed operę pretiũ est hi sanne ctere sentẽtias Patrũ, qui asserũt Dei matrẽ sine apertione clausi virginalis filiũ suũ peperisse: ait enim Ezechiel c. 44. porta hęc clausa erit, nõ aperietur, Ezech. 44. & vir nõ trãsibit per eã, quoniã Dñs Deus Israel ingressus est per eã, & erit clausa principi. Ambro. Quę est hęc porta, inqt, Ambr. de instit. virg. cap.

Num. 17. Esa. 11.

cap.7.nisi Maria quæ clausa erat,& non aperiebatur,& ideo clausa,quia Virgo.Et cap.8.Aspiciebat ad Orientem,quoniam verum lumẽ effudit,quæ generauit Orientem lucis æternæ,peperitq; solem iustitiæ:ergo sacratissima Virgo porta clausa,& Dei sanctuarium dicitur,sacratissimum templum gloriæ Dei plenũ. Pro sanctuario Dei,septuaginta dixere, sanctorum viam,quod per hanc Virginem sanctitas ingressa per orbem terrarũ est, & sanctus sanctorum,& sanctus qui omnes sanctos sanctificauit:Sic Ambrosius hunc locum explanat loco citato. Et epist.lib.10.epist.81: & si expendas Græca & Hebræa verba, de nullo alio queas interpretari,nam quomodo aliter intelligas viam omnibus inaccessam & impertiam,& clausam sanctorum esse viam?Nisi ita dicatur,via sanctorum sacra hæc Virgo,quomodo dicitur Eua,vt ait Aug.in serm.de nati- D. August. uitate.Vera enim Eua,sacra hæc Virgo est,nã Eua, Hebræa vox, sonat Latinè idẽ quod mater viuentiũ,& verè Maria mater viuentiũ est,id est,sanctorum,quod ait Ezechiel,nam prima fœmina hoc nomine nuncupata est, quia typum gerebat Ecclesiæ,& Virginis huius sacræ:& quia vitæ animalis principiũ erat, & quia prius est,quod est animale; hæc spiritualis vitæ mater est,& ideo sanctorum porta est appellata;sequitur deinde:Hęc erat clausa, Augustinus loco citato,quia signaculum erat pudoris,& immaculatæ carnis integritas erat: D. Ambro. breuius Ambrosius porta clausa,quia Virgo: porta verò inquit Ambrosius & Cyprianus in symbolo,per quã Christus intrauit in hũc mundum,quando virginali fusus est partu virginitatis claustra non soluit:sequitur,dixit Dominus ad me,porta hæc clausa erit,& non aperietur,& vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam. Cypria. Cyprianus ibidem. Quid tam euidẽs dici potest,de consecratione Virginis, clausa in ipsa fuit virginitatis porta,per ipsam introiuit Dominus Deus Israel,per ipsam processit, & in æternum porta Virginis clausa seruata virginitate permansit. Nam hoc postremum, quod ait Cyprianus significant verba sequẽtia;eritque clausa:illic enim iuxta translationem Septuaginta apposita distinctio est:ita Augustin. Ambrosius Ambrosius toto cap.8.hunc locum explanat. Deinde nouo initio,quia dux ille, siue princeps iste sedebit in ea,vt comedat panem coram Dño:sic enim Græci & Hebræi codices sunt dispuncti omnes,& sic legit D.Ambr.& D.Cypri.& apertè incarnationem,hæc verba proclamant:Ait enim Ambr.ca.12.de institu. Virginũ.Ipse dux sedebit in ea, quando verbum caro factũ est,& habitauit in nobis:quasi rex sedens in aula regali vteri virginalis, vel in olla feruenti,sicut scriptum est. Moab olla spei meæ.Aula ergo regalis est Virgo,quę nõ viro subdita,sed Deo soli:est & olla vterus Mariæ,quæ spiritu feruenti,qui superuenit in eã repleuit orbem terrarum,cum peperit Saluatorem.Sed quod sequitur in textu apud Ezechielem maximè est obseruandum; continet enim reconditum mysterium. Princeps (inquit) ipse sedebit in ea.Hebraicè sic legitur:& princeps,princeps ipse sedebit in ea:vt sit sensus:Princeps sedebit in ea,princeps autem est ipse,subaudi Deus. Semper enim cum,ipse, absolutè ponitur in scripturis Deũ significat. His constitutis,quæ ex varia lectione sanctorum Patrum collecta sunt; duæ quæstiones submoueri solent.Prior est,vtrùm Virginem parere permanente virginitate sit contra naturam? Posterior vero est, vtrùm aliquis possit naturaliter vel miraculosè esse simul Virgo& Pater? Ad priorem quæstionem dicẽdum est breui sermone, quod Virginem parere permanente virginitate est impossibile per naturam,at per miraculum possibile est, miracula verò & omnia mysteria fidei nostræ nõ sunt contra naturam,sed supra naturam vt euidenter demonstrat Diuus Thomas 1.contra Gẽtes.cap.7.Verum est tamen,quòd Philosophi qui sequuntur tantum rationem naturalem iudicabant hoc esse prorsus impossibile.Vnde Romæ erat templum Paci dicatum duratu rum ex oraculo vsque ad partũ Virginis,quo significabatur fieri non posse vt rueret vnquam,verum eadem fœlicissima die,qua Virgo peperit corruit, vt habet vetus historia. Ad secundam quæstionem, ita exactè & dilucidè respondet D.Tho.quodlibeto 6.art. 18. D. Thom. vt nostra expositione non indigeat.

Virgo permanẽte virginitate naturaliter parere nõ potest. D. Thom.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm mater Dei permanserit Virgo post partum.

AD tertium sic proceditur. Videtur,quòd mater Christi non permanserit Virgo post partum . Dicitur enim Matt.1. Antequam conuenirent Ioseph & Maria,inuẽta est in vtero habẽs de Spiritu sancto.Nõ autẽ Euangelista diceret,antequã conuenirẽt,nisi de cõuenturis:quia nemo dicit de nõ prãsuro,antequam prãderet.Ergo videtur, quòd beata Virgo quandoque conuenerit carnali copula cum Ioseph, & ita non permanserit Virgo post partum. 160 Opusc.3.c. 232.

¶ 2. Præ-

¶ 2. Præterea, Ibidem subditur ex verbis angeli loquentis ad Ioseph: Noli timere accipere Mariam coniugem tuã. Coniugium autem consummatur per carnalem copulã. Ergo videtur, quòd quandoque carnalis copula interuenerit inter Mariam & Ioseph, & ita videtur, quod non permãserit virgo post partum. ¶ 3. Præterea, Ibidẽ post pauca subditur: Et accepit coniugem suã, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Hoc autem aduerbium, Donec, consueuit determinatum tempus signare, quo impleto fiat id, quod vsque ad illud tempus non fiebat. Verbum autem cognoscendi ibi ad coitum refertur, sicut & Genes. quarto dicitur, quòd Adam cognouit vxorem suam. Ergo videtur, quòd post partum beata virgo fuerit carnaliter à Ioseph cognita. ergo videtur, quòd non permanserit virgo post partum. ¶ 4. Præterea, Primogenitus non potest dici nisi qui habeat fratres subsequentes: vnde & Rom. 8. dicitur. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Sed Euangelista nominat Christum primogenitum matris eius. Ergo habuit alios filios post Christum: & ita videtur, quòd mater Christi non manserit virgo post partum. ¶ 5. Præterea, Ioan. 2. dicitur, Post hæc descendit Capharnaum ipse, scilicet Christus, & mater eius, & fratres eius. Sed fratres dicuntur qui ex eodem parente geniti sunt. Ergo videtur, quòd beata Virgo habuerit alios filios post Christum. ¶ 6. Præterea, Matth. 27. dicitur, Erant ibi, scilicet iuxta crucẽ Christi, mulieres multæ à longè, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Videtur autem hæc Maria, quæ hic dicitur Iacobi & Ioseph mater, esse etiam mater Christi: dicitur enim Ioã. 19. quòd stabat iuxta crucem Iesu Maria mater eius. Ergo videtur, quòd mater Christi non permanserit virgo post partum. ¶ Sed contra est, quòd dicitur Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam. Quod exponens Augustin. in quodam sermone* dicit. Quid est porta in domo Domini clausa, nisi quòd Maria semper erit intacta? Et quid est, homo non transibit per eam, nisi quòd Ioseph non cognoscet eam? Et quid est, Dominus solus intrat, & egreditur per eam, nisi quòd Spiritus sanctus imprægnauit eam, & Angelorum Dominus nascetur per eam? Et quid est, clausa erit in æternũ, nisi quòd Maria virgo est ante partum, & virgo in partu, & virgo post partum?

* In ser. 14. de natali domini qui est 18. de temp. nõ ſõ gẽ à princi pio to. 10.

¶ Respondeo dicendum, quòd absque omni dubio detestandus est error Heluidij, qui dicere præsumpsit matrem Christi post partum à Ioseph esse carnaliter cognitam, & alios filios genuisse. Hoc enim primò derogat Christi perfectioni: qui sicut secundũ diuinam naturam vnigenitus est Patris, tanquam perfectus per omnia filius eius: ita decuit, vt esset vnigenitus matris tanquam perfectissimum germen eius. Secundò hic error iniuriam facit Spiritui sancto, cuius sacrarium fuit vterus virginalis: in quo carnem Christi formauit, vnde nõ decebat quòd de cætero violaretur per commixtionem virilem. Tertiò derogat dignitati & sanctitati matris Dei, quæ ingratissima videretur, si tanto filio contenta non esset: & si virginitatem, quæ in ea miraculosè conseruata fuerat, sponte perdere vellet per carnis concubitum. Quartò etiam ipsi Ioseph esset ad maximam præsumptionem imputandum, si eam quam reuelante angelo de Spiritu sancto Deũ cõcepisse cognouerat, polluere attentaret. Et ideò simpliciter est asserẽdum, quòd mater Dei sicut virgo concepit, & virgo peperit, ita etiam & virgo post

post partum sempiternum permansit.

Ad primum ergo dicendum, quòd (sicut Hierony.* dicit in lib. eõtra Heluidium) intelligendum est, quòd hæc propositio Ante, licet sæpe consequentia indicet, tamen nonnunquam ea tantum quæ prius cogitabantur ostendit: nec necesse est, vt cogitata fiant, cùm ideo aliud interuenerit, ne ea quæ cogitata sunt fierent. Sicut si aliquis dicat, Antequam in portu pranderem nauigaui: non intelligitur quòd in portu prandeat postquã nauigauerit: sed quia cogitabatur in portu pransurus. Et simi liter Euangelista dicit, Antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto: non quia postea conuenerint: sed dum viderentur conuenturi, præuenit conceptio per Spiritũ sanctum: ex quo factum est, vt vlterius nõ conuenirent. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut August. dicit in lib. de Nupt.* & concupiscentia. Coniux Ioseph, vocatur mater Dei ex prima desponsationis fide, quam per concubitũ nõ cognouerat nec fuerat cogniturus. Vt enim Amb.† dicit super Lucam: nõ virginitatis ereptio, sed coniugij testificatio & nuptiarum celebratio declaratur. ¶ Ad tertium dicendum, quòd quidam dixerunt hoc non esse intelligendum de cognitione coitus, sed de cognitione notitiæ. Dicit enim Chrysost.* quòd non cognouit eam Ioseph antequam pareret, cuius fuerit dignitatis: sed postquam peperit tunc cognouit, quia per ipsius prolem speciosior & dignior facta fuerat quam totus mũdus: quia quem totus mundus capere non poterat, in angusto cubiculo vteri sui sola susc epit. Quidam vero hoc referũt ad notitiam visus: sicut enim Moysi cũ Deo colloquentis glorificata est facies, vt non possent intendere in eum filij Israel; sic Maria claritate virtutis Altissimi obumbrata, cognosci non poterat à Ioseph, donec pareret: post partum autem à Ioseph agnita inuenitur specie faciei, non tactu libidinis. Hierony*. autẽ concedit hoc esse intelligendum de cognitione coitus: sed dicit quòd vsq; vel donec, in Scripturis dupliciter potest intelligi. Quandoq; enim designat certum tempus: secũdum illud Gal. 3. Propter transgressionem lex posita est, donec veniret semen, cui promiserat. Quãdoque verò signat infinitum tempus: secundum illud Psal. 113. Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri: ex quo non est intelligendum, quòd post impetratam misericordiam, oculi auertantur à Deo. Et secundum hunc modum loquendi significantur ea, de quibus possent dubitari, si scripta non fuissent: cætera verò nostræ intelligentiæ derelinquuntur. Et secundum hoc Euangelista dicit matrẽ Dei non esse cognitam à viro vsque ad partum: vt multò magis intelligamus cognitam nõ fuisse post partum. ¶ Ad quartum dicendum, quòd mos diuinarum Scripturarum est, vt primogenitũ vocent non solum eum, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primus natus sit. Alioquin si non est primogenitus nisi quem sequuntur fratres, tandiu* secundum legem primogenita non debentur, quandiu & alia nõ fuerint procreata. Quod patet esse falsum: cùm intra vnum mensem primogenita redimi mandentur secundũ legem. ¶ Ad quintum dicendum, quòd quidã, sicut Hierony.* dicit super Matth. fratres Domini de alia vxore, Ioseph filios suscipiantur. Nos autem fratres Domini, non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris, Mariæ materteræ Domini filios intelligimus. Quatuor enim modis in Scripturis fratres dicuntur, scilicet natura, gente, cognatione, & affectu. Vnde fratres Domini dicti sunt, non secundum naturam, quasi ab eadem matre nati: sed secundum cognationem quasi cõsanguinei eius existentes. Ioseph autem, sicut Hierony.* dicit contra Heluidium, mà gis credendus est virgo permãsisse: quià aliam

In fi. comẽt. ad 1. c. Matt. tomo. 9.

circa fi. cõmẽt. ad 12. c. Mat. to. 9

*cõtra Heluidiũ in vlti. fol. ante fin. li. to. 3.

Tit. huius. Est de perpetua virg. Mariæ, non procul à princip. li. tomo. 3.

cap. 11. non lõge à princip. tom. 7.

l. 1. in Luc. ca. 1. à me. tom. 5.

homil. 1. in Matth. in epe. imper. super illud: Et non cognouit eã, donec. to. 2

aliam vxorem habuisse, non scribitur, & fornicatio in sanctum virum non cadit. ¶ Ad sextum dicendum, quòd Maria, quæ dicitur Iacobi & Ioseph mater, nõ intelligitur esse mater Domini: quæ in Euangelio non consueuit nominari, nisi cum cognominatione huius dignitatis, quòd sit mater Iesu. Hæc autem Maria esse intelligitur vxor Alphæi: cuius filius est Iacobus minor, qui dictus est frater Domini.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Hæresis Heluidij.

CONclusio est affirmatiua, & contrarium est hæresis Heluidij, qui dicere præsumpsit matrem Christi post partũ à Ioseph esse carnaliter cognitã, & alios filios genuisse. Hoc enim primò derogat perfectioni Christi, qui sicut secundum diuinam naturam est vnigenitus patris tanquam perfectus per omnia filius eius, ita decuit esse vnigenitum matris, tãquã perfectissimum eius germen. Secundò hic error iniuriam facit Spiritui sancto, cuius sacrarium fuit vterus virginalis, in quo carnẽ Christi formauit. Vnde non decebat postea violari per commixtionem virilem. Tertiò derogat dignitati, & sanctitati matris Dei: quæ ingratissima videretur, si de tanto filio non esset contenta: & si virginitatem, quæ in ea miraculosè conseruata fuerat, sponte perdere vellet per carnis commixtionem. Quartò, maximè præsumptuosus fuisset Ioseph, si attentasset eam polluere, quam reuelante Angelo de Spiritu sancto cognouerat concepisse.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DEfinitio huius articuli est certa secundũ fidem ex traditione Apostolorum, & ex communi sensu fidelium & Sanctorũ omniũ. Hoc epitheton, quod fuerit semper Virgo tri-

Concilium quintũ generale. Conc. Late.

buit illi Concilium V. generale can. 6. & Concilium Lateranense I. can. 3. tribuit etiam Ecclesia in canone Missæ, & in officijs diuinis D. Virgini dicatis. Perpetuitatem virginitatis Mariæ solum negant hæretici, qui dicti sunt Antidicomarianitę, vel Antidicomariani quorum princeps fuit Heluidius, contra quem eleganter & vehementer disputat D. Hieronymus duobus libris intitulatis contra Heluidium. Pugnat quoque contra hanc hæresim Epiphanius lib. 3. contra hæreses cap. 78. Illephonsus etiam Archiepiscopus Toletanus in libro de hac re edito inuehitur contra quosdam hæreticos Hispanos, qui temerariè ausi sunt affirmare Deiparam post partum fuisse cognitam à Ioseph, pluresque peperisse filios.

Heluidius. D. Hieron. Epiphanius D. Illephõsus.

Sed D. Thomas admirabili dispositione, & ordine in hoc articulo omnia hęreticorum argumenta euidenter dissoluit redigens in cõpendium & epithomen omnia, quæ sancti Patres prædicti multis libris sparserãt, planè est admirandus D. Thomas. Sed vnam obiectionem, quam hic versat D. Tho. in solutione quinti operæpretium est diligentius pertractare. Ea est nam diuinæ scripturæ testantur Christum habuisse fratres vt Luc. 8. Ecce mater eius & fratres eius stabant foris, quærẽtes loqui cum eo. & Ioan. 2. Posthæc descẽdit Capharnaum ipse & mater eius & fratres eius. Et Ioan. 7. Dixerunt ergo fratres eius ad eum: Transi hinc & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ tu facis. Nemo enim aliquid in occulto faciens, quærit ipse in palàm esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Ioanne ibi inferente. Neque enim fratres eius tũc credebant in eum. Et Matth. 13. & Mar. 6. Et docebat eos in Synagoga eorum in patria sua, ita vt stuperent & dicerent; Nonne hic est fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas, & sorores eius omnes apud nos sunt? Lucas quoque in Actib. Apostol. ita refert: Hi omnes erant instantes vnanimes in oratione, cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus ipsius. Necnon & Paulus Apostolus in eadem historiæ veritate pari voce concordat ad Galat. 1. Ascendi autem secundum reuelationem, & neminem vidi nisi Petrum & Iacobum fratrem Domini. Et rursum 1. Corint. 9. Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem vxores circunducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? Et Matth. 27. Erant autem ibi & mulieres (haud dubium quin ante crucem Domini) multæ à longè spectantes quæ secuutæ fuerunt Iesum à Galilæa ministrantes illi inter quas erant Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorũ Zebedæi. Item Mar. 15. Erant autem & mulieres à lõge aspicientes inter quas erant Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater Salome. Ibiq́ue post modicum: & aliæ multæ, quæ ascenderant cum eo in Hierusalem. Nec non & Lucæ vltimo. Erant autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ cum eis. Videtur autem hæc Maria, quæ hic dicitur Iacobi & Ioseph mater, esse etiam matrem Christi, dicitur enim Ioannis. 19. quod stabat iuxta crucem Iesu Maria mater eius, ergo videtur quod mater Iesu non permanserit virgo post partum. Ad hanc obiectionem explicandã Doctores Sancti varijs vijs procedunt.

Quomodo Christus habuerit fratres. Lucæ. 8. Ioã. 2. & 19.

Matth. 13. Mar. 6.

Quidam

Quidam dicunt, quod Ioseph bigamus fuit, & quod habuerit alteram prius vxorẽ ex qua filios susceperit qui fratres Domini in Euãgelio dicuntur. In hac opinione sunt plærique; ex Græcis patribus Eusebius lib.2.Eccl. hist.c.1. Nicephorus lib.2.c.3.vbi etiã refert Hippolytum eiusdem sententiæ autorẽ. Euthymius in Matt.ca.12. Eucumenius super Epist.ad Gal. c.2.& in Act.Apost.c.2. Epiphanius lib.3.Panarij aduersus Antidicomarianitas disputans. Orig.super Matth.c.13. Hoc ipsum apud Latinos profitentur Hilarius can.in Matt.1. Amb. super Epist.ad Galat.c.1. Caietan. in eiusdem Epistolæ cap.1. explanationibus. Sed & Ambro.in lib.de instit.virg.c.6. Idẽ sentit Theophilactus super Matth. c.13. hoc ipsum repetit.c.27.in Matth. Sed hanc sententiam Hieronymus in Matt.12. caput tanquam apocriphorum deliramenta contemnit, quin etiã aduersus Heluidium asserit audaci eam temeritate esse confictam. Sed ne tantos patres contemnere videamur dicendum est,Sanctos patres cõmemoratos in hanc sentẽtiã ex coniecturis deuenisse: nam cũ in Euãgelio fratres Domini legãtur, & religio vetaret filios Marię suspicari,scripturæ expositoribus cõiectandũ fuit, quonã id pacto fieri potuerit vt veritas Euangelij cum Mariæ perpetua virginitate cõgrueret. Ita sanè quidã filios Ioseph ex alia vxore introduxerũt,Christiq; proinde fratres nõ veros sed qui putarẽtur interpretati sunt,nam & Ioseph nõ verus erat pater sed putabatur. Atqui hæc coniectura probabiles habuit causas; Nam Iacobus Hierosolymitanorũ Episcopus peculiariter in diuinis scripturis est vocatus frater Domini, at si cognatione solum fratres Domini appellãtur,nõ est quare Iacobus peculiariter frater Domini sit cognominatus. Iosephus lib. de antiq.dicit Herodẽ interfeciſſe Iacobum fratrẽ Iesu qui dicitur Christus & lib. 20.c.16.Ananias Pontifex lapidari fecit fratrẽ Iesu qui dicitur Christus, nomine Iacobum. Secunda cõiectura est, nam nulla magis videtur quadrare ratio ad dicendum Iacobum Alphęi fratrem Domini quam quod fuerit filius Ioseph ex alia vxore. Alię enim rationes à Doctoribus excogitatæ violentæ esse videntur. Sunt qui dicant,quod Anna mater B.Virginis habuit tres viros, nam primo nupsit Ioachim ex quo peperit Mariam matrem Domini,quo mortuo nupsit Cleophæ fratri Ioachim, ex quo peperit Mariam Cleophæ & ex hac natus est Iacobus minor, Iudas & Simon, quo mortuo dicitur, quod nupsit adhuc cuidam tertio qui vocatus est Salome, ex quo concepit & peperit aliam Mariam quæ dicta est Salome, & de hac natus est Iacobus maior, & Ioannes frater eius. Et extat exastichon alicuius Grammatici talis.

Anna solet dici tres concepisse Marias,
Quas genuere viri Ioachim Cleophas,Salomeq;.
Has duxere viri Ioseph, Alphæus,Zebedæus:
Prima parit Christũ,Iacobumq; secunda minorẽ,
Et Ioseph iustum peperit cum Simeone Iudam.
Tertia maiorem Iacobum,volucremq; Ioannem.

¶ Baptista etiam Mantuanus in saltis suis:

Anna puerperio fortunatissima Sancto
Tres habuisse viros, & tres habuisse puellas
Dicitur;

Sed huic sententiæ ab omnibus cõtra dicitur, quippè quæ nullũ habeat fundamẽtũ neq; in scripturis neq; in historijs,imo ex historia cõstat quòd erat vetula & sterilis Anna antequã virginem pareret, quomodo ergo postea toties nupsit? Et nõ videtur omnino verosimile, quod tres filiæ essent eodem nomine, sed & quod Salome non fuerit maritus Annæ liquidò constat,nam Salome est mulier vt Penelope,Helene, vt patet ex Marci.16. vbi dicitur, quod cum trãsisset sabbathum Maria Magdalene,& Maria Iacobi,& Salome emerunt aromata: vbi dicitur Græcè καὶ σαλωμη vbi cõstat σαλωμη esse fœmininum. Verus ergo modus dicendi est quẽ habemus ex D. Hieronymo. Fratres(inquit D.Hieron.) quatuor modis in scripturis dicũtur, natura,gente,cognatione, affectu, siue religione.Natura,inquit,Esau & Iacob & duodecim Patriarchæ fratres erant: vti liber Gen. testatur. Gente verò omnes de populo Israelitico fratres erãt. Deut.15. & 22. & ad Rom.9.Optabam & ego ipse anathema esse prò fratribus meis, qui sunt cognati mei secundũ carnẽ, qui sunt Israelitæ. Tertiò, cognatione fratres erant Abrahã & Lot, quoniã Lot cognatus erat Abrahæ filius fratris eius ex Aram.Gen.12.& 13. Atque hoc sanè pacto cognati Christi,vocantur fratres eius Mat.12. Luc.8.Ioan.7.Act.1.ad Galat.1.Non quidem fratres Domini quia ex eadem matre,sed quia cognati nati ex sororibus matris suæ. Quartò, affectu siue religione vocantur fratres, quos affectus verè germanus coniungit,non minus quam alios eiusdem parentis. Hoc modo, inquit Psal. Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum. Psal.132. Rursum: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Psal.21.ad Heb. 2. Ex his videtur esse dicẽdũ, quod Cleophas erat frater Iosephi, vt Eusseb. lib.3.historiæ. c. 11.ex Ægesippo retulit:vnde vxor Cleophæ dicebatur sorór Mariæ, nam & læuiri,fratres vulgo dici solent, & fratrum vxores, sorores. Qua ratione Maria Cleophe Christi matertera nuncupari potest, nõ quod verè Marię Virginis germana fuerit,sed quod

soror & habita & dicta sit. Atqui consobrinos fratres etiam dici omnis scriptura demõstrat. Dicitur autem Iacobus peculiariter frater Domini, tum propter similitudinẽ effigiei, quia similis erat Christo in facie, tum propter similitudinem vitæ quia imitabatur Christum in moribus, tum quia pater eius fuit de cognatione Ioseph, & ideo quia Iudæi cognationis lineam texere solent à maribus, & Christus putabatur filius Ioseph, vt dicitur Luc. 3. ideo specialiter dictus est frater Domini, & non alij qui tantum ex matre ei coniuncti erant. De hac controuersia tractat optime D. Tho. ad Galat. 1. lectione. 5. D. Augustin. tangit nonnulla lib. 22. contra Faustum capit. 35. & tract. 10. in Ioannem.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm mater Dei virginitatem vouerit.

161 4. di. 30. q. 2. ar. 1. q. 1. Et Matt. 1. col. 20. fi.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod mater Dei virginitatẽ non vouerit. Dicitur enim Deutero. 7. Non erit apud te sterilis vtriusq; sexus. Sterilitas autem sequitur virginitatem. Ergo seruatio virginitatis erat contra præceptum veteris legis. Sed adhuc lex vetus habebat statum antequam Christus nasceretur, ergo non potuit licitè beata Virgo vouere virginitatem pro tempore illo. ¶ 2. Præterea, Apostolus primæ ad Corinth. 7. dicit. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Sed perfectio consilij à Christo debuit inchoari, qui est finis legis: vt Apostolus dicit Roman. 10. Non ergo conueniens fuit quòd beata Virgo votum virginitatis emitteret. ¶ 3. Præterea, Apostolus dicit primæ ad Timoth. 5. quòd vouentibus castitatem, non solum nubere, sed etiam velle nubere, damnabile est. Sed mater Christi nullum peccatum damnabile commisit: vt suprà habitum ¶ 27. art. 4. est*. Cùm ergo desponsata fuerit (vt habetur Lucæ. 1.) videtur quòd ipsa virginitatis votum non emiserit. ¶ Sed cap. 4. circa princ. to. 6. contra est, quod Augustin. dicit* in libro de sancta Virginitate: Annuntianti angelo Maria respondit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod profectò non diceret, nisi prius se virginem Deo vouisset.

Respondeo dicendum, quòd sicut in Secunda parte habitum est*, perfectionis opera magis sunt laudabilia, si ex voto celebrentur: virginitas autem in matre Dei præcipuè debuit pollere, vt ex suprà† dictis rationibus patet, & ideo conueniens fuit, vt virginitas eius ex voto esset Deo consecrata. Verùm quia tempore Legis oportebat generationi insistere tam mulieres quàm viros (quia secundum carnis originem, cultus Dei propagabatur antequam ex illo populo Christus nasceretur) mater Dei non creditur antequam desponsaretur Ioseph, absolutè virginitatem vouisse: sed licet eam in desiderio habuerit, super hoc tamen voluntatem suam diuino commisit arbitrio. Postmodum verò accepto sponso, secundum quod mores illius temporis exigebant, simul cum eo votum virginitatis emisit. 2. 2. qõ. 88. art. 6. † Ar. 1 huius quæst.

Ad primum ergo dicendum, quòd quia videbatur esse lege prohibitum, non dare operam ad relinquendum semen super terram, ideo non simpliciter virginitatem vouit Dei genitrix: sed sub conditione, si Deo placeret. Postquam autem innotuit hoc esse Deo acceptum, absolutè vouit antequam ab Angelo annunciaretur. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut gratiæ plenitudo perfectè quidem fuit in Christo, & tamen aliqua eius inchoatio præcesit in matre: ita etiam obseruatio cõsiliorum, quæ per gratiam Dei fit, perfectè quidem incepit in Christo, sed aliquo modo fuit inchoata in virgine matre eius. ¶ Ad tertium dicendum, quòd verbum illud Apostoli est intelligendum de illis quæ absolutè castitatẽ vouent. Quod quidem mater Dei non fecit antequam Ioseph despõsaretur: sed post desponsationem ex communi voluntate simul cum sponso suo votum virginitatis emisit.

SVMMA

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. PRima conclusio est, cõueniens fuit B. Virginis virginitatem voto consecratam esse Deo, quia sic laudabilior est, sicut alia perfectionis opera. ¶ Secunda conclusio, B. Virgo ante desponsationem non simpliciter, sed sub conditione virginitatem vouit, quia eo tempore vt cultus Dei propagaretur in filijs, mulieres insistere debebant generationi, & ideo non creditur matrem Dei simpliciter vouisse virginitatem, licet eam in desiderio habuerit, sed diuinæ voluntati se commisit. ¶ Tertia conclusio, accepto sponso prout mores illius temporis exigebant simul cum eo votum virginitatis simpliciter emisit. Hæc conclusio nõ planè probatur in litera, sed eruitur à Domino Caietano hoc pacto. Ex eo enim, quod ante desponsationem non vouit simpliciter, quia prohibitum erat: & virginitatem quandoque vouit simpliciter, quia laudabilior virginitas est matri Dei tribuenda: & ante annuntiationem vouit simpliciter, quia aliter non dixisset; quomodo fiet istud quia virum non cognosco nec actu, nec potentia propter votum (vt Augustinus hinc accipit) & coniugata non potest vouere virginitatem sine consensu viri sui, nisi post Christum dissoluendo matrimonium non consummatum per religionis professionem, quod tunc locum non habuit, sequitur quod B. Virgo ante annũtiationem, & cognouit Deo placere, quod virginitatem vueret simpliciter, & de cõsensu Ioseph virginitatem vouerit. Valde autẽ rationi consentaneum est, vt sanctus sponsus concedens sponsæ, quod manẽte coniugio virginitatem voueret, ipse quoque virginitatem simul voueat: pensata præsertim diuina prouidentia, quæ hoc inspirare ipsi Ioseph quasi debebat; vt Virgo virginum, virginem quoque comitem, scrutatoremque sui haberet: alioquin nõ fuisset plena gratia, cui hæc gratia in suo coniugio defuisset; quam ipsa maximè secundum rectam rationem desiderare debebat. Et propterea in litera dicitur, quod cũ Ioseph ante annũciationem virginitatẽ simpliciter vouit.

1. Conclus.

2. Conclus.

3. Conclus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Gregorius Nissenus. August. Beda. Bernardus. Nicolaus Primus. BEatam Dei genitricem Mariam virginitatem vouisse asserunt autores grauissimi Gregorius Nissenus in oratione de Natiuit. Christi. August. libro de virg. capit. 4. Beda in homil. in festũ Annuntiat. Bernardus hom. 4. super missus est. Nicolaus I. in cap. sufficiat. 27. q. 2. Ad hanc sententiam ipsa scriptura & B. Virginis responsio, quoniam virum non cognosco, necessariò nos deducit. Nam si B. Virgo nõ habuisset obfirmatum animum ad virginitatem, & vouisset illam, responsio eius non satis cohærere videretur; quid enim quæso fuit, vt Virgo in ipso ætatis flore, quæ maritum habebat, prolem non potuerit suscipere, & obstupesceret ad angeli vocem promittentis prolem? Illa itaque verba, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, votum ad virginitatem obseruãdam apertè demonstrant. Hoc idem probatur alia ratione ex Theologia deducta. Nam in B. Virgine debuit summa perfectio apparere; dicit enim Anselmus: Decuit vt illius hominis cõceptio ex purissima matre fieret, quæ ea puritate niteret, qua sub Deo nequit maior intelligi, virginitas autem præfertur matrimonio dicente Apostolo 1. Corinth. 7. Qui nubit benè facit, qui non nubit melius facit, virginitas autem seruata ex voto præfertur virginitati absque voto, vt ostensum est in 2. 2. in materia de virginitate, ergo B. Virgo virginitatem seruare debuit, & ex voto. Sunt qui dicant, ex illa autoritate scripturæ inducta, quoniam virum non cognosco, non posse probari virginitatis votum, quia nõ videtur quod illa verba significent Virginem vouisse: nam stultum videtur allegare votum Deo, cum ipsa Virgo optimè nouisset, quod Deus poterat non solum dispensare in illo voto, sed etiam præceptum dare contra votum. Et ideo aliqui dicunt, & profectò acutè & satis apparenter, quòd virgo B. cum sit verosimile, quod erat in lege doctissima, sciebat quod Messias deberet nasci sine virili concubitu, & per consequens quod si ipsa erat futura mater Dei, quod non debebat concipere ex viro, & sic dixit nõ allegans votum, sed quasi diceret. Postquam ita est, quod nõ debeo virum cognoscere, nec Messias est nasciturus ex viro, dic modo quomodo fiet istud. Vel aliter & fortè melius: ego nõ cognosco virum, quæro ergo quomodo debeam concipere, an oporteat me ad virũ accedere, vel quid aliud facere. ¶ Sed his non obstantibus in sententia Augustini & sanctorum Patrum persistendum est, & ad rationes istas respondendum, verum esse, quod Virgo sciebat Deum posse tollere votum absolutè, sed ipsa fecerat votũ ex reuelatione & præcepto Dei, & sic sciebat quod voluntas Dei erat, quod permaneret in voto, & sic mirata respõdebat. Ego ex mandato & instinctu diuino voui, quomodo ergo fiet istud? ¶ Sed ex hac diffinitione parua enascitur quæstio, Vtrùm votum Virginis fuerit solenne, an potius simplex? Et videtur, quod solenne, & quod ipsa fuerit prima quæ solenne virginitatis votum emiserit in fauorẽ religionis, nam perfectius est seruare virginitatẽ ex voto solenni quam

D. Ansel.

1. Corin. 7.

B. Virgo vouit virginitatem ex diuina reuelatione.

Vtrùm hoc votum fuerit solẽne.

Primũ arg.

ex voto simplici, sed in B. Virgine summa, ac excellentissima virginitatis perfectio apparere debuit, ergo obseruauit virginitatem ex voto solenni. ¶ Præterea, votum solenne ex iure naturæ est, ergo potuit tale votum nuncupare. Sed mihi videtur, quod fuerit simplex, quia tunc non erat in vsu votũ solenne; tum deinde, quoniam votum solenne secundum D. Thomam non potest esse sine voto obediẽtiæ & paupertatis, quæ non fuerunt in B. Virgine; tum etiam quoniam in veteri lege non erat talis status approbatus in quo seruaretur votum solẽne, neque erant domus aut monasteria huic muneri dedicata, imo existimo quod secundum legem parentes poterant irritare huiusmodi vota & cõpellere virgines ad matrimonium. Illud tamen certissimum est, quod etiam si fuisset votum solenne, non est consequens quod dirimeret matrimonium, quando ex mutuo cõsensu vterq; coniugum vouet & vult manere in vinculo matrimonij, veluti cum cõiugati post vinculũ matrimonij cõsummati ex mutuo consensu profitẽtur religionẽ, tunc sanè votum solenne non dirimit matrimoniũ consummatũ. ¶ Ad argumẽtum in oppositum dico, quod virginitas Mariæ habuit alias perfectiones multas quas nõ habuit virginitas cuiuscũque alterius post eam, & sic licet videatur ex illa parte superari, quod non fuerit confirmata voto solenni, superat tamen multis alijs circũstantijs. ¶ Est alia dubitatio, Vtrũ virginitas fuisset licita secluſa speciali reuelatione in veteri lege? Certè D. Tho. in hoc articulo videtur statuere pro certo, quod non erat licita, & adducit in huius rei confirmationem autoritatẽ scripturæ ex Deute. 7. non erit apud te sterilis vtriusq; sexus. Vnde in solutione primi colligit, quod videbatur esse lege prohibitũ non dare operam ad relinquẽdum semen super terram. Et profecto non est leue argumentum ad hoc comprobandũ, siquidẽ in diuinis scripturis non legimus aliquem in veteri testamẽto virginitatẽ seruasse præcipuè ex voto, neque inuenimus illam à Deo laudatam, & commendatam. ¶ In contrarium est, quod in veteri testamento nunquam inuenitur præceptum prohibens virginitatem: illud enim quod inducit D. Thomas ex Deuter. 7. non erit apud te sterilis vtriusque sexus, non videtur præseferre præceptũ, sed benedictionem nubentium; quod maximè confirmatur, ex eo quod statim subiungitur: non erit apud te sterilis vtriusq; sexus, tam in hominibus quam in iumentis, at non erat præceptum vt iumenta generationi vacarent. Idem cõfirmatur, nam Esaiæ. 56. copiosissimum præmium promittit Dominus Eunuchis qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, id est, his qui sectantur virginitatẽ & vitã cœlibem, his verbis: Et non dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridũ, quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locũ & nomen melius filijs & filiabus. ¶ In cuius rei euidentiorẽ probationẽ adducuntur multi viri præclari, qui in veteri testamento virginitate floruere, Virgo fuit Abel, virgo Melchisedech, virgo Helias, virgo Helisæus, virgo Hieremias, virgo Daniel, & filij Prophetarum, vt referunt Ignatius martyr, & Hieronymus. Ille in Epistola sua ad Philadelphenses, iste agens contra Heluidium, & Iouinianum. Item arguitur, nam virginitas & vita cœlebs erat res honesta, & amplectebantur eam viri præclarissimi, ergo poterat cadere sub voto aut iuramento. De hac re varia sentiũt Doctores, in primis D. Thomas. 1. p. q. 98. art. 2. ad 3. docet apertè, quod virginitas saltim in statu innocẽtiæ non fuisset laudabilis, sed non dicit quod fuisset illicita. Verum in 4. dist. 33. q. 3. artic. 2. ad 2. sic scribit: medium virtutum accipitur secũdum proportionem circũstantiarum ad rationem, & quia tempus est vna de circunstantijs non est inconueniens aliquid esse illicitũ vno tempore, quod est licitũ & studiosum si alio tempore fiat, & ideo si in tẽpore in quo Deus ad multiplicationẽ generis humani vel cultus diuini insistere volebat operi coniugali, aliquis proprio motu incorruptionem seruasset, à crimine non excusaretur; sed postea facta multiplicatione generis humani & locupletato satis cultu diuino, certè nõ peccasset virginitatem seruans vel in lege Moysi, vel in statu naturæ integræ, nec feciſſet cõtra præceptũ, quia multiplicatio poterat fieri per alios. Hæc D. Tho. Abulensis super Leuit. c. 30. q. 32. propter argumenta superius adducta censet, quod in veteri testamẽto fas erat virginitatem vouere, sed postmodum agens de virginitate Mariæ scribit, quod B. Virgo ante desponsationẽ vouit virginitatem, Deo se committẽs vt hîc docet D. Thomas, non quia esset lex in oppositum, sed quia non erat aliquis status approbatus in quo seruaretur virginitas, nõ erant domus nec monasteria virginum sicuti modo, & parẽtes poterãt irritare vota virginum, & eas ad matrimoniũ cõuertere. Hæc Abulensis. Ego verò sentio cũ D. Hieronymo, quod in veteri lege fuere viri præclarissimi qui sequuti sunt virginitatẽ, quos supra commemorauimus. Sentio rursus nullum fuisse in lege præceptum, quod prohiberet virginitatẽ aut vitã cœlibem, nec D. Tho. hîc in solutione primi docet oppositum

Secundum

Votũ B. Virginis fuit simplex.

Ad primũ argum.

Dubium.

D. Tho.

Deutero. 7.

Virginitas nõ erat prohibita in veteri lege.

Esaiæ. 56.

Virgines qui fuerunt in veteri testamento.

D. Ignatius D. Hieron.

D. Tho.

Abulensis

Propria sententia.

tum ex propria sententia,& ideo dicit: Videbatur esse talis prohibitio. Demum dico, esse valde probabile, quod B. Virgo inter mulieres fuerit prima, quæ virginitatem suam Deo voto consecrauerit, imo qui diceret fuisse primã omnino verosimiliter loqueretur. Quanuis enim viri commemorati virgines fuerint, non est consequẽs quod votum de virginitate corã Deo emiserint. ¶ Est alia dubitatio, Vtrùm Maria vouerit absolutè virginitatem, antequã desponsaretur? Opinio S. Thomæ non solum hîc sed etiam in. 4. d. 30. q. 2. artic. 1. quæstiuncula. 1. & 2. ad 1. & ibidẽ in solutionibus argumentorum. Cui concordat Ricardus dist. eadem q. 1. art. 2. Henricus quodlib. 9. q. 2. & 11. tenet quod solum vouit conditionaliter ante desponsationem. Et Aug. videtur esse eiusdẽ opinionis S. Thomæ ex verbis eius. 27. q. 2. can. B. Maria. Magister Senten. in 4. d. 30. c. 2. Sed Scotus in 4. dist. 30. q. 2. art. 2. tenet quod vouit virginitatem absolutè ante desponsationem, & probat non inualidis argumentis. ¶ In primis, illa cõditio si Deo placet in omni voto intelligitur, ergo frustra fuisset addita. ¶ Deinde, votum virginitatis B. Mariæ solum colligitur ex illo quoniam virũ non cognosco, quasi diceret firmiter proposui & voui me nunquã cognituram virum, vt August. exponit, ergo absolutè vouit virginitatem. ¶ Tertiò, qui dicunt B. Virginem ante desponsationẽ non voluisse simpliciter virginitatem ex eo solum mouentur, quia aliâs non potuisset cõtrahere matrimonium sine peccato. Sed hæc ratio nihil valet, quia in matrimonio fit traditio corporũ ad copulam carnalem cum conditione implicita si petatur, ergo vbi est certitudo simpliciter quod illa conditio nõ ponetur in effectu, in nullo præiudicatur voto virginitatis aut castitatis, sed talis fuit certitudo in Maria, nam fuit edocta & instructa à Deo ne timeret virginitati suæ ex coniugio cum Ioseph. ¶ Quartò, adultera habet potestatẽ corporis viri sui, quia per matrimonium fuit sibi data, & tamẽ non habet nec potest habere vsum illius propter peccatũ, ergo stat quod tradatur corpus sine intẽtione dandi vsum. ¶ Quintò, arguitur à similitudine ducta ex. c. exijt. de verborum significat. vbi dicitur, quòd retento dominio nõ est inutile cõcedere vsum, ergo à simili in nostro proposito potest cõcedi dominiũ corporis retento vsu, præcipuè cũ B. Maria nõ retinuerit sibi vsum propria autoritate sed Spiritus sancti. ¶ Sextò, si quis cõtraxisset sponsalia cum iuramento, & postea vouisset virginitatẽ videtur illi consulendũ, quod cõfirmaret spõsalia cõtrahendo per verba de præsenti ad seruandũ iuramentũ, & tamen postmodũ ad seruandã virginitatẽ debebat ingredi religionẽ, sic videtur diffinitũ in. c. cõmissum. de sponsalibus, ergo licet dare potestatem corporis sui post absolutũ votum castitatis cum intẽtione nunquã dandi vsum. Hæc sunt argumẽta Scoti, quæ profectò non sunt contemnẽda; Sed & mihi in fauorẽ Scoti alia se offerũt argumẽta ad probandũ, quod matrimonij contractus & votum virginitatis aut castitatis nulla ratione cõtrarientur. Et vt hęc veritas magis eluceſcat faciamus sermonẽ de virgine, quæ in christianismo vouit virginitatẽ, & cõtrahit matrimoniũ cum proposito cõtinuo intrãdi religionẽ; tunc sic argumẽtor. ¶ Nam hæc nõ fecit votũ de nõ contrahendo matrimoniũ, sed tantum vouit castitatẽ, at habet firmissimũ propositũ seruandi castitatẽ, ergo adimplet suũ votum. ¶ Deinde, satis obseruamus votũ castitatis aut virginitatis si neq; opere, neq; cogitatione lædamus virginitatẽ, sed talis neq; opere, neque cogitatione lædit virginitatẽ, ergo. ¶ Tertiò, virgo quæ post votũ virginitatis cõtrahit matrimoniũ, & statim ingreditur religionẽ est verè virgo mẽte & corpore, ergo matrimonij cõtractus nõ cõtrariatur virginitati. Certè matrimonij cõtractus nõ cõtrariatur voto religionis, siquidẽ post matrimonij contractũ licitũ est ingredi religionẽ, ergo nec cõtrariatur voto virginitatis. Ita decernit Caieta. q. sequenti art. 1. & in summa verbo. matrimonium. Quapropter videtur sentire cum Scoto. Sed vt ad B. Virginẽ reuertamur, arguitur vltimo. ¶ Nã non est dubiũ quin Deus possit dispensare in voto, imò contrariũ præcipere, ergo cũ B. Virgo, vt omnes fatentur, duxerit sponsum ex reuelatione diuina nõ obstasset etiã si votũ virginitatis fuisset absolutũ. In contrarium est illud D. Hierony. vouentibus virginitatẽ nõ solum nubere, sed etiam velle nubere damnabile est. Quod allegat D. Tho. hic in primo argumẽto ex D. Paulo 1. ad Timoth. 5. quia reuera in sententia idẽ dicit D. Paulus. ¶ Ad huius quęstionis expositionẽ est prima conclusio, qui post votũ castitatis aut virginitatis cõtrahit matrimoniũ habens animũ consummãdi illud per copulã carnalẽ agit cõtra votũ, & peccat mortaliter. Hæc conclusio liquida est, nam habet in animo experiri copulam carnalem, quod directè aduersatur voto virginitatis aut castitatis. Hanc sententiam etiam probat euidenter prouerbium D. Hieronymi dudum commemoratum. Porrò de hac conclusione latissimè agitur in materia de matrimonio in. 4. dist. 30. ¶ Secunda conclusio, qui post votum virginitatis aut castitatis simplex, habẽs firmissimum animum intrandi religionem, & nunquã consummãdi matrimonium contrahit matrimo-

Vtrùm Maria vouerit virginitatẽ ante desponsationem. D. Thom. Richardus. Henricus.

Magister. Scotus.

Primũ arg. Scoti.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Alia argumẽta in fauorẽ Scoti. Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

Caietanus.

Vltimum.

D. Hieron.

Prima conclusio.

2. Conclus.

nium ex aliqua rationabili causa nullo modo peccat. Patet hæc conclusio ex argumẽtis adductis in fauorem Scoti. Sed est hic obseruandum, quod licet qui contrahit matrimonium det potestatem corporis sui ad copulam carnalem, non tamen tenetur vsum illius exhibere, sed potest ingredi religionem & ideo in nullo præiudicatur voto virginitatis aut castitatis.

3. Concluſ. ¶ Tertia conclusio, probabile est quod dicit Scotus; B. Virginẽ absolutè vouisse virginitatem, sed probabilius est quod dicit D. Tho. in secunda conclusione, quod votum illud ante desponsationẽ fuit cõditionale. Prima pars huius conclusionis probatur, nam rationes pro opinione Scoti sunt verè probabiles, imo videntur efficaciter probare, quod contractus matrimonij nõ contrarietur voto simplici virginitatis aut castitatis. Secunda pars probatur, quoniã ita sentiunt viri grauissimi, quos supra prænotauimus. Rationes vero quare nõ vouit absolutè apud D. Thomam istæ sunt. Prima, quia videbatur lege prohibitũ in populo Iudæorũ non dare operam generationi & liberis procreandis. Secunda ratio est, quia votum virginis fuit confiniũ veteris & nouæ legis & ideo debuit sapere nouam & antiquã legem. Tertia ratio, nam si fuit votũ absolutũ virginitatis exponebat se periculo faciẽdi cõtra votũ castitatis, nam mulier quæ ducebat sponsum in veteri lege tenebatur cõsummare matrimoniũ si vir exposceret, si quidem in veteri lege non erat priuilegiũ, vt mulier nupta posset ingredi religionem relicto cõiuge, quod priuilegiũ viget in lege Euangelica. Ex quibus rationibus si rectè expẽdantur hæc documẽta educuntur, quibus omnia argumẽta quæ in fauorem Scoti sunt adducta, facilè confutantur.

Documẽta notanda.

¶ Primum est, quod licet cõtractus matrimonij in lege Euãgelica nõ cõtrarietur voto simplici virginitatis absoluto, at in lege veteri contrarius erat. Secũdum documentũ est, B. Virginem ante desponsationẽ non vouisse absolutè virginitatẽ nõ ex eo præcisè, quoniã cõtractus matrimonij aduersetur absolutè voto virginitatis, sed ex eo præcipuè quia videbatur votũ illud in lege esse prohibitũ, & in republica illa minimè consuetũ, vnde postquã instructa fuit & edocta tale votũ Deo placere ex consensu viri votũ fecit absolutũ virginitatis.

Ad argumẽta Scoti Capreolus Palude.

¶ Ad argumenta Scoti respõdet Capreolus in. 4. dist. 30. q. vnica, & Palude q. 2. Sed nos breuius expediemus.

Ad primũ.

Ad primum respõdetur, quod licet illa cõditio semper debeat subintelligi, melius est distinctè exprimere eam vt dicitur Iacobi. 4. Atqui in nostro casu multum refert conditionẽ exprimere, nam sine tali cõditione votum erat absolutũ, at posita tali cõditione erat conditionatũ, & fuit rationabilis cõditio quia fiebat votũ de re in illa repub. minimè cõsueta, & fortasis B. Virgo fuit prima, quæ ex instinctu Spiritus sancti vouit virginitatẽ.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundũ argumentum respondetur, quod illa verba protulit Maria post desponsationem, quando iam edocta ab Spiritu sancto ex consensu viri emiserat votũ virginitatis absolutũ.

Ad alia argumenta.

¶ Ad tertiũ argumentũ, & deinceps vsque ad vltimũ nostrũ, quod fecimus in fauorẽ Scoti respondetur sufficiẽter probare, quod contractus matrimonij nõ cõsummati non cõtrariatur voto virginitatis quod nos lubenter cõcedimus.

Ad vltimũ.

¶ Ad vltimum dicendũ non fuisse dubium B. Virgini Deum posse dispensare in voto, sed sciebat quod debebat contrahere matrimonium sine detrimento virginitatis, vel saltem id desiderabat, & ideo nõ oportuit recurrere ad potestatem dispensandi.

QVAESTIO XXIX.

De matris Dei desponsatione, in duos articulos diuisa.

DEinde considerandum est de desponsatione matris Dei.

¶ Et circa hoc quærũtur duo.

¶ Primò, vtrùm Christus debuerit de desponsata nasci. ¶ Secũdò, vtrùm fuerit verum matrimonium inter Mariam matrem Domini & Ioseph.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christus nasci debuerit de Virgine desponsata.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non debuerit de Virgine desponsata nasci. Desponsatio enim ad carnalem copulam ordinatur. Sed mater Domini nũquam voluit carnali copula vti: quia hoc derogaret virginitati mentis ipsius. Ergo non debuit esse desponsata. 162 4. di. 30. q. 2. ar. 1. q. 2. & 3. Et Matt. 1. co. 23.

¶ 2. Præterea, Quòd Christus ex Virgine nasceretur, miraculũ fuit. vnde Aug*. dicit in Epist. ad Volusianũ: Ipsa Dei virtus per inuiolatæ matris virginea viscera, membra infantis eduxit: quæ postea per clausa ostia, mẽbra iuuenis introduxit: hic si ratio quæritur, nõ erit mirabile: si exẽplũ poscitur, non erit singulare. Sed miracula fiunt ad confirmationem fidei, vnde Epist. 3. ante medium illius to. 2.

debent

debent esse manifesta. Cùm igitur per desponsationem hoc miraculum fuerit obumbratum, videtur non fuisse cõueniens, quòd Christus de desponsata nasceretur. ¶ 3. Præterea, Ignatius martyr, vt Hieron.* dicit super Matt. hanc causam assignauit desponsationis matris Dei, vt partus eius diabolo celaretur, dum eum putat non de Virgine, sed de vxore generatum. Quæ quidem causa nulla esse videtur: tum quia diabolus ea quæ corporaliter fiunt, perspicacitate sui sensus cognoscit: tum etiam quia postmodum per multa euidentia signa dæmones aliqualiter Christum cognouerũt vnde dicitur Mar. 1. quòd homo in spiritu immundo exclamauit dicens, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, veni-sti ante tempus perdere nos? scio quòd sis sanctus Dei. Non ergo videtur cõueniens fuisse, quòd mater Dei esset desponsata. ¶ 4. Præterea, Aliam rationem assignat Hiero.* ne lapidaretur mater Dei à Iudæis, sicut adultera. Hęc autem ratio nulla esse videtur: si enim nõ esset desponsata non posset de adulterio condemnari. Et ita non videtur rationabile fuisse, quòd Christus de desponsata Virgine nasceretur. ¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 1. Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph, & Luc. 1. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.

c. 1. in Mat. super illud, Cũ esset desponsata. tomo. 9.

Super illud Matt. 1. Cũ esset desponsata. to. 9.

Respondeo dicendum, quòd conueniens fuit Christũ de desponsata Virgine nasci: tum propter ipsum, tum propter matrem, tum etiã propter nos. Propter ipsum quidem Christum quadruplici ratione. Primò quidẽ ne ab infidelibus tanquam illegitimè natus abijceretur. Vnde Ambros.* dicit super Luc. Quid Iudæis, quid Herodi posset ascribi, si natum viderẽtur ex adulterio persequuti? Secundò, vt consueto modo eius genealogia per virũ describeretur. Vnde dicit Ambros.† super Luc. Qui in seculum venit, seculi debuit more describi. viri autem persona quæritur, qui in senatu & reliquis curijs ciuitatum generis asserit dignitatem. Consuetudo etiam nos instruit Scripturarum, quæ semper viri originem quærit. Tertiò ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra eum vehementius nocumenta procuraret. Et ideo Ignatius dicit* ipsam fuisse desponsatam, vt partus eius diabolo celaretur. Quartò, vt à Ioseph nutriretur: vnde & pater eius dictus est, quasi nutritius. Fuit etiam conueniens ex parte Virginis. Primò quidem: quia per hoc redditur immunis à pœna, ne scilicet lapidaretur à Iudæis tanquam adultera: vt Hierony.† dicit. Secundo, vt per hoc ab infamia liberaretur. Vnde dicit Ambro.* super Luc. quòd desponsata est, ne temeratæ virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur insigne præferre. Tertiò, vt ei à Ioseph ministerium exhiberetur: vt Hierony.† dicit. ¶ Ex parte etiam nostra hoc fuit conueniens: Primò quidem, quia testimonio Ioseph comprobatum est, Christum ex Virgine natũ. Vnde Ambro*. dicit super Luc. Locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Secundò, quia ipsa verba Virginis matris magis credibilia redduntur, suam virginitatem asserentis. Vnde Ambr.† dicit super Luc. Fides Mariæ verbis magis adsciscitur, & mendacij causa remouetur. Videretur enim culpam obumbrare voluisse innupta mendacio prægnans: causam autem mentiendi desponsata non habuit, cùm coniugij præmium & gratia nuptiarum partus sit fœminarum. Quæ quidem duo pertinent ad firmitatem fidei nostræ. Tertiò, vt tolleretur excusatio virginibus, quæ propter suam incautelam non vitant infamiam. Vnde Ambro.* dicit. Non decuit virginibus sinistra opinione viuentibus, velamen excusationis relinqui, quòd infamata mater

Vt refert Hier. 1. ca. Matt. to. 9. Et Beda super 3. cap. Luc. to. 2.

*Super illud Matt. 1. Cũ esset desponsata, tom. 9. *l. 7. in Luc. nõ procul à prin. l. to. 5.*

*Loco antea dicto: & cõtra Heluidium li. de perpetua virginitate Mariæ, to. 3. *lib. 2. in Luc. c. 1. ante mediũ, tom. 5.*

l. 2. in Luc. cap. 1. inter prin. & medium. to. 5.

Libr. 2. in Luc. c. 1. ante med. tomo. 5.

†libro 3. in Luc. nõ procul prin. illius tom. 5.

l. 2. in Luc. nõ procul à princ. to. 5.

quoq; Domini videretur. Quartò, quia per hoc significatur vniuersa Ecclesia: quæ cum virgo sit, desponsata tamen est vni viro Christo, vt Aug.† dicit in li. de sancta Virginitate. Potest etiam & quinta ratio esse, quòd mater Domini fuit desponsata & virgo: quia in persona ipsius & virginitas & matrimonium honoratur, contra hæreticos alteri horum detrahentes.

ca. 12. ante med. to. 6.

Ad primum ergo dicendum, quòd beata Virgo mater Dei, ex familiari instinctu Spiritus sancti credenda est desponsari voluisse, confidens de diuino auxilio, quòd nunquam ad carnalem copulam perueniret. Hoc tamen diuino commisit arbitrio, vnde in nullo detrimentum passa est virginitas. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Ambrosius* dicit super Lucam, maluit Dominus aliquos de suo ortu quàm de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram esse Virginis verecundiam & lubricam famam pudoris: nec putauit ortus sui fidem, matris iniurijs astruendam. Sciendum tamen, quòd miraculorum Dei quædam sunt, de quibus est fides: sicut miraculum virginei partus, & resurrectionis Domini & etiam Sacramẽti altaris. Et ideo Dominus voluit ista occultiora esse, vt fides eorum magis meritoria esset. Quædam verò miracula sunt ad fidei comprobationẽ: & ista debent esse manifesta. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustinus dicit* in 2. de Trinit. diabolus multa potest virtute suæ naturæ, à quibus tamen prohibetur virtute diuina. Et hoc modo potest dici quòd virtute naturæ suæ diabolus cognoscere poterat matrem Dei non fuisse corruptam, sed virginem: prohibebatur tamen à Deo cognoscere modum partus diuini. Quod autem postmodum eum aliqualiter cognouit diabolus esse filium Dei, non obstat: quia iam tempus erat, vt Christus suam virtutem contra diabolum ostenderet, & persecutionem ab eo concitatam pateretur. Sed in infantia oportebat impediri malitiã diaboli, ne eum acrius persequeretur, quando Christus nec pati dispoſuerat, nec virtutem suam ostendere: sed in omnibus alijs infantibus se similem exhibebat. Vnde Leo* Papa in sermone de Epiphania dicit, quòd magi viderunt & adorauerũt puerum Iesum quantitate paruulum, alienæ opis indigum, fandi impotem, & in nullo ab humanæ infantiæ generalitate dissimilem. Ambros.* tamen super Luc. videtur hoc magis referre ad mẽbra diaboli. Præmissa enim hac ratione, scilicet de fallendo principem mundi, subdit, Sed tamen magis fefellit principes seculi: dæmonum enim malitia, facile etiam occultata deprehendit: at verò qui secularibus vanitatibus occupantur, scire diuina nõ possunt. ¶ Ad quartum dicendum, quòd iudicio adulterarum lapidabatur secundum legem non solum illa quæ iam erat desponsata vel nupta, sed etiam illa quæ in domo patris custodiebatur, vt virgo quãdoque nuptura. Vnde dicitur Deutero. 22. Si non est in puella inuenta virginitas, lapidibus obruent eam viri ciuitatis illius, & morietur: quia fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui. Vel potest dici secundũ quosdam, quòd beata Virgo erat de stirpe Aarõ: vnde erat cognata Elisabet, vt dicitur Lucæ. 1. Virgo autem de genere sacerdotali, propter stuprum occidebatur: legitur enim Leuit. 21. Sacerdotis filia, si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. Quidam referunt verbum Hieron. ad lapidationem infamiæ.

li. 2. in Lu. non procul à prin. li. to mo. 5.

li. 3. ex c. 7. & 8. collig. tom. 3.

In ser. 4. de epiphania, in medio, incipit hic ser. Iustum & rationabile.

lib. 2. in Luc. c. 1. circa mediũ, tom. 5.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio.

PRima conclusio est affirmatiua. Quod patet primo ex parte ipsius Christi, ne ab infidelibus tanquã illegitimus abijceretur. Secundo, vt cõsueto modo eius genealogia per virũ describeretur: cũ sit cõsuetudo scripturarũ originẽ viri semper quærere. Tertiò, ad tutelam pueri nati, ne diabolus cõtra eum vehemetius nocu-

nocumenta procurasset. Quartò, vt à Ioseph nutriretur; vnde pater eius dicitur quasi nutritius. Fuit etiam conueniens ex parte Virginis. Primò, vt redderetur immunis à pœna, ne à Iudæis lapidaretur tanquam adultera. Secundò, vt ab infamia liberaretur. Tertiò, vt ei à Ioseph ministerium exhiberetur. Atq; ex parte nostra fuit conueniẽs. Primò, quia testimonio Ioseph est comprobatũ Christum esse ex virgine natũ: quia maritus locupletior testis adhibetur pudoris, qui posset & dolere iniuriã & vindicare opprobrium, si non agnouisset sacramentum. Secundò, quia magis credibilia redduntur verba matris virginitatem asserentis. Tertiò, vt tolleretur excusatio virginibus, quæ propter suam incautelam non vitant infamiam, vt dicit Ambr. Quartò, quia per hoc significatur vniuersa Ecclesia, quæ cum virgo sit, desponsata est vni viro Christo, vt dicit Aug. in lib. de sancta virg. Quintò, quia mater Domini fuit despõsata & virgo: & in persona ipsius & virginitas & matrimoniũ honorãtur cõtra hæreticos talibus detrahẽtes. ¶ Secunda conclusio, Mariæ virginitas in nullo passa est detrimẽtũ per desponsationẽ, & matrimoniũ.

2. Concluſ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Ratio Diui Ignatij impugnatur.

IN hoc articulo primum dubiũ se offert de ratione inducta ex D. Ignatio inquiente: B. Mariam desponsatam fuisse vt partus eius celaretur diabolo, quæ quidem causa nulla esse videtur & impugnat eam Scotus in 4. dist. 30. q. 2. Nam dæmon benè cognouit Christum natum esse ex virgine, videbat nanque matris integritatem, ergo cognouit hoc mysterium quod virgo permanens virgo fuit verè mater. ¶ Deinde, cognoscebat euidẽter partum illum fuisse miraculosum, quod sic ostendo: Nam cognoscebat quod caro & humanitas, quæ ex vtero virginis prodijt non subsistebat propria subsistentia, ergo aliena, non creata, ergo increata, ergo cognouit euidenter, quod ille partus erat miraculosus, si quidẽ cognouit quod infans erat verus Deus, cũ subsisteret per subsistentiam increatam, & diuinã. ¶ Tertiò, sciebat optimè miracula vera esse facta ad testificandum hunc diuinum partum, miracula verò nunquam adhibentur, neq; adhiberi possunt in testimoniũ falsitatis, alioqui Deus nos deciperet & falleret, ergo cognouit infallibiliter & euidenter illum partum fuisse miraculosum. ¶ Præterea, quanquam hoc mysterium vt fiat dependeat à sola diuina voluntate, nihilosecius tamen postquam in tempore factum est, diabolus perspicacitate sui intellectus cognoscit illud, sicuti postquam Dñs exsuscitauit à morte Lazarum rectè cognoscebat diabolus vitam illi miraculosè fuisse restitutam, & cum Dominus cæcis visum restituebat, euidenter infallibiliterque cognoscebat miraculosè illis fuisse visum restitutum, igitur eadem ratione poterat diabolus cognoscere B. Virginem in partu non fuisse corruptam. ¶ His accedit, quod Rupertus Abbas in illud Ioan. 8. ille homicida erat ab initio, docet reuelatum fuisse à principio dæmoni filiũ Dei futurum esse hominem cui subijci recusauit, & odio fuit prosequutus, & quia odium fratris dicitur homicidium, ideo dicitur fuisse homicida ab initio. ¶ Cõfirmatur hoc ipsum, nam homini ante peccatum reuelatum est filium Dei futurum hominem vt colligitur ad Ephes. capit. 5. in illis verbis: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. In quibus verbis, inquit Paulus magnum latere mysterium Dominicæ incarnationis, & coniunctionis Christi cum Ecclesia, quod haud dubie intellexit primus parens proferens illa verba, ergo etiam hoc mysterium vniuersis Angelis fuit patefactum ante peccatum. Et certè Christus vt homo est caput hominum & Angelorum, & membra oportet nosse caput, ergo Angeli vniuersi à principio nouerunt filium Dei futurum esse hominem. ¶ In huius rei expositionem non est necesse edisseri à nobis, Vtrùm angeli ex facultate naturali sui intellectus possint cognoscere mysteria gratiæ. Nam de hac re disputatur prima parte q. 57. art. vltimo: nec verò, vtrum ex diuina reuelatione cognouerint à principio mysterium incarnationis, nam etiam de hac re in loco prænotato est disputatum, solum itaque pertinet ad præsens institutum defendere rationem qua hic demonstrat D. Thomas, cur nam decuerit vt B. Maria fuerit desponsata, videlicet vt celaretur diabolo virginitas Mariæ. Quæ ratio non est D. Thomæ, sed Sanctorum Ignatij, & Hieronymi, cuius triplex est defensio & apologia. Prima est, quod dæmon non semper aduertit ad omnia quæ contingunt & eueniunt, nec fortasis potest ad omnia, & ideo multa fiunt in rerum vniuersitate quæ dæmon non aduertit; sic factum est in partu Virginis, à principio enim non animaduertit, & cum esset desponsata & vxorata secundum communem cursum peperisse existimauit. Quod si coniugata nõ fuisset, certè animaduertisset miraculum planè diuinum. Secunda defensio est, quod vt scribit August. 3. de Trin. c. 9. multa potest diabolus virtute suæ naturæ, à quibus tamen prohibetur virtute diuina, & hoc modo potest dici, quod virtute naturæ suę poterat diabolus cognoscere matrem Dei non fuisse corruptã sed virginem,

Scotus. Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum. Rupertus.

Confir:

Ad Ephe. 5.

virginem, prohibebatur tamen à Deo cognoscere modũ partus diuini. Tertia defensio est, quod premebatur diabolus rerum magnitudine ne eas penitus intelligeret, dum enim cõsiderabat integritatem Mariæ, in magnã persuasionem inducebatur virginem fuisse in partu, dum verò ex alia parte considerabat quod peperit filium lege communi humani partus, & nulla ab humanæ infantiæ generalitate discretum, videbatur sibi præstigium quoddam, & ludificatio, diabolum enim errare posse circa naturalia in ordine ad supernaturalia certissimum est. D. Thomas in hac parte q. 44. art. 1. ad 2. docet ex D. Augusti. 9. de ciuit. Dei, quod Christus tantum innotuit dæmonibus quantum voluit, tantum autem voluit quantum oportuit, innotuit autem eis per quędam temporalia suæ virtutis effecta, & principio quidẽ videntes Christũ esurire post ieiunium existimauerunt eum nõ esse filium Dei; vnde super illud Lucæ. 4. Si filius Dei es, &c. dicit Ambr. Quid sibi vult talis sermonis exorsus, nisi quia cognouerat Dei filium esse venturũ, sed venisse per infirmitatem carnis non putauit, sed postmodum visis miraculis ex quadã suspicatione coniecturauit eum esse filiũ Dei. Lege ibid. Caiet. qui subtiliter hoc discutit.

Ad argumẽta. ¶ Ad argumenta in principio. Ad primũ iam patet quomodo & qua de causa diabolus non

Ad primũ. Ad secũdũ. cognouit virginis matris integritatem. ¶ Ad secundum concedo, quòd diabolus per facultatem naturæ cognoscit humanitatẽ Christi non subsistere propria personalitate & subsistẽtia nec verò alia creata, sed quomodo subsistat per subsistẽtiam increatam verbi diuini id omnino non penetrat, de qua re diximus

Ad tertiũ. plura in prima q. huius partis arti. 1. ¶ Ad tertium respondetur, quòd licet miracula de se essent sufficientia ad ostendendum partũ esse diuinum & admirabilem, potuit tamẽ permanere dubiũ apud dæmones ex hoc, quod nõ penetrabant habitudinem miraculorũ, potuerunt enim existimare, illa miracula facta virtute diuina protẽdere & declarare natiuitatẽ ali-

Ad quartũ. cuius puri hominis sanctitate præclari. ¶ Ad quartum dicendum, quòd effectus qui ex mysterijs diuinæ gratiæ resultant sunt in duplici differentia, quidam continentur intra ordinem rerum naturalium, alij semper pertinent ad ordinem supernaturalium. Ad primum genus spectat humanitas Christi & omnes eius operationes naturales & hæc omnia angelus potest cognoscere per facultatem suæ naturę. Ad secũdum genus spectat vnio hypostatica Verbi diuini cum natura humana, præsentia corporis Domini in sacramento altaris, & alia id genus quę Angelus ex facultate naturę suæ nunquam potest cognoscere. ¶ Ad quintum argumentum cum sua confirmatione non est inconueniens cõcedere, quod à principio omnes angeli ex diuina reuelatione cognouerint mysteriũ incarnationis in generali, sed in speciali rationes aliquas didicerũt tempore procedente, secundum quod in effectibus extrinsecis explicabãtur. Ita docet D. Tho. ad Ephe. c. 3. lectione. 3. de qua re diligentius tractatur prima parte loco citato. Illud verò, quod adductum est ex Ruperto ab omnibus reprobatur. ¶ De secunda cõclusione offert se dubiũ, nam desponsatio ad copulam carnalem ordinatur, sed mater Domini consensit in desponsationem, ergo consensit in copulam carnalẽ, in quo planissimè virginitati mentis eius derogatur. ¶ Deinde, consensit in copulã carnalem si Deo placeret, at hic cõsensus videtur obstare purissimæ mẽtali virginitati Mariæ. ¶ Hæc omnia confirmantur, nam ad virginitatẽ perfectam requiritur firmum propositũ nunquã cognoscendi virũ, sed B. Virgo habuit virtualiter consensum in copulam carnalem, siquidem cum duxit sponsum dedit ei potestatem sui corporis ad copulam carnalẽ, ergo ex desponsatione virginitas Mariæ nonnullum detrimentum passa est. Vltimo, qui ducit sponsum & verum matrimonium cõtrahit, dat potestatem ad copulam carnalem, at copula carnalis illicita est ei, qui vouet virginitatem, ergo dat potestatem ad operationem illicitam. His argumentis nihil obstantibus dicendum est, quod secunda cõclusio D. Thomæ est certissima, vt patet ex communi sensu Ecclesiæ & fidelium, vnde iure optimo appellatur virgo virginum per antonomasiam; patet etiã ex ratione D. Tho. in solutione primi. Nam B. Virgo ex instinctu Spiritus sancti desponsari voluit confidens, quod ad carnalem copulam nunquam peruenire diuino se committens arbitrio. Explicatur vis & mometum huius probationis. Nam omnes virgines oportet, quod sint paratæ saltim habitualiter ad cõtrahendum matrimonium, si Deus iusserit, cum ergo B. Virgini iusserit Deus vt nuberet nihil omnino ex desponsatione de perfecta virginitate diminuitur in Maria, imo hanc laudem exinde sortitur, quod coniuncta fuerit cum fide coniugali & cum matrimonio simul seruata. Patet etiam hæc secunda conclusio ex argumentis, quæ fecimus in articulo vltimo præcedentis quæstionis ad ostendendum, quod contractus matrimonij non consummati non repugnet virginitati. ¶ Ad argumenta in principio facta. Ad primum respondetur, quod B. Virgo consensit in copulam coniugalem, in copula autem coniugali non

Ad quintũ. Argumẽta contra secũdam cõclusionem articuli. Primũ arg. Secundum. Confir. Ad primũ argum. Solutio Caietani.

non continetur copula carnalis nisi in potentia, contineri autem in potētia est dictio dimi nuens, coniunctio enim in potentia non est coniunctio, sicut rex in potentia non est rex. Ex quo consequens est, quod cōsensus in copulam coniugalem non sit consensus in copu lam carnalem, præcipuè si ea virgo quæ nubit habeat propositum nunquam consummandi matrimonium, de eoque sit certa ex instinctu Spiritus sancti. Sic respōdet Caietanus in hoc articulo. ¶ Sed contra hanc solutionem insurgit Catherinus lib. 4. contra Caietanum. Plenior, inquit, ratio virginitatis seruatur in ea, quæ nec in potentia, nec in actu consensit in copulam carnalem, ergo si B. Virgo consensit in copulam carnalem in potentia, nō erit tam perfecta virgo sicut cæteræ. Propter hoc argu mentum Catherinus scribit Caietanum non defendere summam virginitatē Mariæ. ¶ Verum iste homo est magis promptus ad reprehendendum quam ad intelligendū: eius enim obiectio æquè procedit contra D. Thomam & sanctos Patres qui dicunt B. Virginem con sensisse in copulam carnalem, si Deus iusserit. Plenior enim ratio virginitatis videtur inueni ri in ea, quæ neque absolutè, nec sub cōditione consensit in copulam carnalem. ¶ Ad secū dum argumentū respondet hîc Dominus Ca ietanus, quod consensus conditionatus in copulam carnalem non præiudicat mentali virginitati, quia consensus iste tam formaliter, quam materialiter est ad obediēdum Deo, & copulam carnalem habet pro materia remota tali conditione vestita vt non liceat oppositū habere in proposito. Pro cuius intelligentia sciendum est, quod hæc conditio, si Deo placuerit, dupliciter intelligi potest, vno modo vt sit sensus: si Deus voluerit vel permiserit, & talis conditio quia communissima est intelligitur in omni opere nostro, & habetur pro nō adiecta, aufertque virginitatem mentalem ab eo, qui sic consentit in copulam carnalem. Secūdo modo sumitur placere pro iubere, ideſt, si Deus iusserit, & sic sumitur in proposito. Talis autem cōditio subdens virginitatē præcepto diuino in nullo lædit virginitatē. Quicunque enim pater consentit in occisionem proprij filij si Deus iusserit, at non propterea consentit in mortem filij, & si sanctimonialis virgo consentit in nuptias si Deus iusserit, nō propterea consentit in nuptias. ¶ Ad confirmationem iam ostensum est, quemadmodum consensus in copulam coniugalem, nō sit consensus in copulam carnalē. Nam certè Virgo, quæ in lege Euangelica ex rationabili causa ducit sponsum cum proposito statim ingrediendi religionem, & statim ingreditur, virgo est mente & corpore, & nunquam habuit consensum in copulam carnalem, nam in fauorē religionis mulier quæ nubit habet hoc priuilegium vt non teneatur reddere debitū si voluerit ingredi religionem. Et certè nil alienū à vera Theologia docet, qui dicit simile priuilegium habuisse matrimonium B. Virginis. ¶ Ad vltimum argumentū respōdetur, quod qui contrahit matrimonium dat potestatem ad copulam carnalem sub conditione implicita in ipso contractu, si alter petierit, & cum esset certa secundum diuinam reuelationem, quod talis conditio non erat ponenda in effectu, in nullo prejudicatum est virginitati mentali. Nec tamen oportet ponere istum actum expressum & formalem in B. Virgine: reddā debitum si vir meus petierit, esset enim in virgine talis actus ociosus, ac subinde peccatum veniale cum sciret certò per diuinam reuelationem, quod vir eius nunquam esset debitum petiturus. Aliter respondetur ad argumē tum, quod B. Virgo consensit in copulam carnalem sub conditione, si Deus iusserit; at iste consensus in nullo lædit virginitatem, vt iam dictum est. Palude in 4. distinct. 30. q. 2. tenet, quod si aliquis contrahat sic: contraho tecum, si non petas debitum, & sub ista conditione, quod non tenear reddere debitum, ni hilominus est verum matrimonium, & iuxta hanc doctrinam non est necesse vt qui contrahit matrimonium det potestatem ad copu lam carnalem. Sed satis est, quod tradat seipsam ad copulam coniugalem. Sed hæc senten tia Palude dubia est, de qua disputatur in materia de matrimonio.

Obiectio Catherini.

Solutio.

Ad secūdū.

Conditio dupliciter apponi potest.

Ad cōfirmationem.

Ad vltimū.

Palude.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm inter Mariam & Ioseph fuerit verum matrimonium.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd inter Mariam & Ioseph non fuerit verum matrimonium. Dicit enim Hier*. cōtra Heluidiū, q̄ Ioseph Marię custos fuit potius, quàm maritus eius. Sed si fuisset verum matrimoniū, verè Ioseph maritus eius fuisset. Ergo videtur quòd non fuerit verū matrimoniū inter Mariā & Ioseph. ¶ 2. Prę terea, Super illud Matth. 1. Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, dicit Hieronymus†. Cùm virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum: sed recordare consuetudinis Scripturarum, quòd sponsi viri, & sponsæ vxores vocantur.

163 4. di. 30. q. 2. arti. 2. & opu. 60. c. 2. co. 3. Et Matt. 1. co. 20. fin.

*Tit. li. est de sancta virginitate beatæ Mariæ aliquantulū à prin. tom. 3.

† In 1. cap. Matt. to. 9.

Sed

Sed verum matrimonium nō efficitur ex ſponſalibus, ſed ex nuptijs. Ergo non fuit verum matrimonium inter beatā Virginem & Ioſeph. ¶ 3. Præterea, Matth. 1. dicitur, Ioſeph vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, ſcilicet in domum ſuam ad cohabitationem aſsiduam, voluit eam occultè dimittere, id eſt tempus nuptiarum mutare: vt Remigius exponit. Ergo videtur quòd nondum nuptijs celebratis, nondum eſſet verum matrimonium: præſertim cùm poſt matrimonium cōtractum non liceat alicui ſponſam dimittere. ¶ Sed contra eſt, quod Augu.* dicit in libro de conſenſu Euangeliſtarum, Non erat fas, vt Ioſeph ob hoc à coniugio Mariæ ſeparandum Euangeliſta putaret quòd non ex eius concubitu, ſed Virgo peperit Chriſtū*. Hoc enim exemplo magnificè inſinuatur fidelibus coniugatis, etiam ſeruata pari conſenſu continentia, poſſe permanere vocariq́ue coniugium, non permixto corporis ſexu.

li. 1. c. 1. ante mediū, tom. 4.

Idē habet Aug. li. 23. contra Fauſtum cap. 8. in fine.

Reſpondeo dicendum, quòd matrimonium ſiue cōiugium dicitur verum ex hoc quòd ſuam perfectionem attingit. Duplex eſt autem rei perfectio prima & ſecunda. Prima quidem rei perfectio cōſiſtit in ipſa forma, ex qua ſpeciem ſortitur: ſecunda verò perfectio conſiſtit in operatione rei, per quam res aliqualiter ſuum finem attingit. Forma autem matrimonij conſiſtit in quadam indiuiſibili coniunctione animorum, per quam vnus coniugum indiuiſibiliter alteri fidem ſeruare tenetur. Finis autem matrimonij eſt proles generanda & educanda. Ad quorum primū peruenitur per concubitum coniugalem: ad ſecundum per alia opera viri & vxoris, quibus ſibi inuicem obſequuntur ad prolem nutriendam. Sic igitur dicendum eſt, quòd quātum ad primam perfectionem, omnino verum fuit matrimonium Virginis matris Dei & Ioſeph: quia vterque conſenſit in copulam coniugalem: non autem expreſsè in copulam carnalem, niſi ſub conditione, ſi Deo placeret. Vnde & Angelus vocat Mariam coniugem Ioſeph, dicens ad Ioſeph, Matthæi. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod exponens Auguſt.* in libro de Nuptijs & concupiſcentia dicit: Coniux vocatur ex prima deſponſationis fide: quam concubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus. Quantum verò ad ſecundam perfectionem, quæ eſt per actum matrimonij, ſi hoc referatur ad carnalem cōcubitum, per quem proles generatur, non fuit illud matrimonium conſummatum. Vnde Ambro.† dicit ſuper Luc. Non te moueat, quòd frequenter Mariam Scriptura vocat coniugem: non enim virginitatis ereptio, ſed coniugij teſtificatio, & nuptiarum celebratio declaratur. Habuit tamen illud matrimonium etiam ſecundam perfectionem quantū ad prolis educationem. Vnde Auguſtinus dicit* in libr. de Nuptijs & concupiſcentia: Omne nuptiarum bonum impletum eſt in illis parentibus Chriſti, proles, fides & ſacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominum Ieſum: fidem, quia nullum adulterium: ſacramē tum, quia nullum diuortium, ſolus ibi nuptialis concubitus non fuit.

ca. 11. circa princ. to. 7.

l. 2. in Luc. ca. 1. à me. tom. 5.

ca. 11. in fi. tom. 7.

Ad primum ergo dicendum, quòd Hier. accipit ibi maritum ab actu matrimonij conſummati. ¶ Ad ſecūdum dicendum, quòd nuptias Hiero. vocat nuptialem concubitum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut Chryſoſt. dicit* ſuper Matth. Beata Virgo ſic fuit deſponſata Ioſeph, quòd etiam eſſet domi habita. Nam ſicut in ea, quæ in domo viri concipit, intelligitur conceptio maritalis: ſic in ea, quæ extra domum concipit, eſt ſuſpecta conceptio. Et ita non eſſet ſufficienter prouiſum famæ beatæ Virginis per hoc, quòd fuit deſponſata, niſi etiam fuiſſet domi habita. Vnde quòd dicitur, Et nollet eam

homil. 1. in Matth. in ope. imperfecto in fo. 2. ante fin. tom. 2.

eam traducere, melius intelligitur, id est, nollet eam diffamare in publicum, quàm quòd intelligatur de traductione in domum. Vnde & Euãgelista subdit, quòd voluit occultè dimittere eã. Quanuis tamen esset domi habita propter primam despõsationis fidem, nondum tamen interuenerat solennis celebratio nuptiarum, propter quod etiam nondum carnaliter conuenerant. Vnde sicut Chrysosto. * dicit, Non dicit Euangelista, antequam duceretur in domum sponsi: etenim intus iam erat. Cõsuetudo enim fuit veteribus, vt sponsæ in sponsorum domibus haberentur. Et ideo etiam Angelus dicit Ioseph, Ne timeas accipere Mariam cõiugem tuam, id est, non timeas nuptias eius solenniter celebrare. Licet alij dicant, quòd nondum erat in domũ inducta, sed solum desponsata. Primum tamen magis consonat Euangelio.

Homi. 4. in Matt. super illud Antequam cõueníret. to. 2.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est affirmatiua, nam duplicem habuit perfectionem. Forma enim matrimonij consistit in quadam indiuisibili coniunctione animorum, per quam vnus coniugum indiuisibiliter alteri fidem seruare tenetur. Finis verò matrimonij est proles generanda, & educanda. Quantum itaque ad primam perfectionem, hoc fuit verum matrimoniũ: quia vterque consensit in copulam coniugalem, nõ autem in copulam carnalem expressè nisi sub conditione, si Deo placeret. Quãtum ad secundam perfectionem & si in illo matrimonio non fuerit proles per concubitum, habuit tamen secundam perfectionem, videlicet prolis educationem. Vnde Augustinus in libro de nuptijs & concup. Omne nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, & sacramentum. Prolem cognoscimus, ipsum Dominum: Fidem, quia nullum adulterium, sacramentum quia nullum diuortium, solus ibi nuptialis concubitus non fuit.

Augus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CONclusio D. Thomæ est certa secundum fidem, & liquido constat ex diuinis scripturis. Matthæi. 1. Lucæ. 1. & 2. in quibus locis dicitur virgo desponsata fuisse Ioseph. Rursus dicitur Ioseph vir Mariæ, & ipsa Maria coniux & vxor Ioseph, quæ vera non essent, nisi esset verum matrimonium, & perfectum essentiali perfectione. Hæc est communis traditio Ecclesiæ & Doctorum omnium. Solus Vuitclef hæreticus negat hanc conclusionem, existimat enim matrimonium non esse legitimum & perfectum nisi esset consummatum. Contra quem disputat Thomas VValdensis capit. 130. in libro de sacramentis. & ad motiuum Vuitclefi respondet hîc D. Thom. quod consummatio per copulam non requiritur ad perfectionem matrimonij essentialem, sed accidentalem tantum.

Matth. 1. Luc. 1. & 2.

Vuitclef.

VValdẽsis.

¶ Aliud argumentum potest fieri contra prædictam conclusionem. Nam consensus cum conditione nunquam reddendi aut petendi debitum non sufficit ad verum matrimoniũ, sed B. Virgo habuit talem consensum, si quidem habuit firmissimum propositum imò votum nunquam cognoscendi virum, ergo non fuit verum matrimonium. ¶ Ad hoc argumentum concedo maiorem, quanquam multi Theologi eam inficiantur, de qua re in 4. Sentent. agendum est. Negamus tamen minorem. Nam B. Virgo licet semper habuerit constantissimum seruandæ virginitatis propositum, tamen dum consensit in matrimonium non apposuit talem conditionem, sed committens virginitatem suam Deo, cuius instinctu nubebat, consensit absolutè in matrimonium & in copulam coniugalem, in copulam verò carnalem sub conditione tantum si Deo placuerit, vel in potentia tantum non in actu prout expositum est in præcedenti articulo. Dominus Caietanus in hoc articulo explicans solutionem vltimi dicit, quod tanta fuit inter Mariam & Ioseph conuersatio, quod absque vlla nota potuissent consummare matrimonium. Sed hic insurgit Catherinus ille, quem suprà cõmemorauimus. Hoc, inquit, est horribile, & in magnam contumeliam diuini partus, & aduersus votum virginitatis quod emisit vterque coniux. Sed miserè hallucinatur in hac re Catherinus. Etenim Caietanus non dicit potuisse licitè consummare matrimonium, sed tantũ dicit potuisse absq; nota. Quæ enim nota, quod fœmina nupta cõsummasset matrimoniũ? imo omnes quotquot videbant B. Virginem grauidam præter Ioseph id existimabant. Verissima est ergo Caietani sententia in hac parte, alioqui vt ipse optime colligit nõ fuisset sufficiẽter prouisum famæ B. Virginis, cum inuenta est in vtero habens. Lege D. Thomã in solutione. 3. optimè explicantem illud Matth. 1. Ioseph vir eius cum esset iustus & nollet eam traducere. Legendus est etiam Dominus Caietanus, qui optimè de hac re philosophatur.

Argumentum.

Solutio.

Caietanus.

Catherinus

D. Thom.

QVÆ-

QVAESTIO XXX.

De beatæ Mariæ virginis Annuntiatione, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de annuntiatione beatæ Mariæ Virginis.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrùm cõueniens fuerit ei annuntiari quod in ea generandum erat. ¶ Secundò, per quem erat ei hoc annũtiandum. ¶ Tertiò, per quem modum ei annuntiari debebat. ¶ Quartò, de ordine annuntiationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm necessarium fuerit annuntiari beatæ Virgini, quod in ea erat generandum.

164 3.di 3.q 3. arti.1.q.1. & dist. 30. art.4.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit necessarium Beatæ Virgini annuntiari quod in ea fiendum erat. Annũtiatio enim ad hoc solum necessaria esse videbatur, vt Virginis consensus haberetur. Sed consensus eius non videtur necessarius fuisse: quia conceptus Virginis prænuntiatus fuit prophetia prædestinationis, quę sine nostro completur arbitrio: vt dicit quædam gloss. Matth. 1. Non ergo necessariũ fuit, quòd talis annuntiatio fieret. ¶ 2. Præterea, Beata Virgo Incarnationis fidem habebat, sine qua nullus esse poterat in statu salutis: quia vt dicitur Roman. 3. Iustitia Dei per fidẽ Iesu Christi in omnes. Sed de eo, quòd aliquis per certitudinem credit, non indiget vlterius instrui. Ergo beatæ Virgini non fuit necessarium, vt ei Incarnatio filij Dei annuntiaretur. ¶ 3. Prętera, Sicut beata Virgo corporaliter Christũ concepit, ita & quælibet sancta anima concipit ipsum spiritualiter. Vnde Apostol. dicit Gal. 3. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Sed illis, qui spiritualiter debent Christũ concipere, talis conceptio non annuntiatur. Ergo nec beatæ Virgini fuit annuntiandum, quòd esset in vtero conceptura filium Dei. ¶ Sed cõtra est, quod habetur Luc. 1. quòd Angelus dixit ei, Ecce concipies in vtero, & paries filium.

Gloss. ord. super Mat. 1. cap. super illud, Vt adimpleretur.

Respondeo dicendum, quòd congruum fuit beatæ Virgini annuntiari quòd esset Christum conceptura. Primò quidem, vt seruaretur congruus ordo cõiunctionis filij Dei ad Virginem: vt scilicet prius mẽs eius de ipso instrueretur, quàm carne eum cõciperet. Vnde August*. dicit in lib. de Virginitate, Beatior Maria percipiendo fidem Christi, quàm concipiendo carnem Christi. Et posteà subdit, Materna propinquitas nihil Mariæ profuisset, nisi fœlicius Christum corde, quàm carne gestasset. Secundò, vt posset esse certior testis huius sacramenti, quando super hoc diuinitus erat instructa. Tertiò, vt voluntaria sui obsequij munera Deo offerret: ad quod se promptam obtulit dicens, Ecce ancilla Domini. Quartò, vt ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter filium Dei & humanam naturam: & ideò per annuntiationem expectabatur consensus Virginis, loco totius humanæ naturæ.

cap. 3. in medio to. 6.

cap. 3. in fine, tom. 6.

Ad primum ergo dicendum, quòd prophetia prædestinationis completur sine nostro arbitrio causante: non tamẽ sine nostro arbitrio consentiente. ¶ Ad secundum dicendum, quòd beata Virgo expressam fidem habebat Incarnationis futuræ: sed cùm esset humilis, nõ tam alta de se sapiebat: & ideò super hoc erat instruenda. ¶ Ad tertiũ dicendum, quòd spiritualem conceptionem Christi, quæ est per fidem, præcedit annuntiatio, quæ est per fidei prædicationem, secundum quod fides est ex auditu: vt dicitur Roman. 10. Nec tamen propter hoc aliquis pro certo scit se gratiam habere, sed scit veram fidem esse, quam accepit.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CConclusio est: Congruum fuit B. Virgini annuntiari, quod Christum esset genitura. Primò quidem, vt primo mens eius de ipso instrueretur, quam eum carne conciperet: quia fœlicior fuit Maria percipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem eius secũdum August. de virginitate. Secundò, vt poſſet esse certior testis huius sacramenti, quando super hoc erat diuinitus instructa. Tertiò, vt voluntaria sui obsequij munera Deo offeret, sicut dixit: Ecce ancilla Domini. Quartò, vt ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium, inter filium Dei, & humanam naturam: vnde per annunciationem expectabatur consensus Virginis loco totius humanæ naturæ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Quid sciuerit B. Virgo de hoc mysterio ante annuntiationem. DE hac quæstione nihil ferè disputant doctores scholastici, sed multa afferunt sciitu digna interpretes sacrarum scripturarum Luc. 1. Circa istum articulum dubitatur primo, quid Virgo prius sciret de dominicæ incarnationis mysterio? Certè verosimile est, quod habuerit magnam cognitionem illius tum per reuelationem, tum etiam per lectionem, & intelligẽtiam sacrarum scripturarum, quod statuimus pro certo, supra q. 27. artic. 5. Sed maiorem habuit huius rei notitiam per Angelum, quam antea vt patet ex textu Euangelij. Sed tamen, quod ex ea esset Messias nasciturus, omnino ignorabat: imò quidam dicunt, quod ex humilitate existimabat oppositum, quibus ego non assentior, nam ego existimo, quod nunquam habuit assensum erroneum & fallacem, sicut nunquam habuit actũ inordinatum appetitus aut voluntatis. Sed circa causas quare fuit congruum annunciare B. Virgini hoc mysterium, obseruandę sunt alię duæ præter eas quas commemorat D. Thom. Prior est, vt vniuersus orbis deberet B. Virgini, tanquam causæ morali & voluntariæ per consensum suum exhibitum Christi incarnationem, ac ipsius orbis reparationem. Itaque non tantum vt mater naturalis ex suis castissimis visceribus genuit nobis & peperit Saluatorem, verum vt mediatrix moralis voluit nobis salutem, & Saluatorem mediatorem. Posterior est, vt ipsa beata Virgo præpararet se ac disponeret actu per exercitium maximarũ virtutum ad Christi incarnationem, æquissimum siquidem erat & congruentissimum, vt tunc maximè si quando ante, & magis quam ante exerceret se beata Virgo in actuali virtutum exercitio & palæstra. Annunciatio autẽ illi per Angelum facta præbuit illi huius exercitij occasionem, & quod inde consequitur cũctis sæculis inauditum virtutum exemplar & specimen reliquit. Exercuit seipsam B. Virgo in humilitate maxima, tũ in turbatione cũ audiret inauditũ genus salutationis, & miras ipsius laudes, tũ etiam in verbis quibus professa est se esse ancillam Dei non matrem quantum ad dignitatem, exercuit se etiam summo modo in prudentia, quæ magnoperè necesse est ad discernendos spiritus, sint ne ex Deo, an non. Ad quod opus faciendum datur fidelibus donum discretionis spirituum, vt dicitur 1. Corinth. 12. & ita monet nos D. Ioan. 1. can. c. 4. Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus, vtrùm ex Deo sint. Est siquidem difficillimum negotium, vt docet D. August. 12. super Gen. c. 14. & 6. confess. cap. 13. Virgo itaque humilis continuo probauit, & examinauit spiritum, vt patet ex contextu Euangelico apud Lucam in enarratione annunciationis. Exemplar item tribuit summę fidei in credendo, obedientiæ ac tandem magnanimitatis qua destinauit, ac proposuit animo heroico & diuino se talia opera deinceps toto vitæ decursu exhibituram, & in ea sanctitate victuram, quæ Dei matrem decebat, ac supra omnia excellentissimè charitatis tribuit exẽplar, tum erga Deum, tum erga proximum, quoniã charitas hæc requisita erat ad supradicta.

1. Cor. 12. 1. Ioan. 4.

D. August.

¶ In solutione vltimi obseruet Theologus D. Thomam apertè docere, quod nemo certò scit citra diuinam reuelationem se gratiam habere, sed scit quisque veram esse fidem quã accepit. Quæ doctrina animaduersione digna est pro illa quæst. Vtrùm fidelis quisque certo cognoscat se habere fidem.

Notã.

Quare fuit congruũ vt hoc mysterium annũciaretur Virgini.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm annunciatio beatæ Virgini fieri debuerit per Angelum.

165

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd beatæ Virgini non debuerit annuntiatio fieri per Angelũ. Supremis enim Angelis fit reuelatio immediatè à Deo: vt Dionys.* dicit 7. cap. Cæleſt. hierar. Sed mater Dei est super omnes Angelos exaltata. Ergo videtur, quòd immediatè à Deo debuerit sibi annuntiari Incarnationis mysterium, & non per Angelum. ¶ 2. Præterea, Si in hoc oportebat seruari communem ordinem, secundum quem diuina hominibus per Angelos reuelantur, similiter diuina ad mulierem per virum

3. di. 3. q. 5. ar. 2. q. 1. & 2.

cap. 7. parũ à medio.

deferuntur. vnde & Apostolus dicit 1. ad Corinth.14. Mulieres in Ecclesijs taceant: si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Ergo videtur, quòd beatæ Virgini debuerit annũciari mysterium Incarnationis per aliquem virum: præsertim quia Ioseph vir eius super hoc fuit ab Angelo instructus: vt legitur Matth.1. ¶ 3. Præterea, Nullus potest congruè annũtiare quod ignorat. Sed etiam supremi Angeli nõ plenè cognouerunt Incarnationis my-
ca.7.à med sterium, vnde dicit Dionys. 7. Cæleſt*. hierar. ex eorum persona esse intelligendam quæstionem, quæ ponitur Isa.63. Quis est iste qui venit de Edom? Ergo videtur, quòd per nullum Angelum potuit conuenienter annuntiatio Incarnationis fieri. ¶ 4. Præterea, Maiora sunt per maiores nuntios annuntianda. Sed mysterium Incarnationis est maximũ inter omnia quę per angelos sunt hominibus annuntiata. Ergo videtur, quòd si per aliquem angelum debuit annuntiari, quòd ille debuerit esse de supremo ordine. Sed Gabriel nõ est de supremo ordine, cùm sit de ordine archangelorum, qui est penultimus: vnde Ecclesia cantat, Gabrielé archangelũ scimus diuinitùs te esse affatũ. Non ergo huius modi annuntiatio per Gabrielé archãgelum conuenienter facta est. ¶ Sed cõtra est, quod dicitur Luc.1. Missus est Gabriel angelus à Deo, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd cõueniens fuit matri Dei annũtiari per angelum diuinæ incarnationis mysteriũ, propter tria. Primò quidem, vt in hoc etiam seruaretur diuina ordinatio: secũdum quam mediantibus angelis diuina
ca.4.à med ad homines perueniunt. Vnde Dion*. dicit cap.4. Cæleſt. hierar. quòd diuinũ Iesu benignitatis mysterium angeli primò edocti sunt: postea per ipsos ad nos cognitionis gratia transiuit. Sic ergo diuinissimus Gabriel Zachariam quidẽ docuit, prophetam Ioannẽ ex ipso nasciturum: Mariam autem quomodo in ipsa fieret thearchicum ineffabilis Dei formationis mysterium. Secundò hoc fuit conueniens reparationi humanæ, quæ futura erat per Christum. Vnde Beda dicit* in homil. Aptum humanæ re staurationis principium, vt angelus à Deo mitteretur ad Virginem partu cõsecrandam diuino: quia prima perditionis humanæ fuit causa, cùm serpens à diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbiæ decipiendam. Tertiò, quia hoc congruebat virginitati matris Dei. Vnde Hiero*. dicit in sermone Assumptionis, Benè angelus ad Virginẽ mittitur: quia semper est angelus cognata virginitas. Profectò in carne præter carnem viuere, non terrena vita est, sed cælestis.

gloss. ordi. super Luc. cap.1.

In 2. fol. 1 princi. ser. to.2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd mater Dei superior erat angelis, quantũ ad dignitatem, ad quam diuinitùs eligebatur: sed quantum ad statum præsentis vitæ, inferior erat angelis: Quia & ipse Christus ratione passibilis vitæ, modico ab angelis minoratus est: vt dicitur Heb.2. Sed tamen quia Christus simul fuit viator & comprehensor, quantum ad cognitionem diuinorum, non indigebat ab angelis instrui. Sed mater Dei nondum erat in statu comprehensorũ, & ideo de diuino conceptu per angelos instruenda erat. ¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut Aug*. dicit in sermone de Assumptione) beata Virgo Maria vera æstimatione à quibusdam generalibus excipitur: quia nec conceptus multiplicauit, nec sub viri, id est mariti, potestate deguit, quæ integerrimis visceribus de Spiritu sancto Christum suscepit. Et ideo non debuit mediante viro instrui de mysterio incarnationis, sed mediãte angelo. Propter quod etiã ipsa est prius instructa, quàm Ioseph: nã ipsa instructa est ante conceptum, Ioseph autem post eius conceptum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut patet ex autoritate Dion*. inducta, Angeli incarnationis mysteriũ cognouerũt: sed

In libello de assump. beatæ Mariæ, ca. 4. à med. to. 3.

circa princ. corp. ar.

tamen

tamen interrogabant, perfectius scire cupientes à Christo huius mysterij rationes, quæ sunt incomprehensibiles omni creato intellectui. Vnde Maximus dicit. Quòd Angeli nouerint futuram incarnationem, ambigere nō oportet. Latuit autem eos inuestigabilis Domini cōceptio atq; modus, qualiter totus in genitore, totus manebat in omnibus, nec nō & in virginea cellula. ¶ Ad quartum dicendum, quòd quidam dicunt Gabrielem fuisse de supremo ordine angelorum: propter quod Greg*. dicit, summum angelum venire dignū fuerat, qui summū omnium nuntiabat. Sed ex hoc non habetur quòd fuerit summus inter omnes ordines, sed respectu angelorū: fuit enim de ordine archāgelorū. Vnde & Ecclesia eū archangelū nominat: & Greg*. ipse dicit in homil. de centum ouibus, quòd archangeli dicuntur, qui summa annunciāt. Satis est ergo credibile, quòd sit summus in ordine archangelorum. Et sicut Greg*. dicit, hoc nomen officio suo congruit: Gabriel enim Dei fortitudo nominatur. Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, qui virtutum dominus & potens in prælio, ad debellandas potestates aëreas veniebat.

hom. 34. ante medium illius.

hom. 34. in euang. ante mediū eius

eodē loco nunc proximè dicto.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est, conueniens fuit per Angelum annunciari matri Dei diuinæ incarnationis mysterium. Primo, vt seruaretur ordo diuinus, secundum quem mediantibus Angelis ad homines diuina perueniunt. Secundò, hoc conueniebat reparationi humanæ, quæ futura erat per Christum: nam prima causa perditionis humanæ fuit, cum serpens à Diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbiæ decipiendam. Aptum igitur erat restaurationis humanæ principium, vt Angelus à Deo mitteretur ad Virginem partu consecrandam diuino. Tertiò, congruebat virginitati matris Dei: quia semper Angelis est cognata virginitas.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Dubium. IN hoc articulo dubitationes sunt perfaciles. Prima est, nam Maria erat perfectior Angelis, ergo non debebat instrui ab illis.

Huic facilè respondetur, quod de Christo dicitur Hebræor. 2. minuisti eum paulòminus ab Angelis, nihil ergo obstat quominus in aliquibus Virgo Maria esset inferior saltem ratione status, quia illa in via, illi vero in patria. Oportuit ergo, vt ab Angelo de hoc mysterio beatæ Virgini annunciaretur, vt seruetur ordo diuinæ sapientiæ illuminando inferiora per superiora, & propter alias causas, quas commemorat Diuus Thomas in articulo. Solutio. Heb. 2.

Sed dices, ergo debuit fieri annunciatio viro Ioseph, & per illum Mariæ, quia caput mulieris est vir. Et Apostolus primę Corint. 14. dicit: Mulieres in Ecclesia taceant, si quid autem scire voluerint, domi viros suos interrogent. Respondetur, quod aliud est soluere legem, aliud aliquam personam priuilegio donare, seruata est lex vniuersalis, vt ad inferiores non perueniret reuelatio, nisi per superiores, priuilegium fuit, vt non esset in hoc beata Virgo subdita viro suo. Obiectio. 1. Cor. 14. Solutio.

¶ Alia dubitatio est, vtrùm Angelus qui annunciauit fuerit omnium supremus? Hanc dubitationem exponit Diuus Thomas hic in solutione vltimi, & dominus Caietanus addit ad Diuum Thomam hæc verba. Aduerte quòd quamuis si ad magnitudinem annuntiandæ personæ diuinæ filij Dei incarnandæ spectetur, supremus Seraphinus debuisset annuntiare: quia tamen annuntiare verbum Dei infrà latitudinem officij annuntiantis claudituꝛ, non debuit aliquis extra deputatos ad annuntiandū mitti: vt omnia suauiter à diuina prouidentia disponerentur. Et propterea non debuit primus Seraphinus annunciare, sed supremus inter Archangelos. Certè scriptura non dicit cuius hierarchiæ fuerit Angelus, sed quia Archangeli dicuntur, vt Gregorius ait, quia summa annuntiant, & quia hoc fuit maximum omnium nuntiorum, ideo oportuit vt fuerit Archangelus, & ita Ecclesia nominat Gabrielem Archangelum. Sed hic est obseruandum, Gabrielem Archangelum, qui hunc nuntium apportat sacratæ Virgini incarnationis Dei magni, non solum verbis, quæ annuntiat Virgini, sed nomine ipso hoc magnum significare mysterium incarnationis Dei omnipotentis. Quid enim est aliud Gabriel, quàm, Verbum caro factum est? Geber enim homo est, El, Deus: vnde Gabriel, homo Deus: Verbum Deus caro factum: significauit id Proclus Episcopus in quadam homilia dicta assidente Nestorio Constantinopoli his verbis: Reuerere nomen Archangeli, qui nuntium illum lætissimum apportauit beatæ Mariæ, qui Gabriel est appellatus, dictus Gabriel, id est, Deus & homo: Geber enim homo est, El, Quare non sit missus supremus Seraphin. Gabriel quid significet. Proclus.

Deus. Nomine ipso significans nuntium quem appor tat, quoniam is, quem euangelizat Christus, Deus & homo erat oriturus, no menclatura ipsa miraculum significat, &c. vn

Cõci. Nice. de actione. 4. Synod. Nicenæ. 2. tom. 2. concil. Stephanus diaconus recitat historiam ex libro de martyrio Procopij martyris, Neaniam quendam nomine, locasse insigni artifici Marco, crucem fabricandam, & cum elaborata esset summa arte, extitisse in ea tres imagines. Primam Emanuelis cruci suffixi, incripto nomine Emanuelis, & vtrinque in summitate brachiorum crucis, Michaelem & Gabrielem. Et cum Marcus artifex vellet expungere imagines, sibi timens, exsiccata est il li manus. Extitere ergo miraculo Emanuel suffixus cruci, id est, inter nos Deus, & ex alte ra parte brachiorum crucis, Michael, ille qui

Michael quid significat. Apocalyp. capit. 12. præliatur cum dracone, quando facta est salus & potestas Christi, & quando vicit propter sanguinem agni, id enim significat nomen Michael, id est. Quis sicut Deus? Mi: quis: cha, sicut: el, Deus: quæ nomenclatura pugnam cum draconé significat, qui morte Christi est superatus à Michae le, & id significauit, cuim extitit in altera parte crucis, significat enim victoriam factam in sanguine agni ab Angelo qui dicebat. Quis si cut Deus? In altera parte extitit Gabriel, id est, Deus homo factus, vt dictum est: vide in Cy-

Cyrillus. rill. lib. apologet. tomo. 1. concil. Sed contra

Argumen. hanc veritatem arguitur ad probãdum, quod Angelus non potuerit hoc mysterium beatæ Virgini annuntiare, nam etiam supremi Angeli non plenè cognouerũt incarnationis my

D. Diony. sterium, vnde dicit Dionysius. cap. 7. de cæl. hierar. ex eorum persona esse intelligendam

Esa. 63. quæstionem, quæ ponitur Esai. 63. Quis iste

Solutio. qui venit de Edom? &c. Ad hoc dubium Di-

D. Thom. uus Thomas hîc in solutione ad tertium respondet, quod Angeli incarnationis mysterium cognouerunt, sed tamen interrogabant perfectius scire cupiẽtes à Christo huius my sterij rationes, quæ sunt incõprehẽsibiles om ni intellectui creato: vel fortè illud verbũ est admirantiũ, & laudantiũ, nõ ignorantiũ. Nam quod Angeli saltẽ beati cognoscãt hoc myste riũ, exploratũ esse videtur. Vidẽt enim in ver bo omnia quæ pertinẽt ad suũ statũ, & sic vi dent hoc mysteriũ, cuius præcipuè ipsi sunt administratorij spiritus missi propter eos, qui hæreditatẽ capiunt salutis. Hæc sufficiãt pro hoc articulo. Nam alia quæstio quæ solet hic moueri, vtrùm Angeli habeant nomina pro pria, & qua lingua & quo idiomate se appellant, habet propriam sedem in 2. distin. 9. & apud D. Thomam 1. p. q. 108.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Angelus annuncians debuerit beatæ Virgini visione corporali apparere.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Angelus annuntians non debuerit Virgini apparere visione corporali. Dignior enim est intellectualis visio, quàm corporalis: vt Augustꝰ, dicit 12. super Genes. ad literam. Et præcipuè ipsi Angelo est magis conueniẽs: nam visione intellectuali videtur Angelus in sua substantia, visione autem corporali videtur in assumpta figura corporea. Sed sicut ad annuntiandum conceptum diuinum decebat venire summum nuntium, ita etiam videtur, quòd decuerit esse summum genus visionis. Ergo videtur quòd Angelus annuntians apparuerit Virgini visione intellectuali. ¶ 2. Præterea, Visio imaginaria videtur etiam esse nobilior quã visio corporalis: sicut imaginatio est altior potentia, quàm sensus: Sed Angelus apparuit Ioseph in somnis secundum imaginariam visionem: vt patet Matth. 1. & 2. Ergo videtur, quòd etiam apparere debuerit beatæ Virgini imaginaria visione, & non corporali. ¶ 3. Præterea, Corporalis visio spiritualis substantiæ, videntes stupefacit: vnde & de ipsa Virgine cantatur. Expaueſcit Virgo de lumine. Sed melius fuisset quòd à tali turbatione mens eius esset præseruata. Non ergo fuit conueniens quòd huiusmodi annuntiatio fieret per visionem corporalem. ¶ Sed contra est, quod Augustꝰ. in quodam sermone inducit beatam Virginem sic dicentem, Venit ad me Gabriel archan gelus, facie rutilans, veste coruscans, incessu mirabilis. Sed hæc nõ possunt per tinere nisi ad corpoream visionem. Er go corporea visione Angelus annuntiãs beatæ Virgini apparuit.

166 3. di. 3. q. 3. ar. 1. q. 1.

lib. 12. c. 25 & 10. & 14. to. 3.

In serm. 14 de natali do mini ante medium, to. 10.

¶ Respondeo dicendum, quòd Angelus annuntians apparuit matri Dei

corporea

corporea visione : & hoc conueniens fuit . Primò quidem quantum ad id, quòd annuntiabatur: venerat enim Angelus annuntiare incarnationem inuisibilis Dei , per quam visibilis fieret. Vnde etiam conueniens fuit, vt ad huius rei declarationem, inuisibilis creatura formam assumeret, in qua visibiliter appareret: cùm etiam omnes apparitiones veteris Testamenti ad hanc apparitionem præordinentur, quia filius Dei in carne apparuit . Secundò fuit congruum dignitati matris Dei quæ non solum in mente , sed in corporeo ventre erat Dei filium receptura & ideo nó solum mens eius, sed etiam sensus corporei erant visione angelica refouendi. Tertiò congruit certitudini eius, quod annuntiabatur: ea enim, quæ sunt oculis subiecta , certius apprehendimus, quàm ea quæ imaginamur. Vnde Chrisost*. dicit super Matth. quòd Angelus non in somnis, imò visibiliter Virgini astitit: nam quia magnam valde relationem accipiebat ab Angelo , egebat ante tantæ rei euentus, visione solenni.

Hom. 4. in Matt. parũ antemediũ to. 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod intellectualis visio est potior, quàm visio imaginaria vel corporalis, si sit sola. Sed ipse Augustin*. dicit quòd excellentior est prophetia, quæ habet simul intellectualem & imaginariam visionem, quàm illa quæ habet alteram tantum: beata autem Virgo non solum percepit visionem corporalem, sed etiam intellectualem illuminationem, vnde talis apparitio nobilior fuit . Fuisset tamen nobilior si ipsum Angelum intellectuali visione in sua substantia vidisset: sed hoc non patiebatur status hominis viatoris, quòd Angelum per essentiam videret. ¶ Ad secundum dicendum, quòd imaginatio est quidem altior potentia, quã sensus exterior: quia tamen principium humanæ cognitionis est sensus, ideo in eo consistit maxima certitudo : quia semper oportet, quòd principia cognitionis sint certiora. Et ideo Ioseph, cui Angelus in somnis apparuit, non ita excellentem apparitionem habuit, sicut beata Virgo.

li. 12. super Gene. c. 9. circa medium to. 3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Ambros. dicit super* Luc. perturbamur & à nostro alienamur affectu, quando perstringimur alicuius superioris potestatis occursu . Et hoc contingit non solum in visione corporali, sed etiam in visione imaginaria. Vnde Gen. 15. dicitur, quòd cùm sol occubuisset, sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Talis tamen perturbatio hominis, non tantum homini nocet, vt propter eam debeat angelica apparitio prætermitti. Primò quidem, quia ex hoc ipso, quòd homo supra seipsum eleuatur (quod ad eius pertinet dignitatem) pars eius inferior debilitatur, ex quo prouenit perturbatio prędicta: sicut etiam calore naturali ad interiora reducto , exteriora tremũt. Secundò, quia sicut Orig.* dicit super Luc. Angelus apparens, sciens hanc esse humanã naturã, primum perturbationi medetur, vnde tã Zachariç, quàm Mariæ post turbationem dixit, Ne timeas. Et propter hoc, vt legitur in vita Antonij, non difficilis est beatorũ spirituũ malorumq; discretio. Si enim post timorem successerit gaudium , à Domino veniisse sciamus auxiliũ : quia securitas animæ, præsentis maiestatis indicium est . Si autem incussa formido permanserit, hostis est qui videtur: Ipsa etiam turbatio Virginis , conueniens fuit verecundiæ virginali: quia vt Ambro*. dicit super Lucam, trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Quidam tamen dicunt, quòd cùm beata Virgo assueta esset visionibus Angelorum, nó turbata fuit in visione Angeli: sed in admiratione eorum, quæ ei ab Angelo dicebantur, quia de se tam magnifica nó cogitabat. Vnde & Euangelista non dicit, quòd turbata fuerit in visione Angeli, sed in sermone eius.

li. 1. in Luc. in tit. de angeli apparitione in fine illius, to. 5.

Hom. 4. in Luc. in principio. to. 3.

li. 2. in Luc. ca. 1. cuius titulus est. De salutat. Mariæ, to. 5

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est affirmatiua. Primò, quia venerat annunciare incarnationem inuisibilis Dei. Vnde cóueniens fuit ad huiusrei declarationẽ, quod inuisibilis creatura formã assumeret, in qua visibiliter appareret. Cõueniebat secũdo dignitati matris Dei, quæ nõ solũ in mẽte, sed in corporeo vẽtre erat Filiũ Dei receptura: quare nõ solũ mẽs eius, sed etiã corporei sensus erat angelica visione refouendi. Congruit tertiò certitudini eius, quod annũtiabatur, quia ea, quæ oculis sunt subiecta certius apprehendimus, quàm ea, quæ imaginamur: & ad magnam reuelationem solenni visione egebat ante tantæ rei euentum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo dubium est, An angelus apparuerit in corpore assumpto? Et videtur, quod hoc non possit ostendi. Nam etiam Daniel dicit ca. 8. & 9. quod venit ad eũ Gabriel, & stetit iuxta eum, & tetigit eum, & locutus est ei. Et Ioan. in Apoc. dicit se vidisse Angelos, & tamen nemo dicit fuisse in veris corporibus Angelos, sed solum secundum imaginarias species, ergo similiter posset dici de aduẽtu Angeli ad Virginẽ. Angelus apparuit Mariæ in formã viri corporea. Respõdetur, quòd Caiet. dicit hic quosdã esse hoc tẽpore, qui suscitauerint hãc opinionẽ, vt nõ fuerit verus Angelus. Sed patet oppositũ ex autoritate Chrysostomi, & Augustini. & Ambrosij, quos & Th. allegat. Et item, quia Lucas prius narrauit quo modo idem Gabriel venerit ad Zachariam, & dicit quod stetit ad dexterã altaris, quod manifestum est argumentũ in vero corpore fuisse. Item quia dicit quod est ingressus ad Virginem, & quod discesserit, quæ significant motũ corporeum. Item quia ait; dixit autem Maria ad Angelum, quod innuit eum habuisse præsentem: non enim solent Prophetæ interrogare Angelos, quos per speciem solum vident. Ad id quod dicitur de Daniele & Ioãne, respondetur, quod aliud est esse Prophetã, aliud est esse historicum. Historiæ enim debent accipi, vt sonant ad literam, alias eadem ratione possent accipi tropicè. Et iterum Virgo Maria turbata est, & timuit, quod videtur fuisse ex conspectu corporeo, quia turbatio illa videtur fuisse sensitiua, quæ nõ nascitur ex reuelatione interiori, sed ex motu sensitiuo. Sed quærũt aliqui qua forma apparuerit Angelus, & respondetur certum esse quod viri forma, nam cum legimus in scripturis apparitionem Angelorum legimus apparuisse sub forma virorum, vt de Raphaele, & de Abrahã legimus quod vidit tres viros. Rationabiliter etiã credimus, quod apparuerint in specie iuuenili, & in stola alba sicut in resurrectione apparuit Angelus. Illud tamen animaduertendum est, quod Virginis turbatio in Angeli salutatione nõ fuit motus aliquis pauoris, aut alterius passionis præueniens rationis vsum, quoniam vt diximus q. 27. non fuit in Virgine motus aliquis inordinatus, ideoq; turbatio illa fuit ratione deliberata & commensurata, ortaq; fuit vt paulò antè dicebamus ex Virginis humilitate humiliter de se sentiẽtis, & non altè sapiẽtis, & ex cognitione maximæ dignitatis, quæ requirebatur vt esset Dei mater, ac tandẽ ex Spiritus sancti impulsu, & afflatu quo ipsa dirigebatur, turbauit semetipsam, sicut Christus turbauit seipsum Ioan. 11. 12. & 13. Sed ad extremum huius articuli animaduertione dignum est, quod signũ in solutione tertij positũ exvita S. Antonij ad discretionem spirituũ, est intelligendũ per se, videlicet quantũ est ex natura bonorũ & malorũ spirituũ, cõmunis siquidẽ vtrisq; apparentibus est humana turbatio propter naturã nostrã. Verũ bonorũ apparitio ad Deũ animũ ducens securitatẽ animi parit, malorũ autem quia à Deo auersiua est, nõ habet vnde securam animam reddere valeat. Cæterum per accidens oppositum contingere potest, dum Sathanas transformãs se in Angelum lucis ad hanc conditionem Angeli lucis studet, potest enim post turbationem cõmouere phantasmata, inferioremque partem animæ ad materiam aliquam gaudij, & auertere materiam timoris, vt sic absque timore animus lætus reddatur, & propterea illud signũ commemoratum non semper certum est, vnde memineris, quod in his quæ sunt per accidens contingit sapientes falli. Circa hoc vide Augustinum lib. 12. in Gen. c. 14. vbi ait quod certè discernere in huiusmodi visionibus, quis sit bonus vel malus spiritus arbitratur posse neminem scire, nisi ille qui acceperit illud donum, de quo Paulus: Alij discretio spirituum, & refert Augustinus de matre sua libr. 6. confess. cap. 13. quod affirmauerit se dulcedine quadam & suauitate spiritus, quam explicare non poterat discernere, quando erat bonus spiritus, vel quando malus.

Qualiter turbata fuerit Virgo.

Ioan. 11. & 12. 13.

Nota circa discretionẽ spirituũ

Gen. 14.

D. August.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm annuntiatio conuenienti fuerit ordine perfecta.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd annuntiatio eius non fuerit conuenienti ordine perfecta. Dignitas enim matris Dei dependet ex prole concepta. Sed causa prius debet manifestari, 167

festari, quàm effectus: ergo primò debuit Angelus Virgini annuntiare conceptum prolis, quàm eius dignitatem exponere, eam salutando. ¶ 2. Præterea, Probatio aut prætermitti debet in his quæ dubia non sunt, aut prætermitti in his, quæ dubia esse possunt: sed Angelus primò videtur annuntiasse id de quo Virgo dubitaret, & dubitando quæreret, dicens, Quomodo fiet istud? & postea probationem adiunxit, tum ex exemplo Elisabet, tum ex Dei omnipotentia, ergo inconuenienti ordine annuntiatio per angelum est effecta. ¶ 3. Præterea, Maius non potest probari sufficienter per minus. Sed maius fuit Virginem parere, quàm vetulam. Ergo non fuit sufficiens probatio angeli, probantis conceptum Virginis ex conceptu feminis. ¶ Sed contra est, quod dicitur Romanor. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Angelus autem missus est à Deo ad hoc, quòd Virgini annuntiaret: vt dicitur Luc. 1. ergo ordinatissimè fuit annuntiatio per angelum completa.

¶ Respondeo dicendum, quòd annuntiatio congruo ordine per angelum est perfecta. Tria enim angelus intendebat circa Virginem. Primò quidem, reddere mentem eius attentam ad tantæ rei considerationem: quod quidem fecit, eam salutando quadam noua & insolita salutatione. Vnde Origen* dicit super Lucam, quòd si sciuisset ad alium quempiam similem esse factum sermonem (vtpote quę habebat legis scientiam) nũquam eam quasi peregrina talis salutatio terruisset. In qua quidem salutatione præmisit idoneitatem eius ad conceptum, in hoc quod dixit, Gratia plena: expressit conceptum, in hoc quod dixit, Dominus tecum: & prænuntiauit honorem consequentem, cùm dixit, Benedicta tu in mulieribus. Secundò autem intendebat eam instruere de mysterio Incarnationis, quod in ea erat implendum. Quod quidem fecit in prænuntiando conceptum & partum, dicens, Ecce cõcipies in vtero, &c. & ostendendo dignitatem prolis conceptæ, cùm dixit. Hic erit magnus: & etiam demonstrando modum conceptionis, cùm dixit, Spiritus sanctus superueniet in te. Tertiò intendebat animum eius inducere ad consensum, quod quidem fecit exẽplo Elizabet, & ratione ex diuina omni potentia sumpta.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd animo humili nihil est mirabilius quàm auditus suæ excellentiæ: admiratio autem maximè attentionem animi facit. Et ideo angelus volens mentem Virginis attentam reddere ad auditum tanti mysterij, ab eius laude incepit. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Ambros.* expressè dicit super Lucam, quòd beata Virgo de verbis angeli non dubitauit. Dicit enim, Quanto temperantior est Mariæ responsio, quàm verba sacerdotis? Hæc ait. Quomodo fiet istud? ille respondit. Vnde hoc sciam? Negat ille se credere, qui negat se scire, ista se facere profitetur, nec dubitat esse faciendũ, quod quomodo fieri possit, inquirit. Augu* tamen videtur dicere quòd dubitauerit. Dicitur enim in lib. Quæstionum veteris & noui Testamenti: Ambigenti Mariæ de conceptu, possibilitatem angelus prædicat. Sed talis dubitatio magis est admirationis, quã incredulitatis. Et ideo probationem angelus inducit non ad auferendam infidelitatem, sed magis ad remouendam eius admirationem. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Ambros. dicit in Hexameron, ob hoc multæ steriles præuenerunt, vt partus credatur Virginis. Et ideo conceptus Elisabet sterilis inducitur, non quasi sufficiens argumentum, sed quasi quoddam figurasse exemplũ. Et ideo ad confirmationem huius exempli subditur argumentum efficax ex omnipotentia diuina.

Homi. 6. in Luc. à med. illius to. 2.

1. 2. in Luc. c. 2. cuius est tul. est: De Mariæ interrogatione &c. to. 5

in lib. q. ex nouo Test. q. 51. in prin. ci. resp. to. 4

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est affirmatiua. Nã primo reddit mentem Virginis attentam, salutando eam quadam noua, & insolita salutatione, in qua præmisit idoneitatem eius ad conceptum, dicendo, gratia plena. Expressit conceptum, dicendo: Dominus tecum. Et prænuntiauit honorem consequentem, cum dixit: Benedicta tu in mulieribus. Secundò, instruxit illã de mysterio incarnationis, quod in ea erat implendum, cum prænuntiauit conceptum, & partum dicens: Ecce concipies & paries. Modumq; prænuntiauit, dicẽdo: Spiritus sanctus superueniet in te. Intendit vltimò inducere animum eius ad consensum exemplo Elisabet, & ratione sumpta ex diuina omnipotentia.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN primis, in hoc articulo quæri solet, quare & in quo sensu dixit Angelus, gratia plena, & vtrùm prius erat gratia plena, antequam conciperet filium Dei. Subnectunt etiam aliã quæstionem. An ne postquam fuit gratia plena, amplius in gratia, & in meritis profecerit. Sed vniuersæ istæ quęstiones sunt à nobis sufficienter explicatę supra q. 27. Alia dubitatio solet moueri, quem sensum habeat illa interrogatio Virginis, quomodo fiet istud. Pro cuius intelligentia sciendum est, beatam Virginem Mariam excellentiorem habuisse cognitionem mysteriorum fidei, quam vniuersi Prophetę, vt ostendimus supra quęst. 27. ar. 5. propter quod exploratum est, nouisse illam multò perfectius, quam Esaias Prophetam Christum ex Virgine nasciturum. Quocirca cum iam Angelus illi nunciasset, quando hanc interrogationem ipsa protulit, filij Dei incarnationem in suo vtero, non dubitauit Virgo, an ipsa futura esset Virgo perpetua, si celebrandum esset tale mysterium in suo vtero, quin potius in illis verbis, quæ continuo subiunxit, quoniam virum non cognosco, significauit constantissimũ seruandæ virginitatis propositum. Ex quibus verbis sancti colliguntB. Virginem virginitatem vouisse. Interrogatio itaque illa facta est, vt probaret, atque discerneret spiritusille, qui sibi apparebat, Dei esset, an dæmonis, Dei inquam dignantis eam tanto honore, vt in matrem suam illam eligeret, an potius dæmonis suum virginale propositum infirmare tentantis. Et postquam Virgo contulit scripturas sacras, & reuelationes illi factas cum responsione Angeli, & inuenit responsionem concordare cum scripturis, & reuelationibus continuo præbuit assensum, inquiens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Descendens ab illa vniuersali cognitione, quam habebat Virginis matris in communi ad notitiam particularẽ, qua cognouit ipsam esse Virginẽ electam, ex qua Christus erat nasciturus, de qua re nullã antea habuerat reuelationem. Sic intelligatur Diuus Thomas in articulo 1. ad 2. Catherinus in lib. 4. contra Caietanum scribit, quod Caietanus in expositione huius interrogationis inducit beatam Virginem tanquam dubitantem, aut putantem le statim suam virginitatem amissuram. Sed hic Catherinus nugatur ferè semper, & nodum in scyrpo quærit. Sed & de tempore quo facta est hæc annuntiatio beatæ Virgini, dubitatio est inter Doctores, Ioannes Lucidus in tractatu de vero die passionis Christi existimat, quod hæc annuntiatio, & conceptio Christi facta est, cum beata Virgo ageret annum quartumdecimum, octauo calendas Aprilis, hoc est, die vigesima quinta Marci, feria sexta. Caietanus in caput 1. Lucæ inquit, certum esse beatam Virginem fuisse tunc annorum decem & nouem ad minus, & hoc si mulieris tertio senario annorum cõpletur augmentum, sicut secundo senario pubescit. Nam rationabile est (inquit) quod fuerit tunc annorum viginti quatuor, vt perfecta etiam secundum ossa mulier, perfecta mater, perfectum gigneret filium.

Qualiter sint intelligenda verba Mariæ, quomodo fiet istud.

QVAESTIO XXXI.

De conceptione Saluatoris quo ad materiam, de qua corpus eius conceptum est, in octo articulos diuisa.

DEinde considerandum est de ipsa conceptione Saluatoris. Primò, quantum ad materiam, de qua eius corpus conceptum est. Secundò, quantum ad conceptionis autorem. Tertiò, quantum ad modum & ordinem conceptionis.

¶ Circa primum quæruntur octo. ¶ Primò, vtrùm caro Christi fuerit sumpta de Adam. ¶ Secundò, vtrùm fuerit sumpta de Dauid. ¶ Tertiò, de genea-

genealogia Christi, quæ in Euangelijs ponitur. ¶ Quartò, vtrùm decuerit Christum nasci de fœmina. ¶ Quintò, vtrùm fuerit de purissimis sanguinibus Virginis corpus eius formatum. ¶ Sextò, vtrùm caro Christi fuerit in antiquis Patribus, secundum aliquid signatum. ¶ Septimò, vtrùm caro Christi in Patribus fuerit peccato obnoxia. ¶ Octauò, vtrùm fuerit decimata in lumbis Abrahæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm caro Christi fuerit sumpta de Adam.

168 AD primum sic proceditur. Videtur, quòd caro Christi non fuerit sumpta ex Adam. Dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cœlestis. Primus autem homo est Adam, secundus est Christus. Ergo Christus non est ex Adam, sed habet ab eo distinctam originem.

¶ 2. Præterea, Conceptio Christi debuit esse maximè miraculosa. Sed maius est miraculum formare corpus hominis ex limo terræ, quàm ex materia humana, quæ de Adam trahitur. Ergo videtur, quòd non fuerit conueniens Christum ab Adam carnem sumpsisse. Ergo videtur, quòd corpus Christi non debuerit formari de massa humani generis deriuata ab Adam, sed de aliqua alia materia.

¶ 3. Præterea, Peccatum in hunc mundum intrauit per vnum hominem, scilicet per Adam: quia omnes in eo originaliter existentes, peccauerunt: vt patet Romanorum. 5. Sed si corpus Christi fuisset ab Adam sumptum, ipse etiam in Adam originaliter fuisset, quando peccauit. Ergo peccatum originale contraxisset, quod non decebat Christi puritatem. Non ergo corpus Christi est formatum de materia sumpta ab Adam.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Hebræos. 2. Nusquam Angelos apprehendit, scilicet filius Dei: sed semen Abrahæ apprehendit. Semen autem Abrahæ sumptum est ex Adam. Ergo corpus Christi fuit formatum de materia ex Adam sumpta.

¶ Respondeo dicendum, quòd Christus humanam naturam assumpsit, vt eam à corruptione purgaret. Non autem purgatione indigebat natura humana, nisi secundum quod infecta erat per originem vitiatam, qua ex Adam descendebat. Et ideo conueniens fuit, vt carnem sumeret ex materia ab Adam deriuata, vt ipsa natura per assumptionem curaretur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd secundus homo, id est, Christus, dicitur esse de cælo, non quidem quantum ad materiam corporis: sed vel quantum ad virtutem formatiuam corporis eius, vel etiam quantum ad ipsam eius diuinitatem. Secundum autem materiam corpus Christi fuit terrenum, sicut & corpus Adæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut suprà dictum est, * mysterium Incarnationis Christi est quiddam miraculosum: non sicut ordinatum ad confirmationem fidei, sed sicut articulus fidei. Et ideo in mysterio Incarnationis non requiritur quid sit maius miraculum, sicut in miraculis quæ fiunt ad confirmationem fidei: sed quid sit diuinæ sapientiæ conuenientius, & magis expediens humanæ saluti: quod requiritur in omnibus quę fidei sunt. Vel potest dici, quòd in mysterio Incarnationis non solum attenditur miraculum ex materia conceptus: sed magis ex modo conceptionis & partus: quia scilicet Virgo concepit & peperit. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut suprà dictum est, * corpus Christi fuit in Adam secundum corpulentam substantiam: quia scilicet ipsa materia corporis Christi de

* q. 29. art. 2. ad 2.

* ex corp. ad. & q. 4. ar. 6.

riuata est ab Adam. Non autem fuit ibi secundum seminalem rationē: quia non est concepta ex virili semine. Et ideo non contraxit originale peccatū: sicut cæteri, qui ab Adam per viam virilis seminis deriuantur.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est affirmatiua. Hac enim de causa naturam sumpsit humanam, vt ipsam à corruptione purgaret. Diciturque secūdus homo cœlestis, non quantum ad materiā corporis eius, sed quantum ad virtutem formatiuam, vel eius diuinitatem: vnde fuit ex Adam secundum corpulentam substantiam, & non secundum seminalem rationem.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Prim. argu. cōtra cōclusionem. IN hoc articulo contra conclusionem posi tam solent obijci duo argumenta; alterum est. Nam si ratio D. Thomæ aliquid valet, magis conueniens fuisset, vt assumpsisset naturā ipsiusmet Adæ, quæ fuit vulnerata eadem numero. ¶ Alterum argumentum est, quia cum originale sit peccatum naturæ, & non personæ videtur sanè quod humana natura conuenienter sanaretur, dato quod formasset eam de nouo non descendentem ab Adā. ¶ Sed & tertia obiectio se offert contra id, quod docet D. Thom. in solutione tertij. Ideo Christum non contraxisse originale peccatū, quia eius caro non fuit in Adam secundum seminalem rationem. Contra hanc rationem sic obijcio, nam etiamsi Christus ab Adam per viam virilis seminis propagaretur, non contraheret peccatum originale, si quidem est impeccabilis, & est verus Deus qui peccare non potest, vt supra dictū est. ¶ Ad hæc argumenta statim dicendum est. Ad primum respondet D. Thomas in 3. dist. 2. q. 1. art. 2. quæstiunc. 3. nullo modo fuisse decēs, quod filius Dei in ipso Adam naturam humanam assumeret. Tum quia Adā propria personalitate perfectus fuit, vnde in vnitatem personæ assumi non posset, nisi illa personalitas destrueretur, quod non decebat, vt suprà dictum est. Tum deindè, quia cum per assumptionem fiat cōmunicatio proprietatum, vt quicquid de homine dicitur, de Deo dicatur, sequeretur vt diceretur, quod Deus peccauit, quia Adam peccauit, quod est absurdum. Tum tertiò, quia contrariorum non est eadem causa: sed Adam causa fuit perditionis humanæ naturæ, ergo non decuit, vt ipse esset causa salutis humanæ naturæ. Hoc autem contingeret si humana natura in ipso Adam assumpta esset, ergo hoc decens non fuit. Ad argumentum, ergo dicēdum est, quod peccatum Adæ fuit infectio personalis, & naturæ, in quantum fuit vulnus personæ, fuit sanatum in ipsomet per gratiam pœnitētię, sed requiritur aliquis alius qui pro peccato naturæ satisfaceret, & ideo non oportuit, quod esset idem in persona cum Adā, sed idem in natura. ¶ Ad secundum argumētum respondetur, peccatum originale non fuisse absolutè peccatum humanæ naturę sed descēdentis ab Adam, & ideo oportuit, quod per descendentem ab Adam sanaretur. ¶ Ad aliā obiectionem dico, quod si Christus descenderet ab Adam per virile semen, contraheret peccatum originale, nisi impediretur ab vnione hypostatica. Vnio enim hypostatica impedit, & excludit omne peccatum ab eo, qui Deus & homo est.

Ad primū D. Thom.

Secundum.

Tertium.

Ad secūdū.

Ad tertium

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm caro Christi fuerit sumpta de Dauid.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non sumpserit carnem de semine Dauid. Matthæus enim genealogiā Christi texens, eam ad Ioseph perducit. Ioseph autem non fuit pater Christi: vt suprà dictum est.* Non ergo videtur, quòd Christus de genere Dauid descenderit. ¶ 2. Præterea, Aaron fuit de tribu Leui: vt patet Exod. 6. Maria autem mater Christi cognata dicitur Elisabet, quæ est filia Aaron: vt patet Lucæ. 1. Cùm ergo Dauid fuerit de tribu Iuda (vt patet Matth. 1.) videtur, quòd Christus de semine Dauid non descēderit. ¶ 3. Prętereà, Hier. 22. dicitur de Iechonia: Scribe istum virum sterilem, nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid. Sed de Christo dicitur Isa. 9. Super solium Dauid sedebit. Ergo Christus non fuit de semine Iechoniæ, & per consequens, nec de genere Dauid: quia Matt. à Dauid per Iechoniam, seriem generationum perducit. ¶ Sed contra est, quod dicitur Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

169

q. 29. art. 2. & q. 28. ar. 1. ad 2.

¶ Respondeo dicendum, quòd Christus specialiter duorum antiquorū patrum filius dicitur esse, Abrahæ scilicet

cet & Dauid: vt patet Matth. 1. Cuius est multiplex ratio: prima quidem, quia ad hos specialiter de Christo promissio facta est: dictum est enim Abrahæ Genes. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Quod Apostol. de Christo exponit, dicens Gala. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius: non dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Ad Dauid autem dictum est, De fructu ventris tui ponã super sedem tuam. Vnde & populi Iudæorum, & Regẽ honorificè suscipientes, dicebant Matth. 21. Osanna filio Dauid. Secunda ratio est, quòd Christus futurus erat Rex, Propheta, & Sacerdos: Abraham autem sacerdos fuit: vt patet ex hoc, quòd Dominus dixit ad eum Gene. 15. Sume tibi vaccam trienem, &c. Fuit etiam Propheta, secundum illud quod dicitur Gene. 20. Propheta est, & orabit pro te. Dauid autem, Rex fuit & Propheta. Tertia ratio est: quia in Abraham primò incepit circuncisio. in Dauid autem maximè manifestata est Dei electio: secundum illud quod dicitur 1. Reg. 13. Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum. Et ideo vtriusque filius Christus specialissimè dicitur: vt ostendatur esse in salutem & circuncisioni, & electioni Gẽtilium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd hæc obiectio fuit Fausti Manichæi, volentis probare Christum non esse filium Dauid, quia non est conceptus ex Ioseph, vsque ad quem seriem generationis Matth. perducit. Contra quem Il. 13. ca. 8. post mediũ to. 6. August*. respondet 23. lib. contra Faustum, quòd cùm idem Euangelista dicat & virum Mariæ esse Ioseph, & Christi matrem Virginem esse, & Christum esse ex semine Dauid, quid restat, nisi credere Mariam non fuisse extraneam à cognatione Dauid? & eam Ioseph cõiugem non frustrà appellatam, propter animorum confœderationem, quamuis ei non fuerit carne commixtus*? & quòd potius propter dignitatem virilem ordo generationum vsque ad Ioseph perducitur?* Sic ergo nos credimus etiam Mariam fuisse de cognatione Dauid: quia Scripturis credimus, quæ vtrumque dicunt, & Christum ex semine Dauid secundum carnem, & eius matrem Mariam, non cum viro cõcumbendo, sed virginem. Vt enim dicit Hier*. super Matt. Ex vna tribu fuit Ioseph & Maria: Vnde ex lege eam accipere cogebatur vt propinquam: propter quod & simul censentur in Bethlehem, quasi simul de vna stirpe generati. ¶ Ad secundum dicendum, quòd huic obiectioni Gregor. Nazian*. respondet dicẽs, quòd hoc nutu superno contigit, vt regium genus sacerdotali stirpi iungeretur, vt Christus, qui Rex est & sacerdos, ab vtrisque nasceretur secundum carnem. Vnde & Aaron qui fuit primus sacerdos secundum legem, duxit ex tribu Iuda coniugem Elisabet filiam Aminadab. Sic ergo potuit fieri, vt pater Elisabet aliquam vxorem habuerit de stirpe Dauid: ratione cuius beata Virgo Maria, quæ fuit de stirpe Dauid, esset Elisabet cognata. Vel potius è conuerso, quòd pater beatæ Mariæ de stirpe Dauid existens, vxorem habuerit de stirpe Aaron. Vel sicut Augu*. dicit 23. contra Faustum. Si Ioachim pater Mariæ de stirpe Aaron fuit (vt Faustus hæreticus per quasdam scripturas apocryphas asserebat) credẽdum est quòd mater Ioachim fuerit de stirpe Dauid vel etiam vxor eius: ita vt per aliquẽ modum Mariam dicamus fuisse de stirpe Dauid. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd per illam autoritatem propheticam (sicut Ambr. dicit super Lucam*) non negatur ex semine Iechoniæ posteros nascituros, & ideo de semine eius Christus est. Et quòd regnauit Christus, non contra prophetiam est: non enim seculari honore regnauit. Ipse enim dixit. Regnum meum non est de hoc mundo.

Gloss. ord. super 1. cap. Matt. & 3. Luc.

Aug. ibid. in initio c. 9.

Mat 1. super illud: Christi generatio sic erat to. 9.

Id habet Aug. de cõsensu Euãg. ca. 3. to. 5.

li. 23. cap. 9. à med. ad fi. to. 6.

li. 3. in Luc. circa fin. 2. fo. ante fin. libri to. 5.

SVM.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Rom.1. Conclusio est affirmatiua, & patet ex diuina scriptura Ro.1. qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Certè specialiter dicitur filius Abrahæ, & Dauid: quia ad hos specialiter de Christo facta est promissio. Gen.22. Nã Gen.22. dicitur. In semine tuo benedicentur omnes gẽtes terræ, & nõ dixit, in seminibus cum intelligatur de Christo. Ad Dauid verò dictũ fuit, de fructu ventris tui ponam super sedem tuã. Vnde populus ei cãtauit, Osanna filio Dauid. Additur, quod Christus fuit rex, & Propheta, atq; Sacerdos: Sed Abrahã fuit sacerdos offerens vaccam triennẽ. Gene. 15. Gen.15. Gen.20. Fuit etiam Propheta. Gene.20. Dauid autẽ fuit rex & Propheta. Vlterius in Abraham incepit circuncisio, & in Dauid maximè manifestata est Dei electio, vt dicitur 1.Reg.13. Vnde vtriusque filius Christus specialissimè dicitur: vt ostendatur esse in salutem circuncisionis, & electionem gentilium. 1.Reg. 13.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrùm D. Matthæus rectè disposuerit Christi genealogiam? IN isto articulo est grauis quæstio, vtrũ D. Matthæus texẽs Christi genealogiã benè & sufficiẽter ostẽdat Christũ secundũ carnẽ ex genere Dauid descendere. A parte negatiua hęc sunt argumẽta. ¶ Primũ D. Matthæus texẽs genealogiã Christi deduxit illã vsq; ad Ioseph. Ioseph vero nõ fuit pater Christi, vt suprà expositũ est, ergo nõ rectè ostẽdit ex semine Dauid fuisse natũ, nisi velimus dicere Christũ ex semine Ioseph fuisse natum. ¶ Secũdò, & hoc est dilemma Fausti Manichæi. Si Christus est filius Dauid, quæritur vnde istã filiationem deducas ex Ioseph ne, an ex B. Maria? Ex Ioseph minimè, nisi velimus dicere Christũ fuisse à Ioseph seminatũ. Nec vero ab Virgine, nã B. Virgo nõ fuit de tribu Iuda, nec de familia Dauid, quod sic ostẽdo, tũ quoniam Luc.1. dicitur cognata Elisabeth, quæ erat de filiabus Aarõ, tũ etiã quoniã cõstat ex veris historijs, quod ea habuerit patrẽ Ioachim sacerdotẽ. ¶ Tertiò, vt probetur sufficiẽter, quod Christus secundũ carnẽ descẽderit de genere Dauid necessum est, vt ostẽdatur, quod B. Virgo descẽderit ex familia Dauid, sed hoc nunquã ostendũt Euãgelistæ. Nã D. Mathæus texẽs genealogiã ab Abrahã, vsq; ad Ioseph huius rei nõ meminit, & D. Lucas recẽsens seriẽ generationũ à Ioseph vsq; ad Deũ, de hac re nullã mentionẽ facit. Nec satis expeditur huius rei difficultas, si dicas communẽ solutionẽ quòd Ioseph & Maria erant ex vna eadẽq; tribu & familia iuxta præceptũ legis Num.vlti. Num.vlt. ¶ Cõtra hãc solutionẽ est quartũ argumentũ. Quartum. Nã constat ex diuinis literis, quod erat liberũ coniugiũ tã viri, quã fœminæ inter diuersas tribus. Aaró enim summus sacerdos de tribu Leui duxit vxorem Elisabeth de tribu Iuda Exod.ca.6. & Ioiada summus sacerdos duxit vxorẽ Iosabam filiã regis Iorã de tribu Iuda, vt habetur 2. Para.22. nisi dicas tribum Leuiticã nõ cõtineri in lege cõmemorata, quoniã filiæ ex tribu Leuitica nõ habebãt hæreditatẽ inter filios Israel, & ideo nõ sequebatur cõfusio hæreditatũ licet cõnubia miscerẽtur cum alijs tribubus, tũ verò quoniã vt dicũt sancti patres ex dispẽsatione diuina cõmiscebantur tribus Leui, & tribus Iuda, vt Christus nasceretur ex semine regio & sacerdotali, erat enim futurus rex & sacerdos. Sed ista solutio insufficiẽs videtur nã in sancta scriptura sunt parata exẽpla de alijs tribubus. Dauid enim de tribu Iuda duxit in vxorẽ Michol filiã Saulis de tribu Beniamin; & Iud.ca.21. legitur: vndecim tribus recusasse collocare in matrimonio filias suas cum filijs Beniamin, ex eo quod iurassent, se non daturos illas in vxores. Sed tandẽ dicit diuina scriptura, quod acceperunt vxores ex alijs tribubus, quæ hoc non iurauerant. Tandem sic arguitur contra solutionem. Nã vbi nostra editio vulgata habet. Cunctæ fœminæ ex eadem tribu maritos accipient, vt hęreditas permaneat in familijs, veritas Hebraica strictius habet hoc modo. Omnis filia, quæ possederit hæreditatem nubet viro ex sua tribu, & cognatione. ¶ Quintò. 4.Reg. 11. & 2.Para.c.22. habetur expressè, quod Athalia occidit omne semẽ regiũ à prosapia Dauidica descendẽs, ergo Christus non potuit descẽdere ex semine regio, & ex prosapia Dauid. ¶ Vltimò arguitur, nam Hiere.c.22. dicitur de Iechonia. Scribe virum istum sterilem, neque enim erit de semine eius, qui sedeat super soliũ Dauid, ergo Christus nõ descẽdit de semine Iechoniæ, neque per consequens de semine Dauid. Matthęus enim deducit genealogiã à Dauid per Iechoniã. ¶ De hac quęstione tractant vniuersi ferè Patres. D. Aug. li. 2. de consensu Euangelistarum per multa capita. li. 23. contra Faustum à cap. 8. & deinceps. D. Amb. lib. 3. in Lucam. Hierony. super Matth. cap. 1. Epiphanius lib. 3. contra hæreses hæresi. 78. Damasc. lib. 4. cap. 15. ex iunioribus Abulens. Caietanus Matthæi. 1. Ioannes Lucidus de emendationibus temporum lib. 7. cap. 1. Galatinus lib. 7. veritatis fidei capitulo. 12. Cano lib. 11. de locis ca. 5. Secundo nota, quod in expositione huius rei sequendum est consilium Pau. 1. ad Timo. 1. & ad Tit. 3. quo admonemur genealogias interminatas vitare quæ contentionẽ magis præstãt, quã ędificationẽ Dei, quę est

Quorundã solutio. Exod.6. 2.Para.22. Arguitur contra solutionem. Iud.21. Quintum. 4.Reg.11. 2.Paral.22. Vltimum. Hier.22. Autores qui de hac re disserũt. 1.Tim.1. Titum.3.

est in fide. Verum ad sobrietatem genealogiam Christi, & eius præclarissimum genus exponere sanctissimum est: sic enim fecerunt D. Matthæus, & Lucas. ¶ His constitutis est prima conclusio. Secundum fidem asserendū est, Christum secundum carnem natum esse de tribu Iuda, & de regia familia Dauid. Prima pars probatur ex illa benedictione, quam Iacob moriens dedit Iudæ. Gene. 49. Iuda te laudabunt fratres tui, &c. vsq; ad illud, non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittendus est. Et Heb. 7. dicit Paulus: Manifestum est, quod ex Iuda ortus est Dominus noster. Et Apoca. 5. Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Secunda pars probatur, nam in Psalm. 131. dicitur Dauidi: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Iesse erat pater Dauid, sancta Dei genitrix virga est, flos filius eius, vt canit Ecclesia. Et Rom. 1. factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Idem habetur 2. ad Timot. ca. 2. & Act. 13. & in alijs in numeris locis scripturæ hæc veritas erat adeò cōstās, & testata vt Pharisæi interrogati, cuius filius esset Christus, incunctanter dixerūt Dauid, vt videre est Matt. 22. Quomodo autem Euangelistę hoc efficaciter probent, in sequē tibus ostendendum est. ¶ Secunda cōclusio, certum est B. Virginem per lineam masculinam descendisse ex prosapia Dauidica. Huius conclusionis prima probatio est, nam secundum fidem catholicam, vt anteà dictum est, Christus secundum carnem fuit filius Dauid, at si B. Virgo per lineam masculinam non nata est de genere Dauid, sed potius de tribu Leui, vel de alia tribu, tūc Christus Dominus potius esset de tribu Leui, quam de tribu Iuda. Christus enim secundum carnem nō habuit alium parentem, quam beatam Virginem. Secunda probatio, si detur oppositum, consequens est, quod promissiones factæ tribui Iuda, & Dauidi de Christo nascituro potius pertineant ad tribum Leui, quam ad tribum Iuda. Tertiò, Diuus Paulus Hebræorum. 7. efficaciter demonstrat sacerdotiū Leuiticū translatum esse ad tribum Iuda per Christum, at si B. Virgo pertinet præcipuè ad tribum Leui, consequens est, quod modo maneat sacerdotiū in tribu Leui, nā multi tales sacerdotes extiterunt in lege. Vltimò, nā quotiescunq; in sacris literis numerātur, & distinguūtur tribus, distinguuntur & numerātur per viros, & non per fœminas, vt patet in lib. Numerorū, & in multis alijs locis, & istā consuetudinem sequuti sunt Euāgelistæ. Sed iam exponendum est, quomodo D. Matthæus sufficienter ostendit

1. Cōclusio Christus originē duxit ex tribu Iuda & regia stirpe. Gen. 49.

Heb. 7. Apo. 5.

Psal. 131.

Esa. 11.

Rom. 1.

2 Timo. 2. Act. 13.

Mat. 22.

2. Cōclusio Christus Dñs descēdit per lineā masculinā ex tribu Iuda,

Heb. 7.

genus Mariæ, & Christi ex Dauid. ¶ Ad hoc exponendum sunt multi modi dicendi. Primus est Abulensis super Mat. c. 1. q. 28. dicentis. D. Matthæum in genealogiæ descriptione non necessario probare genus Mariæ, & Christi ex Dauid, sed tantum probabiliter, ex eo quod ita cōmuniter esset obseruatum, quod mariti & vxores essent ex eadē tribu, & familia. Verū melius dicitur cū Caiet. D. Matth. efficaciter demonstrasse genus Mariæ, & Christi, nam volens ostendere genealogiā Christi educens eā vsq; ad Ioseph virū Mariæ euidenter ostendit Ioseph iure propinquitatis fuisse virū Mariæ, & quod ex præcepto legis Num. vlt. acceperat eā in vxorē, vt illius hæreditas ad ipsam perueniret, Ioachim enim pater Mariæ nō habuit alios filios, & sic hæreditas ipsius ad Virginē pertinebat, & fortasis D. Mat. præsupposuit hoc tanquā exploratū apud Iudæos, quod Maria nullos habēs fratres, consequuta est hæreditatē, & sic ex præscripto legis tenebatur esse vxor vni ex cognatione suæ tribus. Tertia ratio explicandi, quæ mihi maximè probatur, ea est quod Matthæus descripsit genealogiā Christi per lineā putatiuā propter populū, Lucas vero in c. 3. describit per lineā naturalē per Ioachim patrē Mariæ. Pro cuius explicatione notandū est fuisse cōueniens maximè, quod secundū famā publicā, & secūdū cōmunē existimationē Christus à Dauid descēderit. Primo propter instructionē fideliū, qui erāt credituri in ipsum, fidei enim cognitio procedit de imperfecto ad perfectū, vt docet D. Th. 2. 2. q. 1. ar. 7. ad 3. vnde priuscognitus fuit Christus sub ratione quadā cōmuni Saluatoris quā quod esset Deus & homo, pari ratione prius fuit cognitus Christus tanquā filius Ioseph, quam cognosceretur sine patre in terris nō solū apud æmulos, sed etiā apud bonos. Secūdò, hoc fuit necessariū ad cōuincendos aduersarios Iudæos, non enim oportuit quod in initio arcana reuelarētur illis, & per cōsequēs nō expediebat quod dictū fuisset illis Christū natū fuisse ex Virgine Maria, poterāt enim mouere magnā calūniā. Sapiēter ergo D. Mat. vt Iudæi nullā haberēt excusationē deduxit genealogiā Christi vsq; ad Ioseph patrē putatiuū Christi secūdū cōmunē existimationē. Secūdò sciendū est, quod D. Lucas texuit genealogiā Christi per B. Mariā per lineā naturalē, sed quoniā nō erat cōsuetudinis scripturarū deducere genealogias per fœminas, & ex alia parte nō potuit Lucas referre patrem naturalem Christi domini, quoniam Christus non habuit in terris patrem, non enim genitus fuit ex virili semine, sed de Spiritu sancto; coactus est Euangelista transire de

Abulensis

Caietanus

Num. vlt.

Propria sententia.

D. Thom.

D. Lucas texuit genealogiā Christi per lineam naturalem.

de nepote ad auum,& sic dicit,Christus putabatur filius Ioseph, qui tamen Christus fuit Heli,id est,Ioachim patris Mariæ, nam Ioachim,& Eliacim,& Eli idem significāt in sanctis scripturis,vt videre est 4.Reg.23.& 2.Paralip.ca.36.Hæc sententia est valde probabilis,& valde consentanea sanctis scripturis,amplectitur eam Damasc.lib.4.orthod. fidei. c. 15.& autor libelli cuiusdam de ortu Virginis, qui falsò ascribitur D.Hieronymo. Meminit huius opinionis Augustinus libro. 2. quæst. Euangelicarum q.5. Tenēt istam sententiam ex iunioribus Ioannes Lucidus, & Galatinus in locis citatis. Anius in suis historijs, Iansenius in concordia Euangeliorum explicās genealogiam Matthæi,& Lucæ. Istam opinionem esse probabilem,censet Cano libr.11. de locis.c.5.Soto in.4.d.30.q.2.artic.1.Et in cōmentarijs super Matthæum nondum typis excusis. Rationes in patrocinium huius sententiæ sunt tres,prima est. Nam cum Lucas statim in ipso limine genealogiæ admoneat Iesum non fuisse filium Ioseph,sed putatum,nō videtur verosimile voluisse texere naturalem genealogiam Ioseph.Nam poterat quis dicere,cum iam sit persuasum, quod Ioseph non erat pater Christi,sed quod putabatur, quorsum Lucas immoratur in recensenda genealogia Ioseph,qui secundum eius sententiam nō erat verus pater Christi,cum potius oportuerit ostendere genus Virginis ex quo liquidò constaret Christum esse semen Dauid? Secunda ratio est,nam postquam Matthæus recensuit genealogiam Ioseph ex Dauid in quo implicitè includitur, quod Virgo Maria vxor eius erat de familia Dauid,videtur superuacaneum,quod Lucas immoretur in recensenda genealogia eiusdem secundum patrem legalem,vnde consequens est,quod contexuit genealogiam , ostendens verum genus Mariæ prout suprà expositum est. Tertia ratio est, quoniam ex hac explicandi ratione enodantur innumeræ perplexitates, quæ ex descriptione genealogiæ Christi apud Matthæum,& Lucam oriri solent,quæ alioqui sunt inexplicabiles. Tres tantūmodo adducā in exemplū. Prima est,nam Ioseph apud Matthæum dicitur filius Iacob,apud Lucā verò filius Heli his verbis,qui fuit Heli,vnius autem nō possunt esse duo patres. Ad hāc obiectionē cōmunis solutio patrum est,quod Iacob & Heli erant fratres,mortuoq; Heli absq; liberis,Iacob frater eius,vt semen & nomē fratris defuncti susciteret,duxit eius vxorem, vt lex præcipiebat Deu.25.ex qua suscepit filiū Ioseph,quāobrē Ioseph duos patres habuit alterū naturalē,scilicet Iacob,alterū legalē,scilicet Heli. Sed hęc solutio magnas continet in se difficultates. Prima est,quod licet Iacob & Heli ex tribu Iuda, & ex stirpe Dauid prodierint, nō potuerunt esse fratres. Nā Iacob descendit per lineam Salomonis,Heli vero per lineā Nathan (vt dicūt Euangelistæ) & sic erāt valdè distātes. Secūda difficultas est,nā cū aliquis secundū legē ducebat vxorem fratris defuncti, filio ex illo suscepto debebat imponere nomen defuncti, & sic in tali casu Ioseph non erat appellādus hoc nomine,sed Heli. Tertia difficultas est, quoniā licet ita sit (quod dicūt antiqui Theologi) nō tamen probant istā paternitatē legalē aut ex Euangelio,aut ex autētica scriptura ad cōuincendos Iudæos. Dicendum est ergo secundum nostram explicationē, quod cū dicitur Luc.3. ipse Iesus erat incipiēs quasi annorum triginta,vt putabatur filius Ioseph,qui fuit Heli,illa dictio,qui,non refert Iosephū sed Christum,vt sit sensus qui Christus fuit Heli,hoc est,Ioachim patris Marię,vel dicatur quòd illa dictio,qui,refert Ioseph,nā ipse fuit filius Heli. Heli enim erat socer Ioseph,& socer communi locutione appellatur etiam pater. Secūda difficultas est,nam non videtur quomodo rectè cohæreat,quod Christus secundū Matthæum descenderit per lineam Salomonis,secundum verò Lucam descenderit per lineam Nathan filij Dauid. Pro quo statuendum est pro certo; quod Nathā fuit filius Dauid naturalis,& legitimus,vt habetur expressè 1.Paral. c.3.& 2.Reg.5.neq; ista veritas est reuocanda in dubium,propterea quod Prouerb.4. dicit Salomon. Ego fui patris mei tenellus & vnigenitus coram matre mea, tum quoniam vnigenitus in sanctis literis accipitur pro primogenito. Itaque vnum non vsurpatur pro solo, sed pro primo iuxta illud: factum est vespere, & mane dies vnus,tum verò quoniam fortassisin tenella ętate fuit vnigenitus,sed post modū sunt alij geniti ex Bersabe. Hoc igitur constituto, reuertamur ad nostram difficultatē, ad quā multi ex nostris recurrunt, ad illam distinctionem de paternitate legali, dicentes quod Ioseph descendit per lineam Salomonis secundum propagationem naturalem,sed per lineam Nathan secundum successionem legalem. Sed videtur omnino dicendū, quod Matthæus ostendit,quod Ioseph descenderit ex stirpe Dauid per lineam Salomonis, Lucas verò quod descēderit B. Virgo ex eadem stirpe per lineam Nathan,& sic omnia cohęrent. Tertia difficultas est,nam Salathiel & Zorobabel quos numerat Matthæus inter posteros Salomonis recēsentur à D.Luc.inter nepotes Nathā fratris Salomonis. Huic difficultati explicandæ solet adhiberi illa solutio de suscitando

4.Reg.23. 2.Paral.36.

Damasce.

August.

Ioā.Lucid' Anius. Iansenius.

Cano. Soto.

Deut.25.

Luc.3.

Christus descendit per Nathan filiū Dauid.

1.Para.3. 2.Reg.3. Pro.4.

Salathiel. Zorobabel

citando semine fratris secundum legem, sed vera solutio est, illos quos numerat Matthęus esse alios ab his, quos numerat Lucas, est enim vsitatum in sanctis scripturis eadem nomina imponi diuersis. ¶ Ad argumenta in principio facta respōdetur, & ad primū dico, quod D. Matthæus volens ostendere, verum genus Christi, & deducens vsque ad Ioseph, apertè significat, quod Ioseph & Maria erant ex eadem tribu, & cognatione. Ita docet Hiero. super Mat. c. 1. Secundò respondetur, quod Matthæus descripsit verum genus Iosephi, Lucas vero descripsit verum genus Mariæ, ex qua Christus originem traxit. ¶ Ad secundum respōdet D. Aug. li. 23. cōtra Faust. c. 8. & 9. quod Christus est filius Dauid secundū carnem ex Ioseph & Maria, nā Ioseph erat maritus Mariæ, & sic dicebatur pater Christi, quoniā erat maritus parentis Christi. Rursus erat filius Dauid secundum carnem ex B. Virgine. Nam B. Virgo ex stirpe Dauid originem trahebat. Quod verò, inquit ille Faustus B. Virginem nō pertinere ad familiam Dauid, sed ad tribū Leui, ponens quod habuerit patrem summū sacerdotem, falsum est & apocriphum, fateor tamē quod vxor Ioachim vel mater eius fuit de filiabus Aaron, & sic beata Virgo fuit cognata Elisabeth. ¶ Ad tertium argumentum iam à me expositum est, quomodo Lucas texuerit genus Mariæ per Ioachim patrē eius. ¶ Ad quartum respondetur, quod in lege veteri absque dubio erat liberum coniugium, tā viri quam fœminæ inter diuersas tribus, neq; oppositum in lege præcipitur. Quapropter illa lex Num. vlti. sic debet explicari. Omnes fœminæ, scilicet, quæ possident hæreditatem maritos accipiant ex sua tribu & familia, vt hæreditas maneat in familijs, & non transeat de vna tribu in aliam. ¶ Ad quintum respondetur, quòd Athalia occidit omne semen regium, vt dicit scriptura, ex hoc tamen non est consequens, quod omnes filij Dauid fuerint occisi, multi enim illorum propter paupertatem in priuatos ciues erant redacti. Illud etiam addit scriptura, quòd Iosaba tulit Ioas filium regis, & furata est illum de medio filiorum regis qui interficiebantur, itaque occisum est omne semen regium excepto Ioas. ¶ Ad vltimum respondetur, quod Hieremias vt scribit Ambrosius super Lucam, non negat ex semine Iechoniæ posteros nascituros, sed solum asserit non esse sessuros super solium Dauid, & ideo Christus de semine eius natus est, & quod regnauerit Christus non est contra Prophetiam, non enim sæculari honore regnauit, ipse enim dixit. Regnum meum non est de hoc mundo.

Ad primū argumētū.

Hiero. Mat. 1.

Ad secūdū. D. August.

Ad tertium

Ad quartū.

Num. vlti.

Ad quintū

Ad vltimū. D. Ambro.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm conuenienter genealogia Christi ab Euangelistis texatur.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd genealogia Christi inconuenienter ab Euangelistis texatur: Dicitur enim Isa. 53. De Christo, Generationem eius quis enarrabit? Ergo nō fuit generatio Christi enarrāda. ¶ 2. Prętereà, Impossibile est vnum hominem duos patres habere. Sed Mat. dicit, quòd Iacob genuit Ioseph virum Mariæ. Lucas autem dicit Ioseph fuisse filium Heli, ergo contraria sibi inuicem scribunt. ¶ 3. Prætereà, Videntur in quibusdam à se inuicem diuersificari. Matthæus enim in principio li. incipiens ab Abraham, descendendo vsque ad Ioseph, quadraginta duas generationes enumerat. Lucas autem post Baptismū Christi, generationem Christi ponit, incipiens à Christo, & perducens generationum numerum vsque ad Deum, ponens generationes septuaginta septem vtroque extremo computato. Videtur igitur, quòd inconuenienter generationem Christi describant. ¶ 4. Prætereà, Quarti Reg. 8. legitur, quod Ioram genuit Ochoziam: * cui succesit Ioas filius eius: huic autem succesit filius eius Amasias, postea regnauit filius eius Azarias, qui appellatur Ozias, cui succesit Ioathan filius eius. Matthæus autem dicit, quòd Ioram genuit Oziam: ergo videtur inconuenienter generationem Christi describere, tres Reges in medio prætermittens. ¶ 5. Prætereà, Omnes qui in Christi generatione describuntur, patres habuerunt & matres, & plurimi etiam ex eis fratres habuerunt: Mat. autem in generatione Christi tres tantum enumerat matres, scilicet Thamar, Ruth, & vxorem Vriæ: fratres autem nominat Iudæ & Iechoniæ, & iterum Phares & Zaram. Quorum nihil posuit Lucas. Ergo videntur Euāgelistæ incōuenienter

170 Mat. 1. Luc. 1, 2, 3, & 4.

4. Reg. c. 11 ibi. sup. c. 12. ibi suprà cap. 14. ibi sup. cap. 15.

genea-

genealogiam Christi descripsisse. ¶ Sed contra est autoritas Scripturæ.

¶ Respondeo dicendū, quòd sicut dicitur 2. ad Timoth. 5. Omnis scriptura sacra est diuinitùs inspirata. Quæ autem diuinitùs fiunt, ordinatissimè fiūt: secundum illud Roman. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Vnde conuenienti ordine genealogia Christi est ab Euangelistis scripta.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Hier*. dicit super Mat. Isaias loquitur de generatione diuinitatis Christi: Matth. autem enarrat generationem Christi secundum humanitatem. Non quidem explicans modum Incarnationis, quia hoc etiam est ineffabile: sed enumerans Patres, ex quibus Christus secundum carnem processit. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ad hanc obiectionem, quam mouit Iulianus Apostata, diuersimodè ab aliquibus respondetur. Quidam enim (vt Gregor. Nazianze. dicit) dicunt eosdem esse, quos vterque Euangelista enumerat. sed sub diuersis nominibus, quasi binomios. Sed hoc stare non potest: quia Matth. ponit vnum filiorum Dauid, scilicet Salomonem: Lucas autem ponit alium, scilicet Nathan: quos secundum historiam libri Regum cōstat fratres fuisse. Vnde alij dixerunt, quòd Matthæus veram genealogiam Christi tradidit: Lucas autem putatiuam, vnde incepit, Vt putabatur filius Ioseph. Erant enim aliqui ex Iudæis, qui propter peccata Regum Iuda credebant Christum ex Dauid non per Reges, sed per aliam eius stirpem hominum priuatorum, esse nasciturum. Alij verò dixerunt, quòd Matthæus posuit patres carnales. Lucas verò posuit patres spirituales, scilicet iustos viros, qui dicuntur patres, propter similitudinem honestatis. In lib. verò de Quæstionibus veteris & noui testamenti * respondetur, quòd non est intelligendum, quòd Ioseph à Luca dicatur esse filius Heli, sed quòd Heli & Ioseph fuerunt patres Christi diuersimodè à Dauid descendentes. Vnde de Christo dicitur, quòd putabatur filius Ioseph, & quòd ipse etiā Christus fuit Heli filius: quasi diceret quòd Christus ea ratione qua dicitur filius Ioseph, potest dici filius Heli, & omnium eorum, qui ex stirpe Dauid descenderunt: sicut Apost. dicit Rom. 9. Ex quibus, scilicet Iudęis, Christus est secundū carnem. Augustᵒ. verò in lib. de Quæst. Euang. tripliciter soluit dicēs, Tres causæ occurrunt: quarum aliquam Euangelista secutus est. Aut enim vnus Euangelista patrem Ioseph, à quo genitus est nominauit: alter verò vel auum maternum, vel aliquem de cognatis maioribus posuit.* Aut vnus erat huic Ioseph naturalis pater, & alter eum adoptauerat. Aut more Iudæorum, cùm sine filijs vnus decessisset, eius vxorē propinquus accipiens, filium quē genuit, propinquo mortuo deputauit. Quod etiā quoddam genus adoptionis legalis est, vt ipse Augustᵒ. dicit in 2. de consensu Euang. Et hæc vltima causa est verior, quam & Hier. super Matth. ponit: & Euseb*. Cæsariensis in Ecclesiastica historia ab Aphricano Historiographo traditam asserit. Dicunt enim quòd Nathan & Melchi diuersis temporibus de vna eademque vxore Iesca nomine, singulos filios procreauerunt: quia Nathan, qui per Salomonem descendit, vxorem eam primùm ceperat, & relicto filio vno Iacob nomine, defunctus est: post cuius obitum (quoniā lex viduam alij viro non vetat nubere) Melchi qui per Nathan genus ducit, cū esset ex eadem tribu, sed non ex eodem genere, relictam Nathan accepit vxorem: ex qua etiam ipse suscepit filium nomine Heli. Et sic ex diuerso patrum genere efficiuntur Iacob & Heli veterini fratres: quorum alter, id est, Iacob fratris sui Heli sine liberis defuncti, ex mandato legis accipiens vxorem, genuit Ioseph: natura quidem generis suū

filium,

Gloss. ordi. ex Hieron. In c. 1. Mat. in prin. to. 9.

Id habet Aug. lib. 9. Euang. c. 5. circa princ. to. 4.

Aug. in li. 9. ex nouo test. qui incipit: Deus certè perfectus est. q. 56. Et in alio lib. qui incip. Cur facta & dicta. q. 6. to. 4.

lib. 2. c. 5. ante med. to. 4.

Augu. ante verba citata.

lib. 2. ca. 3. circa princ. to. 4.

Euseb. li. 1. hist. eccles. ca. 6. in fine & c. 7. parū ante mediū Idē habet etia Ambr. in Luc. li. 3. inter prin. & med. to. 5.

filium, secúdum verò legis præceptum Heli efficitur filius. Et ideo Matthæus dicit, Iacob genuit Ioseph: sed Lucas, quia legalem generationem describit, nullum nominat aliquẽ genuisse. ¶ Et quamuis Dam*. dicat, quòd beata virgo Maria Ioseph attinebat secundum illam originem, qua pater eius dicitur Heli, quia dicit eam ex Melchi descendisse: tamen credẽdum est, quòd etiam ex Salomone originem duxerit, secundum aliquem modum per illos Patres, quos enumerat Matthæus, qui carnalem Christi generationem dicitur enarrare, præsertim cùm Ambr*. dicat Christum de semine Iechoniæ descendisse. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicit Augustꝰ. in lib. de consensu Euang. Matth. regiã in Christo instituerat insinuare personam, Luc. autem sacerdotalem. Vnde in generationibus Matthæi significatur nostrorum susceptio peccatorum à domino Iesu Christo: in quantum scilicet per carnis originem, similitudinem carnis peccati assumpsit. In generationibus autem Luc. signatur nostrorum abolitio peccatorũ à Christo Domino. Et ideo generationes Matthæus descendens enumerat, Lucas autem ascendens. Inde etiam est, quòd Matthęus ab ipso Dauid per Salomonẽ descendit, in cuius matre ille peccauit: Lucas verò ad ipsum Dauid per Nathã ascendit, per cuius nominis Prophetam Deus peccatum illius expiauit. Et inde est etiam, quòd quia Matthæus ad mortalitatem nostram Christum descẽdentem voluit signare, ipsas generationes ab Abraham vsque ad Ioseph, & vsque ad ipsius Christi natiuitatem descẽdendo, commemorauit ab initio Euangelij sui: Lucas autem non ab initio, sed à Baptismo, Christi generationẽ narrat, nec descendendo, sed ascendendo tãquam sacerdotem in expiãdis peccatis magis assignans. vbi testimoniũ Ioannes perhibuit dicens, Ecce qui tollit peccatum mundi. Ascendendo autem transit ab Abraham, & peruenit ad Deũ: cui mundati & expiati reconciliamur. Meritò etiam adoptionis originem ipse suscepit: quia per adoptionem efficimur filij Dei: per carnalem verò generationem filius Dei filius hominis factus est. Satis autem demonstrauit non se ideo dixisse Ioseph filium Heli, quòd de illo sit genitus: sed quòd ab illo fuerit adoptatus, cùm & ipsum Adam filium Dei dixerit, cùm sit factus à Deo. Numerus etiam quadragenarius ad tempus præsentis vitæ pertinet, propter quatuor partes mundi: in quo mortalem vitam ducimus sub Christo regnãte. Quadraginta autem quater habent decem, & ipsa decem ab vno vsque ad quatuor progrediente numero cõsummantur. Posset etiam denarius ad decalogũ referri, & quaternarius ad præsentem vitam, vel etiam ad quatuor Euãgelia, secundum quæ Christus regnat in nobis. Et ideo Matt. regiam personam Christi commẽdans, quadraginta personas posuit, excepto ipso. ¶ Sed hoc intelligendum est, si sit idem Iechonias, qui ponitur in fine secundi quaterdenarij & in principio tertij, vt Aug.* vult. Qui dicit factum esse ad significandum, quòd in Iechonia facta est quædam deflexio ad extraneas gentes, quando in Babyloniã transmigratum est: quod præfigurabat Christum à circuncisione ad præputiũ migraturum. Hieront. autẽ dicit duos fuisse, Ioachim, id est, Iechoniam, patrẽ scilicet & filium, quorum vterque in generatione Christi assumitur, vt constet distinctio generationum, quas Euangelista per tres quaterdenarios distinguit, quòd ascẽdit ad quadraginta duas personas. Qui etiam numerus sanctæ conuenit Ecclesiæ. Hic enim numerus consurgit ex senario, qui significat laborem præsentis vitæ: & septenario, qui significat quietem vitæ futuræ. Sexies enim septem sunt quadraginta duo. Ipse etiã quaterdenarius: quia ex denario & quaternario cõstituitur per aggregationẽ,

li. 4. ortho. fidei. c. 15. ante med.

li. 3. in Lu. declinando ad fin. to. 5.

lib. 1. c. 4. in princ. & post mediũ simul, to. 4.

li. 2. de consensu euãg. cap. 4. ante med. to. 4.

Matt. 1. super illud. Et post trãsmigrationẽ Babylonis, to. 9 Idem habet Ambro. in Luc. li. 3. nõ multum procul à fin. to. 5.

ad eandem significationem pertinere potest, quæ attributa est quadragenario, qui consurgit ex eisdem numeris secundum multiplicationem. ¶ Numerus autem quo Lucas vtitur in generationibus Christi, significat vniuersitatẽ peccatorum. Denarius enim tanquam iustitiæ numerus in decem præceptis legis ostenditur. Peccatum autem est legis transgressio. Denarij verò numeri trãsgressio est vndenarius. Septenarius autem significat vniuersitatẽ: quia vniuersum tempus septenario dierum numero voluitur: septies autem vndecim sunt septuaginta septem, & ita per hoc significatur vniuersitas peccatorũ, quæ per Christum tollũtur. ¶ Ad quartum dicẽdũ, quòd sicut Hiero*. super Matt. dicit, quia Ioram rex, generi se miscuerat impijssimæ Iezabelis: idcirco vsque ad tertiam generationem, eius memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur. Et ita vt Chrysost†. dicit, quanta benedictio facta est super Iehu, qui vindictam fecerat super domum Achab & Iezabel, tanta est maledictio super domum Ioram, propter filiã iniqui Achab & Iezabel, vt vsque ad quartam generationem præcidãtur filij eius de numero Regum: sicut scriptum est Exod. 20. Reddam peccatum parẽtum in filios vsque ad tertiam & quartã generationem. ¶ Est etiam attendendum, quòd & alij Reges fuerunt peccatores, qui in genealogia Christi ponuntur: sed non fuit eorum cõtinua impietas. Nam vt dicitur in li*. Quæstionum veteris & noui Testamenti, Salomon merito patris sui dimissus in regno est, Roboam merito Asa filij sui horum autem trium continuauit impietas. ¶ Ad quintum dicẽdum, quòd sicut dicit Hier†. super Matth. In genealogia Saluatoris nulla sanctarum mulierum assumitur, sed eas quas Scriptura reprehendit: vt qui propter peccatores venerat de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret. Vnde ponitur Thamar, quæ reprehenditur de socerino concubitu: & Raab, quæ fuit meretrix: & Ruth, quæ fuit alienigena: & Barsabee vxor Vriæ, quæ fuit adultera. Quæ tamen proprio nomine non ponitur, sed ex nomine viri designatur: tum propter peccatũ ipsius, quæ fuit adulterij & homicidij cõscia: tum etiam vt nominato viro, peccatũ Dauid ad memoriã reuocetur. Et quia Lucas Christum designare intendit vt peccatorum expiatorem, talium mulierum mentionem non facit. Fratres autem Iudæ commemorat, vt ostẽdat eos ad Dei populum pertinere: cùm tamen Israel frater Isaac, & Esau frater Iacob à populo Dei fuerint separati: propter quod in generatione Christi non commemorantur, & etiam vt superbiam de nobilitate excludat. Multi enim fratrũ Iudæ ex ancillis nati fuerunt: sed omnes simul erant Patriarchæ & tribuum principes. Phares autem & Zaram simul nominantur (vt Ambr†. dicit super Lucam) quia per eos gemina describitur vita populorum: vna secundum legem quæ significatur per Zaram: altera secundum fidem, quæ significatur per Phares. Fratres autem Iechoniæ ponit, quia omnes regnauerant diuersis temporibus, quod in alijs Regibus non acciderat, vel quia eorum similis fuit & iniquitas & miseria.

Matt. 1. super illud, Ioram genuit Oziã, tomo. 9.

Homi. 1. in opere imperfecto, to. 2.

Augu. in l. q. ex nouo Testa. q. 85. tomo. 4.

Matt. 1. super illud, Iudas genuit Phares. to. 9.

libro. 3. in Luc. aliquãtulum ante medium, tomo. 3.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est affirmatiua, & patet in primis ex autoritate scripturæ diuinæ, quæ ostendit sacros Euangelistas ex instinctu Spiritus sancti genealogiam Christi descripsisse. Patet etiam, nam sicut dicitur 2. ad Timoth. 3. Omnis scriptura sacra est diuinitus inspirata, quæ autem diuinitus fiunt ordinata sunt secũdum illud Roma. 13. Omnia quæ à Deo sunt ordinata sunt, vnde cõuenienti ordine genealogia Christi ab Euangelistis est descripta.

2. ad Tim. 3

Roma. 13.

EXPOSITIO ARTICVLI.

HIc articulus ex his quæ dicta sunt in superiori, & ex his quæ adducit D. Tho. ex tam multis & doctis patribus sufficienter est explicatus, his simus contenti, & quæstiones de genealogijs ex consilio D. Pauli euitemus, solum volo in præsentia commemorare quæstio-

quæstionem illam, quæ magnorum virorum ingenia multum torquet, scribit enim Lucas cap.3. Cainan filium fuisse Arphaxad, patrem verò Saleth, Hebraica autẽ veritas apud Moysen, atque etiam nostra editio Latina Gen. 11. habet Saleth fuisse filium Arphaxad non nepotem nulla facta inter Arphaxad & Saleth generationis mediæ aut Cainan mentione ac subinde Moyses à diluuio & Noe vsque ad Abraham tantũ numerauit decem generationes, Lucas vero vndecim, aut ergo superflua est apud Lucã vna generatio aut diminutus cathalogus generationis Christi in Genesi. Propter hoc argumentum vt autor est Sixtus Senensis lib.7. Bibliothecæ hæresi.4. Anabaptistæ nostri tẽporis hæretici existimant Euãgelium Lucæ esse deprauatum. Sed hæc sententia est hęresis manifesta. Augusti Eugubinus, vt autor est magister Cano.2. de locis ca. 18. ad sextum argumentũ, respondet ad hanc quæstionem Septuaginta interpretes errasse & illorum errorem sequutum Euangelistam, Quam etiam explicationem adhibet Caietanus super Lucam licet non multum illi placeat. Sed hæc expositio falsa est omnino quoniam in sacris literis nulla falsitas etiam inculpanda admittenda est. Aliam solutionem existimat Caietanus esse probabiliorem, videlicet exemplaria Hebræa, quæ nostræ editionis Vulgatæ interpres habuit nõ fuisse integra & perfecta: & idcirco editio Vulgata in Genesi minuta est, editio vero. 70. quos sequutus est Lucas absoluta & perfecta, nec tamen ob hoc interuenit falsitas in editione Vulgata, sed tantum imperfectio, à qua, vt inquit Cano vbi suprà (cui etiam placet hæc solutio) non est necesse vendicare editionem Vulgatam. Hæc solutio mihi non placet propterea, quod admittit editionem aliquam perfectiorem esse nostra editione Vulgata: legatur Cõcilium Tridentinum Sess. 4. vbi defenditur editio Vulgata & omnibus alijs in veritate & in integritate præfertur. Idem Magister Cano vbi suprà refert quorundam solutionem dicentium Lucæ Euangelium deprauatum esse & legendum esse, qui fuit Saleth qui & Cainan vt sensus sit quod Saleth fuit binomius dictus Saleth & Cainan. Legitima responsio est, fuisse reuera generationem istam mediam inter Arphaxad & Saleth, ac proinde translationem septuaginta veram esse, in qua huius mediæ generationis sit mentio, & hanc posuit similiter D. Luc. consulto autem & Spiritus sancti afflatu in Genesi secundum editionem Vulgatã prætermissa est, sed huius causam nobis occultam censet Beda super Luc. & Aloisius in Genesi capit. 11. verum huius rationem assignat Cano vbi supra dicens. 70. istam generationem adiecisse ne æthnici Hebræorum sacras literas falsitatis arguerẽt cum viderent in Hebræorum traditionibus istam generationem haberi, in sacris literis non haberi. Moysem verò prætermisisse vt sicut ab Adam vsque ad Noe decem tantum recensuerat generationes ita à Noe vsque ad Abraham totidem numerauit, sicut & Matthæus silentio prætermisit multas generationes ex eo tantum, vt ipse insinuat, vt numerus. 14. ter in Christi prosapia & stemmate cõsecraretur, vt igitur Moyses numerum denarium consecraret, tacuit consultò istam generationem.

Lucæ. 3. Vtrùm Cainan fuerit filius Arphaxad & pater Saleth.

Sixtus Senensis. Anabaptistæ.

Aug. Eugubinus.

Caietanus.

Conci. Tri.

M. Cano.

Legitima solutio.

Beda.

Aloisius.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm decuerit Christum nasci de fœmina.

AD quartũ sic proceditur. Videtur, quòd materia corporis Christi non debuerit esse assumpta de fœmina. Sexus enim masculinus est nobilior, quàm sexus fœmineus. Sed maximè decuit vt Christus assumeret id quod est perfectum in humana natura. Ergo videtur, quòd non debuerit de fœmina carnem assumere, sed magis de viro: sicut & Eua de costa viri formata est. 171 3.di. 12.q. 3.ar.2.q.2. & opu.3.6. 228.

¶ 2. Pręterea, Quicunque ex fœmina concipitur, vtero fœminę concluditur, Sed Deo qui cælum & terram implet (vt dicitur Hierem. 23.) non competit quòd paruo fœminę vtero includatur. Ergo videtur, quòd non debuerit concipi de fœmina. ¶ 3. Pręterea, Illi qui concipiuntur ex fœmina, quãdam immunditiam patiũtur. Vnde dicitur Iob 25. Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mũdus natus de muliere? Sed in Christo nulla immunditia esse debuit ipse enim est Dei sapientia: de qua dicitur Sapientiæ septimo, Nihil inquinatum in illam incurrit. Ergo non videtur, quòd debuerit carnem assumere de fœmina. ¶ Sed contra est, quod dicitur Galat.4. Misit Deus filium suum factum ex muliere.

Respondeo dicendum, quòd licet filius Dei carnem humanam assumere potuerit, de quacunque materia voluisset:

luisset: conuenientissimum tamen fuit, vt de fœmina carnem acciperet. Primò quidem, quia per hoc tota humana natura nobilitata est. Vnde Augustᵒ. dicit libro 83. Quæstionum, Hominis liberatio in vtroque sexu debuit apparere. Ergo, quia virum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, conueniens erat vt fœminei sexus liberatio hinc appareret, quòd ille vir de fœmina natus est. Secundò, quia per hoc veritas incarnationis astruitur. Vnde Ambroᵒ. dicit in libro de incarn. Multa in Christo secundum naturam inuenies, & vltra naturam: secundum conditionem etenim naturæ in vtero fœminei corporis fuit, sed supra conditionem virgo concepit, virgo generauit: vt crederes, quia Deus erat qui innouabat naturam, & homo erat, qui secundum naturam nascebatur ex homine. Et Augustᵒ. dicit in Epistola ad Volusia. Si omnipotens Deus hominem vbicunque formatum, non ex materno vtero crearet, sed repentinum inferret aspectibus, nonne opinionem cõfirmaret erroris, nec hominem verum suscepisse, vllo modo crederetur? & dum omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit. Nunc verò ita inter Deum & hominem mediator apparuit, vt in vnitate personæ copulans vtranque naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret. Tertiò, quia per hunc modum completur omnis diuersitas generationis humanæ. Nam primus homo productus est ex limo terræ sine viro & fœmina: Eua verò producta est ex viro sine fœmina: alij verò homines nascuntur ex viro & fœmina. Vnde hoc quartum quasi Christo proprium relinquebatur, vt produceretur ex fœmina sine viro.

q. 11. in medio, tom. 4.

cap. 6. circa med. to. 2.

Est epist. 3. ante med. tom. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd quia sexus masculinus est nobilior, quã fœmineus, ideo humanam naturam in masculino sexu assumpsit: ne tamen sexus fœmineus cõtemneretur, congruũ fuit, vt carnem assumeret de fœmina. Vnde Aug. dicit in liᵒ. de Agone Christiano: Nolite vosipsos contemnere viri, filius Dei virũ suscepit: nolite vosipsas cõtemnere fœminæ, filius Dei natus ex fœmina est. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augᵒ. dicit 23. lib. contra Faustum (qui hac obiectione vtebatur.) Non planè, inquit, catholica fides, quæ Christum Dei filium, natum secundum carnem credit ex virgine, vllo modo eundem Dei filium sic in vtero mulieris includit, quasi extrà non sit, quasi cæli & terræ administrationem deseruerit, quasi à Patre recesserit: sed vos Manichæi corde illo, quo nihil potestis nisi corporalia phantasmata cogitare, ista omnino non capitis. Vt enim dicit in Epistolaᵒ ad Volusia. Hominum iste sensus est nihil nisi corpora valentium cogitare: quorum nullum potest esse vbique totum: quoniam per innumerabiles partes aliud alibi habeat necesse est. Longè alia est animæ natura, quàm corporis: quantò magis Dei, qui creator est & animæ & corporis, & nouit vbique totus esse & nullo contineri loco: nouit venire, nõ recedẽdo vbi erat: nouit abire, non deserendo quo venerat. ¶ Ad tertium dicendum, quòd in conceptione viri ex fœmina non est aliquid immundum, in quantum est opus Dei: vnde dicitur Act. 10. Quod Deus creauit, tu ne commune dixeris, id est immundum. Est ibi tamen aliqua immunditia ex peccato proueniens prout cum libidine quis concipitur ex commixtione maris & fœminæ, quod tamẽ in Christo non fuit, vt suprà ostensum estᵒ. ¶ Si tamen aliqua esset ibi immunditia, ex ea non inquinaretur Dei verbum quod nullo modo est immutabile vel alterabile. Vnde Augustᵗ. dicit in lib. contra quinque hæreses. Dicit Deus creator hominis, filius hominis. Quid est quod te permouet in mea natiuitate? non sum libidinis conceptus cupiditate: ego matrẽ, de qua nascerer, feci. Si

Est epist. 5. aliquãtulũ à prin. to. 4.

q. 19. art. 2.

cap. 5. circa med. to. 6.

solis radius cloacarũ sordes siccare nouit, eis inquinari non nouit: quantò magis splendor lucis æternæ, quocunque radiauerit mundare potest, & ipse polluinon potest?

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est, licet filius Dei potuerit assumere naturam humanam de quacũq; materia voluisset, conuenientissimum tamen fuit, vt ex muliere eam acciperet.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Christus non potuit habere patrem naturalẽ in terris. IN hoc articulo sciendum est, fortasis esse impossibile quod Christus Dominus potuerit habere patrem naturalem in terris, nam actio virilis seminis terminatur ad esse personale hominis, generatio enim per se nõ terminatur ad humanitatem, sed ad personam subsistentem in natura humana, & quoniam nulla creatura potest efficere, quod esse personale verbi diuini communicetur naturæ humanæ hinc est quod nulla creatura potest esse pater Christi, fœmina tamẽ fuit mater Christi, nam ad officiũ fœminæ non pertinet quod aliquid efficiat ad vnionem hypostaticam, sed quod subministret materiã. Ex hoc sequitur, quam ridiculi sint quidã Theologi, qui dicũt B. Virginem coegisse cum Spiritu sancto vnionem hypostaticam. Hoc dogma ridiculum est, & sine fundamẽto, nam animatio carnis Christi fuit solius Dei. Etenim B. Maria nõ potuit animare carnem Christi, non enim potuit producere animam rationalem, ergo nõ poterat copulare humanitatẽ cum verbo diuino, quod est longe maius. Quod si cõtendas ex potẽtia Dei absoluta virginem hæc potuisse nihil moror, nos enim non disputamus de potẽtia absoluta, sed quod factum est de potẽtia Dei ordinaria. Insuper dico, non esse sanum dogma asserere B. Virginem copulasse humanitatem verbo diuino, nam hæc copulatio nihil aliud est quam quod verbum diuinum cõmunicet humanitati suũ subsistere personale; ad quod nulla creatura potest cõcurrere efficiẽter. Explicatur hoc, nam si creatura potest communicare esse diuinum alteri creaturæ, ergo habet in potestate sua, & virtute esse diuinum, ergo est Deus quod est euidens contradictio. Vltimo, esse diuinum est extra omnem ordinem creaturarum, ergo creatura non potest cõmunicare esse diuinũ, & sic existimo id nõ posse fieri etiam de potẽtia Dei absoluta. ¶ Sed contra istam sententiam sunt valida argumenta.

Primũ arg. contra supe rius dicta. Primum est, forma illorum verborum, hoc est corpus meum, virtute diuina est causa instrumẽtaria vt corpus Christi & Deus sit sub speciebus sacramentalibus, vt habet sana doctrina, ergo potest aliqua creatura virtute diuina esse causa instrumentaria vt Deus subsistat in humanitate. ¶ Secũdò, causa moralis vera causa est, sed B. Maria fuit causa moralis incarnationis Dominicæ, tum quoniam meruit illã, vt habent plærique Theologi, tum verò quoniam suo consensu expresso his verbis: Ecce ancilla Domini, &c. fuit causa totius nostræ salutis vt habet D. Bernardus. ¶ Tertiò, humanitas Christi ex vnione hypostatica habet potestatem ad facienda omnia miracula, vt supra habitum est, ergo creatura aliqua virtute diuina potest habere potestatem ad facienda omnia miracula, sed supremum omnium miraculorum est, quod Deus sit homo, ergo. ¶ Vltimò, homo iustus per bona merita sua est causa quod essentia diuina vniatur intellectui beato ad videndum essentiam Dei, ergo poterit esse causa vt Deus vniatur humanitati in sacramẽto incarnationis. Probo antecedẽs, nam homo iustus est causa suæ beatitudinis, & visionis beatificæ, sed non potest esse visio beatifica absq; eo quod essentia diuina vniatur intellectui beato, quod nũc statuo pro certo, ergo est causa quod essentia diuina vniatur intellectui beato. ¶ Ad hæc argumenta satisfaciendum est. Ad primum dico, non consistere similitudinem, nam in sacramẽto altaris non efficitur quod homo sit Deus, neque esse diuinum communicatur speciebus sacramentalibus, at in sacramẽto incarnationis efficitur Deus homo, & esse diuinum communicatur humanitati in vnitate personali, & ideo nõ est simile. ¶ Ad secundũ argumẽtum dico, quòd causa moralis non facit aliquid circa opus quod perficitur, sed potius prece vel merito mouet agentem vt perficiat opus suũ, & ideo hic concedo causam moralem, causam verò effectricem non admitto. ¶ Ad tertium dico, multa cõpetere humanitati Christi ex vnione hypostatica, quæ non possunt cõpetere puræ creaturæ, infinitũ nanq; meritũ habet natura humana in Christo quod nullo modo potest habere creatura. Deinde dico ad argumenti confutationem, quod creatura virtute diuina eleuata potest habere potestatem ad facienda omnia miracula excepto hoc summo Dominicæ incarnationis, in quo esse diuinũ cõmunicatur humanitati, & efficitur Deus homo. ¶ Ad vltimũ dico, quod essentia diuina non vnitur intellectui beato cõmunicando esse diuinũ, sed dũtaxat dat potestatem, & virtutem intellectui ad videndum Deum per essentiã. Deinde dico, quod etiam si homo iustus sit causa efficiens, & producens visionem beatificam, ad quam requiritur, vt essentia diuina

Secundum.

Tertium.

Vltimum.

Ad primũ argum.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad vltimũ.

vniatur intellectui creato, non est consequens quod iustus homo causet istam vnionem diuinæ essentiæ. Quemadmodum non rectè sequitur, homo beatus producit visionem beatam ad quam requiritur lumen gloriæ, ergo homo beatus producit lumẽ gloriæ, certè nó producit, sed Deus diuinitus infundit. ¶ Circa id quod dicit D. Tho. quod filius Dei potuit assumere naturam humanam ex quacũq; materia voluisset, potest moueri quæstio, Vtrùm filius Dei potuerit assumere quamlibet naturam? Sed hæc quæstio non est præsentis loci, & supra à nobis est exposita; hic enim tantũ quærit D. Tho. vtrùm iam, quod filius Dei debuit assumere naturam humanam, potuerit assumere eam ex quacunque materia. In cuius rei dilucidationem potest moueri dubium, Vtrùm potuerit assumere materiã cœli, vt esset pars humanæ naturæ. Ego credo quod nó, nam materia cœli est alterius rationis à materia generabilium & corruptibiliũ, vt constat ex Physica, & ideo non habet maiorem aptitudinem ad formã humanã quam angelus, & sicuti fieri non potest quod aliqua forma substantialis informet angelum, sic fieri non posse existimo quod forma humana informet materiam cœli. Oppositum tamen probabile est.

Si Christus assumeret materiam cœli nõ esset homo.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm corpus Christi de purissimis sanguinibus Virginis formatum fuerit.

172 3.di.3.q.2. art.5.

AD quintũ sic proceditur. Videtur, quòd caro Christi non fuerit cõcepta ex purissimis sanguinibus Virginis. Dicitur enim in collecta, quòd Deus verbum suum, de Virgine, carnẽ sumere voluit. Sed caro differt à sanguine Virginis. Ergo corpus Christi nõ est sumptũ de sanguine Virginis ¶ 2. Præterea, Sicut mulier formata est miraculosè de viro, sic corpus Christi miraculosè formatum est de Virgine. Sed mulier non dicitur esse formata de sanguine viri, sed magis de carne & ossibus eius, secundum illud quod dicitur Genes. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Ergo videtur, quòd nec etiam corpus Christi formari debuerit de sanguine Virginis, sed de carnibus & ossibus eius. ¶ 3. Præterea, Corpus Christi fuit eiusdẽ speciei cum corporibus aliorum hominum: sed corpora aliorum hominum non formantur ex purissimo sanguine, sed ex semine & sanguine menstruo. Ergo videtur, quòd nec etiam corpus Christi fuerit conceptum ex purissimis sanguinibus Virginis. ¶ Sed contra est, quod Damascenus* dicit in 3. lib. quòd filius Dei construxit sibi ipsi ex castissimis & purissimis sanguinibus Virginis, carnẽ animatam anima rationali. lib.3.orth. fid.cap.2.in medio.

Respondeo dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, in conceptione Christi fuit secundum conditionem naturæ, quòd est natus ex fœmina, sed supra conditionem naturæ, quòd est natus ex Virgine. Habet autem hoc naturalis conditio, quòd in generatione animalis fœmina materiam ministret, ex parte autem maris sit principium actiuum in generatione, sicut probat Philosophus in libro* de Generatione animalium. Fœmina autem quæ ex mare concipit, non est virgo. & ideo ad supernaturalem modum generationis Christi pertinet, quòd actiuum principium in generatione illa fuerit virtus supernaturalis diuina. Sed ad naturalem modum generationis eius pertinet, quòd eius materia, de qua corpus eius conceptum est, sit cõformis materiæ quam aliæ fœminæ subministrant ad conceptionem prolis. Hæc autem materia secundum Philosophum* in lib. de generatione animalium, est sanguis mulieris non quicunque, sed perductus ad quandam ampliorem digestionem per virtutem generatiuam matris, vt sit materia apta ad conceptum. & ideo ex tali materia fuit corpus Christi cõceptum. Art.præc. lib.1.c.19. in fin.præcipuè: & lib. 2.c.4.& 5. tom.4. lib.1.ex c. 18.& 19. tom.4.

Ad primum ergo dicendum, quòd cùm beata virgo fuerit eiusdem naturæ cum alijs fœminis, cõsequens est, quòd habuerit carnẽ & ossa eiusdem naturæ. Carnes autẽ & ossa in alijs fœminis sunt actuales corporis partes, ex quibus constituitur integritas corporis, & ideo subtrahi non possunt sine corruptione

corporis

corporis vel diminutione. Christus autem, qui venerat corrupta reparare, nullam corruptionem aut diminutionem integritati matris eius inferre debuit, vt suprà dictum est* . Et ideo non debuit corpus Christi formari de carne vel ossibus Virginis, sed de sanguine, qui nõdum est actu pars, sed est potentia totum, vt dicitur in libro de Generatione animalium. Et ideo dicitur carnem de Virgine sumpsisse: non quòd materia corporis eius fuerit actu caro, sed sanguis, qui est potentia caro. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut in prima parte dictum est*, Adam, quia institutus erat, vt principium quoddam humanæ naturæ, habebat in suo corpore aliquid carnis & ossis, quod non pertinebat ad integritatem personalem ipsius, sed solùm in quantum erat naturæ humanę principium: & de tali carne formata est mulier absque viri detrimento. Sed nihil tale fuit in corpore Virginis: ex quo corpus Christi posset formari sine corruptione materni corporis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd semen fœminæ nõ est generationi aptum, sed est quiddam imperfectũ in genere seminis, quod nõ potuit perduci ad perfectum seminis complementum, propter imperfectionẽ virtutis fœmineæ. Et ideo tale semen non est materia, quę de necessitate requiratur ad conceptũ: sicut Philosophus dicit in libro de Generatione animalium. Et ideo in conceptione corporis Christi nõ fuit: præsertim quia licet sit imperfectum in genere seminis, tamen cum quadam concupiscentia resoluitur, sicut & semen maris. In illo autem conceptu virginali, concupiscentia locum habere non potuit. & ideo Damascen*. dicit, quòd corpus Christi non seminaliter conceptum est. Sanguis autẽ menstruus, quẽ fœminæ per singulos menses emittunt, impuritatẽ quandã naturalẽ habet corruptionis: sicut & cętere superfluitates, quibus natura nõ indiget, sed eas expellit. Ex tali autem mẽstruo corruptionẽ habente, quod natura repudiat, non formatur conceptus: sed hoc est purgamẽtum quoddam illius puri sanguinis, qui digestione quadam est præparatus ad conceptum: quasi purior & perfectior alio sanguine. Habet tamen impuritatẽ libidinis in conceptione aliorum hominum: in quantum ex ipsa commixtione maris & fœminæ, talis sanguis ad locũ generationi congruum attrahitur. Sed hoc in conceptione Christi non fuit: quia operatione Spiritus sancti talis sanguis in vtero Virginis adunatus est & formatus in prolem. Et ideo dicitur corpus Christi ex castissimis & purissimis sanguinibus Virginis formatum.

q. 28. art. 1. & 2.

p. 1. q. 92. art. 3. ad 2. argum.

lib. 3. orth. fid. c. 14. 6. & 7.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio, Damasce.

CONclusio est affirmatiua, quam probat D. Thomas in primis ex autoritate Damasceni dicentis quod filius Dei construxit sibi ipsi ex castissimis, & purissimis sanguinibus virginis carnem animatam anima rationali. Deinde probatur, nam habuit generatio Christi naturalem modũ generationis quoad hoc vt ex fœmina nasceretur, & ex materia conformi quam aliæ fœminæ subministrant ad conceptionem prolis, sed diuersum habuit actiuum principium videlicet diuinã superna turalem virtutem, vnde ex virgine natus est, materia verò ex qua aliæ fœminæ concipiunt secundum Philosophum in libro de generat. animaliũ est sanguis mulieris, non quicũque, sed perductus ad quandam ampliorem digestionem per virtutem generatiuam matris, vt sit materia apta ad conceptum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

B. Virgo cõcepit in vtero, vt aliæ mulieres.

OBseruandum est in hoc articulo, quod B. Maria concepit filium non in mente, non in corde, neq; in pectore vt quidam Doctor Italus ausus est prædicare Bononiæ, dicens hoc fuisse reuelatũ cuidam fœminæ eximiæ sanctitatis, quæ Bononiæ in maxima opinione habebatur, & quasi ad Sybillam quandam ad illam confluebãt. Sed huius hominis sentẽtia fuit damnata, tum Mantuæ, tum Romæ, & absque dubio est hæretica. Scripsit pulchrè contra hoc delirium Baptista Mantuanus dicato opusculo de conceptione Christi, scribit etiam Dominus Caietanus in hoc articulo. Sed satis est pro confutatione hæresis obseruare verba Euangelica. Primum Lucæ dicentis: Ecce concipies in vtero. Secundò,

Mantuanus

verba Matth. dicentis. Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto, non vtique in mente, non in corde, nō in pectore, sed in vtero, hoc est, in loco naturaliter conceptioni deputato, & sanè habere in pectore non est cōcipere, & sic tolleretur maternitas B. Virginis. ¶ Deinde obseruet Theologus cōclusionem articuli videri certam secundum fidem catholicam, quia secūdum fidem catholicam certum est, quòd B. Virgo est vera mater Christi, at exploratum est secundum rectam Philosophiā, quod mater submministrat sanguinem, ex quo formatur fœtus in vtero, ergo certū est B. Virginem Mariam submministrasse purissimū sanguinem, ex quo Christi corpus formatū est. Verum si quis diceret, quod B. Virgo submministrauit id, quod pertinet ad matris officiū, censeretque illum non esse sanguinem, sed alium quendam humorem, erraret quidem in Physica sed non in fide, periculosè tamen & temerariè loqueretur, imo videtur iam esse diffinitum corpus Christi ex purissimis sanguinibus B. Virginis fuisse formatum, nam in 6. Synod. actione. 11. traditur ex inuiolabili & virgineo sanguine sanctæ atque intemeratæ Virginis Mariæ, verbum Dei verè factum esse carnem. Illud etiam obseruet Theologus Dominicam carnem non ex menstruo sanguine Mariæ conceptam fuisse, menstruum enim autore Aristot. 2. de gener. anim. est sanguis impurus, at verò Christi caro non est ex impuro sanguine, sed ex purissimo formata, vt asserit concilium supra indicatum. Verum est tamen, quod in hac re sola est difficultas de nomine. Vtrùm debeat appellari sanguis menstruus, nam Sanctus Thomas hîc ad tertium solum vocat mēstruum sanguinem illum corruptum, qui dispositus est ad exitum, & expulsionē, vnde nomē accepit, scilicet à mēse. Alij verò vocant menstruum sanguinem, totum qui continetur in vtero, vnde generatur proles vel nutritur. Sed isti non videntur sequi significationem vocabuli. ¶ Sed videbitur fortasis alicui illum sanguinem fuisse menstruū, nam ille sanguis ex quo conceptus fuit Dominus fuit Virgini superfluus non enim ex sanguine necessario Virgini corpus Dominicum erat formandū, esset enim conceptio filij cum matris detrimento, quod est absurdum igitur si erat superfluus sanguis certè erat mēstruus. Sed respondetur sanguinem illum Mariæ vnde corpus Christi fuit formatum non fuisse necessarium Virgini ad vitam indiuidualem transigendam, at fuit necessarius formandæ carni Christi, non tamen erat menstruus quia erat castissimus & purissimus. ¶ Aduertat vltimo loco Theologus, quod ex doctrina Diui Thomæ in solutione. 1. videtur euidenter colligi, quod sanguis humani corporis non informetur anima rationali, neque vniatur nobis hypostaticè, dicit enim quod non debuit corpus Christi formari de carne vel ossibus virginis, sed de sanguine, qui non est actu pars sed potentia tātum vt dicit Arist. in lib. de gener. anim. & ideo potest subtrahi sine corruptione corporis vel diminutione. Sed hæc sententia D. Thomæ in superioribus est à nobis exposita, sensimus nanque sanguinem esse partē humanæ naturę, & informari anima rationali.

Conclusio huius articuli videtur de fide.

6. Synodus generalis.

Caro Christi non fuit ex mēstruo sanguine. Aristot.

D. Tho.

Argumentum.

Solutio.

Aristot.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm corpus Christi in antiquis patribus fuerit secūdū aliquid signatū.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd corpus Christi fuerit secundum aliquid signatum in Adam & in alijs Patribus. Dicit enim Aug*. 10. super gene. ad literam, quòd caro Christi fuit in Adam & Abraham secūdum corpulentam substantiam. Sed substantia corpulenta est quiddam signatum. Ergo caro Christi fuit in Adā & Abraham & alijs Patribus secundum aliquid signatum. ¶ 2. Præterea, Roman. 1. dicitur, quòd Christus factus est ex semine Dauid secundum carnem. Sed semen Dauid fuit aliquid signatum in ipso. Ergo Christus fuit in Dauid secundum aliquid signatum, & eadē ratione in alijs Patribus. ¶ 3. Præterea, Christus ad humanum genus affinitatem habet, in quantum ex humano genere carnem assumpsit. Sed si caro illa non fuit secundum aliquid signatum in Adam, nullam videtur habere affinitatem ad humanum genus, quod ex Adam deriuatur: sed magis ad alias res, vnde materia carnis eius assumpta est. Videtur ergo, quòd caro Christi fuerit in Adam & in alijs Patribus secundum aliquid signatum. ¶ Sed contra est, quòd Augustī*. dicit 10. super Genes. ad literam: Quocunq; modo Christus fuit in Adā & Abraham & alijs Patribus, alij homines etiam ibi fuerunt, sed non conuertitur. Alij autem homines non fuerunt in Adam & Abraham, secundum aliquam

173 3. di. 3. q. 4. artic. 2.

lib. 10. ca. 19. & 20. tom. 3.

lib. 10. ex c. 19. & 26. colligitur, tomo 3.

aliquam materiam signatam, sed solùm secundum originem, vt in Prima parte habitum est*. ergo neque Christus fuit in Adam & Abraham secundum aliquid signatum, & eadem ratione nec in alijs Patribus.

1.p.q.vlti. art.1.

Respondeo dicendum, quòd sicut suprà dictũ est*, materia corporis Christi non fuit caro & os beatæ Virginis, nec aliquid, quod fuerit actu pars corporis eius, sed sanguis, qui est potentia caro. Quicquid autem fuit in beata Virgine à parentibus acceptum, fuit actu pars corporis beatæ Virginis. Vnde illud quod fuit in beata Virgine à parentibus acceptum, non fuit materia corporis Christi. Et ideo dicendũ est, quòd corpus Christi nõ fuit in Adam & alijs Patribus secundum aliquid signatum, ita scilicet quòd aliqua pars corporis Adæ vel alicuius alterius posset designari determinatè, vt diceretur quod ex hac materia determinatè formabitur corpus Christi: sed fuit ibi secundum originem, sicut & caro aliorum hominum. Corpus enim Christi habet relationẽ ad Adam & alios Patres mediante corpore matris eius. Vnde nullo alio modo fuit in Patribus corpus Christi, quàm corpus matris eius, quod nõ fuit in Patribus secundum materiam signatam, sicut nec corpora aliorum hominum: vt in 1. parte dictum est*.

Art. præce.

1.p.qõ.vlt. art.1.

Ad primum ergo dicendum, quòd cùm dicitur Christus fuisse in Adam secundum corpulentam substantiam, non est intelligẽdum hoc modo, quòd corpus Christi in Adam fuerit quędam corpulenta substantia: sed quia corpulenta substantia corporis Christi, id est, materia, quam sumpsit ex Virgine, fuit in Adam, sicut in principio actiuo, non autem sicut in materiali principio: quia scilicet per virtutem generatiuam Adæ & aliorum ab Adam descendentium vsque ad beatam Virginem, factum est vt illa materia præpararetur ad conceptum corporis Christi. Non autem fuit materia illa formata in corpus Christi, per virtutem seminis ab Adam deriuatam. Et ideo Christus dicitur fuisse in Adam originaliter, secundum corpulentam substantiam: non autem secundum seminalem rationem. ¶ Ad secundum dicendum, quòd quanuis corpus Christi non fuerit in Adam & in alijs Patribus, secundum seminalem rationem: corpus tamẽ beatę Virginis, quod ex semine maris est conceptum, fuit in Adam & in alijs Patribus secundum rationem seminalem. Et ideo mediante beata Virgine, Christus secundum carnem dicitur esse ex semine Dauid per modum originis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus habet affinitatem ad humanum genus secundum similitudinem speciei. Similitudo autem speciei attenditur, non secundum materiam remotam: sed secundum materiam proximam, & secundum principium actiuum, quod generat sibi simile in specie. Sic igitur affinitas Christi ad humanum genus sufficienter conseruatur, per hoc, quòd corpus Christi formatum est ex sanguinibus Virginis, deriuatis secundum originem ab Adam, & alijs Patribus. Nec refert ad hanc affinitatem vndecunque materia illorum sanguinum sumpta fuerit: sicut nec hoc refert in generatione aliorum hominũ, sicut in Prima parte dictum est.

SVMMA TEXTVS.

QVæstio hæc occasionem habet ex errore putantiũ corpus Christi formatũ ex certa determinataq; portione trãsfusa successiuè de persona in personã ab Adã vsq; ad B. Virginẽ. ¶ Ad istã quæstionẽ responsio est negatiua quã probat in primis ex D. Aug. 10. super Gen. ad lit. sic dicente; quocunque modo Christus fuit in Adam & Abraham, & alijs patribus, alij homines etiam ibi fuerunt, sed non conuertitur, alij autem homines non fuerunt in Adam, & Abraham secundum aliquam materiam signatam, sed solum secundum originem, vt in prima parte dictum est, ergo nec Christus fuit in Adam, nec in Abraham secundum aliquid signatum, & eadem ratione neque in alijs patribus. Eadem

Conclusio. D. August.

veritas comprobatur ex eo, quod quicquid fuit in B. Virgine à parentibus acceptum, fuit actu pars illius, vnde illud nõ fuit materia corporis Christi, & ideo dicendum est quod corpus Christi non fuit in Adam, & in patribus secundum aliquid signatum, sed fuit ibi secũdum originem sicut & caro aliorũ hominum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

D. Tho. DE quæstione huius articuli disputat fusius D. Tho. in 3. dist. 3. q. 4. arti. 2. & demonstrat euidentius conclusionem huius arti

Galatinus. culi. Contrarium tamẽ tenet Galatinus lib. 7. cap. 4. probatque ex multis Rabinorum testimonijs, ex quibus mirabilia & inaudita cudit dogmata, quæ libet in præsentia commemorare, vt ex eorum cõmemoratione veritas magis stabiliatur. Dicit ergo iste autor matrem Messiæ non solum in mente Dei ab initio & ante sæcula creatam fuisse, verum etiam materiam eius in materia Adæ fuisse productam, ipsamque Messiæ matrẽ principalem extitisse causam cuius amore mundus ipse creatus sit. Nam cum Deus Adam plasmaret, fecit quasi massam ex cuius parte nobiliore accepit virginis Mariæ materiam, ex residuo verò eius & superfluitate, Adam formauit. Ex materia autem B. Virginis facta est virtus quædam, quæ nobiliori loco, & membro corporis Adã seruata fuit, quæ postmodum emanauit ad Seth, & postea ad Enos, deinde successiuo ordine ad cæteros vsque ad sanctum Ioachim, ex hac demũ virtute B. Maria formata est, &

Dogmata Rabinorũ falsa. ex ea Christus. ¶ Ex hoc mirabilia eliciuntur Rabinorũ dogmata. Primũ, quod Maria fuit ante peccatũ Adæ secundũ materiam creata, & caro ipsius semper ab omni labe peccati præseruata. Secundum est, quod B. Maria fuit primus homo, quia prima omniũ quoad materiam creata fuit. Tertium est, quod omnes homines sunt quodammodo eius filij, nam mater Messiæ prima in causa Adæ extitit, Adamque ipse ab ea processit, & ab Adam vniuersum genus humanum vnde omnes homines quodammodo sunt Mariæ filij, verũtamẽ verus ac naturalis & legitimus filius eius est ipse Messias, qui ex eius purissimis sanguinibus formatus est. Quartũ dogma est, quod propterea Christus est dictus filius hominis, refertur enim ad B. Virginem, quæ prima omnium creata est. Contra hanc sententiam dis-

D. Tho. putat hic D. Thomas artic. 6. sed fusius in 3. dist. 3. q. 4. artic. 1. & 2. in cuius rei confutatio-

D. August. nem adducit in primis D. August. dicentem lib. 10. de gen. ad literam. c. 19. & 26. Quocunque modo Christus fuit in Adã, & Abraham, & alijs Patribus, alij homines etiam ibi fuerunt, sed non conuertitur: alij autem homines non fuerunt in Adam, & Abraham, secundum aliquam materiam signatam, sed solum secundum originem, vt in prima parte habitum est, ergo neque Christus fuit in Adam, & Abraham secundum aliquid signatum, & eadem ratione nec in alijs patribus. Præterea, quicquid est receptum in B. Virgine ab antiquis Patribus fuit actu pars B. Virginis, ergo non fuit materia corporis Christi, ergo corpus Christi non fuit in patribus secundum aliquid signatum, antecedens est certissimum, & prima consequentia probatur, nam materia corporis Christi non fuit caro aut os, aut quælibet alia pars actu B. Virginis, sed sanguis purissimus, vt iam dictum est, qui quidem nõ fuit in Patribus antiquis secundum aliquid signatum, & determinatum, sanguis etenim non est actu pars. Adhæc, si hæc positio esset vera, sequeretur quod Christus non verè descenderet de semine Dauid, & Abraham, sed solum Adæ, quoniam si prædicto modo ab illa particula descenderet ad nullum aliorum pertineret, nisi sicut ad deferens, quemadmodum aqua comparatur ad canalẽ. Præterea, non esset in tali carne verę passibilitatis assumptio, nec nostræ infirmitatis reparatio, quia non de natura lapsa fabricasset sibi carnem. Item, si transfundebatur particula illa carnis, aut erat corporea, aut incorporea, si incorporea, ergo corpus Christi fuit impassibile, si corporea, videtur quod potuerit transmutari in carnem reliquam, & reliqua in ipsam, & sic iam fuisset transmutata, vel potius consumpta. Item, vel illa pericula erat corruptibilis, vel incorruptibilis, si corruptibilis, quomodo per tot sæculorum successiones non fuit corrupta, si incorruptibilis, ergo de natura cœlesti, vnde non potuit humanam componere naturam. Sed desino iam absumere tempus in rei tam absurdæ impugnatione.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrùm caro Christi in Patribus fuerit peccato obnoxia.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd caro Christi in antiquis Patribus peccato infecta non fuerit. Dicitur enim Sapien. 7. quòd in diuinam sapientiam nihil inquinatum incurrit. Christus autem est Dei sapientia, vt dicitur 1. ad Corinthios. 1. Ergo caro eius nunquam peccato inquinata fuit. ¶ 2. Præterea, Damascenus* dicit in tertio libro, quòd Christus

174 3. dist. 3. q. 4. art. 1.

*lib. 3. c. 6. & 7. nõ longè à princ. & c. 2. à medio.

primitias

primitias nostræ naturæ assumpsit. Sed in primo statu caro humana nó erat peccato infecta. Ergo caro Christi non fuit infecta, nec in Adam nec in alijs Patribus. ¶ 3. Præterea, Augustt. dicit 10. super Gene. ad literam, quòd natura humana semper habuit cum vulnere vulneris medicinam. Sed id quod est infectum, non potest esse vulneris medicina, sed magis ipsum indiget medicina. Ergo semper in natura humana fuit aliquid nó infectum, ex quo postmodum est corpus Christi formatum. ¶ Sed cõtra est, quòd corpus Christi non refertur ad Adam & ad alios Patres, nisi mediante corpore beatæ Virginis, de qua carnẽ assumpsit. Sed corpus beatæ Virginis totum fuit in originali peccato conceptum, vt suprà dictum est*: & ita etiam secundum quod fuit in Patribus, fuit peccato obnoxiũ. Ergo caro Christi, secũdum quod fuit in Patribus, fuit peccato obnoxia.

lib. 10. cap. 20. à med. tom. 3.

q. 27. art. 2. & q6. 14. arti. 3. ad 1.

Respondeo dicendum, quòd cùm dicimus Christum vel carnẽ eius fuisse in Adam & in alijs Patribus, comparamus ipsum vel carnem eius ad Adam & ad alios Patres. Manifestum autẽ est, quòd alia fuit conditio Patrum, & alia Christi. nam Patres fuerũt subiecti peccato, Christus autem fuit omnino à peccato immunis. Dupliciter ergo in hac comparatione errare contingit. Vno modo vt attribuamus Christo vel carni eius conditionem, quæ fuit in Patribus: puta, si dicamus, quòd Christus in Adam peccauit: quia in eo aliquo modo fuit, quod est falsum: quia non eo modo in eo fuit, vt ad Christum peccatum Adæ perueniret: quia non deriuatur ab eo secundum concupiscentiæ legem, siue secundum rationem seminalem, vt suprà dictũ est*. Alio modo contingit errare, si attribuamus ei, quod actu fuit in Patribus, cõditionẽ Christi vel carnis eius, vt scilicet, quia caro Christi, secundum quod in Christo fuit, non fuit peccato obnoxia: ita etiã in Adam & in alijs Patribus fuerit aliqua pars corporis eius, quæ non fuit peccato obnoxia, ex qua postmodum corpus Christi formaretur: sicut quidam posuerunt. Quod quidem esse non potest. Primò, quia caro Christi non fuit secũdum aliquid signatum in Adam & in alijs Patribus, quod posset distingui à reliqua eius carne, sicut purum ab impuro: sicut iam suprà dictum est*. Secundò, quia cùm caro humana peccato inficitur ex hoc, quòd est per concupiscentiam concepta: sicut tota caro alicuius hominis per concupiscentiam concipitur, ita etiam tota peccato inquinatur. Et ideo dicendum est, quòd tota caro antiquorum Patrũ fuit peccato obnoxia, nec fuit in eis aliquid à peccato immune, de quo postmodũ corpus Christi formaretur.

Art. præce. ad 1. & qõ. 15. artic. 1. ad 2.

Art. præce. & qõ. 15. arti. 1. ad 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus non assumpsit carnem humani generis subiectam peccato, sed ab omni infectione peccati mundatam. Et ideo in Dei sapientiam nihil inquinatum incurrit. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus dicitur primitias nostræ naturæ assumpsisse quantum ad similitudinem conditionis: quia scilicet assumpsit carnem peccato non infectam, sicut fuerat caro hominis ante peccatum. Non autem hoc intelligitur secundum continuationem puritatis: ita scilicet quòd illa caro puri hominis conseruaretur à peccato immunis, vsq; ad formationẽ corporis Christi. ¶ Ad tertium dicendum, quòd in humana natura ante Christum erat vulnus, id est, infectio originalis peccati in actu: medicina autem vulneris non erat ibi actu, sed solùm secundum virtutem originis: prout ab illis Patribus propaganda erat caro Christi.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est. Tota caro antiquorum Patrum fuit obnoxia peccato, vt nihil sit in eis immune à peccato ex quo corpus Christi formaretur.

EXPO-

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo duplex quæstio moueri solet; prima, Vtrùm caro Christi in antiquis patribus fuerit obnoxia peccato? Caietanus in hoc articulo dicit hanc propositionem absolutè esse concedendam. Sed mihi videtur nõ esse absolutè concedenda, quia offendit pias aures, sed potius negãda, aut saltim distinguẽda. Vnde cũ D. Thom. interrogasset, Vtrùm caro Christi in patribus fuerit obnoxia peccato, non respondet affirmatiue, sed per quendam circuitum dicens, tota caro antiquorum patrum fuit obnoxia peccato, de carne verò Christi hoc non enunciat: & in sequenti articulo ad secũdum dicit, quod caro Christi fuit in antiquis patribus peccato obnoxia secundum qualitatem quam habuit in patribus antiquis. En D. Thomas non absolutè concedit eam, sed cum limitatione. Et est aduertendũ, quod in hac comparatione carnis Christi ad patres manifestum est quod alia fuit conditio patrum, & alia Christi, nam patres omnes fuerunt subiecti peccato, neq; in eis aliquid fuit immune, de quo postmodum corpus Christi formaretur, Christus verò fuit omnino à peccato immunis, vnde error esset attribuere carni Christi conditionem, quæ fuit in patribus, vt in Adã Christus peccauerit, quia Christus in eis non fuit secundum rationẽ seminalem, nec secundũ concupiscentiæ legem ab eis deriuatur, sed solum secundum originẽ. Itaque prædicta propositio potius est explicanda, quam concedenda, & explicatio est, carnem Christi fuisse sumptam de Virgine, cuius caro fuit obnoxia peccato, vel fuisse sumptam ex antiquis patribus quorum tota caro fuit obnoxia peccato. ¶ Altera quęstio est, Vtrùm caro Christi inclinationem habuerit ad peccandum? & videtur quod sic. Nam caro Christi, & nostra sunt eiusdem naturę & speciei, at caro nostra naturaliter inclinatur ad peccandũ, ergo & caro Christi. ¶ Deinde, Hieronymus explicans illud Roman. 8. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, dicit: Filius Dei susceptа carne, quæ ad peccandum esset procliuior, ipse tamen absque peccato eam susceperit; in quo videtur innuere, quod in carne Christi fuerit inclinatio ad peccandum. ¶ Verum hæc argumenta breuiter sunt confutanda, nam quod Christus nõ potuerit peccare, & quod non habuerit aliquam inclinationem ad peccandum, demonstratum est supra quæst. 15. articulo. 1. & 2. ¶ Vnde ad primum argumentũ negatur, quod caro nostra naturaliter inclinetur ad peccandum, sed talem inclinationem habet ex sua imperfectione, & defectu; alioqui enim à Deo autore naturæ in bonum instituta est. ¶ Ad secundum respondetur, non esse mentem Hieronymi quod filius Dei carnem susceperit procliuem ad peccandũ, sed quia susceperit carnẽ de massa illa, quæ erat ad peccandum procliuis.

Caietanus. Caro Christi non fuit simpliciter obnoxia peccato.

Dubium.

Primũ arg.

Secundum. D. Hieron.

Christi caro non habuit inclinationẽ ad peccãdum.

Ad primũ argum.

Ad secũdũ.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrùm Christus in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd Christus fuerit in lumbis Abrahę decimatus. Dicit enim Apostolus ad Hebræ. 7. quòd Leui pronepos Abrahæ decimatus fuit in Abraham, quia eo decimas dante Melchisedec, adhuc Leui erat in lumbis eius. Sed similiter Christus erat in lumbis Abrahæ, quando decimas dedit. Ergo ipse etiam Christus fuit decimatus in Abraham. ¶ 2. Præterea, Christus est ex semine Abrahæ secũdum carnẽ, quam de matre accepit. Sed mater eius fuit decimata in Abraham. Ergo pari ratione Christus. ¶ 3. Præterea, illud in Abraham decimabatur, quod curatione indigebat, vt Augustꝰ. dicit 10. super Gen. ad liter. Curatione autem indiget omnis caro peccato obnoxia. Cùm igitur caro Christi fuerit peccato obnoxia (sicut dictum estꝰ) videtur, quòd caro Christi in Abraham fuerit decimata. ¶ 4. Præterea, Hoc non videtur aliquo modo derogare dignitati Christi: nihil enim prohibet patre alicuius Pontificis decimas dante alicui sacerdoti, filium eius Pontificem, maiorem esse simplici sacerdote. Licet ergo dicatur Christus decimatus, Abraham decimas dante Melchisedec, non tamen propter hoc excluditur, quin Christus sit maior, quàm Melchisedec. ¶ Sed contra est, quod Augustꝰ. dicit 10. super Genes. ad literam, quòd Christus ibi, scilicet in Abraham, decimatus non est: cuius caro inde non seruorem vulneris, sed materiam medicaminis traxit.

175 3. di. 3. q. 4. arti. 3. q. 2. & 4. dist. 1. q. 2. arti. 1. q. 3. ad 2. & dist. 2. q. 1. art. 2. ad 4.

lib. 10. cap. 20. post medium, to. 3.

Art. præce. in fine cor.

lib. 10. cap. 20. post medium, to. 3.

Respondeo dicendum, quòd secundũ intentionẽ Apostoli oportet dicere, quod

quod Christus in lumbis Abrahæ non fuerit decimatus. Probat enim Apostolus, maius esse sacerdotium, quod est secundum ordinem Melchisedec, sacerdotio Leuitico, per hoc quod Abrahã decimas dedit Melchisedec, adhuc Leui existente in lumbis eius, ad quem pertinet legale sacerdotium. Si autem Christus etiã in Abraham decimatus esset, eius sacerdotium non esset secundum ordinem Melchisedec, sed minus sacerdotio Melchisedec. Et ideo dicendum est, quòd Christus non est decimatus in lumbis Abrahæ, sicut Leui. Quia enim ille qui decimas dat, nouem sibi retinet, & decimam alij tribuit, quod est perfectionis signum (in quantum est quodãmodo terminus omnium numerorum, qui procedunt vsque ad decem) inde est, quòd ille, qui decimas dat, protestatur, se imperfectum, & perfectionem alij tribuere. Imperfectio autem humani generis est propter peccatum, quod indiget perfectione eius, qui à peccato curat. Curare autem à peccato, est solius Christi: ipse enim est agnus, qui tollit peccata mundi, vt dicitur Ioan. 1. Figuram autẽ eius gerebat Melchisedec, vt Apost. probat Hebr. 7. Per hoc ergo, quòd Abraham Melchisedec decimas dedit, præfigurauit se velut in peccato conceptum: & omnes qui ab eo descenderi erant, ea ratione, vt peccatum originale contraherent, indigere curatione, quæ est per Christum. Isaac autem & Iacob & Leui & omnes alij sic fuerunt in Abraham, vt ex eo deriuarentur, non solùm secundum corpulentam substantiam, sed etiam secundum rationem seminalem, per quam originale peccatum cõtrahitur. Et ideo omnes in Abraham sunt decimati, id est, præfigurati indigere curatione, quę est per Christũ. Solus autem Christus sic fuit in Abraham, vt ab eo deriuaretur non secundũ rationem seminalem, sed secundũ corpulentam substantiam. Et ideo non fuit in Abrahã sicut curatione indigens, sed magis sicut vulneris medicina, & ideo non fuit in lumbis Abrahæ decimatus. Et per hoc patet responsio ad Primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quia beata Virgo fuit in originali peccato cõcepta, fuit in Abraham sicut curatione indigens: & ideo fuit ibi decimata, velut inde descendens secundum seminalem rationem. De corpore autem Christi non est sic, vt dictum est*. ¶ Ad tertium dicendum, quòd caro Christi dicitur fuisse in antiquis Patribus peccato obnoxia, secundum qualitatem, quam habuit in ipsis Patribus, qui fuerunt decimati: non autem secundum qualitatem, quam habet, prout est actu in Christo, qui non est decimatus. ¶ Ad quartum dicendum, quòd sacerdotium Leuiticum secundum carnis originem deriuabatur: vnde non minus fuit in Abrahã, quàm in Leui. Vnde per hoc quòd Abraham decimas dedit Melchisedec, tanquam maiori, ostenditur sacerdotium Melchisedec, in quantum gerit figuram Christi, esse maius sacerdotio Leuitico. Sacerdotium autem Christi non sequitur carnis originem, sed gratiam spiritualem. Et ideo potest esse quòd pater det decimas alicui sacerdoti tanquam minor maiori: & tamen filius eius si sit pontifex, est maior illo sacerdote nõ propter carnis originem, sed propter gratiam spiritualem, quam habet à Christo.

Art. præced. & locis in corp. & in arg. Sed cõtra citatis.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio.

COnclusio est negans, quia non secũdum ordinem Leui, sed secundum ordinem Melchisedec erat sacerdos. Ille enim qui decimas dat, nouem sibi retinet, & decimam alij tribuit, quod est imperfectionis signum, protestans se esse imperfectum, & alij perfectionem tribuens, quæ imperfectio ex peccato est, & à Christo agno Dei curatur. Quare decimatus est Abraham, & omnes in eo præter Christum: qui non indigebat curatione, vt alij, imo alios curare venerat, & tanquam vulneris medicina.

EXPOSITIO ARTICVLI.

COnclusio huius artic. asseritur à D. Paulo ad Hebr. 7. & ratio huius assertionis est, quoniam

Hebr. 7.

quoniam Christus non fuit in Abraham secũ dum seminalem rationem, & ideo neq; cõtra xit peccatum originale, nec decimatus fuit in illo, quamobrem tametsi B. Virgo fuisset prę seruata ab originali peccato, vt quidã piè sentiunt, fuit tamen decimata in lumbis Abrahę, tum quoniam descendit ab illo secundum seminalem rationem, tum verò quoniã contraxit debitum peccati. ¶ Sed oportet breuiter, & strictim exponere, quid sit decimari in proposito, sanè decimari est in decimis præfigurari tanquam indigens liberatore, qui enim decimas soluit confitetur se imperfectum, & indigentem alterius adiutorio, sic explicat D. Tho. in 3. d. 3. q. 4. art. 3. ex quo euidentius colligitur, quod Christus in lumbis Abrahæ non fuerit decimatus. Intelliges etiam ex hac doctrina, quam breuiter & distinctè D. Thomas elucidet quæstionẽ, quæ D. August. fuit difficillima. Augustinus nanque lib. 10. de gen. ad lit. c. 19. & 20. sic scribit; Si ergo etiam hoc valet ad istam distantiam quantum præemineat sacerdotio Leuitico sacerdotiũ Christi, quod sacerdos Christus per illum præfiguratus est, qui decimauit Abraham, in quo & ipse Leui decimatus est, profecto Christus ab eo nõ est decimatus. At si propterea decimatus est Leui, quia erat in lumbis Abrahæ, propterea non est decimatus Christus quia non erat in lumbis Abrahæ. Porro si non secundum animam, sed tantum secundũ carnem accipimus Leui fuisse in Abraham, ibi erat etiam Christus, quia Christus secundum carnem de semine est Abrahæ, & ipse itaque decimatus est. Quid est ergo, quod affertur pro magna differentia sacerdotij Christi à sacerdotio Leui, quod Leui decimatus est à Melchisedech, cũ esset in lumbis Abrahæ, vbi etiam Christus erat, vnde pariter decimati sunt, quia necesse est intelligamus secundum aliquem modum ibi Christum non fuisse? Quis autem neget eum secundum carnem ibi fuisse? Ergo secundum animam ibi non fuit. Et infrà. Inuenient isti qui eis pro cæteris fortasis respondeant, & dicãt quod etiam me non parum mouent, quanuis nullius hominis anima sit in lumbis patris sui, secundum carnem tamen in lumbis Abrahæ constitutum Leui decimatum, & ibi constitutum secundum carnem Christum nõ decimatum. Secũdum rationem quippè illam seminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus erat in matrem, secundum quam rationẽ non erat ibi Christi caro, quanuis secundum ipsam ibi fuerit Mariæ caro, quapropter, nec Leui, nec Christus in lumbis Abrahæ secundum animam, secundum carnem verò & Leui & Christus, sed Leui secundum concupiscentiam carnalem, Christus autem secundum solam substantiam corporalem. Hæc Augustinus per magnum circuitũ, quæ D. Thomas breui & dilucido sermone tribus, quod aiunt, verbis comprehendit.

Quid sit decimari.

D. Tho.

D. August.

QVAESTIO XXXII.

De conceptione Christi, quo ad actiuum principiũ, in quatuor articulos diuisa.

¶ De qua disputant Theologi in. 3. dist. 4.

DEinde considerandum est de principio actiuo in cõceptione Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrùm Spiritus sanctus fuerit principium actiuum cõceptionis Christi. ¶ Secundò, vtrùm possit dici, quòd Christus sit conceptus de Spiritu sancto. ¶ Tertiò, vtrùm possit dici, quòd Spiritus sanctus sit pater Christi secundum carnem. ¶ Quartò, vtrùm beata Virgo aliquid actiuè egerit in conceptione Christi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Spiritus sanctus fuerit principium actiuum conceptionis Christi.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd efficere conceptionem Christi, non debet attribui Spiritui sancto. Quia vt August.* dicit in primo de Trin. Indiuisa sunt opera Trinitatis, sicut & indiuisa est Trinitatis essentia. Sed efficere conceptionem Christi, est quoddam opus diuinũ. Ergo videtur, quòd non magis sit attribuẽdũ Spiritui sancto, quàm Patri vel Filio. ¶ 2. Præterea, Apost. dicit Gal. 4. Cùm venit plenitudo temporis, misit Deus filiũ suum factum ex muliere. Quod exponens August. in 4. de Trini. † dicit: Eo vtique missum, quo factũ ex muliere. Sed missio Filij attribuitur præcipuè Patri, vt in prima parte habitum est*. Ergo & cõceptio secundum quam factus est ex muliere, debet præcipuè Patri attribui. ¶ 3. Præterea, Prouer. 9. dicitur: Sapientia ædificauit sibi domũ. Est autem sapientia

176 2. dist. 1. artic. 2. qõ. 2. & 4. con. c. 45 & 46. & opusc. 3. ca. 226. & 10ã. 12. l. 4. col. 2. fin. *li. 1. ca. 4. in fin. & 5. in prin. to. 5

l. 4. c. 10. parum ante med. to. 3.

1. p. qõ. 43. artic. 5.

sapientia Dei ipse Christus: secundum illud 1. ad Corin. 1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Domus autem huius sapientię est corpus Christi, quod etiam dicitur templum eius, secundum illud Ioan. 2. Hoc autē dicebat de templo corporis sui: ergo videtur, quòd effi cere cōceptionem corporis Christi, debet præcipuè attribui Filio, non ergo Spiritui sancto. ¶ Sed contra est, quod dicitur Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, &c.

Respondeo dicendum, quòd conceptionem corporis Christi tota Trinitas est operata: attribuitur tamen hoc Spiritui sancto triplici ratione. Primò quidem: quia hoc congruit causæ incarnationis, quæ considerabatur ex parte Dei. Spiritus enim sanctus est amor Patris & Filij, vt in Prima* parte habitum est. Hoc autē ex maximo Dei amore proue nit, vt filius Dei carnem sibi assumeret in vtero virginali. Vnde dicitur Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Secundò: quia hoc congruit causæ incarnationis ex parte naturæ assumptæ. Per hoc enim datur intelligi, quòd humana natura assumpta est à filio Dei in vnitatem personæ, non ex aliquibus meritis, sed ex sola gratia, quæ Spiritui sancto attribui tur, secundum illud 1. ad Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Vnde August.* dicit in Enchirid. Iste modus quo est natus Christus de Spiritu sancto, insinuat nobis gratiā Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipso primo exordio naturæ suæ quo esse cœpit, verbo Dei copularetur in tantam personæ vnitatem, vt idem ipse esset filius Dei, qui filius hominis, & filius hominis, qui filius Dei. Tertiò: quia hoc congruit termino Incarnationis. Ad hoc enim terminata est Incarnatio, vt homo ille qui concipiebatur, esset sanctus & filius Dei. Vtrunque autem horum attribuitur Spiritui sancto. Nam per ipsum efficiū-

1. p. q. 37. artic. 1.

Ench. c. 40 nō longè à princ. to. 3.

tur homines filij Dei, secundum illud Galat. 4. Quoniam estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra, clamantem Abba, pater. Ipse est etiam Spiritus sanctificationis: vt dicitur Roman. 1. Sicut ergo alij per Spiritum sanctum sanctificantur spiritualiter, vt sint filij Dei adoptiui: ita Christus per Spiritum sanctum est in sanctitate conceptus, vt esset filius Dei naturalis. Vnde Rom. 1. secundum vnam gloss.* quod præmittitur, scilicet, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, manifestatur per id, quod immediatè sequitur, Secundum Spiritum sanctificationis, id est, per hoc quod est conceptus de Spiritu sancto, & angelus annuntians ex hoc quod præmiserat, Spiritus sanctus superueniet in te, concludit, Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

Ex glos. ordina. & Origen.

Ad primum ergo dicendum, quòd opus conceptionis commune quidem est toti Trinitati, secundum tamen modum aliquem attribuitur singulis personis. Nam Patri attribuitur autoritas respectu personę filij, qui per huiusmodi conceptionem sibi assumpsit humanam naturam. Filio autem attribuitur ipsa carnis assumptio. Sed Spiritui sancto attribuitur formatio corporis, quod assumitur à Filio. Nam ipse Spiritus sanctus est spiritus Filij, secundum illud Gal. 4. Misit Deus Spiritum filij sui. Sicut autem virtus animæ, quæ est in semine, per spiritum qui in semine includitur, format corpus in generatione aliorum hominum: ita virtus Dei, quæ est ipse filius (secundum illud 1. ad Corint. 1. Christum Dei virtutem) per Spiritum sanctū corpus formauit, quod assumpsit*. Et hoc etiam verba Angeli demonstrant, dicentis, Spiritus sanctus superueniet in te, quasi ad præparandam & formandam materiam corporis Christi, & virtus Altissimi, id est, Christus obumbrabit tibi, id est, corpus in te humanitatis, accipiet incorporeū

Gloss. ord. sup. illa verba Luc. 2.

lumen

lumen diuinitatis. Vmbra enim à lumine formatur & corpore: vt Greg.* dicit 18. Mor. Altissimus autem intelligitur Pater, cuius virtus est Filius. ¶ Ad secundum dicendum, quòd missio refertur ad personam assumentem, quæ à Patre mittitur: sed conceptio refertur ad corpus assumptum, quod operatione Spiritus sancti formatur. Et ideo licet missio & conceptio sint idem subiecto: quia tamen differunt ratione, missio attribuitur Patri, efficere autem conceptionem Spiritui sancto: sed carnẽ assumere attribuitur Filio. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Aug†. dicit in lib. de Quæstionibus veteris & noui Testamenti, quęstio ista gemina ratione potest intelligi. Primùm enim domus Christi Ecclesia est, quã ædificauit sibi sanguine suo. Deinde potest & corpus eius dici domus ipsius, sicut dicitur templum eius. Factum autem Spiritus sancti opus filij Dei est, propter naturæ & voluntatis vnitatem.

li. 18. c. 12. in princi.

In 2. parte q. ex nouo Test. q. 51. in prin. tomo. 4.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est. Conceptio corporis Christi licet sit à tota Trinitate, nam opera ad extra indiuisa sunt totius Trinitatis, attribuitur tamen Spiritui sancto triplici ratione. Primò, quia hoc congruit causæ incarnationis, quæ consideratur ex parte Dei: Spiritus enim sanctus est amor Patris & Filij, ex quo amore prouenit, vt filius Dei carnem sibi assumeret in vtero virginali, vnde dicitur Ioã. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret. Secundò, congruit causæ Incarnationis ex parte assumptæ naturæ, prout natura humana assumpta est à Filio Dei in vnitatẽ personæ, non ex aliquibus meritis, sed ex sola gratia, quæ attribuitur Spiritui sancto, secũdum Apost. 1. ad Corinth. 12. diuisiones gratiarum sunt idem autem spiritus. Tertiò, congruit termino Incarnationis: quia ad hoc terminata est Incarnatio, vt homo ille qui concipiebatur, esset sanctus, & filius Dei. Horum autẽ vtrũq; attribuitur Spiritui sancto: cum per ipsum efficiãtur homines Filij Dei, vt dicitur ad Galat. 4. Quoniam estis filij Dei, misit Deus spiritũ Filij sui, &c. Atque ipse est etiam spiritus sanctificationis, vt dicitur Rom. 1. Adde quod licet opus conceptionis sit commune toti Trinitati, secundum tamen aliquem modũ attribuitur singulis personis. Nam Patri attribuitur autoritas respectu personæ Filij: qui per huiusmodi conceptionem sibi assumpsit humanam naturam, Filio autem attribuitur carnis assumptio, Spiritui sancto verò formatio corporis, quod assumitur à Filio.

Ioan. 3.

1. Cor. 12.

Ad Gala. 4.

Rom. 1.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo tria sunt explicanda, primũ est quomodo illud prouerbium intelligatur, quod commemorat D. Thomas ex D. Augustino, quòd opera ad extra sunt communia & indiuisa Trinitatis. Nam contra hoc prouerbium difficile fit argumentum. Si quidẽ Filiũ Dei fieri hominem, factum est in tempore, vt docet fides catholica: at opus hoc non est indiuisum Trinitatis, neque enim pater factus est homo, neq; Spiritus sanctus, neq; tota Trinitas, sed solus Filius, ergo illud axioma verum esse non potest. Profectò hæc obiectio in magnam nos vocabat disputationem nisi esset à nobis copiosissimè explicata in superioribus. Recolenda sunt, quæ retrò à nobis sunt addu cta in huius rei expositionem, ne sæpius eadẽ repetamus. ¶ Deinceps ergo ad secundum dubium progrediamur, quod mouetur circa id, quod dicit D. Thomas, quod Spiritus sanctus est causa quod iste homo sit naturalis filius Dei. Videtur quod hoc sit falsum, nam iste homo ab æterno est filius naturalis Dei, & quod sit filius naturalis Dei habet per generationem æternam, ergo non habet Spiritum sanctum tanquam principium, imo econuerso. Respondetur, quod hæc propositio debet accipi in sensu composito, quanuis enim nulla sit causa, quod iste homo sit filius Dei, & iste homo est filius Dei, ex natura sua tamen hæc propositio; Iste homo est filius Dei, habet causas suæ veritatis, & non semper fuit vera, & per incarnationẽ facta fuit vera. Vnde eadem est causa Incarnationis Dei, & quod hęc sit vera; Iste homo est filius naturalis Dei. Et simile est, quod iste ensis sit ferrum non est ab artifice, nam ante artem erat ferrum, sed artifex est causa, quod hæc propositio sit vera, iste ensis est ferrum, non enim erat vera ante artem. Sed multò rectiùs explicat hanc obiectionem Caietanus super Ioan. c. 10. dicens; Aliud est quærere de hypostasi Iesu, quare est Deus, & aliud de homine Iesu, nam ad primam quæstionem dicendum est, quod hypostasis Iesu per naturam est filius Dei, & non ex dono Dei; ad secundam verò quęstionem dicendum est, quod per gratiam vnionis cõcessum est diuinitus, vt indiuiduũ humanæ naturæ, sit filius Dei naturalis, & quoniã vniuersa gratia attribuitur Spiritui sancto, ideò merita ratione docet D. Tho. quod Spiritus sanctus

Quomodo Spiritus sanctus sit causa quod iste homo sit naturalis filius Dei.

Caietanus.

Quare op' conceptionis Christi tribuitur Spiritui sancto.

sanctus fuerit causa huius gratiæ, quod iste homo fuerit Filius Dei naturalis. ¶ Sed iam ad eamus ad tertiũ, in quo quæritur, Cur opus conceptionis Christi tribuatur specialiter Spiritui sancto? Huius rei tres demonstrat rationes Diuus Thomas in articulo, quibus possumus alias duas superaddere. Prior est, quia sanctitas Spiritui sancto accommodatur in sanctis scripturis, vt ergò denotetur Christi cõceptionem fuisse immaculatissimam, ideò dicitur conceptum fuisse de Spiritu sancto. Altera ratio non inepta videtur, si dixeris in hoc significari conceptionem Christi futuram suprà cunctum naturæ ordinem, & fœcundatam esse Mariam non secundum vulgatum fœminarum fœcunditatis modum, sed singulari Dei virtute, & miraculo. Verũ istæ rationes si conferantur cum rationibus D. Thomæ tenues esse videntur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus debeat dici conceptus de Spiritu sancto.

177 3.di.4.q.1.ar.1.q.4.& 4.cõt.c.46. & opus.3.c. 216.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non debeat dici conceptus de Spiritu sancto. Quia super illud Roman. 2. Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, dicit

Aug. in li. de natura boni, c. 27. to. 6.

gloſ.* Augustin. Attendendum, quòd non ait de ipso, sed ex ipso: ex ipso enim cæli sunt & terra, quia ipse fecit ea: non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sed Spiritus sanctus non formauit corpus Christi de substantia sua. Ergo Christus non debet dici conceptus de Spiritu sancto. ¶ 2. Præterea, Principium actiuum, de quo aliquid concipitur, se habet sicut semen in generatione. Sed Spiritus sanctus non se habuit sicut semen in conceptione Chri-

Ante med. illius to. 2.

sti. Dicit enim Hieron*. in expositione Catholicæ fidei, non sicut quidam sceleratissimi opinantur, Spiritum sanctũ dicimus fuisse pro semine, sed potentia ac virtute creatoris dicimus esse operatum, id est, formatum corpus Christi. Non ergo debet dici quòd Christus sit conceptus de Spiritu sancto.

¶ 3. Præterea, Nihil vnum de duobus formatur, nisi aliquo modo commixtis. Sed corpus Christi formatum est de virgine Maria. Si ergo Christus dicatur conceptus de Spiritu sancto, videtur quòd facta sit commixtio quædam Spiritus sancti & materiæ, quam Virgo ministrauit: quod patet esse falsum. Non ergo Christus debet dici conceptus de Spiritu sancto. ¶ Sed contra est, quod dicitur Matthæi primo, Ante quam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.

¶ Respondeo dicendum, quòd conceptio non attribuitur soli corpori Christi, sed etiam ipsi Christo, ratione ipsius corporis. In Spiritu autem sancto duplex habitudo consideratur respectu Christi. Nam ad ipsum filium Dei, qui dicitur esse conceptus, habet habitudinem consubstantialitatis: ad corpus autem eius habet habitudinem causæ efficientis. Hæc autem propositio De, vtramque habitudinem designat, sicut cùm dicimus hominem alicuius esse de suo patre. Et ideo conuenienter dicere possumus Christum esse conceptum de Spiritu sancto, hoc modo, quòd efficientia Spiritus sancti referatur ad corpus assumptum: consubstantialitas verò ad personam assumentem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd corpus Christi, quia non est consubstantiale Spiritui sancto, non propriè potest dici de Spiritu sancto conceptum, sed magis ex Spiritu sancto. Sicut Ambros.* dicit in libro de Spiritu sancto, quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est. Ex substantia, sicut filius, qui à patre est: ex potestate, sicut ex Deo omnia: quomodo & in vtero habuit Maria ex Spiritu sancto. ¶ Ad secundum dicendum, quòd super hoc videtur esse quædam diuersitas Hieronym. ad quosdam alios doctores, qui asserunt Spiritum sanctũ in conceptione Christi fuisse pro semine. Dicit enim Chrysosto*. super Matt. Vnigenito Dei in Virginem ingressuro, præcessit Spiritus sanctus, vt præce-

li. 2. c. 5. nõ procul à fine to. 3.

Hom. 1. in Mat. in opere imperfecto in vlti. fol. ante fin. to. 2.

dente Spiritu sancto in sanctificationem, nascatur, scilicet Christus secundum corpus, diuinitate ingrediẽte pro semine. Et Damascen*. dicit in 3. libro. Obumbrauit super ipsam Dei sapientia & virtus, velut diuinum semen. Sed hoc de facili soluitur: quia secundum quod in semine intelligitur virtus actiua, sic Chrysostom*. & Damas. comparant semini Spiritum sanctum: vel etiam Filium qui est virtus Altissimi. Secundum autem quòd in semine intelligitur substantia corporalis, quæ in conceptione transmutatur, negat Hieronym*. Spiritum sanctum fuisse pro semine. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustin. dicit in Enchir. non eodem modo dicitur Christus conceptus aut natus de Spiritu sancto & de Maria virgine, nam de Maria virgine materialiter, de Spiritu sancto verò effectiuè. Et ideo non habuit hic locum commixtio.

3. orth fi. c. 2. circa princ.

locis nunc proxime dictis.

Hieron. in loco citato in arg.

cap. 38. 39. & 40.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Mat. 1.

CONclusio est affirmans, quam probat primum ex scriptura diuina Matthæi. 1. antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Hoc idem patet ex euidenti ratione. Nam in Spiritu sancto duplex est habitudo ad Christum conceptum, videlicet, consubstantialitatis ad personam assumentem, & causæ efficientis ad corpus assumptum, hæc autem præpositio, de, vtramque habitudinem designat, vt cum dicimus hominem aliquem esse de suo patre.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo illud tantum obseruandũ est, quod apud Græcos nulla est differentia inter, de, &, ex, hoc est, non habent duas præpositiones pro illis duabus, sed vnam tantum, & ideo in symbolo Apostolorum in illo versu, qui conceptus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, eadem est præpositio apud Græcos, & ideo non est posita prępositio, de, &, ex, causa differentiæ, vt nonnulli existimant. Hæc est annotatio Erasmi, veruntamen Diuus Thomas hîc in solutione 1. sequẽs Diuum Ambrosium, qui pluris habendus est quam Erasmus, docet hanc propositionem esse concedendam, corpus Christi ex Spiritu sancto fuisse conceptum, hanc verò negandam, corpus Christi de Spiritu sancto est conceptum, nam in priori significatur tantum efficientia, in posteriori consubstantialitas Spiritus sancti denotatur, quam nõ habet cum Christi corpore.

Erasmus.

Differentia est in his præpositionibus, de, &, ex. D. Thom.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Spiritus sanctus dici debeat pater Christi secundum carnem.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Spiritus sanctus debeat dici pater Christi secundum humanitatem. Quia secundum Philosoph*. in libro de Generatione animalium, pater dat principium actiuum in generatione, mater verò ministrat materiam. Sed beata Virgo dicitur mater Christi propter materiam quam in conceptione eius ministrauit. Ergo videtur, quòd etiam Spiritus sanctus possit dici pater eius, propter hoc, quòd fuit principium actiuum in conceptione ipsius. ¶ 2. Præterea, Sicut mentes aliorum sanctorum formantur per Spiritum sanctum, ita etiam corpus Christi est per Spiritum sanctum formatum. Sed alij sancti propter prædictam formationem dicuntur filij totius Trinitatis, & per consequens Spiritus sancti. Videtur ergo, quòd Christus debeat dici filius Spiritus sancti, in quantum corpus eius est à Spiritu sancto formatum. ¶ 3. Præterea, Deus dicitur pater noster secundum hoc, quod nos fecit, secundum illud Deuter. 32. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te & fecit, & creauit te? Sed Spiritus sanctus fecit corpus Christi, vt dictum est*. Ergo Spiritus sanctus debet dici pater Christi secundum corpus ab ipso formatum. ¶ Sed contra est, quod Augustin*. dicit in Enchir. Natus est Christus de Spiritu sancto non sicut filius, & de Maria virgine sicut filius.

178 3. di. 4. q. 1. ar. 2. q. 1. & q. 2. ad 1. & 4. & in expo. lit. ad 2. & 4. contra c. 47. & op. 3. c. 210. *li. 2. c. 3. & 4. to. 4.

arr. 1. huius quæst.

Enchi. c. 40 in prin. to. 3

¶ Respondeo dicendum, quòd nomina paternitatis & maternitatis & filiationis generationem consequuntur, non tamen quamlibet, sed propriè

priè generationem viuentium, & præcipuè animalium. Non enim dicimus, quòd ignis generatus, sit filius ignis generantis, nisi fortè secundum metaphoram, sed hoc solum dicimus in animalibus, quorum generatio est magis perfecta. Nec tamen omne quod in animalibus generatur, filiationis accipit nomen, sed solùm illud quòd generatur in similitudinem generantis. Vnde, sicut Augustinus* dicit, non dicimus quod capillus qui nascitur ex homine, sit filius hominis: nec etiam dicimus quod homo qui nascitur, sit filius feminis: quia nec capillus habet similitudinem hominis, nec homo qui nascitur ex femine, habet similitudinem feminis, sed hominis generãtis. Et si quidem perfecta sit similitudo, erit perfecta filiatio, tam in diuinis, quàm in humanis. Si autem sit similitudo imperfecta, erit etiam filiatio imperfecta. Sicut in homine est quædam similitudo Dei imperfecta, & in quantũ creatus est ad imaginem Dei; & in quantum recreatus est secundum similitudinem gratiæ. Et ideo vtroque modo potest homo dici filius Dei: & quia scilicet est creatus ad imaginem eius: & quia est ei assimilatus per gratiam. Est autem considerandum quòd illud quod de aliquo dicitur secundum perfectam rationem, non est dicendum de eo secundum rationem imperfectam: sicut quia Sortes dicitur naturaliter homo secundum propriam rationem hominis, nunquam dicitur homo secundum illam significationem, qua pictura hominis dicitur homo, licet fortè ipse assimiletur alteri homini. Christus autem est filius Dei secundum perfectam rationem filiationis: vnde quamuis secundum humanam naturam sit creatus & iustificatus, non tamen debet dici filius Dei, neque ratione creationis, neque ratione iustificationis, sed solùm ratione generationis æternæ, secundum quam est filius patris solius. Et ideo nullo modo debet dici Christus filius Spiritus sancti, nec etiam totius Trinitatis.

* Inch. c. 39. circa princ. to. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus conceptus est de Maria virgine materiam ministrante in similitudinem speciei: & ideo dicitur filius eius. Christus autem secundum quod homo, conceptus est de Spiritu sancto sicut de actiuo principio, non tamen secundum similitudinem speciei, sicut homo nascitur de patre suo: & ideo Christus non dicitur filius Spiritus sancti. ¶ Ad secundum dicendum, quòd homines, qui spiritualiter formantur à Spiritu sancto, non possunt dici filij Dei secundum perfectam rationem filiationis. Et ideo dicuntur filij Dei secũdũ filiationẽ imperfectã, quę est secũdũ similitudinẽ gratię, quę est à tota Trinitate. Sed de Christo est alia ratio: vt dictũ est*. Et similiter dicẽdũ est ad tertiũ

In corp. art.

SVMMA TEXTVS.

PRo explicatione huius quæstionis statuit Diuus Thomas nonnulla principia, primum est, quod nomina paternitatis & maternitatis, & filiationis, generationem consequuntur, non tamen quamlibet, sed propriè generationem viuentium, & præcipuè animalium, nõ enim dicimus quod ignis generatus sit filius ignis generantis nisi fortè secundum metaphoram, sed hoc dicimus in animalibus quorum generatio est perfecta, nec tamẽ omne quod generatur in animalibus filiationis accipit nomen, sed solum illud quod generatur in similitudinem generantis, vnde non dicimus quod capillus qui nascitur ex homine, sit filius hominis, quia capillus non habet similitudinẽ hominis. Deinde statuit D. Tho. aliud principium, quod si sit perfecta similitudo erit perfecta filiatio, tam in diuinis, quam in humanis, si autem sit similitudo imperfecta, erit etiam filiatio imperfecta, sicut in homine est quædam similitudo Dei imperfecta, in quantum creatus est ad imaginem Dei, & in quantum recreatus est secundum similitudinem gratiæ, & ideo vtroque modo potest homo dici filius Dei, & quia scilicet est creatus ad imaginem eius, & quia est ei assimilatus per gratiam. Tertium ponit principiũ D. Thomas, quod illud quod dicitur de aliquo secundũ perfectam rationẽ, nõ dicitur de eo-

Tria principia notãda.

dem ſecundum imperfectam rationem, ſicut quia Petrus dicitur naturaliter homo ſecundum rationem perfectam hominis, nunquam dicitur pictus homo, quæ eſt imperfecta ratio hominis. Ex his deducit D. Thomas talé
Concluſio. concluſionem. Chriſtus nullo modo debet dici Filius Spiritus ſancti, ac totius Trinitatis, nam Chriſtus eſt filius Dei ſecundum perfectam rationem filiationis, ideò non debet dici filius Dei nec ratione creationis, nec ratione iuſtificationis, ſed ſolum ratione generationis æternæ, ſecundum quam eſt filius patris ſolius. Sed & alia ratione probat Diuus Thomas in ſolutione primi, quod Spiritus ſanctus non ſit pater Chriſti ſecundum carnem, nam licet Chriſtus ſit conceptus de Spiritu ſancto, ſicut ex principio actiuo in quantum homo eſt, non tamen ſecundum ſimilitudinem ſpeciei, ſicut homo naſcitur de patre ſuo, vnde non poteſt dici filius Spiritus ſancti.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo dubium eſt, vtrùm Chriſtus ſecundum carnem ſit filius adoptiuus Spiritus ſancti? De qua re dicit nonnulla Ca-
Capreol. Durand. preolus in 3. di. 4. q. 1. Et Durandus in eadem diſtin. quæſt. 1. tenet, quod licet Chriſtus non debeat dici abſolutè filius Spiritus ſancti, tamen poteſt dici filius Spiritus ſancti cum determinatione dupla, ita vt vna ſit à parte ſubiecti, altera à parte prædicati, vt dicendo quod Chriſtus in quantum homo eſt filius Spiritus ſancti per creationem vel adoptionem. Et de filio per creationem, patet quia Chriſtus in quantum homo eſt creatura. De filio verò per adoptionem, patet idem, quia Chriſto ſecundum quod homo datus eſt ſpiritus, & non ad menſuram, & natura humana Chriſti eſt adoptata ab Spiritu ſancto. Inquit tamen Durandus, quod ſecundum hanc rationem non eſt magis filius Spiritus ſancti Chriſtus, quam patris, aut quam fuerit totius Trinitatis, quia opus creationis & infuſio gratiæ ſunt indiſtinctè à tota Trinitate, & à qualibet perſona, ſecundum rationem tamen magis dicitur hoc de Spiritu ſancto, quia opus incarnationis ſpecialiter Spiritui ſancto attribuitur, ſicut dona gratiæ ei attribuuntur: inter dona autem gratiæ illud videtur eſſe potiſsimum. Sed in hoc diſcurſu fallitur omnino Durandus. Pro cuius expoſitione ſciendum eſt ſimpliciter falſum eſſe Chriſtum eſſe filium adoptiuum Spiritus ſancti, aut eſſe
Chriſtus nō eſt filius adoptiuus Spiritus ſancti. creatum ab Spiritu ſancto, Chriſtus namque eſt nomē diuinæ perſonæ humanatæ, at diuina perſona non eſt aut poteſt eſſe filius adoptiuus, aut filius ex creatione, imò quælibet perſona diuina eſt pater vniuerſorum ſiue ſecundum ſpiritum adoptionis, ſiue ſecundum creationem. Illud etiam ſciendum eſt, quod ſi quæratur, vtrum Chriſtus in quantum homo ſit filius Spiritus ſancti, adhuc diſtinguendum eſt, & explicanda diſtinctio hoc pacto. Si enim dictio reduplicatiua reduplicet ſuprà perſonam, falſa eſt propoſitio, & errorem cōtinet, nam perſona Chriſti, vt iam dictum eſt, eſt Dominus vniuerſorum, non filius per adoptionem aut creationem, ſi verò dictio reduplicatiua reduplicet ſuprà naturam, propoſitio vera ab aliquibus iudicatur; exiſtimantque namque quod facit iſtum ſenſum, verum. Natura humana Chriſti eſt adoptata ab Spiritu ſancto, eſt electa in adoptionem, illi datus eſt ſpiritus gratiæ. Sed horum deceptio eſt manifeſta, quod hiſce argumentis demonſtro, tum quoniam humana natura propriè non eſt filia, tum verò quia natura humana Chriſti ad vlteriora eſt euecta, nempè ad vnionem hypoſtaticam, quod eſt longè maior dignitas quam eſſe electam, vel prædeſtinatam in adoptionem filiorum, de qua re memini me diſputaſſe latiſsimè in ſuperioribus, quapropter hic à longiori ſermone abſtinendum eſt.

Dubium. Solutio.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm beata Virgo aliquid actiuè egerit in conceptione corporis Chriſti.

179 Infr. q. 33. arti. 4. ad 2. & 3. diſt. 3. q. 2. ar. 1. *lib. 3. c. 2. parum ante med.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd beata Virgo aliquid actiuè egerit in conceptione corporis Chriſti. Dicit enim Damaſcenus * in 3. libro, quòd Spiritus ſanctus ſuperuenit Virgini, purgans ipſam, & virtutem ſuſceptiuam verbi Dei tribuens, ſimul autem & generatiuam. Sed virtutem generatiuam paſsiuam habebat à natura, ſicut & quælibet fœmina. Ergo dedit ei virtutem generatiuam actiuam, & ſic aliquid actiuè egit in conceptione Chriſti. ¶ 2. Præterea, Omnes virtutes animæ vegetabilis ſunt virtutes actiuæ: ſicut Comment. dicit in 2. de Anima. Sed potentia generatiua, tam in mare, quàm in fœmina pertinet ad animam vegetabilé: ergo tam in mare, quàm in fœmina actiuè operatur ad conceptionē prolis.

¶ 3. Præ-

¶ 3. Præterea, Fœmina ad conceptionem prolis materiam ministrat, ex qua naturaliter corpus prolis formatur. Sed natura est principium motus intrinsecum, ergo videtur, quòd in ipsa materia quam beata Virgo ministrauit ad conceptum Christi, fuerit aliquod principium actiuum. ¶ Sed contra est, quòd principium actiuum in generatione dicitur ratio seminalis. Sed sicut li.10.c.20. to.3. Augustin*. dicit 10. super Genes. ad literam, corpus Christi in sola materia corporali, per diuinam conceptionis formationisque rationem de Virgine assumptum est, non autem secundum aliquam rationem seminalem humanã. Ergo beata Virgo nihil actiuè fecit in conceptione corporis Christi.

¶ Respondeo dicendum, quòd quidam dicunt beatam Virginem aliquid actiuè operatam esse in conceptione Christi, & naturali virtute, & supernaturali. Naturali quidem virtute, quia ponunt quòd in qualibet materia naturali est aliquod actiuum principiũ: alioquin credunt, quòd non esset transmutatio naturalis. In quo decipiuntur: quia transmutatio dicitur naturalis, propter principium intrinsecum, non solùm actiuum, sed etiam passiuũ. li.8.tex.29. 30.31.32. &c. tom.2. Expressè enim dicit Philosop*. in 8. Physic. quòd in grauibus & leuibus est principium passiuum motus naturalis & non actiuum. Nec est possibile, quòd materia agat ad sui formationem: quia non est actu. Nec est etiam possibile, quòd aliquid moueat seipsum, nisi diuidatur in duas partes, quarum vna sit mouens, & alia sit mota: quod in solis animatis contingit: vt probatur 8. li.8.tex.30 to.2. Physic*. Supernaturali autem virtute: quia dicunt ad matrem requiri, quòd non solum materiam ministret (quæ est sanguis menstruus) sed etiam semẽ, quod commixtum virili semini habet virtutem actiuam in generatione. Et quia in beata Virgine nulla fuit facta resolutio seminis propter integerrimam eius virginitatem, dicunt quòd Spiritus sanctus supernaturaliter ei tribuit virtutem actiuam in conceptione corporis Christi, quam aliæ matres habent per semen resolutum. Sed hoc non potest stare, quia cùm quælibet res sit propter suam operationem (vt dicitur secundo de Cælo*) natura non distingueret ad opus generationis sexum maris & fœminæ, nisi esset distincta operatio maris ab operatione fœminæ. In generatione autem distinguitur operatio agentis & patientis. Vnde relinquitur quòd tota virtus actiua sit ex parte maris: passio autem ex parte fœminæ: Propter quod in plantis, in quibus vtraque vis commiscetur, non est distinctio maris & fœminæ. Quia igitur beata Virgo non hoc accepit, vt esset pater Christi, sed mater, consequens est quòd non acceperit potentiam actiuam in conceptione Christi: siue aliquid egerit, ex quo sequitur ipsam fuisse patrem Christi: siue nihil egerit (vt quidam dicunt) ex quo sequitur huiusmodi potentiam actiuam sibi frustrà fuisse collatam. Et ideo dicendum est, quòd in ipsa conceptione Christi, beata Virgo nihil actiuè operata est, sed solã materiam ministrauit. Operata tamen est ante conceptionem aliquid actiuè, præparando materiam; vt esset apta conceptui. li.2.tex.17. to.2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illa conceptio tria priuilegia habuit, scilicet quòd esset sine peccato originali: quòd esset non puri hominis, sed Dei & hominis: item quòd esset conceptio Virginis. Et hæc tria habuit à Spiritu sancto. Et ideo dicit Damascenus* quantum ad primum, quòd Spiritus sanctus superueniet Virgini purgans ipsam, id est præseruans, ne cum peccato originali conciperet. Quantum ad secundum dicit, & virtutem susceptiuam verbi Dei tribuẽs, id est, vt conciperet verbum Dei. Quan- loco citato in arg.

tum autem ad tertium dicit, simul autem & generatiuam, vt scilicet manens virgo posset generare, non quidem actiuè, sed passiuè : sicut aliæ matres hoc consequuntur ex semine viri. ¶ Ad secundum dicendum, quòd potentia generatiua in fœmina est imperfecta respectu potentiæ generatiuæ, quæ est in mare. Et ideo sicut in artibus, ars inferior disponit materiam: ars autem superior inducit formam, vt dicitur in 2. Physic*. ita etiam virtus generatiua fœminæ præparat materiam, virtus autem actiua maris format materiam præparatam. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ad hoc quòd transmutatio sit naturalis, non requiritur, quòd in materia sit principium actiuũ, sed solùm passiuum: vt dictum est*.

lib.2.Phys. text.25.to. 8.

In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

1.Cõclusio 2.Cõclusio

PRima conclusio, in conceptione Christi nihil operata est actiuè beata Virgo. ¶ Secunda conclusio, ante conceptionem aliquid operata est actiuè beata Virgo præparando materiam, vt esset apta conceptui. Probationes Diui Thomæ sic procedunt. Dicit enim Diuus Thomas, quod quamuis quidam dicant beatam Virginem aliquid esse actiuè operatam in conceptione Christi, & naturali virtute, & supernaturali, ponentes in qualibet materia naturali esse aliquod principium actiuum ad transmutationem naturalem, decipiuntur tamen, quia transmutatio naturalis dicitur propter principium intrinsecum, non solum actiuum, sed etiam passiuum, vt

Philosoph.

dicit Philosoph. in 8. Physic. & impossibile est, quod materia agat ad sui formationem, quia non est actu, nec aliquid mouet seipsum nisi diuidatur, vt aliquid sit mouens, & aliud motum. In supernaturali etiam virtute dicebant, ad matrem pertinere non solùm materiam ministrare, sed etiam semen: quod commixtum semini virili habet virtutem actiuam in generatione, quam ei dedit Spiritus sanctus. Et cum in Maria nulla fuerit resolutio seminis propter eius integerrimam virginitatem, asserunt Spiritum sanctum ei supernaturaliter tribuisse virtutem actiuam, quam aliæ matres habent per semen resolutum. Sed hoc non potest stare: quia cum quælibet res sit propter suam operationem, natura non distingueret opus generationis sexuũ maris & fœminę, nisi esset distincta operatio maris ab operatione fœminę. In tota generatione autem distinguitur operatio agentis, & patientis. Vnde relinquitur, quod tota virtus actiua sit ex parte maris: passio autem ex parte fœminę. Propter quod in plantis, in quibus vtraquevis commiscetur, non est distinctio maris & fœminę. Et ideo dicendum est, beatam Virginẽ in conceptione Christi nihil actiuè operatam esse, sed solum materiam ministrasse: quia mater esse debebat, & non pater: operata tamen est ante conceptionem aliquid actiuè, præparando materiã; vt esset apta conceptui.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo est quæstio grauis ac difficilis, vtrùm beata Maria habuerit vim actiuam in conceptione filij sui, an potiùs tantũ passiuam? Pro introductione huius quæstionis sciendum est fuisse antiquum placitum Theologorum beatam Virginem aliquid esse actiuè operatam in conceptione Christi, & naturali virtute & supernaturali: cuius meminit hìc Diuus Thomas, & amplectuntur hoc placitum Scotus in 3. dist. 4. quæst. 1. Maior. quæst. 3. Gabriel. quæst. vnica, & probant esse verum his argumentis. ¶ Primum, Christus Dominus fuit quam simillimus B. Virgini, vt habet vetus historia, ergo in beata Virgine fuit virtus ad asimilandum sibi filium suum. ¶ Secundò probant, quia beata Virgo excellit omnes matres, ergo hac prærogatiua donanda est, vt habuerit vim actiuam in conceptione Christi. ¶ Tertiò, beata Maria fuit plus mater filij sui, quam cæteræ mulieres filiorũ suorum. ¶ Quartò, Diuus Damascenus lib. 3. de fide ca. 2. docet, quod Spiritus sanctus dedit Marię virtutem susceptiuam verbi diuini, atque etiam generatiuam, generare verò est agere. ¶ Quintò, arguitur ex autoritate doctissimorum virorum, qui constanter affirmant, omnes fœminas concurrere actiuè in conceptione filiorum suorum, habereque semen imperfectum, quo etiam organizatur corpus. Autores huius sententiæ sunt Galenus, Auicenna, & ex Theologis Scotus, & alij viri docti. Et possumus nos adiuuare istam opinionem, probando quòd aliqua creatura virtute diuina possit concurrere efficienter ad vnionem hypostaticam, & copulare humanitatem verbo diuino, & sic non erit improbabile, quod beata Virgo ex munere diuino copulauerit humanitatem verbo diuino, nam anima Christi Domini per virtutem nutritiuam conuertebat cibum, quem comedebat Iesus in substantiam aliti, ergo faciebat quod aliqua pars materiæ de nouo cõueretur in substantiã Chri, & vniretur ei hypostaticè,

Vtrũ B. Virgo cõcurrat actiuè ad conceptionem filij sui.

Scotus. Maior. Gabr.

Prim. argu.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Galenus, Auicenna.

Sextum.

Septimum.

ſtaticæ haberetque eſſe diuinũ. Deinde quando Chriſtus augebatur in virtute animæ ſuæ, nouæ partes materiæ ei generabantur & vniebantur ſecundum ſubſtantiam, & perſonam, ergo creatura poteſt humanitatem, vel ſaltem materiam verbo diuino copulare, poterit ergo hæc prærogatiua B. Marię concedi. ¶ Vltimò, anima Chriſti Domini à corpore ſeparata virtute diuinitatis vniuit ſeipſam corpori, & ſic fuit cauſa ſuæ reſurrectionis, & copulauit eſſe diuinũ humanitati, quæ in triduo mortis ab eo erat ſeparata, ergo creatura virtute diuina poteſt copulare humanitatem verbo diuino. Hæc diſputatio propoſita in magnã nos cõijciebat diſputationẽ phyſicã. Vtrũ matres in generatione filiorũ cõcurrant actiuè, an potius paſsiuè tantũmodo, quæ magnoperè cõtrouerſa eſt inter phyſicos ex vna parte, & medicos ex altera, imò verò neq; omnes philoſophi inter ſe rectè conſentiũt, neq; Theologi quidẽ, qui de hac re diſputant. Nos autẽ omiſsis phyſicis diſputationibus tantummodo producemus in mediũ rationes ex diuina Theologia ad oſtendendũ, quod mater Chriſti in conceptione filij ſui nihil actiuè fuerit operata, & ſic facilè erit intelligere ex iſtis rationibus cæteras mulieres nõ actiuè, ſed paſsiuè concurrere in cõceptione filiorum. Prima probatio, Chriſtus ſecundũ fidẽ catholicã nõ deſcẽdit ab Adã ſecundũ ſeminalẽ rationẽ in ratione principij actiui, ſiquidẽ Spiritus ſanctus fuit principiũ actiuũ conceptionis Chriſti, at ſi B. Virgo concurrit actiuè in generatione filij ſui per emiſsionẽ ſeminis, conſequens eſt, quod Chriſtus deſcẽdat ab Adã per virtutẽ ſeminalẽ, & per generationẽ actiuã, quod dogma alienum eſt à vera Theologia. Secũda probatio, B. Maria nõ eſt paſſa delectationẽ venereã, aut libidinoſam, at ſi per emiſsionẽ ſeminis concurrit actiuè in conceptione filij ſui, conſequens eſt, quod paſſa ſit delectationem venereã aut libidinoſam, quod non rectè cohęret cum illibata virginitate Mariæ. Tertia probatio, corpus Domini ſecundum fidem fuit formatum ex virginali & puriſsimo ſanguine Mariæ, vt habitum eſt in præcedenti quæſtione, articulo 5. Sed puriſsimus ſanguis ille dicitur, qui non habet admixtum ſemen nec virile, nec fœmineum, & certè non benè ſonat, quod Chriſtus Dominus fuerit conceptus ex humano ſemine, ſemen autem mulieris eſt ſemen humanum. Quarta probatio, eſt prorſus impoſsibile, & continet euidẽtem contradictionem, quod aliqua creatura attingat efficienter ad generationem Chriſti, quod ſic demonſtro, nam generatio Chriſti non per ſe terminatur ad humanitatem, ſed

Vltimum.

Mater Chriſti in conceptione filij nihil fuit actiue operata.

ad verbum Dei ſubſiſtens in humana natura, ſed eſt omnino impoſsibile, quod aliqua creatura attingat efficienter verbũ diuinum vniẽdo illud, & copulando illud humanitati, ergo eſt impoſsibile, quod aliqua creatura concurrat efficienter ad generationem Chriſti, ſicut eſt impoſsibile, quod concurrat effectiuè ad vnionem hypoſtaticam. Ex dictis facilè eſt intelligere, quomodo ſolus Spiritus ſanctus ſit actiuum principiũ conceptionis Chriſti: quæ doctrina ſic intelligenda eſt. B. Virgo actiuè concurrit producẽdo ſanguinem puriſsimũ, deducendoq; illum ad locũ generationis, & præparando, & diſponendo vt eſſet materia apta cõceptui, quanquã iſtas actiones habuit etiam cooperante Spiritu ſancto, qui eſt veluti architectus conceptionis Chriſti, Maria verò habuit ſe veluti artifex inferior præparando, & ſubminiſtrãdo materiã architecto operis faciẽdi. Verũ in ipſo inſtãti cõceptionis ceſſauit actio Mariæ, nã Spiritus ſanctus ſine mora tẽporis in inſtanti ędificauit corpus dominicum, ſanguinẽ Mariæ conuertens in membra Chriſti interiora, & exteriora ea diſtinguens & conſolidans: poſt conceptum Chriſti Maria aluit fœtum, & auxit illum more cæterarum mulierũ per nouem menſiũ ſpaciũ. Hęc eſt vera doctrina, & Theologica. ¶ Ad argumenta in contrarium. Ad primũ reſponde tur, quod mater ſubminiſtrat, & præparat efficienter materiã, ex qua fœtus formetur, imò eſt cauſa materiæ proximæ filij, & ideo filius ei aſsimilatur, falluntur tamen arguentes à negata efficientia reſpectu conceptionis & generationis filij ad inferendum negari omnem efficiẽtiam reſpectu filij. ¶ Ad ſecundũ argumẽtũ reſpondetur, quod B. Virgo in multis alijs excellit omnes matres, eſt enim omnium digniſsimã, ſed non in hoc, quod concurrit actiuè ad formationem corporis Chriſti, imò alię matres habent efficientiã in multis, in quibus beata Virgo non habuit efficientiam, cuiuſmodi eſt attrahere ſemen viri, immiſcereque cum ſuis ſanguinibus. ¶ Ad tertium reſpondetur, nego quod beata Maria fuerit plus mater Chriſti, quam cæteræ mulieres filiorũ ſuorum, quod attinet ad formationem corporis Chriſti, exiſtimo enim quòd beata Virgo nõ habuit aliam vim actiuam in cõceptione prolis, quam habeant cæteræ mulieres in conceptione filiorum ſuorũ. ¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd ſi Scotus ponderaſſet verba Damaſceni nunquam ſenſiſſet cõtra Diuum Thom. nã poſtquam dixit Damaſ. Spiritum ſanctum dediſſe Mariæ vim ſuſceptiuam verbi & generatiuam, continuò ſubdit: & ipſe conſtruxit ſibi animatam carnem

Ad argum.
Ad primũ.
Ad ſecũdũ.
Ad tertium.
Ad quartũ.

ex purissimis sanguinibus Mariæ, ex quibus verbis liquido constat constructionem, & formationem corporis Christi soli Spiritui sancto tribuisse. Dedit ergo Spiritus sanctus Mariæ posse generare non actiuè, sed passiuè virtute Spiritus sancti, quod aliæ mulieres cõ
Ad quintũ. sequuntur ex virili semine. ¶ Ad quintum argumentum respondetur, Aristot. dogma, & peripateticum, quod fœmina in conceptione non concurrat actiuè, est magis consentaneũ diuinæ Theologiæ, quam Galenicum, confitemur namque carnem Christi non fuisse cõceptam ex humano sanguine, sed ex Spiritu
Ad alia argumenta. sancto. ¶ Ad alia argumenta quæ fecimus in fauorem opinionis Scoti dico potuisse quidẽ Mariam virtute diuina coagulasse sanguinẽ, organizasse corpus & in membra distinxisse, potuisse verò copulare humanitatem verbo diuino inter res impossibiles constituo, & ad argumenta in contrarium respondetur, quòd postquam semelverbum diuinum factum est caro, & esse Dei est communicatum humanitati, virtus quæ nutriebat, & augebat humanitatẽ Christi ex consequẽti faciebat, quod nouæ partes materiæ vnirentur Christo substãtialiter & hypostaticè, cæterum quod aliqua creatura efficiat, vt Deus sit homo inopinabile est. Item dico ad illa argumenta, quod in Christi nutritione, & augmẽtatione, & resurrectione hæc omnia fiebant virtute diuinitatis vnitæ substantialiter animæ, & ideo illa anima non erat purè creatura, habebat enim esse diuinum. Quod nos docuimus est, quod pura creatura non potest efficere vnionem hypostaticam. Et hæc de quæstione Theologica sufficiant, physicam quęstionem disputat hic
Caietan. dominus Caietanus, & fusius 2.2.q.154.ar.12.

QVAESTIO XXXIII.

De modo & Ordine conceptionis Christi, in quatuor articulos diuisa.

¶ De qua disputant Doctores in 3. sentẽt. d. 3.

DEinde considerãdum est de modo & ordine conceptionis Christi. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrũ corpus Christi in primo instãti cõceptionis fuerit formatũ. ¶ Secũdò, vtrũ in primo instãti cõceptionis fuerit animatũ. ¶ Tertiò, vtrũ in primo instãti cõceptionis fuerit àverbo assumptum. ¶ Quartò, vtrùm conceptio illa fuerit naturalis vel miraculosa.

Summa Articulorum. 1. 11. 111. & 1111.

CONclusio articuli primi est affirmatiua, adhibet tamen D. Tho. explicationem necessariam, quòd ante ipsum instans cõceptionis fuit motus localis sanguinis ad locum generationis, & post instãs cõceptionis fuit augmentũ corporis per quod deducitur ad perfectã quantitatem. Itaq; in cõceptione Chri tria sunt considerandа, primum, motus localis sanguinis ad locũ generationis, secundum formatio ipsi⁹ corporis, tertium augmentũ corporis. Primũ & tertiũ sunt facta in tẽpore, secundum verò in instãti

Conclusio.

180 3.di.3.q.5. art.2. & 4. contra c.44

¶ In articulo primo est quę stio grauis. Vtrùm cõceptio carnis Christi, & infusio animæ, & vnio hypostatica fuerint simul in eodem instanti. A parte negatiua sic arguitur. Nã D. Aug. lib. 83. q. q. 56. super illa verba Ioan. 2. Quadraginta sex annis ędificatum est tẽplum hoc, inquit, itidẽ carnem Christi in vtero Virginis 46. diebus fuisse formatam, ergo nõ simul atque fuit concepta fuit formata.

*lib. 4. de Tri. c. 5. in prin. to. 3.

*l. 83. quæ. q. 56. in fi. to. 4.

Vtrũ cõceptio carnis Christi infusio animæ & vnio hypostatica sint in eodẽ instanti. Primum argumentũ.

D. Augus.

*li. 6. Phys. text. 37. 38. & 39. co. 2.

mata. ¶ Deinde ad formationem corporis Christi requiritur localis motus, quo sanguines beatæ Mariæ peruenirent ad locum generationis. Sed motus localis non potest fieri in instanti (vt constat ex Physica) ergo formatio corporis Christi Domini non fuit in instanti. ¶ Tertiò, postquam sanguis fuit delatus in locum generationis, adhuc requiritur organizatio, quæ non potest fieri in instanti, nã organizatio, vel est motus localis, vel non potest fieri sine motu, & transpositione partium. ¶ Quartò, & hoc est difficile argumentum, anima rationalis sicut quælibet alia forma naturalis requirit determinatam quantitatem in sua materia (vt constat ex Physica) sed in primo instãti cõceptionis Christi, corp⁹ Christi non habuit tantam quantitatem, quantam habẽt corpora aliorum hominũ quãdo animantur 46. die, aliàs vel fuisset citius natus, vel natus fuisset in maiori quantitate quam cæteri infantes, quorum primum est con-

Secundum.

Tertium.

q. 31. ar. 5.

Quartum.

7. li. 18. c. 35 in princip.

Ergo corpus Christi non fuit in instanti formatũ. ¶ 3. Præterea, Corpus Christi formatum est ex purissimis sanguinibus Virginis, vt suprà habitum est*. Non autem potuit esse materia illa in eodem instanti sanguis & caro: quia sic materia simul fuisset sub duabus formis. Ergo aliud fuit instans, in quo vltimo fuit sanguis, & aliud in quo primo fuit caro formata. Sed inter quælibet duo instantia est tempus medium, ergo corpus Christi non fuit in instãti formatum, sed per aliquod tempus. ¶ 4. Præterea, Sicut potẽtia augmẽtatiua requirit determinatũ tẽpus in suo actu, ita etiã & virtus generatiua: vtraq; enim est potentia naturalis, ad vegetatiuã animã pertinẽs. Sed corp⁹ Christi fuit determinato tempore augmẽtatum, sicut & aliorum hominũ corpora: dicitur enim Luc. 2. quòd proficiebat sapiẽtia & ętate, ergo videtur, quòd pari ratione formatio corporis eius quę pertinet ad vim generatiuã, nõ fuerit in instãti, sed determinato tẽpore, quo aliorum hominũ corpora formantur. ¶ Sed cõtra est, quod Gregor*. dicit 18. Moralium Angetra Diuum Augustinum. 4. de Trinitã. cap. 5. vbi probat Christum fuisse in vtero Virginis per nouem menses. Secundum est contra Leonem Papam in sermo. 4. de Epiphan. vbi inquit. Inuenerunt Magi puerum Iesum in nullo nũtiante, & Spiritu sancto adueniente, mox verbum in vtero, mox intra vterum verbum caro.

¶ Respondeo dicendũ, quòd in cõceptione corporis Christi tria est considerare. Primò quidem motum localem sanguinis ad locum generationis: secundò formationem corporis ex tali materia: tertiò autem augmentum, quo perducitur ad quantitatem perfectam. In quorum medio ratio conceptionis consistit, nam primum est conceptioni præambulum, tertium autem conceptionem cõsequitur. Primum autem non potuit esse in instãti: quia hoc est contra ipsam rationẽ motus localis corporis cuiuscũque, cuius partes successiuè subintrant locum. Similiter & tertium oportet esse successiuum: tum quia augmentum nõ est sine motu locali, tum etiam quia procedit ex virtute animæ iam in corpore formato operantis, quæ nõ operatur nisi in tempore. Sed ipsa formatio corporis, in qua principaliter ratio conceptionis cõsistit, fuit in instanti, duplici ratione. Primò quidem propter virtutem agentis infinitam, scilicet lo ab humanæ infantiæ generalitate discretum. Explicatur hoc euidẽtiùs, nam corpus Christi in primo instanti conceptionis vel habuit tantam quantitatem, quantam habere solent pueri in 46. die quando eis infunditur rationalis anima secũdum verã Philosophiã; vel minorẽ: si minorem, ergo est monstrũ, & contra naturam, quod anima rationalis infũdatur corpori non habenti debitam quãtitatem. Si verò dicas, quod habuit maiorem quãtitatem, ergo est mõstrum, & contra naturam, quòd in primo instanti conceptionis habuerit tãtam quantitatem, quantam habent alij infantes 46. die. Explicatur itẽ nam corpus Chri fuit formatum ex sanguinibus Virginis, alioquin nõ fuisset eius mater, vel ergo

go fuit formatum ex toto ſanguine,& ſic periret beata Virgo, vel ex magna parte,& idem ſequitur incommodum. Si dicas, quod ex paruiſsimis guttulis, oportet exponere quomodo habuerit debitam quantitatem vt eſſet homo,& vt haberet animam rationalem. ¶ Vltimò ſi corpus Chriſti fuit formatum & animatum anima rationali in primo inſtãti cõceptionis, ergo exiuit ex vtero ante nonum mẽſem, conſequentia probatur, nã cęteri infantes poſt animationẽ, & infuſionẽ animę non ſunt in vtero matris niſi per ſeptem aut octo menſes. Pro explicatione huius difficultatis ſciendũ eſt, quod Paulus Samoſathen⁹, & Neſtorius hæretici dixerũt carnem Chriſti prius fuiſſe cõceptam,& animatam, quam verbo diuino copularet, iſtinamque hæretici in Chriſto vnitatem perſonæ negabãt. Cõtra hos eſt concluſio, fidei. Conceptio carnis Domini & animę infuſio & vnio hypoſtatica fuerunt ſimul in eodem inſtanti. Iſta Spiritus ſancti, per quem corpus Chriſti eſt formatum, vt ſuprà dictũ eſt*. Tantò enim aliquod agens citius poteſt materiam diſponere, quantò maioris virtutis eſt. Vnde agens infinitæ virtutis, poteſt in inſtanti materiã diſponere ad debitã formam. Secundò, ex parte perſonę Filij, cuius corpus formabatur: nõ enim erat congruum vt corpus humanum aſſumeret niſi formatum. Si autem ante formationẽ perfectam aliquod tempus conceptionis præceſſiſſet, non poſſet tota cõceptio attribui filio Dei, quæ non attribuitur ei niſi ratione aſſumptionis. Et ideo in primo inſtanti, quo materia adunata peruenit ad locum generationis, fuit perfectè formatũ corpus Chriſti & aſſumptum. Et per hoc dicitur ipſe filius Dei conceptus: quod aliter dici non poſſet.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verbũ Auguſtin. vt vbique nõ refertur ad ſolam formationem corporis Chriſti, ſed ad formationem ſimul cum determinato augmento vſque ad tempus partus. Vnde ſecundum rationem illius numeri dicit perfici tempus nouem menſiũ, quo Chriſtus fuit in vtero Virginis. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd motus ille localis non comprehenditur infra ipſam cõceptionem, ſed eſt conceptioni præambulus.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd non eſt aſsignare vltimum inſtans, in quo materia illa fuit ſanguis, ſed eſt aſsignare vltimũ tempus, quod continuatur nullo interueniente medio ad primũ inſtans, in quo fuit caro Chriſti formata. Et hoc inſtans fuit terminus temporis motus localis materiæ ad locum generationis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd augmentum fit per potentiam augmẽtatiuam ipſius quod augetur. Sed formatio corporis fit per potentiam generatiuam, non eius qui generatur, ſed ipſius generantis ex ſemine, in quo operatur vis formatiua ab anima Patris deriuata. Corpus autem Chriſti non fuit formatum ex ſemine viri (ſicut ſuprà dictum eſt*) ſed ex operatione Spiritus ſancti, & ideo talis debuit eſſe formatio, vt Spiritum ſanctum deceret. Sed augmentum corporis Chriſti fuit factum ſecundum potentiam aug

Vltimum. *q. præ. ar. 1

Paulus Samoſathen⁹ Neſtorius.

Concluſio.

veritas diffinita eſt in ſexta generali ſynodo actione 11. vbi traditur, quòd in incarnatione verbi deitas non eſt copulata carni antè exiſtenti, imò nec per ictum oculi caro Chriſti fuit prius concepta quam aſſumpta. Idem docet Anaſthaſi⁹ Papa in fragmento epiſtolæ, quam habemus in additionib⁹ ad breuiarium in 2. tomo cõciliorum, vbi traditur, ſimul atq; beata Virgo pnuntiauit illa verba; Ecce ancilla Domini, &c. & conceptio carnis, & infuſio animæ & aſſumptio fuerunt abſoluta. Idẽ docet Damaſcen. lib. 3. de fide capit. 2. & Diuus Auguſtinus libro de fide ad Petrũ capit. 18. ſic decernit: firmiſſimè tene, & nullatenus dubites carnem Chriſti nõ prius fuiſſe conceptam ex Virgine quam à verbo aſſũpta. Idẽ docet mirabiliter Leo Papa dicens, quod verbũ Dei carnaliter eſt conceptum, & generatũ ex beata Virgine, ſicque dicit articulus fidei, qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine, ex quo ſic conficio argumentum fidei. Nã ſi caro

6. Synodus generalis.

Anaſtaſius Papa.

Damaſcen.

Auguſt.

Leo Papa.

*q. præ. ar. 3

si caro Christi fuit concepta, & genita antequam copularetur verbo, ergo verbum non est carnaliter conceptum & genitum ex beata Virgine, si quidem iam præcesserat carnis conceptio, & generatio. Hæc ratio est etiam adducta ex anathemate 5. Cyrilli. His accedit autoritas scripturæ Ioannis 1. Verbum caro factum est, at si ante caro erat facta, atque cõcepta, non verè dictum est, quod Verbũ caro factũ est, nam hac de causa dicitur, quod Verbũ fuerit factum caro, quia quãdo fiebat caro, vniebatur verbo diuino, & facta est Dei caro. Et probatur eadem sententia rationibus Theologicis. Prima ratio est, in primo instanti vnionis & assũptionis carnis filius Dei est conceptus de Spiritu sancto ex Maria Virgine, ergo in primo instanti habuit corpus formatũ, & animatum anima rationali. Consequentia probatur. Nam non decuit, vt filius Dei assumeret corpus nõ formatum & non perfectum, antecedens verò probatur, alio mentatiuã animæ Christi; quæ cùm sit specie conformis animæ nostræ, eodem modo debuit corpus illud augmentari, sicut & alia hominum corpora augmentantur, vt ex hoc ostenderetur veritas humanæ naturæ.

Cyrillus.

Ioan. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrùm corpus Christi fuerit animatum in primo instanti suæ conceptionis.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd corpus Christi non fuerit animatum in primo instanti suæ conceptionis. Dicit enim Leo Papa in Epistola ad Iulianum *: Non alterius naturæ erat caro Christi quam nostra, nec alio illi, quàm cæteris hominibus anima est inspirata principio. Sed alijs hominibus non infunditur anima in primo instanti suæ conceptionis, ergo nec corpori Christi anima debuit infundi in primo instanti suæ conceptionis.

¶ 2. Præterea, Anima sicut quælibet forma naturalis requirit determinatam quantitatem in sua materia. Sed in primo instanti conceptionis corpus Christi non habuit tantam quãtitatem, quantam habent corpora aliorum hominum, quando animantur: alioquin si continuè fuisset postmodũ augmentatum: vel citius fuisset natum, vel in sua natiuitate fuisset maioris quantitatis, quã alij infantes. Quorum primum est contra Augustinum *4. de Trinit. vbi probat eum spatio nouem mensium in vtero Virginis fuisse, secundum autem est contra Leonem Papam, qui in sermone Epiphaniæ dicit, quòd Magi viderunt & adorauerunt puerum Iesum in nullo ab humanæ infantiæ generalitate dissimilem. Non ergo corpus Christi fuit animatum in primo instanti suæ conceptionis. ¶ 3. Præterea, Vbicunque est prius & posterius, oportet esse plura instantia. Sed secundum Philosophũ in libro de Generatione animalium, in generatione hominis requiritur prius & posterius: prius enim est viuum, & postea animal, & postea homo. Ergo non potuit animatio Christi perfici in primo instanti suæ conceptionis. ¶ Sed contra est, quod Damasc. dicit in 3. lib. Simul caro, simul Dei qui non totã conceptio tribueretur filio Dei, si intercederet aliquod temporis spatium, in quo filius Dei non esset conceptus. Secunda probatio, si formatio corporis facta est succesiuè more aliorum infantium, consequens est quod prius fuerit conceptus embryo, antequam corpus Christi fuisset formatum, & sic embryo fuisset conceptus de Spiritu sancto. Tertia ratio, in formatione corporis humani est necessaria successio temporis ex resistentia passi, & ex imbecillitate agentis, sed autor huius admirandæ conceptionis, & formationis est Spiritus sanctus, qui est agens infinitæ virtutis, ergo. ¶ Denique probandum est, quod non prius caro Christi fuerit concepta, & animata anima rationali, quam fuerit à Verbo assumpta, nam aliqui sequitur, quod Verbum diuinum assumpsisset personam, & non tantum naturam. Patet sequela, nam illa caro animata anima rationali nondum à Verbo assumpta homo erat per se subsistens.

*lib. 4. ca. 5. to. 3.

* In serm. 4. circa mẽdium illius inci. hiesera Iustũ & rationabiles

†li. 2. ca. 4. to. 4.

†li. 5. ca. 9. à med.

181 3. di. 3. q. 5. arti. 2. ad 3. & 4. contra c. 44. & 45. ad 2. & op. 3. ca. 223. & 224. & Io. 1. le. 15. co. 2. & c. 2. le. 3. col. 3. Rationes Theologiæ *Est epi. 11. ad Iulianũ Epis. Coensem, non remote à fine illius.

sistens. Item sequitur, quod verbum Dei non esset carnaliter conceptum ex Virgine Maria, siquidem conceptio, & generatio illius carnis iam præfuerat. ¶ Ad argumenta in principio facta. Ad primum respondetur, quod licet corpus Christi in instanti primo habuerit omnia membra, & lineamenta, non tamen in ea quantitate, quam habuisset, si quadraginta sex diebus fuisset formatum, sed ad tantam quantitatem peruenit spatio quadraginta sex dierum, vnde Diuus Augustinus est exponendus de perfectione quantitatiua, & non de perfectione necessaria ad corporis formationem, & organizationem, & ideo licet inter formationem Christi, & aliorum sit differentia temporis, quia Christi corpus in instanti formatum est, aliorum verò in quadraginta sex diebus, inter perfectionem tamen quantitatiuam solitam perfici in quadraginta sex diebus in masculis, nulla versatur differentia, & hoc est, quod dicit Diuus Augustinus.

Ad argum. Ad primū.

* In symb. Apost.

* q. 6. art. 1. Explicatur D. Augustin.

verbi caro, simul caro animata anima rationali & intellectuali.

¶ Respondeo dicendū, quòd ad hoc quòd conceptio ipsi filio Dei attribuatur (vt in Symbolo * confitemur, dicentes. Qui conceptus est de Spiritu sancto) necesse est dicere, quòd ipsum corpus Christi, dum conciperetur, esset à verbo Dei assumptum. Ostensum est autem suprà, * quòd verbum Dei assumpsit corpus mediante anima, & animam mediante spiritu, id est intellectu. Vnde oportuit quòd in primo instanti cōceptionis corpus Christi esset animatum anima rationali.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd principium inspirationis animæ, potest considerari dupliciter. Vno modo secundum dispositionē corporis: & sic nō ab alio principio inspirata est anima corpori Christi, & corporibus aliorum hominum: sicut enim statim formato corpore alterius hominis, infunditur anima, ita fuit in Christo. Alio modo potest considerari dictum principium solùm secūdum tempus: & sic quia prius tempore formatum fuit

Hæc solutio est Domini Caietani, & necessariò amplectenda, nam si corpus Christi in primo instanti habuisset quantitatem, quam alij habent in quadragesimo sexto die exijsset ex vtero ante nonum mensem, cæteri si quidem infantes post animationem non sunt in vtero materno nisi per septē, aut octo menses. ¶ Ad secundum argumentum dicendum est, quod ille motus localis inter præambula ad conceptionem, & corporis formationem numerādus est, quare inde nō sequitur, quod formatio corporis fiat in tēpore. ¶ Ad tertium argumentū respōdetur, quod organizatio corporis fit in instanti, quanquam ad eam prærequiratur motus localis, quemadmodum generatio rei naturalis in instanti fit, licet precedant alterationes, & dispositionesque in tempore fiunt. Quanquam ego nō video esse exploratum in doctrina Diui Thomæ oportere fieri organizationem in instanti, quamobrem

Caietan.

Ad secūdū

Ad tertium

perfectè corpus Christi, priustempore fuit etiam animatum. ¶ Ad secundum dicendū, quòd anima requirit debitam quantitatem in materia, cui infunditur, sed ista quantitas quandam latitudinem habet: quia & in maiori & in minori quantitate saluatur. Quantitas autem corporis, quam habet cùm primò sibi infunditur anima, proportionatur quantitati perfectæ, ad quam per augmentum perueniet: ita scilicet quòd maiorum hominum maiorem quantitatem corpora habent in prima animatione. Christus autem in perfecta ætate habuit decentem & mediocrem quantitatem, cui proportionabatur quantitas quam corpus eius habuit in tempore, quo aliorum hominum corpora animantur: minorem tamen habuit in principio suæ conceptionis. Sed tamen illa parua quantitas non erat tam parua, vt in ea non posset ratio animati corporis conseruari, cùm in tali quantitate quorundam paruorum hominum corpora animentur. ¶ Ad tertium dicendum, quòd in generatione aliorū hominū

rem potest dici, quod organizatio præcedit tempore ipsam corporis formationem sicut aliæ dispositiones præuiæ introducentes animam rationalem. Sed rectior est prior solutio. ¶ Ad quartum argumentum, quod est difficile, respondetur ex doctrina Diui Thomæ in articulo secundo ad secundum, quod quantitas requisita in materia, cui rationalis anima infunditur, habet latitudinem, vnde in prima animatione secundum quod homo est futurus maior, vel minor in ætate perfecta habet maiorem, vel minorem quantitatem proportionatam ei, quam est habiturus in perfecta ætate. Dicimus ergo ad argumenti confutationē, quod Christus in primo instanti conceptionis non habuit eā quantitatem, quæ proportionata est quātitati, quam habiturus erat in perfecta ætate, & ideo postmodū creuit in proportionata quantitate spatio quadraginta sex dierum, quo aliorum hominum corpora animantur. Nihilominus dicimus quod illa parua quantitas erat sufficiens ad infusionem animæ rationalis alterius hominis staturæ non adeò perfectæ. Hæc est doctrina Diui Thomæ maxi. nè obseruanda, ex qua facilè confutantur confirmationes quarti argumenti, atque etiam quintum argumentū principale.

Ad quartū eū suis confirmationibus.

*loco citato in argu.

182 *3.d.2.q.2. art.3. & di. 3.q.5.ar. 2. & 4. contra 6.44. & 45.

locum habet quod dicit Philoso. * propter hoc quòd succesiuè corpus formatur & disponitur ad animam. Vnde primò tanquam imperfectè dispositum, recipit animam imperfectam: & postmodum quando perfectè est dispositum, recipit animam perfectam. Sed corpus Christi propter infinitam virtutem agentis fuit perfectè dispositum in instanti, vnde statim in primo instanti recepit formam perfectam, id est animā rationalem.

ARTICVLVS III.

Vtrùm corpus Christi in primo instāti suæ conceptionis fuerit à Verbo assumptum.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd caro Christi prius fuerit concepta, & postmodū assumpta. Quod enim non est, non potest assumi. Sed caro Christi per conceptionem esse incepit. Ergo videtur, quòd fuerit assumpta à verbo Dei, post quam fuit concepta.

¶ 2. Præterea, Caro Christi fuit assumpta à verbo Dei mediante anima rationali. Sed in termino conceptionis accepit animam rationalem. Ergo in termino conceptionis fuit assumpta, sed in termino conceptionis dicitur iam cōcepta: Ergo prius fuit concepta & postmodum assumpta. ¶ 3. Præterea, In omni genera to prius tēpore est id quod est imperfectum, eo, quod est perfectum: vt patet per Philosophum in 9. Metaph.* Sed corpus Christi est quiddam generatum. Ergo ad vltimam perfectionem, quæ consistit in vnione ad verbum Dei, non statim in primo instanti conceptionis peruenit, sed primò fuit caro concepta, & postmodum assumpta. ¶ Sed contra est, quod Aug.* dicit in lib. de fide ad Petrum: Firmissimè tene & nullatenus dubites, carnem Christi non fuisse conceptam in vtero Virginis, priusquam susciperetur à Verbo.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut suprà dictum est*) propriè dicimus Deum factum esse hominem, nō autem propriè dicimus, quòd homo factus sit Deus: quia scilicet Deus assumpsit sibi id quod est hominis, non autem præextitit id quod est hominis, quasi per se subsistens antequam susciperetur. Nihilominus dicimus quod illa parua quantitas erat sufficiens ad infusionem animæ rationalis alterius hominis staturæ non adeò perfectæ. Hæc est doctrina Diui Thomæ maxi. nè obseruanda, ex qua facilè confutantur confirmationes quarti argumenti, atque etiam quintum argumentū principale.

Conclusio art. 2.

Conclusio artic. secundi est affirmatiua, & est de fide catholica, vt patet ex probationibus quæ *1 9.tex.13 to.3. sunt adductæ in præcedenti articulo.

Conclusio art. 3.

Conclusio art. tertij est affirmans, & de fide catholica, prout demōstratum est in primo articulo huius quæstionis.

Conclusio art.4. *cap.18.in princ.to.3.

Conclusio art. quarti est, Conceptio ista simpliciter est miraculosa, quamuis secundum quid sit naturalis, videlicet, ex parte materiæ ministratæ à matre, ex parte tamen virtutis actiuæ est supernaturalis, sed vnumquodque magis iudicatur secundum formam, quam secundum materiam, & similiter secundum agens, quam

*q.16.ar.6 & 7.

quam secundum patiens, & ideo conceptio Christi simpliciter est miraculosa, & supernaturalis. ¶ In hoc articulo 4. dubium est, vtrùm beata Virgo fuerit mater Domini miraculo an natura? Certè Diuus Ambrosius in libro de Dominicæ incarnationis sacramento capit. 6. dicit Mariam & fuisse miraculo matrem Dei, & naturaliter. Nam quędam miraculo danda sunt, vt quod Virgo concipiat, Virgoque pariat: quædam naturæ, vt quod beatum fœtũ nutriat vt mulieres aliæ, & quod alimento submini strato fœtus crescat in vtero Virginis, & pariat non per alia membra, quam per naturalia. Diuus Anselmus libro de conceptu virginali, capitulo vndecimo. Mariam vocat matrem supernaturalem, sed rectius eam appellabis matrem supernaturalem, & naturalem, iuxta Diui Ambrosij sententiam. Sed dubium potest oriri, vtrùm ex hoc quod aliquid fiat à Spiritu sancto vel à solo Deo debeat dici miraculosum? Et videtur, quod non. Nam gratiæ infusio, & animæ rationalis creatio est à solo Deo, at non est miraculosa. Respondetur, hoc non sufficere, sed præterea esse necessarium, quod fiat à solo Deo præter communem cursum, & ordinariũ. Item potest dubitari circa probationem Diui Thomæ in hoc articulo, nam calefactio aquæ est motus naturalis simpliciter, licet conueniat aquæ non ex parte formę, sed materiæ, ergo ad hoc quod cõceptio Christi sit naturalis simpliciter, sufficit quod sit naturalis ex parte materię. Respondetur, Motus naturalis quis nó est eadem ratio, quia aliquis motus dicitur naturalis simpliciter, non solum ex parte potentiæ materiæ, sed etiam respectu agentis naturalis, vnde si aqua immediate ab Angelo calefieret, non esset calefactio naturalis, sed supernaturalis simpliciter, & ita fuit conceptio Christi, quia fuit ab agente omnino supernaturali.

Dubium.

D. Ambro.

D. Anselm. cap. 11.

Virgo Maria est mater naturalis & supernaturalis Dei.

Miraculũ quid requirat.

*ca. 18. to. 3

retur à Verbo. Si autem caro Christi fuisset concepta, antequam susciperetur à Verbo, habuisset aliquando aliquam hypostasim pręter hypostasim verbi Dei, quod est contra rationem incarnationis: secundum quam ponimus verbum Dei esse vnitum humanę naturæ, & omnibus partibus eius in vnitate hypostasis. Nec fuit conueniens quòd hypostasim præexistentem humanæ naturæ vel alicuius partis eius, verbum Dei sua assumptione destrueret. Et ideo contra fidem est dicere, quòd caro Christi prius fuerit concepta, & postmodum assumpta à verbo Dei.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd si caro Christi non fuisset in instanti formata, seu concepta, sed per temporis successionem, oporteret alterum duorum sequi, vel quòd assumptũ non dum esset caro, vel quòd prius esset conceptio carnis, quã eius assumptio. Sed quia ponimus conceptionem in instanti esse perfectam, consequẽs est, quòd in illa carne simul fuit concipi & conceptum esse. Et sicut Augustus* dicit in lib. de fide ad Petrũ: dicimus ipsum Dei verbũ suæ carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem, Verbi incarnatione conceptã. Et per hoc patet etiã responsio ad secũdum. Nã simul dum caro illa concipitur, concepta est, & animatur. ¶ Ad tertium dicendum, quòd in mysterio incarnationis, non consideratur ascẽsus qua si alicuius præexistentis proficientis vsque ad vnionis dignitatem: sicut posuit Photinus hæreticus, sed potius consideratur ibi descensus secũdum quod perfectum Dei verbum, imperfectionem naturæ nostræ sibi assumpsit, secũdum illud Ioan. 6. Descendit de cælo.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm conceptio Christi fuerit naturalis vel miraculosa.

AD quartũ sic proceditur. Videtur, quòd conceptio Christi fuerit naturalis. Secundum enim conceptionem carnis, Christus dicitur filius hominis. Est autem verus & naturalis filius hominis, sicut verus & naturalis Dei filius: ergo eius conceptio fuit naturalis. ¶ 2. Præterea, Nulla creatura producit operationem miraculosam. Sed conceptio Christi

183 *3. d. 3. q. 2. ar. 2. & 4. cõtra c. 45. & quo. 6. q. 10 & opu. 3. c. 225. vsque 232. & Isa. 7. le. 2. co. 4 princip.

Christi attribuitur beatæ Virgini, quæ est pura creatura : dicitur enim quòd Virgo Christū concepit. Ergo videtur, quòd non sit miraculosa conceptio, sed naturalis. ¶ 3. Præterea, Ad hoc quòd aliqua transmutatio sit naturalis, sufficit quòd principium passiuum sit naturale: vt suprà habitum est*. Sed principium passiuum ex parte matris in conceptione Christi fuit naturale: vt ex dictis patet *. Ergo conceptio Christi fuit naturalis. ¶ Sed contra est, quod Dionys. dicit in Epistola ad Caium monachum*: Super hominem operabatur Christus ea, quæ sunt hominis: & hoc monstrat Virgo supernaturaliter concipiens.

9.pręc.ar.4.

9.32.arti.4.

In epi. quæ inc. Quæris tu quidem, circa med. illius.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut Ambrosius dicit in libro de Incarnatione, multa in hoc mysterio & secundum naturam inuenies, & vltra naturam. Si enim consideremus id, quod est ex parte materiæ conceptus quam mater ministrauit, totum est naturale. Si verò consideremus id, quod est ex parte virtutis actiuæ, totum est miraculosum. Sed quia vnumquodque magis iudicatur secundum formam, quã secundum materiam, & similiter secundum agens, quàm secundum patiens: inde est, quòd conceptio Christi debet dici simpliciter miraculosa & supernaturalis, sed secundum aliquid naturalis.

c.6.circa medi.to.2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus dicitur naturalis filius hominis, in quantum habet naturam humanam veram, per quam est filius hominis : licet eam miraculosè habuerit. Sicut cæcus illuminatus, videt naturaliter per potentiam visiuam, quam miraculosè accepit. ¶ Ad secundum dicendum, quòd conceptio attribuitur Virgini beatæ, non tanquam principio actiuo : sed quia ministrauit materiam conceptui, & in eius vtero est conceptio celebrata. ¶ Ad tertium dicendum, quòd principium passiuum naturale sufficit ad transmutationem naturalem, quando naturali & consueto modo mouetur à principio actiuo proprio. Sed hoc in proposito non habet locum. Et ideo conceptio illa non potest dici simpliciter naturalis.

QVAEST. XXXIIII.

De perfectione prolis conceptæ, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de perfectione prolis conceptæ. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm in primo instanti conceptionis Christus fuerit sanctificatus per gratiam. ¶ Secundò, vtrùm in eodem instanti habuerit vsum liberi arbitrij. ¶ Tertiò, vtrùm in eodem instanti potuerit mereri. ¶ Quartò, vtrùm in eodem instanti fuerit plenè comprehensor.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christus in primo instanti suæ conceptionis fuerit sanctificatus per gratiam.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit sanctificatus in primo instanti suæ conceptionis. Dicitur enim primæ ad Corin. 15. Non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Sed sanctificatio gratiæ pertinet ad spiritualitatem. Non ergo statim à principio suæ conceptionis Christus percepit gratiam sanctificationis, sed post aliquod spatium temporis. 184 3.di.5.q.5.ar.3.

¶ 2. Præterea, Sanctificatio videtur esse à peccato, secundum illud primæ ad Corinth. 6. Et hoc quidem fuistis aliquando, scilicet peccatores, sed abluti estis, sed sanctificati estis: sed in Christo nunquam fuit peccatum : ergo non conuenit sibi sanctificari per gratiam. ¶ 3. Præterea, Sicut per verbum Dei omnia facta sunt,

ita

ita per Verbum incarnatum sunt omnes homines sanctificati, qui sanctificantur: Hebrę.2. Qui sanctificat, & qui sanctificantur ex vno omnes. Sed verbū Dei, per quod facta sunt omnia, non li.1.c.6. nō procul à princ.to.3. est factum, vt Aug*. dicit in 1. de Trini. ergo Christus per quem sanctificantur omnes, non est sanctificatus. ¶ Sed cōtra est, quod dicitur Luc.1. Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Et Ioan.10. Quem pater sanctificauit, & misit in mundum.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut suprà dictum est*) abundantia gratiæ sanctificantis animam Christi, deriuatur ex ipsa Verbi vnione, secundū illud Ioannis.1. Vidimus gloriam eius quasi Vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Ostensum est autem su- q.prę.ar.1. prà *, quòd in primo instanti suæ conceptionis corpus Christi animatum fuit, & à verbo Dei assumptum, vnde consequens est, quòd in primo instanti suæ conceptionis Christus habuerit plenitudinem gratiæ sanctificantis animā & corpus eius.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ille ordo quem ponit ibi Apostolus, pertinet ad eos, qui per profectum ad spiritualem statum perueniunt. In mysterio autem incarnationis magis consideratur descēsus diuinæ plenitudinis in naturam humanam, quàm profectus humanæ naturæ, quasi præexistētis in Deum: & ideo in homine Christo à principio fuit perfecta spiritualitas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sanctificari, est aliquid fieri sanctum. Fit autem aliquid non solùm ex cōtrario, sed etiam ex negatiuè vel priuatiuè oppositō, sicut album fit ex nigro, & etiā ex non albo. Nos autem ex peccatoribus sancti efficimur, & ita sanctificatio nostra est ex peccato. Sed Christus quidem secundum hominem factus est sanctus, quia hanc gratiæ sanctitatem non semper habuit: nōn tamen factus est sanctus ex peccatore: quia peccatum nunquam habuit, sed factus est sanctus ex non sancto secundum hominem, non quidem priuatiuè, vt scilicet aliquando fuerit homo & non fuerit sanctus: sed negatiuè, quia scilicet quando non fuit homo, non habuit sanctitatem humanam: & ideo simul factus fuit homo & sanctus homo. Propter quod angelus dicit Lucæ.1. Quod nascetur ex te sanctum. Quod exponens Gregor*.18.Moral.dicit: Ad l.18.c.34. circamediū & Beda super illa verba Luc.to.2. distinctionem nostræ sanctitatis Iesus sanctus nasciturus asseritur: nos quippe si sancti efficimur, non tamen nascimur: quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur: ille autem solus veraciter sanctus natus est, qui ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est. ¶ Ad tertium dicendum, quòd aliter operatur Pater creationem rerum per Filium, aliter tota Trinitas sanctificationem hominum per hominem Christum. Nam verbum Dei est eiusdem virtutis & operationis cum Deo Patre: vnde Pater non operatur per Filium sicut per instrumentum, quod mouet motum. Humanitas autem Christi est sicut instrumentum diuinitatis: vt suprà dictū est*: & ideo humanitas Christi est sanctificans & sanctificata. q.13.art.3.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Luc.1. Ioan.10. Ioan.1. Conclusio est affirmatiua. Et patet ex illo Luc.1. quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Et ex illo Ioan.10. quem pater sanctificauit, & misit in mundum. Et patet euidenti ratione. Nam abundantia gratiæ sanctificantis animam Christi deriuatur ex vnione hypostatica, iuxta illud Ioan.1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ, & veritatis, sed ista vnio facta est in instanti conceptionis, vnde in illo instanti conceptionis habuit plenitudinem gratiæ sanctificantis animam, & corpus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrū Christus sit sanctificatus per gratiā. Prim.argu. Conclusio huius articuli est certa secundum fidem, prout demonstrant euidenter rationes dudum adductæ. Sed in huius veritatis expositionem, tria breuiter sunt exponenda. ¶ Primum est, an sit verum, quod Christus

Christus Dominus fuerit sanctificatus per gratiã, & videtur quod non. Nam illé homo sanctificatur per gratiam, qui ex nõ sancto fit sanctus, sed Christus Dominus nõ est factus sanctus ex non sancto, ergo non est sanctificatus per gratiam. ¶ Secundò, in omni mutatione si non tempore, saltim ordine naturæ prius intelligitur subiectum existens sub priuatione formæ introducẽdæ, quam introducatur forma, quod est adeò certum quod in ipsa prima rerum productione præcessit informitas materiæ ipsius formationem ordine naturæ, ergo si Christus fuit sanctificatus per gratiã, prius ordine naturæ intelligitur sub peccato existere. ¶ Tertiò, si Christus habuit gratiam sanctificantem, maximè quia necessario deriuatur ex vnione hypostatica, sed non necessario deriuatur, quod sic ostendo. Nam filius Dei potuit assumere naturam humanam sine peccato, & sine gratia in puris naturalibus, ergo nõ habuit gratiam sanctificantem. ¶ Ad hæc argumenta statim dicendum est, nam sententia D. Thomæ est certa secũdum fidem, vt antea dictum est. Ad primum argumentum respondetur, quod Christus est factus sanctus ex nõ sancto secundum hominem non quidem priuatiue, scilicet, quod aliquando fuerit homo, & non fuerit sanctus, sed negatiuè hoc est, quòd quando non fuit homo, non fuit homo sanctus, & ideo factus est homo & sanctus. Hanc enim animæ sanctitatem nõ semper habuit Christus, vnde concedendum est, quod anima Christi non fuit aliquando sancta, scilicet quando non erat. Rursus concedendum est, quòd incepit esse sancta, quia incepit esse. Ad istum modum sanctificati sunt angeli atque etiam primus homo, & B. Virgo secũdum illorum opinionẽ qui tenent quod nulli subiacuit peccato. ¶ Quod si instet Theologus. Anima Christi aliquando nõ fuit sancta, ergo aliquando fuit non sancta per locũ dialecticum à negatiua ad affirmatiuam prædicato variato penes finitum & infinitum. Respondetur, argumentum non procedere secũdum Dialecticorũ regulam: regula enim sic habet. A negatiua ad affirmatiuam cum constantia subiecti, vnde non sequitur: chimera non est alba, ergo chimera est non alba. Similiter nõ sequitur. Anima Christi aliquando non fuit sancta, ergo aliquando fuit non sancta, oportet enim addere subiecti cõstantiam. Hoc est anima Christi fuit, quando non erat sancta. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod est duplex solutio, altera est negare antecedens, si fiat sermo de emanatione naturali, volo dicere quod quando aliqua forma naturaliter manat ab aliquo subiecto nõ est necesse imo non est possibile, quod præintelligatur subiectum sub forma contraria, nam subiectum est fons & principium formæ introducendæ, cui magis repugnat forma contraria, quam forma introducenda. Vnde est euidés contradictio, quod Sol fiat lucidus ex tenebroso, & quod ignis fiat calidus ex frigido, & multò euidentior cõtradictio est, quod Christus fiat sanctus ex peccatore, nam forma contraria magis repugnat Christo subsistenti in natura diuina quam ipsi gratiæ. Secunda solutio est non esse inconueniens cõcedere, quod anima Christi prius ordine naturæ intelligatur non sancta quãtum est ex natura sua, nam anima Christi de sua natura indifferens est ad sanctitatem, vnde secundum veram Theologiam filius Dei potuit assumere animã in puris naturalibus. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quod filius Dei potuit assumere naturam humanam in puris naturalibus, sed non decuit. Nam decuit vt esset sanctus à quo omnis sanctitas esset deriuanda, & vt esset plenus gratiæ & veritatis, de cuius plenitudine omnes eramus accepturi. ¶ Secũdum dubiũ, vtra fuerit in Christo prior vnio, hypostatica an gratia sanctificans? D. Thomas suprà q. 6. art. 6. & q. 7. in multis articulis, & hoc in loco docet expresse, quod vnio hypostatica est prior, ex qua deriuatur gratia sanctificans. Ex ista sententia, quæ verissima est colligit Scotus admirabile dogma in 3. dist. 3. q. 7. nam inquit. Si gratia sanctificans est posterior, ergo est perfectior, posteriora enim semper sunt perfectiora. ¶ Deinde, id quod est prius in executione, est posterius in intentione, vt habet prouerbium, ergo si vnio hypostatica est prior in executione, erit vtique posterior in intentione. ¶ Tertiò, priora ordine generationis sunt semper imperfectiora quippè quæ ordinantur ad posteriora tanquam ad finẽ, ergo si vnio hypostatica fuit prior generatione cõsequens est, quòd fuerit imperfectior, quam gratia iustificans. ¶ Ex his argumentis colligit Scotus esse prius in intentione summam gratiam, & summã gloriam animæ Christi, propter quam est intenta vnio hypostatica. Sed hæc phantasia damnabilis reprobatur ab Euãgelio, & ab vniuersis considerantibus altitudinem Dominicæ incarnationis, vnio enim hypostatica non est solum prior ordine generationis, sed etiam causalitate omni possibili, est enim finis & efficiens reliquorum donorum quæ habet anima Christi, ex vnione enim hypostatica concludimus animam Christi habuisse summam gratiam, & gloriam, vnde D. Ioan. in Euangelio describens plenitudinem gratiæ Christi nesciens quomodo melius describeret,

Secundum.

Tertium.

Ad primũ.

Obiectio

Solutio.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Gratia vnionis est prior quam gratia iustificans.

D. Tho.

Primũ arg. Scoti.

Secundum.

Tertium.

Scoti phantasia.

Ioan. 1.

scriberet, ad altissimam radicem se contulit, dicens; vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis. Et certè non solum natura humana, & omnes dæmones & angeli stupent in celsitudine huius mysterij, verumetiam cognoscimus euidẽter ad ipsum mysterium omnia quæ à principio mundi facta sunt esse ordinata, & destinata tanquam ad maximum factibilium. Quid enim maius excogitari potest, quam quod Deus sit homo, & homo veraciter sit Deus? Sed de hac re diximus multa suprà q. 2. art. 9. & q. 4. art. 1. ¶ Ad argumenta Scoti respondetur, quod id quod est prius generatione & causalitate simul nõ est imperfectius, imo est perfectius, & finis posteriorum, sicut patet in substantia, & in accidẽte proprio, homo enim prius generatur quam accidens proprium, at homo perfectius aliquid est, quam accidens proprium, nam est prior generatione & causalitate simul: simile est in vnione hypostatica & gratia iustificãte. ¶ Tertium dubiũ, Vtrùm Christus habuerit istam gratiam iustificãtem per dispositionem, & consensum liberi arbitrij. Ad hoc dubium explicandum dicendum est ex doctrina D. Thomæ esse legẽ adeo statutam, vt omnis creatura habens vsum liberi arbitrij nõ recipiat gratiam nisi per propriam dispositionem, & consensum liberi arbitrij. Patet hoc. Nam angeli sunt creati in gratia, at habuerunt gratiam per dispositionem, & consensum liberi arbitrij. Sic ait D. Thomas. 1. p. q. 62. art. 2. ad 3. & in art. 6. eiusdem quæstionis idem docet. Sed & de primo homine, qui fuit creatus in gratia, asserit in prima parte q. 95. artic. 1. ad 5. quòd in primo instanti creationis accepit gratiam per propriam dispositionem, & actum liberi arbitrij, & adducit in huius rei confirmationem non leue argumẽtum. Nam cum quis habens vsum liberi arbitrij suscipit Dei gratiam, & eius amicitiam, fit quodammodo matrimonium spirituale inter Deum & hominem, matrimoniũ verò sine consensu vtriusque partis non consistit. Ex his sic concludo sententiam. Nemo vtens libero arbitrio suscipit gratiam sine proprio consensu, sed Christus in primo instanti conceptionis, in quo suscepit gratiam habuit vsum liberi arbitrij, vt demonstrabitur articulo sequenti, ergo habuit gratiam & sanctitatem per proprium actum & consensum. Sed quid opus est circuitione? nam D. Tho. arti. 3. huius quæstionis ex expresse & distinctè docet istam sententiam, dicens: quod duplex est sanctificatio, vna puerorum, qui non sanctificantur per proprium actum fidei, sed secundum fidem parentum vel Ecclesiæ; alia adultorum, qui secundum proprium actum sanctificantur, atque ista est perfectior illa, sicut actus est perfectior quam habitus, & quod est per se, eo quod est per aliud, & ideo dicendum est Christum per proprium actum liberi arbitrij fuisse sanctificatum. ¶ Sed contra hanc sententiam sic argumentor, nam supra multis in locis signanter quæst. 19. articulo. 3. & 4. dictum est, quod gratia & gloria animæ Christi deriuantur ex vnione hypostatica naturali consequutione, idemque repetit in hoc articulo, ergo non habuit gratiam & sanctitatẽ per propriũ actum liberi arbitrij. Et sanè videtur, quod si habuit gratiam & sanctitatem per actum liberi arbitrij quod meruerit eam. ¶ Sed dicendum est ad hoc argumentum, quod licet habuerit gratiam & sanctitatem ex vnione hypostatica, habuit tamen eam mediante proprio actu & cõsensu, ita enim cõparatum est, vt simulatque gratia infunditur creaturæ habenti vsum rationis, in eodem instanti se explicet, & exerat in dilectionem Dei, & consensum liberi arbitrij. Profectò quando homo adultus in natura corrupta conuertitur ad Deum, & ei infunditur gratia, in eodem instanti se explicat gratia in opus dilectionis & consensus. Vel dicatur ad argumenti confutationem, quod quanuis gratia & sanctitas sit deriuata ratione vnionis, alio titulo habuit illam per motum proprium liberi arbitrij consentiendo, neque ex hoc rectè deducitur, quod meruerit sanctitatem & gratiã, nam ille actus vt sit meritorius prę-supponit gratiam, ergo nõ meruit illam, sicut per propriam dispositionem non meremur gratiã à qua procedit dispositio, sed gloriam.

Ad argumẽta Scoti.

Dubium, Christi gratia fuit ex dispositione liberi arbitrij.

D. Tho.

Argumentum.

Solutio.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus in primo instanti suæ conceptionis habuerit vsum liberi arbitrij.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christus secundum hominem non habuerit vsum liberi arbitrij in primo instanti suæ conceptionis. Prius est enim esse rei, quàm agere vel operari. Vsus autem liberi arbitrij est quædam operatio. Cùm ergo anima Christi esse inceperit in primo instanti suæ conceptionis (vt ex prædictis patet*) videtur esse impossibile quòd in primo instanti conceptionis habuerit vsum liberi arbitrij. ¶ 2. Præterea, Vsus liberi arbitrij est electio. Electio autem

185 veri. q. 29. art. 8. co.

Ar. præc. & loco ibi: cita.

autem præsupponit deliberationem cõ silij: dicit enim Philosophus in 3. Ethi-
l.3.Eth.c.3 cir.fi.to.5. cor.* quòd electio est appetitus præcon siliati. Ergo videtur impossibile, quòd in primo instanti suæ cõceptionis Chri stus habuerit vsum liberi arbitrij.

¶ 3. Præterea, Liberum arbitrium est facultas voluntatis & rationis (vt in pri
1.p.qõ.83. ma parte habitum est*) & ita vsus li beri arbitrij est actus voluntatis & ra tionis siue intellectus. Sed actus intel lectus præsupponit actum sensus, qui esse non potest sine conuenientia orga norum, quæ non videtur fuisse in pri mo instanti conceptionis Christi. Ergo videtur, quòd Christus non potuerit habere vsum liberi arbitrij in primo in stanti suæ conceptionis. ¶ Sed contra
Id habet Greg.li.9. in registro, ca.61. à me dio. Et Au gust.13. de Trini. c.9. 10.17.& 19.tom.3. est, quod Augustꝰ. dicit in libr. de Trin. Mox vt Verbum venit in vterum, ser uata veritate proprię naturę, factum est caro & perfectus homo. Sed perfectus homo habet vsum liberi arbitrij: Ergo Christus habuit in primo instanti suæ conceptionis vsum liberi arbitrij.

Respondeo dicendum, quòd (sicut
q.7.art.12. & q.19.art. 3.& qõ.33. art.3. suprà dictum est*) humanæ naturæ, quam Christus assumpsit, conuenit spi ritualis perfectio, in qua non profecit, sed eam statim à principio habuit. Per fectio autem vltima non consistit in po tentia vel in habitu, sed in operatio-
li.2.de ani ma, tex.5. to.2. ne: vnde in 2. de Anima dicitur,† quòd operatio est actus secundus. Et ideo di cendum est, quòd Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit illam operationem animæ, quæ potest in in stanti haberi. Talis autem est opera tio voluntatis & intellectus, in qua con sistit vsus liberi arbitrij. Subitò enim & in instanti perficitur operatio intel lectus & voluntatis, magis quàm visio corporalis, eo quòd intelligere, velle & sentire, non est motus qui sit actus imperfecti (quod successiuè perfici-
li.3. de ani ma, tex.28. tom.2. tur) sed est actus iam perfecti: vt di citur in 3. de Anima.*. Et ideo dicen dum est quòd Christus in primo in stanti suæ conceptionis habuit vsum liberi arbitrij.

Ad primum ergo dicendum, quòd esse est prius natura, quàm agere: non tamẽ est prius tempore, sed simul cùm agens habet esse perfectum, incipit age re, nisi sit aliquid impediens, sicut ignis simul dum generatur, incipit calefacere & illuminare. Sed calefactio non ter minatur in instanti, sed per temporis successionem: illuminatio autem per ficitur in instanti. Et talis operatio est vsus liberi arbitrij, vt dictum est†. ¶ Ad In corp. ar. secundum dicendum, quòd simul cùm terminatur consilium vel deliberatio, potest esse electio. Illi autem qui deli beratione consilij indigent, in ipsa ter minatione consilij primò habent cer titudinem de eligendis, & ideo non sta tim eligunt. Ex quo patet, quòd deli beratio consilij non præexigitur ad ele ctionem, nisi propter inquisitionem incerti. Christus autem in primo instan ti suæ conceptionis, sicut habuit pleni tudinem gratiæ sanctificantis, ita ha buit plenitudinem veritatis cognitę: se cundum illud, Plenum gratiæ & veri tatis. Vnde quasi habens omnium cer titudinem, potuit statim in instanti eli gere. ¶ Ad tertium dicendum, quòd intellectus Christi secundum sciẽtiam infusam poterat intelligere, etiam non conuertendo se ad phantasmata: vt su prà habitum est.* vnde poterat in eo q.11.art.2. esse operatio voluntatis & intellectus absque operatione sensus. Sed tamẽ po tuit in eo esse etiam operatio sensus, in primo instanti suæ conceptionis, maxi mè quantum ad sensum tactus, quo sen su proles cõcepta sentit in matre, etiam antequam animam rationalem obti neat, vt dicitur in libro* de Generatio- l.2.c.4.& ne animalium. Vnde cùm Christus in 3.tom.4. primo instanti suę conceptionis habue rit animam rationalem, formato iam & organizato corpore eius, multò ma gis in eodem instãti poterat habere ope rationem sensus tactus.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. D. August. Conclusio est affirmatiua, & probatur primum autoritate D. Augustini inquientis; mox vt verbum venit in vterum seruata veritate propriè naturæ factum est caro perfectus homo, sed perfectus homo habet vsum liberi arbitrij, ergo Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit vsum liberi arbitrij. Idem patet euidenti ratione, quia conueniebat humanæ naturæ assumptæ spiritualis perfectio à principio. Perfectio autem non in potentia vel habitu, sed in operatione consistit. Habuit itaque operationem illam, quæ in instanti haberi potest, videlicet intellectus & voluntatis operationē: in qua consistit vsus liberi arbitrij, & quæ in instanti perficitur & non successiuè, cum sit actus iam perfecti.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Hiere. 31. HÆc conclusio videtur asserenda secundum fidem, cuius rei istæ sunt demonstrationes. Prima sumitur ex illo Hierem. 31. nouum fecit Dominus super terram, fœmina circundabit virum. Fuit ergo Christus vir in primo instanti suæ conceptionis, vir autem sine vsu liberi arbitrij intelligi non potest.

Hebræ. 10. Secunda est ex illo ad Hebræos. 10. ingrediēs in mundum, dicit, hostiam & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi, tunc dixi ecce venio vt faciam voluntatem tuam, &c. ingressus Christi in mundum est per incarnationem, quando Verbum caro factum est, & dicit scriptura, quod in ipso ingressu fuit obediens, & meruit nostram iustificationem, ergo in primo instanti habuit vsum liberi arbitrij. Tertia demonstratio, secundum fidem videtur asserēdum, quod Christus Dominus in primo instanti fuit beatus, & comprehēsor vt videbimus in articulo quarto huius quæstionis, at beatitudo non est nisi in eo qui habet vsum liberi arbitrij. Vltima demonstratio, Christus meruit in primo instanti suæ conceptionis prout demonstrabitur in articulo sequenti, ergo habuit vsum liberi arbitrij in eodem instanti, meritum enim nisi in operibus liberis inueniri non potest. De conclusione itaque nulla ratione licet dubitare,

Durandus. quanquam dubitat nonnihil Durandus in. 3. distin. 14. quæstione. 3. & dist. 18. quęstione. 2. Sed eius dubitatio ab errore excusari non potest. ¶ De ratione D. Thomæ potest moueri

Arguitur cōtra ratiōnē D. Tho. dubiū, an rectè procedat, nam videtur ex ea sequi quod Christi anima semper fuit in actu secundo respectu omnium quę cognoscebat. Probatur sequela, ex ratione D. Thomæ, nam id quod est in actu secundo est perfectius eo, quod est in actu primo, ergo qua ratione concluditur quod in primo instāti anima Christi fuit in actu secūdo, concluditur etiā in omni instanti vitæ Iesu. ¶ Ad hoc dicendū est, non esse incommodum concedere, quod anima Christi semper fuerit in actu secundo, & in actuali contemplatione eorum omnium, quæ sciebat habitualiter, nam saltem per scientiam beatam semper fuit in cōtemplatione actuali eorum omnium quæ sciebat, & multi viri doctissimi tenent idem de his quæ sciebat per scientiam infusam, quapropter in superioribus dictum est, quod in his scientijs non profecit Christus. Cæterum in scientia humanitus acquisita profecit, & progressus habuit, & ideo non semper fuit in actuali contemplatione eorum quæ per istam scientiam cognoscebat. ¶ Altera solutio est ex D. Caietano, quod aliud est acquirere actum secundum simpliciter, aliud est transire de vno actu secundo ad alterum, nam acquirendo actum secūdum, simpliciter perficitur anima, & proficit simpliciter, nam fit ex non operante operans, & perfectio rei in operatione consistit, at transeundo de vno actu secundo ad alium non proficit anima simpliciter, progredimur enim aliquando ex actu secundo perfecto ad alium imperfectiorem, vt cum progredimur à principijs ad conclusionem, vnde optimè concludit probatio D. Thomæ, quod si in primo instanti non habuisset actum secundum, profeciſſet in tempore, & non habuisset perfectionem spiritualem à principio.

Prima solutio.

Secunda solutio Caietani.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christus in primo instanti suæ conceptionis mereri potuerit.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Christus in primo instanti suæ conceptionis mereri non potuerit. Sicut enim se habet liberum arbitrium ad merendum, ita ad demerendum. Sed diabolus in primo instāti suæ creationis non potuit peccare: vt in prima parte habitum est.* Ergo neque anima Christi in primo instāti suæ creationis (quod fuit primū instans cōceptionis Christi) potuit mereri. ¶ 2. Præterea, Illud quod homo habet in primo instanti suæ cōceptionis, videtur ei esse naturale: quia hoc est ad quod terminatur sua generatio naturalis. Sed naturalibus non meremur, vt patet ex his quæ dicta sunt in Secunda parte. Ergo videtur,

186 3. d. 13. q. 1. ar. 2. q. 3. & di. 14. ar. 3. qō. 6. & di. 18. art. 3. & 5. c. & veri. q. 29. ar. 8. & opu. 3. c. 223. & 228. *1. p. q. 63. arti. 5.

tur, quòd vsus liberi arbitrij, quẽ Christus habuit secundum hominem in primo instanti suæ conceptionis, non fuerit meritorius. ¶ 3. Prẽterea, Id quod semel aliquis meruit, iam fecit quodam modo suum: & ita non videtur, quòd iterum posit illud idem mereri, quia nullus meretur quod suum est. Si ergo Christus in primo instanti suæ conceptionis meruit, sequitur quòd postea nihil meruerit, quod patet esse falsum. Non ergo Christus in primo instãti suę conceptionis meruit. ¶ Sed contra est, quod Augustꝰ. dicit super Exod. Non habuit omnino Christus iuxta animæ meritum, quo potuisset proficere. Potuisset autem proficere in merito, si in primo instanti suæ conceptionis nõ meruisset: ergo in primo instanti suæ conceptionis meruit Christus.

Respondeo dicendum, quòd (sicut Artic. 1. huius quæst. suprà dictum est*) Christus in primo instanti suæ conceptionis sanctificatus fuit per gratiam. Est autem duplex sanctificatio: vna quidem adultorum, qui secundum propriũ actum sanctificantur. Alia autem puerorum, qui non sanctificantur secundum proprium actum fidei, sed secundum fidem parentum vel Ecclesiæ. Prima autem sanctificatio est perfectior, quàm secũda: sicut actus est perfectior, quàm habitus, & quod est per se, eo quod est per aliud. Cùm ergo sanctificatio Christi fuerit perfectissima (quia sic sanctificatus est vt esset aliorum sanctificator) consequens est quòd ipse secundum proprium motum liberi arbitrij in Deum, fuerit sanctificatus, qui quidem motus liberi arbitrij est meritorius. Vnde consequens est quòd in primo instanti suæ conceptionis, Christus meruerit.

Ad primum ergo dicendum, quòd liberum arbitrium non eodem modo se habet ad bonum & ad malum. Nam ad bonum se habet per se & naturaliter, ad malum autem se habet per modum defectus & præter naturam. Sicut autem Philosophus dicit* in secũdo de Cœlo, Posterius est quod est præter naturam, eo quod est secũdum naturam: quia id quod est præter naturam, est quædam excisio ab eo quod est secundum naturam. Et ideo liberum arbitriũ creaturæ in primo instanti creationis potest moueri ad bonum merẽdo, non autem ad malum peccando, si tamen natura sit integra. ¶ Ad secundum dicendum, quòd illud, quod homo habet in principio suæ creationis secundum communem naturæ cursum, est homini naturale: nihil tamen prohibet quin aliqua creatura in principio suæ creationis, aliquod beneficium gratiæ à Deo consequatur. Et hoc modo anima Christi in principio suæ creationis consecuta est gratiam, qua posset mereri: & ea ratione gratia illa, secundum quandam similitudinem dicitur fuisse illi homini naturalis: vt patet per Augustꝰ. *in Enchirid. ¶ Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet idem esse alicuius ex diuersis causis. Et secundum hoc Christus gloriam immortalitatis, quam meruit in primo instanti suæ conceptionis, potuit etiam posterioribus actibus & passionibus mereri, non quidem vt esset sibi magis debita, sed vt sibi ex pluribus causis deberetur.

li. 2. tex. 18 tom. 2.

cap. 40. à med. to. 3.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. D. Augustꝰ.

CONclusio est affirmatiua, quam probat in primis ex autoritate D. Augustini dicentis: non habuit omnino Christus iuxta animæ meritum, quo potuisset proficere, potuisset autem proficere in merito, si in primo instanti suæ conceptionis non meruisset, ergo meruit in primo instanti suæ conceptionis. Idem patet ex ratione Theologica, quia sanctificatio Christi fuit perfectissima. Est enim sanctificatus, vt sit aliorum sanctificator. Est autem duplex sanctificatio; vna puerorum, qui non sanctificantur secundum proprium actum fidei, sed secundum fidem parentum vel Ecclesiæ. Alia adultorum, qui secundum proprium actum sanctificantur: atque ista est perfectior illa, sicut actus est perfectior, quam habitus: & quod est per se eo, quod est per aliud. Ideo dicendum est, Christum

secundum proprium motum liberi arbitrij, qui motus meritorius est, in illo instãti fuisse sanctificatum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Oppositũ huius conclusionis sentiunt. Alexãder. Albertus. D. Bonauẽ.

CConclusionem huius articuli negant Doctores in primis graues, Alexander Alensis. 3. parte quæst. 16. memb. 2. articu. 1. Albertus Magnus in. 3. dist. 18. articulo. 6. D. Bonauentura in prima parte eiusdem distinctionis quæst. 1. & Durandus quæst. 2. Aiunt isti autores Christum quidem habuisse gratiam in primo instanti suæ conceptionis, verum non habuisse vsum gratiæ, neque actum meritorium in eodem instanti, sed postmodum proceden te tempore, & mouentur ad id asserẽdum ex argumentis quæ facit D. Thomas pro parte negatiua in hoc articulo, & precedenti. ¶ Ego verò existimo conclusionem D. Thomæ esse adeo certam, vt eam negare sit periculosum, cuius rei prima demonstratio sumitur ex illo ad Hebræos. 10. ingrediens in mundum dicit; hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi, tunc dixi, ecce venio, vt faciam voluntatem tuam Deus, &c. & post pauca: in qua volũtate sanctificati sumus. Ex quo loco haud obscurè colligitur, quod ingrediẽs in mundum, hoc est, in incarnatione, nam tũc Christus ingressus est in mundum secundum carnem meruit sanctificationem nostram, & peccatorum expiationem. Secunda demonstratio est, nam Christus in primo instanti habuit omnia necessaria ad meritum, videlicet, gratiam, vsum liberi arbitrij, statum viatoris prout supra demonstratum est, ergo meruit. Tertia, Christus Dominus in primo instanti fuit sanctificatus per actum proprium liberi arbitrij, qui actus in omnibus qui sic sanctificantur meritorius est, ergo etiam in Christo fuit meritorius. Quarta demonstratio, omnis perfectio & dignitas possibilis ad genus gratiæ pertinens, est tribuẽda animæ Christi, sed mereri in primo instanti est perfectio gratiæ, ergo meruit in primo instanti suæ conceptionis. Istam sententiam docet Magister in. 3. d. 18. D. Thomas, Scotus, & omnes ferè Theologi præter illos, quos retrò commemoraui.

Conclusio articuli probatur.

Obiectio difficilis.

¶ Sed hæc diffinitio magnam de se mouet quæstionem, nam si Christus meruit in vtero materno & in primo instanti suæ conceptionis, consequens est quod non fuerit opus alio maiori merito, nec alio merito Christi, si quidem meritum primi instantis fuit infinitum, sufficiẽs pro infinitis peccatis expiãdis. ¶ Hãc quæstionem variè in infinitum explicant Doctores: communis expositio est meritum trifariam accidere, est enim meritum ex quo fit vt ex non debito fiat debitum, vt cum peccator iustificatur habet meritum, vt sibi debeatur vita æterna, quæ antè non debebatur. Rursus est meritum vt id quod debebatur ampliori ratione debeatur, qua ratione iustus in bonis operibus crescens augmentum gratiæ promeretur. Est præterea meritum, ex quo fit, vt id quod debebatur vno titulo, alio etiam titulo debeatur, exemplum aptum est in Iacob, qui Rachelis connubium iam meruerat, at seruiẽs de nouo per septennium idem meruit alio titulo. Dicunt ergo Theologi ferè vniuersi cum Magistro in. 3. dist. 18. Christum Dominum per meritum, quod habuit in primo instanti tantum meruit, quantum postmodum meruit per opera subsequẽtia, itaque per alia opera subsequentia non magis meruit, sed idem pluribus titulis. Hanc sententiam docet Magister in. 3. dist. 18. & adducit in suam sententiam Gregorium Magnum super Ezech. homilia. 6. & Gregor. Nazianzenus in Epistola. 1. ad Clidonium scribit, quòd Christus non promouit in merito, neque in virtute merendi. & D. Damasc. lib. 3. capit. 22. dicit sentire cum Nestorio, qui dicunt Christum profeciſſe in merito. & D. Tho. adducit hic Augustinum idem dicẽtem, & ipsemet in solutione ad tertium, sic inquit; Quanquam Christus corporis immortalitatem, quam meruit in primo instanti postmodum alijs operationibus, & passionibus mereri potuerit, non tamen meruit vt esset sibi magis debita, sed vt pluribus de causis sibi deberetur. Probatur ista sententia argumentis ex diuina Theologia petitis. Primò, gratia Christi quam habuit in primo instanti fuit maxima de lege ordinaria, ita quod de lege ordinaria non potuit esse maior (quod nunc statuo pro certo de fide prout est demonstratum supra quæst. 7.) ergo actus meritorius ex illa gratia procedẽs in primo instanti fuit maximus in virtute merendi, vndè nõ potuit esse maior. Secundò, illud meritum primi instantis fuit infinitum, ergo non potuit esse maius, nam infinito nõ potest dari maius. Tertiò, si Christus potuit proficere in virtute merendi, & habere maius meritum, sequitur quod tempore præcedente habuerit minorem gratiam, ille enim qui habet maius meritum corã Deo, gratior est Deo. Vltimò, idem demonstratur apto exemplo, nam sicut corpus maximum quod repleret omnem locum si esset infinitum, etiam si darentur alia corpora eiusdẽ molis, & quantitatis non occuparent maiorem locum, sed penetratiuè se haberent in eodem loco, ad eundem modũ est iudicandum de merito Christi infinito primi instantis. Hæc est communis expositio propositæ quæstionis. ¶ Sed Durandus in. 3. dist. 18.

Solutio. Meritum tripliciter contingit.

Christus in primo instanti tantũ meruit quãtũ alijs operibus mereri potuit.

Magister.

Damasc.

D. Tho.

Durandus.

distin. 18. quæstione. 3. cui suffragari videtur Soto in. 4. distin. 1. quæstione. 3. articulo. 5. docet, quod licet Christus quolibet opere suo meruerit sufficienter ad satisfaciendum pro infinitis delictis quia meruit infinitè, tamen quoad applicationem, & efficaciam quanto plura opera effecta sunt, tanto plus gratiæ in sacramentis nobis confertur. Vult dicere Durandus, quod si Christus tantum fuisset circunciſus, & nullum aliud opus perfeciſſet, non tantum gratiæ nobis impenderetur, quando efficimur Christi membra, absurdū enim est dicere quod singulis operibus Christi non correspondeat in nobis aliquis effectus gratiæ pro meritis, alioqui frustra quod attinet ad nos illa opera essent exhibita. Ex hoc deducunt prædicti Doctores, quod Christus meruit successiuè. ¶ Tertia explicatio est cuiusdam neotherici Theologi dicentis in omnibus operibus Christi fuisse eandem qualitatem meriti, sed non fuisse eandem qualitatem quoad satisfactionem. Existimat enim quod Christus in omnibus operibus meruit nobis infinitè gratiam, & gloriam: verum non satisfecit pro peccato generis humani nisi moriens in cruce. Et probat sic; Nam qui amat martyrium meretur quidem ex voluntate martyrij, sed non meretur gloriam martyrij nisi actu moriatur pro Christo. Rursus si quis vult dare eleemosynam, & non actu dat non satisfacit, & qui vult ieiunare, & flagellari in satisfactionem suorum delictorum, non satisfacit nisi actu ieiunet & flagelletur, & qui vult soluere pretium non satisfacit nisi actu soluat, & qui vult mori si non moritur. Ratio horum omnium hæc est, quoniam licet actus exterior nullam addat bonitatem ad actum interiorem quantum ad virtutem merendi, addit tamen quantum ad satisfactionem. Et confirmatur ista sententia. Nam vniuersa scriptura redemptionem generis humani, & reconciliationem cum Deo tribuit passioni, & morti Christi. ¶ Inter istas tres expositiones prima, & secunda sunt probabiles, & diuinæ Theologiæ maximè consentaneæ. Tertia expositio videtur mihi, quod mereatur reprehensionem, & reprobationem, nam quilibet actus meritorius Christi Domini, & quælibet pœna vel minima, quam subijt pro genere humano, est satisfactoria de toto rigore iustitiæ pro infinitis hominum peccatis si essent. Nam maius est, quod Deus ipse patiatur vel leuissimam pœnam, quam vt totum genus humanum pereat in sempiternum, & vna gutta sanguinis Domini Iesu Christi de se est sufficiens pro vniuersis delictis generis humani, prout est diffinitum in extrauag. vnigenitus, de pœnitentijs, & à nobis demonstratum supra quæst. 1. articulo. 2. ¶ Secunda quæstio est, per quos actus meruit, meruit ne per opera infantiæ quando vagiebat, quando sugebat lac? Ad hanc quæstionem dicendum est, quod meruit per illam voluntatem, qua se obtulit in mortem pro salute generis humani ex obedientia patris prout insinuat Paulus Heb. 10. loco dudum citato, meruitque per omnes operationes liberas, per operationes verò naturales arbitror quod non meruit, imo diffinio quod permittebat naturam opera naturalia naturaliter facere, & ideo in eis non meruit. ¶ Tertia quæstio est, an cessauerit aliquando pro nobis mereri? Ad istam quæstionem dico, quod de hac re nihil certi & explorati habetur, mihi verò fit probabile quod nunquam cessauit mereri per operationes interiores. Colligo hoc dogma ex dictis in articulo secundo, nempè quod Christi anima semper fuit in actu secundo, & in actuali contemplatione eorum omnium quæ sciebat per scientiam infusam, & beatam. Nihil ergo mirum est, quod semper fuerit in actuali amore, per quem semper merebatur. ¶ Quarta quæstio subsequitur, Vtrùm per illum actum per quem meruit, & sanctificatus est, meruerit suam gratiam, & sanctitatem. Ad quam quæstionem dico, quòd eius expositio facile patet ex dictis in articulo primo, nam cum omnis actus meritorius præsupponat gratiam, & ab ea proficiscatur, euidens impossibilitas est quod mereatur gratiam, & sanctitatem. ¶ Vltima quæstio est, Vtrùm homo habens vsum liberi arbitrij possit iustificari, & sanctificari sine proprio actu liberi arbitrij? Ad hanc quæstionem dico, quod de potentia Dei ordinaria, & de lege à Deo statuta non potest fieri quod homo adultus iustificetur sine proprio actu liberi arbitrij. Hæc enim sola differentia versatur inter pueros, & adultos homines, quod illi non sanctificātur per proprium actum, isti vero sanctificantur per proprium actum liberi arbitrij consentiendo, & amando. Ex ista veritate infert Caietanus, quod suscipientes sacramenta si non habent actualem deuotionem, & actum liberi arbitrij tendentis in Deum non sanctificantur ex sacramentis. Idem repetit in. 3. parte quæstione. 79. articulo. 1. Sed hæc sententia ab omnibus interpretibus D. Thomæ impugnatur, & reprobatur in loco citato. D. Thomas hic loquitur, quando homo sanctificatur extra sacramentum.

Alius modus dicēdi.

Sententia autoris.

Christus meruit per solas operationes liberas.

Heb. 10.

Christus nunquam cessauit ab operibus meritorijs.

Christus non meruit suā gratiā.

Adultus non iustificatur extra sacramentū sine dispositione liberi arbitrij.

Caietani sententia falsa.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christus fuerit perfectus comprehensor in primo instanti suæ conceptionis.

187 Locis sup. art. 3. addu ctis.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit perfectus comprehensor in primo instanti suæ conceptionis. Meritum enim præcedit præmium, sicut & culpa pœnam. Sed Christus in primo instanti suę conceptionis meruit: sicut dictum est*. Cùm ergo status comprehensoris sit principale præmium, videtur, quòd Christus in primo instanti suæ conceptionis nõ fuerit cõprehẽsor. ¶ 2. Prętera, Dominus dicit Luc. vltim. Hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Sed gloria pertinet ad statum comprehensoris. Ergo Christus non fuit in statu comprehensoris in primo instanti suæ conceptionis, quando adhuc nullam sustinuerat passionem. ¶ 3. Præterea, Illud quod non conuenit nec homini nec Angelo, videtur esse proprium Deo, & ita non conuenit Christo secundum quod homo. Sed semper esse beatum, non conuenit nec homini nec Angelo: si enim fuissent conditi beati, postmodum non peccassent. Ergo Christus secundum quod homo, non fuit beatus in primo instanti suæ conceptionis. ¶ Sed cõtra est, quod dicitur in Psal. 64. Beatus, quem elegisti & assumpsisti: quòd secundũ glos*. refertur ad humanam naturam Christi, quę assumpta est à verbo Dei in vnitatem personæ. Sed in primo instanti conceptionis fuit assumpta humana natura à verbo Dei in vnitatem personæ. Ergo in primo instanti suæ cõceptionis Christus, secundum quod homo, fuit beatus, quod est esse cõprehensorem.

Art. præce.

Augu. hoc loco Psal. 64. to. 3.

Respondeo dicendum, quòd (sicut ex dictis patet*) non fuit conueniens, vt Christus in sua conceptione acciperet gratiam habitualem tantùm absque actu: accepit enim gratiam non ad mensuram, vt suprà habitum est*: Gratia autem viatoris cùm sit deficiens à gratia comprehensoris, habet mensuram minorem respectu gratiæ comprehensoris. Vnde manifestum est, quòd Christus in primo instanti suæ conceptionis, accepit non solùm tantam gratiam quantam comprehensores habent, sed etiam omnibus comprehensoribus maiorem. Et quia gratia illa non fuit sine actu, consequens est quòd actu fuerit comprehensor, videndo Deum per essentiam clarius cæteris creaturis.

Art. præce. 9. 7. arti. 9. 10. & 12.

Ad primum ergo dicendum, quòd (sicut suprà dictum est†) Christus non meruit gloriam animæ, secundũ quam dicitur comprehensor, sed gloriam corporis ad quam per suam passionẽ peruenit. ¶ Vnde patet responsio ad Secundum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus est hoc quòd fuit Deus & homo, etiam in sua humanitate habuit aliquid præ cæteris creaturis: vt scilicet statim à principio esset beatus.

9. 19. art. 3.

SVMMA TEXTVS.

¶ Conclusio est affirmatiua.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo est grauis quæstio, Vtrùm sit veritas fidei, quod Christus in primo instanti suæ conceptionis fuerit comprehensor, & viderit diuinam essentiam clarius præcæteris. A parte negatiua sic argumentor. Nam de hac re nulla est diffinitio Ecclesiæ, nulla autoritas scripturæ, nulla traditio apostolica, ergo non est veritas fidei. ¶ Deinde, euidens est impossibilitas, & contradictio, quod sit summum gaudium cum summa tristitia coniunctum, sed si Christus tempore Dominicæ passionis fuit beatus, consequens est, quod fuerit summum gaudium cum summa tristitia coniunctum, ergo in hac vita mortali beatus non fuit. Maior est euidens, minor sic probatur. Nam qui videt Deum & beatus est summè gaudet & fruitur, Christus verò summè tristatus est iuxta illud. Tristis est anima mea vsque ad mortem; & iterum: repleta est malis anima mea, ergo anima Christi Domini non videbat diuinam essentiam, nisi velis duo contraria simul esse in eodem subiecto. ¶ Tertiò, Christus habuit operationes repugnantes cum visione Dei clara, ergo non clarè videbat diuinam essentiam,

Dubiũ de veritate cõclusionis.

Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

essentiam. Probo antecedēs, in primis habuit fidem iuxta illud Esaiæ. 11. fides cinctorium renum eius, fides autem autore Paulo Hebræorum. 11. est argumentum non apparentium, persuasion de lo que no vemos, ergo nō videbat diuinam essentiam habuit, etiā spem sicut ipse ad patrem loquens ait, spes mea ab vberibus matris meæ Psal. 21. & quod videt quis quid sperat? vt dicit Paulus Romanor. 8. Habuit etiam timorem vt planè testatur diuina scriptura. Timor verò autore Aristotele. 2. Rhetoricorum, est mali futuri & incerti, at qui videt Deum nihil videt in eo futurum & incertum, ergo non videbat Deum. Creuit etiam in gratia non solum apud homines, sed etiam apud Deum vt habetur Luc. cap. 2. at qui beatus est & videt Deum non crescit in gratia. Deniq; Christus Dominus habuit volubiles cogitationes, & cognitionem successiuam, vnde pater cœlestis quædam illi demonstrabat, quædam verò celabat postea demonstraturus, iuxta illud Ioan. 5. Omnia pater demonstrat filio, quæ ipse facit, & maiora demonstrabit opera; & iterum apud Marcum capit. 13. de die illa nemo scit, neque filius. In beatitudine verò non sunt volubiles cogitationes, neque cognitio successiua. ¶ Vltimò diuinæ scripturę testantur, quod Christus meruit gloriam animæ suæ per crucem, & mortem ergo non habuit illam à principio. Probatur antecedens, ex illo Esa. 53. Pro eo quod laborauit anima eius videbit, & saturabitur, saturabimur autem cum apparuerit gloria Domini, vt testatur sancta scriptura. Idem ostenditur ex Psalmo. 15. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, ergo post resurrectionem vidit Dei vultum, & lætatus est. Idem demonstratur ex Psalmo. 44. Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatē, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. ¶ Ad huius rei expositionem dicendum est, quod de hoc disputat Cano libro. 12. de locis capitulo. 14. Rursus sciēdum est Diuum Thomam sæpè sæpius docuisse Christum in hac vita mortali fuisse beatum, nam in quæstione 9. articulo. 2. docuit habuisse scientiam beatam, & in quæstione. 15. articulo vltimo, docuit fuisse simul viatorem & comprehensorem, hic verò docet quod à principio suæ conceptionis fuit perfectus comprehensor, & quod viderit diuinam essentiam clarius præ cæteris, & hæc sententia est conclusio fidei catholicæ, & demonstratur his argumentis. In primis hæc est traditio Apostolica, nam Magister in. 3. distin. 14. & 26. ponit

Esaiæ. 11.
Hebræ. 11.
Psal. 21.
Roma. 8.
Aristot.
Luc. 2.
Marci. 13.
Vltimum.
Esaiæ. 53.
Psal. 15.
Psal. 44.
Cano. Christus fuit perfectus cōprehensor ab instanti suę conceptionis.
D. Tho.
Magister.

istam veritatem tanquam certam & statutam inter omnes patres Ecclesiæ, quorum sententias refert diligenter Cano in loco citato, Vide omnes Doctores scholasticos, qui vno ore, & summa consensione amplectuntur istam sententiam, quod non est leue argumentum traditionis Apostolicæ. Secundo loco accedunt sanctæ scripturæ, prima est Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, in quo significatur, quod anima Christi Domini fuerit glorificata ex vnione personali ad Verbum, quod significat Euangelista cum eadem voce bis repetita ait: gloriam quasi vnigeniti à patre, id est gloriam perfectam, & omnibus numeris absolutam, at videre per speculū in ænigmate est hominis imperfecti, vt inquit Paulus 1. Corinthiorum. 13. & ideò continuò subiungit: sapiebam vt paruulus, loquebar vt paruulus, cum venerit, quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est, sed Christus non erat homo imperfectus, non loquebatur, nec sapiebat vt paruulus, ergo videbat diuinam essentiam. Secunda scriptura habetur: Verbum habitauit in nobis plenum gratiæ, & veritatis, in quo significatur quod Christus ab instanti suæ conceptionis fuerit plenus gratiæ, & veritatis & quod data fuerit illi plenitudo gratiæ tanquam vniuersali principio gratiæ, at gratia viæ comparata ad gratiam patriæ est deficiens, & imperfecta censetur, ergo Christus non solum habuit gratiam vię, sed etiam gratiam comprehensoris, alioqui non esset plenus gratiæ. Tertia scriptura statim sequitur in eodem capite: de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia, quia gratia & veritas per Iesum Christum facta est, ergo Christus accepit summam, & perfectissimam gratiam vt gratia, & veritas in omnes emanarent, sed gratia perfectissima est visio beata, ergo habuit visionem beatam. Quarta scriptura in eodem loco Euāgelij. Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrabit. Certè ad testimonium perfectum requiritur testis oculatus, ergo Christus secundum quod homo iam viderat diuinam essentiam, etenim Christus secundum quod homo erat testis. Huic consonat illud quod dicit Dominus Ioā. 3. quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. Et continuò sequitur, nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo, in quo testimonio notat Caietanus optimè, quod illud verbum, ascendit, est præteriti temporis, & ideo sensus est, quod Christus Iesus secundum animam erat iam in cœlo

Ioan. 1.
1. Corin. 13
Ioan. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 1.

Rationes pro ista sententia.

per visionem beatam. ¶ Tertio loco accedunt rationes Theologicæ. Prima, natura humana in incarnatione Dominica eleuata est ad supremum esse, ergo eleuata est ad supremam operationem, talis est visio beata, ergo eleuata est ad visionem beatam. Secundò, Christus Dominus ab instanti suæ conceptionis fuit plenus gratiæ & veritatis vt testatur diuinum eloquium, sed inter omnes gratias primatum tenet visio beata, ergo à principio habuit visionem beatam. Tertia, Christus Dominus est filius Dei naturalis, nos verò filij Dei adoptiui, ergo excellentiori modo habuit beatitudinem quam nos, nos vero habemus beatitudinem, & hæreditatem æternam ex meritis, Christus Dominus ex vnione hypostatica quæ superat omnia merita, quia est vnigenitus filius Dei. Certè filij legitimi & naturales non indigent meritis vt habeāt hæreditatem patris, & reuera Deus ex natura sua est beatus, & ideo quò quis magis accedit ad istum modum habēdi beatitudinem, beatior & fœlicior est, & anima Christi inter omnes creaturas propius accesit ad istum modum habendi, habuit nanque beatitudinem ex vnione hypostatica, quoniam habuit esse diuinum personale. Quarta probatio est, non potest negari Christum in vita mortali constitutum fuisse beatum, gloria enim Dominici corporis quam ostendit in monte Thabor, attestatur euidenter gloriā ipsius animæ, & nihil cogit ad dicendum hanc beatitudinem cœpisse post Christum natum, ratio ergo persuadet quod habuerit illam ab instanti suę cōceptionis ex vnione hypostatica deriuatam. Quinta, si anima Christi Domini ab instanti suæ conceptionis non vidit essentiam Dei clarè, consequens est quod ambulauerit in hac vita per fidem, quod asserere erroneum est, & ab omni Theologia alienum. Vltimo, si anima Christi Domini à principio suæ creationis nō vidit apertè essentiam diuinā, sequitur quòd verè profecerit in gratia, in scientia infusa, & beata: quod asserere temerarium est omnino. Quòd rectè sequatur patet, nam aliquando non habuit scientiam beatam, & postmodum habuit illam, ergo profecit in scientia beata, & ex consequenti in scientia infusa.

Ad primū argu.

Ad secūdū. Quomodo in passione Christi fuit summum gaudiū cū summa tristitia cōiunctum.

¶ Ad argumenta in contrarium. Ad primum respondetur, quod ad probandum aliquod dogma fidei, satis est consensus omnium Theologorum fundatus in scripturis diuinis in autoritate maiorum, & in traditione Apostolica. ¶ Ad secundum argumentum variæ sunt Theologorū solutiones, prima est quod illud summum gaudium fuit in voluntate, tristitia verò summa fuit in appetitu sensitiuo, & sic contraria non fuerunt in eodem subiecto. Sed hanc solutionem esse falsam, & irrationabilem ostendit euidenter Cano in loco citato. Aliam solutionem adhibet prædictus Doctor, quod Christus in Cruce detinuit gaudium, & fruitionem beatificam, ne ex beata visione prodirent, & id quidem per magnum miraculum, vt pateretur pro nobis sine aliqua consolatione. Sed ista solutio non placet doctioribus, tum quoniam noua est, & inaudita in Theologorum gymnasijs, tum verò quoniam est expressè cōtra Diuum Thomam. Docet enim Diuus Thomas infra quæstione. 46. articulo. 8. quod anima Christi habebat summum gaudium fruitionis in parte superiori, tum verò quoniam constituere quod anima Christi aliquando habebat gaudium fruitionis, & aliquando non habebat, & post resurrectionem iterum habebat, est constituere vitam beatam variabilem & mutabilem, quod est cōtra eius essentiam, tum denique, quoniam si anima Christi vel per momentum caruit gaudio beatifico, videtur derogari plenitudini gratiæ Christi, quæ in hoc consistit quòd habuerit perfectè & ad plenum gratiam consummatam. Sunt qui dicant posse fieri de potentia Dei absoluta, quod duo contraria in gradibus summis possint esse simul in eodem subiecto, & sic dicunt factum fuisse tempore Dominicæ passionis. Sed ista solutio friuola est, & sine fundamēto asseuerata.

Cano.

D. Tho.

Solutiones D. Tho.

¶ Duas solutiones huius argumenti habeo ex doctrina D. Thomæ infrà quæstione. 46. articulo. 6. 7. & 8. prior est, duo contraria non posse esse per se in eodem subiecto, benè tamen per accidens, vt cum quis deambulans in naui fertur in contrarium ad id ad quod nauis mouetur. Sic, inquit Diuus Thomas, gaudium fuit in superiore parte animæ Christi per se, quia per proprium actum, tristitia verò fuit per accidens quoniam per dolorem corporis. Posterior solutio est, quod illud gaudium & illa summa tristitia non erant verè contraria, nam non erant de eodem sub eadem ratione. Pro cuius declaratione nota, quod voluntas quæ est appetitus rationalis considerans rationes æternas & diuinas, qua de causa appellatur ratio superior, gaudebat de Dei visione, & de morte ipsius in diuina visione repræsentata. Cæterum eadē voluntas considerans rationes humanas, & tēporales de morte maximè tristabatur, & ideo gaudium illud & tristitia non erant de eodem sub eadem ratione formali. Sed addit Diuus Thomas in articulo octauo, quod per magnum miraculum factum est, vt exuberantia gaudij beatifici non impediret tristitiam

Ad tertiũ. Christus non habuit fidem nec spem.

triſtitiam illam partis inferioris. ¶ Ad tertium argumentum reſpondetur negando antecedens, & ad primã probationem reſpondetur, quod fides in eo teſtimonio accipitur pro fidelitate, itaque ſenſus eſt quod erit iuſtus, & fidelis. Ad ſecundam probationem reſpondetur, Deum dici ſpem Chriſti, quia in eo collocauerat fiduciam non autem in homine mendaci. Item quia multa ab illo ſperabat, quanquam non ſperabat gloriam animæ, quã iam habebat. Ad tertiam probationem reſpondetur, quod ad rationem timoris ſatis eſt apprehenſio ſenſitiua de futura morte non repreſentans cum certitudine, ad hanc enim apprehenſionem ſequitur immediatè paſsio timoris. Itaque cogitatiua Chriſti, ſiue apprehenſiua potentia aliquando repræſentabat futuram mortem non repręſentando cum certitudine, & tunc ſequebatur timor, aliquando verò repræſentabat mortem cum certitudine ex participatione partis intellectiuæ quæ de hoc certa erat, & tunc ſequebatur tantum pauor & triſtitia non timor. Videte de hac re D. Thomam ſuprà quæſtione. 15. articulo. 8. Ad quartam probationem dicendũ eſt, quod cum Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis fuerit plenus gratiæ & veritatis euidens eſt, quod non profecerit in gratia, & veritate ſed dicitur profeciſſe quantum ad effectus. Vult ergo dicere Euangeliſta quod procedente ætate faciebat perfectiora opera, in his quæ ſunt ad homines. Ad quintam probationem dicendum eſt, quod ex prædictis teſtimonijs ſumpſerunt occaſionem Arriani derogandi dignitati Chriſti tanquam minus potentis & minoris patre, contra quos in præſentia non eſt dimicandum, ſed tantum exponendus eſt ſenſus ſcripturæ. Dicit ergo Ioannes, omnia demonſtrat filio quæ facit, id eſt, omnia communicat. Quaſi dicat in partem omnium quæ agit accerſit illum. Et ſtatim ſequitur: & maiora demonſtrabit ei opera, id eſt, per illum maiora perficiet opera, & ipſo ignorante nihil perficiet. ¶ Ad quartum argumentum principale nego antecedens, & ad primum teſtimonium ſcripturæ reſpondetur, quod verba antecedentia declarant eius ſenſum, nam antea dictum eſt, ſi poſuerit pro peccato animam ſuam videbit ſemen longæuum, & ſtatim ſequitur, videbit & ſaturabitur, tot vtique filijs Dei in gloriam adductis. Ad ſecũdum teſtimonium dico, quod vel intelligitur de corpore Chriſti myſtico, vel de gloria corporis Domini poſt reſurrectionem obtenta, tunc enim adimpletus eſt lætitia ex omni parte tam in corpore, quam in anima in parte ſuperiori, & inferiori in appetitu intellectiuo & ſenſitiuo. Ad vltimum teſtimonium reſpondetur, Chriſtum meruiſſe manifeſtationé vnctionis iuxta illud: propter quod exaltauit eum Deus, &c. Sed non meruit ipſam vnctionem, ex phraſi enim ſcripturæ tunc res aliqua dicitur fieri quando innoteſcit: in quo ſenſu dictum eſt illud: data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Hactenus de iſta quæſtione. ¶ Ad finem huius articuli obſeruandũ eſt Dominum Caietanum in hoc articulo incunctanter docere, quod gratia viatoris ſemper & omnibus modis excediturà gratia comprehenſoris, quam ſententiam non eſſe veram oſtendimus ſupra quæſtione. 27. artic. 5. cum de plenitudine gratiæ B. Mariæ ageretur. Sed euidentius confutatur hæc ſententia in 2. 2. q. 24. artic. 7.

D. Tho.

Ad quartũ explicãtur teſtimonia ſcripturæ.

QVAESTIO XXXV.

De natiuitate Chriſti, in octo articulos diuiſa.

¶ De qua re diſputant Doctores in. 3. d. 8.

COnſequenter poſt Chriſti conceptionem agendum eſt de eius natiuitate. Et primò, quantum ad ipſam natiuitatẽ. ſecundò quantum ad natiuitatis manifeſtationem.

¶ Circa primum quæruntur octo. ¶ Primò, vtrùm natiuitas ſit naturæ vel perſonæ. ¶ Secundò, vtrùm Chriſto ſit attribuenda alia natiuitas præter æternam. ¶ Tertiò, vtrùm ſecundum natiuitatem temporalem beata Virgo ſit mater eius. ¶ Quartò, vtrùm debeat dici mater Dei. ¶ Quintò, vtrùm Chriſtus ſecundum duas filiationes ſit filius Dei patris & Virginis matris. ¶ Sextò, de modo natiuitatis. ¶ Septimò de loco. ¶ Octauò, de tempore natiuitatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm natiuitas ſit naturæ vel perſonæ.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd natiuitas naturæ cõueniat magis, quàm perſonæ. Dicit enim Aug*. in lib. de fide ad Petrum. Natura æterna atq; diuina, nõ poſſet concipi & naſci ex humana natura, niſi ſecundum veritatem 188

3. di. 8. artic. 1.

c. 40. in medio. tom. 3.

veritatem humanæ naturę. Si igitur diuinæ naturæ conuenit concipi & nasci ratione humanæ naturæ, multò magis conuenit humanæ naturæ. ¶ 2. Præterea, Secundum Philosophum 5. Metaph.* nomen naturæ à nascendo sumptum est. Sed denominationes fiunt secundum similitudinis conuenientiam. ergo videtur, quod natiuitas magis pertineat ad naturam, quàm ad personam. ¶ 3. Præterea, Illud propriè nascitur quod per natiuitatem incipit esse. Sed per natiuitatem Christi non incepit esse persona Christi, sed eius humana natura. Ergo videtur, quòd natiuitas propriè pertineat ad naturam, non ad personam. ¶ Sed contra est, quod Dam.* dicit in 3. libro, Natiuitas hypostasis est, non naturæ.

li. 5. Meta. tex. 5. to. 3.

l. 3. c. 6. paulò à princi.

Respondeo dicendum, quòd natiuitas potest attribui alicui dupliciter, vno modo sicut subiecto: alio modo sicut termino. Sicut subiecto quid attribuitur ei quod nascitur: hoc autem propriè est hypostasis, non natura. Cùm enim nasci sit quoddam generari, sicut generatur aliquid ad hoc quòd sit, ita nascitur aliquid ad hoc quòd sit. Esse autem propriè est rei subsistentis: nam forma, quæ non subsistit, dicitur esse solùm, quia ea aliquid est. Persona autem vel hypostasis significatur per modum subsistentis: natura autem significatur per modũ formæ, in qua aliquid subsistit. Et ideo natiuitas tãquam subiecto nascenti, propriè attribuitur personæ vel hypostasi non naturæ. Sed sicut termino attribuitur natiuitas naturæ: terminus enim generationis & cuiuslibet natiuitatis est forma: natura autem per modum formæ significatur. Vnde natiuitas dicitur esse via in naturam, vt patet per Philosophũ. 2. Phys.* terminatur enim naturę intẽtio ad formam seu naturam speciei.

lib. 2. Phy. tex. 14. tomo. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd propter identitatem, quæ in diuinis est inter naturam & hypostasim, quandoque natura ponitur pro persona vel hypostasi. Et secundum hæc dicit Augu.* naturam diuinam esse conceptam & natam: quia scilicet persona Filij est concepta & nata, secundum humanam naturam. ¶ Ad secundum dicendum, quòd nullus motus seu mutatio denominatur à subiecto quod mouetur: sed à termino motus, à quo speciem habet. Et propter hoc natiuitas non denominatur à persona, quæ nascitur, sed à natura, ad quam natiuitas terminatur. ¶ Ad tertium dicendum, quòd natura propriè loquendo, non incipit esse, sed magis persona incipit esse in aliqua natura: quia (sicut dictum est*) natura significatur, vt quo aliquid est: persona autem significatur, vt quę habet esse subsistens.

Loco citato in arg.

In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio, Conclusio est, natiuitas conuenit personæ tanquam illi qui nascitur, sed naturæ tanquam termino.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrũm hæc sit vera diuinitas est nata de Virgine. Primũ arg. Conc. Late. Augus. Secundum. Tertium. Quartum. Vltimum. IN hoc articulo est primum dubium, an ista propositio sit concedenda, diuinitas est nata de virgine Maria? A parte affirmatiua sic argumentor, nam in Concilio Lateranensi sub Martino I. Canone. 5. dicitur anathema aduersus eum, qui affirmauerit naturam diuinam non fuisse incarnatam. Idem docet Augustus. libro de fide ad Petrum cap. 2. & D. Damasc. libro. 3. capitulo. 6. sic ait: nos dicimus naturam diuinam fuisse incarnatam ex B. Virgine secundum D. Athanasium, & Cyrillum. ¶ Deinde B. Maria est mater Dei, ergo est mater deitatis, consequentia probatur, nam Deus & deitas penitus sunt idem. ¶ Tertiò, in filio non est aliud accipere nisi essentiam, & proprietatem personalem sed absurdum est, quod filius Dei dicatur nasci ex Virgine ratione proprietatis personalis, nam proprietas hæc est relatio, qua ab æterno refertur ad Patrem sine matre, ergo dicitur nasci de Virgine ratione diuinitatis ex quo consequens est, quod diuinitas sit nata de B. Virgine. ¶ Quartò, illa natura quodammodo dicitur nata, quæ communicatur per generationem, sed per generationem temporalem ex Beata Virgine communicata est diuinitas homini, ergo diuinitas nata est ex Virgine Maria. ¶ Vltimò, quidquid prædicatur in recto de Petro, dicitur nasci ipso nato,

nato, recte enim sequitur. Petrus natus est, ergo homo, animal, substantia, sed natura diuina prædicatur in recto de filio Dei, ergo dicitur nasci, filio Dei nato de Virgine Maria.

Vtrùm hęc sit vera natura humana est nata de virgine. Primu arg.

¶ Est aliud dubium quod simul explicãdum est, Vtrùm sit concedenda ista propositio humana natura nata est de Virgine Maria. A parte affirmatiua sic argumentor, filius Dei dicitur natus ex Virgine Maria secundum id, quod accepit de Virgine Maria, sed humanam naturam accepit de Virgine Maria, ergo humana natura nata est de Virgine Maria.

Secundum.

¶ Deinde, illa natura quæ cœpit esse in materia nasci & generari dicitur, sed humana natura cœpit esse in materia ex Virgine Maria, ergo nata est de Virgine Maria.

Tertium.

¶ Deinde, Christus Dominus vel Dei filius non est productus temporaliter, sed solum humana natura, ergo solum humana natura nata est de Virgine Maria.

Vltimum.

¶ Denique, produci in viuentibus est generari & nasci, sed humana natura in Christo est producta, ergo est genita & nata de Virgine Maria.

Scotus. Gabriel.

¶ Propter ista argumẽta Scotus & Gabriel in. 3. distinct. 8. quæstione vnica tenent, quod natiuitas & generatio indifferenter respiciũt naturam & suppositum, ex qua doctrina idem Gabriel in. 3. distin. 4. quæstione vnica articu. 3. elicit mirabilia dogmata. Primum est, non est idem nasci, & esse filium, nam pars viuentis verè nascitur, & filius non est. Secundum est, non omne quod natum est ex Virgine Maria est eius filius, nam humanitas Christi nata est ex Virgine Maria, & eius filia non est. Tertium est, quod si Verbum diuinum dimitteret humanitatem, iam illa humanitas verè esset Virginis filius, nam iam est suppositum natum de Maria Virgine, ergo esset eius filius. Quartum est, quod homo quinquaginta annorum inciperet esse filius Virginis. Quintum est, quod in eo casu B. Maria haberet duos filios videlicet Christum Dominum & illam humanitatem separatam à diuinitate. Sed ista Theologia est omnino ridicula.

Prima conclusio.

¶ Pro explicatione ergo vtriusque dubitationis propositæ, est prima conclusio. Diuinitas non est nata de patre per generationem æternam.

D. Tho.

Hæc conclusio statuitur à D. Thoma prima parte quæstione. 39. articulo. 5. & probatur his argumentis. Primum inter genitum, & rem generantem oportet vt sit distinctio realis, nihil enim generat seipsum, at inter essentiam diuinam & patrem generantem non est distinctio realis, vt planè constat ergo diuinitas non est genita, aut verò nata de substantia patris. Deinde, id quod nascitur & gignitur principium habet vnde prodeat, at diuinitas non habet principium vnde prodeat, esset enim genita vel procedens, sed non est genita neque procedens, aliâs mysterium sanctissimæ Trinitatis confunderetur, nam pater esset genitus ac subindè filius. Tertiò probatur, nam hæc conclusio est diffinita in Concilio Lateranensi II. sub Innocentio III. contra Abbatem Ioachim, diffinitio est quod essentia diuina, neque est generans, neque generat, neque genita, neque nata. Habetur hæc diffinitio in cap. Damnamus de summa Trinitate, & in Concilio Primo Toletano in assertione fidei, sic habetur: Si quis dixerit, deitatem esse nascibilem anathema sit.

Cõc. Later.

Cap. Damnamus de summa Trinitate.

Concil. Toletanum.

¶ Secunda conclusio, diuinitas non est nata de Virgine Maria per generationem temporalem. Probatur in hunc modum: nam diuinitas magis cõuenit cum generatione Christi æterna, quam cum temporali, sed ipsa non est nata per generationem æternam, vt dudum dictum est, ergo multò minus est nata generatione temporali. Deinde, illa natura quodammodo nasci dicitur, quæ per generationem accepta est, diuina autem natura non est in Christo per temporalem generationem accepta, vnde nullo modo debet dici nata de Virgine. Præterea, quod natum est ex Virgine Maria initium habet ex Virgine Maria, sed diuinitas non habet initium, ergo non nata est de Virgine Maria.

2. Conclus.

3. Conclus.

¶ Tertia conclusio, humana natura in Christo non est nata de Virgine Maria. Nam vt scribit Damascenus libro. 3. capit. 6. nasci est hypostasis non naturæ, & patet euidenti ratione nasci enim est quoddam generari, & sicut generatur aliquid ad hoc quod sit, ita etiam nascitur aliquid ad hoc quod sit, esse autem est proprium rei subsistentis, persona verò significatur per modum subsistentis, & ideo natiuitas tãquam subiecto nascenti propriè attribuitur personæ, vel hypostasi non naturæ.

Damasc.

¶ Contra hanc rationẽ, quam hic habet Diuus Thomas obijcit Caietanus, ex Aristotele libro. 1. de generatione capitulo. 13. inquiente, quod materia prima est subiectum generationis, generatio autem quædam natiuitas est, ergo falsum est, quod dicit Diuus Thomas, quod natiuitas conuenit personæ vel hypostasi sicut subiecto nascenti.

Obiectio. Aristot.

¶ Ad hanc obiectionem respondet Dominus Caietanus conclusionem D. Thomæ non posse intelligi de subiecto inhæsionis, cui scilicet natiuitas inhæreat, nam tale est materia prima iuxta Aristotelis sentẽtiã, debet ergo intelligi de subiecto denominationis tãtum id est, de subiecto quod verè & propriè dicitur, & denominatur nasci. Sed profecto ego credo,

Quomodo suppositum sit subiectũ generationis.

quod

quod secundum rectam philosophiam conclusio D. Thomæ debeat intelligi de vtroque subiecto, etenim natiuitas & generatio in persona siue in hypostasi inhæret, & non in materia prima, & personam vel hypostasim denominant, & Aristoteli respondetur, quod cum dicit materiam primam esse subiectum generationis vsurpat subiectum pro materia, circa quam versatur generatio, & corruptio expellendo inde vnam formam, & introducendo aliam, non tamen facit sermonem de subiecto inhæsionis, aut denominationis. ¶ His constitutis ad argumenta vtriusque disputationis respondendum est. Ad primum primæ dubitationis, dicendum est, quod hæc propositio, diuinitas est incarnata, impropria est, & ideo si alicubi inueniatur apud sanctos Patres piè est interpretanda, & non extendenda, vt sit sensus: Deum veraciter esse incarnatum. Sancti enim agentes contra Nestorium, vt attestarentur veritati incarnationis, dicebant diuinitatem esse incarnatam. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, negandam esse consequentiam, nam vnio humanitatis non est terminata ad deitatem, sed ad personam Verbi, & ideo B. Virgo non est mater diuinitatis, sed personæ diuinæ. ¶ Ad tertium respondetur, quod in filio tria sunt considerãda essentia, proprietas, & hypostasis, quanquam hæc tria non distinguantur realiter, & ratione hypostasis est natus de Virgine in quantum sibi copulauit naturam humanam in vnitate personæ. ¶ Ad quartum argumentum respondetur, quod diuinitas nõ est communicata Christo per generationem temporalem, sed per generationem æternam & ideo argumentum non procedit. ¶ Ad quintum argumentum respondetur, quod natura diuina non prædicatur in recto de filio in quantum natura est, sed propter simplicitatem diuinæ essentiæ, in qua nulla permittitur distinctio realis, differunt tamen ex modo signi ficandi qui facit vt aliquid prędicetur de persona, quod de natura prædicari non potest. ¶ Ad argumenta secundæ dubitationis, ad primum respondetur, quod quemadmodum Christus est homo ratione humanæ naturæ, at humana natura non est homo, sic Christus est natus de Virgine ratione humanæ naturæ, at natura humana non est nata de Virgine, sed Christus Deus & homo. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod cum esse sit suppositi, & non naturæ, ideo natura propriè non incipit esse, nec producitur, nec generatur. Sed Christus producitur, & generatur in humana natura. ¶ Ad tertium respondetur, q̃ ex precedenti solutione patet quid dicendum sit. ¶ Ad quartum respondetur, quod Christus producitur & generatur subsistens in humana natura, & ideo veraciter incipit esse homo quod anteà non erat. ¶ Sed videamus quid sit sentiendum de illo dogmate Gabrielis, quod si verbum Dei dimitteret humanitatem, ille homo, qui inde resultaret esset Virginis filius. Nam videtur, profecto, quod verum sit, nam ille homo est natus ex muliere, non ex nihilo productus, & non nisi ex B. Virgine, ergo est natus ex B. Virgine. Deinde, ille homo accepit naturam humanam ex visceribus B. Virginis, ergo est filius B. Virginis. Præterea, ex illa humanitate accepta ex B. Virgine naturali consequio sequitur illa personalitas creata, quam modo habet & qui dat formam, dat consequentia ad formam, & omnia quæ sequuntur naturali consequutione tribuuntur generanti secundum rectam Philosophiam, ergo illa persona nata est ex Virgine Maria. His argumentis nihil obstantibus veritas est, quod non esset filius Mariæ. Nam Maria nunquam peperit istum hominem, ergo non est filius eius. Deinde, ex vi generationis & natiuitatis ex Maria non prodit iste homo commemoratus, sed Christus Dominus, & hunc solum nobis peperit saluatorẽ. Atqui hæc probatio secunda si rectè expendatur euidenter dissoluit argumenta in contrarium.

Ad argumẽta primi dubij.
Ad primũ.
Ad secũdũ.
Ad tertium
Ad quartũ.
Ad quintũ.
Ad argumẽta secundæ dubitationis.
Ad primũ.
Ad secũdũ.
Ad tertiũ.
Ad quartũ.
Si verbum diuinũ dimitteret humanitatem homo qui resultaret nõ esset filius Virginis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm attribuenda sit Christo aliqua natiuitas temporalis.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christo non sit attribuenda aliqua natiuitas temporalis. Nasci enim est velut quidam motus rei non existentis, antequam nascatur, id agẽs beneficio natiuitatis, vt sit. Sed Christus ab æterno fuit. Ergo nõ potuit tẽporaliter nasci. ¶ 2. Præterea, Illud quod est in se perfectũ, natiuitate non indiget. Sed persona filij Dei ab æterno fuit perfecta. Non ergo indiget tẽporali natiuitate. Et ita videtur, quod nõ sit tẽporaliter natus. ¶ 3. Præterea, Natiuitas propriè personæ conuenit. Sed in Christo est vna tantùm persona. Ergo in Christo est tantùm vna natiuitas. ¶ 4. Præterea, Quod duabus natiuitatibus nascitur, bis nascitur. Sed hæc

189

3. di. 14. q. 1. arti. 2. ad 4. & 3. dist. 8. ar. 4. q. 1. & de vnio. ar. 2. ad 16.

videtur

videtur esse falsa, Christus est bis natus, quia natiuitas eius, qua de Patre est natus, interruptionem non patitur, cùm sit ęterna: quod tamẽ requiritur ad hoc aduerbium, bis. Ille enim dicitur bis currere, qui cum interruptione currit. Ergo videtur, quòd in Christo non sit ponenda duplex natiuitas. ¶ Sed contra

l. 3. orth. fi. c. 7. in me. est, quod Damasc†. dicit in 3. lib. Confitemur duas Christi natiuitates: vnã quę est ex Patre, æternam, & vnam, quæ est in vltimis temporibus propter nos.

Respondeo dicendum, quòd (sicut

Art. præce. dictum est*) natura comparatur ad natiuitatem, sicut terminus ad motũ vel mutationem. Motus autem diuersificatur secundum diuersitatem terminorum: vt patet per Philosophũ in 5. Phy-

l. 5. Physic. tex. 41. & sequẽtibus tom. 2. sicor†. In Christo autem sunt duæ naturæ, diuina scilicet & humana: quarum vnam accepit ab æterno à Patre, alteram accepit temporaliter à matre. Et ideo necesse est attribuere Christo duas natiuitates: vnam, qua æternaliter natus est à Patre: aliam, qua temporaliter natus est à matre.

Ad primum ergo dicendum, quòd hæc fuit obiectio cuiusdã Feliciani hæ-

c. 12. paulò post princ. tom. 6. retici: quam Augustꝰ†. in lib. contra Felicianum sic soluit, Fingamus, inquit, sicut plerique volunt, esse in mundo animam generalem, quæ sic ineffabili motu semina cuncta viuificet, vt nõ sit concreta cum genitis, sed vitã præstet ipsa gignendis. Nempe cùm hæc in vtero, passibilem materiam ad vsus suos formatura peruenerit, vnam facit secum esse personam eius rei, quam non eandem constat habere substantiam: & fit operante anima & patiente materia, ex duabus substantijs vnus homo. Sicque animam nasci fatemur ex vtero, non quia antequam nasceretur, quantum ad se attinet, ipsa penitus non fuisset. Sic ergo, imò sublimiùs natus est de matre filius Dei secundum hominem, eo pacto, quo cum corpore nasci docetur & animus: non quia vtriusque sit vna substantia: sed quia ex vtraque fit vna persona. Non tamen ab initio carnis incepisse dicimus Dei filium, ne temporalem credat aliquis deitatem: non ab æterno filij Dei nouimus carnem, ne nõ veritatem humani corporis, sed quandam eum suscepisse putemus imaginẽ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hęc* fuit ratio Nestorij. quam soluit Cyrillus in quadam Epistola dicens, Non dicimus, quòd filius Dei indiguerit necessariò propter se secunda natiuitate post eam, quæ ex Patre est, est enim fatuum & indoctum, existẽtem ante omnia secula, & consempiternum Patri indigere dicere initio, vt sit secũdò. Quoniam autem propter nos & propter nostram salutem vniens sibi secundum subsistentiam, quod est humanũ, processit ex muliere, ob hoc dicitur nasci carnaliter.

In Concil. Chalcedo. actione 1. in epi. ad Nestorium, circa medium. & in serm. Conc. Ephesini.

¶ Ad tertium dicẽdũ, quòd natiuitas est personæ vt subiecti, naturæ autem vt termini. Possibile est autẽ vni subiecto plures trãsmutationes inesse, quas tamen necesse est secundum terminos variari. Quod tamen non dicimus, quasi æterna natiuitas sit transmutatio aut motus, sed quia significatur per modum mutationis, aut motus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus potest dici bis natus secundum duas natiuitates. Sicut enim dicitur bis currere, qui currit duobus temporibus, ita potest dici bis nasci, qui semel nascitur in æternitate, & semel in tempore: quia æternitas & tempus multò magis differunt quàm duo tẽpora, cùm tamen vtrunque designet mensuram durationis.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est. Christus habuit duas natiuitates, vnã ęternam, alterã temporalem. In Christo enim sunt duæ naturæ, vna ab ęterno patre, alia temporalis à matre, ideo in ipso duæ ponendæ sunt natiuitates. Natura enim se habet ad natiuitatem, vt terminus ad motũ qui diuersificatur secundum diuersitatem terminorum. Habet itaque vnã æternaliter à patre, aliam temporaliter à matre.

EXPO-

EXPOSITIO ARTICVLI.

HÆc concluſio eſt certa ſecũdum fidem, & habetur paſsim in ſanctis ſcripturis,& in Symbolo Athanaſij. Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, homo eſt ex ſubſtãtia matris in ſæculo natus. Et in Concilio V. generali.c.2.ſic diffinitur. Si quis non confitetur Dei Verbi duas natiuitates alteram æternam,alteram temporalem, anathema ſit.Hæc eadem diffinitio habetur in ſexta Synodo generali actione.11.in oratione Sophronij, & in edicto Iuſtiniani Imperatoris miſſo ad Ioannem II. Papam, quod habetur poſt ſecũdum Concilium Toletanum. ¶ Sed ex hac diffinitione magna oritur quæſtio, Vtrùm ſit concedendum,quod Chriſtus bis fuerit natus. Durand.in.3. d.8.q. 2. negat iſtam propoſitionẽ, Chriſtus eſt bis natus, & probat eſſe negandã his argumentis. Primũ, nam hoc aduerbiũ numerale, bis,denotat repetitionẽ eiuſdẽ cũ interruptione temporis,ſed natiuitas qua Chriſtus natus eſt à patre ęternaliter non eſt interrupta tempore cum ſit æterna, ergo nõ bis natus eſt. ¶ Deinde,illud aduerbium numerale repetit actum eiuſdem ſpeciei,vnde ſi quis comedat & ſcribat nõ dicitur bis facere, ſed duo facere.Sed natiuitas æterna, & temporalis nó ſunt eiuſdem ſpeciei vt planè conſtat, ergo. ¶Tertiò,ſi Chriſtus eſt bis natus,ergo eſt bis filius,quod aſſerere à veritate Theologiæ alienum eſt. ¶ His argumentis non obſtantibus, ego ſentio cum Magiſtro prędicta diſtinct.& cũ D.Thoma in ſolutione vltimi, quod Chriſtus eſt bis natus. Nam Chriſtus ſemel natus eſt de Patre ab æterno, & iterum natus eſt de matre in tempore,ergo bis natus eſt. Deinde, Chriſtus habuit duas natiuitates,& duas generationes vnam æternam, & alteram temporalem,nam de æterna dicitur Eſa.ca. 53. generationem eius quis enarrabit? de tẽporali vero, inquit Matthæus:Chriſti autem generatio ſic erat,ergo bis natus eſt & generatur. ¶ Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur, & ad primum nego, quod illud aduerbium numerale ſemper denotat interruptionẽ temporis, nam ſi Deus modo produceret aliam lucem non deſtruens priorem quam in principio condidit, verè & propriè diceretur bis creaſſe lucẽ, at nõ eſt interruptio temporis; & cœlũ ipſum ſemel atque iterum & multoties mouetur, at non eſt interruptio temporis, ſemper enim irrequieto motu voluitur, & ſi Verbum diuinum ab æterno aſſumeret naturam humanã ex B.Virgine diceretur bis natus, nã per duas natiuitates habuiſſet duas naturas diuinã per generationem immaterialem, & intellectualem;humanam per generationem materialem ex Virgine Maria,& tamen inter iſtas generationes nulla eſt interruptio tẽporis. ¶ Ad ſecũdum argumentum reſpondetur,ſatis eſſe vnitatem analogicã inter iſtas duas natiuitates vt Chriſtus dicatur bis natus. Certè homo productus à patre ſuo naturali, & poſtmodum in vltima reſurrectione eſt bis productus,at iſtæ productiones non ſunt eiuſdem ſpeciei. ¶ Ad tertium argumentum, qui cõcederet id quod infertur,non abſurdè, neque improbabiliter loqueretur,ſed rectius eſt negare conſequentiam,nam filiatio reſpicit præciſe ſubiectum, & ſic non eſt concedendum fuiſſe bis filium, ne duos filios introducamus, natiuitas verò reſpicit ſubiectũ ratione naturę,& quia eſt duplex natura accepta per natiuitatẽ,rectè & verè poteſt cõcedi, quod Chriſtus eſt bis natus.

Symbolũ Athanaſij. Conc.5.generale. Conc.6.generale. Edictũ Iuſtiniani. Vtrũ Chriſtus bis fuerit natus. Durandus. Primũ arg. Secundum. Tertium. Chriſtus eſt bis natus. D.Thom. Eſaiæ.53. Matth.1. Ad primũ argum. Ad ſecũdũ. Ad tertium

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm ſecundum temporalem Chriſti natiuitatem, beata Virgo poſsit dici mater eius.

AD tertium ſic proceditur. Videtur,quòd ſecũdum temporalem natiuitatem Chriſti, beata Virgo non poſsit dici mater eius. Vt enim ſuprà dictum eſt*,beata Virgo Maria nihil actiuè in generatione Chriſti operata eſt, ſed ſolam materiã miniſtrauit. Sed hoc non videtur ſufficere ad rationem matris:alioquin lignum diceretur eſſe mater lecti aut ſcamni. Ergo videtur,quòd beata Virgo non poſsit dici mater Chriſti. ¶ 2. Præterea, Chriſtus ex beata Virgine miraculosè natus eſt. Sed miraculoſa generatio non ſufficit ad rationẽ maternitatis vel filiationis: nó enim dicimus Euam fuiſſe filiam Adæ. Ergo videtur,quòd nec Chriſtus debeat dici filius beatæ Virginis. ¶ 3. Præterea, Ad matrem pertinere videtur deciſio ſeminis. Sed ſicut Dam*. dicit in 3.lib. corpus Chriſti non ſeminaliter,ſed conditiuè à Spiritu ſancto formatum eſt. ergo videtur, quòd beata Virgo nó debeat dici mater Chriſti. ¶ Sed cõtra eſt, quod dicitur Matthæi primo, Chriſti generatio ſic erat: Cùm eſſet deſpoſata mater Ieſu Maria,Ioſeph,&c.

Reſpondeo dicendum, quòd beata Virgo

190 3.di 3.q.1. ar.1 & 2. & diſt 4.q.2. arti.2.& 4. cõt.c.32.§. 4.& c.34.& 44.& opuſ. 3.c.229.& 230.& opu. 60.c.3.col. 4. 1q.32.arti. 4. li.3.c.2.& & 7.

Virgo est vera & naturalis mater Christi. Sicut enim suprà dictum est*, corpus Christi non est de cælo allatum, sicut Valentinus hæreticus posuit: sed de Virgine matre sumptum, & ex purissimis sanguinibus eius formatum. Et hoc solum requiritur ad rationem matris; vt ex suprà dictis patet*. Vnde beata Virgo verè est mater Christi.

3.q.5.ar.2.

3.q.31.ar.5.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd (sicut suprà dictum est*) paternitas siue maternitas & filiatio, non cõpetunt in quacunque generatione, sed in sola generatione viuentium. Et ideo si aliqua inanimata ex aliqua materia fiant: non propter hoc consequitur in eis relatio maternitatis & filiationis: sed solùm in generatione viuentium, quæ propriè natiuitas dicitur. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd sicut Damas.* dicit in 3. lib. natiuitas temporalis, qua Christus est natus propter nostram salutem, est quodammodo secundum nos: quoniam natus est homo ex muliere: & tempore conceptionis debito. Super nos autem, quoniam non ex semine, sed ex Spiritu sancto & sancta Virgine, supra legem conceptionis. Sic igitur ex parte matris natiuitas illa fuit naturalis, sed ex parte operationis Spiritus sancti fuit miraculosa, vnde beata Virgo est vera & naturalis mater Christi. ¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est*) resolutio seminis fœminæ, non pertinet ad necessitatem conceptus, & ideo resolutio seminis non ex necessitate requiritur ad matrem.

3.q.32.ar.3.

1.3.c.7. circa medium

3.q.32.ar.4.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Mat.1. CONclusio est affirmatiua & est expressa fides. Matth. 1. vbi appellatur mater Iesu: cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo sciendum est, quod quidã autores ponunt duas excellentias eximias maternitatis Virginis super alias matres. Prima est, quòd beata Virgo subministrauit totam materiam ex qua corpus Christi fuit formatum, aliæ verò matres non subministrant totam materiam, pater enim præstat partem. Secunda excellentia est, quod soli ipsi filius est consubstantialis, nam sola ipsa præbuit totam materiam substantialem, cæteræ verò matres minimè. Sed hæc duo præsupponunt vnum falsum, quod semen viri intret materiam fœtus, & non sit solum causa efficiens, quod dogma alienum est à vera Philosophia. Illud potius animaduersione dignum est ex D. Thom. 1. p. q. 25. art. 6. ad vltimum, quod beata Virgo ex eo quod est mater Dei habet quandam infinitam dignitatem ex coniunctione ad bonum infinitum, quod est Deus, vnde non potest fieri, nec excogitari quidem mater melioris filij, quam mater Christi, & in hoc sensu maternitas est dignitas infinita in beata Virgine. Vltimo notandum est, quod D. Damascenus lib. 3. c. 12. sic inquit: nos beatam Mariam non dicimus tãtum genitricem Christi, sed Dei, ergo autore D. Damasceno beata Maria non est mater Christi. Ad hoc respondetur, vtrumque esse confessionem fidei beatam Virginem esse matrem Christi. Sed posuit illa verba contra Nestorium, qui aiebat Mariam esse matrem Christi puri hominis & non Dei.

B. Virgo habet quandã infinitatem D. Thom.

Obiectio. Damasce.

Solutio.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm beata Virgo debeat dici mater Dei.

191 3.di.4.q.2. ar.3.&4.cõtra c.34.43 & 45.fin. & op.3.c.2.&3.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd beata Virgo non debeat dici mater Dei. Non enim dicendum est circa diuina mysteria, nisi quod ex sacra Scriptura habetur. Sed nunquam in sacra scriptura legitur, quòd sit mater aut genitrix Dei, sed quòd sit mater Christi vel mater pueri: vt patet Matth. 1. Ergo non est dicendum quòd beata Virgo sit mater Dei. ¶ 2. Præterea, Christus dicitur Deus secundum diuinam naturam. Sed diuina natura non accepit initium essendi ex Virgine, ergo beata Virgo non est dicenda mater Dei. ¶ 3. Præterea, Hoc nomen Deus, communiter prædicatur de Patre & Filio & Spiritu sancto. Si ergo beata Virgo est mater Dei, videtur sequi, quòd beata Virgo sit mater Patris & Filij & Spiritus sancti, quod est inconueniens. Non ergo beata Vir-

go debet dici mater Dei. ¶ Sed contra est, quod in capitulis Cyrilli * approbatis in Ephesina synodo legitur: Si quis non confitetur Deum esse secundum veritatem Emmanuel, & propter hoc Dei genitricem sanctam Virginem (genuit enim carnaliter carnem factum Dei Verbum) anathema sit.

Can.1.cõcil.Ephes.to.1.cõcil. & habetur inter opera Cyril.epist. 4.to.4.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut suprà dictum est*) omne nomen significans in concreto naturam aliquam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. Cùm autem vnio incarnationis sit facta in hypostasi (sicut suprà dictum est*) manifestum est quòd hoc nomen Deus, potest supponere pro hypostasi habente humanã naturam & diuinam. Et ideo quicquid conuenit diuinæ naturæ vel humanæ, potest attribui illi personę: siue secundum quod pro ea supponit nomen significans diuinam naturam, siue secundum quod pro ea supponit nomen significans humanam naturam. Concipi autem & nasci, personæ attribuitur & hypostasi, secundum naturã illam, in qua concipitur & nascitur. Cũ igitur in ipso principio conceptionis fuerit humana natura assumpta à diuina persona (sicut prædictum est*) consequens est quòd verè possit dici Deũ esse conceptum & natum de Virgine. Ex hoc autem dicitur aliqua mulier alicuius mater, quòd eum concepit & genuit: vnde consequens est, quòd beata Virgo verè dicatur mater Dei: solùm enim sic negari posset, beatam Virginem esse matrem Dei, si vel humanitas prius fuisset subiecta conceptioni & natiuitati, quàm homo ille fuisset filius Dei (sicut Photinus posuit) vel humanitas non fuisset assumpta in vnitatem personæ vel hypostasis verbi Dei, sicut posuit Nestorius. Vtrumque autẽ horum est erroneum, vnde hæreticum est negare beatam Virginem esse matrem Dei.

q.16.ar.1.

q.2.ar.2.& 3.

q.33.ar.3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd hæc fuit obiectio Nestorij. Quæ quidem soluitur ex hoc, quòd licet nó inueniatur expressè in scriptura dictũ, quòd beata Virgo sit mater Dei: inuenitur tamen expressè in scriptura, quòd Iesus Christus est verus Deus, vt patet 1.Ioan. vlti. & quòd beata Virgo est mater Iesu Christi, vt patet Matth.1. vnde sequitur ex necessitate ex verbis scripturæ, quòd sit mater Dei. Dicitur etiam Roma. 9. quòd ex Iudæis est secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Non autem est ex Iudæis nisi mediante beata Virgine. Vnde ille, qui est super omnia Deus benedictus in sęcula, est verè natus ex beata Virgine, sicut ex sua matre. ¶ Ad secundum dicendum, quòd illa est obiectio Nestorij: sed Cyrillus * in quadam epistol. contra Nestorium, eam soluit, sic dicens. Sicut hominis anima cum proprio corpore nascitur, & tanquam vnum reputatur: & si voluerit quispiam dicere, quòd est genitrix carnis, non tamen & animæ genitrix, nimis superfluè loquitur. Tale aliquid gestum percipimus in generatione Christi: natum est enim ex Dei patris substantia, Dei verbum: quia verò carnem assumpsit, necessarium est confiteri, quod natum est secundũ carnem ex muliere. Dicendum est ergo, quòd B. Virgo dicitur mater Dei, non quia sit mater diuinitatis, sed quia personæ habentis diuinitatem, & humanitatem, est mater secundum humanitatem. ¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc nomen Deus, quamuis sit commune tribus personis: tamen supponit quandoque pro sola persona Patris, quandoque pro sola persona Filij, vel Spiritus sancti: vt suprà habitum est*. Et ita cùm dicitur, beata Virgo est mater Dei, hoc nomen, Deus, supponit pro sola persona Filij incarnata.

Inuenitur in epist.1 quæ habetur inter opera Cyrilli, to. 4.

P.p.q.35. art.7.

SVMMA TEXTVS.

¶ Conclusio est affirmatiua.

EXPO-

EXPOSITIO ARTICVLI.

Cõci. Ephesinũ cõcil. 5. generale symbolũ fidei.

HÆc conclusio est de fide catholica, & definita est hæc veritas in concilio Ephesino.1.c.1.& c.13.& in 5.concilio generali c.6. grauissimis verbis,idem est diffinitum in sexta synodo generali,actione.11.& in symbolo fidei. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine, qui scilicet filius Dei vnicus,&c.Sed ex hac diffinitione oritur dubium,an debeat concedi, quod beata Virgo sit causa Dei,& videtur quòd sic, nam mater est causa sui filij,ergo si Deus est filius Marię, Maria est causa Dei,& sic Deus erit causatus à Maria, quod est impium concedere. Ad propositum dubium dicendum est, quod filius Dei habet in cælis patrem, sed non causam,habet in terris matrem,sed non causam: nam filius Dei est prima causa,vnde non habet causam. Dicimus itaque filium Dei esse genitum à patre æternaliter, sed non causatum, & esse natum carnaliter ex matre, sed non causatum. Sed vt euidentius soluatur argumentum,dico beatam Mariam esse matrem & principium Christi,sicut cæteræ mulieres suorum filiorum, & sic concedo esse factum,& generatum,& causatum Christum in quantum homo, sed nunquam concedo Deum esse causatum,cum enim dicimus beatam Virginem esse matrem Dei, non dicimus fuisse principium diuinitatis,sed esse matrem hominis qui reuera Deus est,sicuti quãdo dicimus aliquam fœminam esse matrem Episcopi, non asserimus illam fuisse causam Episcopi,sed fuisse causam hominis, qui est Episcopus.

Dubium.

B. Virgo nõ est causa filij Dei.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm in Christo sint duæ filiationes.

192 3.dist.8.ar. 5. Et quol. 1.art.2. Et quol.9.q.2 ar.3.&opu. 3.ca.219.

AD quintum sic proceditur. Videtur,quòd in Christo sint duæ filiationes. Natiuitas enim est causa filiationis. Sed in Christo sunt duæ natiuitates, ergo etiam in Christo sunt duæ filiationes. ¶ 2. Prætereà, Filiatio, qua quis dicitur filius alicuius, vt matris vel patris, dependet aliqualiter ab ipso,quia esse relationis, est ad aliud aliqualiter se habere: vnde & interempto vno relatiuorum, interimitur aliud. Sed filiatio æterna, qua Christus est filius Dei patris, non dependet à matre: quia nullum æternum dependet à temporali, ergo Christus non est filius matris filiatione æterna. Aut ergo nullo modo est filius eius (quod est contra prædicta*) aut oportet quòd sit filius eius quadam alia filiatione temporali. Sunt ergo in Christo duæ filiationes. ¶ 3. Prætereà, Vnum relatiuorum ponitur in definitione alterius, ex quo patet, quòd vnum relatiuorum specificatur ex alio. Sed vnum & idem non potest esse in diuersis speciebus, ergo impossibile videtur, quòd vna & eadem relatio terminetur ad extrema omnino diuersa. Sed Christus dicitur filius patris æterni,& matris temporalis, qui sunt termini omnino diuersi, ergo videtur, quòd non possit eadem relatione Christus dici filius patris & matris. Sũt ergo in Christo duæ filiationes. ¶ Sed contra est,quod sicut Damasc.dicit* in lib.3.Ea quæ sunt naturæ, multiplicantur in Christo,& non ea quæ sunt personæ. Sed filiatio maximè pertinet ad personam: est enim proprietas personalis, vt patet ex his quæ in 1. parte dicta sunt*. Ergo in Christo est vna tantum filiatio.

ar.præced.

li.3. ortho: fid.ca.13.in medio.

P.p.q.40. ar.2.3.&4.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidam enim attendentes ad causam filiationis, quæ est natiuitas, ponunt in Christo duas filiationes, sicut & duas natiuitates. Alij verò attendentes ad subiectum filiationis, quod est persona vel hypostasis filij ponunt in Christo vnam tantum filiationem, sicut & vnam hypostasim vel personam. Vnitas enim relationis vel eius pluralitas, non attenditur secundum terminos, sed secundum causam vel subiectum. Si enim secundum terminos attenderetur, oporteret quòd quilibet homo in se duas filiationes haberet: vnam, qua referretur ad patrem, & aliam qua referretur ad matrem. Sed rectè consideranti apparet eadem relatione referri vnumquemque ad suũ patrem & matrem, propter vnitatem causæ: eadem enim natiuitate homo

nascitur ex patre & matre, vnde eadem relatione ad vtrumque refertur. Et eadem ratio est de magistro, qui docet multos discipulos eadem doctrina: & de domino, qui gubernat diuersos subiectos eadem potestate. Si verò sint causæ diuersæ specie differentes, ex consequenti videntur etiam relationes specie differre, vnde nihil prohibet, plures tales relationes eidem inesse: sicut si aliquis est aliquorum magister in Grammatica, & aliorum in Logica, alia est ratio magisterij vtriusque, & ideo relationibus diuersis vnus & idem homo potest esse magister, vel diuersorum, vel eorundem secundum diuersas doctrinas. Contingit autem quandoque, quòd aliquis habet relationem ad plures secundum diuersas causas, eiusdem tamen speciei: sicut cùm aliquis est pater diuersorum filiorum secundũ diuersos generationis actus: vnde paternitas non potest specie differre, cùm actus generationum sint ijdem specie. Et quia plures formæ eiusdem speciei non possunt simul inesse eidẽ subiecto: non est possibile quòd sint plures paternitates in eo, qui est pater plurium filiorum, generatione naturali. Secùs autem esset, si esset pater vnius generatione naturali, & alterius per adoptionem. Manifestum autem est, quòd nõ vna & eadem natiuitate Christus est natus ex patre ab æterno & ex matre ex tempore, nec natiuitas est vnius speciei, vnde quantum ad hoc oporteret dicere in Christo esse diuersas filiationes, vnam temporalem, & aliã æternam. Sed quia subiectum filiationis non est natura, aut pars naturæ, sed solum persona vel hypostasis, in Christo autem non est hypostasis vel persona nisi æterna: non potest in Christo esse aliqua filiatio nisi quæ sit in hypostasi æterna. Omnis autem relatio, quæ ex tempore de Deo dicitur, non ponit in ipso Deo æterno aliquid secundum rẽ, sed secundum rationem tantùm: sicut in prima parte * habitum est. Et ideo filiatio, qua Christus refertur ad matrẽ, non potest esse realis relatio: sed solùm secundum rationem. Et sic quantum ad aliquid vtraque opinio verum dicit, nam si attendamus ad perfectas rationes filiationis, oportet dicere duas filiationes, secundum dualitatem natiuitatum. Si autem attendamus ad subiectum filiationis, quod non potest esse nisi suppositum æternum, nõ potest in Christo esse realiter nisi filiatio æterna. Dicitur tamen relatiuè filius ad matrẽ, relatione quæ cointelligitur relationi maternitatis ad Christum. Sicut etiam Deus dicitur dominus relatione, quæ cointelligitur reali relationi, qua creatura subijcitur Deo. Et quamuis relatio dominij non sit realis in Deo: dicitur tamen realiter dominus ex reali subiectione creaturæ ad ipsum. Et similiter Christus dicitur realiter filius Virginis matris, ex relatione reali maternitatis ad Christum. P.p.q.13. ar.7.

¶ Ad primum ergo dicitur, quòd natiuitas temporalis causaret in Christo temporalem filiationem realem, si esset ibi subiectum huiusmodi filiationis capax. Quod quidẽ esse non potest, ipsum enim suppositum æternum non potest esse susceptiuum relationis tẽporalis: vt dictũ est *. Nec potest dici quòd sit susceptiuum filiationis temporalis ratione humanæ naturæ, sicut etiam & tẽporalis natiuitatis: quia oporteret naturam humanam aliqualiter esse subiectam filiationi: sicut est aliqualiter subiecta natiuitati: cùm enim AEthiops dicitur albus ratione dentis, oportet quòd AEthiopis dens sit albedinis subiectum. Natura autem humana nullo modo potest esse subiectum filiationis: quia hæc relatio directè respicit personam. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd filiatio æterna non dependet à matre tẽporali: sed huic filiationi ęternę cointelligitur quidam respectus temporalis dependens à matre, secundum quẽ Chri- In corp. ar.

stus

stus dicitur filius matris. ¶ Ad tertium dicendum, quòd vnum & ens se consequuntur: vt dicitur in 4. Met. Et ideo sicut contingit, quòd in vno extremorum relatio sit quoddam ens, in alio autem non sit ens, sed ratio tantum (sicut de scibili & scientia Philosophus dicit in 5. Met.*) ita etiam contingit quòd ex parte vnius extremi est vna relatio, ex parte autem alterius extremi sunt multæ relationes. Sicut in hominibus ex parte parentum inuenitur duplex relatio, vna paternitatis, & alia maternitatis, quæ sunt specie differentes, propter hoc, quòd alia ratione pater, & alia ratione mater est generationis principiũ. Si verò essent plures, eadem ratione, principium vnius actionis (puta cùm multi simul trahunt nauem) in omnibus esset vna & eadem relatio. Ex parte autem prolis est vna sola filiatio secundum rem: sed duplex secundum rationem, in quantum correspondet vtrique relationi parentum, secundum duos respectus intellectus. Et sic etiam quantum ad aliquid in Christo est vna tantum filiatio realis, quæ respicit patrem æternum: est tamen ibi alius respectus temporalis, qui respicit matrem temporalem.

lib. 4. tex. 3 to. 3.

lib. 5. Met. tex. 20. to. 3

SVMMA TEXTVS.

1. Cõclusio

2. Cõclusio

3. Cõclusio

PRior conclusio, si attendamus ad perfectas relationes filiationis, necessum est cõstituere duas filiationes in Christo, sicut duas natiuitates. ¶ Secunda conclusio, si attendamus ad subiectum, quod in Christo non potest esse nisi suppositum æternum, non est nisi vna filiatio realis, quæ est æterna. ¶ Tertia conclusio, nihilominus tamen Christus realiter est filius Virginis à relatione reali matris ad ipsum filium.

Vtrùm in Christo sint duæ filiationes reales.

Primum argumentũ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo est quæstio grauis, Vtrum in Christo sint duæ filiationes reales æterna, & temporalis. A parte affirmatiua sunt argumenta. ¶ Primum, Christus realiter est filius Virginis, & refertur ad ipsam nullo intellectu considerante, ergo hæc filiatio temporalis est relatio realis, & non rationis. Consequentia inde probatur, nam relatio rationis consequitur ad operationem intellectus, & non habet esse nisi per operationem intellectus. ¶ Confirmatur hoc, nam illa relatio realis est, quæ consequitur ad extrema realia nullo intellectu considerante, sed positis his duobus extremis, beata Virgine matre, & Christo Iesu, statim nullo intellectu considerante consurgit relatio filiationis, qua Christus refertur ad matrem suam, ergo est relatio realis. ¶ Iterum confirmatur, nam necessum est constituere in Christo duas filiationes, æternam qua refertur ad patrem, & tẽporalem qua refertur ad matrem, ergo illa temporalis est realis. Consequentia probatur. Nam ens rationis non ponit in numero cum ente reali, nemo enim dicit Petrum & Chimeram esse duo entia. ¶ Secundò arguitur, sicut filiatio est personæ, & non naturæ, sic & operatio, nam operationes sunt suppositorum, sed non obstante vnitate suppositi Christi ponimus in Christo duas operationes secundum fidem pro diuersitate naturarum, ergo non obstante vnitate suppositi Christi concedendæ sunt in illo duæ filiationes reales propter duas natiuitates. ¶ Tertiò, quamuis natiuitas autore Damasceno sit personæ, & non naturæ, nihilominus tamen secundum fidem catholicam asserimus in Christo duas natiuitates, ergo licet filiatio sit personæ, & non naturę, assereda sunt in Christo duæ filiationes reales, sicut duæ natiuitates. ¶ Quartò, in Christo sunt similitudines, & dissimilitudines, fuit enim simillimus matri suæ vt fertur, & alijs fuit dissimilis, est æqualis & inæqualis alijs hominibus, & isthęc omnia sunt relationes reales in Christo Iesu, quæ aduenium ei ex tempore, ergo quod sit filius Virginis est relatio realis. ¶ Quintò, pater æternus habet in se duas relationes paternitatem, qua refertur ad filium, & spirationem, qua refertur ad Spiritum sanctum propter duas rationes fundandi, ergo Christus Dñs habet in se duas relationes reales propter duas natiuitates. ¶ Vltimò, si filiatio temporalis in Christo non est relatio realis, maximè quia supposito æterno non potest aduenire aliqua relatio realis ex tempore, prout demonstrat Diuus Thomas in articulo, & in 1. parte, quæstione. 13. articulo. 7. Sed hæc ratio est nulla, quod sic ostendo, tum quoniam Christo aduenit ex tempore mutatio realis, generatio, ambulatio, passio, ergo potest aduenire relatio realis. ¶ Tum deinde, quoniam maius est, quod Christo aduenat transmutatio realis, quam quod ei aduenat relatio realis, sed aduenit Christo transmutatio realis in tempore, ergo mul-

Confir. 1.

Confir. 2.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Vltimum.

Arguitur contra rationem D. Thom.

Primum.

Secundum

to melius poterit aduenire relatio realis.

Tertium. ¶ Tum tertiò, quoniam si Deo aduenire de nouo operatio realis absque dubio aduenire

Quartum. relatio realis de nouo. ¶ Denique sic arguitur, quod potest recipere de nouo aliquid absolutum, potest vtique recipere de nouo aliquid relatiuum, sed Christus suscepit de nouo aliquid absolutum (vt planè constat) ergo potuit suscipere de nouo relationē. ¶ De hac quæstione sunt diuersæ opiniones inter do-

Pri. opinio ctores. Prima dicit, quod in Christo est tantum vna filiatio realis æterna, qua refertur ad patrem, & alia filiatio qua refertur ad matrē, sed hæc est relatio rationis. Hæc sententia pla

D. Thom. Henricus. D. Bonauē. cuit D. Thomæ hic, & quodlibeto. 1. arti. 2. & Henrico Gandauensi quodlibet. 4. quæst. 3. & D. Bonauenturæ in 3. dist. 8. quæst. 2. arti. 2.

Secū. opin. ¶ Secunda opinio docet, quod in Christo sunt duæ filiationes reales, vna æterna, & alte

Scotus Durand. Gabr. ra temporalis. Huius opinionis est Scotus in 3. dist. 8. quæst. 1. Durandus quæst. 3. Gabriel

Tert. opin. quæst. vnica, & alij quam plurimi. ¶ Tertia opinio inquit, quod filiatio potest accipi dupliciter, tum vt relatio tantum, tum vt proprietas personalis, si primo modo accipiatur, duæ filiationes reales sunt constituendæ in Christo, sed si accipiatur secundo modo, in Christo non potest esse nisi vnica filiatio, nā vbi est vna persona tantum ibi non potest esse nisi vnum formale constitutiuum personæ, sed in Christo non est nisi vna persona, ergo in Christo non potest esse nisi vna pro-

1. Cōclusio prietas personalis. ¶ Pro expositione veritatis est prima conclusio, Christus verè & realiter est filius beatæ Mariæ, nam si non esset realiter filius beatę Marię esset filius fictitius, & per solam imaginationem; quod esset de-

2. Cōclusio struere fidem incarnationis, & vniuersum Euangelium conculcare. ¶ Secunda conclusio, in Christo sunt duæ filiationes, æterna ad patrem, temporalis ad matrem. Hanc conclu-

D. Thom. sionem affirmat hic Diuus Thomas distinctè inquiens oportere in Christo constituere diuersas relationes filiationis specie differentes propter diuersitatem specificam generationem, & natiuitatem. Idem asserit Diuus Tho mas apertè in solutione secundi & tertij, & patet euidenti ratione. Nam non potest vnica relatione referri ad patrem æternum, & ad matrem, & sanè euidens est quòd Christus non est filius Virginis per filiationem, aut ge-

3. Cōclusio nerationem æternam. ¶ Tertia conclusio, ex his duabus filiationibus, filiatio qua refertur ad matrem est relatio rationis: patet his argumentis. Nam ea quæ sunt personæ non multiplicantur in Christo secundum veram Theologiam, & prout docet expressè Diuus Damascenus libro 3. c. 17. Sed filiatio est per-

Damasce. sonæ, & non naturæ, vt planè constat, ergo in Christo non sunt plures filiationes reales. Deinde, suppositò æterno non potest aduenire aliqua relatio realis ex tempore, vt est demonstratum in 1. parte, quæstione. 13. Sed Christus dicit suppositum æternum, ergo Christo non potest aduenire aliqua relatio realis ex tempore. Sed filiatio temporalis aduenit ex tempore, ergo non est relatio realis. Probatur, si necessum est ponere filiationem temporalem in Christo esse relationem realem, maximè & præcipuè vt esset realiter filius Virginis, sed ad hoc non est necessarium; quod sic ostendo, nam relatio dominij est relatio rationis in Deo, at Deus realiter est Dominus, quia realiter habet subditas creaturas, ergo similiter quamuis filiatio, qua Christus refertur ad matrem sit relatio rationis, potest verè, & realiter esse filius Virginis, quia realiter habet matrem Virginem. Item, quæcunque geminantur in Christo, non solum conueniunt personæ, sed etiam quodammodo naturæ, vt agere, pati, nasci, generari, sed filiatio temporalis nullo modo conuenit naturæ, nullo enim modo conuenienter dicitur, quod natura humana sit filius, vel filia, ergo filiatio non est ex his quæ geminantur in Christo. ¶ Sed vt hæc sententia D. Thomæ, & momentum istarum probationum melius intelligatur, sciendum est, quod nullum acci-

Nullū accidens est in Christo, quod non sit in humanitate. dens reale est in Christo, quod non sit in humanitate. Patet euidenter, quoniam non potest inhærere essentiæ diuinæ. Secundo scien dum est, quod accidens potest habere duplex subiectum immediatum & mediatum, vt albedo quantitatem, & substantiam, & vtrumque denominat. Tertiò notandum est, quod humanitas nullo modo est subiectum filiatio nis. Patet in primis, nam nullo modo humani tas est filius vel filia, ergo nullo modo humanitas est subiectum filiationis. Probatur. Si

Filiatio nō subiectatur in humanitate. Christus haberet duas humanitates, & per vnam genuisset vnum hominem, & per aliam alterum, non haberet plures paternitates, ergo paternitas vel filiatio nō est in humanitate. Explicatur hoc euidentius, nā si Christus haberet duas humanitates ex diuersis matribus, certè esset tantum vnus filius, & vnica filiatio, licet haberet plures similitudines & equalitates, ergo filiatio non est in humanitate, & certè si Petrus haberet duas humanitates vnitas hypostatice ex diuersis matribus non esset nisi vnica filiatio, ergo etiā in Christo. Ex his concludo sententiam D. Tho. nullū accidens reale est in Christo, quod non sit in humanitate, sed filiatio temporalis non est in humani

tate

tate,ergo nō est accidēs reale. Prætereà,sic cō cludo sententiā D.Tho.nullum accidens rea le potest immediatè inhærere suppositō diui no,sed si filiatio temporalis in Christo esset ac cidens reale inhæreret immediatè suppositō diuino,quoniā non potest inhærere humanitati,ergo nō est accidens reale. ¶ Ad argumē ta in contrariū. Ad primū argumentum nego consequentiā,nego insuper quod ens rationis nō possit esse nisi per operationē intellectus, nā Petrus est cæcus nullo intellectu considerante,ergo cæcitas est nullo intellectu cōside rante,nā ad hoc satis est,quod sit vtrūq; fundamentū huius priuationis,videlicet negatio visus in subiecto apto nato, & idē est dicendū de relationibus rationis,quæ nō sunt secū dæ intētiones, huiusmodi sunt dexteritas in columna,& filiatio tēporalis in Christo, nam ad hoc quod istæ relationes dicātur esse in re rum vniuersitate,sat fuerit quòd vtrumq; extremū sit à parte rei,imo alterū relatiuū est à parte rei, & cū vnum relatiuum inferat reliquum,euidēs est,quod si vnū relatiuū est nullo intellectu cōsiderante,alterū correlatiuum est nullo intellectu considerāte. Et cū dicitur in diffinitione,ens rationis est illud quod habet esse per operationē intellectus, intelligentia est, quod vt ens rationis habeat existentiā in actu perfecto, & completo necessum est quod habeat esse obiectiuè in intellectu in esse cognito,verū ad hoc quod sit ens rationis imperfectè,& in potētia satis est, quod possit esse obiectū intellectus,vt diffinibile, abstrahibile,&c. Vel dicatur,& hæc est exactior solutio,longè aliud esse,quod ens rationis sit in rerū vniuersitate,& quod habeat esse, ad hoc enim quòd cæcitas sit à parte rei sat est,quod sit negatio visus in subiecto apto nato, sed vt habeat esse requiritur,quod intellectus consideret illā,&tribuat illi esse per operationē suā, nā cæcitas in se nihil est,nisi per consideratiō nē intellectus. Vel dicatur, quod entia rationis sunt in quadruplici differētia,in primo genere sunt quæ nullū habēt fundamentū in re vt Chimera. In secūdo genere sunt, quorum fundamentū remotū est in re,sed propinquū est operatio intellectus, vt genus & species,in tertio genere sunt quorū est fundamentū proximū in re,sed extrinsecum à re denominata quemadmodū columna dicitur dextra ex eo quod animal à sinistris est constitutū,&paries à visione animātis dicitur visus. In quarto genere sunt,quorū fundamentū proximū est in re,& intimū quidē ipsi rei,dicūtur tamē entia rationis,quia dicunt negationē alicuius entitatis vt cæcus,incorporeus. Dicō ergo quod entia rationis primi,&secūdi generis nō sunt, nec denomināt nisi per operationem intellectus,sed entia rationis tertij & quarti generis sunt,& denomināt cessante actu intellectus, quoniā habēt causam verè realē. ¶ Ad confir mationē primā dicendū est,hoc esse peculiare in relatiuis nō mutuis,quod vnū relatiuum semper est ens rationis,cōsequitur tamē ad alterius relatiui positionē nullo intellectu cōsiderante. Dico itaq; quod in relatiuis nō mutuis(& quod dicunt Metaphysici,tertij ordinis)hoc est peculiare quod alterū relatiuū dicitur existere realiter, quia alterū refertur ad ipsum,sicut colūna dicitur dextra nullo intellectu cōsiderāte,quia animal à sinistris est positū,& scibile refertur ad scientiā, quia scientia refertur ad ipsum, vt planè docet Arist.5.Metaph.tex.20. ¶ Ad secundā confirmationē dicendū est,quod cū relatio sit nomē cōmune ad relationē realem, & rationis verè dicitur, quod in Christo sunt duæ relationes filiationis,quāuis altera sit ens rationis, simili modo dicimus in Physica,quod materia, forma, & priuatio sunt tria principia generationis naturalis,quamuis nō sint tres res ex eo,videlicet, quia principiū cōmune est principio rationis. ¶ Ad secundū argumentū negatur cōsequentia,& ratio discriminis est,nā operationes humanę Christi suscipiūtur immediatè in humanitate,& in eius potētijs,& denomināt subiectū mediatè,at filiatio nullo modo est in humanitate,prout suprà expositū est, & ideo si esset accidēs reale in Christo,inhæreret immediatè suppositō diuino,& æterno. Ex his patet ad tertiū argumentū,nā natiuitas immediatè recipitur in natura. ¶ Ad quartū cōcedo antecedēs in omnibus relationibus ibi cōmemoratis,quoniā eiusmodi relationes immediatè suscipiūtur in natura,in quātitate,inqualitate, in actione,& passione. ¶ Ad quintū argumentū negāda est cōsequentia,non enim ideo in Christo non sunt duæ filiationes reales, quia vnicū suppositū nō possit habere duas relationes reales,sed ex eo quod filiatio respicit præcise suppositū,& ideo si filiatio temporalis in Christo esset accidēs reale, aliquod accidens reale aduenire suppositō diuino ex tempore quod esse maximū incōueniens supra est declaratū. ¶ Ad vltimū argumētū cōcedo,quod in Christo sunt plures relationes creatæ reales, quæ aduenium illi ex tempore, vt argumentum efficaciter persuadet,verum non est eadem ratio de filiatione,nam filiatio non potest conuenire nisi suppositō, vt sæpissimè dictū est, quare si hoc accidēs reale aduenire de nouo, aliquod accidens reale aduenire suppositō æterno de nouo. Dicō igitur in summa pro confutatione omnium argumentum,

Ad primū Ens rationis aliquando dicitur esse secluſa operatione intellectus

Definitio entis rationis explicatur.

Entia rationis in quadruplici differentia.

Ad 1.cōfir.

Arist.

Ad 2.cōfir.

Ad secūdū & tertium.

Ad quartū.

Ad quintū

Ad vltimū.

Ad argum. contra rationem D. Thom.

quod in generatione Christi temporali omnes causæ sufficientes inueniuntur, vt filiatio temporalis esset relatio realis, termini enim sunt distincti realiter, & specificè, fundamenta quoque specificè distinguuntur, videlicet, natiuitas æterna, & temporalis, sed subiectum huiusmodi filiationis non est capax, nam supposito æternum non potest esse susceptiuũ relationis temporalis, & natura humana nullo modo potest esse subiectũ filiationis. ¶ Aliud dubium solet moueri in hoc articulo, vtrùm relationes multiplicentur ex terminis. Scotus in 3.d.8.q.1. tenet quod ex terminis, & probat sic. Nam si ad duos terminos esset vna relatio, esset eadem relatio, & non esset; esset vtiq; permanente vno termino, non esset altero termino destructo. Hoc ipsum confirmatur, nam pater qui habet multos filios, habet multas paternitates, & tot paternitates quot filios. Quod sic ostendo, nam pater dicitur quia genuit, ergo si multis actibus genuit, multis paternitatibus est pater. ¶ Præterea, in eodem filio sunt multæ filiationes, altera ad patrem, altera ad matrem. Quod sic demonstro, tum quia fundamenta sunt diuersa, quia fundamẽtum paternitatis est generatio actiua, fundamentum verò maternitatis est generatio passiua, secundum placitum D. Thomæ, qui existimat patrem actiuè se habere in generatione prolis, matrem verò passiuè; tum verò quoniam defuncto altero parente filius dicitur superstitis parentis, & non defuncti, igitur manet filiatio vna altera destructa, igitur sunt, aut erant duæ filiationes. ¶ Ad hoc dubiũ explicandum Diuus Thomas in hoc articulo docet, quod relationes multiplicantur in eodem subiecto ex causa, & fundamento. Itaq; si causa est diuersa in specie, consurgit in subiecto diuersa, & multiplex relatio, vt si habeo vnum filium naturalem, quia genui illum, & alterum adoptiuum iure adoptionis, duplicẽ relationem habeo ad illos, quoniam fundamenta sunt diuersa in specie. Similiter si doceo famulum meum Theologiam duplici relatione referor ad illum, tum relatione domini, tum relatione magisterij, quoniam duplex est fundamentum & causa, videlicet, doctrina & potestas dominandi. Si verò fundamentum, & causa fuerint eiusdem speciei, vnica consurgit relatio, verbi gratia, filius eadem relatione refertur ad patrem, & ad matrem propter vnitatem causæ, eadem enim natiuitate nascitur homo ex patre, & matre: vnde eadem relatione refertur ad vtrumque, & eadem est ratio de magistro, qui docet multos discipulos eadem doctrina, & de domino qui gubernat diuersos subditos eadem potestate, imo eadem est ratio de patre qui habet multos filios. Nam licet actus generandi sint diuersi numero, specie tamen non differunt, vnde paternitates in eodem patre non possunt differre specie, & cum plures formæ eiusdem speciei non possint esse in eodem subiecto, consequens est, quod pater ad plures filios non habet nisi vnam paternitatem. Et certè Petrus eadem albedine est similis pluribus, ergo eadem similitudine est similis illis, alioqui in Petro essent actu infinitę relationes reales, ergo pater vnica paternitate refertur ad plures filios. Sed dices, quid fit cum nascitur de nouo alius filius? Respondeo, extenditur tunc paternitas ad plures, non acquiritur de nouo. ¶ Ad argumenta in contrarium, ad primum respondetur, quod ex eo quod vna relatio sit ad plures terminos partiales, & inadæquatos, non sequitur eam simul esse, & non esse, nam quando aufertur vnus terminus partialis potest manere eadem relatio ad alium terminum partialem, verum si periret terminus totalis, omnino periret relatio. ¶ Ad secundum argumentum nego antecedens, & ad probationem respondetur duplici solutione. Altera est, quod illi actus generandi differunt solo numero, & ideo non possunt in eodem patre causare plures relationes, & paternitates, vt suprà expositum est. Altera solutio est, quod secundum veram metaphysicam actus generandi non est fundamentum paternitatis, sed potentia generatiua, cum ergo pater eadem potentia generatiua generet multos filios, consequens est, quod eadem paternitate referatur ad illos. ¶ Ad tertium argumentum dicendum est, antecedens esse falsum, & omnino improbabile, & ad primam probationem dicendum est, quod fundamentum totale, & perfectum filiationis est natiuitas, & quoniam vna natiuitate perfecta nascitur homo ex patre, & matre ideo vnica tantum consurgit filiatio. Ad secundam probationem dico, quod defuncto altero parente manet eadem relatio ad alterum parentem superstitem, qui est terminus partialis eiusdẽ relationis. ¶ Aliud dubiũ difficilius oritur circa illam sententiam Diui Thomæ celebrem, plura accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subiecto. Videbitur alicui quod hæc sententia sit falsissima, & multis exemplis hoc comprobabit, nam notitia Petri & Ioannis sunt in eodem intellectu, at prædictæ notitiæ solo numero differunt, quod patet euidenter, nã obiecta solo numero differunt. ¶ Deindè, phantasma Petri, & phantasma Pauli sunt in eadem potentia, vt planè constat, at solo numero

Relationes multiplicãtur ex causis. D. Thom.

Vtrũ relationes multiplicentur ex terminis. Scotus.

Primum argumentũ. Confir.

Secundum

Pater eadẽ paternitate refertur ad plures filios.

Ad pri. arg.

Ad secũ. m

Ad ter. arg.

Vtrũ accidentia solo numero differentia possint esse in eodẽ subiecto. Prim. argu.

Secundum.

mero differũt, si quidem obiecta solo numero differunt. ¶ Insuper, duæ species duarum albedinum quando simul ab eodem videtur sunt in eodem puncto aëris in pupilla oculi, & in imaginatiua, sed & in eodẽ medio est species visibilis vtriusque parietis eiusdem coloris & figuræ. ¶ Item, quando ego concipio veritatem huius propositionis, omnis homo est homo, concipio duos conceptus hominis solo numero differentes, ex eo quod alter distribuitur, alter verò minimè. Et certè multa lumina sunt in eodẽ aëre, quod asserit planè D. Dionysius in lib. de diui. nomi. c. 2. & est communis consensio omnium perspectiuorũ, & ita esse liquido constare videtur ex multis vmbris quæ multiplicãtur ex multis luminibus, vt experientia cõstat. ¶ Ad hæc, amor Petri, & amor Pauli sunt in eadem voluntate, at isti amores solo numero differunt: & in voluntate Christi Domini dum erat in via, erat actus charitatis beatificus & necessarius, erat etiam alius actus charitatis liber per quẽ merebatur, vt nunc statuo pro certo, at isti actus solo numero differunt quippè qui proficiscebantur ab eodẽ actu charitatis. ¶ De quæstione hac disputant interpretes Aristotelis supra quintum librum Metaphysicæ, & Soncinas super septimum librum q. 4. & Capreol. in 2. d. 3. q. 2. in responsione ad argumẽta facta cõtra nonam conclusionem. Disputant etiã interpretes D. Tho. 1. p. q. 50. art. 4. & q. 76. art. 2. Nos breuiter exponamus cum domino Caietano in hoc articulo veram rationem & legitimam, quare formas vnius speciei multiplicari in eodem dicimus impossibile. Certè secundum doctrinam Peripateticam omnis distinctio aut est secundum formam, aut secundum quantitatem; ex qua doctrina euidenter sequitur implicare euidentem contradictionem duas formas vnius speciei esse in eodem subiecto, quia si in eodẽ subiecto sunt, ergo non distinguuntur secundum quantitatem, & cum non distinguantur formaliter, cõsequens est, quod duæ non sint. ¶ Ad argumenta in contrarium, ad primum argumentũ respondet hic D. Caietanus, quod notitia Petri, & notitia Ioannis differunt specie, & patet sic esse, nam certè plus differunt, quam duæ notitiæ Petri, at duæ notitiæ Petri differunt solo numero. Præterea, prædictæ notitiæ habent diuersas proprietates, videlicet, diuersas significationes, altera naturaliter significat Petrum, altera naturaliter significat Ioannem. Quod si obijcias contra hanc solutionem, quod obiecta solo numero differunt, respondet Caietanus esse eiusdem speciei in genere naturæ, & solum numero differre, at in genere scibilis & in repræsentando non sunt eiusdem speciei, nam Ioannes naturaliter se repræsentat, & non Petrum, vnde in genere repræsentandi notitiæ differunt specie. Verum contra hanc solutionem sic argumentor, nam nulla ex his notitijs est perfectior altera essentialiter, ergo non differunt specie, consequentia inde probatur, quoniam species sunt sicut numeri, quorum vnus semper est perfectior altero. Quod si dicas illam esse perfectiorem, quæ repræsentat perfectius indiuiduum, in contrarium arguitur. Nã capio notitias duorum calorum eiusdem perfectionis etiam accidentalis, tunc certè vna notitia nulla ratione est perfectior altera, & sic solutio Caietani videtur, quod non sit consentanea. ¶ Alijverò dicunt, quod intellectus est vniuersalium, & ideo prædictę notitiæ singularium non sunt in intellectu, sed in sensu, sensus verò cum sit potentia corporea in diuersis partibus notitias prædictas suscipere potest, & sic non sunt duo accidentia solo numero differentia in eadem parte subiecti. Sed hæc solutio vera esse nõ potest, nam in intellectu potest esse simul notitia Petri, & notitia Ioannis vt in 1. p. in materia de anima disputatum est, at intellectus partes nõ habet. Deinde, nos simul habemus phantasmata tot singularium, vt sit incredibile esse in organo phãtasię tot partes quot sunt phasmata. Præterea, quando ego video duo alba, species visibiles vtriusque eiusdem sunt speciei, & tamen recipiuntur in eadem parte pupillæ, atque etiam in eadem parte medij simul recipiuntur species visibiles Petri, & Pauli quæ sunt eiusdem speciei, ergo etiam in eadem parte phãtasiæ possunt simul recipi duo phantasmata eiusdem speciei. Antecedens patet, nam Petrus multiplicat per totum mediũ speciem visibilem sui, cuius est signum, quod in quacunque parte huius medij ego stetero, recipio speciem visibilem illius & video illum, tunc accedat Paulus ad idem medium, & etiam in quacunque parte huius medij videbo ipsum, ergo in toto isto medio, & in qualibet parte ipsius sunt simul species visibiles vtriusque. Hæc igitur solutio explodenda est. Sunt qui dicant quod accidentia sunt in duplici differentia. Quædã sunt absoluta, & illa quia habent vnitatem à subiecto non possunt esse plura numero in eodẽ subiecto. Alia verò sunt relata, & talia habent distinctionem suam ab obiecto, & non tantum ex subiecto, & de his non est inconueniens, quod plura numero sint in eodẽ subiecto. Solutio est, quæ communiter recipitur in scholis, sed quę mihi nõ placet vt verũ dicã. Qm̃ paterni

Tertium.

Quartum.

D. Diony.

Soncinas. Capreol.

Ratio legitima ex Caietan.

Ad primũ argumẽtũ Caietanus.

Arguitur contra Caietan.

Secũ. solut.

Tert. solut. Accidentia in duplici differentia.

tas forma relata est,& tamen non multiplicatur numero in eodem subiecto. Similitudo forma relata est,& tamē ad diuersa similia nō multiplicatur,& sanè D.Thomas in hoc articulo reprobat hanc solutionem,dicens: quod plures paternitatesnon possunt esse in eodem patre ad plures filios,quoniam plura accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subiecto,loquitur planè etiā de accidentibusrelatiuis. ¶ Alia solutio est,quod illæ duæ notitiæ sunt eiusdem speciei,cęterum faciunt vnam æquè dependentem ab vtroq; obiecto,sicuti ex duobus luminosis,vnū causatur lumen æquè ab vtroq; dependens, cui consonat illud prouerbium, contingit plura scire,intelligere vero nō nisi per modū vnius, & certè intellectio Ioānis, & intellectio Petri in eodem intellectu non est aliud nisi simul intelligere Ioannem,& Petrum:vnde videtur quod non sit nisi vna intellectio, similiter dicendum est de amore Petri,& de amorePauli qui sunt in eadem voluntate, hoc sanè nihil aliud est,quam amare simul Petrum,&Paulū. Sed profecto,vt verum fatear,difficile est argumentum,fortasis illa celebris sentētia quę asserit plura accidentia solo numero differentia nō posse esse in eodem subiecto,intelligenda est de accidentibus permanentibus, nō de accidentibus intellectualibus quæ non numerantur ex subiecto,sed potius ex obiecto. Ex hisolutionibuspoterit lector accipere ea quę sunt necessaria ad solutionem aliorum argumentorū,nā de duobus phātasmatibus existētibus in eadē potentia iā dictū est, similiter de duabus speciebus visibilibus, atque etiam de duobus luminibus existentibus simul in eodem aēre. Et profecto quicquid sit de alijs exemplis hoc minimè persuadet,nam duo luminosa non efficiunt duo lumina in eodē aēre,sed vnum lumen intensius,sicut duo ignes non producunt duos calores in eodem subiecto,sed vnum intensiorem. Ad illud verò de duobus actibus amoris existentibus in eadem voluntate iam etiam dictum est. Aliud dubium solet moueri in præsentia,vtrùm pater eadem paternitate referatur ad plures filios? Sed huius dubij explicatio,ex secūdi expositione facilè patet. Sed & aliud dubium solet proponi,vtrùm probatio D.Thomæ legitimè procedat? Hæc videlicet filiatio est personæ,& non naturæ,ergo multiplicari nō potest. Verum hæc dubitatio in confutatione argumētorum primæ dubitationis exposa est.

Quæ.solu.

Soluuntur aliæ argu.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm Christus fuerit natus sine dolore matris.

AD sextum sic proceditur. Videtur,quòd Christus non fuerit natus sine dolore matris. Sicut enim mors hominum subsecuta est ex peccato primorum parentum (secundum illud Genes. 2. Quacunque die comederis ex eo morte morieris) ita etiam dolor partus,secundum illud Genes.3. In dolore paries filios. Sed Christus mortem subire voluit,ergo videtur,quòd pari ratione eius partus esse debuerit cum dolore. ¶ 2. Præterea,Finis proportionatur principio. Sed finis vitæ Christi fuit cū dolore,secundum illud Isa.53. Verè dolores nostros ipse tulit . Ergo videtur, quòd etiam in sua natiuitate fuerit dolor partus. ¶ 3. Præterea,In lib.de ortu Saluatoris narratur,quòd ad Christi natiuitatem obstetrices occurrerunt, quæ videntur esse necessariæ parienti propter dolorem: ergo videtur quòd beata Virgo peperit cum dolore. ¶ Sed contra est, quod Augustinus* dicit in Sermone de Natiuitate,alloquens Virginem matrem. Nec in conceptione,inquit,inuenta es sine pudore,nec in partu inuenta es cum dolore.

193 2.2.q.164. ar.2.ad 3.

In serm.14. paulò à princ.to.10

¶ Respondeo dicendum,quòd dolor parientis causatur ex apertione meatuum,per quos proles egreditur. Dictū est* autem suprà , quod Christus est egressus ex clauso vtero matris: & sic nulla violentia apertionis meatuum ibi fuit,& propter hoc in illo partu nullus fuit dolor,sicut nec aliqua corruptio. Sed fuit ibi maxima iucunditas, ex hoc quòd homo Deus est natus in mundū, secundum illud Isa.35. Germinans germinabit sicut lilium , & exultabit lætabunda & laudans.

q.28.art.1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd dolor partus consequitur in muliere commixtionem virilem. Vnde Genes.3. postquam dictum est. In dolore paries, subditur. Et sub viri potestate eris. Sed sicut dicit Augu*. in sermone de Assumptione beatæ Virginis,ab hac sententia excipitur Virgo mater Dei: quæ

ca.4. paulò à prin. incē pit hic ser. Ad interrogata: & habetur to.5.

quæ quia sine peccati colluuione & sine virilis admixtionis detrimẽto Christum susceptit, sine dolore genuit: & sine integritatis violatione, pudore virginitatis integro permansit. Christus autem mortem suscepit spontanea voluntate: vt pro nobis satisfaceret, non quasi ex necessitate illius sententiæ: quia ipse mortis debitor non erat. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Christus moriendo destruxit mortem nostram, ita suo dolore nos à doloribus liberauit: & ideo mori voluit cum dolore. Sed dolor parientis matris non pertinebat ad Christum, qui pro peccatis nostris satisfacere veniebat: & ideo nõ oportuit, quòd mater eius pareret cum dolore. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd Luc. 2. dicitur, quòd beata Virgo ipsum puerum quem pepererat, pannis inuoluit, & posuit in præsepio. Et ex hoc ostẽditur narratio illius libri (qui est apocryphus) esse falsa. Vnde Hieron. dicit contra Heluidium*. Nulla ibi obstetrix, nulla mulierc ularum sedulitas interc esserit, & mater & obstetrix fuit. Pannis, inquit, inuoluit infantem, & posuit in præsepio. Quæ sententia, apocryphorum deliramenta conuincit.

Epist. 1. to. 2. inter principium & medium.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est affirmans, nam egressus est clauso Virginis vtero sine aliqua apertionis violentia, vnde nullus ibi fuit dolor, sicut nec aliqua corruptio, imo maxima iucunditas, ex hoc quod homo Deus natus est in mundum, secundum illud Esa. 35. germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudãs, nam pannis eum inuoluit, & posuit in præsepio, quare ibi nulla fuit obstetrix.

Esa. 35.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Cõfirmatur conclusio. Esa. 66. QVod sine dolore pepererit beata Virgo colligunt omnes sancti ex testimonio Esa. 66. antequam parturiret peperit, antequam veniret partus peperit masculũ, quis vidit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? Ita canit Ecclesia in officio Natiuitatis: nesciens Virgo virũ, peperit sine dolore Saluatorem sæculorum, &c. Quod autem cũ summo gaudio pepererit, docet idem Esa. 35. inquiẽs: exultabit deserta & inuia, & florebit quasi lilium, germinans germinabit, & exultabit lætabunda. Certè tanto gaudio repleta est beata Virgo in partu, quantũ per gratię plenitudinem quæ illi inerat, habere poterat de Deo ex ea nato, dico per gratię plenitudinem, quoniam per naturam illud gaudium capi non poterat, minora siquidem gaudia solent hominibus mortem afferre: at illa edocta ab Spiritu sancto gaudium summum, quod diximus concepit. Dolores itaque partus (vt Damasceni verbis. 4. de fide orthodox. vtar) effugit pariens, tempore autem passionis sustinuit ex compassione materna viscerum, lacerum reparturiens. Qui dolores passionis tempore fuerunt. Item summi dolores, quos par erat habere Dei genitricem de filio Dei vsque adeo vulnerato, & summos dolores patiente, edocta siquidem ab eodem spiritu maiorem concepit dolorem, quam per naturam posset ferre, dolores namque remissiores illo mortem inferunt quandoque robustissimis hominibus: verum ad hunc summum asserendum dolorem debemus in eadem asserere summum sensum, summum rationis iudicium, & vsum actualem, quoniam præter ea quæ suprà diximus copiosè quæstione. 27. articulo. 5. vbi ostendimus esse errorem, & errorem blasphemum tollere à Virgine prudentissima eo tempore iudicium, certè quantum demitur de iudicio, tantum demitur de dolore. ¶ Ex diffinitione huius articuli patet malè mereri de sacrata Virgine, qui eam decumbentem lecto pingunt in ipso partu quasi lecto eguerit tanquam infirma, est certè execranda & abominanda pictura. Sed libet in præsentia breui sermone explicare causas summi gaudij beatæ Virginis in beatissimo partu. Prima est, quoniam ad gaudium duæ conditiones sunt necessariæ; prima est, quod sit cognitio boni, secunda est, quod sit bonum coniunctum, nam si non cognoscas bonum etiam si coniunctum sit nullum in te gaudium ingenerabit, quod si cognoscas & fuerit disitum & absens, tantum abest vt gaudium generet, quod tristitiã infert, at beata Virgo magno & feruenti amore diligebat sanctissimam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, & post sanctissimam Trinitatem nihil magis amabat, quam humanitatem Christi filij sui, siquidem ordinatam habebat charitatem, iuxta illud in Canticis. Introduxit me rex in cellam vinariam suam, & ordinauit in me charitatem. Vnde amabat Deum ex toto corde suo per omnia, & hoc modo etiam filium suum, etenim erat verus Deus. Verum humanitatẽ eius amabat summe post Deum, post hæc animam propriam & salutem, & post modum salutem

Damasc.

Causæ huius summi gaudij.

Prim. causa Gaudiũ ex duobus oritur.

Ordo charitatis in B. Virgine.

salutem aliorum,sic enim expoſcit charitatis ordo à Deo inſtitutus. Vnde omnia hæc cognoſcebat, & quodammodo præſentia habebat. Certè cognoſcebat ſanctiſsimam Trinitatem ſibi eſſe præſentem, non ſolum per eſſentiam, præſentiam & potentiam : verum etiam per gratiam non communem ſed ſingulariſsimam,qualis decebat matrem Dei:& per eleuationem mentis,&contemplationem potiſsimè eius myſterij, quod pareret Virgo permanens. Et fortaſsis in hoc temporis momento vidit arcana Dei,quæ non licet homini loqui. Vnde dicitur in Canticis de beata Virgine ; quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum abſque eo quod intrinſecus latet. Habebat quoque præſentem bonitatem,& pulchritudinem filij ſui quã ſummopere videre deſiderabat. Ex quo conuenientiſsimè de beata Virgine dicitur illud,ſub vmbra illius quem deſideraueram ſedi,& fructus illius dulcis gutturi meo, introduxit me rex in cellam vinariam ſuam & ordinauit in me charitatem : ſtipate me malis, fulcite floribus,quia amore langeo . Atque hæc eſt prima cauſa gaudij beatiſsimæ Mariæ in partu Saluatoris. ¶ Secunda cauſa eſt, ſimilitudo , etenim ſimilitudo certiſsimè eſt cauſa delectationis,ſiquidem eſt cauſa amoris. Vnde amans ſe quiſque naturaliter amat ea, quæ ſibi naturaliter ſunt coniuncta. Vnde homo amans ſeipſum, amat ſubinde membra ſua,manum,pedem, digitum atque alia omnia quæ ad cõſeruationem ſui ſunt neceſſaria. Quapropter ſimilis diligit ſimilem,ſi cognoſcit eſſe ſibi ſimilẽ,nam id quod eſt ſimile, eſt quodammodo ſibi vnitum : ſiquidẽ ſimilitudo eſt vna qualitas in rebus differentibus. Vnde inter diſsimiles non poteſt eſſe vera amicitia. Itaque ſimilitudo cauſans amorẽ trahit ad ſe res ſimiles , ob idque eſt cauſa delectationis quando coniunguntur in ſimul, vnde amici coniuncti fruitionem amicitię habent. Propter quod dicit Apoſt. Philemoni, ita te fruar in Domino chariſsime,recreaviſcera mea. At beata Virgo erat valde ſimilis ſuo dilecto filio,atq; ſanctiſsimę Trinitati non tãtum erat ſimilis,quia facta ad imaginẽ & ſimilitudinem Dei,ſicut cæteri hominũ, non per gratiã,ſicut cæteri ſancti,ſed per gratiam ſingularem & eximiã. Eſt etiã ſimilis patri, quia erat mater eius cuius pater eſt cæleſtis. Eſt ſimilis Spiritui ſancto,nã ambo cõuenêre ad cõceptũ & partũ filij Dei: Spiritus ſanctus nõvo luit operari ſine illa,&ipſa nõ poterat ſine Spiritu ſancto. Eſt ſimilis verẽ filio ſuo,nã ſicut filius eſt incorruptibile verbum patris,ſic Virgo mater ſemper fuit Virgo incorrupta, ante partum,in partu,poſt partum. Et ſicut filius eſt vnicus qui in rerum vniuerſitate ſubſiſtat in duabus naturis,ſic ipſa eſt vnica,quę in mũdo ſine corruptione peperit Saluatorem mũdi. Certè etiam per ſimilitudinem corporalẽ fit veroſimile,quod filius Virginis fuerit ei ſi millimus. Ad hęc,fuerunt ſimiles invita,ſiquidem Chriſtus ſemper permanſit Virgo, beata Maria ſemper incorrupta. Chriſtus non duxit vitam ſolitariam, nec Virgo quidẽ beata. Et certè ſit probabile,quod erãt ſimiles in victu,veſtitu,& auſteritate vitæ. Sed etiã in moribus habuerũt maximam ſimilitudinẽ,Chriſtus fuit humilis,beata Virgo itidem humilis, inſuper Chriſtus fuit plenus miſericordia & manſuetudine,eiſdem virtutibus erat prædita beatiſsima Maria. Fuerunt quoque ſimiles in paſsione & cruciatu,& (vt breuiter dicam) in omni voluntate,ſiquidem beata Virgo erat perfecta,& perfectio hominis in hoc cõſiſtit, quod cõformetur diuinæ voluntati , quæ eſt regula agendorũ omniũ. Sed & illud verũ eſt, quod Virgo ſancta maximè aſsimilata eſt filio ſuo,maximè propter hoc,quia ipſe erat filius ſuus,& ipſa erat filia ſua,quod ſi ipſe erat pater ſuus,ipſa erat mater eius. Quod ſi Chriſtus ſponſus,ipſa ſponſa. Vniuerſa hæc cauſa bant amorem maximum , & ex præſentia rei amatæ maximã delectationẽ. ¶ Tertia cauſa huiꝰ gaudij inde demõſtratur. Certè maxima delectatio eſt,in veritatis contẽplatione,ſiquidem contẽplatio veritatis eſt intellectus perfectio,& quiſq; delectatur cũ ad ſuam perfectionem peruenit;& hinc eſt,quod omnes homines naturaliter ſcire deſiderant,ſiquidẽ ſcire & ſapere eſt perfectio intellectus. Propter quod dicit Ariſt. ſummus Philoſophus,homines adeò delectari in veritatis ſpeculatione,vt multi Philoſophi,relictis mũdi diuitijs,& omnibus voluptatibus carnis ablegatis, ſe totos ſcientiarũ cõtẽplationi dederint. Ex alio etiã capite poteſt demonſtrari,eſſe ſuauiſsimã delectationẽ in veritatis contẽplatione. Nã homo naturaliter & vehementer deſiderat ſuã ſublimitatem & exaltationẽ,& contẽplatio diuinæ ſapiẽtiæ maximè euehit hominẽ & ſublimẽ redit. Vnde nihil magis eſt honorabile quã veritatẽ ſcire atq; contemplari. Vnde qui pollẽt ſapiẽtia & cõtẽplatione veritatis aliorũ domini meritò reputãtur,ſiquidẽ prædi ti ſũt magno & excellẽti ingenio,& ſæpenumero imperãt principibus & regibus;ſiquidẽ ſapiẽtes ſuis cõſilijs regũt principes & reges. Et certè ſapiẽtia diuina de qua nũc inſtituimus ſermonẽ,dirigit ad contemplationẽ primę veritatis, & prorumpit in amorẽ Dei. Datq; puriſsimã & ſynceriſsimam delectationem. Facit namq; homu-

Secũ. cauſa Similitudo eſt cauſa amoris.

Ad Philemonem. B. Virgo erat ſimilli ma Trinitati.

B. Virgo in omnibus aſſimilabatur filio.

Tert. cauſa. Contẽplatio eſt cauſa delectationis.

Ariſt.

hominum sublimem, eleuatum super omnia, & amicum Dei. Vnde ex his multas affert secum delectationes. Propter quod scriptũ est, infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Et infrà. Non habet amaritudinem, nec tædium conuersatio illius. Quæ quidem sapientia facit hominem beatum, siquidem cõiungit hominem Deo, in qua coniunctione beatitudo hominis consistit, vt patet ex illo, beatus homo qui cum sapiẽtia morabitur. Quæ quidẽ sapientia, quæ nihil aliud est, quam contẽplatio veritatis, contingit homini ex gratia Dei, quæ illuminat intellectum hominis de rebus diuinis, & confert homini lætitiam. Vnde in Psalmis dicitur, signatum est super nos lumẽ vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo. Conducit quoq; ad hanc sapiẽtiam adiscendam meditatio diuinarum scripturarũ. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata vtilis est, ad nostram doctrinam perscripta est, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus, & Prouerb. cap. 5. vbera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter, quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius. Conducit insuper ad istam delectationem, quæ in veritatis contemplatione consistit, cognitio & consideratio creaturarum. Etenim creaturæ cognitæ ducunt nos in cognitionem diuinæ sapientiæ, siquidem creaturarum ordo, videtur quasi quoddam speculum splendidissimum diuinæ sapientię, quę diffusa est super omnes creaturas, & excitat nos ad veram pietatem, & ad reuerentiam & timorem Dei, & veluti manu ducunt in cognitionem bonitatis diuinæ, quarum rerum omnium cognitio admirabilem confert animi delectationem. Vnde Propheta dicit, delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarũ exultabo: ad quod quidem maximè adiuuat consideratio earum rerum, quas Deus supernaturaliter fecit, vt sunt miracula & discursus vitæ suæ, fundatioque Ecclesiæ, & suorũ ministrorum, quę quidem tanta afficiunt animũ voluptate, vt exclamare cogant; quam magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ, vir insipiens non intelliget & stultus non cognoscet. Sed vt ad beatam Virginem reuertamur, dico quod habebat gaudium & dulcedinem ineffabilem in contemplatione veritatis. Et vt exordiamur à creaturarum cognitione, habebat sanctissima Virgo Angelos circa sese in quibus apparet diuinitas diuinæ sapientiæ in cælo & in terra. Vnde apud Ezechielem de Lucifero dicitur, tu signaculum similitudinis plenus sapientia & perfectus decore in delicijs paradisi fuisti. Sed & de creaturis visibilibus multa habuit, quæ consideraret, Primum de corporibus cælestibus ex varijs effectibus eorum & præcipuè ex effectu stellę, quæ apparuit Magis. Atqui in semetipsa poterat mirabilia contemplari ex mirabili effectu conceptionis & partus, & maximè ex facie Christi Domini, quæ in se habebat splendorem quendam planè diuinum. Si enim Leo primus splendore vultus sui admirabili Atilã retrouertit & Gesericum mitigauit, & de D. Stephano legitur Act. 6. quod intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli; & de diua Virgine aiunt sancti patres, quod in ea adeò splendebat diuinæ gratiæ pulchritudo, vt nemo eam videre potuerit affectu libidinis aut concupiscentiæ, quanto ergo maior in facie Christi splẽduit autoritas? Certè ex illius oculis certus quidam splendor igneus exibat & radij quidam siderei, & splendebat in facie eius diuinitatis maiestas. Beatissima Virgo habuit oculos purissimos vnde veluti penetrabat faciem Christi sui, & in ea mirabilia magna conspiciebat: siquidem contemplabatur faciem eius in re tam pulchra, potentiam in rebus tã admirandis, bonitatem adeò dulcem & benignam, nunquamque ab eo oculos separabat, vnde de ea potest optimè dici illud ex Canticis; dilectus meus mihi, & ego illi, & iterum, ego dilecto meo, & conuersio illius ad me. Certè de multis sanctis legimus, quod fuerunt rapti in extasi in contemplatione rerum diuinarum. De Diuo Paulo legitur, quod raptus fuit vsque ad tertium cælum, vbi vidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui. Et de Sancto Thoma nostro doctore autenticæ historiæ referunt, quod sæpissimè eleuabatur à terra in contemplatione diuinarum rerum, quod multo melius beatæ Virgini concessum fuisse credendum est. Hactenus de tertia causa gaudij dictum sit. ¶ Quarta causa gaudij & delectationis est admiratio. Pro cuius explicatione scire oportet, quod admiratio duobus modis accipi solet. Tum propriè, tum impropriè pro stupore. Admiratio propriè dicta est, quando homo nesciens causam videt rei effectum maximè in rebus magnis & insolitis, quomodo si in æstate nix appareret, & calor insolitus in hyeme, & hæc admiratio causat delectationem, quando homo sperat se causam rei inuestigaturũ. Cęterũ stupor procedit ex rei magnitudine, dato quod eius cognoscat causam; sicut si aliquis videat exsuscitari mortuũ, quãuis planè intelligat à solo Deo id posse fieri, nihilominus rei magnitudine

Sap. 7.
Psal. 4.
Pro. 5.
Creaturarũ ordo est quasi speculũ diuinæ sapientiæ.
Psalm.
Ezechiel.
Atila.
Act. 6.
Canticorũ 5.
D. Paulus.
D. Thom.
Quar. causa
Admiratio duplex.

tudine obstupescit. Et quidē stupor iste causat delectationem, homo namque naturaliter delectatur visis rebus magnis & stupendis. Vnde regina Sabba videns opera admiranda regis Salomonis præ stupore non habens vltra spiritum, dixit ad regem, verus est sermo, quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua, & non credebam narrantibus mihi donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nũtiata non fuerit, maior est sapientia tua, & opera tua, quam rumor, quem audiui, beati viri tui & beati serui tui, &c. Beata Virgo Maria ex vtraque parte habuit gaudium & lætitiam mentis suæ. Tum ex admiratione propriè dicta, habuit quidem magnam lætitiam, quia ambulabat per fidem, & non per speciem. Etenim credebat firmiter, & habebat pro certo & indubitato, filium suum esse verum Deum & verum hominem, seque esse veram matrem Dei. De his mysterijs, quæ fide credebat admirabatur diua Virgo, hoc est, quomodo maiestas diuinitatis sit dignata copulari cum tanta infirmitate, & quomodo potuerit Deus fieri homo, & quomodo ipsa potuerit esse mater sui creatoris. Insuper habebat stuporem de eisdem mysterijs, maximè de ordine & dispositione, quam Deus impleuit in illa. Vnde quemadmodum regina Sabba cõsiderans ordinem ministrorum domus regiæ Salomonis non habebat vltra spiritum; sic beatissima Maria cælorũ regina considerans ordinem veri Salomonis præ stupore admirabatur, & præ admiratione stupebat, & videns suam dignitatem, scilicet, maternitatem Dei cum virginitatis honore & filium suum esse Deum exultabat in spiritu, gaudebat, fruebatur, exultabunda dicebat, Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Certè in Psalmis dicitur, beatus qui scit iubilationem. Ego existimo quod hæc beatitudo inter omnes creaturas præcipuè beatæ Virgini attribuenda est, quæ sciuit & cognouit veram iubilationem. Aliæ sunt multæ causæ, quæ demonstrant beatissimam Virginem in partu filij sui habuisse gaudium magnum & indicibile, sed quæ dictæ sunt, nunc sufficiant.

3.Reg. 10.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrùm Christus debuerit in Bethleē nasci.

194 Infrà q.46. ar.10.1. Et Mat.2,co. 6.&opu.60 c.4,co.3.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non debuerit in Bethleē nasci. Dicitur enim Isa.2. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Sed Christus est verè verbum Dei, ergo de Hierusalem debuit prodire in mundum. ¶ 2. Præterea, Matth.2. dicitur scriptum esse de Christo, quòd Nazarenus vocabitur: quod sumitur ex eo, quod scribitur Isa.11. Flos de radice eius ascendet. Nazareth enim flos interpretatur. Sed maximè aliquis denominatur à loco suæ natiuitatis, ergo videtur, quòd in Nazareth nasci debuerit, vbi etiam fuit conceptus & nutritus.

¶ 3. Præterea, Ad hoc Dominus natus est in mundo, vt veritatis fidem annuntiaret: secundum illud Ioannis.18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Sed hoc facilius fieri potuisset, si natus fuisset in ciuitate Romana, quæ tunc dominatum orbis habebat. Vnde & Paulus Romanis scribens dicit Rom.1. Fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Ergo videtur, quòd non debuerit in Bethleem nasci. ¶ Sed contra est, quòd dicitur Michęę.5. Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.

¶ Respondeo dicendum, quòd Christus in Bethleem nasci voluit duplici ratione. Primò quidem, quia factus est ex semine Dauid secundum carnem, vt dicitur Rom.1. Cui etiam facta fuerat repromissio specialis de Christo, secundum illud 2.Reg.23. Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Iacob. Et ideo in Bethleem, de qua natus fuit Dauid, nasci voluit, vt ex ipso loco natiuitatis, promissio ei facta impleta ostenderetur, & hoc designat Euangelista dicens. Eo quòd esset de domo & familia Dauid. Secundò, quia (vt Grego. dicit in homil*.) Bethleem domus panis interpretatur. Ipse autem Christus est qui ait. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.

Homi.8.in Euang. nõ procul à principio. & Beda in c.2 super Lucã to.1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd

quòd sicut Dauid in Bethleem natus est, ita etiam Hierusalem elegit, vt in ea sedem regni constitueret, & templum Dei ibi ædificaret, & sic Hierusalem elegit, vt esset ciuitas simul regalis & sacerdotalis. Sacerdotium autem Christi & eius regnum, præcipuè consummatum est in eius passione: & ideo conuenienter Bethleem elegit natiuitati, Hierusalem verò passioni. Similiter etiam per hoc hominum gloriam confutauit, qui gloriantur de hoc, quòd ex ciuitatibus nobilibus originem ducũt, in quibus etiam præcipuè volũt honorari. Christus autem è conuerso, in ciuitate ignobili nasci voluit, & in ciuitate nobili pati opprobrium. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus florere voluit secundum virtuosam conuersationem, non secundum carnis originem. Et ideo in ciuitate Nazareth educari voluit & nutriri, in Bethleem autem voluit quasi peregrè nasci. Quia, vt Gregorius* dicit, per humanitatem, quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur: non secundum potestatem, sed secundum naturam. Et etiam (vt Beda* dicit) in diuersorio loco egebat, vt nobis multas mansiones in domo patris sui præpararet. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in quodam sermone Ephesini concilij. Si maximam Romam elegisset ciuitatem, propter potentiam ciuium, mutationem orbis terrarum putarent, si filius fuisset Imperatoris, potestati vtilitatem ascriberent. Sed vt diuinitas cognosceretur orbem transformasse terrarum, pauperculam elegit matrem, & pauperiorem patriam. Elegit autem Deus infirma mundi, vt confundat fortia, sicut dicitur primæ ad Corinth. 1. Et ideo vt suam potestatem magis ostenderet in ipsa Roma, quæ caput mundi erat, etiam caput Ecclesiæ suæ statuit, in signum perfectæ victoriæ: vt exinde fides deriuaretur ad vniuersum mundum: secundum illud Isa. 26. Ciuitatem sublimem humiliabit: & conculcabit eam pes pauperis, scilicet Christi, gressus egenorum, id est Apostolorum Petri & Pauli.

Homil. 8. in Euang. non remotè à princip.

cap. 2. in Luc. super illud: Et reclinauit eũ in præsepio: est ca. 5 secundum ord. Beda to. 2.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua, & patet ex illo Michææ. 5. & tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Et sanè Christus in Bethleem nasci voluit duplici ratione. Primo quidem quia factus est ex semine Dauid secundum carnem, vt dicitur Roman. 1. cui etiam facta fuerat promissio specialis de Christo, secundum illud 2. Reg. 23. dixit vir, cui cõstitutum est de Christo Dei Iacob, & ideo in Bethleem de qua natus fuit Dauid, nasci voluit, vt ex ipso loco natiuitatis promissio ei facta, impleta ostenderetur, & hoc designat Euangelista dicens: eo quod esset de domo & familia Dauid. Secundò, quia (vt Gregorius dicit in homilia) Bethleem domus panis interpretatur. Ipse autem Christus est, qui ait, ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.

Conclusio Michæ. 5.

Rom. 1.

2. Reg. 23.

Gregor.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CIrca testimonium illud, quod adducit hic Diuus Thomas ex Michæa capit. 5. obseruandum est quod Diuus Matthæus capit. 2. aliter videtur illud commemorasse, sic enim habet. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es, &c. Quod neque cum editione Septuaginta, neque cum Hebraica veritate conuenire videtur. Nam in Hebræo habetur paruulus es in millibus Iuda, & Septuaginta verterunt, modicus es, vt sis in millibus Iuda, &c. Videtur sanè, quòd Euangelista non solum verbis, verum & sensu à Prophetæ vaticinio dissideat. Torsit profectò iste locus valde Diuum Hieronymum, & in magnas angustias virum doctissimum coniecit. Explicat tamen nodum duplici solutione. Prior est, quod Euangelista retulit Prophetiæ verba, vt retulerãt Scribæ, vt eos negligentiæ insimularet. Posterior est, quod forsan Euangelistæ lapsi sunt nonnunquam qui allegabant fidentes memoriæ testimonia scripturarum. Vtraque tamen explanatio abhorrens est, & omnino excludenda. Prior quidem. Nam nunquam reperire licet Pharisæos & Scribas in hoc notatos, quod legẽ ignorarẽt. Iam altera defensio durissima est. Absit namq; quod Euangelistæ aliquãdo errent, quod labantur, quod doceant falsa, cum ipsi sint fundamenta fidei nostræ, cum ipsis errantibus totius scripturæ sanctæ autoritatem labefactãri, nemo est qui nó videat.

Conciliatur loca. Michæ. 5. Mat. 2.

D. Hiero.

Euangelistæ nunquã lapsi sunt.

Demum

Erasmus. Demum arguere falsitatis sanctos Euangelistas impiorum est, Celsi, Porphirij, Iuliani. Erat igitur Erasmus, qui nonnullis ratiocinationibus malè compositis contendit persuadere, non esse absurdum concedere, quod Euangelistæ aliquando in historia Euangelij texenda errauerint, lapsi fuerint, Suetonio, Valerio illos comparantes. Explicatur igitur iste nodus. Primum Euangelista recenset sententiam, quam vates diuinus intellexit, licet verbis illam non explanauerit. Dicit enim Propheta. Et tu Bethleem terra Iuda minima es, intellige, in magnitudine, intellexit vero non futuram minimam in dignitate. Quamobrē subdidit, ex te enim exiet Dominus, &c. Secundo dissoluitur iste nodus interpretando verba Euangelistæ, atque si per hyperbolen sint dicta. Et hic Euangelista vati concinit, nequaquam minima es, id est, adeò minima es, vt inter modicas non debeas annumerari. Sed & quidem autor hebraizans, aliter exponit hunc locum dicens: Hebræos in dictionū inflexionibus neutrum genus non habere, ex quo consequitur, vt voce masculina vel fœminina pro neutra vtantur, vt vbi nos dicimus, non est bonum hominem esse solum, imperitus interpres redderet, non est bonus esse Adam solus. Ad eundem quoque modū loco eius, quod Hieronymus vertit, paruulus es in millibus Iuda, perspicuè & verè conuertendum est, parum es vt sis in millibus Iuda, ex te enim exiet dux, &c. quem sensum per Euangelistæ os exponit Spiritus sanctus. Verum hæc interpretatio & literæ sacræ expositio, abhorrens est ab editione vulgata, quæ autentica est & infallibilis, & à communi sanctorum patrum interpretatione, ob idque reijcienda est. ¶ In solutione secundi argumenti notandum est, ideo in diuersorio nasci elegisse Christum, vt sacramentum virginei partus occultum absque matris consanguinearumque nota maneret. Si enim in ciuitate peperisset, oportuisset obstetricem vocare, & consanguineas, & sic aut virginitas matris fuisset manifestata, aut reprehensa mater fuisset, quod non vocasset, imo sorores eius obstetricem etiam ad inuitam matrem conuocassent. Nec obstat, quod in Bethleem natus dicitur, quoniam Bethleem appellatione veniūt etiam suburbanæ domus. In cuius signum Herodes audito, quod in Bethleem nasceretur, iussit occidi in Bethleem, & in omnibus finibus eius infantes, intelligens per locum natiuitatis Christi, totū infra fines Bethleem. Suauiter ergo omnia diuina disposuit sapientia, dum nasci in diuersorio elegit, vbi nullius curavel incuria censorem haberet, vbi & à Magis adorandus erat, absque arbitris ciuibus, scilicet admirantibus eorū ingressum, absque indice in domum Ioseph, propter quod diuersorium hoc non intra ciuitatem, sed extra videtur fuisse, vt ipsum diuersorij nomen sonat. Nam si intus fuisset potuissent Herodi testificari multi, quia Magi in Bethleem ingressi essent, &c. sed vbi per viam in diuersoria domo celebrata est adoratio, latuit ipsa adoratio. ¶ In solutione tertij obseruandum est, quod sicut dicitur in quodam sermone Ephesini Concilij. Si maximam Romam elegisset domum, propter potentiam ciuium, mutationem orbis terrarum putarent, si filius fuisset imperatoris, potestati vtilitatem ascriberent: sed vt diuinitas cognosceretur orbem transformasse terrarum paupercula elegit matrem, & pauperiorem patriam. Elegit autem Deus infirma mundi, vt confundat fortia, sicut dicitur 1. ad Corinth. 1. & ideo vt suam potestatem magis ostenderet in ipsa Roma, quæ caput mundi erat, etiam caput Ecclesiæ suæ statuit, in signum perfectæ victoriæ, vt exinde fides deriuaretur in vniuersum mundum, secundum illud Isaiæ. 26. ciuitatē sublimem humiliabit, & conculcabit eam pes pauperis, scilicet Christi, gressus egenorum, id est, Apostolorum Petri & Pauli. Hanc sententiam explicans hic Caietanus sic inquit, nota quod ipse Christus Romæ caput Ecclesiæ suæ statuit, nō solum ratione communi, quia facta Apostolorum sunt facta Christi, iuxta illud, sine me nihil potestis facere, sed quia voluenti Petro ex Roma recedere, sicut olim ex Antiochia recesserat, ipse Christus obuiauit iubens, vt reuertatur, & Romæ sedes Apostolica stabiliatur, dum dixit, venio Romam iterum crucifigi: si enim Petrus alibi sedem elegisset, non Romæ, sed in loco illo vbi postremo sedisset, caput Ecclesiæ fuisset. Et sicut nunc non Antiochena, sed Romana Ecclesia caput est, quia Romanus Pontifex successor est Petri, similiter in illo casu non Romanus, sed illius alterius loci Pontifex successor fuisset Petri ac Christi vicarius. Ipse ergo Christus præcipiendo regressum & crucem, Romæ statuit caput Ecclesiæ. Quocirca non potest humana autoritate mutari, & fierivt alius, quam successor Petri Romanus Pontifex sit caput Ecclesiæ. Sed hic non est prætereunda quorūdam hæreticorum nostri temporis impudentia, qui odio Romanæ Ecclesiæ in suis concionibus & scriptis, nihil confidentius iactant, quam Petrum Romam nunquam vidisse, quorum insania omnino execrāda est. Certè si quis eorum Iulium Cæsarem, aut alios quosdam celebres principes Romæ nunquā imperas-

Vera solutio.

Quare voluit Christ' in diuersorio nasci.

Diuersorij erat extra ciuitatem.

Quare non fuit natus Romæ.

1. Cor. 1.

Esa. 26.

Caiet.

Roma caput mundi.

imperasse in tanta omnium historiarum luce scriberet, eum esse impudentem & insanum omnes clamarent. Cum ergo tot Martyrum, tot Episcoporum, tot Sacerdotum tot Imperatorum, tot denique omnium hominum ordinũ testimonia extent præclarissima de Romano Petri Pontificatu, an non insania impudentissima est id inficiari? His accedit totius Ecclesiæ ab Apostolorũ ætate ad nostra vsq; tempora communis consensus. Quod si vltra hæc, testimonia patrum desideres, asserit hanc veritatem Egesippus lib. 3. cap. 2. Irenæus lib. 3. capit. 1. & 3. Origenes tomo. 3. in Genesim, Dionysius Corinthius in Ecclesiastica historia cap. 25. Eusebius lib. 3. Ecclesiasticæ historiæ cap. 2. & 25. Optatus lib. 2. contra Parmenidem, Damasus in Pontificali, Hieronymus de viris illustribus & ad Damasum, Ambrosius in oratione contra Auxentium. Denique omnes propemodum scriptores tam Græci quam Latini Petrum vt Romanum Episcopũ agnouerunt, neque quisquam ex eis id inficiatur. Neque enim vnquam vel leuissimam falsi suspicionem hæc narratio habuit.

Autores sancti.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrùm Christus fuerit tempore congruo natus.

195 AD octauũ sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit cõgruo tẽpore natus. Ad hoc enim Christus venerat, vt suos in libertatem reuocaret. Natus est autem tempore seruitutis, quo scilicet totus orbis præcepto Augusti describitur, quasi tributarius factus: vt habetur Luc. 2. Ergo videtur, quòd non congruo tempore Christus fuerit natus. ¶ 2. Præterea, Promissiones de Christo nascituro Gentibus non fuerant factæ: secundum illud Romanor. 9. Quorum sunt promissa. Sed Christus natus est tempore, quo Rex alienigena dominabatur: sicut patet Matth. 2. Cùm natus esset Iesus in diebus Herodis regis. Ergo videtur, quòd non fuerit congruo tempore natus.

¶ 3. Præterea, Tẽpus præsentiæ Christi in mundo diei comparatur, propter id, quod ipse est lux mundi: vnde ipse dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Sed in æstate sunt dies longiores, quàm in hyeme: ergo cùm natus fuerit in profundo hyemis 8. Calendas Ianuarij, videtur, quòd non fuerit conuenienti tempore natus. ¶ Sed contra est, quod dicitur Galat. 4. Cùm venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.

Respondeo dicendum, quòd hæc est differentia inter Christum & alios homines, quòd alij homines nascuntur subiecti necessitati temporis; Christus autem tanquam dominus & conditor omnium temporum, elegit sibi tempus, in quo nasceretur, sicut & matrem & locum. Et quia quæ à Deo sunt, ordinata sunt, & cõuenienter disposita: consequens est, quòd cõuenientissimo tempore Christus nasceretur.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus venerat nos in statum libertatis reducere de statu seruitutis. Et ideo sicut mortalitatem nostram suscepit, vt nos ad vitam reduceret: ita (vt Beda dicit*) eo tempore dignatus est incarnari, quo mox natus, censui Cæsaris ascriberetur, atque ob nostri liberationem ipse seruitio subderetur. ¶ Tempore etiam illo quo totus orbis sub vno principe viuebat, maxima pax fuit in mundo, & ideo decebat, vt illo tẽpore Christus nasceretur, qui est pax nostra faciẽs vtraque vnum: vt dicitur Ephes. 2. Vnde Hieronyt. dicit super Isa. Veteres reuoluamus historias, & inueniemus vsque ad vigesimum octauum annum Cæsaris Augusti, in toto orbe terrarum fuisse discordiam: orto autem Domino, omnia bella cessauerunt, secundum illud Isa. 2. Non leuabit gens cõtra gentem gladium. Congruebat etiam vt in illo tempore, quo vnus princeps dominabatur in mũdo, Christus nasceretur, qui venerat congregare suos in vnum, vt esset vnum ouile & vnus pastor, vt dicitur Ioan. 10. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ideo Christus, Regis alienigenæ tempore nasci voluit, vt impleretur prophetia Iacob dicentis Genes.

* Super illud Luc. 2. Vt profiteretur cũ Maria, est ca. 5. secundũ ordinẽ Bedæ, tom. 2.

* Super illud Esa. 2. Non leuabit gẽs contra gentem, to. 5.

penult. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Quia vt Chrysost. dicit* super Matt. quamdiu Iudaica gens sub Iudaicis regibus, quamuis peccatoribus, tenebatur, Prophetæ mittebantur ad remedium eius: Nunc autem quando lex Dei, sub potestate regis iniqui tenebatur, nascitur Christus: quia magna & desperabilis infirmitas, medicum artificiosiorem quærebat. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in lib†. de q. veter. & noui Testam. tunc Christus nasci voluit, quando lux diei crementum incipit accipere: vt ostenderetur, quòd ipse venerat, vt homines crescerent in lucem diuinam, secũdum illud Luc. primo, Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Similiter etiam asperitatẽ hyemis elegit ad natiuitatem: vt ex tunc carnis afflictionem pateretur pro nobis.

homil. 2. in Matth. in ope. imperf. nõ lõgè à princ. tom. 2.

In lib. q. ex no. Test. q. 53. tom. 4. inter opera Augusti.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Ad Gal. 4.

CONclusio est affirmatiua, quæ probatur ex illo ad Galatas. 4. quando venit pleni tudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere factum sub lege. Eadem veritas colligitur ex discrimine inter Christum & alios homines, quod alij homines nascuntur subiecti necessitati temporis: Christus autem tanquam Dominus & conditor omnium temporum elegit sibi tempus, in quo nasceretur, sicut & matrem & locum. Et quia quæ à Deo sunt, ordinata sunt, & conuenienter dispositа, consequens est, quod cõuenientissimo tempore Christus nasceretur.

EXPOSITIO ARTICVLI.

AD designandum tempus, quo Christus Dominus natus est, ex veteri testamento duo testimonia potissima adduci solent, quæ operæpretium est diligenter & accurate expo

Gene. 49. nere. Primum est illud ex Genesi capite penul timo, non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est & ipse erit expecta-

Obiectio. tio gentium. In cuius scripturæ testimonium mirum in modum variant Doctores. Et certè videtur, quod tempore natiuitatis Christi nõ fuerit ablatum sceptrum de Iuda, sed multo ante. Nam in libris Machabæorum refertur Machabæos duces fuisse super Iudam & Hierusalem, quos tamen de tribu Iuda non fuisse

Philo. sed de tribu Leui manifestum est. Imo Philo libro. 2. de temporibus ob eam causam, inquit inimicitias ortas id temporis fuisse quod Machabæi ducatum à domo Dauid surripuerint. ¶ In hac obiectione soluenda varie torquentur Doctores. Alij nanque aiunt, Machabæos per matrem à tribu Iuda originem ducere: eaque ratione defendunt, sceptrum de Iuda non esse translatum. Alij sequentes traditiones Talmud astruunt, Machabæis quoque existentibus ducibus, fuisse iudices quosdam ex tribu Iuda, penes quos summa decernendi, atque imperandi potestas resideret. Qui Hebraicè zanedrin, Latine Senatus, vt apud Romanos appellabatur. Vnde illud est, populus, qui est Hierosolymis, senatusque & Iudas, &c. hos itaque cum Herodes (qui primus ex alienigenarum genere ortus regnum Iudaicæ gentis obtinuit) in odium Dauidici regni de medio sustulit, tunc verè sceptrum de tribu Iuda dicitur abstuliſſe. ¶ Alij dicunt populum Iudæorum ducatum Machabæis tradidisse non tanquam proprium & hæreditarium, sed ad legem depositi conseruandum, vt videlicet Israeliticam plebem interea tuerentur donec surgeret Propheta fidelis vel qui eos instrueret, vel quem de tribu Iuda venturum expectabant. Qua ex re sceptrum de tribu Iuda non auferebatur; eo præsertim, quod ipsa quoque tribus in hoc populi condictum sententiamque à principio saltem creditur consensisse. ¶ Sed & alio modo potest explicari proposita difficultas. Nam licet in Sedechia cessauerit regnum Iudææ cessaueritque rex de tribu Iuda, vt plane asserit Ieremias capit. 22. suæ prophetiæ dicens; Scribe virum istum sterilem, &c. non tamen cessauit dux de tribu Iuda. Nam post Babylonis captiuitatem Zorobabel, qui erat de tribu Iuda, dominari cœpit, vt dicit Zacharias capit. 10. suæ prophetię, atque Aggæus capitulo. 2. successit Neemias, successerunt alij vsquequo summi Pontifices inceperunt regere populum Israel Mathathias & filij eius Machabæi, isti autem de tribu Iuda descenderunt. Summi enim sacerdotes ducebant vxores de tribu regia, nimirum de tribu Iuda, vt liquet in Aaron, qui accepit in vxorem Elisabeth filiam Aminadab sororem Naason, erat autem Aminadab princeps in tribu Iuda, vt patet Numeror. 2. Rursus 2. Paralip. capit. 22. Ioſabeth soror Ochoziæ erat vxor Ioiadæ sacerdotis. Deinde, demortuis primis tribus Machabæis regnauit Ioannes Hircanus filius Simonis Machabæi, vt narratur 1. Machabæorum capitu. vltimo, cui succesit Aristobolus, cui Ioannes, deinde Antigonus, & Ioannes vsque ad regnum Herodis, quæ omnia constant ex

Prima solutio.

Secunda solutio.

Tertia solutio.

Ierem. 22.

Zachar. 10. Aggæi. 2.

Nume. 2. 2. Paral. 22.

1. Mac. vlt.

historijs

historijs Iosephi. Quod vero quidam Christiani Doctores asserunt à captiuitate Babylonica semper fuisse collegium Iudicum ex tribu Iuda assumptorum, qui regebant populum Israel, ex somnijs arbitror Iudæorum esse assumptum. Forte licet multis antea ætatibus cessauerit sceptrum de tribu Iuda, nunquam tamen ad alienos fuit translatũ, quemadmodum tempore Herodis maioris. Et ideo huius ætate fuit adimpletum illud vaticinium, maximè cum ab stirpe, sine spe reparationis nato Christo fuerit ablatum, & antea nunquam. ¶ Vltima expositio est, non contemnenda cuiusdam viri docti & linguæ Hebraicæ peritissimi, qui censebat hunc esse sensum. Non auferetur potestas siue ius verè regium, sic à Iuda, quin ille sit nasciturus ex eo cuius vere illud ius perpetuo erit, non in corpora tantum more regum huius mundi, sed multo maximè in animos. Significatur ergo per sceptrum ius, siue occulta potestas diuina producendi regem regum, qui ex illa tribu nasciturus erat. Quod autem de diuina hac potestate loquatur apparet, quia præcipua miracula, quæ Deus in gratiam populi Iudaici edidit, non per Iudam sed per Mosen & Iosue, qui non fuerunt de tribu Iuda, & tandem per Machabæos, Saul, &c. exhibita sunt. Videtur autem huius regiæ potestatis vsum ob id rarius Iudæ fuisse concessum, ne suspicaremur Spiritum sanctum de regno huius mundi fuisse loquutum, quod Christus oblatum reiecit. Et quod sequitur, & dux de femore eius, Hebraicè habetur, & legislator, quod propriè in Christum quadrat. Isaiæ. 42. & legem eius insulæ expectabũt. Quod autem nullus legitur fuisse legislator in tribu Iuda præter vnum Christum, confirmare videtur sententiam de sceptro dictam. Sic illud qui mittendus est, vbi Hebraicè habetur, Silo, idem vir dicebat, nequaquam verti posse mittendus. Significat (inquit) Silo multa non pugnantia inter se sed sic inter se cognata, vt Iacob in hac prophetia omnia ea coniunctim de Christo intelligi voluerit, sicut in plurimis alijs scripturæ locis varia significatio vnius vocabuli sententiam pleniorem reddit. Significat, ergo in primis, cuius illud, scilicet sceptrum, propriè erit. Secundo significat id, quod filius eius, vt sit sententia, donec veniat filius Iudæ Christus Dominus. Item secundum Rabi Salomo. munera ei, scilicet offerentur. Item felicitatem siue prosperitatem hæc omnia coniunctim Propheta tribui Christo voluit. ¶ Aliud testimonium insigne solet adduci de aduentu Domini nostri Iesu Christi ex prophetia Danielis capite. 9. cuius verba hæc sunt; Tu ergo animaduerte sermonem & intellige visionem, septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna: & impleatur visio, & prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum. Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Hierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt, & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium. Et erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio. In expositione huius vaticinij in primis dico, nulli posse esse dubium quin de aduentu Christi in hoc vaticinio sermo sit, qui post septuaginta hebdomadas mundo apparuit, post quem consummata sunt delicta: & finem accepit peccatum, & deleta est iniquitas: & annunciata iustitia sempiterna, quæ legis iustitiam vinceret: & impleta est visio & prophetia: quia lex & Prophetæ vsque ad Baptistam Ioannem: & vnctus est Sanctus Sanctorũ: quæ omnia priusquam Christus humanum corpus assumeret, sperabantur magis, quam tenebantur. Illud etiam certum est, quod vndecunque isti anni supputentur videbitur plane hos annos circa Christi tempora impleri, vt omnis excusatio adimatur Iudæis, contra quos hæc prophetia ita pugnat, vt minimè euadere queant. ¶ Tertio obseruandum est, hebdomadem in diuinis literis duobus modis tantum accipi. Primo quidem pro numero septem dierum, vt scribitur Leuit. 23. numerabis septem hebdomadas plenas vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies. & Danielis. 10. ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus. Secundo, pro numero septem annorum, Leuitici. 25. numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt quadraginta nouem, & certum est Danielem non describere septuaginta hebdomadas dierum; quoniam diebus quadringentis nonaginta vaticinium eius

Vltima solutio.

Isaiæ. 42.

Testimonij Dani. 9. explicatur.

Hebdomada in duplici differentia.

Leuit. 23.

Daniel. 10.

Leuit. 25.

adimpletum esset, quod nullo autore probatur, sed numerat septuaginta hebdomades annorum, quæ continent annos solares quadringentos nonaginta, vt de supputatione facile constat. Illud etiam est sciẽdum, quod in enumeratione istorum annorum maxima est difficultas & differentia inter catholicos scriptores. Refert varias sentẽtias patrũ antiquorum D. Hieronymus explicans istum locum Danielis. Neotericorum vero varias interpretationes refert Galatinus lib. 4. cap. 14. & deinceps per multa capita, & Ioannes Lucidus lib. 7. de emẽdationibus temporum, cap. vltimo. Mihi vero inter omnes placet magis expositio Ioãnis Lucidi, quæ sic habet. Ad inquirendum quo tempore incipiant prædictæ hebdomades cõsiderãda sunt tria tempora. Primum tempus est, quando hoc mysterium Danieli est reuelatum. Secundum tempus est, quando Iudæis concessa est licentia solum ædificandi templum ante constructionem ciuitatis Hierusalem, quod fuit anno primo Cyri regis Persarum post Darij mortem, vt patet 1. Esdræ capitulo. 1. & anno secundo fundatum est templum, vt scribitur 1. Esdræ. 3. completum est autem ædificium ipsius templi anno sexto Darij Longimani filij Prisci Artaxerxis Assueri, vt scribitur. 1. Esdræ. 6. Hic Darius Longimanus dictus est etiã communi appellatione Artaxerxes sicut Imperatores Romani dicebantur Cæsares. Tertium tempus est, quando data est licentia Iudæis ædificandi ciuitatem, quod fuit post reædificatum templum annis tredecim penitus transactis, anno, scilicet, vigesimo incipiente prædicti Darij Longimani. Tunc enim concessa est ab eo licentia Neemiæ reædificandi ciuitatem Hierusalem, vt scriptum est Neemiæ 2. Ex illo igitur tempore computandæ sunt septuaginta hebdomades prædictæ, vt manifeste Danielis. 9. eidem ab Angelo exprimitur inquiente; Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, id est, à concessa licentia sermone regis, vt iterum ædificetur Hierusalem vsque ad Christum ducem, &c. non enim dicit angelus ab exitu sermonis tibi à Deo reuelati, neque ab exitu sermonis vt iterum ædificetur templum, sed ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Hierusalem ciuitas, quæ post templum reædificata est. Et ideo non à reuelatione facta Danieli, neque à templi reędificatione, sed à licẽtia data ex ore regis ad ædificãdum iterum Hierusalem prędictæ hebdomades numerandæ sunt, sicut recte enumerat Sanctus Antoninus in prima parte historiæ, titu. 3. ca. 8. ab initio ergo vigesimi anni Darij Longimani dicti Artaxerxes numerus annorum prędictarũ hebdomadum sumendus est vsque ad Christi passionem & completam humani generis redemptionem.

¶ Dicit ergo Angelus Danieli decisas & determinatas esse à Deo septuaginta hebdomades, quas in tres partes distinguit, scilicet in septẽ, & sexaginta duas, quę simul iunctæ fiunt sexaginta nouẽ, atque adiungit in calce vltimã, ex quibus omnibus cõsurgunt septuaginta hebdomades: hanc autẽ vltimam diuidit per medium, dum ait, quod in medio huius vltimæ hebdomadis deficiet hostia & sacrificium. Primæ igitur septem hebdomades, hoc est, anni quadraginta nouem tempus continent quo ciuitas Hierusalem ædificata & ampliata est, & liberatus Iudæorum populus à periculo mortis & exaltatus per Hesther & Mardochæum, hoc est, à principio vltimi anni Pontificis Iesus filij Iosedech, qui mortuus est in fine illius anni, quo iam fundata erat ciuitas, scilicet anno vigesimo iam completo Darij Longimani, vsque ad reliquos quadraginta octo annos, quibus secundo fuit Pontifex filius eius Ioachin. Quo tempore regina Hesther ad regnum exaltata populum suum à mortis periculo liberauit. In hoc tempore impletæ fuerunt septem hebdomades, hoc est, anni quadraginta nouem, vt ex dictis manifestum est. Deinde, sexaginta duæ hebdomades complentur in baptismo Domini. Nam si computes annos ab eo tempore, quo mortuo Ioachin Pontifice accepit Pontificatũ Eliasib vsque ad Christi baptismũ cõpleto anno Domini vigesimonono, reperies interfuisse sexaginta duas hebdomadas, hoc est, annos quadringẽtos & triginta quatuor. Nam ab Eliasib Pontifice ad Alexandrum Magnum fuerunt anni septuaginta nouem, ab Alexandro ad Iudam Machabæum cẽtum sexaginta quatuor: à Iuda ad Christi natiuitatem centũ sexaginta duo, quibus addũtur anni viginti nouem vitę Christi vsque ad eius baptismum. Omnes igitur simul collecti fiunt anni quadringenti triginta quatuor. Denique, vltima hebdomada vsque ad eius dimidiũ spectat ad Christi prædicationem & salutis humanæ redẽptionem, quæ cõpleta sunt per ipsum Christũ dimidio hebdomadis, hoc est, annis tribus cum dimidio, quo tẽpore Christus prędicauit, miracula fecit, passus est, resurrexit, ascẽdit ad cœlos, & Spiritũ sanctum misit. Itaq; in dimidio huius hebdomadæ vltimæ defecit hostia & sacrificium veteris legis per Christi mortem, dum ipse obtulit se Deo hostia & sacrificium in ara Crucis, in qua cõsummata sunt omnia, cum dixit cõsummatũ est, scilicet, mysteriũ humanæ redẽptionis in lege prædictum & figuratũ.

Hebdomadæ in tres partes diuiduntur.

D. Hieron.

Galatinus.

Ioannes Lucidus.

Sententia propria.

1. Esdræ. 1.

1. Esdræ. 3.

2. Esdræ. 6.

Neemię. 2.

Daniel. 9.

D. Antoninus.

Summa huius quæstionis.

IN hac quæstione D. Thomas octo veritates statuit. Prima, natiuitas Christi non debuit omnibus manifestari. Secunda, debuit aliquibus manifestari. Tertia, conuenienter sunt electi illi, quibus fieret manifesta. Quarta, Christus non debuit suã natiuitatem per se manifestare. Quinta, debuit natiuitas illa per angelos, & stellam manifestari. Sexta, natiuitas Christi ordine cõueniẽti fuit manifestata. Septima, stella quæ Magis apparuit nõ fuit de cœlestib⁹. Octaua, conuenienter venerunt Magi ad adorãdũ Christum.

QVAESTIO XXXVI.

De manifestatione Christi nati, in octo articulos diuisa.

¶ De qua re Doctores tractãt Matth. 2. & Luc. 2.

DEinde cõsiderãdũ est de manifestatione Christi nati. ¶ Et circa hoc quærũtur octo. ¶ Primo, vtrùm natiuitas Christi debuerit esse omnib⁹ manifesta. ¶ Secũdo, vtrùm debuerit aliquibus manifestari. ¶ Tertio, quibus manifestari debuerit. ¶ Quarto, vtrũ debuerit ipse se manifestare, vel potius manifestari per alios. ¶ Quinto, per quæ alia manifestari debuerit. ¶ Sexto, de ordine manifestationum. ¶ Septimo, de stella per quam manifestata fuit eius natiuitas. ¶ Octauo, de veneratione Magorum, qui per stellam, Christi natiuitatem cognouerunt.

EXPOSITIO QVAESTIONIS.

Dubiũ circa rationẽ D. Thomæ in primo articulo.

IN expositione huius quæstiõis quatuor sunt inuestigãda, primũ est; an rectè procedãt probationes Diui Tho. & potissimè illa quã habet in primo articulo. Nõ fuit inqt, conueniẽs natiuitatẽ Christi omnib⁹ manifestari, nam per hoc impedita fuisset humana redemptio, & diminutum fuisset meritũ fidei. Hęc probatio non videtur legitima, nã vel

196 Infr. q. 39. art. 8. 3.

ARTICVLVS I.

Vtrùm natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

AD primũ sic proceditur. Videtur, ꝙ Christi natiuitas debuerit esse omnibus manifesta. Impletio enim promissioni debet respondere. Sed de promissione aduentus Christi dicitur in Psal. 49. Deus manifestè veniet. Venit autẽ per carnis natiuitatem: ergo videtur, quòd eius natiuitas debuerit esse toti mũdo manifesta. ¶ 2. Præterea, Primæ ad Timoth. 1. dicitur: Christus in hũc mundum venit peccatores saluos facere. Sed hoc non fit, nisi in quantum eis gratia Christi manifestatur, secundũ illud Tit. 2. Apparuit gratia Dei & Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè, & piè, & iustè viuamus in hoc seculo. Ergo videtur, quòd Christi natiuitas debuerit esse omnibus manifesta. ¶ 3. Præterea, Deus super omnia pronior est ad miserandũ, secundũ illud Psal. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Sed in secundo aduentu, quo iniustitias iudicabit, veniet omnibus manifestus: secũdũ illud Matth. 24. Sicut fulgur exit ab Oriẽte, & paret vsque in Occidẽtẽ, ita erit aduẽtus filij hominis. Ergo multò magis primus aduentus, quo natus est in mundo, secundum carnẽ, debuit esse omnibus manifestus. ¶ Sed contra est, quod dicitur Isaiæ. 45. Verè tu es Deus absconditus, sanctus Israel saluator. Et loquitur de manifestatione euidenti per visionem, & per hanc proculdubio tolleretur meritũ fidei, quia per hãc tolleretur fides respectu eorũ quæ vidẽtur, nemo enim credit quod videt, at certũ est quod nõ loquitur de ista manifestatione, affirmat nãque, quod aliquibus est manifestata videlicet, pastorib⁹, Magis, Simeoni, at isti non habuerũt manifestationem per visionem. Vel loquit̃ D. Tho. de manifestatione euidenti in rebus ipsis, & hęc falsum est quod tollat aut diminuat meritum fidei, nam D. Tho. in. 2. 2. q. 2. art. vlt. ad 2. & ad 3. expresse affirmat, qd̃ licet alicui demõstretur euidenter aliquis articulus fidei, nõ propterea diminuit meritũ fidei, & certè fidelis qui ante credebat deũ esse, & postea per demõstrationes Aristoteleas idem cognoscit, nõ perdit meritũ fidei. Vel loquit̃ D. Tho. de manifestatiõe per miracula & per testimonia euidẽtia diuinitatis, & hæc non tollit nec diminuit meritum fidei, nam Magis & pastoribus manifestis

D. Tho.

indicijs natiuitas Christi apparuit, & tamẽ nõ est ratio fidei ablata respectu natiuitatis Christi. ¶ Hoc dubiũ proponit hic Caiet. in primo articulo, & explicat sufficiẽter, pro eius tñ eui dẽtiore explicatione, dico primo. Non potest hoc mysteriũ manifestari euidẽti visione sine visione diuinitatis; nam quomodo potest quis videre, quod nascatur Deus nisi videat ipsum Deũ? ¶ Secundo dico, per talem manifestationẽ tollitur fides & meritũ fidei, nã fides est de nõ visis & est argumẽtum non apparentiũ, vt dixit Paulus Hebræ. 11. ¶ Tertio dico, talis manifestatio in hac vita mortali nõ est facta, nisi animæ Chri, qui videbat Deũ, & fortasis B. Virgini, quæ ex speciali priuilegio vidit diuinam essentiã. ¶ Quarto dico, per euidentiam miraculorũ nõ tollitur ratio fidei, existimo eñ quod euidentia in attestante non repugnat fidei, de qua re disputauimus latissimè in materia de fide. Ex quo sequitur quod per talem euidentiam non tollitur meritum fidei. ¶ Quinto dico, quod forsitan fuit ita euidentiam in attestante non habuerunt pastores nec Magi. Pro cuius declaratione obseruandum est, quod est quædam manifestatio partim euidens, partim ineuidens; euidens fuit pastoribꝰ & Magis infantem esse natum & indicatum stella, ineuidens quod esset Deꝰ, quãtum ad primã diminuit meritũ fidei, quãtum ad secundã non minuitur. Sed præstat audire Dominum Caietanũ optimè loquẽtem: in primis dicit, quod D. Thomas loquitur de manifestatione tali qualis facta est pastoribus, Magis, Simeoni, & Annæ, & quidem vniuersi isti non habuerũt aliã manifestationem, nisi testificatiuã. Deinde dicit Caiet. quod D. Tho. nõ intẽdit docere, quod talis manifestatio abstulisset rationẽ fidei, sed tãtũ docet quod minuisset meritũ fidei. Quod sic patet, nã manifestatio ex omniparte euidẽs tollit ex omni parte fidẽ, ergo manifestatio, quę magis appropinquat manife-

Prima conclusio.

2. Conclus.

3. Conclus.

4. Conclus.

* Est epist. 3. non multum remotè ante medium, to. 2.

5. Conclus.

D. Caietan.

197

Art. præce. ad 3. arg.

Ad primum ergo dicendum, quòd auctoritas illa intelligitur de aduentu Christi ad iudiciũ: secundũ quod glossa ibidem exponit. ¶ Ad secũdum dicendum, quòd de gratia Dei saluatoris erudiendi erãt omnes homines ad salutem, non in principio natiuitatis eius: sed postea tempore procedente, postquàm operatus est salutem in medio terræ. Vnde post passionem & resurrectionẽ suam dicit discipulis suis, Matthæi vltimo. Euntes docete omnes Gentes. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd ad iudicium requiritur quòd auctoritas iudicis cognoscatur: & propter hoc oportet, quòd aduentus Christi ad iudicium sit manifestus. Sed primus aduentus fuit ad omnium salutem, quæ est per fidem, quæ quidem est de non apparẽtibus: & ideo primus Christi aduentus debuit esse occultus.

ARTICVLVS II.

Vtrùm natiuitas Christi debuerit aliquibus manifestari.

AD secũdũ sic proceditur. Videtur, q̃ natiuitas Christi nulli debuerit manifestari. Quia vt dictum est*, hoc erat congruum humanæ

manifestationi euidentiæ magis diminuit meritum fidei. Idem patet, quia cæteris paribus illi plus merétur qui patiuntur maiorem difficultaté in credendo. Hoc ipsum demõstratur ex eo, quòd Dominus Thomæ dixit, quia vidisti me Thoma credidisti, beati qui non viderũt & crediderunt, nunquã enim Dominus cõmendasset credentes, quia nõ viderunt & crediderunt, nisi videre minueret meritũ fidei. Quod si obijcias, ergo pastores & Magi minus meruerunt credẽdo. Respondetur, quod minorẽ occasionẽ habuerunt merendi, & ideo quãtũ est ex parte manifestationis minus meruerũt, sed cum hoc stat quod magis meruerunt credendo ex parte ipsorum credẽdorum. Item plus meruerunt amando & vidẽdo, quam alij credendo, & amãdo. Sed profecto, ea quę dicit Caietanus verissima quã quam sunt, nõ videtur attigisse sensum D. Thomæ, qui vt mihi videtur iste est. Si omnibus hominibus esset euidenter patefactum mysterium natiuitatis Dei, minueretur profecto imo tolleretur in quam plurimis meritum fidei, nam quam plurimi non crederẽt nisi propter signa, sicut dæmones credunt, cum hoc tamen stat quod ij, quos elegit Dominus patefacere hoc mysterium pauci & prędordinati à Deo nõ perdiderunt meritũ fidei, quia crediderũt nõ propter miracula solũ, sed propter autoritatem diuinæ reuelationis, quæ merebatur fidem tametsi signis non esset testificata.

Obiectio.

Solutio.

Sensus vera D. Th.

saluti, vt primus Christi aduentus esset occultus. Sed Christus venerat, vt omnes saluaret, secundum illud primæ ad Timothæum. 4. Qui est saluator omnium hominũ, maximè fidelium. Ergo natiuitas Christi nulli debuit manifestari. ¶ 2. Prę terea, Ante natiuitatem Christi, manifestata erat beatæ Virgini & Ioseph futura Christi natiuitas. Non ergo erat necessarium Christo nato, eandem alijs manifestari. ¶ 3. Præterea, Nullus sapiens manifestat id, ex quo turbatio nascitur, & detrimentum aliorũ. Sed manifestata Christi natiuitate, subsecuta est turbatio: dicitur enim Matthæi. 2. quòd audiens Herodes Christi natiuitatẽ, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Cessit etiam hoc in detrimentum aliorum: quia ex hac occasione, Herodes occidit pueros in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu, & infrà. Ergo videtur, quòd nõ fuerit cõueniens Christi natiuitatem aliquibus manifestari. ¶ Sed contra est, quòd Christi natiuitas nulli fuisset proficua, si omnibus esset occulta. Sed oportebat Christi natiuitatem esse proficuam: alioquin frustrà natus fuisset. Ergo videtur, quod aliquib⁹ manifestari debuerit Christi natiuitas.

Respondeo dicẽdum, quòd sicut Apostolus dicit Romanorũ. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Pertinet autem ad diuinæ sapientiæ ordinem, vt Dei dona & secreta sapientiæ eius, non æqualiter ad omnes, sed immediatè ad quosdã perueniant, & per eos ad alios deriuentur. Vnde & quantum ad resurrectionis mysterium, dicitur Actorum. 10. quòd Deus dedit Christum resurgentem manifestum fieri non omni populo, sed testibus prædordinatis à Deo. Vnde & hoc etiam debuit circa ipsius natiuitatem obseruari, vt nõ omnibus Christus manifestaretur, sed quibusdam, per quos posset ad alios deuenire.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut fuisset in prędiudicium salutis humanæ, si omnibus hominibus Dei natiuitas innotuisset, ita etiã etsi nulli nota fuisset. Vtroq; eũ modo tollitur fides: tam scilicet per hoc quòd aliquid est totaliter manifestum, quàm etiã per hoc, q̃ à nullo cognoscitur, à

Soluuntur argumẽta.

non

non appareret & ideo non diminuitur ratio meriti. Vel dico quod fidelis qui habet huius veritatis, Deus est, demonstrationem euidentem, non perdit meritum fidei, nam assentitur huic veritati longè certius quam si solam haberet demonstrationem. Meretur itaque, quoniam certius credit propter diuina testimonia quæ nō videt. ¶ Secundum dubiū est, Vtrū natiuitas Christi ex cōsideratione stellarū & syderū prænosci potuerit. Petrus Aliacus presbyter Cardinalis q. in Gen. 30. & in lib. de legibus & sectis super stella à Magis in Oriēte cōspecta disputans docet Magos illos syderalis scientiæ peritissimos potuisse ex contemplationibus astrologicis natiuitatem Christi futuram prænoscere, licet non ea certitudine qua post ortum Christū demōstrāte stella postmodū cognouerunt. Idem docuerat pri⁹ Albertus Magnus in libro cui speculi titulum imposuit. Calcidius Platonicus in commentarijs in Timæū Pla

Vtrùm ex cōstellatione syderū potuerit cognosci natiuitas Christi.

Petrus Aliacus.

*Hom. 10. in Euāg. in principio.

Albertus Magnus.

Calcidius. † In ser. 2. qui est 30. in ordine ante mediū tom. 10.

quo possit testimonium audiri: Fides enim est ex auditu, vt dicitur Ro. 10. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Maria & Ioseph instruendi erant de Christi natiuitate antequam nasceretur: quia ad eos pertinebat reuerētiam exhibere proli conceptæ in vtero, & etiam obsequi nascituræ. Eorū autem testimonium propter hoc, quòd erat domesticum, fuisset habitū suspectum circa magnificentiam Christi, & ideo oportuit vt alijs manifestaretur extraneis, quorum testimonium suspectū esse non posset. ¶ Ad tertium dicēdum, quòd ipsa turbatio subsequuta ex natiuitate Christi manifestata, cōgruebat Christi natiuitati. Primò quidem, quia per hoc manifestatur cælestis Christi dignitas. Vnde Gregorius dicit in Homil*. Cæli Rege nato, Rex terræ turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur, cùm celsitudo cælestis aperitur. Secundò, quia per hoc figurabatur iudiciaria Christi potestas. Vnde Augustinus † dicit in quodam sermo. Epiphaniæ, Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos Reges cunabula terrebāt infantis? Tertiò, quia per hoc figurabatur deiectio regni diaboli: quia vt Leo Papa dicit in sermone Epiphaniæ*: Nō tantū Herodes in semetipso turbabatur, quantum diabolus in Herode: Herodes enim terrenum hominē æstimabat, sed diabolus Deum cognoscebat, & vterque regni sui successorem timebat, diabolus cælestem, sed Herodes terrenum. Superfluè tamen, quia Christus nō venerat regnum in terra habere. Vnde Leo † Papa dicit Herodi loquens: Non capit Christum regia tua: nec mundi dominus, potestatis tuæ sceptri est contentus angustijs. ¶ Quòd autem Iudæi turbabantur, qui tamen magis gaudere debuerant, aut hoc est, quia, vt Chrysost*. dicit, de aduentu iusti non poterāt gaudere iniqui, aut volentes fauere Herodi quem timebant: populus enim plus iusto fauet eis, quos crudeles sustinet. Quod autē pueri ab Herode sunt interfecti, non cessit in eorum detrimentum, sed in eorum profectum. Dicit enim Augustinus in sermone quodam de Epiphania †: Absit, vt ad libe rādos homines Christus

* Id formaliter habet Chryso. homilia. 2. in Matt. ante medium, in opere imperfecto, to. 2.

Fides catholica.

† In ser. 4. de Epipha. inter prin. & mediū.

*Hom. 2. in Mat. in opere imperfecto, super illud, Audiēs Herodes turbatus est, tom. 2.

† Serm. 13. de Epiphania. Ex milleloq. tit. Magus.

tonis asserit Magos istos & sapiētes Chaldæorum ex consideratione rerum cælestium euidenter cognouisse recētem Dei ortum. Rationes vero ad hoc dogma probandū nullas adducunt, sed tantū mouentur ad id affirmandū quoniam existimāt omnia, quæ in his inferioribus cōtingunt syderum constellationibus esse subiecta. Sed ego existimo, quod hoc dogma est hæreticum, ita existimāt omnes sancti Patres explicantes illud, Matth. 2. vidimus stellā eius in Oriente. Et probatur, nam mysterium de natiuitate Christi superat omnem naturā, & vniuersam potētiam corporum cœlestiū, & ex sola Dei voluntate dependet, ergo ex considerationibus astrologicis præno sci nō potest. Prætereà, eadē ratione possemus cognoscere ex stellis diem iudicij vniuersalem, cum totus orbis igne sit conflagraturus, cuius contrariū asseritur planè in scripturis sanctis, videlicet, quod de die illa nemo scit, neq; filius hominis. Adhęc, dogma

dogma est à recta fide alienum asserere, quod mens nostra & liberum arbitrium nostrum sint cœlestibus corporibus subiecta, ergo temerarij sunt astrologi qui etiam ipsum Deũ, & ea quæ nemo nouit nisi spiritus Dei, qui in ipso est nobis autẽ reuelauit per Spiritum suũ, cõstellationibus syderum subijciunt vel saltem ex eorum consideratione se posse cognoscere gloriantur. Denique vt rem cõcludam, quid magis temerarium & hæreticum quã dicere nos posse mysteria religionis nostræ ex facultate humani ingenij, & per scientias naturaliter comparatas cognoscere? cum vniuersa scriptura testetur hęc mysteria ex sola diuina reuelatione teneri.

198

Vtrùm Magi fuerint reges.

¶ Tertium dubiũ est, Vtrũ Magi qui venerunt ad adorandum Christum fuerint reges & quotnam fuerint. Quod fuerit reges isti autores sentiũt Athanas. in lib. diuers. quæst. ad Antiochũ, quæst. 2. Tertullian⁹ in probatione natiuitatis Christi contra Iudęos Diuus Hieronymus super Danielem. c. 2. & super Psal. 71. Augu. sermone. 43. ad fratres in eremo. Diuus Chrysostomus hom. 6. in Matth. Theophilactus Matth. 2. glossa ordinaria. Quidam antiquus autor re & nomine Christianus, qui floruit anno Domini octingẽtesimo, Lyranus, Abulensis, Titelmanus & D. Thomas Matth. 2. insuper Diuus Thom. super Ioannem cap. 11. lectione. 5. ita esse persuasum asserit populo Christiano. Quod & probatur ex traditione antiqua, & ex pictura quæ vulgo pro scriptura est, tum etiã ex prophetia Dauid, Reges Tharsis & insulæ, & ex Esaiæ. 60. ambulabũt gẽtes in lumine tuo, & in Missali Mozarabe vocantur Reges in festo Epiphaniæ, & est magnæ autoritatis & antiquitatis. Quòd fuerint tres asserit Athanasius loco prænotato, Leo Primus in sermone. 5. Epipha. D. Augu. in sermone. 1. eiusdem festi. Quod nõ fuerint reges Doctores quidã neotherici ausi sunt affirmare, & mouẽtur his argumẽtis,

Athanasius

Tertullia.

D. Hieron.

Esaiæ. 60.

Missale Mozarabe.

Athanasius

D. Augustin.

Friuolę obiectiones.

veniens, de illorum præmio, qui pro eo interficerentur, nihil egerit, qui pendens in ligno, pro eis à quibus interficiebatur, orauit.

ARTICVLVS III.

Vtrùm sint conuenienter electi illi, quibus est Christi natiuitas manifestata.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd non sint conuenienter electi illi, quibus est Christi natiuitas manifestata. Dominus enim Matthæi. 10. mãdauit discipulis, In viã Gentiũ ne abieritis, vt scilicet prius manifestaretur Iudæis quàm Gentibus. Ergo videtur, ꝙ multò minus à principio fuerit reuelanda Christi natiuitas Gentilibus, qui ab Oriente venerũt: vt habetur Matthæi. 2. ¶ 2. Præterea, Manifestatio diuinę veritatis prę cipuè debet fieri ad Dei amicos: secundum illud Iob 36. Annuntiat de ea amico suo. Sed Magi videntur esse Dei inimici: dicitur enim Leuiti. 19. Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid scisciteminí. Non ergo debuit Christi natiuitas Magis manifestari. ¶ 3. Præterea, Christus venerat totum mundum à potestate diaboli liberare: vnde dicitur Malachiæ. 1. Ab ortu solis vsq; ad Occasum, magnũ est nomen meum in Gentibus. Non ergo solum in Oriẽte positis debuit manifestari, sed etiã vbique terrarũ debuit aliquibus manifestari. ¶ 4. Præterea, Omnia sacramenta veteris legis erant Christi figura. Sed sacramenta veteris legis dispensabantur per ministeriũ sacerdotum legalium. Ergo videtur, quòd magis debuerit Christi natiuitas manifestari sacerdotibus in templo, quàm pastoribus in agro. ¶ 5. Præterea, Christus ex virgine matre natus est, & ætate paruulus erat. Conueniẽtius igitur videtur fuisse, quòd Christus manifestaretur iuuenibus & virginibus, quàm senibus & coniugatis, vel viduis: sicut Simeoni & Annæ. ¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan. 13. Ego scio quos elegerim. Quæ autem fiunt secundum Dei sapientiam, conueniẽter fiunt. Ergo conuenienter sunt electi illi, quibus est manifestata Christi natiuitas.

Respondeo dicẽdum, quòd salus, quæ erat futura per Christum, ad omnem diuersitatem hominum pertinebat, quia sicut dicitur Colossen. 3. In

tum quoniam si fuissent reges id Euangelista non præterijsset, quod maxime conducebat ad autoritatem Christi comprobãdam, ob id enim tam diligenter testimonia Ioannis, Simeonis, Annæ persequutus est, tum deinde quia veniſſent maximo cũ apparatu Hierosolymã, & cõmouissent ciuitatẽ, tum tertiò quia de his regibus aliqui antiqui historiographi nobis scriptũ reliquissent. Præterea, nõ fit verosimile eos si reges erant in apparitiõe stellę fuisse simul, quod est necessariũ dicere si quidẽ in tam breui tempore Hierosolymã venere. Vltimò, quia Euãgelista dicit, Per aliam viam reuersi sunt in regionẽ suã, quod si fuissent reges, potius dixisset in regiones suas. Sed hęc leuia sunt, & minimi põderis cõtra autoritatẽ tanto rũ patrũ & cõsensum populi Christiani.

*In ser. 4. qui est 32. in ord. non procul à prin. to. 10.

¶ Quartũ dubiũ est, quãdo Magi cognouerint mysteriũ hoc, quãdo venerint Hierosolymã, ne decimatertia die post ortũ Christũ, ex qua terra venerint, qua stella Christo Iesu non est masculus & fœmina, Gentilis & Iudæus, seruus & liber, & sic de alijs huiusmodi. Et vt hoc in ipsa Christi natiuitate præfiguraretur, omnibus conditionibus hominum est manifestatus, quia vt Augustinus* dicit in sermone de Epiphania. Pastores fuerunt Israelitæ, Magi Gentiles, illi propè, isti longè; vtrique tamen ad angularem lapidem concurrerunt. Fuit etiam inter eos alia diuersitas: nã Magi fuerunt sapiẽtes & potentes: Pastores autem simplices & viles. Manifestatus etiam est iustis, Simeoni & Annæ, & peccatoribus, scilicet Magis: Manifestatus est etiam & viris & mulieribus, scilicet Simeoni & Annæ, vt per hoc ostẽderetur, nullam conditionẽ hominũ excludi à Christi salute.

Ad primum ergo dicendum, quòd illa manifestatio natiuitatis Christi fuit quædam prælibatio plenę manifestationis quæ erat futura. Et sicut in secunda manifestatione primò annuntiata est gratia Christi per Christum & eius Apostolos Iudæis, & postea Gentilibus: ita ad Christum primò peruenerunt Pastores, qui erant primitiæ Iudæorum, tanquam propè existẽtes: & postea venerunt Magi à remotis, qui fuerũt primitiæ Gentiũ: vt Augustinus dicit*.

¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut Augu. dicit† in serm. de Epiph.) Sicut prævalet imperitia in rusticitate Pastorũ, ita pręualet impietas in sacri legijs Magorum: vtroſq; tamẽ sibi lapis ille angularis applicuit, quippe qui venit stulta eligere, vt cõfunderet sapientes: & nõ vocare iustos, sed peccatores: vt nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret. Quidam tamen dicunt, quòd isti Magi non fuerunt malefici, sed sapientes Astrologi: qui apud Persas vel Chaldęos Magi vocãtur.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd sicut Chrysosto. dicit*, Ab Oriente venerũt Magi, quia vnde dies nascitur, inde initium fidei processit: quia fides lumẽ est animarum, Vel quia omnes qui ad Christum veniunt, ab ipso & per ipsum veniunt. Vnde dicitur Zachar. 6. Ecce vir, Oriens nomen eius. Dicuntur autem ab Oriente, ad literam venisse: vel quia de vltimis Orientis partibus venerunt, secundum quosdam, vel quia de aliquibus vicinis parduce & demonstrante cognouerint. Sed hæc omnia quoniam particularia sunt ex interpretatione Sanctorum super Matth. c. 2. petenda sunt. Nos ad difficiliora progrediamur.

¶ Est quintum dubiũ, num Magica ars licita sit? De hac quęstione tractauit latissimè doctissimus P. Victoria in relectione de magica arte, nos breuiter patrũ sententias referemus. Origenes tractatu. 5. in Matthæũ exponens Magorum historiã, vt refert Polichroni⁹ in Ezechielẽ, magicã artẽ summoperè commẽdauit. Quãrem Teophilus, Alexandrinus Episcop⁹, Origenici nominis perpetuus hostis, acrius, quã par esset vituperãs, in secũdo libro paschali aduersus Origenem ita inuehitur. Confundatur Origenes, qui inter cætera flagitiorũ genera, quæ confingit, magicis quoq; artibus patrociniũ tribuẽs, in tractatibus suis his loquutus est verbis; Ars magica non mihi videtur alicuius rei subsistẽtis vocabulũ; sed, etsi sit, nõ est operis mali, nec quod haberi

Vtrùm ars magica sit licita.

M. Victor. *serm. 2. de Epiph. qui est 30. in ordine, circa prin. to. 10.

Origenes. † In ser. 2. Epipha. à med. to. 10.

Polichronius.

Theophilus.

*ho. 2. Matth. in oper. imper. sup. illud, Ecce Magi ab Oriente, to mo. 2.

haberi posit contemptui. Hæc dicens vtique fautorem se esse demóstrat Elymæ magi, qui Apostolis repugnauit; & Iannæ atque Mambræ qui Moysi magicis artibus restiterũt, &c. Verum, cũ toties Origenes in scriptis suis Magorum malefi cia detestetur, ac pręcipuè in 13. homilia super numeris, vbi lõgo ex diuinis testimonijs sermone Magos, malefi cos, & omne incãtatorũ genus prosternit; nulla est occasio, cur talia de Origene suspicemur. Et ne quem moueant pręmissa Polychronij, & Theophili testimonia, sciẽdũ est duplicem esse Magiam, alterã vbique ab Origene damnatã, quæ per fœdera, cũ dæmonib⁹ inita, aut verè, aut apparẽter operatur; alterã ab Origene laudatam, quę ad practicẽ naturalis philosophiæ pertinet, docens admirabiles res operari ex applicatione mutua naturaliũ virtutum adinuicem agẽtium, ac patiẽtium. Quã partitionem Hierony mus amplecti tur primo libro commentariorũ in Danielẽ super il-

Magica duplex.

*li. 2. in Lu. c. cuius initium est de Simeone & Anna. to. 5.

Hierony.

199

tibus Iudææ venerũt, quę tamẽ sunt regioni Iudæorum ad Orientem. Credibile tamen est, etiam in alijs partib⁹ mũdi aliqua indicia natiuitatis Christi apparuisse, sicut Romæ fluxit oleum, & in Hispania apparuerunt tres Soles, paulatim in vnum coeuntes. ¶ Ad quartũ dicendum, quòd sicut Chrysost. dicit, Angelus manifestans Christi natiuitatem, non iuit Hierosolymam, non requisiuit Scribas & Pharisæos: erãt enim corrupti & præ inuidia cruciabantur. Sed pastores erãt synceri, antiquam conuersationem Patriarcharum & Moysi colentes. Per hos etiam pastores significabantur doctores Ecclesię, quibus Christi mysteria reuelantur, quæ latebãt Iudæos. ¶ Ad quintum dicendũ, quòd sicut Ambros*. dicit, generatio domini nó solum à iuuenibus, sed etiam à senioribus & iustis accepit testimonium: quorum etiam testimonio propter iustitiam magis credebatur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm Christus per seipsum natiuitatem suam manifestare debuerit.

AD quartũ sic proceditur. Videtur, q̃ Christus per seipsum natiuitatem suam manifestare debuerit. Causa enim quæ est per se, semper est potior ea, quæ est per aliud: vt dicitur in octauo Physicorũ*. Sed Christus suam natiuitatẽ manifestauit per alios, puta, pastoribus per Angelos, & Magis per stellam. Ergo multò magis per seipsum debuit suam natiuitatem manifestare.

¶ 2. Præterea, Ecclesiastici 20. dicitur, Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Sed Christus à principio suę conceptionis plenè habuit sapiẽtiæ & gratię thesaurum. Nisi ergo hanc plenitudinem manifestasset per opera & verba, fuisset frustrà ei data sapientia & gratia: quod est inconueniens: quia Deus & natura nihil frustrà faciunt: vt dicitur in. 1. de Cælo*. ¶ 3. Præterea, In libr. de Infantia Saluatoris legitur, quòd Christus in sua pueritia multa miracula fecit. Et ita videtur, quòd suã natiuitatem per seipsum manifestauerit. ¶ Sed contra est, quod Leo Papa dicit†, quòd Magi viderũt & adorauerunt puerum Iesum in nullo ab humanæ infantiæ generalitate dissimilem. Sed alij infantes nó seipsos manifestãt.

lis verbis. 2. capitis: Præcepit rex, vt conuocarentur harioli & magi, & malefici, & Chaldęi. Vbi annotans, cur Daniel magos à maleficis, hariolis, & Chaldæis distinxerit, ita scribit: Quos nos hariolos, cæteri γαζαρηνους, id est incantatores interpretati sunt videntur mihi esse, qui verbis rem peragunt. Magi, qui de singulis philosophãtur; malefici, qui sanguine vtuntur, & victimis, & sępè contingũt corpora mortuorum. Porrò in Chaldæis genethliacos significari puto, quos vulgus mathematicos vocat. Cõsuetudo autem communis magos pro maleficis accipit, qui aliter habẽtur apud gẽtem suã, eo quod sint philosophi Chaldęorum: & ad artis huius sciẽtiã reges quoque, & principes eiusdẽ gẽtis omnia faciunt. Vnde & in natiuitate Domini saluatoris ipsi primùm ortum eius intellexerunt; & veniẽtes in sanctam Bethlehẽ adorauerunt puerum, stella desuper ostendẽte. Idem in secundo aduersus Iouinianũ libro, Eubolus,

*li. 8. Phy. tex. 39. to. 2.

*li 1. de Cælo. tex. 32. tom. 2.

†In ser. 4. de Epipha in med. Incipit hic ser. Iustum & rationabile.

lus, inquit, qui historiam Mythræ multis voluminibus conscripsit, narrat apud Persas tria genera Magorum, quorum primi qui sunt doctissimi, & eloquentissimi, excepta farina & olere nihil amplius in cibo sumunt. Hæc Hieronymus: ante quem Iustinus Philosophus, & Martyr eádem approbauerat distinctionẽ in libro quæstionum, à gentibus positarũ, quæst. 24. & 26. in quibus discutiés, quid interfit inter miracula Magorum Ægyptiorũ & Moſis, & inter miracula christi, & Apollonij Philosophi, siue Magi sic loquitur: Ea quidem miracula, quæ à Mose edita sunt, diuina opera edita sunt, videlicet per mutationẽ naturæ aquæ, quæ proponebatur in naturã eius, quod efficiebatur: ea autẽ, quę Magi ædiderunt, dæmonũ opera edita sunt; qui faciebãt vt oculi eorum, qui cernebãt serpẽtem, sanguinem, & ranã, quę non erant videre videbãtur. Et Apollonius quidẽ, vir scientia naturalium facultatum prædi-

Iustinus Philosophus.

Apollonius.

tus, consensio

Ergo neq; decuit, quòd Christus per seipsum suã natiuitatẽ manifestaret.

Respondeo dicẽdum, quòd natiuitas Christi ad humanam salutem ordinabatur, quæ quidem est per fidem. Fides autem salutaris diuinitatem & humanitatem Christi cõfitetur. Oportebat igitur ita manifestari natiuitatem Christi, vt demonstratio diuinitatis eius, fidei humanitatis ipsius nõ prẹiudicaret. Hoc autem factum est, dum Christus in seipso natiuitatem similem infirmitati humanæ exhibuit, & tamen per Dei creaturas diuinitatis virtutem in se monstrauit. Et ideo Christus non per seipsum suam natiuitatẽ manifestauit, sed per quasdam alias creaturas.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd in via generationis & motus oportet per imperfecta ad perfectum peruenire. Et ideo Christus prius manifestatus est per alias creaturas: & postea manifestauit se per seipsum manifestatione perfecta. ¶ Ad secundum dicendum, quòd licet sapientia abscondita sit inutilis: non tamen ad sapientem pertinet, vt quolibet tempore manifestet seipsum, sed tem-

numq́ue, & contrariarum affectionum, quæ in eis insunt, ex ea arte operationes edebat, non diuina auctoritate. Itaq́; in omnibus perfectionibus ei necessaria erat materiæ accommodatæ assumptio; qua adiutrice, id quod absoluebatur, explebat. Saluator autẽ noster Christus pro diuina sua auctoritate ac iure, mira & inusitata opera perficiens, nusquam materiam requirebat, sed imperium.

pore congruo. Dicitur enim Ecclesiastici. 20. Est tacens non habens sensum loquelæ, & est tacens sciens tempus apti temporis. Sic ergo sapientia Christo data non fuit inutilis, quia seipsum tempore congruo manifestauit, & hoc ipsum, quòd tempore congruo absco debatur, est sapientiæ indicium. ¶ Ad tertium dicendum, quòd liber ille de infantia Saluatoris est apocryphus. Et Chrysost.* dicit super Ioan. quòd Christus non fecit miracula antequã aquam conuertit in vinum, secundum illud quod dicitur Ioan. 2. Hoc fecit initium signorum Iesus. Si enim secundum primam ætatem miracula fecisset, non indiguissent Israelitæ alio manifestante eum: cùm tamen Ioannes Baptista dicat Ioan. primo, Vt manifestetur in Israel, propterea veni in aqua baptizans. Decenter autem non incepit facere signa in prima ætate: existimassent enim phantasma esse Incarnationem, & ante opportunum tẽpus cruci eum tradidissent liuore liquefacti.

Ho. 22. in Ioã. nõ long̃è à princ. tom. 3.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm natiuitas Christi debuerit per Angelos & stellam manifestari.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd non debuerit manifestari per Angelos Christi natiuitas. Angeli enim sunt spirituales substantiæ secundum illud Psalmo. 103. Qui facit Angelos suos spiritus. Sed Christi natiuitas erat secundum carnem, non autem secundum spiritualem eius substantiam. Ergo non debuit

209

per

per angelos manifestari. ¶ 2. Præterea, Maior est affinitas iustorum ad angelos, quàm ad quoscunque alios, secũdum illud Psal. 53. immittet angelus Domini in circuitu timẽtiũ eum, & eripiet eos. Sed iustis, scilicet Simeoni & Annæ, nõ est manifestata Christi natiuitas per angelos. Ergo nec pastoribus per angelos manifestari debuit. ¶ 3. Præterea, Videtur, quòd nec Magis debuerit manifestari per stellam. Hoc enim videtur esse erroris occasio, quantum ad illos, qui æstimant sydera natiuitatibus hominũ dominari. Sed occasiones peccandi sunt hominibus auferendæ. Non ergo fuit conueniẽs, q̃ per stellã Christi natiuitas manifestaretur. ¶. 4. Præterea, Signum oportet esse certũ ad hoc, quòd per ipsum aliquid manifestetur. Sed stella non videtur esse signum certum natiuitatis Christi. Ergo inconueniẽter fuit Christi natiuitas per stellam manifestata. ¶ Sed contra est, quod dicitur Deute. 32. Dei perfecta sunt opera. Sed talis manifestatio fuit opus diuinũ. Ergo per cõuenientia signa fuit effecta.

Respondeo dicendum, quòd sicut manifestatio syllogistica fit per ea, quæ sunt magis nota ei, cui est aliquid manifestandum: ita manifestatio quæ fit per signa, debet fieri per ea quæ sunt familiaria illis, quibus manifestatur. Manifestum est autem, quòd viris iustis est familiare & consuetum interiori Spiritus sancti instinctu edoceri, absque signorum sensibilium demonstratione, scilicet per Spiritum prophetiæ. Alij verò corporalibus rebus dediti, per sensibilia ad intelligibilia adducuntur. Iudæi autem consueti erant diuina responsa per angelos accipere, per quos etiam legem acceperant: secundum illud Actuum 7. Accepistis legem in dispositione angelorum. Gentiles verò & maximè Astrologi cõsueti sunt stellarum cursus inspicere. Et ideo iustis, scilicet Simeoni & Annæ, manifestata est Christi natiuitas per interiorem instinctum Spiritus sancti: secundum illud Luc. 2. Responsum accepit à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. Pastoribus autem & Magis tanquam rebus corporalibus deditis, manifestata est Christi natiuitas per visibiles apparitiones. Et quia natiuitas nõ erat purè terrena, sed quodammodo cælestis, ideo per signa cælestia vtrisque Christi natiuitas reuelatur. Vt enim Augustin. dicit in serm. de Epipha*. Cælos angeli habitant, & sydera ornant, vtrisque ergo cæli enarrant gloriam Dei. Rationabiliter autẽ pastoribus tanquam Iudæis, apud quos frequenter factæ sunt apparitiones Angelorum, reuelata est natiuitas Christi per Angelos. Magis autem assuetis in consideratione cælestium corporũ, manifestata est per signum stellæ: quia (vt Chryso. dicit*) per consueta eos Dominus vocare voluit, eis condescendens. Est autem & alia ratio: quia vt Gregor. dicit, Iudæis tanquam ratione vtentibus rationale animal, id est Angelus prædicare debuit. Gentiles verò, quia vti ratione nesciebant, ad cognoscendum Dominum, non per vocem, sed per signa perducuntur. Et sicut Dominum iam loquentem annuntiauerunt Gentilibus prædicatores loquentes, ita eum nondum loquẽtem elementa muta prædicauerunt. Est etiam & alia ratio: quia vt Augustin. dicit in sermone Epipha. Abrahæ innumerabilis fuerat promissa successio non carnis semine, sed fidei fœcunditate generanda. Et ideo stellarum multitudini est comparata, vt cælestis progenies speraretur. Et ideo Gentiles in syderibus designati, ortu noui syderis excitantur, vt perueniant ad Christum, per quem efficiuntur semen Abrahæ.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd illud manifestatione indiget, quod de se est occultũ. nõ autẽ illud quod de se est manifestũ. Caro autẽ eius, qui nascebatur, erat manifesta, sed diuinitas erat occulta. Et

Gloss. ord. super 2. ca. Matt. super id, Vidimꝰ stellam.

hom. 6. in Mat. sup. illud: Ecce stella quam viderant, tom. 2.

†Greg. hom. 10. in Euã. circa prin.

ta. Et ideo conuenienter manifestata est illa natiuitas per Angelos, qui sunt Dei ministri. Vnde & cum claritate Angelus apparuit, vt ostenderetur, quòd ille qui nascebatur, erat splendor paternæ gloriæ. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd iusti non indigebant visibili apparitione Angelorum: sed eis sufficiebat interior instinctus Spiritus sancti propter eorum perfectionem. ¶ Ad tertium dicendum, quòd stella natiuitatẽ Christi manifestans, omnem occasionẽ erroris subtraxit. Vt enim Augu*. dicit contra Faustum, Qui tandẽ astrologi ita constituerunt nascentium hominum fata sub stellis, vt aliquam stellarum homine aliquo nato circuitus sui ordinẽ reliquisse, & ad eum, qui natus est perrexisse asseuerent? sicut accidit circa stellã, quę demonstrauit natiuitatem Christi. Et ideo per hoc non cõfirmatur error eorum, qui sortem nascẽtium hominum, astrorum ordini colligari arbitrantur, non autem credunt astrorum ordinem ad hominis natiuitatem posse mutari. Similiter etiam, vt Chryso*. dicit, Non est hoc astronomiæ opus, à stellis scire eos qui nascuntur: sed ab hora natiuitatis futura prædicere. Magi autẽ tempus natiuitatis non cognouerũt: vt hinc sumentes initium, à stellarum motu futura cognoscerent, sed potius econuerso. ¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Chrys*. refert, in quibusdam scripturis apocryphis legitur, quòd quædã gens in extremo Orientis iuxta Oceanũ, scripturam quandam habebat ex nomine Seth, de apparitura hac stella, & muneribus huiusmodi offerendis: quæ gens diligenter obseruabat huius stellæ exortum, positis exploratoribus duodecim, qui certis temporibus de nocte ascẽdebant in montem, in quo postmodum eam viderunt, habentem in se quasi par uuli formam, & super se similitudinem crucis. ¶ Vel dicendum, quòd sicut dicitur in lib. de Quæstionibus † veter. & noui Testamenti. Magi illi traditionem Balaam sequebantur, qui dixit, Orietur stella ex Iacob. Vnde videntes stellam extra ordinem mundi, hanc esse intellexerũt, quam Balaam futuram indicem Regis Iudæorum prophetauerat. Vel dicendũ, sicut Augus*. dicit in sermo. de Epiphania, quòd ab Angelis aliqua admonitione reuelationis audierũt Magi, quòd stella Christum natum significaret: & probabile videtur quòd à bonis, quando in Christo adorando salus eorum iam quærebatur. Vel sicut Leo Papa † dicit in sermone de Epiphania, præter illam speciem, quæ corporeum incitauit obtutum, fulgentior veritatis radius eorũ corda perdocuit, quod ad illuminationem fidei pertinebat.

lib. 2. c. 5. à med. to. 6.

hom'. 6. in Mat. nõ procul à princ. tom. 2.

homil. 2. in Matth. in ope. imper. sup. illud. Vidimus stellã eius, tom. 2.

in l. q. ex uo. testa. q. 39. tom. 4.

in ser. 7. qui est 35. in ord. ante me. to. 101

In ser. 4. pa rũ ante me dium.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm natiuitas Christi ordine conuenienti fuerit manifestata.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienti ordine Christi natiuitas fuerit manifestata. Illis enim debuit primo manifestari Christi natiuitas, qui Christo propinquiores fuerunt, & qui magis Christum desiderabant: secũdũ illud Sapien. 6. Prę occupat eos, qui se concupiscunt, vt se priorem illis ostẽdat. Sed iusti propinquissimi erant Christo per fidem, & maximè eius aduentum desiderabant: vnde dicitur Luc. 2. de Simeone, quòd erat homo iustus & timoratus, expectans redẽptionem Israel. Ergo prius debuit manifestari Christi natiuitas Simeoni, quàm pastoribus, vel Magis. ¶ 2. Præterea, Secundum Aug*. Magi fuerunt primitiæ Gentium Christo crediturarũ. Sed primò plenitudo Gentium intrat ad fidem, & postmodum omnis Israel saluus fiet: vt dicitur Romanorum. 11. Ergo prius debuit manifestari Christi natiuitas Magis, quàm pastoribus. ¶ 3. Prę terea, Matth. 2. dicitur, quòd Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundum tempus quod

201

In ser. 2. de epipha. tomo. 10.

quod exquisierat à Magis. Et sic videtur quòd per duos annos post Christi natiuitatem Magi ad Christum peruenerint. Inconuenienter igitur post tantum tempus fuit Gentilibus Christi natiuitas manifestata. ¶ Sed contra est quod dicitur Danie. 2. Ipse mutat tempora & ætates. Et ita tempus manifestationis natiuitatis Christi videtur congruo ordine esse dispositum.

Respondeo dicendum, quòd Christi natiuitas primò quidem manifestata est pastoribus ipso die natiuitatis Christi. vt enim dicitur Luc. 2. Pastores erãt in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregẽ suũ: & vt discesserunt ab eis Angeli in cælum, loquebantur adinuicem, transeamus vsque Bethleem, & venerunt festinantes. Secundò autem Magi peruenerunt ad Christum decimatertia die natiuitatis eius: quo die festum Epiphaniæ celebratur. Si enim reuoluto anno, vel etiam duobus annis venissent, non inuenissent eum in Bethleem: cùm scriptũ sit Luc. 2. quòd postquam perfecerunt omnia secundum legem Domini (offerentes scilicet puerum Iesum in templum) reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Tertiò autẽ manifestata est iustis in templo quadragesimo die à natiuitate Christi: vt habetur Lucæ. 2. Et huius ordinis ratio est: quia per pastores significantur Apostoli & alij credentes ex Iudæis, quibus primò manifestata est fides Christi: inter quos non fuerunt multi potentes nec multi nobiles: vt dicitur 1. ad Corint. 1. Secũdò autem fides Christi peruenit ad plenitudinem Gentium, quæ est præfigurata per Magos. Tertiò autem peruenit ad plenitudinem Iudæorum, quæ est præfigurata per iustos: vnde & in templo Iudæorum est eis Christus manifestatus.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Apost. dicit Romanor. 9. Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit: sed Gentiles qui nõ quærebant iustitiam, Iudæos communiter in iustitia fidei præuenerunt. Et in huius figuram Simeõ, qui expectabat consolationem Israel, vltimò Christum natum cognouit, & præcesserunt eum Magi & pastores, qui Christi natiuitatem non ita solicitè expectabant. ¶ Ad secundum dicendum, quòd licet plenitudo Gentium prius intrauerit ad fidem, quàm plenitudo Iudæorum: tamen primitiæ Iudæorum præuenerunt in fide primitias Gentium, & ideo pastoribus prius manifestata est Christi natiuitas, quàm Magis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd de apparitione stellæ, quæ apparuit Magis, est duplex opinio. Chryſ. enim super Matth. & Augu.* in ſer. Epipha. dicunt, quòd stella Magis apparuit per biennium ante Christi natiuitatem: & tunc præmeditantes & se ad iter præparantes, à remotissimis partibus Orientis peruenerunt ad Christum tertiadecima die à sua natiuitate. Vnde & Herodes statim post recessum Magorum, videns se ab eis illusum, mãdauit occidi pueros à bimatu & infra, dubitans ne tunc Christus natus esset, quando stella apparuit, secundũ quod à Magis audierat. ¶ Alij vero dicunt stellam apparuisse primò, cùm Christus natus est: & statim Magi visa stella iter arripientes, longissimum iter in tredecim diebus peregerunt, partim quidem adiuti diuina virtute, partim autem dromedariorum velocitate. Et hoc dico, si venerunt ex extremis partibus Orientis. Quidam tamen dicunt eos venisse de regione propinqua, vnde fuerat Balaam, cuius doctrinæ sectatores fuerũt. Dicuntur autẽ ab Oriente venisse: quia terra illa est ad Orientalem partem terræ Iudæorum. Et secundum hoc Herodes non statim recedentibus Magis, sed post biennium pueros interfecit. Vel quia dicitur interim accusatus Romam iuisse: vel aliquorum periculorum terroribus agitatus, à cura interficiendi

Chryſ. ho. 10. in Mat. ante med. tom. 2.

*Auguſt. in ſer. 7. ante med. & in alio ſer. de epiph. poſt ſer. ad fra. in eremo. tom. 10.

puerum

puerum interim deſtitiſſe. Vel quia potuit credere Magos fallacis ſtellæ viſione deceptos, poſtquam non inuenerũt quem natum putauerant, erubuiſſe ad ſe redire: vt Augu*. dicit in lib. de Conſenſu Euangeliſtarum. Ideo autem non ſolum bimos pueros interfecit, ſed etiã infrà: quia (vt Aug. dicit in quodam ſermone Innocentum) timebat ne puer, cui ſydera famulantur, ſpeciem ſuã paulò ſupra ætatem vel infra trãsformaret.

li. 2. c. 11. in ter med. & fi. tom. 4.
*Gloſ. ord. ſuper illa verba Mat. 2. à bimatu.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrùm Stella quæ Magis apparuit, fuerit vna de cæleſtibus Stellis.

202
Op. 60. c. 7. Et Matt. 2. co. 4.

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quòd ſtella quæ magis apparuit, fuerit vna de cæleſtibus ſtellis. Dicit enim Augu. in quodam ſermone Epiphaniæ, Dum pendet ad vbera, & vilium patitur Deus inuolumenta pannorum, repente nouum de cælo ſydus effulſit. Fuit igitur ſtella cæleſtis, quæ Magis apparuit. ¶ 2. Præterea Aug*. dicit in ſermone quodam Epiphaniæ: Paſtoribus Angeli, Magis ſtella Chriſtũ demonſtrat, vtriſque loquitur lingua cælorum: quia lingua ceſſauit Prophetarum. Sed Angeli paſtoribus apparẽtes, fuerunt verè de cæleſtibus Angelis. Ergo & ſtella Magis apparens, fuit verè de cæleſtibus ſtellis. ¶ 3. Prẽterea, Stellę quæ non ſunt in cælo, ſed in aëre, dicuntur ſtellæ cometæ, quæ non apparent in natiuitatibus Regũ, ſed magis ſunt indicia mortis eorum. Sed illa ſtella deſignabat Regis natiuitatẽ vnde Magi dicunt Matth. 2. Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus enim ſtellam eius in Oriente. Ergo videtur quòd fuerit de cæleſtibus ſtellis. ¶ Sed cõtra eſt, quod Auguſt.* dicit in lib. 2. contra Fauſtum. Non ex illis erat hæc ſtellis: quæ ab initio creaturæ itinerum ſuorum ordinẽ ſub creatoris lege cuſtodiunt, ſed nouo virginis partu, nouum ſydus apparuit.

In ſer. 2. epi pha. qui eſt 30. in ordine & ſer. 3. eiuſdem feſti, tom. 10.
li. 2. ca. 5. à med. to. 6.
*ho. 6. poſt med. primi fol. à princ. hom. to. 2.

Reſpondeo dicendum, quòd ſicut Chryſoſt*. dicit ſuper Matth. quòd illa ſtella, quæ Magis apparuit, non fuerit vna cæleſtium ſtellarum, multipliciter manifeſtum eſt. Primò quidem, quia nulla alia ſtellarum hac via incedit, hæc enim ſtella ferebatur à Septentrione in Meridiem: ita enim Iudæa iacet ad Perſidem, vnde Magi venerunt. Secundò apparet hoc ex tempore: non enim ſolum apparebat in nocte, ſed etiã in media die, quod non eſt virtutis ſtellæ, ſed nec etiam lunæ. Tertiò, quia quãdoque apparebat, & quãdoque occultabatur. Cùm enim intrauerũt Hieroſolymam, occultauit ſeipſam: deinde vbi Herodẽ reliquerunt, ſeipſam monſtrauit. Quartò, quia non habebat continuum motũ, ſed cùm oportebat ire Magos, ibat, cùm oportebat ſtare, ſtabat, ſicut & de columna nubis erat in deſerto. Quintò, quia non ſurſum manens, partum Virginis demonſtrabat, ſed deorſum deſcẽdens, hoc faciebat. Dicitur enim Mat. 2. quòd ſtella, quã viderant Magi in Oriẽte, antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſuprà vbi erat puer. Ex quo patet, quòd verbum Magorum dicentiũ, Vidimus ſtellam eius in Oriente, non eſt ſic intelligẽdum, quaſi ipſis in Oriente poſitis ſtella apparuerit exiſtẽs in terra Iuda, ſed quia viderunt eam in Oriente exiſtentem, & præceſſit eos vſque in Iudæam, quanuis hoc à quibuſdam ſub dubio relinquatur. Non autẽ potuiſſet diſtinctè domum demonſtrare, niſi eſſet terræ vicina. Et ſicut ipſe dicit, hoc non videtur proprium eſſe ſtellæ, ſed virtutis rationalis cuiuſdam. Vnde videtur hęc ſtella virtutis inuiſibilis fuiſſe in talem apparentiã trãsformata. Vnde quidam dicunt, quòd ſicut Spiritus ſanctus deſcendit ſuper baptizatum Dominum in ſpecie colũbæ: ita apparuit Magis in ſpecie ſtellæ. Alij verò dicunt, quòd Angelus qui apparuit paſtoribus in humana ſpecie, apparuit Magis in ſpecie ſtellæ. ¶ Probabilius tamen videtur, quòd fuerit ſtella de nouo creata non in cælo, ſed in aere vicino terræ, quæ

ſecundum

secundum diuinam voluntatem mouebatur. Vnde Leo Papa dicit in sermone Epiphaniæ*: Tribus Magis in regione Orientis, stella nouæ claritatis apparuit, quæ illustrior cæteris pulchriorq; syderibus, in se intuentium oculos animosque conuerteret, vt confestim aduerteretur, nō esse otiosum quod tam insolitum videbatur.

In ser. 1. nō lōgè à prin.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cælum in sacra Scriptura quandoque dicitur aër: secundum illud, Volucres cæli, & pisces maris. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ipsi Angeli cælestes ex suo officio habent, vt ad nos descendant in ministerium missi: sed stellæ cælestes suum situm non mutant. Vnde non est similis ratio. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut stella illa non est sequuta motum stellarum cælestium, ita nec etiam stellarum cometarum: quæ nec de die apparent, nec cursum suum ordinatum mutant. Et tamen nō omnino aberat significatio cometarū, quia cæleste regnum Christi comminuit, & consumit vniuersa regna terræ, & ipsum stabit in æternum: vt dicitur Dan. 2.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrùm Magi conuenienter ad Christū adorandum venerint.

203 Matth. 2. princ.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd Magi non conuenienter ad Christum venerandum venerint. Vnicuique enim Regi reuerentia debetur à suis subiectis: Magi autem non erant de regno Iudæorum. Ergo cùm ex visione stellæ cognouerunt natum esse Regem Iudæorum, videtur, quòd inconuenienter venerint ad eum adorandum. ¶ 2. Præterea, Stultum est viuente Rege aliquo, extraneum Regem annuntiare. Sed in regno Iudææ regnabat Herodes. Ergo stultè fecerunt Magi, alterius Regis natiuitatem annuntiantes. ¶ 3. Præterea, Certius est cæleste indicium, quàm indicium humanum. Sed Magi ducatu cælestis indicij ab Oriente venerant in Iudæam. Stultè ergo egerunt, præter ducatum stellæ, humanum indicium requirendo, dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? ¶ 4. Præterea, Munerum oblatio & adorationis reuerentia, non debetur nisi regibus iam regnantibus. Sed Magi non inuenerunt Christum regia dignitate fulgentem. Ergo inconuenienter ei munera & reuerentiam regiam exhibuerunt. ¶ Sed contra est, quòd dicitur Isa. 60. Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Sed qui diuino lumine ducuntur, non errant. Ergo Magi, absque errore, Christo reuerentiam exhibuerunt.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est *, Magi sunt primitiæ Gentium in Christum credentium: in quibus apparuit sicut in quodam præsagio fides & deuotio Gentium veniētium à remotis ad Christum. Et ideo sicut deuotio & fides Gentium est absque errore per inspirationem Spiritus sancti; ita etiam credendum est, Magos à Spiritu sancto inspiratos, sapienter Christo reuerentiam exhibuisse.

ar. 6. huius q. arg. 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Augustꝰ. dicit in sermone Epiphaniæ, cùm multi Reges Iudæorū nati fuissent atque defuncti, nullum eorum Magi adorandum quęsierunt. Nō itaque Regi Iudæorum, quales illic esse solebant, hunc tam magnum honorem longinqui alienigenæ, & ab eodem regno prorsus extranei, à se deberi arbitrabantur: sed talem natum esse didicerunt, in quo adorando, se salutem, quæ secundum Deum est, consecuturos minimè dubitauerunt. ¶ Ad secundum dicendum, quòd per illam annuntiationem Magorum præsignabatur constantia Gentium, Christum vsque ad mortem confitentium. Vnde Chrysostꝰ*. dicit super Matthæ. quòd dum considerabant Regem futurum,

In serm. 2. qui est 30. in ord. ante medium illius, to. 10.

Hom. 2. in Matth. in ope. imper. super illud: Vidimus stellā to. 5.

non timebant Regem præsentem: adhuc non viderant Christum,& iam parati erant pro eo mori. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustᵗ. dicit in sermo.Epiphaniæ:Stella quæ Magos perduxit ad locum, vbi erat cum matre Virgine Deus infans,poterat eos ad ipsam perducere ciuitatem Bethlehé, in qua natus est Christus:sed tamé subtraxit se,donec de ciuitate,in qua Christus nasceretur, etiam Iudæi testimonium perhiberent: vt sic geminato testimonio confirmati(sicut Leo Papa* dicit)attentiori fide expeterent,quem & stellæ claritas & prophetiæ manifestabat autoritas. Et ita ipsi annuntiant Iudæis Christi natiuitatem & interrogant locum, credunt & quærunt, tanquam significantes eos qui ambulant per fidem, & desiderant speciem: vt Augustᵗ.dicit* in sermo.Epiphaniæ. Iudæi autem indicantes eis locum natiuitatis Christi,similes facti sunt fabris arcæ Noë,qui alijs vbi euaderent præstiterunt,& ipsi diluuio perierunt.Audierunt & abierunt inquisitores, dixerunt & remanserunt doctores similes lapidibus milliarijs,qui viam ostendũt, nec ambulant. Diuino etiam nutu factum est, vt aspectu stellę subtracto, Magi humano sensu in Hierusalé irent, quærentes in ciuitate regia Regem natum, vt in Hierusalem primò Christi natiuitas publicè annuntiaretur (secũdum illud Isa. 2. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem)& vt etiam studio Magorum de longe veniẽtium, damnaretur Iudæorum pigritia propè existentium. ¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Chrysostᵒ* dicit super Matth.Si Magi terrenum regem quærentes venissent, fuissent confusi:quia tanti itineris laborem sine causa suscepissent, vnde nec adorassent, nec munera obtulissent. Nunc autem quia cęlestem regem quærebant, etsi nihil regalis excellentię in eo viderent, tamen solius stellæ testimonio contenti eum adorauerunt: vident enim hominem & agnoscunt Deum. Et offerunt munera dignitati Christi congruentia: aurum quidem, quasi Regi magno: thus quod in Dei sacrificio ponitur, immolatur vt Deo: myrrha, qua mortuorum corpora condiuntur, præbetur, tanquàm pro salute omniũ morituro.In quo etiam,vt Grego.* dicit, instruimur, vt nato Regi aurum (per quod significatur sapientia) offeramus,in conspectu eius, sapientię lumine splendentes. Thus autem, per quod exprimitur orationis deuotio,offerimus Deo, si per orationum studia Deo redolere valeamus. Myrrham autem, quę significat mortificationem carnis,offerimus,si carnis vitia per abstinentiam mortificemus.

In ser. 6. & est 34. in or. à med. to. 10.

In ser. 4. de Epip. inter prin. & me.

In serm. 6. qui est 34. in ordin. de tẽp. paulò à pr. inc. to. 10.

Homi. 2. in Matth. in ope. imp. super illud: Et intr. do. to. 2.

Ho. 10. in Euang. post med. illius

QV AEST. XXXVII.

De legalibus circa puerũ Iesum seruatis, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de circuncisione Christi. Et quia circuncisio est quędã professio legis obseruandæ (secundum illud Gal. 5. Testificor omni homini circũcidenti se,quoniã debitor est vniuersę legis faciendę)simul cũ hoc quærendum est de alijs legalibus circa puerum Iesum obseruatis.

¶ Vnde quęruntur quatuor.

¶ Primò,de eius circuncisione.

¶ Secundò, de nominis impositione.

¶ Tertiò,de eius oblatione.¶ Quartò, de matris purgatione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christus debuerit circuncidi.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non debuerit circuncidi. Veniente enim veritate,cessat figura.Sed circuncisio fuit Abrahæ præcepta, in signum fœderis,quod erat de semine nascituro: vt

204 Infr. q. 40. ar. 4. co. Et 4. di. 1. c. q. 2. ar. 2. q. 3. Et opus. 60 cap. 5.

patet

1. Cõclusio Secunda. Tertia. Quarta.

IN hac quæstione Diuus Thomas habet quatuor conclusiones. ¶ Prima est, Christus debuit circuncidi. ¶ Secunda est, conuenienter impositum est ei nomen Iesus. ¶ Tertia, Christus in templo conuenienter est oblatus. ¶ Quarta, conuenienter mater Dei ad templum purganda accesit.

EXPOSITIO QVAESTIONIS.

Vtrũ Christus fuerit legi subiectus.

VTea quę hic à D. Thoma asserũtur, melius intelligantur est quęstio grauis & perdifficilis, Vtrùm Christus Dominus legi Mosaycę, vel alicui legi fuerit subiectꝰ. A parte negatiua sunt argumẽta optima.

Primum argumentũ.

¶ Primo sic, Christus erat Deus, ergo nulli legi subiectꝰ. Consequentia inde probat, nam sancti patres explicantes diuinas literas, inde probant Christũ Dominum legi Mosaycæ nó fuisse obnoxiũ quia Deus erat, vt planè docet D. Tho. 3 p. q. 37. art. 4. & sancti patres explicãtes caput decimum Matthæi. Sed hęc ratio ęquè probat, quod nulli legi fuerit subiectus.

*q. 15. ar. 1.

D. Thom.

Secundum

¶ Præterea ip se Dñs se excusabat, quod non obseruaret legem, quia erat Deus, vt patet Mat. 10. quo in loco inter alias probationes, quas adduxit ad ostendendũ se non peccasse sanando paralyticum fuit, quia filius hominis erat Dominus etiã Sabbati. Et dixit Christum de cęlo corpus attulisse. Secundò, vt approbaret circũcisionem, quã olim Deus instituerat. Tertiò, vt cõ probaret se esse de gene re Abrahæ, qui circunci sionis mandatum acceperat in signum fidei, quam de ipso habuerat. Quartò, vt Iudæis excusationem tolleret ne eũ reciperent, si essèt incircunciſus. Quintò, vt obe diendi virtutem nobis suo commendaret exẽplo. Vnde & octaua die circunciſus est, sicut in lege erat præceptũ. Sextò, vt quia in similitudinem carnis peccati aduenerat, remedium, quo caro peccati consueuerat mundari, non respueret. Septimò, vt legis onus in se sustinens, alios à legis onere liberaret, secũdum illud Gala. 4. Misit Deus filium suum, factũ sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret.

Mat. 10.

Ioan. 5. sanãdo paralyticũ inter alia dixit, hoc sibi licuisse hac ratione, pater meꝰ vsq; modo operat, & ego operor, sed multi exponunt (maximè Abulẽsis) ideo id dixisse vt insinuaret se lege nõ obstringi ad obseruandũ Sabbathũ, qa nec pater ad id tenebat, & ipse erat Deꝰ tã potẽs sicut pater. Vnde subiũgitur in textu, quod propterea volebãt illũ interficere, qa se faciebat ęqualem Deo.

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ, quòd circũcisio per remotionẽ carnalis pelliculę in mẽbro generationis, facta significabat spoliationẽ vetustę generationis, à qua quidẽ vetustate liberamur p passionẽ Christi. Et ideo veritas huius figurę nó fuit plenè impleta in Christi natiuitate, sed in eius pas

Confir.

¶ Hoc idẽ cõfirmatur, nam alias sequitur, quod peccasset iubẽdo paralytico, vt portaret grabatũ. Etenim si erat legi subiectus, nó licuisset sibi præcipere aliquid cõtra legẽ, sed portare tale onus erat contra legẽ, ergo hoc præcipere non licuisset. Súma huius argumẽti ppositi hæc est, nulla alia causa in sacris literis demonstratur, quare

Christus legi Mosaycæ non fuerit subiectus, nisi quia Deus erat, sed hæc ratio persuadet æqualiter, quod nulli est subiectus, ergo.

Tertium. ¶ Deindè, Christus secundū quod homo est impeccabilis, ergo inobligabilis, itaq; nulla lege tenetur. Antecedens asseritur abvniuersis Theologis, Consequentia probatur. Nā ille propriè obligatur, & obstringitur lege, qui potest mandatū trāsgredi, nam certè stultum esset ponere præceptum ignivt cōbureret, aut cælo vt moueretur, si quidē hæc præcepta præuaricari nō possunt.

Quartum. *Orig.ho. 14. in Luc. in prin. to. 3. ¶ Quartò, nemo potest obligari sub conditione impossibili iniungēdo reatum rei impossibilis. Certè nemo potest obligari mādato sub pœna, quod conuertatur in Chimerā, sed tam impossibile est, quod Christus peccet, quam est impossibile q̄ sit Chimera, ergo non potuit obligari sub reatu peccati. Explicat hoc argumentum. Nam nō potest Deus præcipere Christo vt moriatur pro genere humano sub ista conditione, si hoc non feceris odio te habebo, & eris reus peccati, & mortis æternæ, ergo non potest illum lege obligare, ille siquidē lege obligatur, qui si non faciat mandatum, incidit in reatum peccati, & mortis.

Quintum. ¶ Quintò sic, Christi Domini voluntas erat lex & regula faciēdorum, ita quod q̄cquid faceret esset bonum & rectum, ergo nō erat alicui legi subiectus determinanti alteram partem. Certè Deus optimus maxim' hac de causa eximit ab omni lege, quia est regula agēdorum, & quic quid faciet rectū erit. Quæ demonstratio eadem procedit de Christo.

Confir. ¶ Confirmatur hoc idem, nam si Christus (fingatur casus impossibilis) mentiretur non esset peccatum, quā doquidem esset opus consentaneum & voluntati diuinæ, & humanę ipsius, ergo nō obligatur ad non mentiendū. Certè Christus nō potest obligari ad malum, nā Deus nō potest quēpiam ad malū sua lege constringere. Nec potest obligari ad bonum, quia potest illud liberè non facere, nem, quæ est remedium originalis peccati, susceptit absq; hoc quòd haberet originale peccatū: vt nosà legisiugo liberaret, & vt in nobis spiritualē circunciſionē efficeret: vt scilicet suscipiēdo figurā, impleret veritatē.

ARTICVLVS II.

Vtrùm conuenienter fuerit Christo nomen impositū.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter fuerit Christo nomē impositū. Veritas enim Euangelica debet prænū tiationi propheticæ respondere. Sed prophetæ aliud nomen de Christo prænuntiauerunt: dicitur enim Isa.7. Ecce, Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomē eius Emmanuel. Et 8. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari. Et 9. Vocabitur nomē eius Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis, & Zach. 6. dicitur, Ecce, vir, Oriens nomen eius. Ergo inconuenienter vocatum est nomen eius Iesus. ¶ 2. Præterea, Isa. 62. dicitur, Vocabitur tibi nomē nouū quod os dñi nominauit. Sed hoc nomen Iesus, nō est nomē nouū, sed pluribus fuit in veteri Testa

205 Opus. 60. c. 6.

Vltimum. facere, si quidem Deus est. ¶ Vltimò, si Christus potuit mandatis legum obstringi & teneri, consequens est, quod teneretur proprijs præceptis & legibus, quas ipse alijs imponebat. Teneretur præcepto baptismi, & Eucharistiæ, & cæteris id genus, nam legislator etiam tenetur proprijs legibus, & id quidem iure naturali, licet non quoad vim coactiuam, prout diffinit D. Thom. 1. 2. q. 96. arti. 5. Teneretur quoq; præceptis parentum suorum. Imò videtur, quòd si potuit habere mandatũ moriendi pro genere humano, quod ad idem tenebatur ex lege naturæ: si quidem pro salute Reipub. de lege naturę tenetur ciuis vitam propriã effundere. Cõtrariũ probant argumẽta plurima, non minoris efficacię. ¶ In primis 1. Corinth. 15. dicitur de Christo, quod post finem subiectus erit Deo, & patri, sed quiuis subiectus principi, potest eius mãdatis obstringi, ergo Christus potuit esse legi subiectus. Propter hoc argumentum D. Thomas 1. 2. quæstione 93. articulo 4. ad secundum docet, quod Christus iure naturæ humanæ erit subiectus legi æternæ, ita quod sicut dicimus filium esse minorem patre ratione naturæ humanæ, ita absolutè concẽdendum est esse obligatum lege, licet hoc sit ratione naturæ humanę.

D. Thom.

Argumen. partis affirmatiuæ.

Primum, 1. Cor. 15.

D. Thom.

mento impositum: vt patet etiam ex ipsa genealogia Christi Luc. 3. ergo videtur, quòd incõuenienter vocatũ est nomen eius Iesus. ¶ 3. Pręterea, Hoc nomen Iesus, salutem significat: vt patet per id quod dicitur Mat. 1. Pariet filiũ, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Sed salus per Christum non est facta solùm in circuncisione, sed etiam in pręputio: vt patet per Apostol. Ro. 4. Inconuenienter ergo hoc nomen fuit Christo impositum in sua circuncisione. ¶ Sed contra est auctoritas Scripturæ, in qua dicitur Luc. 2. quòd postquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer, vocatũ est nomen eius Iesus.

¶ Respondeo dicendum, quòd nomina debent proprietatibus rerum respondere. Et hoc patet in nominibus generum & specierũ: quia, vt dicitur 4. Metaph. ratio, quam significat nomen, est definitio, quæ designat propriam rei naturam. Nomina autẽ singularium hominum semper imponuntur ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Vel à tempore, sicut imponuntur nomina aliquorum sanctorum his, qui in eorũ festis nascuntur. Vel à cognatione: sicut cùm filio imponitur nomen patris. Vel alicuius de cognatione eius: sicut propinqui Ioannis Baptistæ volebant eum vocare nomine patris sui Zachariam, non autem Ioannẽ: quia nullus erat in cognatione eius, qui vocaretur hoc nomine, vt dicitur Luc. 1. Vel etiã ab euentu: sicut Ioseph vocauit primogenitum suum Manassem, dicẽs, Obliuisci fecit me Deus omnium laborum meorum. Genes. 41. Vel etiã ex aliqua qualitate eius, cui nomen imponitur: sicut Genes. 25. dicitur, quòd quia qui primus egressus est de vtero matris, rufus erat, & totus (in morem pellis) hispidus, vocatum est nomẽ eius Esau, quod interpretatur rubeus. Nomina autem quę imponuntur aliquibus diuinitùs, semper significant aliquod gratuitum donum eis diuinitùs datũ: sicut Gen. 17. dictum est Abrahæ, Appellaberis Abraham, quia patrẽ multarũ gentiũ constituite. Et Matt. 16. dictũ est Petro. Tues Petrus, & super hanc pe

Secundum.

Confir. 1.

D. Thom.

Confir. 2.

D. Thom.

Confir. 3.

D. Thom.

Confir. 4.

Secundum est verè obediens iuxta illud Pauli. Factus est obediens vsque ad mortem, ergo habuit præceptum. Consequentia inde probatur, nam proprium obiectũ obedientiæ est præceptum tacitum, vel expressum, vt docet Diuꝰ Thomas 2. 2. q. 104. artic. 2. ¶ Hoc ipsum cõfirmatur, nã ratio obedientiæ nõ cõsistit in hoc, quod quispiam sine obligatione faciat, quod alteri gratum est, sed in hoc, quod facit ex obligatione inferioris ad superiorem, vt apertè docet D. Thom. 3. p. q. 47. arti. 2. ad 2. Sed Christus est verè obediens, ergo habet superiorẽ, & obligatur ab illo, & sic ab illo potest lege obstringi, & obligari. ¶ Cõfirmatur etiã, nam omnis excellentia

cellentia meriti posibilis debet tribui Christo, sed magis meritorium est facere aliquid ex obedientia, quam sine illa, ergo hæc præstantia meriti Christo Domino tribuenda est. Minor huius argumentationis probatur, nam actus nobilioris virtutis est magis meritorius, siquidem habet melius obiectum, sed obedientia est virtus inter cæteras nobilior, vt patet ex doctrina D. Thom. 2.2.q.104.art. 3. ¶ Prætereà, ad rationem timoris filialis, cuius officium est timere offensam patris cœlestis, satis est, quod anima Christi absolutè posit peccare, licet vt est coniuncta tali suppositio non possit peccare, vt diffinit D. Thomas 3. p. q. 7. quantum existimo, ergo similiter ad rationem obligationis, satis est quòd absolutè illa anima possit teneri lege, quamuis illud suppositū absolutè nō possit peccare.

D. Thom.

Tertium.

Quartum. ¶ Quartò, de Christo absolutè non negātur quę conueniunt homini, licet Deus sit, non est ergo negandū eum esse obnoxiū legi, licet Deus tram ædificabo ecclesiā meam. Quia igitur Christo hoc munus gratiæ collatum erat, vt per ipsum omnes saluarentur: ideo conuenienter vocatum est nomē eius Iesus, id est, Saluator, Angelo hoc nomen prænuntiante, non solùm matri, sed etiam Ioseph, qui erat futurus eius nutritius.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in omnibus illis nominib' quodammodo significatur hoc nomen Iesus, quod est significatiuū salutis. Nam in hoc quod dicitur, Emmanuel, quod interpretatur, nobiscum Deus, designatur causa salutis, quæ est vnio diuinæ & humanæ naturę in persona Filij Dei, per quā factum est vt Deus esset nobiscū, quasi particeps nostræ naturæ. Per hoc autem quod dicitur. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, &c. designatur à quo nos saluauit, quia à diabolo, cuius spolia abstulit, secundum illud Coloss. 2. Expolians principatus, & potestates, traduxit cōfidenter. In hoc aūt quod dicitur, Vocabitur nomen eius Admirabilis, &c. designatur via & terminus nostræ salutis, in quantum scilicet admirabili diuinitatis consilio, & virtute, ad hæreditatem futuri seculi perducimur, in quo erit pax perfecta filiorū Dei, sub ipso principe Deo. Quod verò dicitur, Eccevir, Oriēs nomē eius, ad idem refertur ad quod primū, scilicet ad Incarnationis mysteriū, secundū quod exortum est in tenebris lumen rectis corde. ¶ Ad secundum dicendū, quòd his qui fuerūt ante Christū, potuit cōuenire hoc nomen Iesus, secundum aliquā aliam rationē, puta, quia aliquā particularē & temporalē salutē attulerunt. Sed secundum rationē spiritualis & vniuersalis salutis, hoc nomē propriū est Christo: & secūdum hoc dicitur esse nomen nouū. ¶ Ad tertium dicendū, quòd sicut Gen. 17. legitur, simul Abraham suscepit nominis impositionē à Deo, & circūcisionis mādatum. Et ideo apud Iudęos consuetum erat, vt ipso die circuncisionis nomina pueris imponerentur: quasi ante circūcisionem perfectū esse nō habuerint. Sicut etiā nunc pueris in baptismo nomina imponūtur. Vnde super illud Prouer. 4. Ego filius fui patris mei, tenellus & vnigenitus sit: nam hoc conuenit Christo ratione naturæ humanæ. ¶ Quintò, sequitur quod Christus verus homo non habuerit iustitiam cōmutatiuam: consequens est apertè falsum quandoquidem non habuit dominium temporale, nisi prout erat necessarium ad spirituale, ergo si accepisset pallium ab aliquo sine ordine ad spirituale, teneretur pretium restituere, aliàs haberet plenariū rerum omniū dominiū. ¶ Vltimò, ipse Dominus prædicat se habere præceptum à patre, vt in illo; sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et iterū, hoc mandatū habeo à patre meo, ergo. ¶ De hac quæstione varia fūt theologorum placita. Doctor Medina codice de pœnitentia in materia de satisfactione pro certo habet, quod Christus tenebatur lege eterna, & naturali. Alij verò dicunt, quod tenebatur tū lege naturali, tū lege veteri, tū etiam præcepto moriendi p genere humano. Sunt qui alia via pergūt dicētes, quod tenebatur lege æterna & naturali,

Quintum.

Vltimum.

Medina.

Secunda sententia.

rali, atque etiam præcepto moriendi, sed non tenebatur lege veteri. Sapientissimus Victoria quem honoris causa nomino, docuit quod Christus Dominus nulli legi fuit obnoxius, etiam in quantum homo. ¶ Pro explicatione, & intelligentia veritatis est prima propositio. Christ⁹ in quã tum Deus non potuit obligari aliqua lege, aut præcepto. Probatur, tum quoniam non habet superiorem, tum quoniã est impeccabilis, & quicquid faciat rectum est, ergo non potest lege obligari. Ille enim qui obligatur si non faciat, in crimine tenetur. Tertiò, non potest obligari ad malum, quia Deus illud non potest facere, neque adbonum, quia potest illud non facere. Sed in aduersum potest quis argumentari. Nam si Deus mentiretur, peccaret, ergo teneretur non mentiri. Deindè, Christus Dominus meruit apud patrẽ cœlestem de omni rigore iustitiæ, ergo pater tenetur de omni rigore iustitiæ præmium illud exsoluere, ergo esset iniustus, si præmiũ non redderet.

Victoria.

1. Cõclusio

206 *Opus. 60. art. 8.

Obijcitur primo.

Obijcitur secundo.

coram matre mea, dicit gloss. Quare Salomon se vnigenitum coram matre nominat, quem fratrem vterinum præcessisse scriptura testatur, nisi quia ille mox natus, sine nomine quasi nunquã esset, de vita decessit? Et ideo Christ⁹ simul cũ fuit circũcisus, nominis impositionẽ accepit.

ARTICVLVS III.

Vtrùm Christus conuenienter fuerit in templo oblatus.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter fuerit Christus in templo oblatus. Dicitur em̃ Exod. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filijs Israel. Sed Christus exiuit de clauso Virginis vtero, & ita matris vuluam non aperuit. Ergo Christus ex hac lege nõ debuit in tẽplo offerri.

¶ 2. Pręterea, Illud quod est semper præsens alicui, non potest ei præsentari. Sed Christi humanitas semper fuit Deo maximè præsens, vtpote sẽper ei coniuncta in vnitate personæ. Ergo non oportuit, quòd corã domino sisteretur.

¶ 3. Præterea, Christus est hostia principalis, ad quam omnes hostiæ veteris legis referuntur sicut figura ad veritatem. Sed hostiæ non debet esse alia hostia. Ergo non fuit conueniens, vt pro Christo alia hostia offerretur. ¶ 4. Præterea, Inter legales hostias præcipua fuit agnus, qui erat iuge sacrificiũ: vt habetur Num. 28. vnde etiã Christus dicitur agnus, Ioã. 1. Ecce agn⁹ Dei. Magis ergo fuit cõueniẽs q̃ pro Christo offerretur agnus, quã par turturũ, vel duo pulli colũbarũ.

¶ Sed in contrarium est autoritas scripturæ, quæ hoc factum esse testatur. Luc. 2.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictũ est*, Christus voluit sub lege fieri, vt eos qui sub lege erant, redimeret, & vt iustificatio legis in suis membris spiritualiter impleretur. De prole autẽ nata duplex præceptum in lege traditur. Vnum quidẽ generale, quo ad omnes: vt scilicet completis diebus purificationis matris offerretur sacrificiũ pro filio, siue pro filia: vt habetur Leui. 12. Et hoc quidem sacrificium erat & ad expiationẽ peccati, in quo proleserat cõcepta & nata, & etiã ad consecrationẽ quandam ipsius: quia

¶ Ad hæc argumenta continuò satisfaciendum est, nam ad primum dicendum, quod si Deus mentiretur, & peccaret, & non peccaret, nam ex hoc sequitur euidens contradictio. Si enim mendacium diceret, cum mẽdacium sit intrinsecè malum, peccaret vtique; ex alia parte si mentiretur, & mendacium diceret, esset equidem rectum opus, nam esset conforme diuinæ voluntati, quæ est regula omnium bonorum operum. Secundò poterit Theologus negare argumenti cõsequentiam, si quidem si lapis mentiretur peccaret vtiq; at non tenetur præcepto ad non mentiendum. ¶ Ad secundum argumentum respondetur ex proposito in 1. 2. in materia de merito. Sed nunc breuiter dico, quod meritum Christi eatenus censetur de rigore iustitiæ, quoniam est æquale & superabundans ad præmiũ quod est conferendum. Rursus hac de causa dicit de rigore iustitiæ, quoniã quod est ex virtute meriti potuit patrem cœlestẽ obligare,

Ad primã obiectio.

Ad secũdã.

* ar. 1. huius q. in corp. & ad 3.

Tertia obiectio. Solutio.

obligare, si obligationis capax esset. ¶ Sed tertiũ argumentum solet fieri contra propositã conclusionẽ. Nã Deus promisit, iurauit, ergo tenetur stare promissis. Respõdetur, quod vt dicit D. Paulus Heb. 6. Homines per maiorẽ

Heb. 6. Iuramentũ Dei quomodo sit accipiẽdum.

sui iurant, qua propter iuramẽti religione obstringũtur, & tenẽtur. Deꝰ autem quoniã neminem habuit per quem iuraret maiorẽ iurat per semetipsum, & ideo propriè cum iurat non obstringit cũ non habeat superiorem. Iurat itaq;, vt nihil desideretur quod apud homines addere solet firmitatẽ, & interponit iusiurandũ, in signiter declarare volens firmitatem & immobilitatẽ sui ꝓmissi. Fateor tamen quod si non impleret promissũ mendax esset. Vnde quodãmodo ex fidelitate, quoniam fidelis est Deus, tenetur seruare promissum. Debet hoc sibi, debet veritati & fidelitati: sed hoc non est propriè teneri, neque lege obligari.

2. Cõclusio Christus in quantũ homo subijcitur legi æternę.

¶ Secunda cõclusio, Christꝰ secundũ quod homo est subiectus legi æternæ, & ordinationi æternæ. tunc primò præsentabatur in templo, & ideo aliquid offerebatur in holocaustũ, & aliquid pro peccato. Aliud autẽ præceptum erat speciale in lege de primogenitis, tã in hominibus, quàm in iumentis. Sibi enim Dñs deputauerat omne primogenitũ filiorum in Israel, pro eo, quòd ad liberationẽ populi Israel percusserat primogenita AEgypti, ab homine vsque ad pecus, primogenitis filiorũ Israel reseruatis. Et hoc mandatum ponitur Exod. 13. in quo etiã prẽfigurabatur Christus, qui est primogenitus in multis fratribus, vt dicitur Rom. 8. Quia igitur Christus ex muliere natus, erat quasi primogenitꝰ, & voluit fieri sub lege, hæc duo Euangelista Lucas circa eum fuisse obseruata, ostẽdit, primò quidẽ id quod pertinet ad primogenitos, cũ dicit. Tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum Dño: sicut scriptũ est in lege Dñi: Quia omne masculinũ adaperiẽs vuluã, sanctum Domino vocabitur. Secũdò, illud quod pertinet communiter ad omnes, cùm dicit. Vt darent hostiam, secundum quod dictũ erat in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

¶ Ad primum ergo dicendũ, ꝙ sicut Grego. Nissenus dicit. Illud legis præceptũ in solo incarnato Deo singulariter & ab alijs differenter impleri videtur. Ipse nãque solꝰ ineffabiliter cõceptus ac incomprehensibiliter editus, virginalẽ vterũ aperuit, non antea connubio reseratum, seruans & post partum inuiolabiliter signaculum castitatis. Vnde quod dicit, adaperiens vuluam, designat, quòd nihil antea inde intrauerat vel exiuerat. Et per hoc etiã specialiter dicitur masculinus, quia nihil de fœmineitate culpæ portauit. Singulariter etiã sanctus, quia terrenæ cõtagia corruptelæ, immaculati partus nouitate non sensit. ¶ Ad secundũ dicendũ, quòd sicut filius Dei nõ propter seipsum factus est homo & circũcisus in carne, sed vt nos per gratiã faceret deos, & vt spiritualiter circuncidamur: sic propter nos sistitur Domino, vt discamus Deo prẽsentare nosmetipsos. Et hoc post circuncisionem eius factũ est, vt ostendat neminẽ nisi circũcisum vitijs, dignũ esse diuinis conspe-

Nam quicunq; est subiectus regi, est etiam regijs præceptis, sed filius Dei secundum humanitatem, vt dicitur 1. Corint. 15. subiectus est Deo patri, ergo subditus legi æternæ, & diuinæ ordinationi. Sic colligit D. Thom. 1. 2. q. 93. articulo 4. ad secundum. Hæc conclusio euidentiùs demonstrabitur ex conclusionibus subsequentibus.

1. Cor. 15.

D. Thom.

3. Cõclusio

¶ Tertia conclusio, Christus secũdum quod homo fuit subiectus legi naturali. Hanc conclusionẽ probant argumẽta quę fecimus initio quęstionis pro parte affirmatiua. Comprobat itidem argumentum deductũ ex præcedenti cõclusione, nam si Christus tenetur lege æterna, vt asserit præcedens cõclusio, certè tenetur lege naturali, quæ nihil aliud est, quam lumen quoddã & dictamen ex lege æterna deriuatũ.

4. Cõclusio

¶ Quarta conclusio. Certum est, quod Christꝰ Dñs non tenebatur lege Moysayca. Hãc cõclusionem omnes sancti patres nemine excepto affirmãt Sed non omnes explicant huius conclusionis

Christus nõ tenebatur legi Moysi

sionis veram & legitimam probationem. Dicunt ferè namque vniuersi Christum Dominum non fuisse obstrictum lege Mosayca, quoniam erat verus Deus. Porrò hæc ratio non magni ponderis esse videtur, nam non reuocatur in dubium, Vtrũ Christus Dominus in quantum Deus esset subditus legi Mosaycæ, sed vtrùm in quantum homo lege illa esset obstrictus. Huiusergo rei oportet veras indagare rationes, nam dicere quod fuit exemptus à lege Mosayca, & ab eius obligatione, voluntariè asseritur, nã huiusmodi exemptio nunquam legitur. Nec satis validè hoc probat ex eo quod Christus erat plenitudo legis, & quod lex erat vmbra & figura, Christus autem corpus & veritas, & adueniente luce dissipantur tenebræ, & præsente corpore vmbra dissipat. Hæc inquam probatio infirma est, nam ex ea sequeretur, quod nato Christo in mũdo antequam cruci affigeretur lex vetus non habuisset vim obligandi, quod ab

* Hom. 14. in Luc. à medio illius, to. 3.

ctibus. ¶ Ad tertium dicendum, quòd propter hoc ipsum voluit hostias legales pro se offerri, qui erat vera hostia, vt figura veritati coniungeretur, & per veritatem figura approbaretur, contra illos, qui Deum legis negãt à Christo fuisse in Euangelio prædicatum. Non enim putandũ est (vt Orig*. dicit) quòd filiũ suũ bonus Deus sub lege fecerit, quã ipse nõ dederat. ¶ Ad quartum dicendũ, quòd Leuit. 12. præcipitur, vt qui possent, agnum pro filio aut filia, simul & turturem siue columbã offerrent: qui verò non sufficeret ad offerendum agnum, duos turtures, vel duos columbarum pullos offerrent. Dñs ergo qui cũ diues esset, propter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essemus: vt dicitur 2. ad Corin. 8. pro se pauperum hostiã voluit offerri: sicut & in ipsa natiuitate pannis inuoluitur, & reclinatur in præsepio. Nihilominus tamen huiusmodi aues figuræ congruunt: turtur enim quia est auis loquax, prędicationem, & confessionem fidei significat: quia verò est animal castum, significat castitatem: quia verò est animal solitarium, significat cõtemplationem. Colũba verò est animal mansuetum & simplex, mansuetudinem & simplicitatẽ significans. *Est etiã animal gregale: vnde significat vitam actiuam. Et ideo huiusmodi hostia figurabat perfectionẽ Christi & membrorum eius. Vtrunque etiã animal propter consuetudinem gemendi, præsentes Sanctorum luctus designat: sed turtur quæ est solitaria, significat secretas orationum lachrymas. Colũba verò quæ est gregalis, significat publicas orationes Ecclesiæ. Vtrũq; verò animal duplicatũ offertur, vt sanctitas sit nõ solũ in aĩa: sed etiã in corpore.

*Glos. ord. super illa verba Luc. 2. Par turtu rum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm mater Dei conueniẽter ad templum purganda accesserit.

AD quartũ sic proceditur. Videtur, quòd inconueniẽter mater Dei purganda ad tẽplum accesserit. Purgatio enim non videtur esse nisi ab immunditia. Sed in beata Virgine nulla fuit immunditia, vt ex suprà dictis patet. *Ergo non debuit vt purganda ad templũ accedere. ¶ 2. Præterea, Leui. 12. dicit: Mulier quę suscepto vniuersis ferè Theologis improbatur, & condemnatur. Vnde ergo liberabimus Christum ab obligatione legis Mosaycæ, si lege patris obligari potest? Profecto difficile est huius doctrinæ euidentes inuenire rationes, nam cum Christus secundũ quod homo potuerit lege Mosayca obligari, & non habeatur ex vera doctrina quod fuerit exẽptus, certè nõ videtur vnde nam probari possit, ꝙ huic legi non fuerit obnoxius. Sed iam rẽ diffinamus.

*art. præc. ad 1. Mat. 12.

Rationes quartæ conclusionis.

¶ Prima huius cõclusionis ratio est, quoniã Christus Dominus erat Dominus legis, & in eius manu & imperio posita erat, vnde poterat in ea dispẽsare, quãdo sibi benè visum esset, sicque dispensauit, vt portaret curatus grabatum suum, licet aliàs esset contra obseruationem Sabbati, licuit itaque fieri propter diuinum honorem vt per hoc appareret, quomodo miraculosè sanatus esset in die illa. Hanc rationem demonstrat Dominus Matth. 12. inquiens: quia ipse erat Dominus Sabbati. Secunda

207 Opusc. 60. ca. 3. col. 1.

ratio est, quoniam Christus Dominus venit vt legislator, & legifer noster, qua de causa non tenetur legibus, princeps enim vt est in prouerbio non tenetur legibus, potestque in eis dispensare, quando sibi collibitum fuerit. Tertia ratio est, quoniã Christus Dominus habuit à Deo patre omne dominium, plenamque dispositionem in ijs quæ pertinẽt ad regnum Dei, & finem supernaturalem, de quo habetur

Psal.2. in Psalmo. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, &cæt. potuit, ergo legem veterem abrogare, & nouam constituere, & in lege veteri dispensare. Quarta ratio, quoniam Christus à lege erat exemptus, quod ego colligo efficaciter ex illo

Gal.3. ad Galatas tertio. Lex propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris. Quibus verbis aperte commonstrat, sic legem veterem datam esse & latam per Angelos, vt totius legis potestas esset penes Christum, vt tota ipsius dispensatio esset in autoritate Christi, hoc est, quod dicit in manu mediatoris. Angeli huius rei ministri erant, Christus vero Dominus. Vnde dubium non, est quim in illius manu, potestate, & autoritate sit dispensatæ olim legis abrogatio. Hæc argumenta satis sunt ad quartam conclusionem comprobandam.

4. Cõclusio Christus factus est sub lege. ¶ Sequitur quinta conclusio. Christus Dominus factus est sub lege, licet sub lege non fuerit. Vtraque assertionis propositio ex sana Pauli doctrina suadebitur. Scripsit

Gal.4. Paulus ad Galatas. 4. at vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Ecce primam assertionis partem, autoritate Diui Pauli, magni doctoris gentium confirmatam. Cæterum quo in sensu fuerit factus sub lege, iam à nobis antè expositum est. Neque enim dicitur Christus factus sub lege, quod legis mandatis obstringeretur, sed quod pro nostra salute voluntariè se legi subdiderit. Sed in eadem sententia Pauli continuo subditur, vt eos qui sub lege erant redimeret, planè indicans eos esse sub lege qui præceptis legis & autoritate tenebantur obstricti. Quo in sensu Christus non fuit sub lege. Deinde in eadem sententia Paulus satis explicat, eos qui erant sub lege indigere gratia Christi & redemptione, qua non indiguit Christus. Præterea, qui sunt sub lege, sunt sub operibus legis, vt testatur Paulus ad Galatas 3. Qui autem operibus legis obstringuntur sub maledicto sunt. Cum igitur hæc non conueniant Christo, neque illi conuenit esse sub lege. Ad hæc, ductus spiritu non est sub lege, nam dicit Paulus in eadem epistola, si spiritu ducimini non estis sub lege, sed Christus præcipuè ducebatur spiritu & amore, ergo Christus non fuit sub lege. Ad hæc facit plurimum, quod dicit idem Paulus ad Roman. 6. peccatum in vobis non dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quod si Christianus, qui syncere vitã studiosam ducit, non est sub timore, & austeritate legis, sed sub gratia, multò minus Christus gratiæ largitor. Hanc secundam assertionis partem confirmat maximè Diuus Augustin. in plerisque suæ doctrinæ locis explicans, quid sit esse sub lege, nominatim in epistola ad Diuum Hieronymum de Petro à Paulo reprehenso, & in enarratione primi Psalmi explicans illud, sed in lege Domini voluntas eius, & in primum caput Ioannis ad locum illum, lex per Moysen data est. Loquitur etiam de hac re optimè Diuus Hieronymus in comm. ad 4. c. epist. ad Galat. explicans locum citatũ. ¶ Sed videamus in particulari de legibus seruatis circa puerum Iesum. Vtrũ secundum tenorem verborum ad Christũ pertinuerint. In hac quæstione quatuor leges numerantur, prima est de circuncisione, quę vniuersaliter lata est his verbis. Omnis masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illius de populo suo. Hanc legẽ obseruauit Christus licet ei non fuerit obnoxius propter ratiões suprà cõmemoratas. Sed circa obseruationẽ huius legis dubitat hic Caiet. ar. 1. nũ. liceat Christianis circũcidere se ad imitandũ Christum, non vt inde speretur aliqua salus. Dubiũ hoc mouetur propter circũcisionem

Rom.6.

D. Augus.

D. Hieron.

De cęremonijs circa puerum Iesum obseruatis circuncisio. Dubium.

cisionem Christianorum Indorum, qui dicũt se circuncidi, vt conformentur Christo. De quo tractat hic dominus Caietanus, & videtur tueri partem affirmatiuam, & nos tractauimus latissimè in 1.2. in materia de cessatione legaliũ. Et mihi videtur pfecto, quod hæc circuncisio manufacta non sit licita, & probo euidenti argumẽto. Non est mihi licitum modo abscindere mihi digitum, ergo neq; erit licitum abscindere præputium, nam vt constat illud vulnus non tam periculosum est, quam istud, quod si in veteri lege illud erat licitum, erat quia à domino mortis & vitæ præcipiebatur, modo verò tale præceptum non est. Equidẽ ridiculum est dicere me posse manum clauo affigere ad imitandam afflictionẽ Christi, quinimo eadem ratione possent seruare vniuersam legem Mosaycam ad imitationem Christi. Secunda lex habetur Leui. 12. in qua præcipitur vt completis diebus purificationis matris offeratur sacrificium pro filio siue filia, & hoc quidem sacrificium erat ad expiationem peccati in quo proles erat concepta & nata, & ad consecrationem ipsius, quia tunc primo præsentabatur in templo, & ideo aliquid offerebatur in holocaustũ, & aliquid pro peccato. Hæc lex non pertinebat ad Christum, siquidem Christus non erat conceptus aut natus in peccato, voluit tamen eam seruare in exẽplum obediẽtiæ, & ne Iudæos scandalizaret. Sic docet D. Thomas in articulo 3. Itaque sensus illius legis est duplex, alter est quod oblatio fiat pro filio aut filia, & hunc sensum secutus est D. Thomas sequens D. Augustinum probantem hunc sensum ex verbis Lucæ dicẽtis. Cum inducerent puerum Iesum parentes eius vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ex eo enim quod dixit pro eo & non pro matre ostendit, quod illud quod tunc faciebant, pro puero faciebant, & non pro matre. Atqui huic sensui consonat Ecclesia, cum inquit in quadam antiphona in festo Purificationis, obtulerunt pro Domino par turturum. Alius sensus quem sequuntur iuniores quidam sanctarum scripturarũ interpretes Caietanus, Iansenius, & alij est quod nõ offerebatur sacrificiũ pro filio siue filia sed pro matre. Sicq; legendum est Leui. 12. Cumque expleti fuerint dies Purificationis, siue pro filio, siue pro filia deferent agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue par turturum pro peccato. Illud siue pro filio, siue pro filia, non debet referri ad verbum, deferẽt, sed referri debet ad præcedentia, vt sit sensus, cum expleti fuerint dies purificationis, quos expectare debet siue in partu fœminæ, siue in partu viri deferẽt, &c. Quod si interrogentur isti, pro quo peccato matris fiebat oblatio. Origenes homilia octaua in Leuiticum dicit, quod pro peccato prolis cuius mater, quodammodo rea censetur, nam quanquam peperisse non sit peccatum, præbuit tamen mater ministerium vnde natus filius est obnoxius peccato. Lyranus dicit, quod fiebat oblatio pro peccato, quod in coitu ferè semper committitur. Sed hæc explicatio sufficiens non videtur, nam sine peccato fieri potest coitus, & æquè in coitu, peccat vir atque mulier. Caietanus, & Iansenius dicunt, quod fiebat propter immunditiam parientis contractam ex fluxu sanguinis, quod consonat textui, vbi dicitur. Rogabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. Sed reuera omnes istæ expositiones sunt violentæ, & vera & legitima est quam sequitur hîc D. Thomas ex sententia D. August. Tertia lex est Exodi. 13. Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur. De hac lege dubitant Theologi. Vtrùm pertinuerit ad Christum. Quidam dicunt nõ pertinuisse, eo quod non aperierit vuluam matris suæ, sed clauso matris vtero prodierit in lucem, sicut clauso sepulchro resurrexit. Alij contrà, hanc legem propriè ad Christũ pertinuisse asserunt, eo quod ipse solus aperuit vuluam matris suæ, cum in alijs aperiat vir vterum, quæ est sententia D. Thomæ in artic. 3. in solutione 1. & probat eam ex Greg. Nisseno. Idem docet Theophylactus super Luc. c. 2. explicans commemoratam legem. Similiter & Ambrosius sentit sic scribens. Non enim virilis coitus vuluæ virginalis secreta reserauit, sed immaculatum semen inuiolabili vtero Spiritus sanctus infudit. Hic ergo

Solutio.

¶ Sed cõtra est autoritas Scripturæ, qua dicitur Luc. 2. quòd impleti sũt dies purgationis Mariæ secundum legẽ Moysi.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut plenitudo gratiæ à Christo deriuatur in matrem, ita decuit vt mater humilitati filij conformaretur: humilibus enim Deus dat gratiam, vt dicitur Iacobi 4. Et ideo sicut Christus licet non esset legi obnoxius, voluit tamen circuncisionem & alia legis onera subire, ad demonstrandũ humilitatis & obediẽtię exemplũ, &

Leui. 12.

Orig.

Lyranus.

Tertia lex. Exod. 13.

D. Thom. Gregor. Nissenus. Theophyl. Ambrosius

Leui. 12. Lex purificationis.

D. Thom.

Luc. 2.

Caietan. Iansenius.

ergo aperuit solus vuluam. Nec mirum, qui enim dixerat ad Prophetam; Priusquam te formarem in vtero, noui te, & in vulua matris sanctificaui te, qui ergo vuluam sanctificauerat alienam vt nasceretur Propheta, hic est qui aperuit matris suæ vuluã vt immaculatus exiret. Similia habet & Origenes ho. 14. super Luc. Sacratum (inquit) quippiã sonat. Quemcunque enim de vtero effusum marem dixeris, non sic aperit matris suæ vuluam vt Dominus Iesus, quia omnium mulierum non partus infantis, sed coitus viri vuluam reserat. Iam vt secundum Ambrosium Christo proprium est aperire vterum matris, ita etiam quod sequitur in lege sanctum vocari Domino; Solus enim ipse verè sanctus inter primogenitos, cũ multi alioqui essent sceleratissimi. Porrò inter duas has sententias inter se in speciem contrarias medium eligendum videtur, nimirum vt cum ijs patribus qui dicti sunt, non negemus Christum aperuisse vterum matris suæ. Nam omnino videtur Lucas hanc legem sic adduxisse, quasi etiam ad Christum pertinentẽ: & tamen etiam asseueramus clauso Virginis vtero natum esse, quia scilicet sic per naturalia generationis membra natus est, vt virginalis pudicitiæ claustra nascendo nõ cõuellere t, nec dolorem parienti afferret, quem necesse est esse in huiusmodi vteri apertione, quali nascuntur reliqui. Proinde elegãter quidam Græcus: Solus, inquit, Christus nondum apertam supernaturaliter aperuit, & clausam naturaliter seruauit. Et Diuus Hieronymus libro 2. contra Pelagianos: Magis ad specialem natiuitatem Saluatoris, quam ad omnium hominum referri potest, hoc quod dicitur. Qui aperit vuluã, sanctus Domino vocabitur. Solus enim Christus clausas portas vuluæ virginalis aperuit, quæ tamen clausæ iugiter permanserunt. Hæc est porta Orientalis clausa, per quam solus pontifex ingreditur & egreditur, & nihilominus semper clausa est. Itaque non est negandum quin hæc lex subtili intelligentia ad Christum pertineat, sed non est dicendum, quod singulariter ad Christum pertineat, cum reliqua primogenita magis adaperiant vterum matris

Orig.

Legitima legis explicatio.

D. Hieron.

vt approbaret legem, & vt calumniæ occasionẽ Iudæis tolleret: propter easdem rationes voluit & matrem suam implere legis obseruantias, qui bus tũ nõ erat obnoxia.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd licet beata Virgo nullam haberet immunditiam, voluit tamen purgationis obseruantiã implere, non propter indigentiam, sed propter legis præceptũ. Et ideo signãter Euãgelista dicit, quòd impleti sunt dies purgatiõis eius secundũ legẽ: ipsa enim secũdum le purgatione suæ quam fecit Christus. Quamuis consideratione eius, quod aduerterunt Ambrosius & reliqui, non ineleganter ostenditur aperire vterum, Christo fuisse proprium; verum vt apparet præter intentionem Lucæ aut Moysis. Nam simpliciter aperire vuluam Hebraica phrasi dicitur is qui primo ex vtero matris nascitur. Vnde & brutorum primogenitis id attributũ est.

¶ Quarta lex est Leuitic. 12. Mulier quæ suscepto semine pepererit masculũ, immunda erit &c. Hæc lex ad Mariam pertinere non potuit, nam non peperit filium suscepto semine. Sed quidam Doctores Neoterici vt Caietanus & Iansenius in locis prænotatis dicunt hanc legem ad beatam Virginem verisimè pertinere. Nam Hebræa non habent. Si suscepto semine pepererit. Nam pro suscepto semine est verbum, quod significat seminificare aut semen facere, vt semen accipiatur non pro principio generationis, sed pro prole. Itaque sensus est: mulier cum seminificauerit (vt vertit Pagninus) aut si semen fecerit, vt vertit Munsterus. Proinde, quod attinet ad verba huius legis, non fuit ab hac lege Virgo immunis: quod & Lucas ipse satis significare videtur dum dicit, impletos dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi. Si enim Moyses eam his verbis à lege excepit, quomodo secundum eius legem dies purgationis impleti sunt? Sed isti autores falluntur grauiter, & loquuntur contra sententias patrum. Nam Isichius, Rupertus, & alij autores super istum locum Leuitici dicunt beatam Virginem prædicta lege non comprehendi, quin potius in ea haud obscurè indicari mysterium Virginei partus, aliquam enim mulierem textus facer prædemonstrat, quæ sit paritura quidem, sed sine susceptosemine. Idem docet Origenes homilia octaua in Leuiticum. ¶ Sed circa purificationem parientis dubium esse potest. Vtrùm hodie fœminæ Christianæ teneantur ad obseruationem huius legis, quia ferè obseruant ne ante quadragesimum diem veniant ad Ecclesiam, & tunc veniunt cum prole, & offerunt oblationem. Ad hoc

Quart. lex Leuit. 12.

Caietani & Iansenij deceptio.

Isichius. Rupertus.

Cap. vnicũ de purificatione post partum.

hoc optimè consultum est per capitulũ vnicum de purificatione post partũ, vbi inquit Innocentius, quod postquã vmbra legis euanuit, & diluxit veritas Euangelij, si mulieres post prolem emissam acturæ gratias Ecclesiã intrare voluerint, nulla proinde peccati mole grauant, nec Ecclesiarũ est eis aditus denegandus, ne pœna illis conuerti videatur in culpã. Si tamẽ ex veneratiõe voluerint aliquandiu abstinere, deuotionem earum non credimus improbãdam.

*In cor. ar.

Ad argum. partis negatiuæ.

¶ Ad argumẽta in principio facta respõdetur. Ad primum dicendum est, omnino esse concedendum, quod Christus in quantum Deus nulli legi erat subiectus, sed non probat argumentum, quod in quantum homo non potuerit esse legis mandato

Ad primũ.

Ad secũdũ.

subiectus. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod licet Christus sit impeccabilis, potuit habere mandatum à patre, vt moreretur, quia poterat mori & nõ mori. Voluit ergo pater æternus determinare eius voluntatem ad alteram partem, vt vitam pro nobis profunderet & sanguinem. Ad veram namq; obedientiam, & ad verum Dei mandatum, satisfuerit quod filius in quantum homo sit patri subiectus, & minor, & potuerit mori & nõ mori, & quod ad mortem ex præcepto patris obligaretur. Verum est tamen, quod supposito mandato non poterat non mori, alioqui

Ad quartũ.

posset peccare, verum absolutè poterat non mori, & mortuus est quia ipse voluit. ¶ Ad quartum respondetur, quod Christus ex mãdato patris non est obligatus sub pœna peccati, & reatu æternæ damnationis, vt argumentum efficaciter probat: sed obligatio mandati in hoc consistit, quod pater æternus mandato suo determinauit voluntatẽ filij vt moreretur, quod mandatum si per impossibile præuaricaretur, sine dubio peccaret. Quẽadmodũ Deus præcipit beatis Angelis in vita beata vt veniant in ministeriũ hominũ, at scit optimè quod in vita beata nõ potest esse peccatum. ¶ Ad quintũ respondetur, quod Deus potest obligare Christum ad bonum faciendũ, quod supposito præcepto nõ poterat nõ executioni mandare. ¶ Ad sextum argu. dicẽdum est, quod legislator suis legibus tenetur, quando legislator non est Deus, vel non est Dominus legis, Christus & erat Deus, & quatenus homo erat Dñs legis, & ideo legibus suis nõ obstringebatur. Ad id vero quod afferebat in huius rei cõfirmationẽ, quod si Christus teneretur lege naturali, quod teneretur ex præcepto legis naturæ vitã pro genere humano effundere, respõdetur id non esse cõsequens. Nam Christus Dominus poterat generi humano alijs modis infinitis remedium afferre & salutem; ipsiusque vita, quia erat vita Dei erat præstantius & excellentius bonum, quã vniuersi generis humani vita, perfectio, & salus. Deniq; mors Christi non erat medium necessarium ad generis humani salutẽ, sed ex Dei ordinatione, & mandato. Ad auctoritates scripturarum respondetur, quod Christus habuit præceptum vt moreretur pro genere humano, de qua re disputabimus, infrà quæstione 47. Quod verò dicit Paulus illum factum sub lege, iam à nobis in quinta conclusione sufficienter explicatum est. ¶ Sed adhuc non quiescit animus in huius quæstionis expositione, nam Christus non potuit mentiri, non furari, non certè magis quam volare, sed stultum fuisset ponere præceptum Christo, vt non volaret, ergo stultum videtur ponere præceptum Christo, vt non mentiatur. ¶ Ad hoc respondetur, quod natura humana in Christo suapte natura est peccabilis, quod verò vniatur verbo diuino est gratia, & ideo ab obligatione legis non liberatur. Certè beati ab obligatione legis non liberantur, at beati ex statu beatitudinis sunt impeccabiles; & confirmati in gratia sine dubio legibus tenentur at ex dono gratiæ sunt impeccabiles. Volo dicere, quod si Christus esset impeccabilis sicut Deus nulla lege teneretur, at Christus verus homo ex gratia vnionis habet quod sit impeccabilis.

Ad sextum

*P. 2. q. 102. art. 5.

Obiectio.

Solutio.

In

Sex conclusiones huius quæstionis

IN hac quæstione habet D. Thomas has conclusiones. Prima, conueniens fuit Ioannem baptizare. Secunda, baptismus Ioannis fuit à Deo. Tertia, in baptismo Ioannis gratia non dabatur. Quarta, conueniens fuit, quod baptismo Ioannis aliq; præter Christum baptizarentur. Quinta, non debuit cessare baptisma Ioannis etiam baptizato Christo. Sexta, baptizati baptismo Ioannis erant à Christo baptizandi.

EXPOSITIO QVAESTIONIS.

Vtrũ baptismus Ioãnis fuerit verũ sacramẽtũ. Prim. argu.

IN expositionem huius quæstionis solũ mouetur vnum dubiũ. Vtrùm baptismus Ioannis fuerit verum sacramentum. A parte affirmatiua arguitur sic. Sacramentum est sacræ rei signũ, vt habet vera diffinitio, sed baptismus Ioãnis erat rei sacræ signum, præfigurabat enim baptismum Christi futurum, ergo erat verum sacramentum.

Secundum.

¶ Secundò, in baptismo Ioãnis erat vera materia, & vera forma sacramenti, ergo erat verum sacramentum. Consequentia

208 *4.di.2.q.3.ar.2.4.

QVAESTIO XXXVIII.

De Baptismo Ioannis, in sex articulos diuisa.

De qua re disputant Doctores in 4. distin. 2. & expositores sanctarum scripturarum. Matth. 3.

DEinde considerandum est de baptismo, quo Christus baptizatus est. Et quia Christus baptizatus est baptismo Ioannis, primò considerandum est de baptismo Ioannis in communi: secundò, de baptizatione Christi.

¶ Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm conueniens fuerit quòd Ioannes baptizaret. ¶ Secundò, vtrùm ille baptismus fuerit à Deo. ¶ Tertiò, vtrùm contulerit gratiã. ¶ Quartò, vtrũ alij præter Christum illo baptismo debuerint baptizari. ¶ Quintò, vtrùm baptismus ille cessare debuerit Christo baptizato. ¶ Sextò, vtrùm baptizati baptismo Ioannis erãt postea baptizãdi baptismo Christi.

ARTICVLVS I.

Vtrùm fuerit cõueniens Ioãnem baptizare.

AD primũ sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit conueniens Ioannem baptizare. Omnis enim ritus sacramentalis ad aliquam pertinet legem. Sed Ioãnes non introduxit nouam legem. Ergo inconueniens fuit, quòd nouum ritum baptizandi introduceret.

¶ 2. Præterea, Ioannes fuit missus à Deo in testimonium tanquam Propheta: secundum illud Luc. 1. Tu puer Propheta Altissimi vocaberis. Sed Prophetę qui fuerũt ante Christum, non introduxerũt nouum ritum, sed ad obseruantiã legaliũ rituum inducebant, vt patet Malach. vlt. Mementote legis Moysi serui mei. Ergo nec Ioannes nouum ritum baptizandi introducere debuit.

¶ 3. Pręterea, Vbi est alicuius rei superfluitas, nõ est ad illud aliquid addẽdum. Sed Iudęi excedebant in superfluitate baptismatum, dicitur enim Marci. 7. quòd Pharisęi & omnes Iudæi nisi crebrò lauerint manus, non manducant, & à foro venientes nisi baptizẽtur, non comedũt, & alia multa sunt quę tradita sunt illis seruare, baptismata calicũ & vrceorũ & ęramentorũ & lectorũ. Ergo inconueniens fuit, quòd Ioãnes baptizaret.

¶ Sed contra est autoritas scripturę Matthęi. 3. est euidens, & probo antecedens, nam Magister in 4. distinctione. 2. ex sententijs patrum probat, quod Ioannes baptizabat in nomine Christi venturi, ergo. Magister.

¶ Tertiò, in baptismo Ioannis conferebatur gratia, ergo erat verum sacramentum. Tertium.

Antecedẽs probatur, ex illo, quod habetur Marc. 1. Ioannes baptizabat in deserto prædicans baptismum pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum, remissio autem peccatorũ sine gratia fieri nõ potest, ergo. Idẽ probat ex eo quod habetur Mat. 3. vbi dicitur, quod qui baptizabãtur à Ioanne cõfitebãtur peccata sua, confessio verò ad remissionem peccatorum destinatur. Marc. 1. Mat. 3.

¶ Quartò Ioan. 1. dicit Ioannes, qui misit me baptizare, ergo missus est à Deo ad baptizãdũ, & sic baptismꝰ eius à Deo institutus est. Quartum. Ioan. 1.

¶ Vltimò, prę clarissimi doctores tenent baptismũ Ioannis fuisse sacramentum. Hugo de sancto Victore lib. 2. de sacramentis parte. 6. c. 6. Magister in 4. distin. 2. Diuus Thomas, & Durãdus in prænotata distinctio- Vltimum. Hugo. Magister. D. Thom. Durand.

stinctione, & alij quãplurimi. ¶ In hac quæstione explicanda sic progrediemur. Primũ videbimus qualis fuerit iste baptismus, deinde à quo fuerit institutus, postremò de eius efficacia. Quantum ad primum, si quæramus de materia, certum est, quod fuit in aqua, ipse enim Ioannes testatur Matth. 3. Ego baptizo vos in aqua: si quæramus de forma an Ioannes baptizaret sub aliqua verborum forma, sicut prescriptis verbis confertur Christi baptismus, grauissimi doctores dicunt, q̃ baptizabat in nomine Christi vẽturi. Ambrosius libro 1. de Spiritu sancto cap. 3. Diuus Hieronymus super Ioele. capit. 2. & in epistola de vnius vxoris viro, Hugo de sancto Victore, & magister in locis citatis, Alexander Alens. 4. parte, quæst. 9. mem. 2. & Diuus Thomas, non solum in 4. distin. 2. sed etiam in hac quæst. artic. 6. ad 5. & colligunt ex illo Act. 19. Ioannes, inquit Paulus, baptizabat baptismo pœnitentiæ populum dicens, vt in eum, qui vẽ

Materia huius baptismi fuit aqua.

• Habetur ex ser. 1. de Epip. to. 10

Baptismus Ioannis non erat sub aliqua forma verborum.

D. Hieron.

Hugo.
*Chry. ho. 10. in Ioã. ante mediũ to. 3.

Alexand.

*Homi. 7. in Euan. parũ ante me.
D. Thom.

vbi præmissa sanctitate Ioannis, subditur. Quòd exibãt ad eũ multi, & baptizabantur in Iordane.

¶ Respondeo dicendum, quòd conueniens fuit Ioannem baptizare, propter quatuor. Primò quidem, quia oportebat Christum à Ioanne baptizari, vt baptismum cõsecraret, vt Augustꝰ. dicit super Ioannem. Secundò, vt Christus manifestaretur. Vnde ipse Ioannes Baptista dicit Ioannis primo, vt manifestetur, scilicet Christus in Israël, propterea veni ego in aqua baptizãs: cõcurrentibus enim turbis ad baptismum, annuntiabat Christũ: quod quidem facilius sic factũ est, quàm si per singulos discurrisset, vt Chrysoꝰ. dicit super Ioan. Tertiò, vt suo baptismo assuefaceret homines ad baptismũ Chri. Vnde Gregoꝰ. dicit in quadam homil. quòd ideo Ioannes baptizauit, vt præcursionis suæ ordinẽ seruans, qui nasciturum dominũ nascendo præuenerat, baptizãdo quoque baptizaturũ dominum præueniret. Quartò, vt ad pœnitentiã homines inducẽs, homines præpararet ad dignè suscipiendũ baptismũ Christi. Vnde ibi turus esset post ipsum crederent. Sed profecto hic locus scripturæ parum fauet huic opinioni, quoniam ibi non dicit Paulus Ioannem vsum fuisse illa forma, sed quod inter baptizandum, vt ait Chrysostomus super Matth. homil. 4. prædicabat, vt crederẽt in eum, qui esset vẽturus. Nam tametsi in carne venerat, erat nihilominꝰ venturus ad baptizandum in Spiritu sancto. Prætereà probat, quòd non vsus fuerit ista forma. Eodem enim modo baptizauit Christum quo alios, Christum autem nõ est credibile baptizasse in nomine vẽturi, quãdoquidẽ eundem ipsum cognoscebat. Ad hæc, baptismus Ioannis fuit medius inter sacramenta veteris legis, & nouæ, cõueniebat enim cum sacramentis nouæ legis, & maximè cum baptismo Christi in materia, vel in expressa significantia, cum sacramentis verò veteris legis in insufficientia, quia non conferebat gratiam vt statim dicetur, cum ergo efficacia

D. Chrysoꝰ.

dẽ Beda dicit, quòd quãtum catechumenis nondũ baptizatis prodest doctrina fidei, tãtũ profuit baptisma Ioannis ante baptisma Christi. Quia sicut ille prædicabat pœnitentiã, & baptismum Christi prænuntiabat, & in cognitionem veritatis quæ mundo apparuit attrahebat: sic ministri Ecclesiæ primò erudiunt, pòst peccata eorũ redarguunt, demum in baptismo Christi remissionem peccatorum promittũt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd baptismus Ioannis nõ erat per se sacramentũ: sed quasi quoddam sacramentale disponens ad baptismũ Christi. Et ideo aliqualiter pertinebat ad legem Christi, non autem ad legem Moysi. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd Ioannes non solum fuit Propheta, sed plusquam Propheta, vt dicitur Matthæi. 11. fuit enim terminus legis & initium Euãgelij. Et ideo magis pertinebat ad eum, verbo & opere inducere homines ad legem Christi, quàm ad obseruantiam veteris legis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismata illa Pharisæorum erant inania, vtpote ad solã munditiã carnis

cia

cia sacramenti formæ attribuatur sicut in rebus naturalibus tota virtus & actio est à forma, potest probabiliter teneri, quod Ioannes non vtebatur aliqua forma verborum, quam

Durand. sententiam tenet Durandus in prædicta dist. quæst. 3. & Soto quæst. 2. ar. 1. cum tamen hæc quæstio sit de facto, de quo scriptura non loquitur,

*In cor. ar. vtraque opinio potest defensari sine fidei prejudicio. Sed si quæratur an baptismus Ioannis fuerit sacramē-

209 * 4. di. 2. q. 2. ar. 1. q. 3. Baptismus hic nō fuit sacramentum sed sacramētale. tum, respōdetur, quod non est sacramentum, sed sacramentale disponens & præparans ad baptismum Christi. Ita decernit D.

D. Thom. Thom. in hac quæstione articulo 1. ad 1. Et patet sic: nā baptismus Ioānis non est principuè institutus ad significandum, sed ad præparandum homines ad Christi baptisma, ergo nō fuit sacramentum. Deindè, baptismus Ioānis non fuit sacramentum veteris legis siquidem non erat cæremonia veteris legis, nec verò fuit sacramentum nouæ legis, quia in noua lege nullū est sacramētū, ordinata. Sed baptismus Ioannis ordinabatur ad munditiam spiritualem: inducebat enim homines ad pœnitentiam: vt dictum est*.

ARTICVLVS II.

Vtrùm baptismus Ioannis fuerit à Deo.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd baptismus Ioānis non fuerit à Deo. Nihil enim sacramentale, quod est à Deo, denominatur ab homine puro, sicut baptismus nouæ legis non dicitur Petri vel Pauli, sed Christi. Sed ille baptismus denominatur à Ioanne, secundum illud Matt. 21. Baptismus Ioannis vnde erat, è cælo an ex hominibus? Ergo baptismus Ioānis nō fuit à Deo. ¶ 2. Præterea, Omnis doctrina de nouo à Deo procedens, aliquibus signis confirmatur, vnde & Dominus Exod. 4. dedit Moysi potestatem signa faciendi. Et Hebr. 2. dicitur, Cùm fides nostra principium accepisset enarrari à Deo ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis & portentis. Sed de Ioanne Baptista dicitur Ioan. 10. Ioānes signum fecit nullum. Ergo videtur quòd baptismus quo baptizabat, non esset à Deo.

¶ 3. Præterea, Sacramenta quæ sunt diuinitùs instituta, aliquibus sacræ scripturæ præceptis continentur. Sed baptismus Ioannis non præcipitur aliquo præcepto sacræ scripturæ. Ergo videtur, quòd non fuerit à Deo.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan. 1. Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quē videris spiritū, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd in baptismo Ioannis duo possunt cōsiderari, scilicet ipse ritus baptizandi & effectus baptismi. Ritus quidem baptizandi nō fuit ex hominibus, sed à Deo qui familiari Spiritus sancti reuelatione Ioannem ad baptizandum misit. Effectus autem illius baptismi fuit ab homine: quia nihil in illo baptismo efficiebatur quod homo facere nō posset. Vnde nō fuit à solo Deo, nisi in quantum Deus in homine operatur.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd per baptismum nouæ legis homines interius per Spiritum sanctum baptizantur, quod facit solus Deus. Per baptismum autem Ioannis, solum corpus mundabatur aqua. Vnde nō cōferat gratiā, baptism⁹ aūt nō cōferebat gratiā. Vltimò, Deus solus sacramēta instituit, vt habet sana doctrina, ritū tamē illū baptizādi Ioānes instituit, quāuis ex instinctu Spiritus sancti, ergo sacramentū non erat. Pro huius rei declaratione sciēdum est, quod solus Deus qui est autor gratiæ instituit sacramentū, cæremonias verò & sacramentalia ad administrationē sacramentorum accōmoda instituit Ecclesia, qua de causa sacramenta sunt de iure diuino, sacramētalia verò sunt de iure pontificio, & ob id non est asserēdū, quod baptismus Ioannis fuerit de iure diuino, nisi in hoc sēsu, quia instituit illum ex instinctu Spiritus sancti. Secundò sciēdum est, quod versatur differentia inter Ecclesiam, & Ioānem Baptistā in institutione cæremoniæ sacramētalis, & Ecclesia vtitur speciali inspiratione in genere & quadā manutenentia ne in suis sanctionibus erret. Sed D. Ioānes habuit speciale reuelationem, & speciale præceptum diuinum vt

Baptismus hic quomodo fuerit ex Deo.

vt instituerет istum ritum baptizandi. Vnde
D. Tho. D. Thō. in. 4. d. 2. q. 2. art. 1. docet quod Ioannes instituit suum baptismum ex præcepto diuino. Ex hac doctrina facile paratur via ad aliud dubium, quod solet moueri, an baptismus Ioannis fuerit ex Deo an ex hominibus, nam si cō sideremus ritum baptizandi dicendum est, qđ ad id muneris missus est à Deo, sic em̄ ipse dicit Ioan. 1. qui misit me baptizare ille mihi dixit, &c. Si vero consideremus effectum certè fuit à Ioāne, nam nihil fuit in illo baptismo quod Ioānes nō potuerit præstare, nam nō cōferebat gratiā sed tātū abluebat corpora. Quod si iterū quærat, Vtrū baptismus Ioānis conferret gratiam & remissionē peccatorum; scire oportet ꝓ huius quęstionis elucidatiōe esse aliquos Doctores, qui dicunt nullā versari differētiā, quoad substātiam inter baptismū Christi & Ioannis, vtrobiq́ue remissionē peccatorū, & Spiritū sanctū cōferri asserētes. Hanc sentētiā habet expressē Prudentius in Hymno ieiunātium de Ioanne dicēs expresse quod lauacrum Ioannis remittebat peccata, & abluebat crimina. Idem videtur sentire D. Ambros. lib. de Spiritu sancto. c. 3. inquit enim illos qui rebaptizati sunt in Actis Apostolorū. c. 19. eo quod baptismate Ioannis essent baptizati tātum, nō fuisse rebaptizādos, si rectè baptismate Ioānis fuissent baptizati. Insuper addit Ioānem baptizasse in remissionem peccatorum. Hanc sententiā amplectitur Magister in. 4. d. 2. Sed his non obstātibus veritas fidei est, quod baptismus Ioannis nō conferebat gratiā, nec remissionē peccatorū, quod constat ex tribus locis sanctæ scripturæ. Prim⁹ est Matthei. 3. Ego baptizo in aqua in pœnitentiā, sed qui post mevēturus est ipse vos baptizabit in Spiritusancto, significās se nō baptizare in Spiritu sancto sine quo nō est remissio peccatorū. Secundus locus est Ioā. 1. Ego baptizo in aqua, sed ille qui misit me baptizare dixit mihi super quē dicitur Matth. 3. Ego baptizo vos in aqua, ille vos baptizabit in Spiritu sancto. Et ideo baptismus Ioannis denominatur ab ipso: quia scilicet nihil in eo agebatur quod ipse non ageret. Baptismus autem nouæ legis nō denominatur à ministro, qui principalem baptismi effectum non agit, scilicet interiorem emūdationē.

¶ Ad secundum dicendum, quòd tota doctrina & operatio Ioannis ordinabatur ad Christū, qui multitudine signorū, & suam & Ioannis doctrinam confirmauit. Si autē Ioannes signa fecisset, homines ex æquo Ioanni & Christo attendissent. Et ideo vt homines principaliter Christo intenderent, non est datum Ioanni, vt faceret signum: Iudæis tamen quærentibus quare baptizaret, confirmauit suum officium auctoritate scripturę, dicēs, Ego vox clamantis in deserto, &c. vt dicitur Ioan. 1. Ipsa etiam austeritas vitæ, eius officium cōmendabat, quia vt Chrysost*. dicit super Matth. mirabile erat, in humano corpore tantam patientiam videre.

*ho. 10. in Matth. ante mediū, to. 2.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd baptismus Ioannis non fuit ordinatus à Deo, nisi vt modico tępore duraret, propter causas prædictas†. Et ideo non fuit commēdatus aliquo præcepto communiter edito in sacra scriptura, sed familiari quadam reuelatione Spiritus sancti, vt dictum est*.

†In ar. 1. huius quæst.

*Ex artl. 1. huius quæst.

Articvlvs III.

Vtrùm in baptismo Ioannis, gratia daretur.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd in baptismo Ioannis gratia daretur. Dicitur enim Marci primo, Fuit Ioānes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorū. Sed pœnitentia & remissio peccatorū est per gratiā: Ergo baptismus Ioannis gratiam conferebat.

¶ 2. Præterea, Baptizandi à Ioanne confitebantur peccata sua, vt habetur Matt. 3. & Mar. 1. Sed cōfessio peccatorum ordinatur ad peccatorum remissionem, quæ fit per gratiā. Ergo in baptismo Ioannis, gratia conferebatur.

¶ 3. Præterea, Baptismus Ioannis, propinquior erat baptismo Christi, quàm circuncisio. Sed per circuncisionē remittebatur peccatum originale: quia, vt* Beda dicit, idem salutiferæ curationis auxilium circuncisio in lege contra originalis

210 4. di. 2. q. 2. ar. 1. q. 1. co.

Magister.

Baptismus hic nō conferebat gratiam.

Matth. 3.

Ioan. 1.

* Beda in ho. circūcisionis inter prin. & medium: Eam habes in homil. totius anni.

ſuper quem videris ſpiritum deſcẽdentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Tertius locus eſt Acto.19. vbi ex mandato Pauli baptizati ſolum baptiſmo Ioannis rurſus in nomine Chriſti ſunt baptizati. Ex hoc facto colligit D. Hieron. Hieronym. in lib. contra Luciferianos baptiſmum Ioannis fuiſſe imperfectũ, & remiſsionẽ peccatorum non contuliſſe. Idẽ D. Auguſt. docet D. Auguſt. in enchyridio. & referũtur eius verba de cõſecratione. d.4. ca. non regenerabantur. Idem D. Gregor. in homilia quadam exponẽs illud Matth.3. Ego baptizo vos in aqua. Sed & D. Ambroſi*, de hac re ſanã habet ſententiã, vt eſt videre in præfatione ſuper Pſal.37. rurſus in commenta. in Lucam ſuper illud. Ego vos aqua baptizo. Ex hac determinatione euidẽter ſequitur rebaptizandos fuiſſe baptiſmo Ioãnis baptizatos, ſi enim baptiſmus Ioannis non delebat peccata, neque erat in ſpiritu, vt docet fides catholica, ergo neceſſarius erat peccati vulnus agebat, quod nũc baptiſmus agere reuelatæ gratiæ tempore conſueuit. Ergo multo magis baptiſmus Ioannis remiſsionem peccatorũ operabatur, quod ſine gratia fieri non poteſt.

¶ Sed contra eſt, quod Matth.3. dicitur, Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. Quod exponens Greg*. in quadam Homil. dicit, Ioannes non in Spiritu, ſed in aqua baptizat, quia peccata ſoluere non valet. Sed gratia eſt à Spiritu ſancto, & per eam peccata tolluntur. Ergo baptiſmus Ioannis gratiam nõ conferebat.

Reſpondeo dicẽdum, quòd ſicut dictum eſt*, tota doctrina & operatio Ioannis præparatoria erat ad Chriſtum: ſicut miniſtri & inferioris artificis eſt præparare materiam ad formam, quam inducit principalis artifex. Gratia autem conferẽda erat hominibus per Chriſtum: ſecundum illud Ioan. primo, Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et ideo baptiſmus Ioannis gratiam non conferebat, ſed ſolùm ad gratiam præparabat tripliciter. Vno quidem modo per doctrinã Ioannis inducentem hominis ad fidem Chriſti. Alio modo aſſuefaciẽdo homines ad ritũ baptiſmi Chriſti. Tertio modo per pœnitentiam, præparando homines ad ſuſcipiendum effectũ baptiſmi Chriſti.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd in illis verbis (vt Beda dicit†) poteſt intelligi duplex baptiſmus. Vnus quidẽ, quem Ioannes baptizando conferebat, qui dicitur baptiſmus pœnitentię: quia ſcilicet ille baptiſmꝰ erat quoddam inductiuũ ad pœnitẽtiã: & quaſi quædã proteſtatio, qua profitebantur homines ſe pœnitentiam acturos. Alius autẽ eſt baptiſmus Chriſti, per quem peccata remittuntur, quem Ioãnes dare non poterat: ſed ſolum prædicabat, dicens, Ille vos baptizabit in Spiritu ſancto. Vel poteſt dici, quòd prædicabat baptiſmum pœnitentiæ, id eſt inducentem ad pœnitentiam: quæ quidẽ pœnitẽtia ducit homines in remiſsionem peccatorũ. Vel poteſt dici, quòd per baptiſmũ Chriſti (vt Hierony. dicit*) gratia datur, qua peccata gratis dimittuntur: quod autem conſummatur per ſponſum, initiatur per paranymphum, ſcilicet Ioannem. illis Chriſti baptiſmus, quia niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt videre regnum Dei; Sed licet baptiſmus Ioãnis non conferret gratiam multis de cauſis fuit conueniẽter inſtitutus. Primò, quia opus erat Chriſtum baptizari ab eo, vt baptiſmum cõſecraret. Secũdò, vt manifeſtaret Chriſtus: concurrẽtibus em̃ turbis ad baptiſmum, Ioãnes Baptiſta annũciabat Chriſtum. Quod quidem facilius ſic factum eſt, quã ſi per ſingulos diſcurriſſet. Tertiò, vt homines aſſuefaceret ad baptiſmum: cũ præcurſor eſſet. Quartò, vt homines induceret ad pœnitẽtiam: & ſic dignè baptiſmũ Chriſti ſuſciperẽt. Et quia Ioannes nõ ſolum fuit propheta, ſed pluſquam prophe ta, vt dicitur Matth.11. fuit cm̃ terminus legis, & initiũ Euãgelij, ideo magis pertinebat ad eũ verbo & opere inducere homines ad legem Chriſti, quam ad obſeruãtiã legis. ¶ Ad argumẽta reſpõdetur. Ad primum iam patet, quid dicendum ſit ex noſtris

Quare inſtitutus fuit baptiſmus hic.

† Super illud Mar.1. Fuit Ioannes in deſerto baptizans: Eſt c. 3. ſecũdum ordinem Bedæ.

Matth. 11.

* Super illud Mar. 1. Prædicans baptiſ. pœnit. to. 9.

Ad argumẽta.

Ad primũ

Ad secũdũ. nostris annotationibus. ¶ Ad secundum similiter patet, negandum enim est baptismum Ioannis habuisse formam præscriptam.

Ad tertium ¶ Ad tertium negandum est antecedens, & ad primam probationem respondetur, quod Ioannes baptizabat in remissionem peccatorum futuram in Christi baptismate. Sic explicat Gregorius. Grego. homilia. 20. in Euange. Item Beda. Beda. Secunda explicatio est, quod baptizabat in remissionẽ peccatorum, quoniã per illã cæremoniã præparabat vt susciperẽt Christum, & agerẽt suorũ peccatorum pœnitentiã. ¶ Ad secundã probationem, in qua dicit, qđ qui baptizabãtur cõfitebantur peccata sua, variæ sunt expositiones Patrũ. Caietanus. Caietanus dicit, quod non confitebantur vocaliter, sed eo ipso qđ baptizabãtur cõfitebantur esse peccatores. Abulensis. Abulensis dicit nõ esse accipiẽdũ, quasi explicauerint & apertè detexerint sua peccata D. Ioãni, sed quod in genere confitebãtur agnoscentes se esse peccatores. Verũ

Vnde dicitur, quòd baptizabat & prædicabat baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: non ideo quia hoc ipse perficeret, sed quia præparando ad hoc homines disponebat. ¶ Ad secũdum dicendũ, quòd illa cõfessio peccatorum non fiebat ad remissionẽ peccatorũ statim per baptismum Ioannis exhibẽdam, sed consequendam per pœnitentiam consequentem, & per baptismum Christi, ad quem pœnitentia illa præparabat. ¶ Ad tertium dicendum, quòd circuncisio instituta erat ad remediũ originalis peccati. Sed baptismus Ioannis ad hoc non erat institutus, sed solum erat præparatorius ad baptismum Christi: vt dictum est*. Sacramenta autem ex vi institutionis, suum habent effectum.

* In cor. & art. 1. huius quæst.

Articvlvs iiii.

Vtrùm alij præter Christum, baptismo Ioannis baptizari debuerint.

AD quartũ sic proceditur. Videtur, quòd baptismo Ioannis solus Christus debuerit baptizari. Quia sicut dictum est*, ad hoc Ioannes baptizauit, vt Christus baptizaretur: sicut Augustinus† dicit super Ioannem. Sed quod est prius Christo, non debet alijs cõuenire. Ergo nulli alij debuerũt illo baptismo baptizari. ¶ 2. Præterea, Quicunque baptizatur, aut accipit aliquid à baptismo, aut baptismo aliquid confert. Sed à baptismo Ioannis nullus aliquid accipere poterat (quia in eo gratia nõ conferebatur, vt dictũ est*) nec aliquis baptismo aliquid cõferre poterat, nisi Christus, qui tactu mundissimæ suæ carnis aquas sanctificauit. Ergo videtur, quòd solus Christus baptismo Ioannis debuerit baptizari. ¶ 3. Præterea, Si alij illo baptismo baptizabantur, hoc non erat nisi vt præpararẽtur ad baptismum Christi: & sic cõueniens videbatur, q̃ sicut baptismus Christi omnibus confertur, & magnis & paruis, & Gentilibus & Iudæis, ita etiã & baptismus Ioannis cõferretur. Sed non legitur quòd ab eo pueri baptizarentur, nec etiam Gentiles: dicitur enim Mar. 1. quòd egrediebantur ad illum Israelitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo. Ergo videtur, quòd solus Christus à Ioanne debuerit baptizari. ¶ Sed contra est, quod dicitur Lucæ. 3. Factũ est, cùm baptizaretur omnis populus, cum non sit idem agnoscere se peccatorem, & cõfiteri peccata sua, rectè intelligimus eos sua peccata saltem maiora indicasse, & confessos esse eos Diuo Ioãni, sicut & Actor. 19. multi credentium dicũtur venisse ad Paulum confitentes, & annunciantes actus suos. Neque mirũ videri debet, qđ confessionem fecerint peccatorũ suorum, cum ea tamen à Ioanne non exigeret. Qui enim verè pœnitet suorum peccatorum, quiq; tenetur desiderio remissionis eorundem, nihil cũctatur, nihil veretur ea exponere ei per quẽ sperat se optatã consequi posse vel considerationem, vel remissionẽ, non minus quam ægrotus morbum suũ detegere ei, à quo se sperat obtinere posse desideratam salutem. Deinde, vt sic facerẽt, consuetæ etiã veteris legis cæremoniæ effecerunt. Secundum enim legem præter cõfessionẽ Deo factam, quæ semper necessaria fuit, etiã cõfessio quædã publica fiebat in publica pœnitentia. Hæc autẽ erat duplex. Vna, quæ

Actor. 19.

* ar. præc.

† Tract. 13. in Ioan. inter princi. & mediũ, to. 9.

Confessio publica duplex.

quæ pro totius populi delictis agebatur, vt ea quæ quotannis agebatur in die expiationis, hoc est, decima die mensis septimi. In hac ergo, vt scribitur Leuit. 16. Sacerdos super hircum emissarium confitebatur omnes iniquitates filiorum Israel, vniuersaque delicta & peccata eorum, præcipua scilicet, & quę ad totam pertinerēt cōmunitatem. Alia autem erat publica pœnitentia, quam priuata persona pro ꝓprio aliquo peccato debebat, etiā cum cōfessione peccati sacerdoti facta, agere, quę præcipitur Leuit. 5. his verbis: Anima, quæ iurauerit, & protulerit labijs suis, vt vel malè quid faceret, vel benè, & non fecerit, & id ipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitaq; postea intellexerit delictum suū, agat pœnitētiā pro peccato, &c. Vbi pro eo, quod nos habem', agat pœnitentiam pro peccato; littera Cyrilli sic habet; pronunciet peccatum quod peccauit. Cui consonat Hebræa veritas quę sic habet: & confiteatur quod peccauit. Huic confine est quod Numer. 5. legitur in hunc modum: Vir siue mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint confitebūtur peccatum suum. Nec dubiū videtur esse posse, quin id sacerdoti facere præcipiantur, cum de ipso totum caput loquatur, eique Deus iubeat offerre pro peccato. De qua confessione sacerdoti aut homini bono, qui sua oratione posit opē ferre, omnino videtur loqui Ecclesiasticus capitulo. 4. dicens; Non cōfundaris confiteri peccata tua, & ne subijcias te omni homini ꝓ peccato. A confessione enim Deo facienda non reuocat pudor, sed ab ea quæ homini fit. Hæc autem cōfessio, siue quæ fiebat secundum legem sacerdoti, siue quæ fiebat à pœnitentibus Ioannis non fuit sacramētalis, sicut nostræ cōfessiōis ritus, sed eius quidem typus, & præparatio ad eam, sicut veteris pœnitentiæ, quæ pueris non conuenit, ideo baptismo illo pueri non baptizabantur. Conferre autem Gentibus viam salutis, soli Christo reseruabatur, qui est expectatio Gentium, vt dicitur Genes. penult. Sed & ipse Christus Apostolis inhibuit Gentilibus Euangelium prædicare, ante passionem & resurrectionem: vnde multò minus conueniebat per Ioānem Gentiles ad baptismum admitti.

Numer. 5.

Ecclesi. 4.

212 4. dist. 2. q. 2. ar. 1. q. 3. 1. & q. 4. per totum.

*tract. 4. in Ioā. à med. & tract. 5. inter prin. & mediū, to. 9.

Leuiti. 5.

†Ar. 1. & 3. huius q.

*Art. 1. huius quæst.

Cyrillus.

ARTICVLVS V.

Vtrùm baptismus Ioannis debuerit cessare Christo baptizato.

AD quintū sic proceditur. Videtur, quòd baptismus Ioannis cessare debuerit, postquā Christus fuit baptizatus. Dicitur em̄ Ioā. 1. Vt manifestetur in Israel, propterea veni in aqua baptizans. Sed Christo baptizato sufficienter fuit manifestatus, tum per testimonium Ioānis, tum per descēsum columbæ, tum etiam testimonio paternæ vocis. Ergo videtur, ꝙ non debuerit postea baptismus Ioannis durare. ¶ 2. Præterea, Augustꝰ. dicit super Ioan. Baptizatus est Christus, & cessauit Ioannis baptismus. Ergo videtur, quòd Ioānes

*tract. 4. in Ioan. inter med. & fin. tomo. 9.

Ad primum ergo dicendum, quòd non propter hoc solum fuit Ioannis baptismus institutus, vt Christus baptizaretur, sed etiā propter alias causas, vt dictum est*. Et tamen si ad hoc solum esset institutus, vt Christus eo baptizaretur, oportebat prædictum inconueniens vitari, alijs hoc baptismo baptizatis. ¶ Ad secūdum dicendū, quòd alij qui ad baptismū Ioannis accedebant, non poterant quidem baptismo aliquid conferre, nec tamen à baptismo gratiam accipiebant, sed solum pœnitētiæ signum. ¶ Ad tertium dicēdum, quòd quia ille baptismus erat

teris legis, & Ioannis lotiones, præparatoriæ erant ad verum & efficacem Christi baptismum. ¶ Ad quartum argumentum iam dictum est & explicatum, quemadmodum baptismus Ioannis partim fuerit à Deo, partimque ab ipso Ioanne. ¶ Ad quintum respondetur, qđ illa sententia quæ asserit baptismum Ioannis fuisse sacramentũ eo modo, quo fuerũt sacramẽta veteris legis, non est absona neque absurda. Sed opposita sententia nobis magis probatur, quã docet hîc Diuus Thomas articu. 1. ad primum.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

*super 3. ca Luc. super illa verba, Factum est autẽ. & gloſor. super illa verba Luc. 3. Et Iesu baptizato.

¶ Sed antequã hinc discedamus operępretium est nonnullas differẽtias inter baptismum Christi & Ioannis designare. Diuus Basilius in tractatu de baptismo hanc ponit differentiam inter baptismum Mosis, & Ioannis, & Christi, sic dicens; Baptisma per Mosem traditum primum quidem agnoscebat differentiam peccatorum: nõ enim omnia peccata gratiam habebant remissionis: deinde diuersas hostias requirebat: exactè tractabat de purificatione, segregans vsque ad tempus eum qui in impuritate esset ac macula: obseruat dies, & certa tempora: & tunc baptisma à quibus accipiebatur tanquam signaculum erat eorum purificationis. Ioannis verò baptisma multipliciter amplius habebat. Nam nullã faciebat differẽtiam peccatorum: neque diuersitatẽ quęrebat hostiarum: non exactam faciebat tractationem purificationis: non obseruationẽ habebat dierũ, aut temporũ, & nulla in re mora vlla fiebat in gratia Dei, & Christi eius: sed simul accedebat quis confitens peccata, quæcumque & qualiacúque essent, & baptizabatur in Iordane flumine, & mox accipiebat remissionem peccatorum. At Christi baptisma rationem habebat quouis humano baptismate maiorẽ, & celsiorẽ gloriam, quàm quis expetere, aut optare posset, & eminẽtiorem gratiam, maioremque vim quàm quantũ adhuc permanebat vmbra veteris legis: nec debuit præcursor cessare, donec veritas manifestaretur.

D. Basilius.

*Ho. 28. in Ioan. non multum remotè à princ. to. 3.

Differẽtiæ baptismi Ioannis & Christi.

Ad primum ergo dicendum, quòd nondum Christus erat plenè manifestatus eo baptizato: & ideo adhuc necessarium erat quòd Ioannes baptizaret. ¶ Ad secundum dicendum, quòd baptizato Christo cessauit baptismus Ioannis: non tamen statim, sed eo incarcerato. Vnde Chrysostomus* dicit super Ioannẽ, Aestimo propter hoc permissam esse mortem Ioannis, & eo sublato de medio, Christum maximè prædicare cœpisse, vt omnis multitudinis affectio ad Christum transiret, & non vltrà his, quæ de vtroque erant, sententijs scinderetur. ¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus Ioannis præparatorius erat, non solum ad hoc quòd Christus baptizaretur, sed etiã ad hoc quòd alij ad Christi baptismũ accederent. Quod nõdum fuit impletum Christo baptizato.

*Habetur in glo. ord. super 3. c. Ioan. super illa verba, Erat autem & Ioan.

Articvlvs VI.

Vtrùm baptizati baptismo Ioannis, essent postea baptismo Christi baptizãdi.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd post Christũ baptizatũ, non debuerit baptizare. ¶ 3. Præterea, Baptismus Ioannis erat præparatorius ad baptismum Christi. Sed baptismus Christi incepit statim Christo baptizato: quia tactu suæ mundissimæ carnis vim regenerativam contulit aquis, vt Beda dicit*. Ergo videtur, quòd baptismus Ioannis cessauerit Christo baptizato. ¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan. 3. quòd venit Iesus in Iudæam terram, & baptizabat, erat autem & Ioannes baptizans. Sed Christus non baptizauit nisi postquam fuit baptizat⁹. Ergo videtur, quòd postquam Christus fuit baptizatus, adhuc Ioannes baptizabat.

Respondeo dicẽdum, quòd baptismus Ioannis cessare non debuit Christo baptizato. Primò quidem: quia (vt Chrysostomus* dicit) si cessasset Ioã nes baptizare Christo baptizato, existimaretur ꝙ zelo vel ira hoc faceret. Secundò: quia si cessasset à baptizando, Christo baptizante, discipulos suos in maiorem zelum immisisset. Tertiò, quia persistens in baptizãdo, suos auditores mittebat ad Christũ. ¶ Quartò, quia (vt Beda* dicit)

213 Infr. q. 66. art. 9. 2. Et 4. dist. 2 q 2. art. 4.

sol reliquis syderibus antecedit. Præterea sunt aliæ differentiæ, nam Ioannis baptisma peculiariter dicitur baptisma pœnitentiæ, quod potissimũ ad pœnitẽtiam inuitaret, & in testimoniũ pœnitẽtię daretur maximè. Christi verò baptisma rectè dicitur baptisma fidei, quod hic præcipuè sit signum fidei in Christũ. Vterque enim baptism⁹ ab eo, quod in ipso præcipuũ est nominat. Ita ad distinctionem, Ioannis baptisma, dicitur baptisma aquæ: Christi vero baptisma gratiæ vel spiritus. Et illud quidem dicitur Ioannis, quãuis à Deo esset, & non ex hominib⁹, tum quia Ioãnes prim⁹ erat qui eo baptizauit, tũ quia nihil ibi gereretur quod nó ageret homo. Baptisma verò gratiæ & spiritus nó dicitur eius qui baptizat, sed Christi, quòd ipse sit qui potissimum in ipso inuisibiliter operatur per visibile hominis ministerium, quodque Christus baptismũ hũc primus instituerit.

quòd baptizati baptismo Ioannis, non fuerint baptizandi baptismo Christi. Ioannes enim nó fuit minor Apostolis: cùm de eo scriptũ sit Matth. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Sed illi qui baptizabantur ab Apostolis, non iterum baptizabantur, sed solummodo addebatur eis impositio manuum. Dicitur enim Actor. 8. quòd aliqui baptizati tantũ erant à Philippo in nomine Domini Iesu: tunc Apostoli, scilicet Petrus & Ioannes, imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Ergo videtur, quòd baptizati à Ioanne, non debuerint baptizari baptismo Christi. ¶ 2. Præterea, Apostoli fuerunt baptizati baptismo Ioannis: fuerunt enim quidam eorum discipuli Ioannis, vt patet Ioan. 1. Sed Apostoli nó vidẽtur esse baptizati baptismo Christi: dicitur enim Ioan. 4. quòd Iesus non baptizabat, sed discipuli eius. Ergo videtur, quòd baptizati baptismo Ioãnis, nó erãt baptizandi baptismo Christi. ¶ 3. Præterea, Minor est qui baptizatur, quàm qui baptizat. Sed ipse Ioannes non legitur baptizatus baptismo Christi. Ergo multò minus illi qui à Ioanne baptizabantur, indigebant baptismo Christi. ¶ 4. Præterea, Actor. 19. dicitur, quòd Paulus inuenit quosdam de discipulis, dixitque ad eos, Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus. Ille verò ait, In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, In Ioannis baptismate. Et sequitur quòd baptizati sunt iterum in nomine Domini nostri Iesu Christi. Sic ergo videtur, quòd quia esse Spiritum sanctum nesciebant, oportuit eos iterum baptizari: sicut Hieronymus* dicit super Ioelem, & in epistola de viro vnius vxoris, & Ambros.† in libro de Spiritu sancto. Sed quidam fuerunt baptizati baptismo Ioannis, qui habebant plenam notitiam Trinitatis. Ergo non erant baptizãdi iterum baptismo Christi. ¶ 5. Præterea, Romanor. 10. super illud, Hoc est Verbum fidei, quod prædicamus, dicit glos. August*. Vnde est ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente Verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Ex quo patet, quòd virtus baptismi dependet ex fide. Sed forma baptismi Ioannis significauit fidem Christi, in qua nos baptizamur: dicit enim Paulus Actuum. 19. Ioannes baptizabat baptismo pœnitentiæ populum, dicens, In eum qui venturus est post ipsum, vt crederent, hoc est in Iesum. Ergo videtur, quòd non oportebat baptizatos baptismo Ioãnis, iterum baptizari baptismo Christi. ¶ Sed contra est, quod Augustꝰ. dicit super Ioan. Qui baptizati sunt baptismate Ioannis, oportebat vt baptizarentur baptismate Christi.

cap. 2. Ioel. non multũ remote à fin. to. 6.
† Amb. li. 1. cap. 3. circa princ. to. 2.
Est gloss. Aug. tract. 80. in Ioã. à medio illius, to. 9.
Tract. 5. in Ioan. inter princip. & med. to. 9.

Respondeo dicendum, quòd secundum opinionem Magistri in 2. dist. 4. Sent*. illi, qui baptizati sunt à Ioanne, nescientes Spiritum sanctum, esse ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi. Illi verò qui spem non posuerunt in baptismo

Lib. 4. d. 1. parag. vlti.

ptiſmo Ioannis, & Patrem & Filium & Spiritum ſanctum credebant, non fuerunt poſtea baptizati, ſed impoſitione manuum ab Apoſtolis ſuper eos facta, Spiritum ſanctum receperunt. Et hoc quidem verum eſt, quantum ad primam partem, quod multis auctoritatibus confirmatur. ¶ Sed quantum ad ſecundam partem eſt penitus irrationabile quod dicitur. Primò quidem: quia baptiſmus Ioannis neque gratiam conferebat, neque characterem imprimebat, ſed erat ſolum in aqua, vt ipſemet dicit Matth. 3. Vnde baptizatis fides vel ſpes, quam habebant in Chriſtum, non poterat hunc defectum ſupplere. ¶ Secundò: quia quando in ſacramẽto omittitur, quod eſt de neceſsitate ſacramenti, non ſolum oportet ſuppleri, quod fuerat omiſſum, ſed oportet totaliter innouari. Eſt autem de neceſsitate baptiſmi Chriſti, quòd fiat non ſolum in aqua, ſed etiam in Spiritu ſancto: ſecundum illud Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Vnde illis qui tantum in aqua baptizati erant baptiſmo Ioannis, non ſolum erat ſupplendum quod deerat (vt ſcilicet daretur eis Spiritus ſanctus per impoſitionem manuum) ſed erant iteratò totaliter baptizandi in aqua & Spiritu.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut Auguſtinus* dicit ſuper Ioannem ideo poſt Ioannem baptizatum eſt: quia non dabat baptiſmum Chriſti, ſed ſuum: quod autem dabatur à Petro, & ſi quod datum eſt à Iuda, Chriſti erat. Et ideo ſi quos baptizauit Iudas, non ſunt iterum baptizandi: baptiſma enim tale eſt, qualis eſt ille, in cuius poteſtate datur, non qualis ille, cuius miniſterio datur. Et inde eſt etiam quòd baptizati à Philippo diacono, qui baptiſmum Chriſti dabat, non ſunt iterum baptizati: ſed acceperunt manus impoſitionem per Apoſtolos: ſicut baptizati per ſacerdotes, confirmantur per Epiſcopos. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut Auguſtinus* dicit ad Seleucianum, Intelligimus diſcipulos Chriſti fuiſſe baptizatos, ſiue baptiſmo Ioannis, (ſicut nonnulli arbitrantur) ſiue, quod magis credibile eſt, baptiſmo Chriſti; neque enim miniſterio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos ſeruos, per quos cæteros baptizaret, qui non defuit memorabilis illius humilitatis miniſterio, quando eis pedes lauit. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut Chryſoſtomus* dicit ſuper Matthæum per hoc quod Chriſtus Ioanni dicenti, Ego à te debeo baptizari, reſpondit, Sine modò: oſtenditur, quòd poſtea Chriſtus baptizauit Ioannem. Et hoc dicit in quibuſdam libris apocryphis manifeſtè ſcriptum eſſe. Certum tamen eſt, vt Hieronymus* dicit ſuper Matthæum, quòd ſicut Chriſtus fuit baptizatus in aqua à Ioanne, ita Ioannes à Chriſto erat in Spiritu baptizandus. ¶ Ad quartum dicendum, quòd non eſt tota cauſa quare illi fuerunt baptizati poſt baptiſmum Ioannis, quia Spiritum ſanctum non cognouerant, ſed quia non erant baptiſmo Chriſti baptizati. ¶ Ad quintum dicendum, quòd ſicut dicit Auguſtinus contra Fauſtum*, Sacramenta noſtra ſunt ſigna præſentis gratiæ: ſacramenta verò veteris legis fuerunt ſigna gratiæ futuræ. Vnde ex hoc ipſo, quòd Ioannes baptizauit in nomine venturi, datur intelligi, quòd non dabat baptiſmum Chriſti, qui eſt ſacramentum nouæ legis.

Epiſt. 108. à med. præcipuè, to. 2.

Homi 4. in Matth. in opere imperfecto, ſuper illud: Sine modò, tom. 2.

Matt 3. ſuper illud: Sine modò, tom. 9.

Lib. 19. ca. 13. tom. 6.

Tract. 5. in Ioan. inter prin. & medium, to. 9.

IN hac baptizatione Christi quatuor mirabilia sunt à nobis diligenter explicanda, primum cur Christus baptizatus fuerit. Secundum quod aperti sunt cœli, & quomodo. Tertium, quòd columba visa; Quartum, quod vox de cœlis audita.

Quare Christus baptizatus fuerit.

¶ Quãtum ad primum sciendũ est, quod Christus varijs ex causis fuit baptizatus. Diuꝰ Thomas duas præcipuas causas commemorat in articulo primo. Prima, vt mundaret aquas, & illas tactu carnis suę sanctificaret, vt vim baptismatis haberent posteris relinquendam. Secunda, baptizatus est Christus, vt totum veteranum Adã aquæ immergeret. Quamuis enim pro se baptismate non egeret, quia tamen similitudinẽ carnis peccati suscepit, baptizari voluit. Atque sic primꝰ fecit, quod omnibus faciendum imperauit. Vt prima causa diligentius exponatur, quæritur,

Vtrũ Christus cõtulerit aliquam vim sanctificatiuam aquis.

Vtrùm dominus contactu suæ mundissimæ carnis contulerit aliquam virtutem aquis ad

214 4.di.2.q.2. art.3.qõ.1. Et q.3.arti. 2.qõ.1.cor. Et Matt. 3. col.12. op. 60.c.9.

QVAESTIO XXXIX.

De Baptizatione Christi, in octo articulos diuisa.

¶ De qua Doctores Matth. 3. capite.

DEinde considerandũ est, de baptizatione Christi. ¶ Et circa hoc quærũtur octo. ¶ Primo, vtrũ debuerit baptizari. ¶ Secundo, vtrùm debuerit baptizari baptismo Ioannis. ¶ Tertio, de tempore baptismi. ¶ Quarto, de loco. ¶ Quinto, de hoc qꝺ ei sunt cæli aperti. ¶ Sexto, de Spiritu sancto apparente in specie columbæ. ¶ Septimo, vtrùm illa columba fuerit verum animal. ¶ Octauo, de voce paterni testimonij.

ARTICVLVS I.

Vtrùm fuerit cõueniens Christum baptizari.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit conueniens Christum baptizari. Baptizari eñ est ablui. Sed Christo non conuenit ablui, in quo nulla fuit impuritas. Ergo videtur, qꝺ Christũ non decuerit baptizari. ¶ 2. Præterea, Christus circuncisionem suscepit, vt impleret legem. Sed baptismus nõ pertinebat ad legẽ. Ergo nõ debebat baptizari. ¶ 3. Præterea, Primum

regenerandum & sanctificandum homines. A parte negatiua sic arguitur; Nam virtus sanctificatiua & productiua sanctitatis debet esse spiritualis, sed virtus spiritualis non potest esse in corpore, nam quicquid recipitur ab aliquo est in eo per modũ recipiẽtis, ergo in aqua nõ est aliqua virtus ad sanctificandũ homines. Primũ arg.

moues in quolibet genere, est immobile secundũ illum motũ: sicut cælum quod est primũ alterans, non est alterabile. Sed Christus est primũ baptizans secundũ illud Ioã. 1. Super quem videris Spiritum descendẽtem & manentem, hic est qui baptizat. Ergo ipsum non decuit baptizari. ¶ Sed contra est, quod dicitur Matthæi. 3. quòd venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.

Respondeo dicẽdum, quòd cõueniẽs fuit Christũ baptizari. Primò quidem: quia vt Ambro*. dicit super Luc. Baptizatus est Dominus, nõ mundari volens, sed mundare aquas, vt ablutæ per carnem Christi, quæ peccatũ non cognouit, baptismatis vim haberent. & vt sanctificatas aquas relinqueret postmodũ baptizandis, sicut Chrysost. dicit super Matth. Secundò, quia sicut Chrysost. dicit super Matth. quamuis ipse non esset peccator, tamẽ naturã susceperit peccatricẽ, & similitudinẽ carnis peccati. propterea etsi pro se baptismate non indigebat, tamen in alijs, carnalis natura opus habebat. Et sicut Greg*. Nazian. dicit, Baptizatus

Secundum.

* Lib. 2. in Luc. ca. vlt. in princ. to. 5.

¶ Tertiò, si aliquam virtutem inhærentem dedisset aquis, cũ hæc non sit naturalis sed supernaturalis, sequitur quòd à Deo sit per creationẽ, qꝺ videtur esse falsum, nam Christus contactu suæ carnis hanc virtutem contulit aquis, at Christus contactu suæ carnis creare non potest. ¶ Vltimò, si aquis impressit istã virtutem, percõtor quæ sit ista

Tertium.

† Hom. 4. in opere imperfecto, nouæ inter à prin. to. 2.

Vltimum.

* In orat. in Epipha Lumina, à medio, tom. 5.

ista virtus? corporalis an spiritualis; habitus an dispositio? potentia an impotentia? forma vel figura? Certè nulla istarum. In cõtrarium est, quod dicit Augustinus tracta. 80. in Ioãnem. Vnde tanta vis aquæ vt corpus tangat & corabluat? & in quodam sermone de Epiphania, sic scribit: Nec mirũ, quod aquam hoc est substãtiam corporalem ad purificandam animam dicimus peruenire: peruenit plane, & penetrat conscientiæ vniuersa latibula: quanuis enim ipsa sit subtilis & tenuis, benedictione tamen Christi facta subtilior, occultas vitæ causas ad secreta mentis subtili rore pertransit. Beda etiã in homilia super illud Matth. 3. Venit Iesus à Galilæa in Iordanem dicit, quòd Christ⁹ tactu mũdissimæ carnis suę vim regenerationem cõtulit aquis. ¶ Præterea, non minus potest secũdus Adam, scilicet Christus quam primus Adam sicut dicit Romanorũ. 5. sed primus Adam potuit transfundere iustitiam originalem per virtutem seminis, ergo secundus Adam potuit dare virtutem aquis ad conferendum sanctitatem, his qui in Christo baptizantur. ¶ Vltimo, in semine hominis post peccatum est virtus quædam ad causandum peccatum originale, quod per originem traducitur qđ nunc statuo pro certo ex materia de peccato originali, ergo in substãtia corporali potest esse virt⁹ ad sanctificandũ homines. ¶ Ad explicationẽ huius dubij sciendum est, quod quidam Doctores tenent non solum de aqua, sed etiã de vniuersis sacramentis, qđ nullam habet virtutem operandi in animam, sed solum extra, diuina tamẽ virtus concomitãs causat gratiam & sanctitatem in anima. Sed ista sententia iam est explosa ab scholis auctoritate Concilij Florentini, & Tridentini in quibus cõcilijs apertè diffinitur, quod sacramẽta nouæ legis propriè & verè causant gratiam, & ideo dicendum est quod aqua baptismi & cætera sacramenta nouæ legis habent

Primũ arg. in oppositum.

D. August.

*Libr. 2. in Luc. ca. vlt. à med. to. 5

*In corp.

Beda.

Secundum

215

Roma. 5.

Vltimum.

*Ho. 12. in Matth. non longè à medio, tom. 2.

Explicatio quæstionis sententia quorũdam falsa.

*Trac. 13. in Ioan. ali quantulum à prin. to. 9

Christo nõ cõuenit, quia nullum habuit peccatũ. Ergo videtur, quòd non debuerit baptizari baptismo Ioãnis. ¶ 2. Præterea Baptismus Ioannis, sicut dicit Chrysost*. medium fuit inter baptismũ Iudæorum & Christi baptismum. Sed medium sapit naturam extremorũ. Cùm ergo Christus non fuerit baptizatus baptismate legali, nec etiam baptismate suo; videtur, ꝙ pari ratione baptismate Ioannis baptizari nõ debuerit. ¶ 3. Præterea, Omne quod in rebus humanis est optimũ, debet attribui Christo. Sed baptismus Ioannis nõ tenet supremum locũ inter baptismata. Ergo non cõuenit Christũ baptizari baptismo Ioannis. ¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 3. quòd venit Iesus in Iordanẽ, vt baptizaretur à Ioanne.

Respondeo dicẽdum, quòd sicut dicit Aug*. super Ioan. baptizatus Dominus baptizabat, nõ eo baptismate, quo baptizatus est. Vnde cùm ipse baptizaret, baptismo proprio, cõsequens est, quòd non fuerit baptizatus suo baptismate, sed baptismate Ioannis. Et hoc fuit cõueniens, primò quidem propter conditionem ba-

ARTICVLVS II.

Vtrùm Christus baptismo Ioãnis debuerit baptizari.

AD secundũ sic proceditur. Videtur, ꝙ Christus non debuerit baptizari baptismo Ioannis. Baptismus enim Ioannis fuit baptismus pœnitentiæ. Sed pœnitentia

habent virtutem instrumentariam purificandi animam & ad alios effectus ad quos diuinitus ordinantur, quod conuinco isto argumento. Nam aqua baptismi est causa instrumentalis gratiæ & sanctitatis vt nunc statuo pro certo ex sana doctrina fidei, ergo necessum est dicere quod in aqua baptismi sit aliqua virtus instrumentalis ad causandam gratiam. ¶ Sed quæ nã sit ista virtus variè in infinitum explicant Doctores Theologi, Palude in 4. distinctione prima docet, qđ hæc virtus sit corporalis. Caiet. in eadem distin. affirmat, quod sit spiritualis. Caietanus in ſra quæstione sexagesimasecunda, arti. 4. hanc rem explicat eleganter. ¶ Pro quo obseruandum est, quod duplex est virtus agentis, altera principalis, altera instrumentalis, & virtus instrumentalis proportionat instrumẽto: vnde comparatur ad virtutem absolutam & principalem alicuius rei, sicut cõparatur instrumẽtum ad agens principale, instrumentum enim, vt planè constat non operatur nisi in quantum est motum à principali agente, quod per se operatur, & ideo virtus principalis agentis habet esse germanum & perfectum in natura, virtus autem instrumẽtalis habet esse transiens, & incompletum sicut motus est actus imperfectus ab agente in patiens. ¶ Secundo obseruandum est, quod motus instrumenti est duplex, simplex & artificiosus, simplex ille est ad quem ex parte mouentis sufficit potentia motiua & qui ducit ad naturalem effectum ipsius instrumenti, artificiosus ille est, qui ex parte mouentis vltra potentiam motiuam exigit arte vel aliquid proportionabile arti & ducit ad effectum principalis agentis putà artis vel alicuius proportionabiliter se habentis. Exẽplum vtriusque inuenitur in cythara, cuius fides si moueantur à non musico sonabunt tantum, si vero moueãtur à musico efficiẽt nó solũ sonũ, sed sonum

Motio instrumenti duplex.

216 4. dist. 4. q. 3. art. 1. qõ. 2. 1. & dist. 44. in princip. expositionis literæ.

*q. 34. ar. 4 †Hom. 3. & 4. in opere imper. tomo. 2.

*Beda Marci 1. circa princ. ca 4. tom. 2.

†Naziã. in ora. epiph. lumina, à medio.

Palude.

Capreolus.

*Art. præc. Caietanus.

Virtus agẽtis duplex.

†libr. 2. in Luc ca. vlt. à med. to. 5

ptismi Ioannis, qui non baptizauit in Spiritu, sed solum in aqua: Christus autẽ spirituali baptismate non indigebat, qui à principio suę conceptionis gratia Spiritus sancti repletus fuit, vt patet ex dictis*, & hæc est ratio Chrysosto. †Secundò, vt Beda* dicit, baptizatus est baptismo Ioannis, vt baptismo suo baptismũ Ioannis cõprobaret. Tertiò, sicut Greg†. Nazian. dicit, Accedit Christus ad baptismũ Ioannis, sanctificaturus baptismum.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd sicut suprà dictum est*, Christus baptizari voluit, vt nos suo exẽplo induceret ad baptismũ. Et ideo ad hoc, quòd esset efficacior eius inductio, voluit baptizari baptismo, quo manifestè non indigebat, vt homines ad baptismũ accederent, quo indigebant. Vnde Ambros†. dicit super Luc. Nemo refugiat lauacrum gratiæ, quãdo Christus lauacrum pœnitẽtiæ non refugit. ¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus Iudæorum in lege præceptus, erat solùm figuralis: baptismus autẽ Ioãnis aliqualiter erat realis, in quantum inducebat homines ad abstinendũ à peccatis: baptismus autem Christi habet efficaciam mundandi à peccato, & gratiam conferendi. Christus autẽ neque indigebat percipere remissionem peccatorũ, quæ in eo non erant: neque recipere gratiã, qua plenus erat: similiter etiã cùm ipse sit veritas, non competebat ei id, quod in sola figura gerebatur. Et ideo magis congruum fuit, quòd baptizaretur baptismo medio, quàm aliquo extremorũ. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd baptismus est quoddam spirituale remediũ. Quanto autem aliquid est magis perfectũ, tantò minori remedio indiget. Vnde ex hoc ipso, quòd Christus est maximè perfectus, cõueniẽs fuit, quòd non baptizaretur perfectissimo baptismo: sicut ille qui est sanus, non indiget efficaci medicina.

Articvlvs III.

Vtrùm Christus conuenienti tẽpore fuerit baptizatus.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd non conuenienti tempore Christus fuerit baptizatus. Ad hoc enim Christus baptizatus est, vt suo exẽplo alios ad baptismũ prouocaret. Sed fideles Christi laudabiliter baptizãtur, nó solùm

sonum musicũ; qui est effectus proprius artis musicæ. Ad eundem modum in baptismo aquę est simplex motio aquæ, quæ à quocunque effici potest. Est rursus motio artificiosa qua concurrit aqua ad causandam gratiam ex Dei actione, & institutione, & ex intentione ministri Ecclesiastici. ¶ His constitutis dicit tria Caietanus. Primum est, quod cum baptizatus est Christus dicitur vim regeneratiuã cõtulisse aquis, nõ quod aliquam virtutem impresserit aqs, sed quoniam instituit & dedicauit aquã vt esset materia baptismi, quem instituebat ad homines sanctificãdos. ¶ Secundo dicit, quod cum applicatur aqua ad baptizandũ, non est existimandum aliquam virtutem aut qualitatẽ permanẽtem existere in aqua qua mediante causet gratiam, sed virtus instrumentalis aquæ est tãtum motus passiuus, & vsus artificiosus quo spiritualiter mouetur à Deo ad causandã gratiam. Et patet euidẽter, nam penicillus vt habeat virtutem ad pingendam imaginem satis est quod artificiosè à pictore moueatur nec præterea habet aliam virtutẽ distinctam. Rursus vt manus quæ est primarium instrumentum aliquid artificiosè operetur, non est necessaria virtus aliqua, seu qualitas distincta à motu ipsius manus. Certè, vt calor dicatur in virtute substãtiæ producere ignem, non est necesse fingamus virtutem illam esse distinctã à calore. Cum ergo Deus vt est autor naturæ, nullam tribuat qualitatem instrumentis ad operãdum distinctam à motu instrumentorum; nullam profecto tribuit instrumẽtis suis vt est autor gratiæ. ¶ Tertiò dicit Caietanus, quod eiusmodi virtus instrumentalis in aqua vel in sacramentis est spiritualis latens nostros sensus, & intellectũ & est verè virtus abscondita sicut virtus quæ est in voce ad excitandum affectum, & viua vox magistri habet nescio qd latẽtis energiæ ad suadendũ. Dicitur autẽ hæc virtus spiritua-

Prima conclusio Caietani.

2. Conclus.

3. Conclus. *Hom. 10. nõ remotè à prin. to. 2

ante trigesimum annum, sed in infantili ætate. Ergo videtur, quòd Christus non debuerit baptizari in ætate triginta annorum. ¶ 2. Præterea, Christus non legitur docuisse vel miracula fecisse ante baptismum. Sed vtilius fuisset mundo, si priori tẽpore docuisset, incipiens à vicesimo anno, vel etiam prius. Ergo videtur, quòd Christus, qui pro vtilitate hominũ venerat, ante trigesimum annum debuerit baptizari. ¶ 3. Præterea, Iudicium sapientiæ diuinitùs infusæ, maximè debuit manifestari in Christo. Est autem manifestatum in Daniele tempore suæ pueritiæ: secundum illud Daniel. 13. Suscitauit Dominus spiritum pueri iunioris, cuius nomen Daniel. ergo multo magis Christus in sua pueritia debuit baptizari, & docere. ¶ 4. Præterea, Baptismus Ioannis ordinatur ad baptismum Christi, sicut ad finem. Sed finis est prior in intentione, & posterior in executione. ergo vel Christus debuit primus à Ioanne baptizari, vel vltimus. ¶ Sed contra est, quod dicitur Luc. 3. Factum est cùm baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante: & infrà, Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.

Respondeo dicẽdum, quòd Christus cõuenienter fuit in trigesimo anno baptizat⁹. Primò quidem, quia Christus baptizabatur quasi ex tũc incipiens docere & prædicare. Ad quod requiritur perfecta ætas: qualis est triginta annorum. Vnde legitur Gen. 41. quòd triginta annorum erat Ioseph, quãdo accepit regimen AEgypti. Similiter etiam 2. Reg. 5. legitur de Dauid, quòd triginta annorum erat cùm regnare cœpisset. Ezechiel etiam in trigesimo anno cœpit prophetizare, vt habetur Ezech. 1. Secũdò, quia sicut Chryso. * dicit super Matth. futurum erat, vt post baptismum Christi, lex cessare inciperet. Et ideo hac ætate Christus ad baptismum venit, quæ potest omnia peccata suscipere, vt lege seruata, nullus dicat, ꝙ ideo eam soluit, quia implere non potuit. Tertiò, quia per hoc, ꝙ Christus in ætate perfecta baptizatur, datur intelligi, quod baptism⁹ parit viros perfectos: secũdũ illud Ephe. 4. Donec occurram⁹ oẽs in vnitatẽ fidei, & agnitionis filij Dei, in virũ perfectũ, in

spiritualis, quanquam vt ego iudico non distinguatur à motu instrumenti artificioso secundum quod proficiscitur à mentis conceptu & secundum quod ordinatur ad inducendum effectum sacramenti qui est omnino spiritualis.

Soluuntur argumenta partis negatiuæ.

¶ Hęc dogmata Caietani verissima sunt, nunc ad argumenta p̃ parte negatiua breuiter respondendum est, euidenter probare q̃ Christus Dominus cum baptizatus est in Iordane, & sanctificauit aquas non impressit illis aliquã virtutẽ distinctam, sed dicitur sanctificasse aquas ad sensum iã expositũ. ¶ Ad argumẽta pro parte affirmatiua concedimus, quod in aqua baptismi est virtus sacramentalis ad regenerãdũ homines & purificandam animam, quid autem sit hęc virtus ex dictis facile patere potest. ¶ Sed in particulari ad rationes omissis auctoritatibus dicẽdum est, ad primam dico, quòd si iustitia originalis erat perfectio aliquarum virium corporalium poterat per virtutem mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vnde & ipsa proprietas numeri ad hoc pertinere videtur: cõsurgit enim trigenarius numerus ex ductu ternarij in denariũ. Per ternarium autem intelligitur fides Trinitatis, per denarium autẽ impletio mandatorũ legis, & in his duobus perfectio vitæ Christianæ consistit.

*In oratio. in Epipha. Lumina post med.

Ad argumẽta in oppositum.

*Eodem loco.

Ad primam rationem.

Ad primum ergo dicẽdũ, quòd sicut Greg*. Nazianzenus dicit, Christus non est baptizatus quasi indigeret purgatione, nec quòd aliquod illi immineret periculũ differendo baptismum, sed cuiuis alij non in paruum redundat periculum, si exeat ex hac vita, non indutus veste incorruptionis, scilicet gratia. Et licet bonum sit post baptismum baptismi munditiã custodire, potius tamen est (vt ipse dicit*) interdum paulisper maculari, quàm gratia omnino carere. ¶ Ad secundum dicendum, quòd vtilitas, quæ à Christo prouenit hominibus, præcipuè est per fidem & humilitatẽ, ad quorum vtrũque valet, quòd Christus in pueritia, vel adolescentia nó cœpit docere, sed in perfecta ætate. Ad fidẽ quidẽ: quia per hoc apparet in eo vera natura humanitatis, quòd per temporũ incrementa corporaliter profecit: & ne huiusmodi profect⁹ putaretur esse phantasticus, noluit sapiẽtiam suam vel virtutem manifestare ante perfectam corporis ætatem. Ad humilitatem verò, ne ante perfectam ætatẽ aliquis præsumptuosè prælationis gradũ, & docendi officiũ assumat. ¶ Ad tertium dicendũ, q̃ Christus proponebatur hominibus in exemplum omnium. Et ideo oportuit in eo ostẽdi id quod competit omnibus secũdum legem communem: vt scilicet in ætate perfecta doceret. Sed sicut Greg. Nazian*. dicit, nõ est lex cõmunis quod rarò contingit, sicut nec vna hirũdo ver facit. Aliquibus enim ex quadam speciali dispẽsatione, secũdum diuinæ sapientiæ ordinem & rationem, concessum est præter legem cõmunem, vt ante perfectam ætatẽ, officium vel præsidendi, vel docẽdi haberẽt: sicut Salomon, Daniel & Hieremias. ¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus nec primus, nec vltimus debuit à Ioanne baptizari: quia vt Chrysost*. dicit super Matth. Christus ad hoc baptizabatur, vt seminis transfundi, & tunc non est simile de iustitia originali & de gratia. Si verò iustitia originalis non erat perfectio corporis, sed habitus mentis non poterat transfundi per virtutem seminis, sed transfusa & propagata natura, Deꝰ ex pacto illã infudisset.

Ad secũdã.

¶ Ad secundã rationem dico, quod peccatum originale transfunditur per virtutem seminis ad hunc sensum, quia per virtutẽ seminis traducitur humana natura exprimo parẽte deriuata, quam comitatẽ talis culpa, ex eo quod peccauit Adam, in quo omnes peccauerunt.

Cœli non fuerũt corporaliter aperti in baptismo Christi.

¶ Est aliud dubium, an cœli corporaliter aperti fuerint? Ad cuius expositionem dico primum, satis certum esse quod nõ fuerint corporaliter aperti aut diuisi, nõ quod hoc propter cœlorum soliditatem, & incorruptibilitatem sit impossibile, Deo enim nihil est impossibile, sed quoniam hæc realis cœlorum apertio, & diuisio frustrà facta fuisset, & non sunt asserenda miracula sine necessitate.

*Loco citato ad arg. 1.

*Ho. 4. in Mat. in opere imperfe. circa princ. illius, to. 1.

¶ Secundo

Dupliciter intelligitur apertio cælorum. Ezech. 1.

¶Secundo dico, quod de visione apertionis cœlorum sunt duæ sententiæ patrum, quidam dicunt fuisse imaginariam, quali Ezechiel vidit cœlos apertos Ezech. 1. & similiter vt est verosimile Stephanus cum ipse solus cœlos apertos videret: atq; in hac sententia videtur esse Diuus Hieronym. super Matthæũ capitu. 3. idem videtur sentire Chrysostomus in secũda expositiõe in Matthæũ. Sed secunda sentẽtia, quæ mihi magis probat, est quod apparuit claritas magna ad modũ hiatus, sicut solet in coruscationibus apparere. Videbãtur itaq; oculis corporalibus cœli aperti quia in suprema aëris parte refulsit quædã claritas ad modũ aperturæ & hiatus sensibilis, quæ quidẽ ad hoc facta est secundũ litteralẽ rationem vt columba Spiritũ sanctum referés, & vox patris non aliunde quam è cœlis, procisci viderentur. Et quod hæc sententia sit amplectenda probatur, tũ quoniã cætera omnia percepta sunt sensibus exterioribus, confirmaret prædicationem & baptismum Ioannis: & vt testimoniũ acciperet à Ioanne. Non autem creditũ fuisset testimonio Ioannis, nisi postquam fuerunt multi baptizati ab ipso. Et ideo nõ debuit primus à Ioanne baptizari. Similiter etiam nec vltimus: quia (sicut ipse ibidem subdit) sicut lux Solis nõ expectat occasum Luciferi, sed eo procedente egreditur, & suo lumine obscurat illius cãdorem: sic & Christus nõ expectauit, vt cursum suum Ioannes impleret, sed adhuc eo docẽte & baptizante, apparuit.

D. Hiero.

D. Chryso.

217 Mat. 3. col. 4. fin.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm Christus debuerit in Iordane baptizari.

AD quartũ sic proceditur. Videtur, quòd Christus non debuerit baptizari in Iordane. Veritas enim debet respondere figuræ. Sed figura baptismi præcesserit in transitu maris Rubri: vbi AEgyptij sunt submersi, sicut peccata delẽtur in baptismo. Ergo videtur, quòd Christus magis debuerit baptizari in mari Rubro, quàm in flumine Iordanis. ¶ 2. Prętera, Iordanis interpretatur descensus. Sed per baptismum aliquis ascendit magis, quàm descendat: vnde etiam Matth. 3. dicitur, quòd baptizatus Iesus confestim ascẽdit de aqua. Ergo videtur inconueniens fuisse, quòd Christus in Iordane baptizaretur. ¶ 3. Prætera, Trã seũtibus filijs Israel, aquę Iordanis conuersæ sunt retrorsum, vt legitur Iosuæ. 4. & sicut etiam in Psal. 113. dicitur. Sed illi qui baptizantur, non retrorsum, sed in antea progrediũtur. Non ergo fuit conueniens, quòd Christus in Iordane baptizaretur. ¶ Sed cõtra est, quod dicitur Marci. 1. quod baptizatus est Iesus à Ioanne in Iordane.

Respondeo dicẽdum, quòd Huuius Iordanis fuit, per quem filij Israel in terram promissionis intrauerunt. Hoc autem habet baptismus Christi speciale prę omnibus baptismatibus, quòd introducit in regnũ Dei: quod per terram promissionis significatur. Vnde dicitur Ioannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nõ potest introire in regnum Dei. Ad quod etiam pertinet quòd Helias diuisit aquas Iordanis, quando erat in curru igneo rapiendus in cælum, vt dicitur 4. Reg. 2. quia scilicet transeuntibus per aquã baptismi, colũba, vox, tum deinde quia hæc historia est vera narratione disposita, ergo ad litteram est intelligenda, tum denique quoniam cœli aperti sunt non tantum Christo & Ioanni, sed multis alijs talis apertio fuit manifesta ad commẽdationem, & gloriã Christi, vt omnes crederent per ipsum, ad hoc enim directa est illa vox: ipsum audite. ¶ Tertio dico, qđ ista apertio cœlorum vt iam dictum est multis fuit manifesta, tum quia ista apertio nõ fuit imaginaria, sed corporalis, tũ vero quoniam fuit ad manifestandum Christũ. Neq; huic veritati contrariat quod dicit Matthæus, aperti sunt ei cœli. Et iterũ vidit cœlos apertos, nã Lucas dicit, apertum est cœlum absolutè. Cum autẽ dicit Matthæus, hæc Iesum vidisse, nõnegat quin & alij potissimè Ioãnes Baptista hæc viderit. ¶ Tertium dubium est, an columba in qua Spiritus sanct⁹ descendit, fuerit verũ animal? Augustinus libro de Agone Christiano, capitulo 22. vult fuisse verum

Hæc apertio cœlorũ multis fuit manifesta.

Vtrùm columba quæ apparuit fuerit verũ animal.

D. Augus.

verum animal, non quidem ex communi columbarum grege acceptũ, sed de nouo à Deo creatum & post officium esse desinens. Consentit Tertullianus lib. de carne Christi. Diuus Thomas hic, Thomas VValdens. lib. de sacra. ca. 86. Et hæc est antiquorũ opinio. Fundamẽtum huius Augustinianę sententiæ est, nam sicut filius qui veritas est verum corpus assumpsit, ita decuit Spiritũ sanctum, spiritum veritatis veram columbam formasse, in qua apparuit: licet non assumpserit eã in vnitatẽ personæ. Verum Caietano, & alijs iuniorib⁹ videtur, non fuisse verã columbam, sed tãtum eius similitudinẽ ad hoc factã, vt per proprietates columbæ proprietates Spiritus sancti designarẽtur, & probãt ex scriptura. Nã scriptura dicit, descẽdisse in corporali specie, hoc est similitudine, dicit insuper, quod tãquam vel sicut columba dicitur descendisse, vbi similitudo potius designatur columbæ, quam columbæ veritas. Et certè Deus & natura nihil faciũt per ignem Spiritus sancti patet aditus in cælum. Et ideo conueniens fuit, vt Christus in Iordane baptizaretur.

Tertullian. D. Thom. VValdẽsis. Caietani sentẽtia & aliorum.

Ad primum ergo dicendum, quòd transitus maris Rubri præfigurauit baptismum, quantum ad hoc, quòd baptism⁹ delet peccata. Sed transitus Iordanis quantum ad hoc, quòd aperit ianuã regni cælestis, qui est principalior effectus baptismi, & per solum Christum impletus. Et ideo conuenientius fuit, quòd Christus in Iordane, quàm in mari baptizaretur. ¶ Ad secundum dicendum, quòd in baptismo est ascensus per profectum gratiæ, qui requirit descensum humilitatis: secundum illud Iaco. 4. Humilibus autem dat gratiam. Et ad talem descensum referẽdum est nomen Iordanis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut August. dicit in sermone de Epiphania. Sicut antea aquæ Iordanis retrorsum conuersæ fuerant, ita modò Christo baptizato retrorsum peccata conuersa sunt. Vel etiã per hoc significatur, quòd contra descensum aquarum, benedictionum fluuius sursum ferebatur.

Articvlvs v.

Vtrùm Christo baptizato, cæli debuerint aperiri.

AD quintũ sic proceditur. Videtur, quòd Christo baptizato non debuerint cæli aperiri. Illi enim aperiẽdi sunt cæli, qui indiget intrare in cælum, quasi extra cælum existens. Sed Christus semper erat in cælo: secundum illud Ioan. 3. Filius hominis, qui est in cælo. Ergo videtur, quòd nõ debuerint ei cæli aperiri. ¶ 2. Præterea, Apertio cælorum aut intelligitur spiritualiter, aut corporaliter. Sed non potest intelligi corporaliter: quia corpora cælestia sunt impassibilia, & infrangibilia: secundum illud Iob 37. Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi, quasi ære fusi sunt. Similiter etiam nec potest intelligi spiritualiter: quia ante oculos filij Dei cæli antea clausi nõ fuerant. Ergo videtur incõueniẽter dici, ꝙ baptizato Christo, aperti fuerint ei cæli. ¶ 3. Præterea, Fidelibus cælum apertum est per Christi passionem, secundũ illud Hebr. 10. Habemus fiduciam in introitu Sãctorũ in sanguine Christi. Vnde etiam nec Christi baptismo baptizati, si frustra, vnde cũ hoc potuerit fieri per similitudinẽ columbæ frustra fuisset creata de nouo vera colũba, columba enim hæc non aduenit nisi vt signaret & mox præteriret, vt etiã ipse Augustinus testatur. 2. lib. de Trini. Nec argumentũ Augustini cõcludit, filius enim Dei sic in corpore humano apparuit, vt verè dicatur & sit homo, spiritus verò non dictus est nec fuit colũba; nec per hoc spiritus veritatis aliquẽ fefellit, quod in apparẽti & nõ in vera colũba apparuit, quæ tamen à plærisq; vera colũba est reputata, nõ eñ fallit, qui sine intẽtione fallẽdi aliquid dicit aut facit, ad quod in alio sequitur error non perniciosus. Certè in die Pẽtecostes dicitur Spiritus sanctus descẽdisse tanquam ignis, cũ tamẽ secũdum omnes non esset verus ignis: Eadem phrasi locutionis dicitur Spiritus sanctus descendere tanquã columba. Et profectò D. Aug. epist. 102. in hãc magis inclinatur sententiam, vt dicat non fuisse verũ animal. Idẽ asserit in libro de mirabilibus

August.

218 Infrà q. 49. arti. 5. 3. Et 3. dist. 18. arti. 6. q. 3. 2. & di. 22. q. 3. ar. 1. 4. Et opus. 60 cap. 9.

August.

Chrysosto. Glossa. D. Tho. bilibus scripturæ,& D.Chrysosto.homil. 12. in Matthæum. Idem sentit Glossa Ordinaria super Matthæum.c.3.D. Thomas in hoc arti. sequitur opinionem D. Augustini in libro de Agone Christiano, cuius tamen contrarium tenuit in. 1. d. 16.arti.3. ad 3. Sed tenendo hanc opinionẽ Augustini, quæstio suboritur. Vtrùm columba fuerit vnita Spiritui sancto hypostaticè in vnitate personæ. Tertullianus loco prænotato tenet partẽ affirmatiuam, & probatur sic esse.

Vtrũ columba fuerit vnita hypostaticè Spiritui sancto.

Tertullian.

*Art.1. huius quæst.

Primũ arg. Nam Spiritus sanct⁹ dicitur descendisse,at non descẽdit secundum diuinitatẽ,vt planè constat,ergo secũdũ naturáassumptã, sicut Christus dicitur descendisse. ¶Deinde, si Spiritus sanctus nõ assumpsit colũbam in vnitatem personæ, cõsequẽs est, quod non potius Spirit⁹ sanctus dicat descẽdisse in specie columbæ, quã pater aut filius, siquidẽ opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa. Hoc ipsum cõfirmatur, nam vel Spirit⁹ sanctus particulari ratione, & vnione fuit illi columbæ vnitus,an potius cõmuni quæ cõpetit toti Trinitati formãdo, conseruando colũbã, ordinãdoq; vt proprietates Spiritus sancti designaret: si primũ dederis, habeo quod desidero,si secundũ, ergo non potius Spiritus sanctus descẽdit in specie colũbæ quam pater aut filius?

Secundum.

¶Secundò operatur ad efficaciam baptismi fides Ecclesiæ, & eius qui baptizatur,vnde & baptizati fidem profitentur: & baptismus,fidei dicitur sacramẽtum.Per fidem autem inspicimus cælestia, quę sensum & rationem humanam excedũt.Et ad hoc significandũ Christo baptizato aperti sunt cæli. ¶Tertiò, quia per baptismũ Christi specialiter aperitur nobis introitus regni cælestis: qui primo homini præclusus fuerat per peccatũ*. Vnde baptizato Christo, aperti sunt cæli: vt ostenderetur, q̃ baptizatis patet via in cælum. Post baptismum autem necessaria est homini iugis oratio, ad hoc quòd cælum introeat. Licet enim per baptismum remittantur peccata, remanet tamẽ fomes peccati,nos impugnãs interius, & mundus,& dæmones, qui impugnant exterius. Et ideo signanter dicitur Luc.3.quòd Iesu baptizato & orante, apertum est cælum,quia scilicet fidelibus necessaria est oratio post baptismum. Vel vt detur intelligi, quòd hoc ipsum quòd per baptismũ cælũ aperitur credentibus, est ex virtute orationis Christi. Vnde signãter Matt.3. dicitur, quòd apertum est ei cælum, id est, omnibus propter eũ, sicut si Imperator alicui pro alio petenti dicat,Ecce,hoc beneficium non illi do,sed tibi,id est, propter te illi: vt Chrysost.dicit super Matth*.

Ad primũ ergo dicendum, quòd sicut Chrysosto.dicit super Matth†. sicut Christus secundum dispensationem humanã baptizatus est, quamuis

Tertium. *Bed.c.10. super Luc.

¶Præterea, si assumptio columbæ fuit cõmunis toti trinitati, & effectus inde subsequutus fuit etiam cõmunis toti Trinitati, cur potiꝰ hæc apparitio tribuitur Spiritui sancto, quam toti Trinitati? ¶In huius dubij gratiam dico primo; Valdè certum est, quod Spiritꝰ sanctus non assumpsit colũbã in vnitatẽ personæ. Patet hoc nam secũdum legẽ cõmunem nõ potuit assumere nisi creaturam rationalem, & de facto Deus non assumpsit nisi naturam humanam, vt habet sana fidei doctrina. ¶Secundo dico, non assumpsit Spiritꝰ sanctus corpꝰ colũbæ, vt in corpore assumpto appareret sicut Angeli apparẽt in corporibꝰ assumptis, nam Angelus qui apparet in corpore

Prima conclusio.

Secunda.

*Ho.4. in Matt. à medio illius, in opere imperfecto,to.2.

†Ho.4.in Matth.in opere imperfecto, in medio illius, to.2.

corpore assumpto clauditur intra illud & mouetur ad motum illius, at Spiritus sanctus immutabilis est, & in nulla clauditur creatura.

Tertia. ¶ Tertio dico, colúba facta est & in hoc apparuit vt Spiritus sancti proprietates designaret, quas commemorat Diuus Thom. in articulo sexto huius quæstionis.

Quarta. ¶ Quarto dico, columbam illam visibilẽ tota Trinitas operata est, tamẽ facta est ad demonstrandum specialiter Spiritus sancti personã. Sicut eñ diuersis nominibus significatur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; ita etiã diuersis rebus possunt significari, quãuis inter eos nulla sit separatio aut diuersitas. Et hæc est vna ratio, quare hæc apparitio in specie colũbæ tribuat soli Spiritui sancto, nõ quod sol⁹ Spiritus sanctus illam columbam sibi vnierit, aut formauerit sed q̃ columba solum Spiritũ sanctũ significauerit.

Ratio elegans. ¶ Sed altera ratio est, ex recondita Theologia quã accepi ex D. Thoma 1. p. q. 43. arti. 7. in solutione tertij & quinti argumenti. Spiritus sanctus erat in specie colũbæ sicut signatum in signo & nõ Pater aut Filius, & ideo secũdũ eam Spiritus sanctus dicitur visibiliter mitti, & nõ Pater aut Trinitas. Oportet enim vt intelligat Theologus, quod missio

D. Thom.

* Circa finẽ commentarij in. 3. c. Matt. to. 9. ipse propter se baptismo non indigeret: sic etiam secundum humanam dispensationem aperti sunt ei cæli, secundum autem naturam diuinã semper erat in cælis. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Hierony. dicit super Matth*. cæli aperti sunt Christo baptizato, non reseratione elemẽtorum, sed spiritualibus oculis: sicut & Ezechiel in principio voluminis sui cælos apertos esse commemorat. Et hoc probat Chrys. super Matt. † dicẽs, Quod si ipsa creatura, scilicet cælorũ, rupta fuisset, non dixisset, aperti sunt ei: quia quod corporaliter aperitur, omnibus est apertũ. Vnde etiã Marci primo expresse dicitur, quòd Iesus statim ascendens de aqua, vidit apertos cælos: quasi ipsa apertio cælorũ ad visionem Christi referatur. Quod quidem aliqui referunt ad visionem corporalem, dicentes, q̃ circa Christum baptizatum tantus splẽdor fulsit in baptismo, vt videretur cæli aperti. Potest etiam referri ad imaginariã visionem: per quem modũ Ezechiel vidit cælos apertos. Formabatur enim ex virtute diuina & voluntate rationis talis visio in imaginatione Christi: ad

† Homil. 4. in Matt. in opere imperfecto circa med. illius, to. 2.

designandum, quòd per baptismũ, cæli aditus hominibus aperitur. Potest etiam & ad visionẽ intellectualẽ referri, prout scilicet Christus vidit iam baptismo sanctificato, apertum esse cælum hominibus: quod tamen etiam antè viderat esse fiendũ. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd per passionẽ Christi aperitur cælum omnibus, sicut per causam cõmunem apertionis cælorum. Oportet tamẽ hanc causam communẽ apertionis cælorum, singulis applicari ad hoc, quòd cælum introeant, quod quidẽ fit per baptismũ: secundum illud Roman. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo potius fit mentio de apertione cælorũ in baptismo, quàm in passione Christi. ¶ Vel sicut Chryso. dicit super Matth.* baptizato Christo, cæli tantum sunt ei aperti: postquam verò tyrannum vicit per crucẽ, quia non erant necessariæ portæ cælo, nunquã claudendo, non dicunt Angeli, Aperite portas, iam eñ erant apertæ, sed, Tollite portas. Per quod datur intelligere Chrysost. quòd obstacula, quibus prius obsistentibus animæ de-

in sui ratione importat processionem ab alio, & in diuinis secundum originem, vnde cum Pater, aut Trinitas non sit ab alio nullo modo conuenit sibi mitti, sed solũ Filio aut Spiritui sancto, quibus conuenit esse ab alio. Sed Filius visibiliter missus est tanquã sanctificatiõis auctor, Spiritus sanctus tãquã sanctificationis indicium, vt in baptismo Christi apparuit. Ratio huius differentiæ satis accómodata redditur ex cõditionibus notionalibus, quia scilicet, Filius est principium Spiritus sancti; ipse autẽ Spiritus sanctus est donum in quantum procedit vt amor. Ex hac doctrina facile est intelligere, quomodo Spirit⁹ sanctus sit missus à Patre & Filio, vt sub specie colũbæ repręsentaretur, & quomodo hæc missio nõ competat

* Ho. 4. in Matth. in opere imperfecto, à medio illius, to. 2.

competat Patri, non toti Trinitati. Ex præ-
dictis etiam argumenta in principio huius
dubitationis posita solutionem habēt. ¶ Sed
circa visionem columbæ alia quæstio so-
let moueri, quando, scilicet, visa fuit? Do-
minus Caieta-
nus explicans
caput tertium
Matthæi te-
net, quòd co-
lumba bis vi-
sa fuit: quod
sibi persuasit
hoc argumen-
to. Nam con-
stat, inquit,
quod prius
fuit visa à Ioan
ne quá à Chri
sto, à Ioanne
enim scribi =
tur visa ante
baptismū quia
qui misit eum
baptizare, di-
xit ei: super
quem vide=
ris spiritum vt
columbam, ip
se est, &cæt.
& ipse Ioan-
nes in hoc co-
gnouit primò
personā Chri-
sti, quia nes-
ciebat eum,
sed ex colum-
ba cognouit,
constat autem
quod cogno-
uit ante baptis
mum, dicen-
do: ego à te
debeo bapti=
zari. Alij autē
Euāgelistę ex
pressè dicunt
baptizato Chri
sto visam co-
lumbā à Chri-
sto. Sed com-
munis senten-
tia patrum est,
quòd semel
tantum fuerit
visa. Et ad il=
lud, quod ad-

Dubium quando fuerit visa columba. Caietanus.

219 Inf. qō. 46. art. 4. 2. & opusc. 60. cap. 9.

* q. 34. ar. 4

functorum introire nō
poterant cælos, sunt to-
taliter per passionem
Christi ablata: sed in
baptismo Christi sunt
aperta, quasi manifesta-
ta iam via, per quam
homines erant in cęlum
intraturi.

ARTICVLVS VI.

*Vtrùm conuenienter Spiri-
tus sanctus super Christū
baptizatum descenderit
in specie columbæ.*

AD sextum sic pro
ceditur. Videtur,
quòd inconuenienter
Spiritus sanctus super
Christum baptizatum
dicatur descendisse in
specie columbæ. Spiri-
tus enim sanctus habi-
tat in homine per gra-
tiā. Sed in homine Chri-
sto fuit plenitudo gra-
tiæ à principio suæ con-
ceptionis, quia fuit vni-
genitus à patre: vt ex su-
pradictis patet*. Non er
go debuit Spiritus san-
ctus ad eum mitti in bap
tismo. ¶ 2. Præterea,
Christus dicitur in mun
dum descēdisse per my-
sterium Incarnationis,
quando exinaniuit se-
metipsum, formam ser-
ui accipiens. Sed Spiri=
tus sanctus non est incar
natus. Ergo inconuenię
ter dicitur, quòd Spiri-
tus sanctus descenderit
super eum. ¶ 3. Præte-

ducit Caietanus ex Diuo Ioanne capit. 1.
Ego nesciebam eum, sed qui misit me bap-
tizare, &c. variè respondent doctores sacri.
Quidam enim, inter quos Erasmus & Faber
dicunt Dominum à Ioanne, cum ad baptis-
mum veniisset,
non summum
illum Messiam
filium Dei ag-
nitū, sed aliās
insigniter piū,
quod ipsis ocu
lis, totoq; vul-
tu & incessu
admirabilis ei⁹
probitas sese
exereret, atq;
ob id Ioan-
nem nullo cer
to elogio dig-
nitatem Do-
mini honoras-
se. Verum hęc
solutio non sa
tis firma est.
Nam quamli=
bet piushomo
visus fuisset
Ioanni, non
potuisset ta=
men ei dixis-
se. Ego à te de
beo baptizari
nisi certo sibi
persuasisset eū
esse Christum,
cum sciret ne-
minem prętер
se, & Christū
ad baptizandi
ritum consti-
tuendum mis
sum à Deo fuis
se. Simili ra-
tione non pro
babiliter ab a-
lijs dicitur,
Ioannem an-
te baptismum
cognouisse q-
dem Iesum es
se Christum,
ignorasse au-
tem ipsum es-
se qui baptiza
ret in Spiritu
sancto, atque

Sanctorum sentētia explicatur locus Ioā. 1. Erasmus. Faber.

* Homi. 4. in Matt. in opere imperfect. à med. præcip. to. 2.

reà, In baptismo Christi
ostendi debuit, sicut in
quodam exemplari id
quod fit in nostro bap-
tismo. Sed in nostro bap
tismo non fit aliqua mis
sio visibilis Spiritus san-
cti. Ergo nec in baptis-
mo Christi debuit fieri
visibilis missio Spiritus
sancti. ¶ 4. Præterea, Spi
ritus sanctus à Christo
in omnes alios deriua-
tur: secundum illud Ioā.
1. De plenitudine eius
nos omnes accepimus.
Sed super Apostolos Spi
ritus sanctus descendit,
non in specie columbæ,
sed in specie ignis. Ergo
nec super Christum de-
buisset descēdere in spe
cie columbæ, sed in spe-
cie ignis. ¶ Sed contra
est, quod dicitur Luc. 3.
Descendit Spiritus san-
ctus corporali specie, si=
cut columba in ipsum.

¶ Respondeo dicen-
dū, quòd hoc quod cir-
ca Christum factum est
in eius baptismo (sicut
Chrysosto*. dicit super
Mat.) pertinet ad myste
rium omnium, qui post
modum fuerant bapti-
zādi. Omnes autem qui
baptismo Christi bapti-
zantur, Spiritum sanctū
recipiunt, nisi ficti acce-
dant, secundum illud
Matth. 3. Ipse vos bapti-
zabit in Spiritu sancto.

id de eo didicisse per descensum Spiritus sancti super eum. Quam sententiam refert super Ioannem Theophylactus. Cum enim suo baptismo præpararet homines ad baptisma Christi, vt per illud consequerentur peccatorum remissionem; cumque prius dixerit de Christo, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, cōstat id nequaquā ignorasse eū, si agnouit esse Christum. Probabilius tamē hunc nodum Augustin⁹ soluere conatus est super Ioannem dicens, Ioannem sciuisse quidem, Iesū esse Christum, quodque baptizaret in Spiritu sancto: ignorasse autem quod sol⁹ ipse in Spiritu sancto baptizaret, hoc est, quod autoritatiuam potestatem baptizandi, quam potuit fidelibus communicare, sibi retinuerit. Cōsistit autem illa propria Christo potestas in eo, quòd baptismus ex ipsius institutione & merito habet efficaciam, quodq; sine sacramento effectū baptismi conferre possit. Verum hæc solutio vt subtiliter inuenta est

Theophyl.

*li.15.c.26 à med.to.3

D. August.

*li.2.ca.6. to.3.

Et ideo conueniens fuit, vt super Christum baptizatum Spiritus sanctus descenderet.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut August*. dicit 15. de Trinit. absurdissimum est dicere, quòd Christus cùm iam triginta esset annorum, acceperit Spiritum sanctum, sed venit ad baptismum, sicut sine peccato, ita non sine Spiritu sancto. Si enim de Ioāne scriptum est, quòd Spiritu sancto replebitur ab vtero matris suæ, quid de homine Christo dicendum est, cuius carnis ipsa conceptio non carnalis, sed spiritualis fuit? Tunc ergo, id est, in baptismo, corpus suum, id est Ecclesiā, præfigurare dignatus est, in qua baptizati præcipuè accipiunt Spiritū sanctum. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut August*. dicit in 2. de Trinit. Spiritus sanctus descendisse dicitur super Christum corporali specie, sicut columba: non quia ipsa substātia Spiritus sancti videretur, quæ est inuisibilis, neque ita quòd illa visibilis creatura in vnitatem personæ diuinę assumeretur: neque enim dicitur, quòd Spiritus sanctus sit columba, sicut dicitur, quòd filius Dei est homo ratione vnionis. Neque etiam hoc modo Spiritus sanctus visus est in specie colūbæ, sicut Ioannes vidit agnū occisum in Apocalypsi: vt habetur Apocal. 2. Illa enim visio facta fuit in Spiritu per spirituales imagines corporum: de illa verò colūba nullus vnquā dubitauit, quin oculis visa sit. Nec etiam hoc modo in specie columbæ Spiritus sanctus apparuit, sicut dicitur 1. ad Cor. 10. Petra autem erat Christus. Illa enim petra iam erat in creatura, & per actionis modū nuncupata est nomine Christi, quem significabat: illa autem columba ad hoc tantùm significādum repentè extitit, & postea cessauit, sicut flāma, quæ in rubo apparuit Moysi. Dicitur ergo Spiritus sanctus descendisse super Christū, non ratione vnionis ad colūbam: sed vel ratione ipsius columbę significantis Spiritū sanctum, quæ descendēdo super Christum venit. Vel etiam ratione spiritualis gratiæ, quæ à Deo per modum cuiusdam descensus in creaturam deriuatur: secundum illud Iacob. 1.

ab Augustino in odium Donatistarum asserentium baptismum à malo ministro collatum nihil operari: ita sanè coactior videtur, quam vt genuinæ intelligentiæ conueniat. Proinde probabilior est conciliatio Chrysostomi intelligentis, Ioannē non agnouisse Christū priusquam ad baptismum veniret, vt quem de facie prius nō viderat: agnouisse autem tunc cum ad baptismum petendum venisset, idque afflatu Spiritus sancti, quo plen⁹ erat ex vtero matris suæ: sicut & Elizabeth ex afflatu Spiritus noverat Mariam ad se venientem esse matrem Domini, & Messiæ. Nec obstat, quod signum illi datum erat descendentis spiritus, quod tunc necdum viderat. Hoc enim signum ei datum fuit, non quo Dominum primū agnosceret, sed quò confirmaretur de eo antea cognito ex reuelatione Dei, quoque certius alijs Christum demonstrare posset. Sic enim & Moysi legim⁹ dixisse Dominum, cum ipsum suo populo educendo præsi-

Legitima expositio Chrysost.

præficeret, Exod. 3. Hoc (inquit) habebis signum, quod miserim, cum eduxeris populum meum ex Ægypto, immolabis Deo super mõtem istum. Porrò Moyses longè antequam hoc fieret certus euasit, se diuinitus missum. Ita Ioannes ab eo qui signum descẽdẽtis Spiritus sancti derat, monitꝰ fuit, Christum illum esse qui tum baptismũ ab ipso peteret, antequam signum ei datũ appareret. Vtque Moysi illud ad fidei confirmationem, non tam sibi quam toti populo, cui signũ id prẽstitum prædicabat, seruiuit: Ita & Ioanni vtile fuit hoc de Christo signum & promitti, & postea reddi, vt non tam ipsi quam omnibus credentibus fides in Christũ per illud confirmaretur, qua de causa Ioannes etiam illud signum prædicauit. Maluit em̃ eam Christi agnitionem populo testari, quam simul & ex Dei indicatione, & signi exhibitione, tã quam plenioremacceperat, quam eã quæ ex sola illi reuelatiõe interna cõtingerat, vt quæ ineffi-

Exod. 3.

*Hom. 12. in Mat. ante medium 10. 2.

cax fuisset ad

Omne datum optimũ, & omne donum perfectum, desursum est descendens à Patre luminum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Chrysosto.* dicit super Matth. in principijs spiritualium rerum semper sensibiles apparent visiones, propter eos qui nullam intelligentiã incorporalis naturæ suscipere possunt: vt si postea non fiant, ex his quę semel facta sunt, recipiant fidẽ. Et ideo circa Christum baptizatum corporali specie Spiritus sanctus visibiliter descendit, vt super omnes baptizatos, inuisibiliter postea credatur descendere. ¶ Ad quartum dicendum, quòd Spiritus sanctus in specie columbæ apparuit super Christum baptizatum propter tria. Primò quidem propter dispositionem quæ requiritur in baptizato, vt scilicet non fictus accedat: quia sicut dicitur Sapien. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Columba autẽ est animal simplex, astutia & dolo carens: vnde dicitur Matth. 10. Estote simplices sicut columbæ. Secundò ad designandum septem dona Spiritus sancti, quæ faciendam fidem. ¶ Quartum dubium est de voce patris audita: ratio dubij est, nam D. Matthæus describit illam in tertia persona, hic est filius meus dilectus, &c. Marcus & Lucas dicunt vocem illam directam ad filium, tu es filius meꝰ &c. Quidam dicunt, quod hęc vox patris licet vnica esset diuersos tũsonos in diuersis auribus generauit, ita quod Christꝰ audiuit, tu es filius meus dilectꝰ, vt refert Lucas capit. 3. cęterivero: hic est filius meus dilectus. Quẽ admodũ etiã Apostoli in die Penthęcostes, vno eodẽque sermone audiebantur, diuersõ sono, diuersisq; linguis loqui, quod miraculum mirũ est à nemine obseruatum. Sed vera hũius rei explicatio est, quã docet Augustinus libr. 2. de consen. Euang. ca. 14. & dominus Caietanus super Matth. cap. 3. quod vox patris sine dubio directa est ad filium. Tu es filius meus dilectus. Verum Matthæus sensum rei directè explicauit dicendo: Hic est filius meus dilectus, nam dicendo, tu es,

Quartũ dubiũ de voce patris audita. Conciliantur Matthęꝰ, Marcus & Lucas.

D. Augustꝰ.

Caietanus.

columba suis proprietatibus significat. Columba enim secus fluenta habitat, vt inde viso accipitre, mergat se, & euadat: quod pertinet ad donũ sapientiæ, per quam sancti secùs Scripturæ diuinę fluenta residẽt, vt incursum diaboli euadant. Item columba meliora grana eligit: quod pertinet ad donum scięntię, qua Sancti sententias sanas, quibus pascantur, eligunt. Item columba alienos pullos nutrit, quod pertinet ad donũ consilij, quo sancti homines, qui fuerunt pulli, id est, imitatores diaboli, doctrina nutriunt & exemplo. Item colũba non lacerat rostro: quod pertinet ad donũ intellectus, quo sancti bonas sententias, lacerãdo non peruertunt, hæreticorum more. Item colũba felle caret: quod pertinet ad donum pietatis, per quam sancti ira irrationabili carent. Itẽ columba in cauernis petræ nidificat, quod pertinet ad donum fortitudinis, qua Sancti in plagis mortis Christi, qui est petra firma, nidum ponunt, id est, suum refugium & spem. Itẽ columba gemitum pro cãtu habet: quod pertinet

significatur etiam quod hic est filius meus, &c. Sed non abre erit explicare sensum huius sententiæ. Tu es filius meus dilectus in quo mihi complacui. Additur autem apud Græcos articulus duplex emphasi non carés.

Explicatur sensus huius sententiæ, hic est filius meus dilectus, &c.

Tu es ille filius meus ille dilectus, nimirum vnicus filius meus per naturā nó per adoptionē. Iā quod sequitur; In te cóplacui mihi, quamuis hunc videatur habere sensum: In te oblector & ipse mihi placeo, tamen si consideremus vsum verbi Græci, quod hoc loco ponitur, hic potiùs erit sensus: In te est mihi beneplacitū, hoc est, tu singulariter mihi places & gratus es, adeò vt præter te, nemo placeat nisi per te, per quē etiam in hominibus iam erit beneplacitum meum, quibus hactenus offensus fui. Est enim, Eudochisa, verbum peculiare diuinis literis, quo propensum animum ac præcipuum quendā erga alios affectum significant, construiturq; cum ablatiuo, & præpositione, in, idque phrasi Hebraica. Nā ad donum timoris, quo sancti delectantur in gemitu pro peccatis. Tertiò apparuit Spiritus sanctus in specie columbæ, propter effectum proprium baptismi, qui est remissio peccatorum & reconciliatio ad Deum, columba enim est animal māsuetum. Et ideo sicut Chrysost*. dicit super Matth. in diluuio apparuit hoc animal, ramū ferens oliuæ, & communem orbis terrarum trā quillitatem annuntians, & nunc etiam columba apparet in baptismo, liberatorem nobis demōstrans. Quartò apparuit Spiritus sanctus in specie columbæ super Dominum baptizatum, ad designandum communē effectum baptismi, qui est coniunctio ecclesiasticæ vnitatis, vnde dicitur Ephes. 5. quòd Christus tradidit semetipsū, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculā, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, lauās eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Et ideo conuenienter Spiritus sanctus in baptismo demōstratus est in specie columbę, quę est animal amicabile & gregale: vnde & Canti. 5. dicitur de Ecclesia. Vna est colūba mea. Super Apostolos aūt in specie ignis Spiritus sanctus descendit propter duo. Primò quidē ad ostendendum feruorem, quo corda eorum erant cōmouenda, ad hoc quòd Christum vbique inter pressuras prædicarent: & ideo etiā in igneis linguis apparuit Vnde Augu. dicit super Ioā*. Duob⁹ modis ostēdit visibiliter Dñs Spiritū sanctū, scilicet per columbā super Dñm baptizatum, & per ignē super discipulos congregatos: ibi simplicitas, hic feruor ostēditur. Ergo ne Spiritu sanctificati dolum habeant, in colūba demonstrat⁹ est. Nec te moueat, quia linguæ diuisę sunt, vnitatē in colūba cognosce. Secūdò: quia sicut Chryso. dicit, cùm oportebat delictis ignoscere (quod fit in baptismo) mansuetudo necessaria erat, quæ demōstratur in colūba: sed vbi adepti sumus gratiā, restat iudicij tēp⁹, quod significatur per ignem.

*Hom. 12. In Mat. parū ante medium to. 2.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm illa columba, in qua apparuit Spiritus sanctus, fuerit verum animal.

AD septimū sic proceditur. Videtur, quòd

verbum Ratsa huic correspondens apud Hebræos sic frequenter constructur, vt Psalm. 149. vbi nos habemus: beneplacitum est Domino in populo suo; Hebræa ad verbum habent: Complacet Dominus in populo suo. Græca similiter. Videtur autem in hac voce paterna alludsum ad illud Esa. 42. vbi verbum istud, Ratsa, ponitur in hac constructione: Ecce seruus meus suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meū super eum, iudicium gentibus proferet. Quoniam autē pronomen, mihi, quod apud nos est in Matthæo, & Luca, in Græcis non est, sunt apud Græcos qui hanc partem sic exponunt: Hic est filius meus, per quem cōplacui, & bona volūi hominibus. Cyprianus autem & Tertullian. legunt; in quē bene sensi, hoc est, de quo habeo bonam opinionem, (nam, Eudochin id etiam Græcis significat) vel, cui bene affectus sum. Sic enim erit idē sensus cum superiore.

Psalm. 149.

Esa. 42.

* Tract. 6. in Ioā. aliquātulum à princ. to. 9.

Cyprian.

Tertullian.

116 *Ioā. 1. l. 10 col. 2. & op. 60. c. 9.

quòd illa columba in qua Spiritus sanctus apparuit, nó fuerit verum animal. Illud enim videtur specie tenus appare re, quod secundum similitudiné apparet. Sed Luc. 3. dicitur, quòd descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Non ergo fuit vera columba, sed quædam similitudo columbæ. ¶ 2. Prætereà, Sicut natura nihil facit frustrà: ita nec Deus, vt dicitur in 1. de Cælo*. Sed cùm colúba illa nó aduenerit nisi vt aliquid significaret, atque præteriret (vt Augustᵒ. dicit in 2. de Trinit.) frustrà fuisset vera columba: quia hoc ipsum fieri poterat per columbæ similitudinem. Non ergo illa columba fuit verum animal. ¶ 3. Prætereà, Proprietates cuiuslibet rei ducunt in cognitionem naturæ illius rei. Si ergo fuisset illa columba verum animal, proprietates columbæ significassent naturam veri animalis, non autem effectus Spiritus sancti. Non ergo videtur, quòd illa columba fuerit verum animal. ¶ Sed contra est, quòd Augustin*. dicit in lib. de agone Christiano, Neque hoc ita dicimus, vt dominum Iesum Christum dicamus solum verum corpus habuisse, Spiritum autem sanctum fallaciter apparuisse oculis hominum, sed ambo illa corpora vera esse credimus.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut suprà dictũ est*) non decebat vt filius Dei, qui est veritas Patris, aliqua fictione vteretur: & ideo non phantasticum, sed verum corpus accepit. Et quia Spiritus sanctus dicitur spiritus veritatis, vt patet Ioan. 16. ideo etiam ipse veram columbam formauit, in qua appareret: licet non assumeret ipsam in vnitatem personæ. Vnde post prædicta verba Augustin*. subdit. Sicut non oportebat vt homines falleret filius Dei, sic etiam non oportebat vt falleret Spiritus sanctus: sed omnipotenti Deo, qui vniuersam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile, verum corpus columbæ sine aliarum columbarum ministerio figurare, sicut non fuit ei difficile verum corpus in vtero Mariæ sine virili semine fabricare, cùm creatura corporea & in visceribus fœminæ ad formandum hominem, & in ipso mundo ad formandum columbam, imperio Domini voluntatique seruiret.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Spiritus sanctus dicitur descendisse in specie vel similitudine columbæ: non ad excludendam veritatem columbæ, sed ad ostendendum quòd ipse non apparuit in specie suæ substantiæ. ¶ Ad secundum dicendum, quòd non fuit superfluum formare veram columbam, vt in ea Spiritus sanctus appareret: quia per ipsam veritatem columbæ, significatur veritas Spiritus sancti, & effectuum eius. ¶ Ad tertium dicendum, quòd proprietates columbæ eodem modo ducunt ad significandum naturam columbæ, & ad significandos effectus Spiritus sancti. Per hoc enim quòd columba habet tales proprietates, ostenditur quòd columba significat Spiritum sanctum.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrùm conuenienter Christo baptizato fuerit vox Patris audita, filium protestantis.

AD octauum sic proceditur. Videtur quòd incõuenienter Christo baptizato fuerit vox Patris audita, Filium protestantis. Filius enim & Spiritus sanctus secundum hoc quòd sensibiliter apparuerunt, dicuntur visibiliter esse missi. Sed patri non conuenit mitti, vt patet per Augustᵒ. in 2. de Trinit. Ergo etiam nec apparere. ¶ 2. Prætereà, Vox est significatiua verbi in corde concepti. Sed Pater non est verbum, ergo inconuenienter manifestatur in voce. ¶ 3. Prætereà, Homo Christus non incepit esse filius

li. 1. de cæl. textu 32. to. 2.

lib. 2. de Trinit. c. 6. in fi. to. 3.

cap. 22. à med. to. 3.

q. 5. ar. 1.

tod. l. de agone Christiano c. 22 post med. to. 3.

221 Infr. q. 45. art. 4. & q. 66. art. 6. cor. & opuſ. 60. cap. 9.

l. 2. de Trí. c. 12. in fine to. 3.

Dei in baptismo, sicut quidam hæretici putauerunt, sed à principio suæ conceptionis fuit filius Dei. Magis ergo in natiuitate debuit vox Patris protestari Christi diuinitatem, quàm in eius baptismo. ¶ Sed contra est, quod Matth. 3. dicitur. Ecce vox de cælis dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui.

¶ Respondeo dicendum, quod (sicut suprà dictum est †) in baptismo Christi, qui fuit exemplar nostri baptismi, demonstrari debuit, quod in nostro baptismo perficitur. Baptismus autem quo baptizantur fideles, consecratur in inuocatione & virtute Trinitatis, secundum illud Mat. vltimo: Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Et ideo in baptismo Christi (vt Hieronym†. dicit) mysterium Trinitatis demonstratur. Dominus enim in natura humana baptizatur, Spiritus sanctus descendit in specie columbæ, Patris vox testimonium Filio perhibentis auditur. Et ideo conueniens fuit, vt in illo baptismo Pater declaretur in voce.

art. 6. huius quæst.

In cõment. 3. c. Mat. circa fin. to. 9.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd missio visibilis addit aliquid super apparitionem, scilicet autoritatem mittentis. Et ideo Filius & Spiritus sanctus, qui sunt ab alio, dicuntur mitti visibiliter, & non solum apparere: Pater autem, qui non est ab alio, apparere quidem potest, visibiliter autem mitti non potest. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Pater non demonstratur in voce nisi sicut actor vocis, vel loquens per vocem. Et quia proprium est Patri, producere verbum, quod est dicere vel loqui: ideo conuenientissimè Pater per vocem manifestatus est, quæ significat verbum. Vnde & ipsa vox à Patre emissa, filiationem Verbi protestatur. Et sicut species columbæ, in qua demõstratus est Spiritus sanctus, non est ipsa natura Spiritus sancti, nec species hominis, in qua demonstratus est ipse Filius, est ipsa natura filij Dei: ita etiam ipsa vox non pertinet ad naturam verbi vel Patris loquentis. Vnde Ioannis 5. Dominus dicit: Neque vocem eius, id est patris vnquam audistis, neque speciẽ eius vidistis. Per quod (sicut Chry*. dicit super Ioan.) paulatim eos in philosophicum dogma inducẽs, ostẽdit quoniam neque vox circa Deum est, neque species, sed superior est & figuris & loquelis talibus. Et sicut columbam, & etiam humanam naturam à Christo assumptam tota Trinitas operata est, ita etiam & formationem vocis. Sed tamen in voce declaratur solus Pater, vt loquens, sicut naturam humanam solus Filius assumpsit, & sic in colũba solus Spiritus sanctus demonstratus est, vt patet per Aug*. in lib. de Fide ad Petrum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd diuinitas Christi non debuit omnibus in eius natiuitate manifestari: sed magis occultari in defectibus infantilis ętatis. Sed quando iam peruenit ad perfectam ætatem, in qua oportebat eũ docere, & miracula facere, & homines ad se conuertere, tunc testimonio Patris erat eius diuinitas manifestanda, vt eius doctrina credibilior fieret: vnde & ipse dicit Ioan. 5. Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me. Et hoc præcipuè in baptismo, per quem homines renascuntur in filios Dei adoptiuos. Filij autem Dei adoptiui instituuntur ad similitudinem filij naturalis: secundum illud Roman. 8. Quos præscivit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Vnde Hilarius dicit super Mat*. quòd super Iesum baptizatum descendit Spiritus sanctus, & vox Patris audita est, dicentis. Hic est filius meus dilectus: vt ex his, quæ consummabantur in Christo, cognosceremus per aquæ lauacrum, & de cœlestibus portis sanctum in nos Spiritum inuolare, & paternæ vocis adoptione, Dei filios fieri.

Hom. 39. in Ioã. à med. to. 3.

op. 9. circa princ. to. 3.

canon. 4. in Matt. circa finem.

In

IN hac quæstione D. Thomas statuit quatuor conclusiones. ¶ Prima est, conueniēs fuit Christum inter homines conuersari. ¶ Secunda conclusio, non decuit Christum vitā austeram ducere. ¶ Tertia conclusio, decuit Christum vitā pauperē ducere. ¶ Quarta cōclusio, Christus in hac vita cōuersatus est secundū legē.

2. Cōclusio Secunda.

Tertia.

Quarta.

EXPOSITIO QVAESTIONIS.

IN hac quæstione de modo cōuersationis Christi, solū volo disputare vnam quæstionē satis difficilē, ea est: Vtrùm decuerit Christū ducere vitam pauperē, & humilē ad mendicitatē vsque. A parte negatiua sic argumētor, nam Deuter. 15. dicitur: non erit inter vos egenus & mēdicus, in quibus verbis egestas & mendicitas videntur inter mala numerari, & minimè expediētia. ¶ Deinde, Christus Dominus debuit vitam eligibilissimam assumere, sed vita eligibilissima est, quæ est mediocris inter paupertatē & diuitias, dicitur enim Pro. 30. mendicitatē, & diuitias ne dederis mihi,

Vtrū Christus debuerit vitā pauperē agere. Prim. argu.

Deut. 15.

Secundum.

222 *Inf. art. 2. cor. & ad 3. & 22. q. 25. art. 6. co. 5. Pro. 30.

QVAESTIO XL.

De modo conuersationis Christi, in quatuor articulos diuisa.

CONsequenter post ea quę pertinēt ad ingressum Christi in mundū, vel ad eius principium, considerādum restat de his quæ pertinēt ad progressum ipsius. ¶ Et primò considerandum est de modo conuersationis ipsius: secundò, de tēpore eius: tertiò, de doctrina: quartò, de miraculis. ¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm Christus debuerit solitariam vitam ducere, an inter homines conuersari.

¶ Secūdò, vtrū debuerit austeram vitā ducere in cibo & potu & vestitu, an cum alijs cōmunem.

¶ Tertiò, vtrū debuerit abiectè viuere in hoc mūdo, an in diuitijs & honore. ¶ Quartò, vtrùm debuerit secundum legem viuere.

ARTICVLVS I.

Vtrū cōueniens fuerit, Christū inter homines cōuersari.

AD primū sic proceditur. Videtur, q̄ Christus nō debuerit inter homines cōuersari, sed solitariā vitā agere. Oportebat enim quòd Christus sua cōuersatio tribue tantū victui meo necessaria, ergo Christum nō decuit vitam pauperem ducere, sed moderatam. ¶ Tertiò, Christus Dñs habuit vnde vitam sustentaret, dicitur enim Ioan. 12. loculos habuisse, & Ioan. 4. legitur, quod discipuli ibant in ciuitatē vt cibos emerēt, ex quib⁹ testimonijs rectè cōsideratis, Ioānes 22. in extrauagāte Ad conditorē, & in extrauagāti Cum inter nonnullos diffinit esse certū secundū fidē, Christū & discipulos habuisse aliq̄d in communi. ¶ Cōfirmatur hoc ipsum, nā omnis obseruātia perfectiōis à Christo & ei⁹ discipulis originē traxit (vt planè constat) sed discipuli Christi in exordio nascētis Ecclesiæ habuerūt omnia communia, & null⁹ inter eos erat egenus, vt dicit Act. 2. & 4. ergo Christ⁹ nō debuit vitā pauperē ducere. ¶ Quartò, paupertas vsq; ad mēdicitatē tantū abest, q̄ adiuuet ad perfectionē, q̄ eā manifestè impedit: quod sic ostēdo, nā affert secū pericula grauissima peccādi, vt de Pro. 30. dicitur, ne egestate cōpulsus furer,

Tertium.

Ioan. 12.

Ioan. 4.

Ioan. 22.

*li. 1. ca. 24 à med. to. 5

Cōfir.

*2. 2. q. 188 ar. 4.

Act. 2. & 4.

Quartum.

Pro. 30.

Eccl.27. rer,aut ꝑiuré nomẽ Dei mei. Et Ecc.27.ꝓpter inopiã multi deliquerũt. ¶ Quintò, dato ꝙ eſſet conſiliũ omnia propria abijcere propter contemplationẽ diuinæ ſapientiæ,nõ eſt cõſequens,quod liceat mẽdicare,nã tũc viri perfecti tenerẽtur manibus laborare, ſicut ipſe Paul⁹ teſtat̃ ſe feciſſe 1. Cor. 4.& Acto. 20. ea,inquit,quæ mihi opũs erãt miniſtrauerũt manus iſtæ, & 2.ad Theſ.3.q nõ vult labora re nõ manducet: & certè cõ ueniẽtius videt̃ ad vitã perfectã poſsidere aliquid in cõmuni, quã ꝙ viri ꝑfecti ambulẽt inter ſæculares poſtulãtes &circũfora nei. ¶ Deniq; Epi ſunt in ſtatu maximę ꝑfectiõis,& imitãtur maximè Chriſtũ, at ſtatui Epiſcoporũ nõ cõgruit paupertas vſq; ad mẽdicitatẽ.

1.Cõcluſio ¶ Ad huius dubij expoſitionem eſt prima cõcluſio,Chriſtus fuit faber, & filius fabri. Quod fuerit filiꝰ fabri diſtinctè aſſeritMat. c.13.quod ipſe fuerit faber aſſeritur apertè Mar.6.Sed eſt ſciendũ, quòd Hilarius cano ne in Mat. 14. ſcribit Ioſeph patrẽ Chri ſti fer rariũ fabrũfuiſ ſe,his verbis.Planè hic fabri erat filius, ferrũ igne vincẽtis,omnẽ ſæculi virtutẽ iudicio de coquẽtis,maſſamq; formantis in omne opus vtilitatis humanę,&c. Nec ſecus exiſtimarevi detur Beda li.in Mar.2.inquiẽs. Nã etſi humana nõ ſunt cõparãda diuinis typus tamẽ integer eſt, quia pater Chriſti igne operatur & ſpiritu. Vnde & de ipſo, tãquã de fabri filio, præcurſor ſuus ait: Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſanctõ,&igne, quia vaſa iræ, ſui ſpiritus igne molliendo, in miſericordię vaſa cõmutat. Hæc Bæda alludẽs ad illa tria quibus potiſsimũ fabri ferrarij vtũtur ad ferrum edomandũ, nẽpè ad ignẽ,ſpiritũ & aquã. Diuus Tho. in commẽt. ſup Mat. ſingulariter annotauit Ioſephum nõ exercuiſſe artẽ ferrariã,ſed lignariã. Atq; huic ſubſcribũt Petrus Equilinus Epiſcopus lib. de vitis Sanctorũ. 3. Iacobus Genuenſis Epiſcopus in lib. Faſtorũ, Nicolaus Lyranus, & omnis pene ſcholaſticorũ cõſenſus. Neque ab hac opinione diſcrepat veteriſſima eccleſiaſticæ pi-

Mar.2. Beda,

*In cap.9. Mat.10.9.

D.Thom.

Petrus Equilinus.

Iacobus Genuenſis.

trahere,vt eius prædicationẽ audirẽt: nõ tamen hoc fecit, præbẽs nobis exẽplum, vt perambulemus & requiramus peream̃tem: ſicut paſtor oũẽ perditã,& medicus accedit ad infirmum. Tertiò venit,vt per ipſũ habeamus acceſſum ad Deum: vt dicitur Ro.5. & ideo familiariter cũ hominibꝰ cõuerſando,cõueniẽs fuit,vt oĩbus fiduciã daret ad ſe accedẽdi. Vnde dicit̃ Mat.9.Factũ eſt diſcũbente eo in domo, ecce multi publicani&peccatores veniẽtes diſcumbebãt cũ Ieſu & diſcipulis eius. Quod exponens Hiero.*dicit videbãt publicanũ à peccatis ad meliora cõuerſum,locũ inueniſſe pœnitentiæ, & ob id etiam ipſi non deſperant ſalutem.

¶ Ad primũ ergo dicendum,quòd Chriſtus per humanitatem ſuam, voluit manifeſtare diuinitatem. Et ideo cõuerſando cum hominibus (quod eſt proprium hominis)manifeſtauit omnibus ſuam diuinitatem, prędicando,& miracula faciendo, & innocenter & iuſtè inter homines conuerſando. ¶ Ad ſecundũ dicendũ,quòd (ſicut in ſecunda parte dictum eſt†) vita contẽ-

†2.2.q.182 arti.4.& q. 188.ar.6.

cæ picturæ cõsuetudo, repręsentans Ioseph̃ senem, vna cum adolescentulo Iesu ligneas tabulas tractantem. Thomas Caietanus ait incertũ esse, quod genus fabricę exercuerit Ioseph; quoniã fabri nomen genericum sit, cõplectẽs fabros aurarios, argẽtarios, ferrarios, lignarios, & lapidarios. Cuius iudicio fauet Gręcum Matthæi verbum, techton quippè, vt Suidas indicat, lapidarijs, ferrarijs, aclignarijs est commune. Quod si quis quęrat, quidnã fecerit Christus ante baptismũ Ioannis, nã de hac re nihil loquit̃ Euãgeliũ. Pro hoc sit secũda conclusio. Exercuit artẽ fabrilẽ in Nazareth.

Caiet.

2. Cõclusio Christus ante baptismũ exercuit artem fabrilem.

Caietanus.

Quã cõclusionẽ asserit Caie. in introductione huius quæstionis & Mar. 6. & probat ex his principijs. Christus fuit faber & filius fabri. Hoc expresse asseritur in Euãgelio, vt iã visum est. Secundũ principiũ, Christ⁹ in illo tẽpore nõ vacauit litteris neq; scientijs, neq; doctrinæ legis acquirẽdæ, vt certa cognitiõe cognoscerẽt oẽs eius cõciues, quòd sciẽtia eius nõ erat humanit⁹ platiua simpliciter est melior quã actiua, quæ occupatur circa corporales actus. Sed vita actiua secundum quam aliquis prædicando, & docendo cõtemplata, alijs tradit, est pfectior, quã vita, quæ solum contemplatur: quia talis vita prę supponit abundantiam cõtemplationis. Et ideo Christus talem vitã elegit. ¶ Ad tertium dicendum, quòd actio Christi fuit nostra instructio. Et ideo vt daret exemplũ prædicatoribus, quòd non semper se darent in publicum, ideo quando quę Dominus se à turbis retraxit. Quod quidem legitur fecisse, ppter tria. Quandoque quidẽ pro ptercorporalem quietẽ. Vnde Mar. 6. dicitur, q̃ Dominus dixit discipulis. Venite seorsum in desertũ locũ, & requiescite pusillum: erãt enim qui veniebãt & redibãt multi, & nec spatium mãducandi habebant. Quandoq; verò causa orationis. Vnde dicitur Luc. 6. Factũ est in illis diebus, exijt in montẽ orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Vbi ait Ambros.* quòd ad præcepta virtutis suo nos informat exemplo. Quandoque verò, vt doceret facquisita, vnde conciues obstupescebãt non solum de miraculis, sed de sapiẽtia quæ apparebat in Iesu, vnde Mar. 3. dicitur cũ audissent sui, exierunt tenere eum, dicebãt enim quod in furorem versus est. Tertiũ principiũ, Christus non ocio sus & vagus obambulabat, hoc enim non decebat Christũ fabrũ & filium fabri. Ex his principijs haud obscurè colligit̃ prædicta conclusio. Hoc em̃ tẽporis interuallo, nullũ ei⁹ miraculũ legit̃, neq; vlla ei⁹ doctrina audit̃. Atq; hoc tã diuturnũ domini silẽtium, & tam lõgi temporis vitæ eius obscuritatẽ, quibus humilitas, & obedientia ab eo nobis maximè commendatæ ac prædicatę sũt, ita pij viri stupent: vt quia verbis humanis ea satis explicari nõ possunt, singularem Spiritus sancti sapientiam semper laudent & extollant, qui sacros Euangelistas illa silentio admirari voluerit. ¶ Tertia conclusio, Christus Dominus & eius discipuli duxerunt vitam pauperẽ. Hæc veritas constat ex sacra scriptu-

*Hom. 15. in Mat. circa prin. to. 2.

uorem humanum vitare, vnde super illud Mat. 5. Videns Iesus turbas, ascendit in montem, dicit Chrysosto*. Per hoc q̃ nõ in ciuitate & foro, sed in monte & solitudine sedit, erudiuit eos, nihil ad ostentationem facere, & à tumultibus abscedere, & maximè, cùm de necessarijs disputare oportet.

ARTICVLVS II.

Vtrũ Christ⁹ austerã vitã in hoc mũdo ducere debuerit.

AD secũdũ sic proceditur. Videtur, quòd Christus debuerit austeram vitam ducere in hoc mundo. Christus enim multò magis prædicauit perfectionem vitæ, quàm Ioannes. Sed Ioannes austeram vitam duxit, vt suo exemplo homines ad perfectionẽ vitæ prouocaret: dicitur enim Matth. 3. quòd ipse Ioannes habebat vestimẽtum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, esca autem eius erat locustæ & mel syluestre. Quod exponẽs Chrys.* dicit. Erat mirabile in humano corpore, tantam patientiam videre: quod & Iudęos magis attrahebat. Ergo videtur quòd multò magis Christum decuerit austeritas vitæ.

223

*Inf. q. 41. ar. 3. ad 1.

3. Cõclusio

*Hom. 10. in Mat. ante medium to. 2. Christus, & eius discipuli duxerunt vitam pauperem.

*I. 5. in Luc. 6. cuius titulus est: De oratione lesu in mõte ante med. to. 1.

Mat.8. scriptura Matth.8. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis nō habet vbi caput suum reclinet, quasi diceret secundum D.Hierony. Quid me propter diuitias & sæculi lucra sequi cupis cum sim tantæ paupertatis vt ne hospitiolum quidē proprium habeā, & tecto non vtar meo? & super illud Mat. 17. Ne autem scandalizemus eos, vade ad mare, &c. hoc simpliciter intellectum ædificat auditores dum audimus tantæ Dominū fuisse paupertatis, vt vnde solueret tributa non haberet, & ipse Dominus prædicans Euangeliū regni sic inquit. Omnis qui non renūtiat omnibus quæ possidet, nō potest meus esse discipul⁹, vnde adolescēti cuidam dixit Dominus Matt.19. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, &c. & Apostoli Domini constanter dicunt in eodem capite. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? ¶ Sed contra istam conclusionem dubium solet mouere. Vtrùm fecerit Christus votum paupertatis. Ratio dubitationis est, nam præstantius & melius est facere aliquid ex voto quam sine illo: hoc docet D.Thomas 2.2.q.88.ar.6. Respondetur, pro certo tenendum est, quod

D.Hieron.

Mat.17.

Mat.19.

Dubium.

D.Thom.

¶ 2. Præterea, Abstinentia ad continentiam ordinatur: dicitur enim Oseę 4. Comedent, & non saturabuntur: fornicati sunt, & non cessauerūt. Sed Christus continentiam in se seruauit, & alijs seruandam proposuit, cum dixit Matthæi 19. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum: qui potest capere capiat. Ergo videtur, quòd Christus in se & in suis discipulis austeritatem vitæ seruare debuerit. ¶ 3. Præterea, Ridiculum videtur, vt aliquis districtiorem vitam incipiat, & ab ea in laxiorem reuertatur: potest enim dici cōtra eum quod habetur Luc.14. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Christus autem districtissimam vitam incepit post baptismum, manens in deserto, & ieiunans quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Ergo videtur non fuisse congruum, quòd post tantam vitæ districtionem ad communem vitam rediret. ¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 11. Venit Filius hominis manducans & bibens.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut dictū est*) congruum erat incarnationis fini, vt Christus non ageret solitariā vitā, sed cū hominibus conuersaretur. Qui autē cum aliquibus conuersatur, conuenientissimum est, vt se eis in conuersatione conformet, secundum illud Apostoli primæ ad Cor.9. Omnibus omnia factus sū. Et ideo conuenientissimū fuit, vt Christus in cibo & potu cōmuniter se sicut alij haberet. Vnde Aug*. dicit contra Fausti, quòd Ioannes dictus est non manducās neque bibēs, quia illo victu quo Iudæi vtebantur, nō vtebatur. Hoc ergo nisi Dūs vteretur, non in eius cōparatione, manducans bibensque diceretur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Dominus in sua conuersatione exemplum perfectionis dedit in omnib⁹, quæ per se pertinent ad salutem. Ipsa autem abstinentia cibi & potus, nō per se pertinent ad salutem: secūdum illud Ro. 14. Non est regnum Dei esca & potus. Et Aug†. dicit in lib. de Quæstionibus Euang. exponens illud Matth.11. Iustificata est sapientia à filijs suis: quia scilicet sancti Apostoli intellexerunt Christus nō fecit votum paupertatis, & q; ei nō cōpetebat vouere, tum quoniam erat Deus, tum verò quia in quātum homo habebat voluntatem firmatam in bono quasi cōprehēsor existēs, & impeccabilis, Apostoli verò intelliguntur vouisse omnia quæ spectant ad perfectionis statum quādo dixerunt Christo: Ecce nos reliquim⁹ oīa, &c. Hæc doctrina Diui Thomæ est in 2.2. in quæst. prænotata art. 4. ad vltimum.

*Ar. præc.

*li.16.c.30 ante med. to.6.

D. Thom.

¶ Quarta conclusio, Christus non fuit mēdicus. Hāc conclusionem habet Caietanus super Matthæum cap. 5. explicans illud: Beati pauperes spiritu, dicit in hunc modum. Christus in rei veritate non fuit mendicus, sed potius dans eleemosynā mēdicis, vt patet Ioannis 13. quādo putatum est Christum iussisse

4. Cōclusio Christus nō fuit mēdicus.

Caietan.

†l.2.ca.11. ante med. to.4.

iussisse Iudę habēti loculos vt egenis aliquid daret, ex quo clare habetur Christum, nec se, nec suos discipulos inter mendicos connumerasse. Idem patet Ioan. 4. Quando discipuli ibant in ciuitatem non vt mendicarent, sed vt emerēt cibos: Rursus, Christus Dñs nō legitur aliquid petisse ab aliquo nisi potū aquæ à Samaritana. Hoc autē non est propriè mēdicare, nā istud cuilibet ex magnatib⁹ potuit accidere. Itaq; Christ⁹ fuit in paupertate mēdicitatis, ex eo quod nihil habuit propriū omnino præter vestes, ex quo cœpit prędicare, sed nō viuebat ex mēdicatis, sed ex oblatis à deuotis personis, secundum illud Ioan. 13. vbi habetur quod Iudas loculos habebat, & portabat quæ mittebantur, & Luc. 8. clarissimè habetur quòd mulieres ministrabant Christo discurrenti ad prædicādū ex facultatibus suis. Contrariā sententiam tenent Doctores pientissimi D. Bernardus, & D. Bonauentura, quorū sententia est pia & probabilis, sed sententia Caietani est longè probabilior. Sed magna quæstio est, quod genus paupertatis Christus & eius discipuli obseruauerint? De hac re est magna dissensio inter Nicolaum 3. & Ioannem 22. Nam Ioānes 22. videtur cōtradicere Nicolao 3. in duobus extrauagantibus supracitatis, nam in prima diffinit, q⁹ vsus nō distinguitur à dominio in reb⁹ quę vsu consumūtur cōtra quos dā qui gloriantur se habere vsum istarū rerum, & non dominium: in secunda vero diffinit, quod Christus & ei⁹ discipuli habuerint aliqd in communi, & quod nō habuerunt solū vsum, sed etiā dominiū, ex quo consequenter deducit, quod possidere aliquid in communi non diminuit vitæ perfectionem nisi velis dicere Christum & eius Apostolos imperfectam duxisse vitam. Contraria his definit Nicolaus 3. in cap. exijt qui seminat de verborum significatione in 6. Totum ergo pondus quæstionis huc propēdet. Vtrùm habere loculos, & possidere aliquid in cōmuni sit opus imperfe-

Quod genus paupertatis Christus obseruauerit. Ioan. 22. Nicola⁹ 3.

*super illud Mar. 2. Quarediscutiunt non ieiunant? Est c. 12. sēcūdū ordi. Bedæ, to. 2. Idē habet Ambr. li. 2. de Incar. c. de Mar. cōs.

*Hom. 13. in Matt. nō remotè à princ. to. 2.

*Hom. 16. in Euang. post mediū illius.

Vtrū possit dere aliquid in cō muni dimi nuat perfe ctionem.

tem discipuli Christi. Quod exponēs Beda dicit, *quòd Ioannes vinū & siceram nō bibit: quia ille abstinētia meritū auget, cui potētia nulla inerat naturæ. Dominus autem, cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret, quos abstinentibus poterat reddere puriores? ¶ Ad tertium dicēdum, quòd sicut Chryso. * dicit super Mat. Vt discas quā magnum bonum est ieiunium, & quale scutum est aduersus diabolum, & quoniam post baptismum nō lasciuiæ, sed ieiunio intendere oportet: & ipse ieiunauit, non eo indigens, sed nos instruens. Non autem vltra processit ieiunando, quàm Moyses & Helias, ne incredibilis videretur carnis assumptio. Secundum mysterium autem, vt Greg*. dicit, quadragenarius numerus exemplo Christi in ieiunio custoditur: quia virtus decalogi per libros quatuor sancti Euāgelij impletur: denari⁹ enim quater ductus, in quadragenariū surgit. Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elemētis subsistimus: per cuius voluptates, prœceptis dñicis cōtraimus quę p decalogū

perfectionis, vel diminuat de vitæ perfectione. A parte affirmatiua sic arguitur, nam Augustinus in lib. de opere monachorum, & super illud: producens fœnum iumentis; dicit: Dominus noster Iesus Christus more suę misericordiæ infirmioribus compatiēs, cū ei possent Angeli ministrare, loculos habere dignatus est. Et Nicolaus 3. in decretali, Exijt qui seminat in 6. deverborū significatione dixit, q̄ infirmorū personā Christus suscepit in loculis; & rursus: egit nāq; Christus, & docuit perfectionis opera: egit etiā & infirma, sicut interdū in fuga patet, & in loculis. Sed vtrūq; egit pfectè perfectus existēs, vt pfectis & imperfectis se viam salutis ostenderet, quivtrosq; saluare venerat. Vbi manifestè insinuat, quod habere loculos imperfectorum est. ¶ In oppositū est, nam habere loculos nihil minuit de personali perfectione, alioquin, Abrahā cui dictū est, Esto perfect⁹, & Christus & Apostoli non fuissent perfecti personaliter. Nihil etiā minuit de perfectione status Episcopalis: alioquin tot sancti Episcopi non fuissent perfecti, vt Ambrosius, Augustinus, Gregorius. Nihil etiam minuit de perfectione religionis, alioqui, Benedictus, Antonius, Bernard⁹, Dominicus, &c. nō fuissent perfecti religiosi. Nihil ergo minuit de perfectione habere loculos. ¶ De hac quæstione disputat latissimè D. Tho. in 2.2.q.188.ar.7 & ibidem Caietanus. Nos breuiter rē expediemus his paucis documentis. ¶ Primum, condemnare omnimodam pauperta tem vsque ad mendicitatem quam profitētur fratres D. Francisci, hæreticum dogma est. Fuerūt enim nonnulli cōtra quos acerrimè disputat D. Tho. in opusc. 17. c. 14. & 15. & in opu. 19. c. 6. qui reprobabāt paupertatem, nisi necessaria in cōmuni possiderentur, de quibus triumphat mirū in modū D. Th. lociscitatis. Legite autorem. ¶ Secundum documētum, habere loculos, & aliq̄d in cōmuni ex eleemosynis mēdicatis vel oblatis à deuotis personis

Pars affirmatiua. Augusti.

*li. 83. q. q. 81. in prin. to. 4.

Nicolaus 3.

In oppos.

*Id habet formaliter Ambros. l. 2. in Luc. in c. de Mariæ turbatæ cō solatione, non remote à prin. 80. 5.

sunt accepta. Vel secundum Augustin.* in lib. 83. Quæstionum, omnis sapiētię disciplina est Creatorem creaturāq̄ue cognoscere. Creator est Trinitas, Pater, & Filius & Spiritus sanctus. Creatura verò partim est inuisibilis, sicut anima, cui ternarius numerus attribuitur: diligere enim Deum tripliciter iubemur, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente. Partim visibilis, sicut corpus cui quaternarius debetur, propter calidum, humidum, frigidum, & siccū. Denarius ergo numerus, qui totā insinuat disciplinam, quater ductus, id est, numero qui corpori tribuitur, multiplicatus, quadragenariū conficit numerū, & ideo tempus quo ingemiscimus & dolemus, quadragenario numero celebratur. Nec tamen incongruum fuit, vt Christus post ieiunium & desertum, ad communem vitam rediret: hoc enim cōuenit vitæ secundum quā aliquis contēplata alijs tradit, quā Christus dicitur assūpsisse, vt primò contēplationi vacet, & postea ad publicum actionis descendat, alijs conuiuendo. Vnde & Beda dicit super Mar.* Ieiunauit Christus, ne præceptū declinares, māducauit cum peccatoribus, vt gratiam cernens, agnoscere potestatem.

ARTICVLVS III.

Vtrùm Christus in hoc mũdo debuerit pauperem vitam ducere.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Christus in hoc mūdo nō debuerit pauperem vitā ducere, Christus enim debuit eligibilissimam vitā assumere. Sed eligibilissima vita est quæ est mediocris inter diuitias & paupertatem: dicitur enim Pro. 30. Mēdicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tātū victui meo necessaria. Ergo Christus non debuit pauperē vitā ducere, sed moderatā. ¶ 2. Prętereà, Exteriores diuitię adv̄s corporis ordinātur, quātum ad victum & vestitum. Sed Christus in victu & vestitu communem vitam duxit, secundū modū aliorum, quibus conuiuebat. Ergo videtur, quòd in diuitijs & paupertate communem modum viuēdi seruare debuerit, & non vti maxima paupertate. ¶ 3. Prætereà, Christ⁹ maximè homines inuitauit ad exemplū humilitatis: secundum illud Mat. 11.

D. Thom. 224 * 4. contra ca. 15. ad 10. & opusc. 18. c. 15. & opus. 20. l. 3. c. 5. 1. Cōclusio

D. Thom.

2. Cōclusio.

personis non imminuit perfectionem paupertatis Euangelicæ, quin potius hæc est perfectissima forma paupertatis Euangelicę. Probatur, nam Christus & eius discipuli perfectissimum modum paupertatis Euangelicæ cõplexi sunt, at Christꝰ dñs, & eiꝰ discipuli habuerũt loculos & aliquid in cõmuni ex eleemosynis, vt testatur diuina scriptura, ergo hic est ꝑfectissimꝰ modus paupertatis Euãgelicæ. Deinde, Christus Dñs ꝓbuit nobis exẽplũ perfectissimæ pauptatis Euãgelicæ, sed exẽplũ paupertatis Christi fuit habere loculos & aliquid in cõmuni, ergo hic modus est perfectissimus paupertatis Euãgelicæ, sufficit enim nobis quod simus sicut magister noster. Tertiũ, Ioã. 22 in extrauagãti ad conditorẽ, & in extrauagãti cũ inter nõnullos, & in extrauagãti quia quorundã, de verborũ significatione definit grauissimè esse hæreticũ docere, ꝙ habere loculos, & aliquid in cõmuni diminuat perfectionem paupertatis Euangelicę. Et quidam fratricelli, qui ausi sunt contrarium dogma pertinaciter defendere condemnati sunt tanquã hæretici & combusti, vt videre est in directorio inquisitorum. q. 17. & 18. Ad autoritatem Đ. Augustini respondetur, quod quãdo Christus seruiebat mortalibꝰ, formam susceptit serui & imperfecti, quippè cui Angelivniuersi debebãt seruire. Ex hoc vero colligere quod seruire mortalibꝰ fuit opus imperfectionis in Christo, ineptũ est ne dicã hæreticũ & impium. Ad Nicolaũ 3. variè respondẽt doctores. Prima responsio est, quod Nicolaus 3. nõ diffiniuit vt pastor Ecclesiæ, quod habere loculos erat opus imperfectionis, & diminuebat perfectionẽ paupertatis Euangelicæ, sed asseruit vt Doctor sententiam suam exponens, quapropter in hac parte errare potuit. Ad hunc modum explicat hanc decretalem Benedictus 12. vt patet in directorio inquisitorum loco prænotato, cæterum Ioannes 22. diffiniuit contrarium vt pastor Ecclesiæ in tri-

Directorij inquisitorũ

Ad D. Aug.

Ad Nicolaum 3.

* In illud Matt. 10. nolite posidere aurum to. 9.

Benedictus 12.

Ioan. 22.

* In illud Matt. Accedẽs vnus scribꝰ, ait illi to. 9.

* Circa fin. cõment. ad ca. 17. Mat. to. 9.

Ioan. 22.

bi Dei, vt omnino vacẽt prædicationi, omnino à sęcularium rerum cura esse absolutos: quod facere non possunt qui diuitias possident. Vnde & ipse Dominus Apostolos ad prædicandũ mittens, dicit eis Matth. 10. Nolite possidere aurum neque argentum. Et ipsi Apostoli dicunt, Act. 6. Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Secũdò, quia sicut mortem corporalem assumpsit, vt nobis vitã largiretur spiritualem: ita corporalem paupertatem sustinuit, vt nobis diuitias spirituales largiretur. secũdum illud 2. ad Corin. 8. Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, vt illi inopia vos diuites essetis. Tertiò, ne si diuitias haberet, cupiditati eius prędicatio ascriberetur. Vnde Hieronymus dicit super Matthæum. Quòd si discipuli eius diuitias habuissent, viderentur nõ causa salutis hominum, sed causa lucri prædicare, & eadem ratio est de Christo. Quartò, vt tantò maior virtus diuinitatis eius ostẽderetur, quãtò per paupertatẽ videbatur abiectior. Vnde

Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Sed humilitas maximè cõmẽdatur in diuitibus: vnde dicitur 1. ad Timo. vlti. Diuitibus huius sæculi præcipe, non altũ sapere. Ergo videtur, quòd Christus nõ debuerit ducere pauperẽ vitã. ¶ Sed contra est, quod dicitur Mat. 8. Filius hominis nõ habet vbi caput reclinet quasi dicat, secundum Hiero.* Cur me propter diuitias & sæculi lucra cupis sequi, cùm tantæ sim paupertatis, vt nec hospitiolũ quidẽ habeã, & tecto vtar non meo? Et super illud Mat. 17. vt non scãdalizemus eos, vade ad mare, dicit Hiero*. Hoc simpliciter intellectũ ædificat auditorem, dũ audit tãtæ Dñm fuisse paupertatis, vt vnde tributa pro se & Apostolo redderet, non habuerit.

¶ Respondeo dicendum, quòd Christum decuit in hoc mundo pauperem vitam ducere. Primò quidem: quia hoc erat congruum prædicationis officio, propter quod venisse se dicit Marc. 1. Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Oportet autem prædicatores ver-

in tribus extrauagantibus comburẽs multos, qui veritatem dictam inficiabantur. Secunda ſolutio eſt, quod habere loculos non dicit im perfectionem in genere moris, ſed in genere naturæ ſicut eſurire, ſitire, ſiquidem præſupponit indigentiam, vel alio modo habere loculos in cõmuni dicit im perfectionem non quidẽ ad iſtum ſenſum, quod fuerit peccatum in Chriſto, aut impfectio habere loculos, ſed quod non habereloculos ex obiecto pfectius eſt quã habere illos, ſicut perfectius eſt non bibere vinum, quam bibere, & mori pro hominibus quã prædicare. Vtrũque tamen opus pfectũ fuit. Vltima ſolutio eſt, non eſſe negãdũ quin in genere pauperta tis ſtrictior & maior pauper tasſit nihil poſſidere omnino nec priuatim, nec in cõmuni, quã habere loculos, ſed maior pau pertas non cõſtituit perfectiorem vitã, nec perfectiorem religionẽ, non enim quo religio pauperior eſt, perfectior eſt: ſicut inſtrumẽtum & medicamen non quo magis eſt, melius eſt: & paupertas non eſt perfectio vitæ Chriſtianæ, ſed inſtrumentum, & ea eſt perfectior quæ ad finem charitatis eſt magis accommoda. Sed iam reſpondeamus argumẽtis in principio factis. Ad argum. in principio.

dicitur in quodam ſermone Epheſini concilij: Omnia paupera & vilia elegit, omnia mediocria & plurimis obſcura, vt diuinitas cognoſceretur orbem trãsformaſſe terrarũ, propterea pauperculam elegit matrẽ, pauperiorem patriam, egẽs fuit pecunijs: & hoc tibi exponit præſepe.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſuperabundantia diuitiarum & mendicitas, vitanda videntur ab his qui volunt viuere ſecundum virtutem, in quantum ſunt occaſiones peccandi. Abũdantia namque diuitiarum eſt ſuperbiẽdi occaſio: mendicitas autem eſt occaſio furandi & mentiendi, aut etiã periurandi. Quia verò Chriſtus peccati capax non erat, propter hanc cauſam, ex qua Salomon hoc vitabat, Chriſto vitanda non erant. Neque tamen quælibet mendicitas eſt furandi & periurandi occaſio, vt ibidem Salomon ſubdere videtur, ſed ſola illa, quæ eſt contraria voluntati, ad quam vitandam homo furatur & periurat. Sed paupertas voluntaria hoc periculum non habet: & talem paupertatẽ Chriſtus elegit. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd communi vitavti, quantum ad victum & veſtitum, poteſt aliquis non ſolum diuitias poſſidendo: ſed etiam à mulieribus, & diuitibus neceſſaria accipiendo. Quod etiam circa Chriſtum factum eſt: dicitur enim Lucæ 8. quòd mulieres quædam ſequebãtur Chriſtum, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Vt enim Hiero. *dicit contra Vigilantiũ, conſuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de ſubſtantia ſua victum atque veſtitum præceptoribus ſuis miniſtrarent. Sed quia hoc ſcandalũ facere poterat in nationibus, Paulus ſe abieciſſe commemorat. Sic ergo communis victus poterat eſſe ſine ſolicitudine impediente prædicationis officium: non autem diuitiarũ poſſeſsio. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ, q̃ in eo qui ex neceſsitate pauper eſt, humilitas nõ multũ commendatur: ſed in eo, qui volũtariè pauper eſt (ſicut fuit Chriſtus) ipſa paupertas eſt maximę humilitatis indicium. Ad ſecũdũ. Ad primũ.

* Hoc habet formaliter cap. 27. Mat. ſuper illud. Erant ibi mulieres &c.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ Chriſtus in hac vita ſe cũctis legẽ cõuerſatus fuerit.

furatur,& periurat. Sed paupertas voluntaria hoc periculum non habet,& talem paupertatem Christus elegit. ¶ Ad tertium respondetur, quòd Christus Dominus perfectissimũ modum paupertatis est amplexus nihil habẽs proprium præterveſtes,eaverò quæ conſe-

Ad tertium

225 *Sup.q.37. per totũ & inf.q.47.ar tic.2. ad 1. & 3.di. 14. art.3.q.6. ad 3. & 4. dist.1.q.2. ar.2.q.3. & opus.60. c. 33.

rebantur à deuotis perſonis in cõmuni ſeruabãtur ad ſuſtentandam vitam,ſed Chriſtũ mẽdicaſſe nuſquã legit.

Ad quartũ.

Ad confirmationem ex his quæ modò diximꝰ,patet ſolutio. ¶ Ad quartum argumentum ex ſolutione ſecundi patet, quid dicendum ſit.

Ad quintũ.

¶ Ad quintũ reſpondetur, quod & ꝓpria omnia relinquere & mendicare etiã ad vitã perfectã cõducit:& D. Paulus in illis verbis; Qui nõ laborat, nõ manducet, nõ imponit omnibus neceſsitatẽ laborãdi manibus proprijs non diuitibus, non inualidis, & infirmis, nõ monachis,nec cæteris miniſtris Eccleſiæ, q̃ prędicationi verbi Dei adminiſtratiõi ſacramẽtorũ, cõtẽplationi diuinæ ſapiẽtiæ vacãt,ſedimponitur illud p̃cептũ hoĩbusocio

AD quartũ ſic proceditur. Videtur, quòd Chriſtus non fuerit conuerſatus ſecundũ legem. Lex enim præcipiebat vt nihil operis in ſabbato fieret:ſicut Deꝰ die ſeptimo requieuit ab omni opere quod patrãrat. Sed ipſe in ſabbato curauit hominem, & ei mandauit, vt tolleret lectum ſuum, ergo videtur, quòd non fuerit ſecundum legẽ conuerſatus. ¶ 2. Prætereà, Eadẽ Chriſtus fecit & docuit, ſecundum illud Act.primo. Cœpit Ieſus facere & docere. Sed ipſe Mat. 15. docuit, quòd omne quod intrat in os, non coinquinat hominem, quod eſt contra præceptum legis, quæ per eſum & contactum quorundam animalium dicebat hominem immundum fieri:vt patet Leuit.11. Ergo videtur,quòd ipſe nõ fuerit ſecundum legem conuerſatus. ¶ 3. Prætereà,Idem iudicium videtur eſſe facientis: & conſentientis: ſecundum illud Rom.1. Non ſolùm illi qui faciunt,ſed & qui conſentiunt faciẽtibus. Sed Chriſtus conſenſit diſcipulis ſuis ſoluẽtibus legem,in hoc quòd ſabbatho ſpicas vellebant, excuſando eos:vt habetur Mat.12. Ergo videtur quòd Chriſtus nõ cõuerſatus fuerit ſecũdũ legẽ. ¶ Sed cõtra eſt,quod dicitur Mat.5. Nolite putare qm̃ veni ſoluere legẽ, aut prophetas. Quod exponẽs Chryſo*. dicit. Legẽ impleuit, primò quidẽ nihil trãſgrediẽdo legaliũ,ſecũdo iuſtificãdo per fidẽ,quod lex per literã facere nõ valebat.

¶ Reſpõdeo dicendũ, quòd Chriſtus in omnibus ſecundum legis præcepta conuerſatus eſt. In cuius ſignum etiam voluit circuncidi: circunciſio enim eſt quædã proteſtatio legis implendæ: ſecundũ illud Gal.5. Teſtificor omni hominicircuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Voluit autẽ Chriſtus ſecundũ legẽ conuerſari, primò quidem,vt legẽ veterem approbaret. Secũdò, vt eã obſeruãdo,in ſeipſo cõſummaret & terminaret: oſtendens quòd ad ipſũ erat ordinata. Tertiò,vt Iudæis occaſionẽ calũniandi ſubtraheret. Quartò, vt homines à ſeruitute legis liberaret: ſecundũ illud Gal.4. Miſit Deus Filium ſuum factum ſub lege,vt eos qui ſub lege erãt redimeret. Ad primũ ergo dicẽdũ, ſis,ꝙpatet ex verbis Pau. Qui nõ vult,inquit, operari nõ mãducet. Vnde D. Aug. in li. de opere monachorũ,quẽ ferè totum in huius ſentẽtiæ Paulinæ expoſitione cõſumpſit, pluribus tũ rationibus,tũ diuinæ ſcripturę teſtimonijs demonſtrat, quatuor eſſe monachorum genera, quibꝰ iure Euãgelico liceat ſine manuũ laboribus vitã ducere, & aliorum ſubſidijs ſuſtentari. In primo loco ponit eos, qui p̃dicationi verbi Dei incumbunt, in ſecundo loco ſtatuit eos qui altari ſeruiũt, vel alijs miniſterijs Eccleſiaſticis, tertiũ locũ aſſignat ægris monachis, in quarto loco numerat monachos quoſdam à parẽtibus delicatè,ac ſplẽdide educatos,qui omnibus ſuis vẽditis ad religionẽ euolarunt.

D. Auguſt.

*Hom.16. in Matt. 4. pag.à prin. illius to.2.

Ad ſextum.

¶ Ad ſextũ argumẽtũ reſpõdetur, ꝙ quãuis ſecundũ ſe ſit melius & perfectius viuere ex mendicato, quam habere moderatas poſſeſsiões, at conſiderata ſæcularium cõditiõe, & refrigeſcẽte in cordibus eorũ charitate, expediẽtius iudico habere moderatas poſſeſsiões

tum

tum quoniam euagatio religiosorum per fora,plateas,&villas ad quærendum victum nõ permittit otium sanctum ad studium literarum,& ad prædicationis officium;tum deinde,quoniã religiosi statim à professione versantes inter seculares,nõ possunt facilè suã ꝓfessionẽ seruare, & facilè recipiunt peregrinas impressiones; tũ deniq́e,quoniam postquam refrixit Christianorũ charitas iam sumus molesti,&onerosi maximè cum sint myriades monachorũ , ad quos alendos ne horreũ quidẽ Siciliæ sufficiet. Sed hoc diligẽtius in 2.2.loco citato. ¶ Ad vltimũ dico,nõ esse eandẽ rationẽ de Episcopis,atq; de prędicatoribus & religiosis,nam status Episcoporum nõ ordinãtur ad perfectionẽ adipiscendã, sed potius vt ex perfectione quã quis habet alios gubernet, nõ solũ ministrãdo spiritualia,sed etiã tẽporalia; maximè cũ Epi sũt patres pauperũ A religiosis verò exigit,vt viuãt sine ꝓprio quoniam sunt in disciplina perfectionis acquirendæ.

Ad vltimũ.

quòd Dominus super hoc se excusat à transgressiõe legis tripliciter. Vno quidẽ modo ,quia per præceptum de sanctificatione sabbati, nõ interdicitur opus diuinum,sed opus humanũ: quamuis enim Deus die septimo cessauerit à nouis creaturis condendis, semper tamen operatur in rerum conseruatione & gubernatione. Quòd autem Christus miracula faciebat,erat operis diuini. Vnde ipse dicit Ioã nisquinto. Pater meus vsque modo operatur , & ego operor. Secundò,excusat se per hoc, quòd illo præcepto non prohibentur opera quæ sunt de necessitate salutis etiã corporalis. Vnde ipse dicit Luc.13. Vnusquisque vestrum sabbato nõ soluit bouem suum aut asinum à pręsepio,& ducit adaquare? Et infrà 14. Cuius vestrum asinus , aut bos in puteum cadet,& non continuò extrahet illum die sabbati? Manifestum est autem, quòd opera miraculorũ , quæ Christus faciebat, ad salutem corporis & animę pertinebãt. Tertiò,quia illo prȩcepto non prohibentur opera,quæ pertinent ad Dei cultum. Vnde dicitur Matth.12. An non legistis in lege,quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? & Ioannis septimo dicitur,quòd circuncisionem accipit homo in sabbato. Quòd autem Christus paralytico mandauit , vt lectum suum sabbato portaret,ad cultum Dei pertinebat,id est,ad laudem virtutis diuinę. Et sic patet,quòd sabbatum non soluebat: quamuis hoc ei Iudæi falsò obijcerent,dicentes Ioannis 9. Non est hic homo à Deo,qui sabbatum non custodit. ¶ Ad secundum dicendum , quòd Christus voluit ostendere per illa verba,quòd homo non redditur immundus secundum animam ex vsu ciborũ quorumcunque secundum suam naturam , sed solùm secundum quandam significationem vtrumque naturam mundum esse. Vnde Augu*. dicit contra Faustum: Si de porco & agno requiratur,vtrùm natura mundus est, dicimus quia omnis creatura Dei bona est: quadam verò significatione agnus mũdus , porcus immundus est. ¶ Ad tertium dicendum , quòd etiam discipuli quando esurientes,spicas sabbatho vellebant,à transgressione legis excusantur,propter necessitatem famis. Sicut & Dauid non fuit transgressor legis, quando propter famis necessitatem comedit sanctos panes, quos ei edere nõ licebat.

*lib.6.c.7. nõ longè à princ.to.6.

QVAESTIO. XLI.

De tentatione Christi,in quatuor articulos diuisa.

De qua Doctores super Matthæum c.4.

DEinde considerandum est de tentatione Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò,vtrùm fuerit conueniẽs Christum tentari. ¶ Secundò, de loco tentationis. ¶ Tertiò,de tempore. ¶ Quartò,de modo & ordine tentationis.

Pro

PRO cuius introductione operæpretium erit in primis exponere, quid sit tentatio, nam hæc vox in scripturis sanctis variam habet & multiplicem significãtiam. Quid sit tentatio explicat Sanctus Thomas q.114. artic.2. primæ partis, dicitque, quod tentare propriè est rem incertam & incognitã explorare, experiri, & diligenter inquirere. Secundum quam significationem in scripturis Deus dicitur homines præceptis, & afflictionibus immissis tentare, quia scilicet, quales sint probat, non quidem vt ipse cognoscat, sed vt quales sint, ipsimet & alij cognoscant. Sic & homo dicitur Deum tentare, cum de diuina vel bonitate, vel potẽtia diffisus experiri vult, quid possit aut quid facturus sit, quosmodo tẽtauerũt Deum Israelitæ dicentes; Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Hinc in scripturis tentationes dicuntur persæpè afflictiones, quia his homo probatur, sibique & alijs innotescit. Quoniam autem tentationes dicũtur afflictiones, ob id & tentari pro affligi ponitur, & tentare aliquem pro affligere, molestare, irritare, & ad iracundiam prouocare: secundum quam etiam significationem nonnũ quam in scriptura dicuntur homines Deum tentare, hoc est prouocare, & exasperare, vt in Psalmo, & tentauerunt, & exacerbauerũt Deũ excelsum, & testimonia eius non custodierũt. Et in actis Apost. Quid tẽtatis Deũ imponere iugũ super ceruices discipulorum? ¶ Tentare autem prout significat explorare & experiri duobus modis contingit. Aut enim quis aliquid tentat solum vt illud sciat, quomodo dicimur tẽtare alicuius sciẽtiã aut amicitiã. Aut tẽtare aliquid dicitur, aliquis cùm illud quod nescit cupit ita explorare, vt etiã aliquid conetur efficere: quomodo dicimur tentare aliquã rem quam aggredimur: & tentare aliquem de pudicitia, cum conamur ipsum ad impudicitiam pertrahere. Atque secundum hunc modum diabolus nos tentare dicitur, quia scilicet suis suggestionibus & oppugnationibus & conatur experiri quales simus, & simul ad malum nos pertrahere studet. Itaque & tentatio pro sollicitatione ad malum, & tẽtare pro sollicitare ad malum ponitur, quomodo apud Iacobum Deus neminem tẽtare dicitur. Hoc ergo respectu in scripturis diabolus appropriatè dicitur tentator, vt hoc loco. Et rursum 1.Thess.3. 1.Thess.3. Ne fortè tentauerit vos is qui tẽtat; vbi Græcis est ea dictio quæ hoc loco, o pirazon. Satan autem Hebraica dictio est, quæ idẽ significat quod aduersarius & inimicus. Vnde 2.Reg.19. 2.Reg.19. Dauid dicebat; Quid mihi & vobis filijs Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in Satan? Ita & reuocanti à cruce Petro Christus dicebat; Vade retro me Satana. At quia veterator ille spiritus nusquam non aduersatur nobis, ac pessima vbique suadet, tum & ad vltionem postulat; peculiariter, & per antonomasiam Satan vocatur, vt 1.Paralip.21. Consurrexit autem Satan contra Israel, & incitauit Dauid vt numeraret Israel. ¶ Nomen autem, diabolus, dictio Græca est, quæ propriè calumniatorem & criminatorem significat, ac ferè nomen hoc à septuaginta interpretibus ponitur vbi in Hebræo Satan, vt loco Paralip. iam dicto, & in Psal. 108. & diabolus stet à dextris eius. Vnde quem Hebræi vocant Satan, Græci cœperunt vocare diabolum: quare Petrus Græco nomine dæmonem appellans, sed Hebreæ dictionis significationem explicãs, Aduersarius, inquit, vester diabolus circuit, &c. in Apoc. autem cap.12. explicatur ratio nominis, diabolus, cum dicitur; Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectũ Dei nostri die ac nocte. Theophilactus tamen diabolum etiam dici vult, quòd accusauerit & infamauerit Deum apud Adam, quodque & nunc virtutem, & quæ Dei sunt apud nos calumnietur. Tantum de præfatione dictum sit.

Tentatio quid sit.

Tentatio duplex.

Diabolus quomodo dicitur tentare.

Satan.

1.Paral.21.

Diabolus quid significat.

Psal.118.

Apocal.12.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm conueniens fuerit Christum tentari

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christo tentari nõ conueniebat. Tentare enim est experimentum sumere, quod quidem non fit nisi de re ignota. Sed virtus Christi erat nota etiam dæmonibus: dicitur enim Luc. 4. quòd non sinebat dæmones loqui, quia sciebant eum esse Christum. Ergo videtur, quòd non decuerit Christum tẽtari. ¶ 2. Præterea, Christus ad hoc venerat, vt opera diaboli dissolueret: secundum illud Ioãnis. 3. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Sed non est eiusdem dissoluere opera alicuius, & ea pati. Et ita videtur inconueniens fuisse, quòd Christus pateretur se tentari à diabolo. ¶ 3. Prẽterea, Triplex est tentatio, scilicet à carne, à mundo, & à diabolo. Sed Christus non fuit tentatus nec à carne, nec à mũdo. Ergo nec etiã debuit tentari à diabolo. ¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 4. Du-

226

Opu. 60 c. 11. princ.

ctus est Iesus à Spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo.

Respondeo dicendum, quòd Christus tentari voluit. Primò quidé, vt nobis contra tentationes auxilium ferret. Vnde Greg*. dicit in hom. Nō erat indignum Redemptori nostro, quòd tentari voluit, qui venerat occidi: Iustum quippe erat, vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat sua morte superare. ¶ Secundò, propter nostram cautelam, vt nullus quantumcunque sanctus se æstimet securum & immunem à tentatione. Vnde & post baptismum tentari voluit: quia, sicut Hilarius dicit super Matth†. in sanctificatis nobis maximè diaboli tentamenta grassantur: quia victoria magis est ei exoptata de sanctis. Vnde & Eccles. 2. dicitur, Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tētationem. ¶ Tertiò, propter exemplum, vt scilicet nos instrueret qualiter diaboli tentationes vincamus. Vnde Augustᵒ. dicit in quarto de Trinita. quòd Christus diabolo se tentandum præbuit: vt ad superandas tentationes eius mediator esset, non solùm per adiutorium, verùm etiam per exemplū. ¶ Quartò, vt nobis fiduciam de sua misericordia largiretur. Vnde dicitur Heb. 4. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

Hom. 16. in Euā. nō longè à princi.

Cano. 3. in Matt. nō lōgè à princi.

lib. 4. c. 13. aliquātulū à prin. to. 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Aug*. dicit in 9. de ciui. Dei. Christus tantùm innotuit dæmonibus, quātum voluit: non per id quod est vita æterna, sed per quædam temporalia suę virtutis effecta: ex quibus quandam coniecturam habebant Christum esse filium Dei. Sed quia rursus in eo quædam signa humanæ infirmitatis videbant, non pro certo cognoscebāt eum esse filium Dei: & ideo eum tentare voluit. Et hoc signatur Matthæ. 4. vbi dicitur, quòd postquàm esurijt, accessit Tentator ad eum: quia vt Hilarius dicit*, tentare Christum diabolus non fuisset ausus, nisi in eo per esuritionis infirmitatem, quæ sunt hominis, recognosceret. Et hoc etiam patet ex ipso modo tentādi, cùm dixit, Si filius Dei es. Quod exponens Ambr*. dicit, Quid sibi vult talis sermonis exorsus, nisi quia cognouerat Dei filium esse venturum, sed venisse per hanc infirmitatem corporis non putabat? ¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus venerat dissoluere opera diaboli, non potestatiuè agendo, sed magis ab eo & eius membris patiendo, vt sic diabolum vinceret iustitia, nō potestate, sicut Augustᵒ. dicit 13. de Trinita. quòd diabolus non potentia Dei, sed iustitia superandus fuit. Et ideo circa tentationem Christi considerādum est, quid propria volūtate fecit, & quid à Diabolo passus fuit. Quòd enim Tentatori se offerret, fuit propriæ voluntatis. Vnde dicitur Matth. 4. Ductus est Iesus in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. Quod Gregorᵒ. intelligendum dicit de Spiritu sancto: vt scilicet illuc eum Spiritus suus duceret, vbi eum ad tentandum spiritus malignus inueniret. Sed à diabolo passus est, vt assumeretur, vel supra pinnaculum templi, vel etiam in montem excelsum valde. Nec est mirum (vt Gregorius† dicit) si se ab illo permisit in montem duci, qui se pertulit etiam à mēbris ipsius crucifigi. Intelligitur autem à diabolo assumptus non quasi ex necessitate: sed quia (vt Origen*. dicit super Lucam) sequebatur eum ad tentationem, quasi athleta spontè procedēs. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Apostolus dicit, Christus in omnibus tentari voluit absque peccato. Tentatio autem quæ est ab hoste, potest esse sine peccato: quia fit per solam exteriorem suggestionē. Tentatio autem quæ est à carne, non potest esse sine peccato: quia huiusmodi tentatio fit per delectationem & concupiscen-

li. 9. c. 21. à prin. to. 5.

Canone 3. in Mat. non remote à princip.

Amb. l. 4. in Luc. c. 14. in ord. in tit. de 1. tēptatiōe Christi tom. 2.

lib 13. cap. 13. in prin. tom. 3.

hom. 16. in Euange. nō lōgè à principio.

hom. 16. in Euange. nō longe à princ.

Hom. 31. in Lucam, in princ. to. 5.

lib.19.de ciuita. Dei.c. 4.in med.to mo.5. cupiscentiam. Et sicut Aug†. dicit, nonnullum peccatũ est quãdo caro concupiscit aduersus spiritũ. Et ideo Christus tentari voluit ab hoste, sed nõ à carne.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio. 1.Conclus. PRima conclusio est affirmatiua. ¶ Secunda conclusio. Sua tẽtatio fuit à diabolo & non à carne, nam tẽtatio à diabolo potest esse sine peccato, fit enim per solam suggestionẽ exteriorem: tẽtatio verò carnis ab intrinseco non potest esse sine peccato: quia fit per delectationem & per concupiscentiam, & inquit D.Aug.lib.19.de ciuit.c.4. esse nonnullũ peccatũ, quòd caro concupiscat aduersus spiritũ. Augustꝰ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrùm omnis tẽtatio carnis sit cũ peccato. Primũ arg. 1. Cor. 10. DE secunda conclusione in qua asserit D. Tho. quod omnis tentatio carnis ab intrinseco proueniens est cum peccato, est magnum dubium. Nam D. Paulus 1. ad Cor. 10. sic dicit; Fidelis Deus qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, ergo tentatio carnis non Secundum. semper est cum peccato. ¶ Deinde, tenemur quidem vincere omnem tentationem carnis, ergo possumus illam vincere, quod si vincimus non imputatur ad peccatum, vnde tentatio carnis non semper est cum peccato. Tertium. ¶ Præterea, in Concilio Tridẽtino Sessione. 5. apertè diffinitur, quod concupiscentia carnis non Conci. Tri. consentientibus nihil nocet, quin potius valet ad victoriam. Quartum. ¶ Ad hæc, naturalibus non meremur aut demeremur, sed tentatio carnis nonnunquam est naturalis, quando præuenit vsum rationis aut quando ratio non consentit, ergo non semper est cum peccato. Certè exploratum est quod in Christo fuerunt delectationes sensibiles, quando comedebat vel bibebat aliquid delectabile, putà, bonum vinum, aut bonum panem, ergo non omnis de- Prima conclusio. lectatio sensibilis est cum peccato. ¶ In huius rei gratiam dico primo, delectatio sensibilis potest esse sine peccato, patet nam in statu innocẽtiæ fuissent delectationes sensibiles absq; vllo peccato, & in congressu maritali sunt delectationes innoxiæ, & in Christo Domino non est dubitandum, quin quando fatigatus ex itinere sedebat supra puteũ, quies illa erat 2.Conclus. delectabilis fesso corpori, & lux solis erat oculis amabilis, & sic de alijs. ¶ Secundo dico, nulla est tentatio carnis, quam homo nõ possit vincere ex Dei adiutorio: Hoc patet ex 3.Conclus. sententia Pauli superius commemorata, & ex euidenti ratione, nam alioqui Deus nos obligaret ad impossibile. ¶ Tertio dico, tentatio carnis non semper est cum peccato. Hoc probant efficaciter argumenta in principio posita. ¶ Quarto dico, quanquam in nobis non 4.Conclus. semper esset peccatum, in Christo certè esset, nam in nobis non semper est facultas ad coercendam tentationẽ carnis, Christus vero semper potuit coërcere & compescere, & ideo si non coërceret insurgentem tentationem, ad peccatum ei imputaretur. ¶ Vltimo dico, quã Explicatur do D. Augustꝰ. dicit esse nonnullum peccatũ, D. Augustꝰ. quòd caro concupiscat aduersus spiritum tametsi voluntas non consentiat, sensus est, non quod sit propriè peccatum, sed dicitur peccatum quia ex peccato est & ad peccatum inclinat. Sic explicat Concilium Triden. Sessione. 5. Conci. Tri. & ideo non potuit esse in Christo huiusmodi concupiscentia, nam Christus non habuit peccatum, neque inclinationem ad peccatum. ¶ Est aliud dubiũ circa vtramque conclusionem, quomodo diabolus sciens vel valdè dubitans Christum esse verum Deum ausus est illum tentare, sciebat enim quod si esset verus Deus, actum esset de regno illius & tyrãnide. ¶ Deinde, si sciebat Deum esse, quomodo poterat illum tentare? tentatio enim diaboli si Primũ arg. quidem fit per suggestionem exteriorem nõ Secundum. habet vim nisi decipiendo, at sciebat diabolus Deum non posse decipi & quod cõtra Dominum non sit consiliũ, ergo non potuit eum tentare. ¶ Præterea, vel sciebat esse verũ Deũ, Tertium. & filium Dei, vel sciebat nõ esse verũ Deum, vel de hac re magnoperè dubitabat, si sciebat, certè non potuit induci ad Deum tentandum propter rationes superius commemoratas, si sciebat non esse verum Deum, quorsum bis dixit: si filius Dei es, &c. Si autem dubitabat, insciter & imprudenter se habuit, si quidem exposuit se magno periculo incurrendi in pœnam, & grauissimum cruciatum, quem protam temerario ausu promerebatur. ¶ Quartò, Quartum. diabolus cognouit euidenter Christum esse verum Deum, ergo non potuit rationabiliter induci ad tentandum eum. Probo antecedens Probatur, pluribus tum rationibus, tum testimonijs diuinę scripturę. ¶ In primis Mar. 1. dicitur quidam dæmoniacus exclamasse, quid tibi & nobis Iesu Nazarene, venisti ante tempus torquere nos, scio quod sis sanctus ille Dei. Et in Primũ arg. eodem capite dicitur, quod Christus non si- Marci. 1. nebat dæmonia loqui quoniam sciebãt eum, & Lucæ. 4. habetur, quod Christus non si- Lucæ. 4. nebat dæmonia loqui, quoniam sciebant eum esse Christum, & filium Dei. Et rursus ibidẽ: dæmonia multa exibant clamantia atque dicentia, quia tu es filius Dei. ¶ Præterea, ante Secundum. tentationem Christi præcesserunt quædam signa admirãda & stupẽda quæ liquidò ostendebant Christũ esse verũ Deum, quę diabolus

ignorare nó potuit. Patet, in cóceptione Christi, quando Gabriel annuntiauit Mariæ concepturam filium de Spiritu sancto, & illum esse
Lucæ.1. filium Dei Luc.1. Viderat insuper conceptum fuisse Christum sine virili semine, viderat ortum stellæ, adorationem Magorum, quę liquido ostendebant Christi diuinitatem, & paulo
ium. antè viderat cœlos apertos, & Spiritú sanctú descendentem super ipsum in specie columbæ, & vocem Patris auditá: Hic est filius meus
Matth. 21. dilectus. ¶ Prætereà, Iudæi cognouerút Christum esse filium Dei, ergo multò melius diabolus qui eos perspicacitate ingenij antecede-
D. Hieron. bat. Antecedens probatur, ex illo Matt. 21. hic est hæres, venite occidamus illum. Super quẽ locum dicit D. Hiero. Iudæos cognouisse eui-
Chrysosto. denter Christum esse verũ filium Dei. Idem docet Chrysosto. explicans eadem verba, &
Beda. Beda Luc. 23. in illud; quia nesciunt, quid faciunt. Ad hęc, diabolus videbat impletas prophetias, miracula vera effecta in confirmationem doctrinæ Christi. Ex quo cócludo validum argumentum: Diabolus videbat Christũ prædicare se esse Messiam, & verum Deum, & in huius veritatis confirmationẽ videbat fieri vera miracula quæ à solo Deo fieri possunt in testimonium veritatis, Deus enim non potest decipere nec decipi, ergo euidenter videbat esse verum quod Christus de sua diuinitate
Quartum. prædicabat. ¶ Iam verò est illud argumentum sæpissimè à nobis in superioribus cómemoratũ. Diabolus euidenter cognoscebat Christũ nõ subsistere propria subsistẽtia, ergo aliena, & non creata, quia scit euidenter, quod nullũ suppositum creatum potest suppositare alienam naturam, ergo cognouit euidenter quod subsistebat subsistentia increata, quod est co-
Decisio quæstionis gnoscere mysterium incarnationis. ¶ Ad istã quæstionem explicandam in medium producam, quid Doctores de ea nobis tradiderunt.
Abulensis. Abulensis super Matth. ca. 4. q. 22. existimat, quod diabolus poterat euidenter cognoscere Christum esse Deum, sed impeditum fuisse à Deo ab huius rei cognitione ne impediret humani generis salutem. Sed hæc ratio philosophandi mihi nõ probatur: tum quoniã Deum esse hominem est sacramẽtum supernaturale, ergo diabolus ex vi naturali sui luminis non potuit illud euidẽter cognoscere, tum deinde quoniam vnio illa personalis duarum naturarum in Christo fuit supernaturalis omnino, ergo non potuit per lumen naturale euidenter cognosci. Sed potissimum argumentũ in huius rei confirmationẽ est ex sanctis scripturis in quibus passim habetur hoc mysterium sic esse absconditum, vt nullus potuerit illud cognoscere nisi per Dei reuelationẽ, & quòd Deus nobis illud reuelauit per spiritũ suum. Sancti Patres alia via pergunt ad explicandam propositam difficultatem. In primis D. Aug. Augus.
lib. 9. de ciuit. c. 21. dicit, Christus tãtum innotuit diabolo, quantum voluit, tantum autem voluit quantum oportuit, sed sic innotuit nõ sicut angelis sanctis per aliquid, quod est vita æterna, sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta & quando signa suæ præsentiæ paulum supprimenda indicauit, & aliquanto altius latuit, dubitauit de illo Dæmonum princeps, eumque tentauit an Christus esset explorans. Itaque secundum D. Augustinum diabolus videns Christum esurire post ieiunium existimauit non esse filium Dei. Idem asserit
D. Ambrosius super Lucam. c. 4. Idem Hiero Ambrosius Hierony. Chrysosto.
nymus, & Chrysostomus explicantes illud Matthæi. 4. Si filius Dei es, &c. Idem repetit Chrysostomus explicans illud Mar. 1. Scio, quod sis sanctus Dei. Quod autem ipsum confitebantur esse filium Dei magis ex suspicione erat, quam ex certitudine. Hæc expositio sanctorum Patrum vera est & legitima, & omnino amplectẽda. Sed videamus, quid de hac re docuerit acutissimus Caietanus, qui tracta-
Caietanus. uit hanc quæstionem varijs in locis suæ doctrinæ. Et quidem super Lucam, c. 4. explicãs illud; Si filius Dei es, sic scribit: Hinc apparet intellectum dæmonum ligatum, seu impeditum esse à Deo in pœnam sui peccati, vt non possint cognoscere, quæ ex vi naturali sui luminis cognoscere possent. Ex eo enim, quod post verba Gabrielis ad beatam virginẽ, post verba angeli ad pastores, post verba de cœlo in baptismo diabolus nõ cognoscit Christum esse filium Dei, & hoc tentat cognoscere ex miraculo; habetur quòd non intellexit tot testimonia, nam non maiorem habuisset certitudinem ex isto miraculo, quam ex illis testimonijs, sciebat enim diabolus angelos cœlestes
Secundus modus dicendi Caietani. non posse mentiri. ¶ Sed hæc sententia Caietani eisdem argumentis confutatur, quibus & Abulensis sententia superius est confutata. Idem Caietanus, infra q. 44. artic. 1. explicans solutionem ad secundum hæc habet asserta. Primum in hac quæstione, Vtrùm dæmones cognouerint Christũ, duæ inuoluuntur quæstiones. Vna, vtrum cognouerint ipsum esse Christum. Altera, vtrùm cognouerint illum esse filiũ Dei. Et de prima quæstione tenetur pars affirmatiua autoritate Lucæ Euãgelistæ dicentis; quod Christus nõ sinebat loqui dæmones; quod sciebant eum esse Christũ. Sed reuera ex hac autoritate nó colligitur. Sensus enim huius scripturæ est, quod Christus non sinebat dæmonia loqui, hoc scilicet, quod sciebant esse Christum, quãuis sciebat quod tentando

tando eum dicebant ad explorandum, an ipse esset verè Christus. De secunda etiã quæstione certitudo non habetur, quia quanquã dæmon Luc. 4. dixerit: tu es filius Dei, explorati- Luc. 4.
uè loquutus est, non ex certitudine. Sed nõnullæ autoritates sanctorum videntur dicere, quod cognouerit eum esse filium Dei, de quorum sententijs infra censendum est. Secundum assertum, si superbia diaboli consideretur, consentaneum superbiæ eius videtur, quòd etsi sciuisset Iesum esse verum Deum, adhuc tentasset eum, & procurasset eius mortem, vt fecit. Itaque secundum superbiã suam agens dæmon cogitauit pugnare cõtra ipsum, auferendo illi vitam, honorem, famam, discipulos cogitans quod si nõ est Deus, sed Messias purus homo, iam prostraui eum, si est verus Deus, non parum feci, habẽdo hanc victoriam cõtra ipsum Deum, & postea videbitur, quid Deus faciet, tutiorem enim partem se putauit eligere, habendo primam victoriam, vincendo Deum in hoc mundo, nescies quid posteà sequeretur. Et propterea rectissimè Beda Beda.
dixit, quod si cognouissent dæmones latens mysterium, sequentis fructus; quomodo per passionem Christi regnum diaboli erat destruendum; & quomodo Christo danda esset omnis potestas in cœlo & in terra, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Non quin & ipsum Deum tentassent aggredi, quoniam scriptum est: superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper, sed quia proprium damnum vitare voluissent. Tertium assertum, miracula Christi Domini, & eius doctrina planè diuina sufficienter probabant eius diuinitatem, vt D.Thom.
demonstrat D. Tho. infra quæstione. 43. arti. vltimo. Sed dæmones adhuc in dubio manebant: tum quoniam non penetrabant modũ, quo fiebant miracula; sicuti si videremus mortuum resuscitatum, sciremus ex supernaturali quadam virtute hoc fieri, sed qualiter se habeat non plane cognosceremus; tum deinde, quoniam miracula poterant ex alia causa prouenire, quam ex gratia vnionis; tum tertio, quoniam dæmones ex affectu superbiæ & inuidiæ inopinabile esse existimabant hominem sic esse super omnes angelos eleuatũ, vt esset verus Deus; tum etiam quoniam fortasis hoc mysterium ex diuina prouidentia fuit velatum, ne suis malis artibus salutem humani generis impediret. Hæc Caietanus in loco prænotato. ¶ Sed idem 3. parte quæst. 47. artic. 5. vbi quærit Diuus Thomas, Vtrum crucifixores Christi eum cognouerint, sic procedit in huius rei expositionem, & ponit hæc documenta. Primum, licet testimonia deitatis Christi Domini essent secundum se sufficientia ad probandam Christi diuinitatem, ijs qui fuerunt præsentes testimonijs illis, & miraculis quæ faciebat in confirmationem suæ doctrinæ, qua dicebat se esse verum Deum, tamen gratia vnionis personalis nõ erat vsque adeo clara tam hominibus, quam dæmonibus, antequam mysterium hoc fuisset apertum. Nam etsi sciebatur, quod Messias erat Deus & filius Dei; non tamen intelligebatur, in quo sensu verificaretur, quomodo esset Deus, an per gratiam vnionis personalis, vel per aliam excellentiam excellentissimã. Quæ dubitatio sublata esse videtur post Christi passionem quoad dæmones, & post resurrectionem quoad homines; quando aperuit discipulis sensum, vt intelligerent scripturas, & quando venit Spiritus sanctus, qui est doctor veritatis. Secundum documentum, principes & maiores in populo Iudæorum potuerunt, & debuerunt cognoscere Iesum esse Christum, & filium Dei. Et hoc quidem satis apparet esse verum ex testimonijs miraculorũ, & doctrinæ admirandæ. Hæc enim duo ipse Dominus allegat Ioan. 15. Si non venissem, & Ioan. 15.
loquutus eis fuissem: hæc quantum ad doctrinam: & si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit: hæc quantum ad miracula. Tertium documentum, de facto non cognouerunt eum esse Christum, quod patet ex eo quòd omnia dicta de Christo non cognouerunt impleri in ipso, prophetatum enim erat de ipso, quod erat futurus rex Israel, & redempturus ex captiuitate Israel. Et hoc licet modò cognoscatur quod de Christo in secundo aduentu intelligitur temporaliter, in primo autem spiritualiter tantum; verum hæc distinctio ante resurrectionem non erat cognita, vnde nec ipsi Apostoli à Domino edocti cognoscebant hoc, dicitur enim Lucæ. 18. quòd Luc. 18.
cum Dominus prædixisset mortem, & resurrectionem suam, ipsi nihil horum intellexerunt. Discipuli quoque euntes in Emaus dixerunt; Nos sperabamus (proculdubio Iesu viuente) quod ipse esset redempturus Israel. Quia ergo distinctio ista duorum aduẽtuum Christi erat ignota, principes Iudæorum malitia & inuidia reliqua ex scriptura, miraculis, & doctrina testimonia tanquam insufficientia abiecerunt, cum tamen essent sufficientissima. Quartum, licet non cognouerint Iesum esse Christum ignorantia affectata illos velante, dicuntur tamen cognouisse quia in promptu erat vnde cognoscerent tam ex debito & ex facultate eorum, quàm ex præsentia lucis toties oblata simul cum Doctore tam claro. Hæc sententia Caietani mihi in omnibus placet, nam certè est verissima, & ex vera diuinæ

Tertius modus dicẽdi Caietani vltimus.

scripturę consideratione & intellectione erutа: ex qua etiam colligitur; quòd dæmones nunquàm certò cognouerunt Christum esse verum Deum, vsque dum post resurrectionem iam conuicti cognoscunt. ¶ Ad argumẽta in principio posita. Ad primum respondetur, quòd si determinatè & diffinitè cognouisset esse filium Dei, non tentasset illum. Vel si determinatè cognouisset ex eius tentatione & morte regnum diaboli esse destruendum, nunquam tentasset illũ aut occidisset, & hunc sensum habet illa sententia Pauli 1. Corint. 2. Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent, non ergo intelligas Paulum in his verbis negare, quod dæmon cognouerit Christum esse filium Dei, sed negat cognouisse prædictum mysterium, se videlicet per mortem Christi esse damnandum. ¶ Ad secundum respondetur, quod sciebat diabolus eum decipi non posse, & ideò si putaret Christum esse filium Dei non conaretur eum tentare, sed quia dubitauit, explorare voluit de eius diuinitate, & vtrum tẽtationi succumbere posset. ¶ Ad tertium respondetur, quòd diabolus dubitabat, an esset verus filius Dei, & cum obijcitur, quòd cautius sibi esset eum non tentare, quam se exponere periculo, dicendum, quòd diabolus ex propria malitia peruersus est, & non considerat; quid bonum sit sibi, sed iniquitas extrema eum ad male agendum inducit, sicut apparet in hominibus qui ex malitia peccant, maximè quia dæmones per mala quæ faciunt non vident sibi pœnas augeri cum non sint in via merendi & demerendi sed in statu, ideo quicquid iam faciunt, non correspondet illis pœna determinata pro illo actu sicut nobis correspondet. Et certè dæmones non cognouerunt per mortem Christi regnum eorum esse destruendũ, vt iam dictum est. ¶ Ad quartum argumẽtum nego antecedens, & ad primam probationem in contrarium ex diuinis scripturis, iam explicatum est quo in sensu dæmonia clamabant & dicebant Iesum esse Christum & filiũ Dei. ¶ Ad secundam probationem respõdeo duo, alterum est, diabolum nõ cognouisse ea quæ Angelus Gabriel annunciauit B. Virgini: alterum est, quod ex superbia & inuidia, & ex praua affectione obstinati & excæcati non intelligebant scripturas, nec miracula penetrabant; vnde non valebant intelligere, quo in sensu vocaretur Christus filius Dei. ¶ Ad tertiam probationem nego antecedens, & dicendum est quod principes Iudæorum dicuntur cognouisse Christum esse filium Dei, quia euidentia huius rei signa habuerunt, quibus tamen assentire propter odium, & inuidiam noluerunt, vt eum cognoscerent esse filium Dei. ¶ Ad quartam probationem dicendum est, quod dæmones inuidia & superbia excæcati non penetrabant modum, quo fiebant miracula, nec rectè intelligebant sanctas scripturas. ¶ Ad vltimam probationem in superioribus memini me satisfeciſſe plenissimè, nunc breuiter dico, quod licet dæmon sciat euidenter omnia merè naturalia, non tamen quando admiscentur vel coniunguntur supernaturalibus, & quòd subsistat natura humana per subsistentiam diuinam supernaturale mysterium est. Secundo dico, quòd licet diabolus posit cognoscere quod humanitas Christi sustentetur per subsistentiam diuinam, nó tamẽ cognoscit modum, quo sustentatur, & ideo non potuit cognoscere, Vtrùm ille homo esset verus Deus in vnitate personæ.

Ad primũ argumẽtũ in principio.

1. Corin. 2.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad argumẽta quæ probant diabolum cognouisse Christum esse Deum.

Ad primũ.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

Ad vltimũ.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus in deserto tentari debuerit.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non debuerit tentari in deserto. Christus enim tentari voluit propter exemplum nostrũ: vt dictum est*. Sed exẽplum debet manifestè proponi illis, qui sunt per exemplum informandi. Non ergo debuit in deserto tentari. ¶ 2. Præterea, Chrysost*. dicit super Matth. quòd tunc maximè instat diabolus ad tentandũ, cùm viderit solitarios: vnde & in principio mulierem tentauit, sine viro eam inueniens. Et sic videtur per hoc, quòd in desertum iuit, vt tentaretur, quòd tentationi se exposuit. Cùm ergo eius tentatio sit nostrum exemplum, videtur, quòd etiam alij debeant se ingerere ad tentationes suscipiendas: quod tamen videtur esse periculosum, cùm magis tentationum occasiones vitare debeamus. ¶ 3. Præterea, Matth. 4. ponitur secunda Christi tentatio, qua diabolus Christum assumpsit in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi. Quod quidem non erat in deserto. Non ergo tentatus est solùm in deserto. ¶ Sed contra est, quod dicitur Mar. 1. quòd erat Iesus in deserto quadraginta

227

Art. præce.

hom. 13. in Mar. paulò post princ. tom. 2.

draginta diebus & quadraginta noctibus,& tentabatur à Satana.

Respondeo dicendum, quòd (sicut dictum est*) Christus propria voluntate se diabolo exhibuit ad tentandum, sicut etiam propria volũtate membris eius se exhibuit ad occidendum, alioquin diabolus venire ad eum non auderet. Diabolus autem magis attentat aliquem,cùm est solitarius: quia, vt dicitur Eccles. 4. si quispiam prævaluerit contra vnum, duo resistunt ei. Et inde est, quòd Christus in desertum exiuit, quasi ad campum certaminis, vt ibi à diabolo tentaretur. Vnde Ambr.*dicit super Lucam, quòd Christus agebatur in desertum consilio, vt diabolum prouocaret: nam nisi ille certasset, scilicet diabolus, non iste mihi vicisset, id est, Christus. Addit autem & alias rationes, dicens hoc Christum fecisse mysterio, vt Adam de exilio liberaret, qui scilicet de Paradiso in desertum eiectus est: & exemplo, vt ostẽderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere.

Art. præc. ad 2.

lib. 4 in Luc. in tit. de ductu Iesu in desertũ nõ longè à fine, to. 5.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus proponitur omnibus in exemplum per fidem: secundum illud Hebr. 12. Aspicientes in Auctorem fidei & consummatorem Iesum. Fides autem (vt dicitur Romanor. 10.) est ex auditu: non autem ex visu. Quinimo Ioan. 20. dicitur, Beati qui non viderunt & crediderunt. Et ideo ad hoc, quòd tentatio Christi esset nobis in exemplum, non oportuit, quòd ab hominibus videretur, sed sufficiens fuit, quòd hominibus narraretur. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd duplex est tentationis occasio. Vna quidẽ ex parte hominis, puta cùm aliquis se peccato propinquum facit, occasiones peccandi non euitans. Et talis occasio tentationis est vitanda, sicut dictum est* Lot. Gen. 19. Ne stéteris in omni regione circa Sodomam. Alia verò tentationis occasio est ex parte diaboli, qui semper inuidet ad meliora tendentibus: vt Ambr. dicit. Et talis tentationis occasio non est vitanda. Vnde dicit Chrysostomus* super Matthæum, quòd non solùm Christus ductus est in desertum à Spiritu, sed omnes filij Dei habentes Spiritum sanctum. Non enim sunt contenti sedere otiosi, sed Spiritus sanctus vrget eos aliquod magnum apprehendere opus. Quod est esse in deserto, quantum ad diabolum: quia non est ibi iniustitia, in qua diabolus delectatur. Omne etiam bonum opus est desertum quantum ad carnem & mundum: quia non est secũdum voluntatem carnis & mundi. Talem autem occasionem tentationis dare diabolo, non est periculosum: quia magis est auxilium Spiritus sancti, qui est perfecti operis actor, quàm impugnatio diaboli inuidẽtis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd quidam dicunt omnes tentationes factas fuisse in deserto. Quorum quidam dicunt, quòd Christus ductus est in sanctam ciuitatem, non realiter, sed secũdum imaginariam visionem. Quidam autem dicũt, quòd etiam ipsa ciuitas sancta, id est, Hierusalem, desertum dicitur: quia erat derelicta à Deo: Sed hoc non est necessarium: quia Marcus dicit, quòd in deserto tentabatur à diabolo: non autẽ dicit, quòd solùm in deserto.

*Art. præc. ad 3. & 2. 2. q. 88. art. 4. ad 2.

†Amb. lib. 4. in Luc. c. De ductule su in deserti non pro cul à fine, tom. 5.

Homi. 5. in Mat. in opere imperfecto, in 3. par. à prin. to. 2.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio.

COnclusio est affirmãs, cum enim aliquis est solitarius, magis tẽtat eum diabolus. Hinc est, quod Christus exiuit in desertum, quasi ad campum certaminis, vt ibi à diabolo tentaretur: nisi enim ille certasset, non vicisset eum Christus. Quod etiã fecit vt Adã de exilio liberaret, qui de paradiso eiectus erat in desertum. Atque exẽplum nobis dedit, ostendens diabolũ inuidere tẽdẽtibus ad meliora.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Dubium.

IN hoc articulo breue dubium est, nam Matth. 4. in secunda tentatione dicitur, quòd assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, ergo tentatio omnis non fuit in deserto. Quidam in visione hæc facta esse putant, & dicunt, quòd Christus ductus est in sanctam ciuitatem non realiter sed secundum imagi-

Cyprianus. ginariam visionem. Sic sentit Cyprianus in sermone de Ieiunio, & tētatione Christi. Sed reuera hæc corporaliter, & verè facta sunt. Nihil enim minuunt, si se Christus à diabolo permisit in Hierusalem, & in montem duci, qui se permisit à membris illius crucifigi, vt Gregorius. dicit Gregorius; & quanquam diabolus sic Christum assumebat, vt ab omnibus videretur, ipse tamen diabolo nesciente sic egit inui Chrysosto. sibiliter, vt à nemine videretur, vt dicit Chrysostomus super Matthæum.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christi tentatio debuerit esse post ieiunium.

228 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Christi tentatio non debuerit esse post ieiunium. Dictum q. præ. ar. 2. est enim suprà*, quòd Christum non decebat conuersationis austeritas. Sed maximæ austeritatis fuisse videtur, q̄ quadraginta diebus & quadraginta noctibus nihil comederit: sic enim intelligitur quadraginta diebus & noctibus ieiunasse, quia scilicet in illis diebus nullum omnino cibum sumpsit: vt Gregohom. 16. in Euāg circa medium. rius* dicit. Ergo non videtur, quòd debuerit huiusmodi ieiunium tentationi præmittere. ¶ 2. Præterea, Mar. 1. dicitur, quòd erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana. Sed quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit. ergo videtur, quòd non post ieiunium, sed simul dum ieiunaret, sit tentatus à diabolo. ¶ 3. Præterea, Christus non legitur nisi semel ieiunasse. Sed non solùm semel fuit tentatus à diabolo: dicitur enim Lucæ. 4. quòd consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Sicut ergo secundæ tentationi non præmisit ieiunium, ita nec primæ præmittere debuit. ¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 4. Cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt, & tūc accessit ad eum Tentator.

Respondeo dicendum, quòd conuenienter Christus post ieiunium tentari voluit. Primò quidem propter exemplum: quia cùm omnibus (sicut dictum est*) immineat se contra tentationes art. 1. huius quæst. tueri, per hoc, quòd ipse ante tentationem futuram ieiunauit, docuit, quòd per ieiunium nos oportet contra tentationes armari, vnde inter arma iustitiæ Apostolus ieiunia cōnumerat, 2. ad Corint. 6. Secundò, vt ostenderet, quòd etiam ieiunātes diabolus aggreditur ad tentandum, sicut alios, qui bonis operibus vacant. & ideo sicut post baptismum, ita post ieiunium Christus tentatur. Vnde Chryso. 1 dicit super Matth. hom. 13. in Mat. paulò post princi. tom. 2. vt discas, quàm magnum bonum est ieiunium, & qualiter scutum est aduersus diabolum, & quoniam post baptismū non lasciuiæ, sed ieiunio intēdere oportet: & ideo Christus ieiunauit, non ieiunio indigens, sed nos instruens. Tertiò, quia post ieiunium sequuta est esuries, quæ dedit diabolo audaciā eum aggrediendi: sicut dictum est*. Cùm autem Art. 1. ad 1. argum. esurijt Dominus (vt Hilar. dicit super Matth.†) non fuit ex surreptione inæ- Can. 3. in Matth. non lōgè à principio. diæ, sed naturæ suæ hominem dereliquit: non enim erat à Deo diabolus, sed à carne vincēdus. Vnde etiam vt Chrysost*. dicit, nō vltrà processit in ieiunando, quàm Moyses & Helias, ne incredibilis videretur carnis assumptio. Homi. 5. in Matth in opere imperfecto, ante med. tomo. 2. & homil 1. in Gen. à medio tom. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christum non decuit conuersatio austerioris vitæ, vt se communem exhiberet illis quibus prædicauit. Nullus autem debet assumere prædicationis officium, nisi prius fuerit purgatus & in virtute perfectus, sicut & de Christo dicitur Actuum 1. quòd cœpit Iesus facere & docere. Et ideo Christus statim post baptismum austeritatem vitæ assumpsit, vt doceret post carnem edomitam, oportere alios ad prædicationis officium transire: secundum illud Apostoli, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cùm alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. ¶ Ad secundum dicēdum, quòd verbum illud

Marci.

Marci, potest sic intelligi, quòd erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quibus scilicet ieiunauit. Quod autem dicitur, Et tentabatur à Satana, intelligendum est, non in illis quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quibus ieiunauit, sed post illos: eo quòd Matth. dicit, Quòd cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt: ex quo sumpsit tentator occasionem accedendi ad ipsum. Vnde & quod subditur, Et angeli ministrabant ei, consecutiuè intelligendũ esse ostenditur ex hoc quod Matthæi. 4. dicitur, Tunc reliquit eum diabolus, scilicet post tentationem, & ecce angeli accesserunt & ministrabant ei. Quod verò interponit Matth. Eratque cum bestijs, inducitur, secundum Chrysost*. ad ostendendum quale erat desertum, quia scilicet erat inuium hominibus & bestijs plenum. Tamen secundum expositionem Bedæ * Dominus tentabatur quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Sed hoc intelligendum est non de illis tentationibus visibilibus, quas narrant Matthæus & Lucas, quæ manifestè factæ sunt post ieiunium: sed de quibusdam alijs impugnationibus, quas fortè illo ieiunij tempore Christus est à diabolo passus. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Ambros*. dicit super Lucam, recessit diabolus à Christo vsque ad tempus, quia postea non tentaturus, sed apertè pugnaturus aduenit: tempore scilicet passionis. Et tamen per illam impugnationem videbatur Christum tentare de tristitia & odio proximorum: sicut in deserto de delectatione gulæ & cõtemptu Dei per idololatriam.

Homil. 15. in Matth. paulo prin. tom. 2. c. 1. Mar. in c. 5 secũd. eius ord. to. 2.

lib. 4. in Luc. c. de recess. diaboli à Christo ante med. tomo. 5.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est affirmans, vt nos doceret quod armari debemus per ieiuniũ contra tẽtationes: sicut & ipse fecit. Ostenditque diabolum aggredi ieiunantes ad tentandum, sicut & alios, qui vacant bonis operibus alijs. Voluit etiã post ieiuniũ tentari, cũ esurijt, vt vinceretur diabolus non à Deo, sed à carne: vnde secundum Chrysostomum, non vltra processit in ieiunãdo, quã Moyses, & Helias, ne incredibilis videretur carnis assumptio.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Dubium. IN hoc articulo est paruum dubiũ, Vtrùm Christus Dominus in tempore quadraginta dierum sui ieiunij esurierit? ¶ Ad hoc communis solutio est sanctorum Patrum, Christũ tempore quadraginta dierum non esurijsse, nam dicit Euangelista: postea esurijt, in quo videtur apertè significari, quod anteà non esurierit. Sic sentiunt ferè vniuersi patres. ¶ Sed Dominus Caietanus super Matth. c. 4. super illa verba: postea esurijt, tenet contrariũ, tum quoniam est multiplicare miracula, dicere quod Christus in tanto tempore nõ esurierit, tum verò & hoc magis vrget: nam dicendo oppositũ, dicitur subinde quod Iesus ex tãto ieiunio non fuerit afflictus secũdum corpus, quia non affligitur corpus ex ieiunio donec deducatur ad hoc, quòd indigeat alimento & esuriat, & careat alimento vt experientia testatur. Et sanè ex eo quòd dicat Euangelista; Postea esurijt, non dicit an infra tempus illorum quadraginta dierum esurierit necne. Sententia Caietani probabilis est, sed mihi sententia sanctorum magis probatur.

Prima solutio.

Secunda solutio Caietani.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm fuerit conueniens ordo & modus tentationis Christi.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Christi non fuerit conueniens tẽtationis modus & ordo. Tentatio enim diaboli ad peccandum inducit. Sed si Christus subueniisset corporali fami, conuertendo lapides in panem, non peccasset: sicut non peccauit, cùm panes multiplicauit (quod non fuit minus miraculum) vt turbæ esurienti subueniret. Ergo videtur, quòd nulla fuerit illa tentatio. ¶ 2. Præterea, Nullus persuasor conuenienter suadet contrarium eius, quod intendit. Sed diabolus statuens Christum supra pinnaculum templi, intendebat, eum de superbia seu vana gloria tentare. Ergo inconuenienter persuadet ei, vt se mittat deorsum: quod est contrarium superbiæ vel vanæ gloriæ, quæ semper quærit ascendere. ¶ 3. Præterea, Vna tẽtatio cõueniens est, vt sit de vno peccato.

229 Opusc. 60. ca. 11. circa medium.

Sed in tentatione, quę fuit in mõte, duo peccata persuasit, scilicet cupiditatem & idololatriã. Non ergo cõueniẽs videtur fuisse tẽtationis modus. ¶ 4. Præterea, Tentationes ad peccata ordinantur. Sed septem sunt vitia capitalia: vt 1. 2. q. 84. art. 4. in Secunda parte habitum est*. Non autem tentauit nisi de tribus, scilicet gula, vanagloria & cupiditate. non ergo videtur sufficiens tentationis modus fuisse. ¶ 5. Præterea, Post victoriam omnium vitiorũ, remanet homini tentatio superbiæ vel vanæ gloriæ: quia superbia etiam bonis operibus insidiatur, In regul. 3. nõ remotè à prin. to. 1 vt pereant: sicut dicit Augustꝰ. Inconuenienter ergo Matth. vltimam ponit tentationem cupiditatis in monte; mediam autẽ inanis gloriæ in templo: præsertim cùm Luc. ordinet econuerso.

Super illud Mat. 4. non in solo pane viuit homo, to. 9. ¶ 6. Prẽterea, Hieronymꝰ dicit super Matth. quòd propositum Christi fuit diabolum humilitate vincere, non potestate. Ergo non imperiosè & obiurgando, eum repellere debuit, dicens, Vade retro Satana. ¶ 7. Præterea, Narratio Euangelij videtur falsum continere. Non enim videtur possibile, quòd Christus supra pinnaculum templi statui potuerit, quin ab alijs videretur: neque aliquis mons tam altus inuenitur, vt inde totus mundus inspici possit, vt sic ex eo potuerint Christo omnia regna mũdi ostendi. Incõuenienter ergo videtur descripta Christi tẽtatio. ¶ Sed contra est, Scripturæ sacræ auctoritas.

Respondeo dicendum, quòd tentatio, quæ est ab hoste, fit per modum hom. 16. in Euangel. paulò post princ. suggestionis: vt Gregorius* dicit. Non autem eodẽ modo potest aliquid omnibus suggeri, sed vnicuique suggeritur aliquid ex his circa quæ est affectus. Et ideo diabolus hominem spiritualem non statim tentat de grauibus peccatis: sed paulatim à leuioribus incipit, vt postmodum ad grauiora perlib. 31. Moral. c. 32. in principio. ducat. Vnde Gregor*. 31. Mora. exponens illud Iob 39. Procul adoratur bellum, exhortationem ducum & vlulatum exercitus, dicit: Bene duces exhortari dicti sunt, exercitus vlulare: quia prima vitia, deceptæ menti quasi sub quadam ratione se ingerunt: sed innumera quæ sequuntur, dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt, quasi bestiali clamore confundunt. Et hoc idem diabolus obseruauit in tentatione primi hominis: nam primò solicitauit mentem primi hominis de ligni vetiti esu, dicens Gen. 3. Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi? secundò, de inani gloria, cùm dixit, Aperientur oculi vestri. tertiò, perduxit tẽtationem ad extremam superbiam, cùm dixit, Eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Et hunc etiam tentandi ordinem seruauit in Christo. Nam primò tentauit ipsum de eo quod appetunt quantuncũque spirituales viri, scilicet de sustentatione corporalis naturæ per cibum: secundò, processit ad id in quo spirituales viri quandoque deficiunt: vt scilicet aliqua ad ostẽtationem operentur, quod pertinet ad inanem gloriam. tertiò, perduxit tentationem ad id quod iam nõ est spiritualium virorum, sed carnalium, scilicet vt diuitias & gloriã mundi concupiscant vsque ad cõtemptum Dei. Et ideo in primis duabus tẽtationibus dixit, Si filius Dei es, non autẽ in tertia, quæ non potest conuenire spiritualibus viris (qui sunt per adoptionem filij Dei) sicut duæ primæ. His autẽ tentationibus Christus restitit testimonijs legis, non potestate virtutis: vt hoc ipso & plus hominem honoraret, & aduersariũ plus puniret: cùm hostis generis humani nõ quasi à Deo, sed quasi ab homine vinceretur. sicut dicit Leo Papa.* In ser. 1. de quadrag. paulò antè medium.

Ad primum ergo dicendum, quòd vti necessarijs ad sustentationem, non est peccatum gulæ: sed quod ex desiderio huius sustẽtationis homo aliquid inordinatum faciat, ad vitium gulæ pertinere potest. Est autem inordinatum, quòd aliquis, vbi potest recursus

haberi

haberi ad humana subsidia, pro solo corpore sustentando, miraculosè sibi cibum quærere velit. Vnde & Dominus filijs Israel miraculosè manna præbuit in deserto, vbi aliunde cibus haberi nō poterat, & similiter Christus in deserto turbas pauit miraculosè, vbi aliter cibi haberi non poterant. Sed Christus ad subueniendum fami, poterat aliter sibi prouidere, quàm miracula faciendo: sicut & Ioannes Baptista fecit (vt legitur Matth. 3.) vel etiam ad loca proxima properando. Et ideo reputabat diabolus, quòd Christus peccaret, si ad subueniendum fami miracula facere attentaret, si esset purus homo. ¶ Ad secūdum dicendum, quòd per humiliationem exteriorem, frequenter quærit aliquis gloriam, qua exaltetur circa spiritualia bona. Vnde Aug*. dicit in libro de sermone Domini in monte. Animaduertendum est, non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiam. Et ad hoc significandum diabolus Christo suasit, vt ad quærendum gloriam spiritualem, corporaliter mitteret se deorsum. ¶ Ad tertium dicendū, quòd diuitias & honores mundi appetere peccatum est, quando huiusmodi inordinatè appetuntur. Hoc autem prę cipuè manifestatur ex hoc, quòd pro huiusmodi adipiscendis homo aliquid inhonestum facit. Et ideo non fuit contentus diabolus persuadere cupiditatē diuitiarum & honorum: sed induxit ad hoc, quòd propter huiusmodi adipiscē da Christus eum adoraret, quod est maximum scelus, & contra Deum. Nec solùm dixit, Si adoraueris me: sed addidit, Si cadens: quia, vt dicit Ambros.* habet ambitio domesticum periculū: vt enim dominetur alijs, prius seruit, & curuatur obsequio, vt honore donetur: & dum vult esse sublimior, fit remissior. Et similiter etiam in præcedentibus tentationibus, ex appetitu vnius peccati in aliud peccatum inducere est conatus, sicut ex desiderio cibi, conatus est inducere in vanitatem, sine causa miracula faciendi: & ex cupiditate gloriæ, conatus est inducere ad tentādum Deum, per præcipitium. ¶ Ad quartum dicendum, quòd (sicut dicit Ambros*. super Luc.) nō dixisset Scriptura, quòd consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, nisi in tribus præmissis esset omnium materia delictorum; quia causæ tentationum, causę sunt cupiditatū, scilicet carnis oblectatio, spes gloriæ, & auiditas potentiæ. ¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut August. dicit in lib*. de consensu Euangel. incertum est quid prius factum sit, vtrùm regna terræ prius demonstrata sint ei, & postea in pinnaculum tēpli locatus sit, an hoc prius, & illud postea: nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. Videntur autem Euangelistæ diuersum ordinem tenuisse: quia quandoque ex inani gloria venitur ad cupiditatem, quandoque econuerso. ¶ Ad sextum dicēdum, quòd Christus cùm passus fuisset tentationis iniuriam, dicente sibi diabolo, Si filius Dei es, mitte te deorsum, non est turbatus, nec diabolum increpauit. Quando verò diabolus, Dei sibi vsurpauit honorem, dicens, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, exasperatus est, & repulit eum dicens, Vade Satana: Vt nos illius discamus exemplo nostras quidem iniurias æquanimiter sustinere, Dei autem iniurias nec vsque ad auditum sufferre. ¶ Ad septimum dicendum, quòd sicut Chrysost.* dicit, forsitan diabolus, quantum ad se, sic Christum assumebat in pinnaculū templi, vt ab omnibus videretur, ipse autem nesciēte diabolo sic agebat, vt à nemine videretur. Quod autem dicit, & ostēdit ei omnia regna mūdi & gloriā eorū, non est intelligēdum, quòd videret ipsa regna, vel ciuitates eorum, vel populos, vel aurum vel argētum. Sed partes terræ, in quibus vnumquodque regnum vel ciuitas posita est,

lib. 1. c. 19. in med. tomo. 4.

Li. 4. in Lucam, in tit. de 3. tēpt. Christi, à med. to. 5.

li. 4. c. de recessu diabo li à Christo, circa prin. to. 5.

lib. 2. c. 18. circa med. tom. 4.

Homi. 5. in Matt. circa mediū, in opere imperfecto, to. 2.

diabolus Christo digito demõstrabat: & vniuscuiusque regni honores & statum verbis exponebat. Vel secundum Origen*. ostendit ei quomodo ipse per diuersa vitia regnabat in mundo.

Homil. 30. in Luc. paulò à princi. to. 3.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est affirmatiua, suggerit enim diabolus diuersimode, secundum quòd aliquis est affectus. Vnde spirituales nõ statim tentat de grauibus peccatis: sed à leuioribus incipit, vt ad grauiora perducat. Hoc idẽ obseruauit in tentatione primi hominis: cum primo sollicitauerit eius mentem de ligni vetiti esu. Secundò, de inani gloria cum dixit, Aperientur oculi vestri. Tertiò, perduxit ad extremam superbiam, cum dixit: Eritis sicut Dij. Hunc etiam ordinẽ seruauit in Christo. Nam primò tentauit de sustentatione corporalis naturæ per cibum. Secundo processit, vt aliqua operaretur ad ostentationem: in qua possunt quandoq; viri spirituales deficere. Tertiò, perduxit tentationem ad id, quod nõ est spiritualium virorum, sed carnaliũ, vt diuitias & gloriam mundi concupiscant vsque ad contemptum Dei. Quare in duabus primis tentationibus dixit: Si filius Dei es. Non autem in tertia. Atque his tentationibus restitit Christus testimonijs legis, nõ potestate virtutis, vt hoc ipso plus hominem honoraret, & aduersariũ plus puniret: cum hostis generis humani non quasi à Deo, sed quasi ab homine vinceretur.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Ludouicus Viues. IN hoc articulo legendus est Dominus Caietanus, qui optimè loquitur. Et cõsiderandum est, quòd Ludouicus Viues super D. Augustinum. 9. de ciuitate Dei. ca. 21. sic scribit: Dæmon cum homines tentat, hoc laborat tantum vt peccent, cum verò Christum tentabat non admodum erat de illius peccato sollicitus, sanctiorem enim illum sciebat, quam qui facilè induci posset, vt malè faceret: cognoscere tantum volebat, an lateret Deus sub humana forma. Annotatio hæc non est omnino pessima. Sed veritas est, quòd tentationes diaboli erant, & incitationes ad peccatum, vt in littera Diui Thomæ exponitur, & explorationes deitatis in Christo, vt verba tentationis demonstrant: si filius Dei es. Ita quod in ordine ad filium Dei sunt explorationes, in ordine ad purum hominem inductiones ad peccatum. Vtroque autem modo sunt tentationes vel deitatis cognoscẽdæ, vel peccato polluendi. Vnde Glossa Matth. 4. dicit: Sic tẽtat, vt exploret quòd veretur: sic explorat, vt tentando decipiat.

Glossa.

IN hac quæstione habet D. Tho. quatuor conclusiones, quarũ prima est. Conueniẽs fuit Christũ Iudæis & non gentibus prædicare. Prima conclusio. ¶ Secunda, debuit Christus cũ offensione aliquorũ prædicare. Secunda. ¶ Tertia, Christus debuit docere publicè. Tertia. ¶ Quarta, Christus non debuit doctrinã suã scripto mandare. Quarta.

QVAESTIO XLII.

De doctrina Christi, in quatuor articu. diuisa.

DEinde cõsiderandũ est de doctrina Christi. ¶ Et circa hoc quærũtur quatuor. ¶ Primo, vtrũ Christus debuerit prædicare solùm Iudæis an etiã Gẽtilibus. ¶ Secũdo, vtrùm in sua prædicatiõe debuerit turbationẽ Iudęorum vitare. ¶ Tertio, vtrũ debuerit prędicare publicè, vel occultè. ¶ Quarto, vtrùm debuerit docere solùm verbo, vel etiã scripto. ¶ De tẽpore autem, quo docere incepit, suprà dictũ est, * cùm de baptismo eius ageretur.

EXPOSITIO QVAESTIONIS.

VTea, quę hic ab autore dicũtur, de doctrina Christi explicentur, est graue dubium, & scitu dignissimum, Vtrùm cõstet euidẽtibus argumentis doctrinam Christi esse verã. Vtrùm euidenter constet doctrinã Christi esse verã. ¶ A parte negatiua sic arguitur: nã doctrina Christi est doctrina fidei, doctrina autẽ fidei euidẽs nõ est, dicit enim Paulus ad Hebr. 11. fides est substãtia sperandarũ rerũ, argumẽtũ non apparẽtiũ, id est, persuasio de rebus, quę nõ videnẽ. Et 1. Corint. 13. inquit: Videmus nũc per speculum in ænigmate, tũc autem facie ad faciem. Et D. Augustin. tractatu. 40. in Ioan. dicit: Quid est fides nisi credere quod non vides? & tractatu. 68. Quod quis nõ videt, credit, nam si vides, iam non

Primũ arg. q. 39. art. 3. Hebræ. 11. 230 3. dist. 1. in expositione lit circa medium. 1. Corin. 13 D. August.

ARTICVLVS I.

Vtrùm cõueniẽs fuerit Christum Iudæis & non Gentibus prædicare.

AD primũ sic proceditur. Videtur, q Christ9 nõ solum Iudæis, sed etiã Gẽtilibus debuerit prædicare. Dicitur enim Isa. 49. Parũ est, vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Israel, & fæces Iacob conuertendas, dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Sed lumẽ & salutem Christus prębuit per suã doctrinam: ergo videtur, parũ fuisse si so-

non est fides. Cui cõsonat Grẽgor. in homilia
Gregor. Paschali, dicẽs; Fides no habet meritũ, vbi humana ratio præbet experimẽtũ, ergo doctrina
Secundum. Christi in veritate euidẽs nõ est. ¶ Deindè, doctrina Christi innititur articulis fidei, vt planè cõstat, at articuli fidei nobis euidentes nõ sunt, ergo doctrina Christi nobis euidens nõ est. ¶ Præterea, doctrina
Tertium. Christi est donũ Dei, iuxta illud: beatus, quẽ tu erudieris Dñe, & de lege tua docueris eũ; & illud: vnctio docebit vos de omnibus. & illud; Omnis qui audit, & discit à patre venit ad me. Vnde hæc doctrina est donũ Dei, quod Deꝰ distribuit singulis prout vult, ergo non euidẽtibus argumentis demõstrat, aliõqui em̃ per euidentes demõstrationes cõpareret. ¶ Ad
Quartum. hęc, demõstratio euidẽs conuincit intellectũ, etiã inuitũ & repugnãtẽ, & sic nõ requirit piã affectionem volũtatis, vt ei assentiamur, at doctrina Christi requirit piã affectionẽ voluntatis vt eam suscipiamus, dicit em̃ D.
Augustꝰ. Paulus: corde creditur ad iustitiã ore autẽ confessio fit ad salutẽ. & D. Aug. nemo credit nisi
Quintum. volẽs, ergo doctrina Christi nõ habet euidentes demõstrationes. Itẽ arguitur ex illo Esai. 7.
Esaiæ. 7. secũdũ trãslationẽ septuaginta: nisi credideritis non intelligetis. & ex eo quod dicit Paulus
2. Cor. 10. 2. Cor. 10. quod fides captiuat intellectum in obsequium Christi, ex quibus planè habetur, quod fidei veritas excedit omnẽ rationẽ & intellectũ & quod sola autoritate diuina tenet.

¶ Vltimò, si aliqua demõstratio euidẽs ostẽderet legẽ Christi ex Deo esse, maximè ea esset, quę ex testimonijs miraculorũ habet, sed hæc nõ est euidẽs, nulla em̃ adeo magna opera sunt, quæ non possit aliquis cauillãdo peruertere, aut ea à dæmonibus facta asserens, aut præstigijs sic apparuisse, nõ tñ in veritate fuisse facta, aut ab aliqua naturali causa fuisse pducta. Magi em̃ Pharaonis vniuersa ferè opera fecerunt, quæ Moyses fecit, vt habet Exo. ca. 7. Similiter apud Gentiles multa mirãda acciderũt miraculis nostræ fidei similia, apud Mahometanos quoq; plæraq; dicunt cõtigisse miracula. De vi & momẽto huius argumẽti, vide Augu. Epist. 3. ad Volusianũ. ¶ In cõtrarium est, quoniam miracula à Christo Domino effecta euidenter ostendunt illum esse verum Deum, vt constanter affirmat Diuus Thomas infra quæstione. 47. articu. 5. & 2. 2. quæstione. 5. articulo. 2. & de veritate quæstione. 14. articu. 9. ad 4. ergo euidenter ostendunt illum non posse mentiri, vnde euidenter ostendunt doctrinam ab eo prædicatam veram esse. ¶ Deinde, dæmones & damnati conuicti credunt doctrinam Christi esse veram, sic adeò vt dissentiri non possint, & hoc sine lumine infuso, sed solum ex euiden-

Vltimum. Exodi. 7.

Argumẽta in oppositum. Primũ arg. Secundum.

lium Iudæis & nõ Gentilibus prędicauit. ¶ 2. Prętera, Sicut dicitur Matt. 7. Erat docẽs eos sicut potestatẽ habẽs. Sed maior potestas doctrinæ ostẽditur in instructione illorũ, qui penitꝰ nihil audierũt, quales erãt Gẽtiles, vnde Apostol. dicit ad Rom. 15. Sic prædicaui Euãgelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamẽtum ædificarẽ. Ergo multò magis Christꝰ prædicare debuit Gentibus, quàm Iudæis. ¶ 3. Præterea, Vtilior est instructio multorum, quàm vniꝰ. Sed Christus aliquos Gentilium instruxit: sicut mulierẽ Samaritanã, Ioã. 4. & Chananęã, Matth. 15. Ergo videtur, q̃ multò fortius Christus debuerit multitudini Gẽtiũ prædicare. ¶ Sed contra est, quod Dominus dicit Matt. 15. Nõ sum missus nisi ad oues, quę perierũt domus Israel. Sed Roman. 10. dicitur, Quomodo prædicabunt nisi mittantur? ergo Christus nõ debuit prædicare nisi Iudæis.

Respõdeo dicendũ, q̃ cõueniẽs fuit prædicationem Christi tam per ipsum, quàm per Apostolos à principio, solis Iudæis exhiberi. Primò quidẽ, vt ostẽderet per suum aduentũ impleri promissiones antiquitùs factas Iudęis, nõ autem Gentilibus. Vnde Apostol. dicit Rom. 15. Dico Christũ Iesum ministrũ fuisse circũcisionis (id est Apostolũ & prędicatorẽ Iudæorũ) propter veritatẽ Dei, ad cõfirmandas promissiones Patrũ. Secũdò, vt eius aduẽtus ostẽderetur esse à Deo. Quæ enim à Deo sunt, ordinata sunt: vt dicitur Rom. 13. Hoc autẽ debitus ordo exigebat, vt Iudæis, qui Deo erãt propinquiores per fidem & cultũ vnius Dei, prius doctrina Christi proponeretur, & per eos trãsmitteretur ad Gẽtes. Sicut etiã in cælesti hierarchia, per suum Secundum.

euidentibus signis diuinitatis, ergo doctrina Christi demõstrationibus euidentibus potest ostendi. ¶ Vltimò, irrationabile videtur & omnino rusticũ eam doctrinã sequi in qua discipuli nũquã verũ mẽte conspiciũt, sed solũ illis præcipitur vt credant, ergo doctrina Christi non est huiusmodi, sed ratione cõprehẽditur. ¶ Ad huius quæstionis expositionẽ sciẽdũ est, q̃ patres antiqui maximè in hoc laborauere, vt ostenderent doctrinã Christi verã esse, & nullam aliam esse veram religionẽ sub cœlo, nominatim ex Græcis Eusebius in lib. de præparat. Euãgelica in libris de demonstratione Euãgelica. Chryso. in hom. qđ Christus sit Deus. Theodoretus libris de Græcarũ affectionũ curatione, præcipuè lib. 1. &. 9. &. 12. D. Augu. toto illo opere de ciui. Dei, & in Epist. ad Volusianũ, & in lib. de vtilitate credendi à capite. 8. & deinceps. & lib. contra Epistolam fundamenti. c. 4. D. Tho. 1. contra gent. c. 6. Sed inter omnes doctores primas tenet in huius rei tractatione Hieronymus de Ferrara in lib. de triumpho crucis, & in lib. de simplicitate vitæ Christianæ, & in libro, cui titulum inscripsit, solatium itineris mei. ¶ His constitutis est prima conclusio, ea quæ præcipuè docet doctrina Christi euidẽtia nõ sunt. Traditur namque in doctrina christiana Deũ

Vltimum.

*In illud verbũ Matthæi. 15. Non sum miss. to. 9.

Eusebius.

*In illud Mat. 10. In viã gẽtium tomo. 9.

Chryso.

Theodoretus.

D. August.

D. Thom.

Hiero. Ferrara.

Prima conclusio.

periores Angelos ad inferiores, diuinę illuminationes deueniunt. Vnde super illud Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, dicit Hieron*. Non hoc dicit, quin & ad Gentes missus sit: sed q̃ primùm ad Israel missus est. Vnde & Isa. vlti. dicitur: Mittam ex eis, qui saluati fuerint (scilicet ex Iudęis) ad Gentes, & annũtiabũt gloriã meã Gẽtibus. Tertiò, vt Iudæis auferret calumniandi materiã. vnde super illud Matth. 10. In viã Gentiũ ne abieritis, dicit Hier*. Oportebat primùm aduentum Christi nũtiari Iudæis, ne iustam haberent excusationẽ, dicẽtes, ideo se Dominum reiecisse, quia ad Gentes & Samaritanos, Apostolos miserit. Quartò, quia Christus per crucis victoriã, meruit potestatem & dominium super Gẽtes. Vnde dicitur Apocal. 2. Qui vicerit dabo illi potestatẽ super Gẽtes, sicut & ego accepi à Patre meo. & Phil. 2. dicitur, quòd quia factus est obediens vsque ad mortem crucis, Deus exaltauit illũ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, & omnis lingua ei cõfiteatur. Et ideo ante passionẽ suã noluit Gentibus prædicari suam doctrinã: sed post passionẽ dixit discipulis, Matt. vlt. Euntes docete omnes Gẽtes. Propter quod, vt legitur Ioã. 12. cùm imminente passione quidã Gentiles vellent Iesum videre, respondit, Nisi granũ frumẽti cadens in terrã mortuũ fuerit, ipsum solùm manet: si autem mortuũ fuerit, multum fructum affert. Et, sicut Augu*. dicit ibidem, se dicebat granum mortificandum in infidelitate Iudęorum, & multiplicandum in fide omnium populorum.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus fuit in lumen & salutem Gentium per discipulos suos, quos ad prædicandũ Gentibus misit. ¶ Ad secũdum dicendũ, quòd esse trinũ & vnũ, Deũ hominẽ esse factum, & pro hominibus mortem sustinuisse, mortuos omnes ad vitã esse excitãdos, totũ Christũ in Eucharistia cõtineri, & id genus alia religionis nostræ venerãda mysteria, quæ diuinitus reuelata nõ rationibꝰ euidẽtibus, sed fide dũtaxat tenemus, credimꝰ hæc non videmus; illud certum habentes summam æternãq; veritatẽ, quæ Deus est nec falli posse vnquã, nec fallere. Hæc conclusio, q̃ vera sit satis demõstratã ex argumẽtis factis ꝓ parte negatiua quęstionis: patet rursus, nã vbi demonstratio euidẽs est, fides cessat & scientia euidens generat, sed hæc quæ cõmemorauimus doctrinæ Christianę do cumẽta fide tenẽtur, ergo nõ demõstratã euidẽtibus argumẽtis. ¶ Secũda conclusio, doctrinæ christianæ cui humana ratio experiẽtiã & euidẽtiã nõ præbet adhærere & assentiri nõ leuitatis est, sed maximę & perfectissimæ prudẽtiæ, est em̃ euidẽs quod sit digna omni acceptione & credulitate. ¶ Hãc cõclusionẽ varijs argumẽtis probãt diuini Theologi in locis superius citatis, nos tãtũ vnũ argumẽtũ in eius cõfirmationẽ ꝓducemus in mediũ. Argumẽtũ sic procedit: credere doctrinę diuinitus reuelatæ non est leuitatis, sed maximæ & perfectissimæ prudẽtiæ, sed hęc doctrina Christi est sapiẽtia diuinitus reuelata, ergo non

*Tract. 51. in Ioan. circa medium illius, to. 9.

2. Conclus.

Non est leuitatis credere ea quę sunt fidei.

non est leuitatis sed maximæ prudentiæ hanc doctrinã amplecti. Maior huius argumẽti est euidens, nam Deus non potest falli, nec verò fallere aut quempiã decipere. Minor verò sic probatur: reuelatio, & manifestatio aliquorũ per ea visibilia opera quę naturæ superant facultatẽ cõfirmata, non est niũ ab eo qui supra naturã creatã est, sed sic ea quę sunt fidei sunt confirmata, per ea scilicet, quæ omnẽ superãt naturę facultatem, ergo &c. Probatur minor discurrendo per miracula: primo eñ ad fidei confirmationẽ factę sunt mirabiles languorũ curationes, mortuorum susci-tationes, cœlestium corporum mirabiles mutationes, & multa alia circa res corporales, de quibus tam in veteri, quam in nouo testamẽto est nobis tradita notitia. Secundò, facta est humanis mentibus supra naturam inspiratio, quũ idiotę & simplices dono Spiritus sancti repleti, summã sapientiã & facundiã sunt in instãti cõsecuti. Tertiò, facta est mirabilis mundi cõuersio, atq; supra naturã, non enim armorũ potentia, aut voluptatũ promissione, sed ex diuinorũ operũ inspectione etiã inter persecutorũ tyrãnidem innumerabilis turba non tantũ simpliciũ, sed etiam sapientissimorum hominum ad Christi fidem conuolauit: in qua humanũ excedentia intellectum prædicantur, carnis cohibentur voluptates, & omnia quæ in mundo sunt, habenda esse cõtemptui docentur. Hoc enim miraculorum maximum est, & diuinæ inspirationis opus, q̃ animi mortaliũ ijs assenserint. Hoc argumento tanquam fortissimo vtitur D. Augustin. in oratione contra infideles, vel enim virtutes signorum & prodigiorum totus mundus ad vitæ austeritatem, & ad Christum adorandum est conuersus; vel nullis miraculis ad hanc recipiendam fidem fuit prouocatus, si fateris tractum fuisse vi miraculorum, fateri te oportet à Deo auctore miraculorum religionẽ hanc processisse, & comprobatã fuisse; si verò neges vlla miracula interuenisse, negando miracula ingens miraculum concedis. Quid enim dici potest mirabilius, quam quod sine miraculis totus mundus in nouam, & inauditam Christi doctrinam

231

c. 11. in fin. tom. 3.

D. Augustin.

non est minoris potestatis, sed maioris facere aliquid per alios, quàm per seipsum. Et ideo in hoc maximè potestas diuina in Christo monstrata est, quòd discipulis suis tantam virtutem contulit in docendo, vt Gentes, quæ nihil de Christo audierãt, conuerterent ad ipsum. Potestas autem Christi in docẽdo attẽditur & quãtum ad miracula, per quę doctrinam suam confirmabat, & quãtum ad efficaciam persuadendi, & quãtum ad auctoritatem loquentis: quia loquebatur quasi dominium habens super legem, cùm diceret, Ego autem dico vobis: & etiam quantum ad virtutẽ rectitudinis, quã in sua conuersatione mõstrabat, sine peccato viuẽdo. ¶ Ad tertium dicendũ, quòd sicut Christus non debuit à principio indifferenter Gentilibus suam doctrinam cõmunicare, vt Iudæis tãquam primogenito populo deditꝰ obseruaretur: ita etiã nõ debuit Gẽtiles omnino repellere, ne spes salutis eis præcluderetur. Et propter hoc aliqui Gentiliũ particulariter sunt admissi, propter excellentiã fidei & deuotionis eorũ.

ARTICVLVS II.

Vtrùm Christus debuerit Iudæis sine eorũ offensione prædicare.

AD secũdũ sic proceditur. Videtur, q̃ Christus debuerit Iudęis sine eorũ offensione prędicare. Quia, vt Aug*. dicit in lib. de Agone Christia. in homine Iesu Christo se nobis ad exẽplũ vitæ præbuit filius Dei. Sed nos debemꝰ vitare offensionẽ nõ solùm fidelium, sed etiã infideliũ: secũdũ illud 1. ad Corint. 10. Sine offensione estote Iudæis & Gentibus & Ecclesiæ Dei. Ergo videtur, q̃ etiã Christus in sua doctrina offensionẽ Iudæorũ vitare debuerit. ¶ 2. Præterea, Nullus sapiens debet facere vnde effectum sui operis impediat. Sed per hoc, q̃ sua doctrina Christus Iudæos turbauit, impediebatur effectus eius doctrinæ. dicitur enim Lucæ. 11. quòd cùm Dñs Pharisæos & Scribas reprehẽderet, cœperũt graui-ter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærẽtes aliquid capere ex ore eiꝰ, vt

doctrinam fuerit conuersus? Quod si dicat, quispiam hæc, quæ commemorauimus admiranda, casu subitoq; euenisse, sciat se grauiter esse deceptum; ex eo quòd hæc se facturum Deus multis antea prophetarum prædixit oraculis, quod est euidens argumentum diuinæ dispositionis. Nullus enim potest futuros euentus prędicere, maximè qui pendent à libera Dei volũtate; nisi per reuelationẽ diuinam. Vnde Esaiæ. 41. Esaias dixit. c. 41. Annũciate quæ ventura sunt nobis, & sciemus quia Dij estis vos. Profecto magnũ, & euidẽs indicium veritatis doctrinæ Chri est vox pphetarũ, nihil enim Christus gesit, nihilq; cum illo gestũ est, non prius præuisum, oreque Prophetarum prenũciatum. Hinc est illud à sacro Euangelista relatũ Lucæ. 24. Luc. 24. & incipiẽs à Moyse, & omnibus prophetis interpretabat illis in omnibus scripturis, quę de ipso erant. Ex quo palam est ista neque à casu, neq; subito contigisse, sed ex ordinatione Dei, qui solus futura contingentia cognoscit. Nec putes paucos annos præterijsse post denunciationẽ antequam fuerint facta, nam alij prædixerunt ea ante quingentos, alij ante mille annos, quidam ante duo millia vel tria: vnde patet, quod solum inspiratione Dei hæc prædicere potuerunt. Illud etiam demonstrat doctrinam Christi ex Deo esse, nam ante passionem Iesu Christi crux fuit omnibus ad terrorem, & maledictionem, nunc vero habet cœlestem amorẽ, & omnia benedicit, & colitur & adoratur, fuitque adorata in omnibus mundi partibus, & prædicata & glorificata, sed hoc Deus nõ permisisset longo tẽpore nisi Iesus fuisset verus Deus, qui hanc doctrinã docuit & prędicauit, vera ergo est ista doctrina. Sed quid mirabilius est, quam Ecclesiæ sanctę maximum incremẽtũ impugnauit emñ vniuersus orbis armatus, potẽs, diues, ac ferocissimus eã inermem, pauperẽ, infirmã corpore, & mã suetam sicut agnus, & tamẽ ipsa plus potuit moriẽdo, quam mũdus ipsam occidẽdo. Quotidiè Christiani crudeliter occidebãtur, & quotidiè crescebat numerus eorũ, qui pro Christo libenter moriebantur. Sanè Roma, quæ vniuersum orbem subiugauerat, nõ potuit Ecclesiam Christi paupertatem subiugare, quinimo & ipsa cum omni imperio subiecit colla dulci iugo, & piscatori Petro iam subiectus est Imperator Romanus. Nonne hic manifestè apparet virtus Dei, & efficientia diuina? Præterea, doctrinam Christi esse veram & diuinitus inspiratã confirmat excellen-

Ecclesiæ incrementũ.

*Ho. 7. in Ezech. aliquantulum à princ.

quia repugnabant Christi doctrinæ, per quam solam poterat esse salus, tũ etiã quia prauis suis moribus vitam populi corrũpebãt. Et ideo Dominus non obstante offensione eorum, publicè veritatẽ docebat, quam illi oderant, & eorũ vitia arguebat. Et ideo dicitur Matthæi. 15. quòd discipulis Domino dicentibus, Scis quia Iudæi audito hoc verbo, scandalizati sunt? respõdit, Sinite illos, cæci sunt, ducesque cæcorũ: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd homo sic debet esse sine offensione omnibus, vt nulli det suo facto vel dicto minùs recto occasionẽ ruinæ. Sed cùm de veritate scandalũ oritur, magis est sustinendum scãdalum, quàm veritas relinquatur: vt Gregor*. dicit. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd per hoc, quòd Christus publicè Scribas & Pharisęos arguebat, non impediuit, quia repugnabant Christi doctrinæ, per quam solam poterat esse salus, tũ etiã quia prauis suis moribus vitam populi corrũpebãt. Et ideo Dominus non obstante offensione eorum, publicè veritatẽ docebat, quam illi oderant, & eorũ vitia arguebat. Et ideo dicitur Matthæi. 15. quòd discipulis Domino dicentibus, Scis quia Iudæi audito hoc verbo, scandalizati sunt? respõdit, Sinite illos, cæci sunt, ducesque cæcorũ: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd homo sic debet esse sine offensione omnibus, vt nulli det suo facto vel dicto minùs recto occasionẽ ruinæ. Sed cùm de veritate scandalũ oritur, magis est sustinendum scãdalum, quàm veritas relinquatur: vt Gregor*. dicit. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd per hoc, quòd Christus publicè Scribas & Pharisęos arguebat, non impediuit, Reſpondeo dicẽdum, quòd salus multitudinis est præferenda paci quorumcunque singularium hominum. Et ideo quando aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est timenda eorum offensio à prædicatore vel doctore, ad hoc, quòd multitudinis saluti prouideat. Scribæ autẽ & Pharisæi & principes Iudæorum, sua malitia plurimùm impediebant populi salutẽ: tum accusarent eum. Non ergo videtur cõueniẽs fuisse, quòd eos in sua doctrina offenderet. ¶ 3. Præterea, Apostolus dicit primæ ad Timoth. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Sed sacerdotes & principes Iudæorum erant illius populi seniores. Ergo videtur, quòd non fuerint duris increpationibus arguẽdi. ¶ Sed cõtra est, quod Isa. 8. fuerat prophetizatum, quòd Christus esset in lapidem offensionis & petram scandali duabus domibus Israel.

excellentiſsimorũ virorũ cõſtantiſsima eiuſdẽ doctrinę cõfeſsio, cũ quib⁹ (vt ita loquar) malo errare, quã cum cæteris dirigi, tot enim martyres tum ex Iudæis, tum ex gẽtibus omnis ordinis, ætatiſq;, nobiles, docti, philoſophi, & in dignitatibus cõſtituti ſanguineſuo doctrinę Chriſtianę ſubſcripſerunt, vt dicat D. Hierony. in epiſt. ad Heliodorũ in tantũ excreuiſſe numerum, vt ſingulo quoque die anni poſſet Eccleſia trium milliũ martyrũ memorias & feſta celebrare. Hos ſequuti ſunt doctiſsimi patres Eccleſiæ admirabili ingenio p̃diti Hilarius, Baſilius, Athanaſius, Hieronym⁹, Ambroſius, Auguſtinus, Thomas Aquinas, & alij penè innumerabiles, qui hac fide illuminatioĩa relinquentes pauperem Chriſtũ ſunt ſequuti. Hoc etiã eſt magnũ argumentum, quòd ſacręſcriptur ę doctrinã Chriſti continentes, ſint à Deo, quoniã legentẽ eas, & earum amatorem & ſtudioſum vehementiſsimè inflammant amore diuino, & ad cœleſtia rapiunt; ita quòd per eas homines efficiãtur quaſi dij terrena tanquam ſtercora relinquentes, & ad cœleſtem pulchritudinem anhelantes, nihilq́ue in hoc mundo appetentes in quodam rerum vertice ſtãtes. ¶ Alia argumenta ſumuntur in noſtræ concluſionis confirmationem, & quidẽ irrefragabilia ex euerſione ſynagogæ; & longa captiuitate Iudæorum à Chriſto Domino prædicta; ex expulſione idolorum. Nam poſtquãm coruſcante Euangelio crux adorari cœpit penitus ablata eſt idololatria, cuius rei præceſſerat oraculum Eſa. 2. exaltabit Dominꝰ ſolium ſuum, & idola penitus conterentur. Sed & alia argumenta, fidei noſtrę irrefragabilia colliguntur ex verbis Auguſtini libro cõtra epiſtolam fundamenti. c. 4. Tenet me, inquit, in gremio Eccleſiæ, & in eiꝰ doctrina conſenſio populorum, tenet autoritas miraculis inchoata, ſpenutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata, tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcẽdas oues ſuas poſt reſurrectionem ſuã Dñs commendauit, vſque ad præſentẽ Epiſcopatum ſucceſsio ſacerdotũ, quã nemo principũ huius mundi, nec porteinferi potuerũt impedire. Sed dicet Theologus, hæc argumẽta adeò efficacia eſſe; vt probent euidenter, quod doctrina Chriſti vera ſit, & à Deo inſpirata: cuius contrarium dicit apertè prima concluſio. Cui reſpõdendum eſt argumenta propoſita euidenter conuincere, quòd doctrina Chriſti ſit euidenter credibilis, & omni acceptione & credulitate digna, prout docet D. Tho. in 2.

Eſa. 2.

Auguſt.

obiectio.

Soluſio.

D. Thom.

ARTICVLVS III.

Vtrùm Chriſtus omnia publicè docere debuerit.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Chriſtus non omnia publicè docere debuerit. Legitur enim multa ſeorſum diſcipulis dixiſſe: ſicut patet in ſermone Cœnæ, vnde & Matt. 10. dixit. Quod in aure auditis in cubilib⁹, prædicabitur in tectis. Nõ ergo omnia publicè docuit. ¶ 2. Prætereà, Profunda ſapientiæ nõ ſunt niſi perfectis exponẽda: ſecundũ illud 1. ad Cor. 2. Sapientiã loquimur inter perfectos. Sed doctrina Chriſti continebat profundiſsimam ſapientiam. Non ergo erat imperfectæ multitudini communicanda. ¶ 3. Prætereà, Idem eſt, veritatem aliquam occultare ſilentio, & obſcuritate verborũ. Sed Chriſtus veritatem, quã prædicabat, occultabat turbis obſcuritate verborũ quia ſine parabolis non loquebatur ad eos: vt dicitur Matt. 13. ergo pari ratione poterat occultare ſilentio. ¶ Sed contra eſt, quod ipſe dicit Ioan. 18. In occulto locutus ſum nihil.

¶ Reſpondeo dicendum,

232 *Opuſ. 60. c. 14.

2.q.1.art.4.ad 2.& ad 3.Sed ex hoc non infe
Aristot. rat Theologus esse euidens, quòd doctrina Christi vera sit. Nã Aristot. dicit in li. Rhetor. esse credibilia, quæ vera non sunt, & quædam falsa sunt probabiliora quibusdam veris. Sed de hac re in loco dudũ citato fusius disputatur. Dico rursus ad satisfaciendũ propositæ interrogationi, argumenta proposita euidentia quadã morali, aut magna certitudine, probare doctrinã Christianã ex Deo esse: nam oĩa illa, quę ostẽdimus huic doctrinę cõuenire, nõ est possibile quod humano ingenio aut angelico essent excogitata & præuisa. Tertio dico, q hęc argumẽta à nobis producta faciunt euidentiã in attestante, id est, probant euidẽter hãc doctrinã esse à Deo reuelatam. Ita docet Caie. in 2.2.q.1.ar.4.& q.5.arti.1. Sed est aduertẽdũ, quod euidẽtia in attestãte nõ destruit, neq; excludit fidẽ, quinimo cum tali euidentia permanet fides, & obscurus assensus de credibilibus in seipsis: sicut aliquis potest habere euidentiam, quod hæc est scriptura, licet ignoret sensum illius: & sicut aliquis potest habere euidentiam, quod rex illi loquitur, & tamen potest esse illi occultum, quod promittit. Ita sanè cum euidentia attestantis manet obscuritas reuelatę doctrinę circa quã est fides. Intelligat enim Theologus versari maximam differentiã inter euidentiã de rebus ipsis, & inter euidẽtias in testificãte; stãt enim hæc duo simul, quòd intellectus sit certus ex euidẽtia signorum, vel Dei attestantis, quod mysteriũ Trinitatis sit verũ, & quòd simul credatur, & tamẽ nõ videat Trinitatẽ in se neque in suis principijs aut effectis, sed tãtũ credit quia Deus dixit. Ita tenet Caietan. quòd Angeli & Prophetę habuerunt euidẽtiã, quòd Deꝰ, qui mẽtiri nõ potest, proponebat illis credibilia. Quæ doctrina Caie. mihi probat, sentio enim q Apostoli, & maiores in Ecclesia Christi habuerint euidentiã ex miraculis & testimonijs, cæteram tamẽ turbam fidelium nõ intelligẽdi viuacitas sed credendi simplicitas tutissimã facit. Verba sunt D. Aug. in lib. cõtra epistolam fundamenti loco prẽnotato.

*Trac. 96. circa fin. tomo 5.

Caietan.

Euidẽtia in attestante non excludit finem.

dicit Mar. 4. Nunquid venit lucerna, id est, vera & honesta doctrina, vt sub modio ponatur? Alio modo aliqua doctrina est in occulto, qa paucis proponitur, & sic Christus etiam nihil docuit in occulto: quia Christus omnem doctrinã suam vel turbæ toti proposuit, vel omnibus suis discipulis in cõmuni. Vnde Aug*. dicit super Ioan. Quis in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur præsertim si hoc loquitur paucis, quod per eos vult innotescere multis? Tertio modo aliqua doctrina est in occulto quantum ad modũ docẽdi. Et sic Christus quędã turbis loquebatur in occulto, parabolis vtens ad annuntianda spiritualia mysteria, ad quæ capienda non erant idonei vel digni. Et tamẽ melius erat eis, vel sic sub tegumẽto parabolarum, spiritualiũ doctrinã audire, quã omnino ea priuari. Harũ tamẽ parabolarũ

*Tract. iij. in Ioan. in med. to. 9.

D. Augustꝰ

¶ Tertia conclusio, doctrina Christi nulla potuit dari sanctior, neq; ad consequendum summum bonum, veramq; fœlicitatem aptior. In primis namq; ostendit in qua re constitutũ sit summum bonum, & fœlicitas humanæ vitæ collocata, quod philosophi omnesq; veritatis indagatores tanto studio, tantisq; disputationibus & contentionibus inquirebant, nec inuenire

3.Cõclusio

Sanctitas doctrinæ Christi.

nire poterant, nunc verò inter Christianos quis tàm extremus idiota, vel quę abiecta mu liercula non cognoscit, vbi vera fœlicitas sit collocanda? De animę immortalitate, de futu ra vita post mortem omnes Christiani sumus à Christo edo cti, de quibus rebus summi Philosophi ni hil certi statue runt. Sed & me dia demõstra uit ad hunc fi nẽ consequen dũ aptissima, vęniã omniũ delictorũ pœnitentibus pro misit, cœlestis patris dulce no men prorsus mortalibus ig notum reuela uit, charitatis iura etiam ad inimicos extẽ di mandauit, de moribus in stituendis ex cellentem, ad mirandamque doctrinã præ buit, de actib⁹ excellentissi mis virtutum, qui beatitudi nes vocantur Matth. 5. suos discipulos in struxit, de de siderabilib⁹ ab homine in o ratione Domi nica, de modo viuendi per fi dem, spẽ, cha ritatem neces saria documẽ ta præbuit, sic vt experientia teste videam⁹ Christianã vi tam plenã om nis boni mo ris, inimicã om ni vitio, neq; in aliquo cul-

*can. 10. in Mat. parũ à medio.

*Super verbũ Mat. citatũ in arg. to. 9.

apertã & nudã veritatẽ Dñs discipulis exponeꝫ bat, per quos deueniret ad alios, qui essent idonei: secundũ illud 2. ad Timot. 2. Quæ audisti à me p̃ multos testes, hæc cõmẽda fidelibus homi nibus, qui idonei erũt & alios docere. Et hoc signatũ est Num. 4. vbi mãdat q̃ filij Aaró inuoluerẽt vasa Sãctuarij, quę Le uitæ inuoluta portaret.

¶ Ad primũ ergo dicendũ, quòd (sicut Hilarius * dicit super Mat. exponẽs illud verbũ inductũ) nõ legimus Dñm solitũ fuisse noctibus sermocinari, & doctrinam tradidisse intenebris: sed hoc dicit, quia omnis sermo eius carnalibus tenebrę sunt, & verbũ eius infidelibus nox est. Itaque quod à se dictũ est, cum libertate fidei & cõfessionis vult esse loquendũ. Vel secundũ * Hiero. cõparatiuè loquitur: quia videlicet erudiebat eos in paruo Iudęæ loco respectu totius mũdi, in quo erat per Apostolorũ prędicationẽ doctrina Christi publicãda. ¶ Ad secũdũ dicendũ, quòd Dñs nõ omnia profunda suę sapiẽtię sua doctrina manifestauit, nõ solum turbis, sed nec etiã discipulis, quibus dixit Ioan. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, quę non potestis portare modò. Sed tamen quodcunq; dignum duxit alijs tradere de sua sapientia, non in occulto, sed palàm proposuit, licet non ab omnibus intelligeretur. Vnde Augustꝰ dicit super Ioan. Intelligendum est ita dixisse Dominum. Palàm locutus sum mũdo: ac si dixisset. Multi me audierunt, & rursus non erat palàm, quia non intelligebãt. ¶ Ad tertium dicendum, quòd turbis Dominus in parabolis loquebatur (sicut dictum est *) quia non erant digni nec idonei nudam veritatem accipere, quam discipulis exponebat. Quòd autem dicitur, quòd sine parabolis nõ loquebatur eis, secundum Chrysost. * intelligendum est quantũ ad illum sermonem: quamuis aliàs sine parabolis multa turbis locutus fuerit. Vel secundũ Augustinum * in lib. de Quæstionibus Euangel. hoc dicitur, non quia nihil propriè locutus est, sed quia nullum ferè sermonem explicauit, vbi non per parabolam aliquid significauerit: quãuis in eo aliqua propriè dixerit.

*Tract. 123. in Ioã. in médio illius to. 9.

*In cor. 26

Ad argumẽta in principio facta; ad primũ argumentũ cõcedimus non constare euidentibus argumentis doctrinam hanc veram esse, cæterum cõstat euidẽter quod sit digna fide, & omni acceptione: addo etiam constare euidenter esse

Ad argum. Ad primũ.

*Hom. 48. in Mat. circa princip. illius to. 2.

*In li. q. ex Mat. ca. 15. tom. 4. in principio.

à Deo reuelatum, cum hoc tamen ſtat, quod ſit de rebus, quæ non videntur; vt ſupra expoſitum eſt. ¶ Ad ſecundum ex dictis in ſolutione primi patet ſolutio. ¶ Ad tertium argumentum concedo eſſe donum Dei aſſentire, & adhærere Chriſti doctrinæ, quod Deus diuidit ſingulis prout vult. Secundo dico, qui tantum aſſentiretur doctrinæ Chriſti conuictus teſtimonijs euidentibus diuinitatis, non eſſet Chriſtian', quia talis aſſenſus & fides coacta eſſet; quam etiã dæmones habent & contremiſcunt, fides autem & perſuaſio Chriſtiana voluntaria eſt procedens ex diuino lumine deſuper infuſo, quod Deus diuidit prout vult. Adducũtur ergo prædicta argumẽta vt confirmentur, qui in fide vacillant, & vt diſponantur increduli ad recipiendam fidem, & ad inſtruendum fidelem doctorem, vt poſſit cum impijs dimicare, & illorum impietatem redarguere. Nec cõtra hoc militat illud prouerbium: fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum, hoc enim refertur ad illos qui aliter nolunt credere niſi ſignis conuicti, & credunt dumtaxat vi prodigiorum & argumentorum perſuaſi; verum illi qui à Deo illuminati ſine alia probatione amplectuntur fidem, & poſt modum inueniunt rationes, quibus ſe & alios confirment in fidei doctrina, non perdunt meritũ fidei, quinimo dicit Petrus. 1. cano. cap. 3. vt ſimus parati ad ſatisfaciẽdum omni poſcenti rationem de ea, quæ in nobis eſt fide & ſpe. Et Dominus in Euangelio multa colligit, vnde probat ſe eſſe Meſsiam: ſi mihi, ait, non creditis, operibus credite. Et alibi, vt idem probet vtitur teſtimonio ſcripturarum: ſcrutamini, inquit, ſcripturas. Horſum etiã vox patris intonuit: Hic eſt filius meus dilectus, &c. Horſum etiã teſtimoniũ illuſtriſsimũ Sãcti Ioannis cõmemoratũ eſt

Adſecũdũ. Ad tertium

233 *Ad Heb. 8 le. 2. in fin.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm Chriſtus debuerit doctrinã ſuã ſcripto tradere.

AD quartũ ſic proceditur. Videtur, quòd Chriſtus doctrinã ſuam debuerit ſcripto tradere. Scriptura enim inuẽta eſt ad hoc, quòd doctrina commendetur memoriæ in futurũ. Sed doctrina Chriſti duratura erat in æternum: ſecundum illud Luc. 21. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Ergo videtur, quòd Chriſtus debuerit ſuam doctrinam ſcripto mãdare. ¶ 2. Prętereà, Lex vetus in figura Chriſti præceſsit: ſecundum illud Hebr. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum. Sed lex vetus à Deo fuit deſcripta: ſecundum illud Exo. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legẽ ac mandata quæ ſcripſi. Ergo videtur, quòd etiã Chriſtus doctrinam ſuã ſcribere debuerit.

¶ 3. Prætereà, Ad Chriſtum qui venerat illuminare his, qui in tenebris & vmbra mortis ſedent (vt dicitur Lucæ primo) pertinebat erroris occaſiones excludere, & viã fidei aperire. Sed hoc feciſſet, doctrinam ſuam ſcribendo: dicit enim Auguſtin. *in primo de conſenſu Euang. quod ſolet nonnullos mouere, cur ipſe Dominus nihil ſcripſerit, vt alijs de illo ſcribentibus neceſſe ſit credere. Hoc enim illi, & maximè Pagani quę runt, qui Chriſtum culpare aut blaſphemare nó audent, eiq; tribuunt excellentiſsimam ſapientiam, ſed tamen tanquã homini. Diſcipulos verò eius dicũt magiſtro ſuo ampliùs tribuiſſe, quàm erat: vt eum filium Dei dicerent, & verbum Dei per quod facta ſunt omnia. Et poſtea ſubdit. *Videntur parati fuiſſe hoc de illo credere, quod de ſe ipſe ſcripſiſſet, non quod alij de illo pro ſuo arbitrio prædicaſſent. Ergo videtur, quòd Chriſtus ipſe doctrinam ſuã ſcripto tradere debuerit

¶ Sed contra eſt, quod nulli libri ab eo ſcripti habentur, in canone Scripturæ.

¶ Reſpondeo dicendum, conueniens fuiſſe Chriſtum doctrinã ſuã nó ſcripſiſſe. Primo quidem, propter dignitatẽ ipſius. Excellẽtiori enim doctori excellẽtior modus doctrinæ debetur, & ideo Chriſto tãquam excellentiſsimo doctori hic modus cópetebat, vt

*li. 1. ca. 7. ante mediũ to. 4.

1. Pet. 3.

*Eod. li. 1. de cõſenſu Euãg. ca. 7. circa med. to. 4.

Ad quartũ.

quomo-

quomodo ad doctrinam fidei requiratur affectio voluntatis,& quomodo non sequitur doctrinam fidei, qui eam conuictus recipit & amplectitur, sed is est discipulus Christi, qui voluntariè recipit testimonium Dei loquentis intra se. ¶ Ad quintum idem dicendum est. Ad vltimum commodiusre spondebimus in quæstione sequéti. ¶ Sed restat respondere ad illud argumentum, quo videtur efficaciter probari, constare euidenter, q̃ doctrina Christi vera sit. Argumẽtũ est huiusmodi; miracula à Christo facta euidenter ostendunt illum esse Deum, ergo euidenter ostendunt illum non posse mentiri, nec falli, ergo euidenter ostendunt doctrinam ab eo prędicatam esse veram. ¶ Ad hoc argumentum respondeo in primis non esse incómodum concedere, quod his qui viderant miracula fieri, & penetrabant modũ faciendi miracula, erat euidens doctrinam Christi ex Deo esse, sed erat euidentia in attendoctrinã suã auditorũ cordibus imprimeret. Propter quod dicit Mat. 7. quòd erat doçés eos sicut potestatẽ habés. Vnde etiã apud Gẽtiles Pythagoras & Socrates, qui fuerũt excellẽtissimi doctores, nihil scribere voluerunt. Scriptura enim ordinatur ad impressionem doctrinæ in cordibus auditorũ, sicut ad finẽ. Secũdò, propter excellentiã doctrinæ Christi, quæ literis cõprehendi nõ potest: secundũ illud Ioan. vlt. Sunt & alia multa quæ fecit Iesus; quæ si scribãtur per singula, nec ipsum arbitror mũdũ capere posse eos, qui scribẽdi sunt libros. Quos sicut Aug*. dicit, nõ spatio locorũ credẽdũ est mũdũ capere nõ posse: sed capacitate legentiũ cõprehendi fortasse nõ posse. Si aũt Christus scripto doctrinã suã mãdasset, nihil altius de eius doctrina homines æstimarent, quàm quod Scriptura cõtineret. Tertiò, vt ordine quodã ab ipso, doctrina ad oẽs perueniret, dũ ipse scilicet discipulos suos immediatè docuit, qui postmodũ alios verbo & scripto docuerunt. Si autẽ ipsemet scripsisset, eius doctrina immediatè ad oẽs peruestante, vt dictum est. Secundò dico, quòd intendere ad miracula Christi eo modo quo oportebat intendere, vt virtus eorum intelligeretur, erat donum Dei, & sic licet externa miracula Christi multi viderent, eorum non penetrabãt virtutem. Vnde dicitur Act. 16. quod Dominus aperuit cor cuiusdam mulieris, vt intenderet ijs, quæ dicebantur à Paulo: cũ enim hæc mysteria nostræ religionis sint supnaturalia, videntur deliramenta ijs, quibus Dominus non aperit cor. Item dico, quod non penetram⁹ modum, quo miracula perpetrata sunt, nec scimus quòd à Deo solo proueniant, nec euidenter cognoscim⁹, quod sunt adducta in confirmationem articulorum fidei, quos credim⁹; & ideo euidẽter non concludunt. Sed dicet Theologus, irrationabile videtur & rusticum ei doctrinæ adhærere, in qua solum exposcitur ab eius discipulis, vt credant. Hanc obiectionem Iuliani Apostatæ, & Manichæorum, dissoluit optimè D. Aug.

niſſet. Vnde & de ſapientia Dei dicit Pro. 9. q̃ misit ancillas ſuas vocare ad arcẽ. Sciendũ tamẽ eſt (ſicut Aug.* dicit in primo de conſenſu Euang.) aliquos Gẽtiles exiſtimaſſe Chriſtũ quoſdã libros ſcripſiſſe, cõtinentes quę dã magica, quibus miracula faciebat, quæ diſciplina Chriſtiana cõdemnat. Et illi tamẽ, qui Chriſti libros tales ſe legiſſe affirmãt, nulla talia faciũt, qualia illũ libris talibus feciſſe mirantur. Diuino enim iudicio ſic errãt, vt eoſdẽ libros ad Petrũ & Paulũ dicãt tanquã epiſtolari titulo prẽnotatos eo quòd in plurib⁹ locis ſimul eos cũ Chriſto pictos viderũt. Nec mirũ, ſi à pingẽtibus fingentes decepti ſunt; toto enim tẽpore quo Chriſtus in carne mortali cũ ſuis diſcipulis vixit, nondũ erat Paulus diſcipulus eius.

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ, quòd (ſicut Augu. dicit in eodẽ li.) omnibus diſcipulis ſuis tãquã mẽbris ſui corporis Chriſt⁹ caput eſt. Itaq; cũ illi ſcripſerũt quę ille oſtẽdit & dixit, nequaquã dicẽdũ eſt, quòd ipſe nõ ſcripſerit: quãdoquidẽ mẽbra ei⁹ id operata ſunt, quod dictãte capite cognouerũt. Quicquid enim ille

*li. 1. ca. 9. & 10. to. 4.

Ad quintũ.

Aliud arg.

¶ Trac. vlt. in Euãg. Io. nõ procul. à fine.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Augustſt. Gregor. Nazianze. D.Aug.lib.de vtilit.credēdi & Greg.Nazianzen.in prima oratione contra Iulianum Apostatam. Ipſi namque inimici noſtri laudant Pythagoricæ ſcholæ inſtitutum, cuius probatio inculpabilis erat;ita viſum eſſe Pythagorę,& ipſum dixiſſe.Et Plato in Tymæo dicit, fieri non poſſe vt deorum filijs non habeatur fides etiamſi abſq; neceſſarijs dicant demóſtrationibus.Quę ſi vera ſunt, quãto plenior & diuinior ratio noſtrę diſciplinæ eſt ; Deũ ſic dixiſſe, Deũ ſic reuelaſſe,& omnes ſic edoctoseſſe à Deo iuxta Iſaiæ vaticiniũ ; ponã omnes filios tuos edoctos à Domino?Ad do etiã, quod noſtra doctrina euidẽtibus argumentis eſt confirmata, vt iam viſum eſt.

Plato.

de ſuis factis & dictis nos legere voluit,hoc ſcribẽ dum illis tanquam ſuis manibus imperauit.

¶ Ad ſecundum dicendũ,quòd quia lex vetus in ſenſibilibus figuris dabatur,ideo etiam conuenienter ſenſibilibus ſignis ſcripta fuit. Sed doctrina Chriſti quę eſt lex Spiritus vitæ , ſcribi debuit non atramento,ſed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalib': vt Apoſtolus dicit 2. ad Cor. 3.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd illi qui Scripturæ Apoſtolorum de Chriſto credere noluerunt, nec ipſi Chriſto ſcribẽti credidiſſent: de quo opinabantur,quòd magicis artib' feciſſet miracula.

QVAESTIO XLIII.

De miraculis à Chriſto factis in generali,in quatuor articulos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de miraculis à Chriſto factis: & primò in generali,ſecundò,in ſpeciali de ſingulis miraculorũ generibus,tertiò,in particulari de transfiguratione ipſius.

¶ Circa primum quęruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm Chriſtus debuerit miracula facere. ¶ Secundò, vtrùm fecerit ea virtute diuina. ¶ Tertiò, in quo tẽpore inceperit miracula facere. ¶ Quartò, vtrùm per miracula fuerit ſufficienter oſtenſa eius diuinitas.

In Tertiam partem.

IN hac quæſtione habet D.Thom.quatuor concluſiones. ¶ Prima, Chriſtus facere debebat miracula. ¶ Secunda, Chriſtus diuina virtute miracula faciebat. ¶ Tertia,in nuptijs cœpit Ieſus facere miracula. ¶ Quarta,miracula Chriſti ſufficienter eius diuinitatẽ oſtẽdunt.

Quatuor cõcluſiões.

ARTICVLVS I.

Vtrùm Chriſtus debuerit facere miracula.

AD primũ ſic proceditur. Videtur, q̃ Chriſtus miracula facere nõ debuerit. Factũ enim Chriſti verbo ipſius debuit cõcordare. Sed ipſe dicit Mat.16. Generatio mala & adultera ſignũ quærit,& ſignũ nõ dabitur ei,niſi ſignũ Ionę Prophetę. Non ergo debuit miracula facere. ¶ 2. Prętereà, Sicut Chriſtus in ſecũdo aduẽtu vẽturus eſt in virtute magna & maieſtate (vt dicit Mat. 24.)ita in primo aduẽtu venit in infirmitate: ſecũdũ illud Iſa. 53. Virũ dolorũ & ſcientẽ infirmitatẽ. Sed operatio miraculorũ magis pertinet ad virtutẽ quã ad infirmitatẽ. Ergo nõ fuit cõueniẽs quod in primo aduentu miracula faceret.

¶ 3. Prętereà, Chriſtus venit ad hoc vt homines ſaluaret per fidẽ, ſecũdũ illud Heb.12. Aſpiciẽtes in autorẽ fidei & cõſummatorẽ Ieſum. Sed miracula diminuũt meritum fidei,vnde Dñs Ioan. 4. dicit. Niſi ſigna & prodigia videritis , non creditis . Ergo non videtur, quòd Chriſtus debuerit miracula facere. ¶ Sed contra eſt,quod ex perfectione alicui ociosa fuiſſe miracula quæ Chriſtus Dñs fecit,quia Iudæi in quorũ cõſpectu facta ſunt , non crediderũt,cæteri verò nõ viderũt,ad quid ergo fecit miracula? ¶ Deinde,etiã mali & ſcelerati homines poſſunt facere miracula, vt patet ex illo: nõne in nomine tuo dæmonia eiecimus?& virtutes multas fecimus? ¶ Tertiò nõ cõſtabat euidẽter eſſe vera miracula,nã dæmones,Magi,&incantatores faciũt ſimilia opera, Magi enim Pharaonis fecerũt ferè oĩa opera, quæ fecerat Moyſes virtute diuina,vtha betur Exod.7. & Appolloniꝰ Tyanẽſis plura edidiſſe miracula , quam Chriſtus Dñs, nobis opponi tur

234 *Opuſ. 2, ca. 7. & opuſ.3.c.135 & opuſ.11, ar.17. & opuſ.60. ca. 15.princ.

Probatur quod miracula Chriſti fuerint ociosa.

Prim.argu.

Secundum.

Tertium.

Exod.7.

Iustinus martyr. tur à gentilibus, vt dicit Iustinus martyr in li. de quæstionibus à gentibus, Christianis propositis q. 24. & apud Mahumetanos pleraq; dicuntur cõtigisse miracula. ¶ Preterea, Christus Dominus ad hoc venit, vt saluaret homines, sed miracula diminuũt meritũ fidei, vnde dicit Dominus Ioan. 4. nisi signa & prodigia videritis, non creditis, ergo non debuit Christus facere miracula. ¶ Vltimò, dæmones vsque ad mortẽ Christi semper dubitauerunt de diuinitate Christi, vt supra habitũ est, ergo miracula à Christo Domino effecta non sufficienter ostendebant eius diuinitatem, alioqui dæmones omnium scrutatores, qui potestate intellectus vigẽt, hoc mysteriũ absque dubio cognouissent.

Quartum.

Ioan. 4.

Vltimum.

1. Cõclusio ¶ Ad huius dubij expositionem est prima cõclusio. Christus Dominus fecit miracula stupenda, & innumerabilia, tum per seipsum, tum per sanctos suos. Certè si vellẽ numerare omnia miracula, quæ Christus Dominus fecit, abiret opus in infinitum De his dicit Ioannes ad finem sui Euangelij: Si omnia opera, quæ fecit Iesus scribenda essent per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scriberentur, libros. Resuscitauit filium viduæ, filiam archisynagogæ, Lazarum fratrem Marthæ, & Magdalenæ, & alia innumerabilia edidit miracula, quæ omnia breui sermone explicauit Dominus discipulis Ioannis dicens: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundãtur, mortui resurgunt, &c. Et Euangelistæ ne longi essent in enarrandis tot miraculis dicunt, quod ex omni parte offerebantur ei infirmi, & curabat eos, quia virtus de illo exibat, & sanabat oẽs: qua verborum breuitate immensum miraculorum pelagus transcurritur. Certè tãta est multitudo, & efficacia miraculorũ Christi, vt possent dæmones ad salutem conuerti, si obstinati nõ essent. Et Iudęi miraculorum multitudine, & efficacia stupefacti dicũt Ioan. 11. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, si dimittim⁹ sic, omnes credẽt in eo. Et iterum cum Iudæi quæreret signum de cælo, quasi signa quæ fecisset Dominus de terra essent, respondit eis Dominus, vt habetur Matth. 12. Generatio peruersa, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ, &c. In quo mors Christi & resurrectio significatur, hoc est, miraculorum à Christo factorum maximum, plures enim occidit mortuus quam viuus, vt de Samsone in figura Christi dictum est.

Ioan. 11. *Hom. 54. in Mat. ante med. to. 2.

Matth. 12.

Ioan. vlt.

sona aduersariorum Dei dicitur Ioan. 11. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit.

¶ Respondeo dicendum, quòd diuinitus cõceditur homini miracula facere propter duo. Primò quidem & principaliter ad confirmandam veritatem, quam aliquis docet: quia enim ea quæ sunt fidei, humanam rationem excedũt, non possunt per rationes humanas probari: sed oportet quòd probentur per argumentũ diuinæ virtutis, vt dum aliquis facit opera, quæ solus Deus facere potest, credantur ea, quæ dicuntur esse à Deo, sicut cùm aliquis defert literas annulo Regis signatas, creditur ex voluntate Regis processisse quod in illis continetur. Secundò, ad ostendendã præsentiam Dei in homine per gratiam Spiritus sancti: vt dum scilicet homo facit opera Dei, credatur Deus habitare in eo per gratiam. Vnde dicitur Gala. 3. Qui tribuit vobis Spiritũ, operatur virtutes in vobis. Vtrũq; autem circa Christũ erat hominibus manifestandũ, scilicet quòd Deus esset in eo per gratiã, non adoptionis, sed vnionis: & quòd eius supernaturalis doctrina esset à Deo Et ideo conuenientissimum fuit vt miracula faceret. Vnde ipse dicit Ioãnis decimo. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Et Ioan. 5. Opera quæ dedit mihi pater vt faciã, ipsa sunt quæ testimoniũ perhibẽt de me.

¶ Ad primũ ergo dicẽdum, quòd hoc quod dicit. Signũ nõ dabitur ei, nisi signũ Ionæ Prophetæ, intelligendum est, vt Chryso*. dicit, quòd tũc nõ acceperũt tale signũ, quale petebãt, scilicet de cælo: nõ quòd nullũ signum eis dederit, vel quia signa faciebat, nõ propter eos, quos sciebat lapideos esse, sed vt alios emẽdaret: & ideo nõ eis, sed alijs illa signa dabantur.

¶ Ad secundum dicen-

Profecto non est Arithmeticus, qui possit numerare miracula à Christo Domino patrata. Sicut enim Arithmetica ars non habet finem in numeris, nam cuilibet numero potest addi vnitas, & sic fit maior numerus; sic sanè numerus miraculorum Christi crescit in immensum. Sed si hęc vera sunt, quomodo verum est, quod dicit Dñs Ioã. 14. Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ad patrẽ vado, quomodo inquam fit credibile, q̃ discipuli maiora opera fecerint, quam Dominus, cuius magnalia superius exposuimus? De expositiõe huius dubitationis loquitur latissimè Diuus Augustinus tract. 71. & 72. in Ioannem. Sed simplex & vera explicatio est, quod Apostoli & discipuli Domini maiora, quodammodo & plura fecerunt, quam Christus Dominus.

Ioan. 14.

D. August. Quomodo Apostoli fecerint maiora miracula quàm Christus.

235 *3.di.15.q.1.ar.3.cor. & di.16.q.1.artic.3. cor. & ad 4. & 4.di.5.q.1.arti.1. & opusc.11.c.17.

dũ, quòd licet Christus venerit in infirmitate carnis, quod manifestatur per passiones: venit tamen in virtute Dei, q̃ erat manifestãdũ per miracula. ¶ Ad tertiũ dicẽdum, quòd miracula in tantũ diminuũt meritũ fidei, in quantũ per hoc ostenditur duritia eorũ, qui nolunt credere ea quæ scripturis diuinis probantur, nisi per miracula. Et tamen meliuses eis, vt vel per miracula conuertãtur ad fidẽ, quã quòd omnino in infidelitate permaneant: dicitur enim primæ ad Cor. 14. quòd signa data sunt infidelibus, vt scilicet cõuertantur ad fidem.

ARTICVLVS II.

Vtrùm Christus fecerit miracula diuina virtute.

ADsecũdũ sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fecerit miracula diuina virtute. Virtus enim diuina est omnipotens. Sed videtur quod Christus non fuerit omnipotens in miraculis faciendis: dicitur enim Marc. 6. quòd non poterat ibi, scilicet in patria sua virtutem vllam facere. Ergo videtur quòd non fecerit miracula virtute diuina. ¶ 2. Præterea, Dei non est orare. Sed Christus aliquando in miraculis faciendis orabat: vt patet in suscitatione Lazari Ioan. 11. & in multiplicatione panum, vt patet Matth. 13. Ergo videtur quòd non fecerit miracula virtute diuina. ¶ 3. Præterea, Ea quæ virtute diuina fiunt, non possunt virtute alicuius creaturæ fieri. Sed ea quæ Christus faciebat, poterant etiam fieri in virtute alicuius creaturæ: vnde & Pharisæi ei dicebant, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum eijciebat dæmonia. Ergo videtur quòd Christus non fecerit miracula virtute diuina. ¶ Sed contra est, quòd Dominus dicit Ioan. 14. Pater in me manens, ipse facit opera.

Sed Christus faciebat vt ipsi facerent. Certè miraculum maius videtur conuersio totius mundi, plures enim conuersi sunt Apostolorum, quam Christi prædicatione. Præterea, Apostoli prædicauerunt in omnibus linguis, Christus non intelligitur quod prædicauerit nisi lingua Hebræa. Ad hæc, de Christo narratur vt admirabile opus, quod ex contactu vestium saluabat homines, & quotquot tangebant eum salui fiebant, & alio in loco, omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes; & alibi: si tetigero tantum fimbriam vestimenti eius, salua ero; sed maior opus videtur, quod sanarentur infirmi ad vmbram Petri prætereuntis, de quo Actorum quinto. Denique, de Christo legitur, quod suscitauit tres mortuos, Apostolos & alios sanctos legimus plures suscitasse. Et Lucas in Actis Apostolicis reputans impossibile omnia Apostolorum miracula describere, sic dicit in genere: per manus autem Apostolorũ fiebant signa, & prodigia multa in populo. His miraculis condidit Christus Ecclesiã suã, tantæ molis erat Christianam condere gentem.

Act. 5.

¶ Secunda conclusio, Christus Dominus fecit hæc stupenda miracula in confirmationem suæ doctrinæ, & vt euidentibus signis suam diuinitatem demonstraret. Miraculum enim verum, quod sola diuina virtute fieri potest, est veluti quoddam sigillum Dei, quo vtitur in testimonium, & confirmationem veritatis; sicut in attestationem

2. Cõclusio

stationem veritatis reges & alij vtuntur sigillo appositio. Deus autem non potest dare testimonium falsitati aut errori. Vnde rectè colligit Nicodemus Ioannis tertio, ex signis, quæ sola diuina virtute fieri possunt Ioan. 3. Christi doctrinam esse cælestem & diuinam dicens: Scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis nisi fuerit Deus in eo. Sic etiam tertij Regum decimo-septimo, Mulier illa Sareptana dixit ad Heliam: nunc in isto cognoui quod vir Dei es tu, & quod verbum Dei maneat in ore tuo. Et Marc. vltimo dicuntur Apostoli prædicasse Domino cooperante, & confirmante sermonem sequentibus signis. Ex hac ratione diuinæ Theologiæ facile est intelligere, quam falsa sunt, & risu digna quæ docet Lutherus. Si enim doctrina Lutheri esset à Deo, cum sit noua & inaudita, contrariaque ex omni parte his quæ patres Ecclesiæ antea docuerunt, Deus fortissimum præbuisset ei testimonium, & autoritatem tribuisset signis & miraculis attestantibus, nulla enim lex data est à Deo, nulla doctrina noua, nulla religio de nouo fundata, quam Deus miraculis non confirmauerit.

*P.1.q.110. ar.4. *Epi. 10.c. 4. parum à prin. 3.Reg. 17. Mar. vlt. *q.13.ar.3. Lutheri doctrina confutatur. Omnis lex & religio data à Deo miraculis cõfirmatur

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut in Prima parte habitum est*, vera miracula sola virtute diuina fieri possunt: quia solus Deus potest mutare naturæ ordinẽ, quod pertinet ad rationẽ miraculi. Vnde Leo papa dicit in Epistola* ad Flauianum, quòd cũ in Christo sint duæ naturę, vnæ earum est diuina, quæ fulget miraculis: altera scilicet humana, quæ succumbit iniurijs. Et tamen vna earum agit cum communicatione alterius, in quantum scilicet humana natura est instrumentum diuinæ actionis, & actio humana virtutem accipit à natura diuina, sicut suprà habitum est*.

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ, q̃ hoc quod dicitur, nõ poterat ibi vllã virtutẽ facere, nõ est referẽdũ ad potentiã absolutam: sed ad id quod potest fieri cõgruenter. non enim congruũ erat, vt inter incredulos operaretur miracula. Vnde subditur.

Et mirabatur propter incredulitatem eorũ: secũdum quẽ modũ dicitur Gen. 18. Num celare potero Abrahã quæ gesturus sum? & 19. Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.

¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut Chrysosto*. dicit super illud Matt. 14. Acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum, benedixit & fregit) oportebat credi de Christo quoniam à Patre est, quòd ei æqualis est. Et ideo vt vtrumque ostenderet, nunc quidẽ cum potestatẽ, nunc autem orãs miracula facit: & in minoribus quidem respicit in cælum, puta in multiplicatione panum; in maioribus autem, quæ sunt solius Dei, cum potestate à seipso agit: puta quando peccata dimisit, mortuos suscitauit. Quòd autẽ dicitur Ioan. 11. quòd in suscitatione Lazari oculos sursum leuauit, non propter necessitatẽ suffragij, sed ppter

Instituit Moysem Deus legislatorem & Prophetam vt educeret populum suum ex Ægypto, dedit ei virgam qua faceret miracula & prodigia, virgam hanc assume, inquit, in manu tua, in qua facturus es signa. Res est notissima, de prodigijs & portentis quæ fecit Moyses in eductione populi de Ægypto, & in introductione terræ promissionis, de signis etiam quando lata est lex. Notissima sũt signa, quæ fecit Iosue, & Propheta Elias vt ostenderet Prophetas Iezabel esse falsos. Quando lex Euangelica promulgata est, iam audistis quid Deus fecit per ipsum, quid vero per sanctos suos. Sed in fundanda noua religione semper miracula diuina effulsere. Beatus Franciscus, & beatus Dominicus potestate miraculorum & efficacia stabiliunt suas religiones in principio, & eas sibi placere signis attestantibus Deus declarauit. Benè scio hæreticos hæc irrisuros, sedent enim in cathedra pestilentiæ & derisorum, sed nos scimus hæc vera esse & certa. Exod. 4. *Hom. 50. in Mat. pa. 2. à prin. to. 2.

Sed iam veniamus ad secundam causam ob quam Christus miracula fecit, ea est, vt ostenderet suam diuinitatem. Cum enim miracu- Miracula Christi quo modo ostẽderint diuinitatem.

la vera non posſint fieri niſi virtute diuina liquido oſtendunt Deum eſſe peculiari ratione in homine faciente miracula, ſed quod hæc miracula Chriſti oſtenderint ſufficienter, imo euidenter eius diuinitatem aſſerit

D. Thom. D.Thom. hic artic.4.&infra q.47.articu.5. &22.q.5.artic. 2.Et probatur ex ipſa ſubſtantia operum, quæ ſuperant facultatem totius virtutis creatæ, ſicut eſt ſuſcitare mortuos, oculos cæcorum à natiuitate illuminare. Secundò, idē probatur ex modo faciendi miracula, faciebat enim miracula imperio & poteſtate,& ſolo verbo,& non orādo ſicut alij, vt habet Mat. 8. Tertiò probatur ex ſua doctrina, qua prædicabat ſe eſſe verū Deū, quæ niſi vera eſſet non eſſet cōfirmata miraculis diuina virtute perpetratis, Deus enim neſcit nec poteſt patrocinium dare falſitati.

Mat. 8.

Ad pri.arg. ¶ Ad primum argumentum in principio reſpondetur,quòd Chriſtus multis & legitimis ex cauſis fecit miracula,tumvt impleretur vaticinium Eſaiæ, hoc enim erat de Chriſto vaticinatum per Eſa. c.35. tum vero quoniam multi ex Iudæis crediderunt in eum vi prodigiorum perſuaſi, tum tertio vt Iudæi increduli eſſent inexcuſabiles. Vnde dicit Dominus Ioan.15. Si opera non feciſſem,quæ nemo alius fecit peccatum non haberent. Quartò,fecit miracula propter nosvt auditis miraculis crederem'in eū. VndeLuc. 7. dicit Dñs. Renunciate Ioanni, quæ auditis & vidiſtis,cæci vident, claudi ambulant, &c. ¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, ꝙ vera miracula facta in confirmationem doctrinæ, & ſanctitatis ſunt euidentia ſigna ſanctitatis. Deus enim non poteſt mētiri, nec teſtificari falſitatem, homines verò ſcelerati non faciunt miracula in confirmationem ſanctitatis, ſed in confirmationem doctrinæ. Vnde Hiſpani ſceleratiſsimi apud Indos faciunt miracula in cō firmationem noſtræ fidei. Secundo dico, quòd facere miracula magnum indicium eſt ſanctitatis, quando contrariū in moribus non exprimitur. Vnde ſancta Eccleſia ad referendum aliquem in cathalogum ſanctorum præcipuè requirit miracula. ¶ Ad tertium argumentum reſpōdetur illa eſſe vera miracula, quæ non niſi diuina virtute fieri poſſunt, & quæ præter communem gubernationem vniuerſi efficiūtur,vt reſuſcitare mortuos,illuminare oculos cæci nati. Ex hoc ſequitur iuſtificationē impij,quāuis ſit ſupernaturalis,nō eſſe verū miracu-

Luc.7.

Ad ſecūd.arg.

236

*4.d.44.in expoſitiōe lit.& opuſ. 11.arti.18, & Io.1.le. 21.co.1.& ca.2.l.1.fi, & c.15. lo. 5.fin.

Ad ter.arg. Verū miraculumquid ſit.

Esa.39.

Ioan.15.

exemplum hoc fecit. Vnde dicit. Propter populum qui circunſtat dixi, vt credāt,quia tu me miſiſti. ¶ Ad tertium dicendum,quòd Chriſtus alio modo expellebat dæmones,ſcilicet quàm virtute dæmonū expellantur. Nā virtute ſuperiorum dæmonū, ita dæmones à corporibus hominum expelluntur, quòd tamē remanet dominium eorum quantū ad animam : non enim contra regnū ſuū diabolus agit.Sed Chriſtus dæmones expellebat nō ſolū à corpore, ſed multò magis ab anima. Et ideo Dñs blaſphemiam Phariſæorum dicentium eū invirtute dæmoniorum dæmonia eijcere, reprobauit primò quidē per hoc, quòd Sathanas contra ſeipſum non diuiditur:ſecundò, exemplo aliorum qui dæmonia eijciebant per Spiritum Dei:tertio, quia dæmonium expellere non poſſet, niſi ipſum vicisſet virtute diuina: quartò,quia nulla cōueniētia in operib⁹ nec in effectu erat ſibi & Sathanæ: cū Sathanasdiſpgere cupet quos Chriſt⁹ colligebat.

ARTICVLVS III.

Vtrùm Chriſtus inceperit facere miracula in nuptijs.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Chriſtus non inceperit miracula facere in nuptijs mutando aquā in vinum. Legitur enim in lib. de infantia Saluatoris, quòd Chriſtus in ſua pueritia multa miracula fecit. Sed miraculū de conuerſione aquæ in vinum fecit in nuptijs triceſimo vel triceſimo primo anno ſuæ ætatis. Ergo videtur quòd non inceperit tunc miracula facere. ¶ 2. Prætereà, Chriſtus faciebat miracula ſecundum virtutem diuinam. Sed virtus diuina in eo à principio ſuæ conceptionis erat : ex tunc enim fuit Deus & homo. Ergo videtur quòd à principio miracula fecerit. ¶ 3. Prętereà, Chriſtus poſt

raculum quoniam fit secundum constitutũ modum,& ordinarium.Sequitur secũdò,istã non esse rectam argumentationem.Hoc fit à solo Deo immediatè, ergo est verum miracu lum,vt patet in iustificatione impij,& in creatione animæ rationalis. His constitutis dico, quòd diabolus & eius ministri multa possunt facere quæ videntur miracula &signa ea quæ faciunt, vel per ludificationẽ sensuum, vel per coniũctionem occultarum causarũ naturaliũ. Vnde DiuusPaulus 2.ad Thes. 2.dicit aduentum Antichristi futurum secundum operationem Sathanę in signis & prodigijs mẽdacibus.Et Apoca.13. dicitur de secunda bestia, quod fecit signa magna,ita vt faceret ignẽ de cælo descendere in terrã in conspectu hominum.Et Diuus Augustinus dicit, quòd Magi Pharaonis verè conuerterũt virgas suas in serpentes. Sed hanc conuersionem fecerunt per semina à dæmonibus allata,quæ habebant vim putrefaciendi virgas, & conuertendi in serpentes : conuersio verò facta à Moyse fuit verum miraculum, quia fuit facta sola diuina virtute absque alicuius naturalis virtutis operatione . Idem respondet Iustinus martyr in loco allegato de operibus factis ab Appollonio Tyanensi. ¶ Sed dicet Theologus, vnde sciemus mirabilia quæ fecit Christus non esse facta per ludificationem sensuum, vel per coniunctionem occultarum causarum . Respondetur in primis ex substantia ipsorum operum , nam resuscitare mortuos , illuminare cæci nati oculos exuperat omnem facultatem virtutis creatæ. Secundò , licet in corporalibus mutationibus possit habere locum præstigium dæmonis , sunt tamen aliqua miracula adeò euidentia , vt in eis non possit habere locum calumnia: huiusmodi est immutatio voluntatis , & intellectus quæ facta est in admirabili mundi conuersione. Atque etiam in rebus corporalibus sunt quædam miracula in quibus præstigium locũ non habet, sicut quòd tempore Iosue steterit Sol,quod tempore passionis Dominicæ Sol passus fuerit defectum lucis, & idem iudicium est de mortuis resuscitatis. Tertiò, hoc possumus conspicere quando ille, qui operatur miracula in confirmationem suæ doctrinæ, docet bonos mores, & viuit secundum illos, & studet reducere homines in Deum,nõ quærit propriam vtilitatem , non sectatur vana & curiosa , sed communem hominum salutem. Ex his indicijs possumus discernere vera miracula à mendacibus, prout docet Diuus Thomas in

Miracula Christi qua liter ostendãtur vera.

baptismum & tentationem cœpit discipulos congregare : vt legitur Matth.4.& Ioan. 1. Sed discipuli præcipuè congregati sunt ad ipsum, propter miracula, sicut dicitur Luc.4. quòd Petrum vocauit obstupescentem propter miraculum quod fecerat in captura piscium . Ergo videtur quòd ante miraculum quod fecit in nuptijs, fecerit alia miracula. ¶ Sed contra est, quod dicitur Ioã.3.Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ.

¶ Respondeo dicendum,quòd miracula facta sunt à Christo propter confirmationem doctrinæ eius, & ad ostendendam virtutem diuinam in ipso . Et ideo quantum ad primum non debuit ante miracula facere, quam docere inciperet.Non autem debuit incipere docere ante perfectam ætatem, vt suprà habitum est*, cùm de baptismo eius ageretur. Quantum autem ad secundum , sic debuit per miracula deitatem ostendere,vt crederetur veritas humanitatis ipsius. Et ideo sicut dicit Chrysost*. super Ioan. decenter non incepit signa facere in prima ætate: existimassent enim phantasma esse Incarnationem,& ante opportunum tempus crucem eum tradidissent.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Chrysostom.* dicit super Ioannem ex verbo Ioannis Baptistæ dicentis. Vt manifestetur in Israel , propterea veni ego in aqua baptizãs, manifestum est quòd illa signa quæ quidam dicunt in pueritia à Christo facta,mendacia & fictiones sunt . Si enim à prima ætate miracula fecisset Christus , nequaquam Ioannes eum ignorasset, neq; reliqua multitudo indiguisset magistro ad manifestandũ eũ. ¶ Ad secũdũ dicẽ

*Hom. 20. in Ioan. parum ante med.to.3.

*Hom. 16. in Ioan. circa med. illius to.3.

Apo.13.

D. Augus.

q.39.ar.3.

Iustinus martyr.

D.Thom.

Ad quartũ. in 2.d.7.q.3.art.1.ad 2. ¶ Ad quartum argumentum iam dictum est in superioribus quo modo diabolus inuidia,& superbia excæcatus non cognouit diuinitatem Christi euidentibus signis demonstratam, nunc verò conuictus iam credit,& cõtremiscit. ¶ Ad vltimũ. Ad vltimum respõdetur, quod miracula diminuunt meritũ fidei in quantum ostendũt duritiam eorũ qui nolunt credere nisi miraculis conuicti, cæterum melius est illis credere ex miraculis, quã permanere in incredulitate.

Vnde D. Paulus 1.Corinth. 14.dicit quod signa data sũt infidelibus, vt scilicet ad fidem conuertantur. Sed antequam hinc discedamus operæpretiũ erit commemorare quemadmodum inimici nostri infideles atque hæretici fateãtur miraculũ verũ esse euidens argumẽtum veræ & infallibilis doctrinæ. E quibus Simon propter magnitudinem præstigiorum,quæ miracula videbantur,Romę ei dicata statua publicè pro Deo habitus est.Sed captus est tandem,& irretitus suis præstigijs: cũ se in cælum euolaturũ iactaret,iamq; diabolicis alis,fraudeq; subnixus se sublimẽ sustulisset,repẽte in terrã decidit. Quo casu,corpore cõcusso ac quassato,nõ ita multò post miserè expirauit. Veterator autẽ suo nomini respondẽs Polychronius ausus est os impudẽs ad cõ

1.Cor.14.
*Gre.ho.5. in Euang. in prin.
*Chryſ.ho. 22.in Ioã.
paulo à princ. to.3.
Eli.2.c.17.à med. to.4.
Simõ magus.
Polychronius.

dum, quòd Dei virtus operabatur in Christo, secundum quod erat necessarium ad salutẽ humanam,propter quam, carnem assumpserat. Et ideo sic miracula fecit virtute diuina, vt fidei de veritate carnis eius, præiudicium nõ fieret. ¶ Ad tertium dicendũ, quòd hoc ipsum ad laudem discipulorum pertinet,quòd Christum secuti sunt, cùm nullã eũ miracula facere vidissent:sicut Grego*. dicit in quadam homil. Et, Chrysost.* dicit,tunc signa maximè necessariũ erat facere, quando discipuli iã congregati erãt & deuoti,&attendentes his quæ fiebant. Vnde subditur. Et crediderũt in eum discipuli eius: non quia tunc primùm crediderunt, sed quia tunc diligentius & perfectius crediderunt. Vel discipulos vocat eos,qui futuri erant discipuli: sicut exponit Aug*. in lib. de cõsensu Euãgelistarũ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm miracula per Christũ facta sufficienter eius diuinitatem ostenderint.

AD quartũ sic proceditur. Videtur, quòd miracula quę Christus fecit,nõ fuerint sufficientia ad ostendendã diuinitatem ipsius. Esse enim Deum & hominem, proprium est Christo. Sed miracula quæ Christus fecit, etiam ab alijs sunt facta. Ergo videtur,quòd non fuerint sufficientia ad ostendendam diuinitatem ipsius. ¶ 2. Prætereà, Virtute diuina nihil est maius. Sed aliqui fecerunt maiora miracula,quã Christus, dicitur enim Ioan. 14.Qui credit in me,opera quæ ego faciò, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Ergo videtur,quòd miracula quæ Christus fecit, non fuerint sufficientia ad ostẽdendã diuinitatẽ ipsius. ¶ 3.Prætereà,Ex particu firmationẽ sectæ suę vltra apud sextã œcumẽnicã synodũ act.15.in Trullo,polliceri se mortuũ vitæ redditurũ.Nõ ita multo post allato cadauere,virtutis suæ specimẽ editurus,cum diu fruſtrà mortuũ ad vitã reuocare tẽtasset, ab omni concione vt vanissimus nebulo explosus est, nec tamen errorem deponere voluit.

Iconomachus vero(vt refert Paulus Diac.li 237 bro vltimo re- *3.d.15. q. rum Romano- 1.ar.1.& d. rum) sepul- 16.q.1.art. chro clam in- 3.cor. & 1. clusus (quasi con.c.6.& à mortuo ea l.4.ca.55.ad vox prolata 8.& quol. fuisset) mag- art.6.ad 4. nis laudibus & Ioan.15. Constantinũ le.5,col.4. illum Copronimũ extulit; vt eo commẽto hæresim illam, quæ in imagines grassabatur, populo plausibilem redderet. Inter Arrianos prætereà in Africa quidam Cirola falsò vocatus Episcopus, hæreticorum maximꝰ assertor, hæresis suæ propagãdę studio incitatus, quinquaginta aureis subornat quendam, qui se cæcum fingeret, ac repentè ab eo oculorum lumen acciperet. Prætereuntem itaque Cirolam cum Eugenio, Vindemiali, & Longino sanctis Dei & Catholicis Episcopis, lugubri voce impostorem impostor adoritur: Audi (inquit Gregorius Turonensis historia.libro secundo capite tertio)beatissime Cirola, audi me sancte sacerdos Dei: respice cæcitatem meam, experiar ego medicamenta, quæ sæpè

Iconomachus.
Cirola.
Gregor. Turonẽſis.

sæpè cæci à te reliqui meruerunt, quæ lepro-si experti sunt, quæ ipsi etiam mortui præsen-serunt. Adiuro te per ipsam virtutem, quam habes, vt mihi desideratam restituas lucem, quia graui sum cæcitate percussus. Tum Ciro la pius homo ac minimè par cus aut auarus pro sua liberalitate opem imploranti laturus, manum oculis eius admouens, per fidem, inquit, nostram & rectam, quã de Deo habemus persuasionem, facessant oculorũ tuorum tenebræ. Vix hæc dixerat, cum hominem, tam incredibilis ex oculorum cruciatu dolor opprimit, vt eos manu, quanta poterat vi comprimere, ne forsan è capite prosilirent, cogeretur. Mox clamare cœpit miser ac dicere: Væ mihi, quia Deum per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, vt hoc facinus perpetrarem. Ad Cirolam autem aiebat. Ecce aurum tuum, redde lumen meum, quod dolo tuo perdidi. Tum ille Catholicos Episcopos vehementer rogabat, vt vellent ei velociter succurrere pereunti. Quem postquam hæresim Arrianam fuisset detestatus, cruce super oculos eius facta, Eugenius his verbis; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quem trinum in vna æqualitate, atque omnipotentia confitemur, aperiantur oculi tui; pristinæ sanitati restituit. Neque necesse est ista tam altè ex vetustate, aut ab externis petere. Habemus enim nuper recens, & illustre, quodque cum omni vetustate in hoc exemplorum genere certare possit, documentum. Nunquam certè Arriani maiori quam nostri hodie Euangelici aduersus Catholicæ Ecclesiæ miracula odio, atque inuidia exarserunt. A quibus cum suam sectam planè nudam, & destitutã vident, nõ erubescũt tamen manifesta, ac ridicula vanitate, etiã signa, visiones, prædictiones, & nescio quid de VVicleffo, Huso, Caroloſtadio, Zuinglio, Luthero, & alijs id genus, Crispinus, Foxus, Illiricus ac alij magnificè ostentare. Quorum omnium veritatem ex stupendo illo prodigio, quod nuper Deus in confinibus Poloniæ, & Hũgariæ ostẽdit, & quo omnem istam istorum arrogantiam confudit, & confregit, metiri & possumus, & debemus. Exortus est enim ibi nouus Polychronius, concionator, inquam, Euãgelicus, qui cum Matthæo quodã ac vxore eius cõuenit silẽtij stipulatione interposita, eoq; mercede redẽpto, vt ille quasi mortuo ad sepulturã efferret vxore de more atrata maritũ elugẽte, ac funere prosequẽte. Effert, it, & ad Ecclesiã venit pagi Biethagæ nõ procul à Cracouia. Ibi nouus iste Polichronius cõscẽso suggestu multis

*Hom. 28. in Mat. paulò à princ. to. 2.

Polychronius.

multis verbis renascétis Euãgelij gloriã amplificauit, de quo tandẽ post multa tã certum ac securũ se esse dicebat, vt nihil dubitaret, Deũ mox ad illud magis illustrandum vitam mortuo tum præsenti restituturũ, & quam prædicabat Euãgelij veritatẽ tã insigni miraculo & in omnẽ posteritatẽ memorabili cõfirmaturũ. Quare vt olim Prophetę Iezãbelis ad ignẽ cęlitus dimittẽdũ, ita iã ille ad defunctũ exclamat excitãdũ: In noĩe Christi, cuius veritati hodierna cõcione testimoniũ dedi, Matthęe surge. Cũ nihil moueret se Matthæ⁹ intẽdit vocẽ, & clamorẽ; & cũ sic quidẽ nihilũ ꝓficeret, accedit ad ipsum feretrũ hominisq; facies detegitur. Nec iã impostorẽ simulatè, sed verè mortuũ reperiunt: ita, vt vxori, cui antea dol⁹ fictas, iã dolor veras lachrymas, ac lugubrem eiulationem, & vehementẽ totius pseudoeuãgelij execrationẽ exprimeret. Sed submurmurãt quidam, cur, inquiunt, si fides Christiana quæ nunc perseuerat, vera est, Deũq; habet autorẽ, cur nõ signis vt olim cõfirmatur? cur desiere, cessauere que miracula, quæ huic fidei validissimũ asseris præbere testimoniũ? Huic querelæ respõdet D. Greg. to. 2. ho. 29. Quod quãmodũ noua plãta iugi eget irrigatione quãdiu tenera est, & nõdum benè terræ radicata stat vbi adoleuerit, & in firmã creuerit arborẽ fructus multos afferentẽ, irrigare puerile foret ac supfluũ; Sic fidẽ quãdo primũ in gentilitate erat plantãda, necesse erat signis crebris ac ꝓdigijs viuificat. Tertiò ex ipsa doctrina, qua se Deũ dicebat, quę nisi vera esset, nõ cõfirmare turmiraculis diuina virtute factis. Et ideo dicitur Marci. 1. Quænam doctrina hæc noua: quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ, quòd hæc erat obiectio Gentiliũ. Vnde Augu*. dicit in Epist. ad Volusianũ, Nulla, inquiunt, cõpetentibus signis tãtę maiestatis indicia clarue rũt: quia larualis illa purgatio, qua scilicet dæmones effugabat, debiliũ curæ, reddita vita defunctis, si & alia cõsiderẽtur, Deo parua sũt. Et ad hoc respõdet Aug*. Fatemur & nos talia quædã fecisse Prophetas: sed & ipse Moyses & cęteri Prophetæ Dñm Iesum prophetauerũt, & ei gloriã magnã dederũt. Qui propterea talia & ipse facere voluit, ne esset absurdum quæ per illos fecerat, si ipse etiã nõ faceret. Sed tamẽ & aliquid propriũ facere debuit, nasci de virgine, resurgere à mortuis, cælũ ascendere: hoc Deo ꝙ parũ putat, quid pl⁹ expectet ignoro. Nũ homine assumpto aliũ mundũ facere debuit, vt eũ esse crederemus, per quẽ factus est mundus? Sed nec maior mũd⁹ nec isti ęqualis in hoc mũdo fieri posset. Si autẽ minorẽ faceret infra istũ, simiiter hoc quoq; parũ putaretur. Quæ tamẽ alij fecerũt, Christus excellentius fecit. Vnde super illud Ioan. 15. Si opera nõ feciss̃e in eis, quæ nemo ali⁹ fecit, &c. dicit Aug*. Nulla in operibus Christi videntur esse maiora, quã susciatio mortuorum: quod scimus etiam antiquos fecisse Prophetas, nõ qui certi sunt, sed qui dubitãt, aut nequaquã firmiter in fide persuasos se sentiãt Hæc quidẽ sufficere possunt ad satisfaciẽdũ ijs, ꝙ pcũctãtur, cur cessauerint miracula. Verũtamẽ scire velim, oẽs Christiani noĩs professores, nequaquã verũ dicere eos, qui miracula prorsus in Ecclesia defeciss̃e asserũt. Nã tametsi nõ adeò crebra, vt olim fiãt nũc miracula, eò ꝙ fides iã dudũ cõfirmata, & roborata signorũ iã nõ egeat adminiculis: nihilo seciùs tamẽ credendũ est ad finẽ vsq; sæculi in Ecclesia nunquã defuturas diuisiones gratiarũ, operationes virtutũ, potestates curationũ, & omnia Spiritus sancti munera, cũ opus fuerit, tũ ad gloriã fidei conseruandam, tũ ad infirmos veracẽ probare cõfirmare q; vt insereretur, hęreretq; mẽtibus infideliũ, qui doctrinã tã nouã & mirabilẽ nõ admisissent, nisi miraculorũ testimonio vidissent illustrari. At nũc cum cõstet, totius orbis assensu receptã, scripturarum sentẽtijs, sanguineq; totmartyrũ stabilitã, tot heroicorũ sanctissimorũq; hoĩm partu fœcũdatã, tot signis, ꝓdigijs, Spirituſq; sancti distributionibus decoratã: rursus signis ac miraculis rigare, ac munire, q̃d esset aliud, nisi illã ad primã infantiã reducere, eamq; infirmã reddere, & miracula propter nimiã frequẽtiam minimè mirãdare dere, vel certè fideles infideles, aut dubios in fide efficere Nõ em à Paul. 1. Cor. 14. frustrà dictũ est; Linguæ in signũ sunt nõ fidelib⁹, sed infidelib⁹: quia. s. linguas, aut signa quærere so liti sunt, nõ qui certi sunt, sed qui dubitãt, aut nequaquã firmiter in fide persuasos se sentiãt Hæc quidẽ sufficere possunt ad satisfaciẽdũ ijs, ꝙ pcũctãtur, cur cessauerint miracula. Verũtamẽ scire velim, oẽs Christiani noĩs professores, nequaquã verũ dicere eos, qui miracula prorsus in Ecclesia defeciss̃e asserũt. Nã tametsi nõ adeò crebra, vt olim fiãt nũc miracula, eò ꝙ fides iã dudũ cõfirmata, & roborata signorũ iã nõ egeat adminiculis: nihilo seciùs tamẽ credendũ est ad finẽ vsq; sæculi in Ecclesia nunquã defuturas diuisiones gratiarũ, operationes virtutũ, potestates curationũ, & omnia Spiritus sancti munera, cũ opus fuerit, tũ ad gloriã fidei conseruandam, tũ ad infirmos

*Epi 3. post med. illius to. 2.

*Epist. 3. à me illius to. 2.

Obiectio.

Solutio. D. Gregor.

1. Cor. 14.

* Innuitur 23. tra. in Io. super illud, Maiora dem ostrabit illis tom. 9. l. 1. de Trin. ca. 6. circa med. to. 3.

mos & imbecilles in susceptа fide alendos & cõfirmãdos. Etenim adhuc ad sepulchra sanctorum plurimæ immedicabilium vulnerũ, morborumq; fiunt curationes. Quantiq; cõtinuè prodigijs Ecclesiam illustret Deipara Virgo, peregrini affatim testãtur, q Loretũ, Montemserratũ, aliaq; loca eidẽ Virgini dicata petut. Sed libet hic cõmemorare quædam miracula, quæ Angliæ nunc ætatis diuina virtute sunt effecta in confirmatione veræ fidei. Certè viri graues tradunt q quædã mulier cula hæretica Angliæ, cũ eleuaretur corp⁹ Dñi nostri in sacra Missa nolebat videre, neque adorare, quę cum ab alia admonere tur ne tantum facinus admitteret, illa dixit, ego nolo adorare buccellã panis, neque enim sum idololatra, & statim dictoci tius cæcitate p cussa est, quod in oĩ populo notũ factũ est. In eadẽ quincia cũ esset quidã paruulus octo annorũ, catholicus valdè qui maximam deuotionẽ habebat ad crucẽ Dñi nostri Iesu Christi, qui nihil aliud

Cõmemorãtur quædã miracula.

*Trac. 71. in Ioan. à med. to. 9.

tas. Fecit tñ aliqua Christus, quæ nemo ali⁹ fecit. Sed respõdetur nobis, & alios fecisse quę nec ipse, nec alius fecit. Sed qui tã multa vitia & malas valetudines vexationesque mortaliũ tãta potestate sanaret, nullus omnino legit antiquorũ. Vt eñ taceã quos iubẽdo, sicut occurrebãt, saluos singulos fecit. Marcus dicit, q quocũq; loco introibat in vicos, aut in villas, aut in ciuitates, in plateis ponebãt infirmos, & deprecabãtur eũ, vt vel fimbriã vestimẽti eius tãgerẽt, & quotquot tãgebant eũ, salui fiebant. Hæc nemo alius fecit in eis. Sic enim intelligẽdũ est quod ait, in eis, nõ inter eos, aut corã eis, sed prorsus in eis, quia sanauit eos. Nec tñ alius quicũq; in eis talia opera fecit, quoniã quis quis alius homo aliquid eorũ fecit, ipso faciẽte fecit: hoc autẽ ipse nõ illis faciẽtibus fecit. ¶ Ad secundũ dicendũ, q Aug*. exponẽs illud verbũ Ioã. inquirit quę sint ista opera maiora, quæ credẽtes in eũ erãt facturi: an fortè quòd ægros ipsis transeũtibus etiã eorũ vmbra sanabat? maius est enim quòd sanet vmbra, quã fimbria. Verũtamẽ quãdo ista Christus dicebat, faciebat quã adorare signũ crucis, patres erãt hæretici, & propterea reprehendebant illum, quorũ verba cũ nõ potuissent persuadere paruulo, vt ab opere tã religioso abstineret, cõminati sunt magna asseueratione, quod si id faceret, flagellis eum cæderent. Sed neq; propterea destitit à sua deuotione, nã licet in publico abstineret metu parẽtum, at in secreto non saturabatur oscularicrucem. Quod cũ sciuissent Patres multis modis verberarũt, & fecerunt promittere, quod amplius nõ oscularetur. Paucis interiectis diebus, paruulus infirmatus est ad mortẽ, & dixit patribus grandes laudes de cruce, & inter reliqua addidit. O patres mei, estote deuoti ad crucem Domini nostri Iesu Christi, qa in illa est omne bonum nostrũ, & his verbis expirauit. Patres & vicini manserunt stupefacti, & aliquot dies non erant sui compotes, verba namq; paruuli impressa fuerunt in cordibus eorum. Sed cũ essent durissimi & obstinatissimi in sua secta,

verborum suorũ facta & opera cõmendabat. Cùm enim dixit, Pater in me manens ipse facit opera: quę operatunc dicebat, nisi verba quæ loquebatur? Et eorundem verborum fructus erat fides illorũ. Veruntamen euangelizantibus discipulis nõ tam pauci, quã illi erant, sed Gentes etiã crediderunt. Nonne ab ore ipsius diues ille tristis abscessit? & tamen postea quod ab illo audi tum non fecit vnus, fecerunt multi, cùm per discipulos loqueretur? Ecce, maiora fecit prædicatus à credentibus, quàm locutus est audientibus. Verùm hoc adhuc mouet, quòd hæc maiora per Apostolos fecit: non autem ipsos tantùm significansait. Qui credit in me, opera quę ego facio, & ipse faciet. Audi ergo & intellige. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet. Prius ego facio, deinde & ipse faciet: quia facio vt faciat Quæ opera nisi vt ex impio iust⁹ fiat? Quodvtiq; in illo, sed non sine illo, Christus operatur. Prorsus maius hoc esse dixerim, quàm creare cęlum & terram? cælum enim & terra transibunt, prædestinatorũ autẽ salus &

non

non conuersi sunt ad fidem. Elapsis paucis diebus in die dominico petiuit mater camisiam mundam vt mos est, portauit ex arca vnam, quæ in eadem hebdomada lota fuerat, & cùm eam euoluisset in lectulo, inuenit crucem magnam, quæ sursum vsque ad deorsum occupabat, vociferatur obiurgans ancillã, quod id fecerit, dicens illam esse Baptistam, & quod sequebatur illum miserum puellũ, qui mortuus est cum simili superstitione. Ancilla iurabat millies, se nunquam tale fecisse, sed affirmabat se ita inuenisse: præcepit dña, vt aqua cõtinuo adducta abstergeret crucem & deleret eius signum. Ancilla fecit quod iussa erat, sed interim dũ magis lauat, & delere conatur magis splẽdida & lucens apparebat.

Ad hoc miraculum concurrunt vicini, & mirabantur vniuersi. Lique facta sunt corda Patrum illius paruuli, & ex valdè hęreticis efficiuntur valdè Catholici, viderant enim, quòd digitus Dei erat iste.

iustificatio permanebit. Sed & in cęlis Angeli sũt opera Christi, nũquid etiã his operibus maiora facit, q̃ cooperatur Christo ad suã iustificationẽ? Iudicet qui potest, vtrũ maius sit iustos creare, quã impios iustificare. Certè si æqualis est vtrũque potẽtiæ, hoc maioris est misericordiæ. Sed omnia opera Christi intelligere, vbi ait. Maiora horũ faciet, nulla nos necessitas cogit: horũ eñ forsitã dixit, quæ illa hora faciebat. Tũc autẽ verba fidei faciebat: & vtiq; minus est verba iustitiæ prędicare (q̃ fecit pręter nos) quã impios iustificare, quod ita facit in nobis, vt faciamus & nos.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd quando aliquod particulare opus propriũ est alicuius agentis, tunc per illud particulare op' probatur tota virtus agẽtis, sicut cùm ratiocinari sit propriũ hominis, ostẽditur aliquis esse homo ex hoc ipso q̃ ratiocinat circa quodcunque particulare propositum. Et similiter cùm propria virtute miracula facere sit solius Dei, sufficiẽter ostẽsum est Christũ esse Deũ, ex quocunque miraculo quod propria virtute fecit.

IN hac quæstione habet D. Tho. quatuor conclusiones. ¶ Prima est, conueniens fuit Christũ liberare obsessos à dæmonibus. ¶ Secunda, conuenienter fecit miracula circa corpora cœlestia. ¶ Tertia, cõuenienter fecit miracula circa homines. ¶ Quarta, conuenienter fecit miracula circa creaturas irrationales. 1. Cõclusio. Secunda. Tertia. Quarta.

QVAESTIO XLIIII.

De singulis miraculorũ speciebus, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de singulis miraculorum speciebus. ¶ Et primò de miraculis quæ fecit circa spirituales substantias. ¶ Secundò, de miraculis quę fecit circa cælestia corpora. ¶ Tertiò, de miraculis quæ fecit circa homines. ¶ Quartò, de miraculis quę fecit circa creaturas irrationales.

ARTICVLVS I.

Vtrùm miracula facta per Christũ circa spirituales substãtias fuerint conuenientia.

AD primũ sic proceditur. Videtur, q̃ miracula quæ fecit Christus circa spirituales substantias, non fuerint conuenientia. Inter spirituales enim substantias sancti Angeli præpollẽt dæmonibus: quia, vt Augustꝰ. dicit in 3. de Trin. spiritus vitæ rationalis desertor atq; peccator, regitur per spiritum vitæ rationalem pium & iustum. Sed Christus nõ legitur aliqua miracula fecisse circa Angelos bonos. Ergo nec etiam circa dæmones aliqua miracula facere debuit.

¶ 2. Prætereà, Miracula

EXPOSITIO QVAESTIONIS.

CIrca primam cõclusionem est dubiũ, an isti arreptitij vexentur dæmonibus semper, an vero aliquãdo ab animabus defunctorum. Ratio dubitandi est, nã spiritus nequã qui loquitur in istis arreptitijs dicit interdum se esse animam huius, vel alterius defuncti, & admonet quod pro se fiant suffragia eleemosynarum vel missarum. ¶ In contrariũ est, quoniam tempore Christi multi fuerint arreptitij, & spiritus nequã nunquam ausus est dicere se esse animã huiꝰ vel alteriꝰ defũcti. ¶ Ad hoc dubiũ explicandũ sciendũ est primò, q̃a potest esse in corpore vt forma, & vt mo- Dubium. 238 *lib. 3. c. 4. nõ procul à princ. to. 3. Nota pri.

vt motor: hoc planum est absque alia probatione. ¶ Secundo sciendum est, quòd anima extra corpus minorem virtutem habet quam in corpore. Probatur sic: tum quoniã alioqui reportaret damnũ ex vnione ad corpus; tum deinde quoniam aliæ formæ extra corpora sua minorem virtutem habent; tũ tertiò, quoniam anima maiorẽ vigorẽ habet, quando est in naturali sua dispositione, at quando est in corpore est in naturali sua dispositiõe. Tertiò sciendũ est ex D. Thoma 1.p.q.117.arti. 4. quòd cum anima rationalis suapte natura sit actus corporis humani non habet nisi vnũ determinatum modũ mouendi corpus, scilicet animando, & viuificãdo, vnde membrum mortuum in corpore anima existẽs nõ potest mouere, & à corpore egressa non potest mouere suum cadauer, imo nec potest mouere lapillum. Quartò sciendũ est, quòd animæ beatæ, & quæ sunt in purgatorio nõ possunt peccare, & diligunt alias animas. ¶ His cõstitutis dico primo, defunctorum animę non possunt informare aliena corpora vt formæ. Patet, nam non possunt informare corpora propria vt formæ, alioqui resurrectio corporum esset naturalis, ergo multò minus possunt informare aliena corpora vt formę. ¶ Secũdo dico, anima defuncti hominis non potest esse in alieno corpore vt motor, hoc esse verũ satis liquet ex annotationibꝰ secunda, & tertia. ¶ Tertio dico, spiritus qui loquitur in istis arreptitijs, & illos cruciat, nõ est anima defuncti hominis, sed dæmon. Probatur sic: nam iste spiritꝰ peccat, at anima beata, & anima quę in purgatorio existit non possunt peccare, vt anteà dictũ est, anima verò dãnata in inferno inde exirę non permittitur, ergo non est anima defuncti hominis, sed dęmõ. Deinde, spiritus iste qui loquitur in arreptitijs reuelat secreta, loquitur Græcè & Hebraicè, quę anima defuncti hominis nõ potest efficere; Probatur, spiritꝰ iste mouet alienũ corpus,

Nota secũdo.

D. Tho.

Prima conclusio.

Christi ordinabantur ad manifestandam diuinitatem ipsius. Sed diuinitas Christi non erat dæmonibus manifestanda, quia per hoc impeditum fuisset mysterium passionis eius, secũdũ illud 1. Cor. 2. Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Ergo non debuit circa dæmones aliqua miracula facere.

¶ 3. Præterea, Miracula Christi ad gloriã Dei ordinabantur, vnde dicitur Matth. 9. quod videntes turbæ paralyticum sanatum à Christo, timuerũt, & glorificauerũt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Sed ad dęmones nõ pertinet glorificare Deum, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, vt dicitur Eccle. 15. Vnde & sicut dicitur Mar. 1. & Luc. 4. non sinebat dæmonia loqui ea quæ ad gloriam ipsius pertinebãt. Ergo videtur non fuisse conueniens, qꝺ circa dæmones aliqua miracula faceret. ¶ 4. Prętera, Miracula à Christo facta, ad salutem hominũ ordinantur. Sed quędam dæmonia ab hominibus electa fuerunt cum hominum detrimento, quandoque quidem corporali, sicut dicitur Marci 9. quòd dæmon ad præceptum Christi exclamans, & multum discerpẽs hominem, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Quãdoque etiam cum damno rerũ: sicut quando dæmones ad eorum preces misit in porcos, quos prȩcipitauerunt in mare. Vnde ciues illius regionis rogauerũt eum, vt trãsiret à finibus eorum vt legitur Matt. 7. Ergo videtur inconuenienter feciſſe huiusmodi miracula. ¶ Sed contra est quod Zach. 13. hoc prænuntiatum fuerat vbi dicitur, Spiritum immundum auferam de terra.

Respondeo dicẽdum, quòd miracula quæ Christus fecit argumẽta quædam fuerunt fidei, quam ipse docebat. Futurum autem erat, vt per virtutem diuinitatis eius excluderet dæmonum potestatem ab hominibus credituris in eum: secundum illud Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ideo conueniens fuit quòd inter alia miracula etiam obsessos à dæmonibus liberaret.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd homines sicut per Christum erãt à potestate dæmonũ liberandi, ita per eum erãt Angelis consociãdi: secũdũ illud

1. Conclus.

3. Conclus.

pus, at anima defuncti hominis nõ potest mouere alienum corpus vt dictum est suprà. Denique, spiritus iste cruciat, & vexat hominem vehementer, at anima existens in purgatorio si veniret ad petendum suffragium, non cruciaret istã animam, quã diligit, sed placidè cũ ea cõmo rarer. ¶ Quarto dico, non est negãdum quin animę defunctorum aliquando ex dispensatione diuina appareãt viuis. Hoc esse verum demonstrat Soto in. 4. d. 45. q. 1. articu. 4. Quod nos hactenus docuimus est, q̃ anima defuncti hominis non potest intrare corpus alterius hominis, vt illũ moueat & cruciet. ¶ Quinto dico, nõ videtur esse negandum quin de potẽtia Dei absoluta possit fieri vt anima defuncti hominis ingrediatur corpus alterius hominis, vt illud moueat & cruciet, nã in hoc non videt esse euidẽs impossibilitas, & cõtrarietas. Cęterum de potentia Dei ordinaria nunquã factũ est. ¶ Circa secundã cõclusionẽ sciendum est, quòd Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, quæ in cælis & quæ in terris sunt. Et ideo circa Angelos alia miracula hominibus demonstrare nõ conueniebat, nisi vt Angeli hominibus apparerent, quod quidẽ factũ est in natiuitate ipsius, & in resurrectione & ascẽsione eius. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd sicut Aug*. dicit 9. de Ciui. Dei, Christus tantum innotuit dęmonibus, quantũ voluit, tantum autẽ voluit, quantum oportuit. Sed innotuit eis non sicut Angelis sanctis per id quod est vita æterna: sed per quædam tẽporalia suæ virtutis effecta. Et primò quidem videntes Christum esurire post ieiuniũ, æstimauerunt eum non esse filium Dei. Vnde super illud Luc. 4. Si filius Dei es, &c. dicit Ambro*. Quid sibi vult talis sermonis exorsus, nisi quia cognouerat Dei filium esse venturum, sed venisse per infirmitatem corporis non putauit? Sed postmodũ visis miraculis, ex quadã suspicatione coniecturauit eum esse filium Dei. Vnde super illud Mar. 1. Scio quòd sis sanct⁹ Dei, dicit Chrysost. quòd nõ certam aut firmam, aduẽtus Dei habebat notitiã, sciebat tamen ipsum esse Christũ in lege promissum. Vnde dicitur Lucæ 4. Quia sciebãt ipsum esse Christum. Quòd autẽ ipsum confitebantur esse filium Dei, magis erat ex quadã suspicione quàm ex certitudine. Vnde Beda dicit super Luc*. Et dę monia filium Dei confitebantur. Et sicut postea dicitur, Sciebant eum esse Christum: quia cùm ieiunio fatigatum eum diabolus videret, verum hominẽ intellexit. Sed quia tentando non præualuit, vtrum filius Dei esset, dubitabat. Nunc autem per signorum potentiam, vel intellexit, vel potius suspicatus est esse filiũ Dei. Non ideo igitur Iudæis eum crucifigere persuasit, quia Christum Dei filium nõ esse putauit: sed quia se morte illius non pręuidit esse damnandũ. De hoc enim mysterio à seculis abscondito, dicit Apostolus, quòd nemo principũ huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominũ gloriæ crucifixissent. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd miracula in expulsione dæmonum non fecit Christus propter vtilitatem dæmonum, sed propter vtilitatem hominum, vt ipsi eum glorificarent. Vnde maximum miraculum ex his quæ fecit Christus circa corpora cœlestia fuit Eclipsis Solis, quæ tempore Dominicę passionis accidit. De hoc miraculo scribit Phlegon lib. 14. suæ historiæ. Aphricanus in sua historia. Dionysius Areopagita in Epistol. ad Polycarpum. Augustin. lib. 3. de mirabilib⁹ scripturæ cap. 12. Ioannes Driedo in. 3. libro de dogmatib⁹ Ecclesiasticis. Ioannes Lucidus de vero die passionis Christi cap. 9. D. Thomas in art. 2. ad 2. De hac defectione solis sic loquitur sacra scriptura Matth. 27. Abhora autem sexta tenebræ factę sunt super vniuersam terrã vsq; ad horam nonam. Hieronymus & Caietanus dicunt super Matthæũ loco assignato has tenebras factas fuisse super vniuersam terram nõ per interpositionem lunæ aut alterius corporis, sed ex eo quod radij Solis sunt subtracti diuina virtute, id est, factũ est diuina virtute vt radij Solis ad terram nõ perue nirent. Origenes hom. 35. in Matth. asserit hoc accidisse per interpositionem

Eclipsis tẽpore passionis Christi. Autores sacri.

M. Soto. *li. 9. c. 21. parũ à princip. tom. 5.

4. Concluſ.

5. Concluſ.

*lib. 4. in Luc. ca. 14. in tit. de 1. tent. Christi, nõ procul à princ. tom. 3.

* Super illud Luc. 4. Sciebãt ipsum esse Christum. Est c. 14. sec. cũd. ordin. Bedæ. to. 2.

tionem nubium. Item asserit hoc cõtigisse super vniuersam terram Iudaicam. Neque huic sententiæ obstat quod dicit Euangelium tenebras factas esse super vniuersam terram, intelligitur enim super vniuersam terram Iudaicã. Nam in. 3. lib.

3. Reg. 18. Regũ. Abdias dicit ad Heliam, viuit Dominus Deus tu⁹, quod nulla est gens, nullũ est regnũ, vbi Dominus meus nõ miserit te quęrere: significans his verbis, quod quęsierit eum in gẽtibus quę sunt circa Iudæam. De hac solis defectione hoc certũ est, quod non accidit per naturalem Solis Eclipsim, tum quoniã naturalis solis Eclipsis tãtum fit in nouilunio, tum verò erat Luna plena, nimirũ luna. 15. tum vero quoniam Eclipsis Solis naturalis nunquam est vniuersalis in tota terra, at illa defectio Solis fuit super vniuersa terra, vt testatur Euangelista. Neq; enim est intelligẽdum, quod fuerit super vniuersam terram Iudaicam. Nã Dionysius in Epistola ad Polycarpũ fatetur se cũ alijs philosophis hanc Eclipsim vidisse in Græcia. Itaque D. Dionysio autore tempore Dominicæ passionis Sol obscuratus est, & passus est defectum lucis per interpositionem Lunæ inter ipsum & terram modo nõ naturali & miraculoso. Sed nõ erit ab re hic omnia ferè miracula Christi cõmemorasse.

*Id habet Chry. concione 2. de Lazaro ante med. to. 2. & Theophyl. Lucæ 4. & Mar. 1.

Dionysius.

carent. Et ideo prohibuit eos loqui ea quæ ad laudem ipsius pertinebant. primò quidem propter exemplum: quia, vt dicit Athanas. *compescebat diaboli sermonem, quanuis vera fateretur: vt nos etiam assuefaciat, ne curemus de talibus, etiam si vera loqui videãtur. Nefas est enim vt cùm adsit nobis Scriptura diuina, instruamur à diabolo. Est enim hoc periculosum: quia veritati frequenter dæmones immiscẽt mendacia. Secundò, quia (sicut Chrysosto. dicit) non oportebat eos surripere officij Apostolici gloriã: nec decebat Christi mysterium lingua fœtida publicari, quia non est speciosa laus in ore peccatorum. Tertiò, quia (vt Beda* dicit) nolebat ex hoc inuidiam accendere Iudęorum. Vnde etiam ipsi Apostoli iubentur retinere de ipso, ne diuina maiestate prædicata, passionis dispensatio differretur. ¶ Ad quartum dicẽdum, quòd Christus specialiter venerat docere & miracula facere propter vtilitatem hominũ, principaliter quantum ad animæ salutem. Et ideo permisit dæmones, quos eijciebat, hominibus aliquod nocumẽtum inferre vel in corpore vel in rebus propter animæ humanæ salutem, ad hominũ scilicet instructionẽ. Vnde Chrys*. dicit super Matt. quòd Christus permisit dęmonibus in porcos ire, nõ quasi à dæmonibus persuasus, sed primò quidem, vt instruat magnitudinẽ nocumẽti dæmonum, qui hominibus insidiantur. Secũdò, vt omnes discerent, quoniã nec aduersus porcos audẽat aliquid facere, nisi ipse cõsentiat. Tertiò, vt ostẽderet quòd grauiora in illos homines operati essent, quàm in illos porcos, nisi essent diuina prouidentia adiuti. Et propter easdem etiam causas permisit eum, qui à dæmonibus liberabatur, ad horam grauius affligi, à qua tamen afflictione eũ continuò liberauit. Per hoc etiam ostenditur (vt Beda dicit) quod sæpe dũ cõuerti ad Deũ post peccata conamur, maioribus nouisque antiqui hostis pulsamur insidijs. Quod facit, vel vt odiũ virtutis incutiat, vel expulsionis suæ vindicet iniuriam. Factus est etiam homo sanatus velut mortu⁹ (vt Hieron.* dicit) quia sanatis dicitur, Mortui estis, & vita vestra abscõdita est cũ Christo in Deo.

Numerus & ordo miraculorum Christi.

¶ Præter multitudinẽ & magnitudinẽ miraculorũ, quibus Chri conceptio referta est; illud eximium existit: quo stella Magos à tam remota regione Bethleem duxit: donec progressa staret super locũ, in quo infantulus Iesus erat. Ad hæc, miraculorũ primũ præter aquæ in vinum conuersionẽ est, filij reguli sanatio. Secundum sub Petri vocationẽ tot, & tantorũ piscium captio. Tertium, hominis spiritu immundo capti mundatio. Quartum, socrus Petri febricitantis sa-lus. Quintũ, cuiusdam manus aridę sanatio. Sextũ, cæci & muti dæmonis ex homine expulsio. Septimũ, turbati maris sedatio. Octauum, dæmonum sæuorũ ex duobus hominibus

Primum.

*Ho. 29. in Matt. circa med. to. 2.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

*Mar. 9. sup. verbũ in argu. citat. tom. 9.

Nonum. Decimum. Vndecimũ. Duodecimum. Decimũtertium. 239 Decimumquartum. *c.4.non multum remot.à fin. Decimumquintum. Decimumsextum. Decimumseptimum. *li.1.à tex. 20. vsq; ad 31. tom. 1. Decimũoctauum.

minibus in regione Gerasenorũ eiectio. Nonũ, animi & corporis paralytici curatio. Decimum, mulieris inueterato sanguinis fluxu laborantis sanatio. Vndecimum, Iairi archisynagogæ filiæ vnicæ mortuæ in vitam reductio. Duodecimum, duorũ cæcorum visus receptio. Decimumtertium, hominis muti eiecto dæmone, loquẽdi facultatis restitutio. Decimũquartũ, leprosi expurgatio. Decimũquintum, Paralytici serui Centurionis integra confirmatio. Decimumsextum, vnici filij viduæ à morte excitatio. Decimũseptimum, per medium ciuium illum præcipitare volẽtium liber trãsitus. Decimũoctauum, languidi illius qui ad probaticam piscinam diu iacuerat, firma corroboratio. Fuerũt etiam alia miracula innumera, quæ Euangelistæ sub breui sermone comprehendũt dicẽtes dominũ sæpè multis vario morborũ genere afflictis, ac malis spiritib⁹ diuexatis salutem cõtulisse. Qua verborũ breuitate imm̃sum

ARTICVLVS II.

Vtrùm conuenienter facta fuerint miracula per Christũ circa cælestia corpora.

AD secundũ sic proceditur. Videtur, quòd incõuenienter fuerint à Christo facta miracula circa cælestia corpora. vt enim Dion.* dicit 4.cap.de Diui.no.diuinæ prouidentiæ nõ est naturam corrumpere, sed saluare. Corpora autem cælestia secundum suam naturam sunt incorruptibilia & inalterabilia: vt probatur in primo de cælo*. Ergo non fuit cõueniens, vt per Christum fieret aliqua immutatio circa ordinẽ cælestiũ corporum. ¶ 2. Præterea, Secundũ motum cælestium corporum, temporũ cursus designantur, secũdum illud Gen.1. Fiant luminaria in firmamento cæli, & sint in signa & tẽpora & dies & annos. Sic ergo mutato cursu cælestiũ corporum, mutatur temporum distinctio & ordo. Sed non legitur hoc esse perceptũ ab Astrologis, qui contemplantur sidera, & computant menses: vt dicitur Isaiæ.47. Ergo videtur, quòd per Christũ nõ fuerit aliqua mutatio facta circa cursum cælestiũ corporum. ¶ 3. Præterea, Magis competebat Christo facere miracula viuens & docens, quàm moriens: tum quia, vt dicitur secundę ad Corint. vltimo, Crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei, secundũ quã miracula faciebat: tũ etiã quia eius miracula confirmatiua erãt doctrinæ ipsius. Sed in vita sua nõ legitur, Christum aliquod miraculum circa cælestia corpora fecisse: quinimo Pharisæis petẽtibus ab eo signum de cælo, eis dare renuit: vt habetur Matt. 12. & 16. Ergo videtur, quòd nec in morte circa cælestia corpora aliquod miraculum facere debuerit. ¶ Sed cõtra est, quod dicitur Luc. 23. Tenebræ factæ sunt in vniuersa terra vsque ad horã nonam: & obscuratus est sol.

Respondeo dicẽdum, quòd (sicut suprà dictũ est*) miracula Christi talia esse debebant, vt sufficienter eum esse Deum ostenderent. Hoc autem non ita euidenter ostenditur per trãsmutationes corporum inferiorũ, quę etiã ab alijs causis moueri possunt, sicut per trãsmutationem cursus cælestiũ corporũ, quæ à solo Deo sunt immobiliter ordinata. Et hoc est quod Diony.* dicit in Epistola ad Polycarp. Cognoscere

miraculorũ pelagus transcurritur. Decimumnonum, quinq; panum. Vigesimum, super maris aquas ambulare. Vigesimumprimum, efficere vt & Petrus quoque super easdem aquas incederet. Vigesimumsecundum, mare tempestate iratũ, solius verbi imperio sedare. Vigesimũtertiũ, è filia mulieris Chananeæ spiritũ immundũ eijcere. Vigesimũquartum, muti & surdi aures & os aperire. Vigesimũquintũ, septẽ panib⁹ & paucis piscibus quatuor millia hominũ saturare. Vigesimumsextum, cæco paulatim integrum visum reddere. Vigesimũseptimũ, gloriosa Domini in monte corã tribus discipulis transformatio. Vigesimũ octauum, è lunatico dæmonem immundum, mutũ, & surdũ expellere. Vigesimũnonum, mulieri contractę sanitatẽ restituere. Trigesimũ. hydropicũ curare. Trigesimũprimũ, decem leprosos expurgare. Trigesimũsecundũ, sub ingressum in vrbẽ Hierico, cæco visum præstare. Trigesimumtertiũ, in egressu

Decimumnonum. Vigesimũprimum. Vigesimũsecundum. Vigesimũtertium. Vigesimũquartum. Vigesimũquintum. Vigesimũsextum. Vigesimũseptimum. Vigesimũoctauum. *Arti. 4. q. præced. Vigesimũnonum. Trigesimũ. Trigesimũprimum. Trigesimũsecundum. *Parũ ante med. epist. Trigesimũtertium.

egressu ex vrbe Hierico duorũ etiã cæcorum oculos illuminare. Trigesimumquartũ, adulteræ mulieris delatorum corda solo verbo confundere, ac deuincere. Trigesimumquintum, Dominũ oculis Iudæorũ, lapidibus eum obruere volentium absconditũ templo exisse. Trigesimumsextum, cæco nato visum dare. Trigesimumseptimum, Lazarũ in sepulchro iam fœtẽtem in vitam reuocare. Trigesimumoctauum, emẽtes & vendentes è tẽplo eijcere. Trigesimumnonum, imprecatione sola ficũ arefeciſſe. Quadragesimum, Dominũ solo verbo hostes deiecisse. Quadragesimumprimũ, quãdo vulnus auriculæ ministri põtificis, quod Petrus inflexerat, Dñs tactu curauit: tum etiam, ea quæ in eius morte euenerũt: magna illa Solis eclipsis, veli tẽpli dissectio, ingens terræ motº, petrarũ scissio, sepulchrorum apertio, quorundã sanctorũ virorũ à morte surrectio. Miraculis Chrus Dñs nõ tantũ potẽtiã suam, & in corporibus curandis ægrotorum, aut à dæmone vexatorũ, benignitatẽ etiã ostendit: sed illis quoq; doctrinã suã diuinã, seruandis hominibus necessariã confirmauit, fidẽq; ei & autoritatẽ cõciliauit, atq; se verum Dei viuẽtis filiũ esse, & à patre missum cõprobauit. Hinc aie bat Ioã. 5. Opera quæ dedit mihi pater, vt ea perficiam: ea ipsa opera, quę ego facio, testificãtur de me, qđ pater miserit me. Et alibi: opera, quæ ego facio nomine patris mei, hæc testimonium reddunt de me. Ioã. 10. Et paulo post: Si nõ facio opera patris mei, ne credatis mihi. Si verò facio, etiã si mihi nõ credatis, operibº credite: vt cognoscatis, & credatis qđ pater in me est, & ego in eo. Ac ijs etiã miraculis, quæ sanãdis corporibus Dñs adhibebat, se interiorum animi morborũ, quibus plurimis & lethalibº homines semper laborarũt ac laborãt, curatorẽ esse significauit: vt siquis fortè ijs liberari optaret, me dicũ agnosceret, qui illis mederi & posset, & vellet. Neq; eñ Christus venit corporũ, sed animorum

Trigesimũ quartum.
Trigesimũ quintum.
Trigesimũ sextum.
Trigesimũ septimum.
Trigesimũ octauum.
Trigesimũ nonum.
Quadragesimum.
Quadragesimũprimũ Vltimo loco miracula in Christi passione effecta.
*li. 26. c. 3. ante med. tom. 6.

Ioan. 5.

* In ca. 27. super illud, Ab hora 6. tenebræ factæ sunt, tom. 9.

Ioan. 10.

† ca. 4. circa principiũ.

* Hom. 35. in Matt. in 5. fol. ante fin. homi. tom. 3.

accidit; fuit propter hoc, quòd sol suos radios retraxit, nulla immutatione facta circa motum cælestium corporum, secundum quẽ tempora mensurantur. Vnde Hieron.* dicit super Matth. Videtur luminare maius retraxisse radios suos, ne aut pendẽtem videret Dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. Talis autẽ retractio radiorũ non est sic intelligenda, quasi sol in sua potestate habeat radios emittere vel retrahere: nõ enim ex electione, sed ex natura radios emittit: vt dicit Dion†. 4. cap. de Diu. nomi. sed sol dicitur retraxisse radios, in quantum diuina virtute factũ est, vt solis radij ad terrã non peruenirent. Origenes* autem dicit hoc accidisse per interpositionẽ nubiũ. Vnde super Matt. dicit, Conueniens est intelligere quasdã tenebrosissimas nubes multas & magnas cõcurrisse super Hierusalem & terram Iudææ: & ideo factæ sunt tenebræ profundæ à sexta hora vsque ad nonam. Arbitror enim sicut cætera signa quæ facta sunt in passione, scilicet quòd velũ tẽpli est scissum, quòd terra tremuit, &c. in Hierusalẽ tãtummodo facta

Ad primũ ergo dicendum, quòd sicut inferioribº corporibus naturale est moueri à cælestibus corporibus (quæ sunt superiora secũdum naturæ ordinem) ita etiã naturale est cuilibet creaturę, vt transmutetur à Deo secũdum eius volũtatẽ. Vnde Augustº. dicit 26. contra Faustũ, & habetur in glo. Rom. 11. super illud, Contra naturã insertus es, &c. Deus creator & cõditor omnium naturarũ nihil contra naturã facit, quia id est cuique rei natura, quod Deus facit. Et ita nõ corrumpitur natura cælestium corporum, cùm eorũ cursus immutatur à Deo: corrumperetur autem, si ab aliqua alia causa immutaretur. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd per miraculum à Christo factum, nõ est peruersus ordo temporũ. Nam secundũ quosdam illę tenebræ vel solis obscuratio, quæ in passione Christi

morum præsertim medicus. Fidelis sermo
1. Tim. 1. (ait Paulus 1. Tim. 1.) & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in hunc mundum, vt peccatores saluos faceret. Et Angelus Ioseph prænuntiat Matth. 1. Christum vocandum Iesum, quòd populum suũ à peccatis saluũ esset facturus. Neq; aliud nẽ est (inquit Actuum. 4. Pet. Act. 4.) sub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quod cum hominũ plurimum interesset cognoscere (ô immensam Dei bonitatẽ) mentisq; humanæ tarditas, ea tãtum, quæ sensibus patent videat, ac in ea quę in animis siũt penetrare nõ possit: eadẽ miseri
*In epi. ad Polycarpũ, post med. illius. cordia qua in hominẽ tanta beneficia conferre dignatus est, modũ adhibuit tarditati nostræ erudiendæ cõmodissimũ: quo illum, salutem animis nostris præstantẽ cognosceremus, sine cuius cognitione non possemus salutis illius partici-
† Loco nũc dicto. pes esse. Externæ ergo illæ corporis curatiões eò præcipuè pertinebãt quò crassi & rudes homines intelligerent, illum internis animorum curationibus præstandis maximè venisse. E corporibus Dominus & dæmones expellebat, & febres, hydropes, paralyses & omne morborum genus extirpabat: quò sementes hominum ijs malis liberare ostenderet.

sunt, ita & hoc. Aut si latius voluerit quis extẽdere ad terram Iudææ, propter hoc quòd dicitur, Tenebræ factæ sunt in vniuersa terra. Quod intelligitur de terra Iudææ, sicut in 3. libr. Regũ dixit Abdias ad Eliam, Viuit dominus Deus tuus, quia nõ est gens aut regnum, vbi non miserit dominus meus quærere te, ostẽdẽs quòd cum quæsierat in gentibus quæ sunt circa Iudæã. Sed circa hoc magis credẽdũ est Dion. qui oculata fide inspexit hoc accidisse per interpositionem lunæ inter nos & solem. Dicit enim in Epist. ad Polycarpũ*, Inopinabiliter soli lunã incidentẽ videbamus, in Aegypto scilicet existentes: vt ibidem dicitur. Et designat ibi quatuor miracula.

¶ Quorum primum est, q̃ naturalis eclipsis solis, per interpositionẽ lunæ, nunquã accidit, nisi tempore coniunctionis solis & lunæ: tunc autẽ erat luna in oppositione ad solem, decimaquinta existens: quia erat Pascha Iudæorũ. Vnde dicit†, Non enim erat coniunctionis tempus. Secundũ miraculum est, quòd cum circa horam sextam luna visa fuisset simul cum sole in medio cæli, in vesperis apparuit suo loco, id est in Oriente oppositа soli. Vnde dicit†, Rursus ipsam vidimus, scilicet lunam, à nona hora (in quã scilicet recessit à sole cessantibus tenebris) vsq; ad vesperã supernaturaliter cõstitutam ad diametrum solis, id est vt diametraliter esset soli oppositа. Et sic patet, quòd non est turbatus consuetus tẽporũ cursus: quia diuina virtute factum est, & quòd ad solem supernaturaliter accederet præter tẽpus debitum, & quòd à sole recedens, in locũ proprium restituere tur tẽpore debito. Tertiũ miraculũ est, quòd naturalis eclipsis semper incipit ab Occidentali parte solis, & peruenit vsque ad Orientalem. Et hoc ideo: quia luna secundum propriũ motũ, quo mouetur ab Occidente in Orientem, est velocior sole in suo proprio motu, & ideo luna ab Occidente veniens attingit solem, & pertransit ipsum, ad Orientem tendens. Sed tunc luna iam pertransiuerat solẽ, & distabat ab eo quasi per medietatẽ circuli, in oppositione existens, vnde oportuit quòd reuerteretur ad Orientem versus solem, & attingeret ipsum primò ex parte Orientali, procedens versus Occidentẽ. Et hoc est quod dicit, Eclipsim etiam ipsam ex Oriente vidimus inchoatã, & vsque ad solarem terminum venientẽ (quia totum solem eclipsauit) postea regrediẽtẽ. Quartum miraculũ fuit, quòd in naturali eclipsi ex eadẽ parte incipit sol prius reapparere, ex qua parte incepit prius obscurari: quia scilicet luna se soli subijciens, naturali suo motu solẽ pertrãsit versus Oriẽtem: & ita partẽ Occidentalẽ solis, quã primò occupat, primò etiã derelinquit. Sed tunc luna miraculosè ab Oriẽte versus Occidentẽ rediens, nõ pertrãsiuit solem, vt esset eo oriẽtalior: sed postquàm

† In prædi. epi. ad Polycarpũ à med. illius.

peruenit

peruenit ad terminum solis, reuersa est versus Orientē: & ita partem solis quā vltimò occupauit, primò etiam dereliquit. Et sic ex parte Orientali inchoata fuit eclipsis: sed in parte Occidentali prius incepit claritas apparere. Et hoc est quod dicit, Et rursus vidimus nō ex eodem, id est non ex eadē parte solis & defectū & purgationē, sed ecōuerso secundū diametrū factā. Quintū miraculum addit Chryso*. super Matt. dicens, quòd tribus horis tūc tenebræ permanserunt, cum eclipsis solis in momento pertrāseat, nō enim habet morā, vt sciūt illi qui cōsiderauerunt. Vnde datur intelligi quòd luna quieuerit sub sole, nisi fortè velimus dicere, quòd tēpus tenebrarū cōputatur ab instanti, quo sol incepit obscurari, vsq; ad instās in quo totaliter fuit repurgatus. Sed sicut Orig.* dicit super Matt. aduersus hoc filij secundi huius dicunt. Quomodo hoc factum tam mirabile nemo Græcorum aut Barbarorū scripsit? Et dicit, quod quidā nomine Phlegon in Chronicis suis scripsit hoc in principatu Tiberij Cęsaris factū: sed nō signauit quòd fuerit in luna plena. Potuit ergo hoc contingere, quia Astrologi vbique terrarū tunc tēporis existentes non solicitabantur de obseruanda eclipsi, quia tūc tempus non erat: sed illam obscuritatem ex aliqua passione aëris accidere putauerunt. Sed in Aegypto, vbi rarò nubes apparent propter aeris serenitatem permotus est Diony. & socij eius, vt prædicta circa illā obscuritatem obseruarent. ¶ Ad tertiū dicendum, quòd tunc pręcipuè oportebat in Christo diuinitatem per miracula ostēdere, quando in eo maximè apparebat infirmitas secundū humanā naturā. Et ideo in Christi natiuitate stella noua in cælo apparuit. Vnde Maximus dicit in sermone Natiuitatis, Si præsepe despicis, erige parūper oculos, & nouam in cælo stellā, protestantē mundo natiuitatem Dominicam, contuere. In passione autem adhuc maior infirmitas circa humanitatē Christi apparuit, & ideo oportuit vt maiora miracula ostēderētur circa principalia mūdi luminaria. Et sicut Chrys.* dicit super Matt. hoc est signū quod petentibus promittebat dare, dicens, Generatio praua & adultera signū quærit & signū non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, crucem significās & resurrectionē. Etenim multò mirabilius est in eo qui crucifixus erat, hoc fieri, quàm eo ambulante super terram.

Ho.89.in Matth.non multū longè à prin. to.2.

Ho.35.in Matt.fo.4. & 5. in fin. ante fin. homi.to.3.

Ho.89.in Matt. circa princ.to.2.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm conuenienter Christus circa homines miracula fecerit.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter Christus circa homines miracula fecerit. In homine enim potior est anima, quàm corpus. Sed circa corpora, multa miracula Christus fecit, circa animas verò nulla miracula legitur fecisse: nā neque aliquos incredulos ad fidē virtuosè conuertit, sed admonēdo & exteriora miracula ostendēdo, neq; etiā aliquos fatuos sapientes legitur fecisse. Ergo videtur, quòd non conuenienter sit circa homines miracula operatus. ¶ 2. Prēterea, Sicut suprà dictum est*, Christus faciebat miracula virtute diuina, cuius propriū est subitò operari & perfectè absq; adminiculo alicuius. Sed Christus non semper subitò homines curauit quantū ad corpus: dicitur enim Marc. 8. quòd apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus, interrogauit eum si quid videret: & aspiciens ait, Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterū imposuit manus super oculos eius, & cœpit videre, & restitutus est ei visus, ita vt clarè videret omnia. Et sic patet, quòd nō subitò eum curauit: sed primò quidē imperfectè & per sputū. Ergo videtur, nō cōuenienter circa homines miracula fecisse. ¶ 3. Prēterea, Quæ se inuicē nō cōsequūtur, nō oportet quod simul tollantur. Sed ægritudo

246

¶. præce. artic.2.

corporalis nō ſemper ex peccato cauſatur: vt patet per illud quod Dñs dicit Ioan. 9. Neq; hic peccauit, neque parentes eius, vt cæcus naſceretur. Non ergo oportuit vt hominibus corporū curationē quærentibus peccata dimitteret: ſicut legitur feciſſe circa paralyticum, Matt. 9. præſertim quia ſanatio corporalis cùm ſit minus, quàm remiſsio peccatorū, nō videtur eſſe ſufficiens argumētum, quòd poſsit peccata dimittere.

¶ 4. Præterea, Miracula Chriſti facta ſunt ad confirmationē doctrinæ ipſius, & teſtimoniū diuinitatis eius: vt ſuprà dictum eſt*. Sed nullus debet impedire finē operis ſui. Ergo videtur incōueniēter Chriſtus quibuſdā miraculoſè curatis præcepiſſe, vt nemini dicerent: vt patet Matth. 9. & Marc. 8. præſertim quia quibuſdam alijs mandauit, vt miracula circa ſe facta publicarent: ſicut Marc. 5. legitur, quòd dixit ei, quem à dæmonibus liberauerat, Vade in domū tuam ad tuos, & annuntia eis quanta tibi Dominus fecerit. ¶ Sed contra eſt, quod dicitur Mar. 7. Bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

q. præcē. 4. tic. 4.

Reſpōdeo dicendum, quòd ea, quæ ſunt ad finem, debent fini eſſe proportionata. Chriſtus autem ad hoc in mundum venerat, & docebat, vt homines ſaluos faceret: ſecundū illud Ioā. 3. Non enim miſit Deus filium ſuū in mundū vt iudicet mūdum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Et ideo conueniens fuit, vt Chriſtus particulariter homines miraculoſè curando, oſtenderet ſe eſſe vniuerſalē & ſpiritualē hominū ſaluatorē.

Ad primū ergo dicendum, quòd ea quæ ſunt ad finē, diſtinguuntur ab ipſo fine. Miracula autē à Chriſto facta ordinabantur ſicut ad finē, ad rationalis partis ſalutē, quæ cōſiſtit in ſapiētiæ illuſtratione & hominū iuſtificatione: quorū primū præſupponit ſecūdū: quia, vt dicitur Sapien. 1. in maleuolam animā nō introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Iuſtificare autē homines, nō conueniebat niſi eis volentibus: hoc enim eſſet & cōtra rationem iuſtitiæ, quæ rectitudinē voluntatis importat, & etiā cōtra rationem humanæ naturæ, quæ liberō arbitrio ad bonum ducenda eſt, non autē per coactionem. Chriſtus ergo virtute diuina interius homines iuſtificauit, nō tamen eis inuitis: nec hoc ad miracula pertinet, ſed ad miraculorū finē. Et ſimiliter etiā virtute diuina ſimplicibus diſcipulis diuinā ſapientiā infudit. Vnde dicit eis Lucæ 21. Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui nō poterūt reſiſtere & cōtradicere omnes aduerſarij veſtri. Quod quidē quantum ad interiorē illuminationē inter viſibilia miracula non numeratur: ſed ſolùm quantū ad exteriorē actū, in quantum ſcilicet videbant homines eos qui fuerant illiterati & ſimplices, tam ſapiēter & conſtanter loqui. Vnde dicitur Actu. 4. Videntes Iudæi Petri conſtantiā & Ioānis, comperto quòd homines eſſent ſine literis, & idiotæ, admirabantur. Et tamē huiuſmodi ſpirituales effectus, etſi à miraculis viſibilibus diſtinguantur, ſunt tamen quædā teſtimonia doctrinæ & virtutis Chriſti, ſecundum illud Hebr. 2. Conteſtāte Deo ſignis & portētis & varijs virtutibus & Spiritus ſancti diſtributionibus. Sed tñ circa animas hominū, maximè quantū ad immutandas inferiores vires, Chriſtus aliqua miracula fecit. Vnde Hierony.* ſuper illud Matt. 9. Surgens ſecutus eſt eum, dicit, Fulgor ipſe & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiā in facie relucebat humana, videntes ad ſe trahere poterat ex primo aſpectu. Et ſuper illud Matt. 21. Eijciebat omnes vendentes & emētes, &c. dicit idē Hierony.† Mihi inter omnia ſigna quæ fecit Dñs, hoc videtur eſſe mirabilius, quòd vnus homo & illo tēpore cōtemptibilis, potuerit ad vnius flagelli verba tantā eijcere multitudinem. Igneū enim quiddā atq; ſydereū radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maieſtas lucebat in facie eius. Et Orig*. dicit

Super illud Matt. 9. Cū tranſiret vidit hominē ſedentem, to. 9.

Super illud Matt. 21. Vidētes Prin. & ſcribæ mirabilia quæ fecit, tom. 9.

dicit super Ioan. hoc esse maius miraculum eo, quo aqua cõuersa est in vinum: eo quòd illic inanimata subsistit materia, hîc verò tot millium hominum domantur ingenia. Et super illud Ioan. 18. Abierunt retrorsum & ceciderunt in terram, dicit Augustt. Vna vox tantam turbam odijs ferocem, armisque terribilem sine telo vllo percussit, repulit, strauit: Deus enim latebat in carne. Et ad idẽ pertinet quod dicitur Luc. 4. quòd Iesus transiens per medium illorũ ibat. Vbi dicit Chryso. quòd stare in medio insidiantium & non apprehendi, diuinitatis eminentiam ostendebat. Et quod dicitur Ioan. 8. Iesus abscondit se & exiuit de templo, vbi Augustin. dicit, Non abscondit se in angulo templi quasi timens, vel post murum aut columnam diuertens: sed diuina potestate se inuisibilem insidiantibus cõstituens, per medium illorum exiuit. Ex quibus omnibus patet, quòd Christus quãdo voluit, virtute diuina animas hominum immutauit: non solùm iustificando, & sapientiam infundendo, quod pertinet ad miraculorum finem: sed etiã exterius alliciendo, vel terrendo, vel stupefaciẽdo, quod pertinet ad ipsa miracula. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus venerat saluare mundum, nõ solùm virtute diuina, sed per mysterium Incarnationis ipsius. Et ideo frequenter in sanatione infirmorum non sola potestate diuina vtebatur, curando per modum imperij, sed etiam aliquid ad humanitatẽ ipsius pertinens apponendo. Vnde super illud Luc. 4. Singulis manus imponẽs, curabat omnes, dicit Cyrillus. Quãuis vt Deus potuisset omnes verbo pellere morbos: tangit tamen omnes, ostẽdens propriam carnem efficacẽ ad prẽstanda remedia. Et super illud Marc. 8. Expuens in oculos eius impositis manibus, &c. dicit Chrysost*. Spuit quidem & manus imponit cæco, volens ostendere quòd verbum diuinũ operationi adiunctum miracula perficit: manus enim operationis est ostensiua, sputum sermonis ex ore prolati. Et super illud Ioan. 9. Fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos cæci, dicit Augustt. De saliua sua lutum fecit, quia verbum caro factum est. Vel etiam ad significandum, quòd ipse erat qui ex limo terræ hominem formauerat: vt Chrysost. dicit. Est autem circa miracula Christi, considerandum, quòd cõmuniter perfectissima opera faciebat. Vnde super illud Ioan. 2. Omnis homo primum bonum vinum ponit. dicit Chrysost.* Talia sunt Christi miracula, vt multo his quæ per naturam fiunt, speciosiora & vtiliora fiant. Et similiter in instanti infirmis perfectam sanitatem conferebat. Vnde super illud Matth. 8. Et surrexit, & ministrabat illis, dicit Hieront. Sanitas quæ cõfertur à Domino, tota simul redit. Specialiter autem in illo cæco contrarium fuit propter infidelitatem ipsius: vt Chryso.* dicit. Vel sicut Beda† dicit. Quem vno verbo totũ simul curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat: quæ vix & quasi per gradus ad lucem redeat, & gratiam suam nobis indicet, per quã singula perfectionis incrementa adiuuat. ¶ Ad tertium dicendũ, quòd sicut suprà dictum est*, Christus miracula faciebat virtute diuina. Dei autem perfecta sunt opera, vt dicitur Deuteronomij. 32. Non est autem aliquid perfectum, si finem non consequatur: finis autem exterioris curationis per Christum factæ, est curatio animæ, & ideo non conueniebat Christo, vt alicuius corpus curaret, nisi eius curaret animam. Vnde super illud Ioan. 7. Totum hominem sanum fecit in sabbato, dicit Augustt.* quòd curatus est, vt sanus esset in corpore: & credidit, vt sanus esset in anima. Specialiter autem paralytico dicitur, Dimittuntur tibi peccata: quia vt Hieront. dicit super Matth. datur ex hoc nobis intelligentia propter peccata pleraſq; euenire

In fol. 118. qui liber primò in lucẽ prodijt anno Domini 1555. Patrijs apud Carollum Guillart.

† Trac. 112. in Ioã. post med. to. 9.

ho. in Mar. circa med. tom. 2.

† Trac. 54. in Io. non remotè à prin. to. 9.

* hom. 21. in Io. post me. illius to. 3.

† Super illud Matt. 8. Cũ veniſſet Iesus in domũ Petri, tom. 9.

* hom. 9. in Matt. innuitur.

† Beda Matthæ. 8. Est c. 34. secundum eius ord. to. 2.

q præc. artic. 2.

* Trac. 30. in Ioan. à medio, to. 9.

† Mat. 9. super illud, quid est facilius dicere tom. 9.

corporum debilitates: & ideo forsitan prius dimittũtur peccata, vt causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur. Vnde & Ioã.5. dicitur, Iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Ho.37. in Ioan. to.3. Vbi dicit Chrys*. Discimus q̃ ex peccatis nata erat ei ægritudo. Quanuis autẽ,

Ho.30. in Matt. à me. tom.2. vt Chrys.† dicit super Matth. quãtò anima est potior corpore, tãtò peccatũ dimittere maius sit, quàm corpus sanare: quia tamẽ illud non est manifestũ, facit minus quòd est manifestius: vt demonstraret maius & non manifestum. ¶ Ad quartũ dicẽdũ, quòd super illud Matt.

Ho.33. in Matth. non mult. lõgè à prin. to.2 9. Videte ne quis sciat, dicit Chryso.* Nõ est hoc cõtrariũ, quod hîc dicitur, ei quod alteri dicit, Vade & annuntia gloriã Dei. Erudit enim nos prohibere eos qui volunt nos propter nos laudare: si autem ad Deũ, gloria refertur, non debemus prohibere, sed magis iniungere, vt hoc fiat.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm cõueniẽter Christus fecerit miracula circa creaturas irrationales.

241 AD quartũ sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter fecerit Christus miracula circa creaturas irrationales. Bruta enim animalia sunt nobiliora plantis. Sed Christus fecit aliquod miraculũ circa plãtas: puta cum ad verbum eius est ficcata ficulnea: vt dicitur Matth.21. Ergo videtur, quòd etiã circa animalia bruta miracula facere debuisset. ¶ 2. Præterea, Pœna nõ iustè infertur nisi pro culpa. Sed non fuit culpa ficulneæ, quòd in ea Christus fructũ non inuenit, quãdo non erat tẽpus fructuum. Ergo videtur, quòd incõuenienter eam siccauerit. ¶ 3. Prẽterea, Aqua & aër sunt in medio cæli & terræ. Sed Christus aliqua miracula fecit in cælo

Art.1. & 2. huius quæst. (sicut suprà dictũ est*) similiter etiã in terra, quãdo in eius passione terra mota est. Ergo videtur, quòd etiam in aere & aqua aliqua miracula facere debuerit, vt mare diuidere, sicut fecit Moyses: vel etiã flumen, sicut fecerunt Iosue & Helias, & vt fierẽt in aëre tonitrua, sicut factum est in monte Sinai, quando lex dabatur: & sicut Helias fecit 3. Regum.18. ¶ 4. Præterea, Opera miraculosa pertinẽt ad opus gubernationis mundi per diuinã prouidẽtiã. Hoc autẽ opus præsupponit creationẽ. Inconueniens ergo videtur quòd Christus in suis miraculis vsus est creatione, quãdo scilicet multiplicauit panes. Non ergo cõueniẽtia videntur fuisse eius miracula circa irrationales creaturas. ¶ Sed contra est, quod Christus est Dei sapiẽtia, de qua dicitur Sapiẽ.8. quòd disponit omnia suauiter.

Respondeo dicẽdũ, quòd (sicut suprà dictũ est*) miracula Christi ad hoc ordinabãtur, quòd virtus diuinitatis cognosceretur in ipso ad hominũ salutẽ. Pertinet autẽ ad virtutem diuinitatis, vt omnis creatura sit ei subiecta. Et ideo in omnibus creaturarum generibus miracula eum facere oportuit, & non solùm in hominibus, sed etiam in irrationalibus creaturis. Art.præced.

Ad primũ ergo dicendũ, q̃ animalia bruta propinquè se habent secũdũ genus ad hominẽ, vnde & in eodem die cũ homine facta sunt. Et quia circa corpora humana multa miracula fecerat, nõ oportebat quòd circa corpora brutorũ animaliũ aliqua miracula faceret: præsertim quia quãtũ ad naturã sensibilem & corporalem, eadẽ ratio est de hominibus & de alijs animalibus, præcipuè terrestribus. Pisces autẽ cùm viuãt in aqua, magis à natura hominum differunt, vnde & alio die sunt facti. In quibus miraculũ Christus fecit in copiosa pisciũ captura: vt legitur Luc.5. & Ioan. vlti. & etiã in pisce, quẽ Petrus cepit, & in eo inuenit statẽrã. Quòd autem porci in mare præcipitati sunt, nõ fuit operatio diuini miraculi: sed operatio dæmonũ ex permissione diuina. ¶ Ad secũdum dicendum, quod sicut Chrys.* dicit super Matth. cùm in plantis vel brutis aliquid tale Dominus operatur

Ho.68. in Matt. dum agit de histo. ficulneæ. to.3.

non

non quæras qualiter iustè siccata est ficus, si tempus non erat. Hoc enim quærere est vltimæ demētiæ: quia scilicet in talibus nō inuenitur culpa & pœna: sed miraculū inspice, & admirare miraculi factorē. Nec facit creator iniuriā possidenti, si creatura sua suo arbitrio vtatur ad aliorū saluté: sed magis (vt Hilar*. dicit super Matt.) in hoc bonitatis dominicę argumentum reperimus. Nam vbi afferre voluit procuratæ per se salutis exēplum, virtutis suæ potestatem in humanis corporibus exercuit. vbi verò in contumaces formā seueritatis cōstituebat, futuri speciē damno arboris indicauit, & præcipuè (vt Chryst. dicit) in ficulnea, quę est humidissima, vt miraculum maius appareat. ¶ Ad tertiū dicendum, quòd Christus etiam in aqua & in aëre fecit miracula quæ sibi conueniebant: quādo scilicet, vt legitur Matt. 8. imperauit ventis & mari, & facta est trā quillitas magna. Non autē conueniebat ei qui omnia in statū pacis & tranquillitatis reuocare venerat, vt vel turbationem aeris vel diuisionē aquarū faceret. Vnde Apost. dicit Hebr. 12. Nō accessistis ad tractabilem & accessibilē ignē, & turbinem & caliginē & procellam. Circa passionem tamen diuisum est velum, ad ostendendū reserationē mysteriorum legis. Aperta sunt monumenta, ad ostendendum quòd per eius mortē, mortuis vita daretur. Terra mota est & petræ scissæ sunt, ad ostendendum quòd lapidea hominum corda per eius passionem emollirentur, & quòd totus mūdus virtute passionis eius erat in melius cōmutandus. ¶ Ad quartum dicendum, quòd multiplicatio panū non est facta per modum creationis, sed per additionē extraneæ materiæ in panes conuersæ. Vnde Augustī. super Ioan. dicit*, Vnde multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinque panes. Manifestatum est autē quod per conuersionem grana multiplicantur in segetes.

Cano. 21. in Matt. parum ante medium.

Loco iam dicto in prin. huius solutionis.

Trac. 24. in Ioā. nō procul à prin. to. 9.

IN hac quæstione D. Tho. habet quatuor conclusiones. ¶ Prima est, conueniens fuit Christū trāsfigurari. ¶ Secūda, claritas Christi in transfiguratione fuit claritas gloriæ. ¶ Tertia, cōueniēter sunt inducti testes trāsfiguratio nis. ¶ Quarta cōclusio, cōueniēter vox patris intonuit. Hic est filius meus dilect⁹, ipsum audite.

Prima conclusio.
2. Conclus.
3. Conclus.
4. Conclus.

QVAESTIO XLV.

De trāsfiguratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

¶ De qua Doctores Matt. 17. Mar. 9. Luc. 9. & Doctores in 3. dist. 16.

DEinde considerandum est de transfiguratione Christi. ¶ Et circa hoc quęruntur quatuor. ¶ Primò, vtrùm cōueniens fuerit Christum trāsfigurari. ¶ Secundò, vtrùm claritas trāsfigurationis fuerit claritas gloriosa. ¶ Tertiò, de testibus transfigurationis. ¶ Quartò, de testimonio Paternæ vocis.

ARTICVLVS I.

Vtrùm fuerit cōueniēs Christum transfigurari.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit conueniens Christum trāsfigurari. Non enim competit vero corpori vt in diuersas figuras mutetur, sed corpori phantastico. Corpus autē Christi non fuit phantasticum, sed verum: vt suprà habitum est*. Ergo videtur quòd trāsfigurari nō debuerit. ¶ 2. Prętera, Figura est in quarta specie qualitatis, claritas autem est in tertia, cùm sit sensibilis qualitas. Assumptio ergo claritatis à Christo, transfiguratio dici non debet.

EXPLICATIO QVAESTIONIS.

IN hac quęstione tria sunt à nobis explicāda breuiter. Primū, quid sit trāsfigurari. Secundum, An claritas Christi in transfiguratione fuerit claritas glorię. Tertiū, Quomodo Moyses, & Helias apparuerint, an in ppria ꝑsona? & si in propria persona, an in corpore proprio, an in alieno? Transfigurari est trāsformari, & transformari est mutari secundum quantitatē aut qualitatē, nam Angelus Satanę aliquādo se trāsfigurat in Angelū lucis secūdū qualitatē, & in resurrectione omnes mutabimur secūdū quātitatē, & qualitatē, & secūdū lineamēta. Hic vero dominus est

242 op. 60. c. 16.

Transfigurari quid sit.

*q. 5. art. 1.

est trãsfiguratus secũdũ qualitatẽ & splẽdorẽ, vnde pulchrè & elegãter dicit Hieronymus. quod dicit Euãgelista, trãsfiguratus est ante eos, nemo putet pristinã eum amisisse formã, vel veritatẽ corporis, vel assumpsisse corpus spirituale vel aëreum; sed quomodo sit transformatꝰ, Euãgelista demonstrat dicens: & resplẽduit facies eiꝰ sicut sol, &c. vbi splẽdor faciei demõstratur, & candor vestiũ describitur, nõ substãtia tollitur, sed gloria mutatur, & transformatio splẽdorẽ addidit, nõ faciẽ subtraxit. Hęc D. Hieronymus. Ex quibus liquet, quid sit trãsfigurari. ¶ Sed veniamꝰ iã ad secundã quæstionẽ quæ talis est. Vtrùm claritas Christi in trãsfiguratione fuerit claritas glorię? Ad quam quęstionẽ omnes ferè Doctores cum D. Tho. sic respondẽt, quòd illa claritas secundum causam & essentiã fuit claritas glorię nõ autem secũdũ modum essendi. Nã claritas gloriæ ex anima beata in corpus deriuatur, in transfiguratione autẽ Domini claritas gloriæ ex

D.Hieron.

†Non compleuit mortę præuentus.

Dubiũ de claritate corporis Christi.

Solutio.

¶ 3. Præterea, Corporis glorioſi sunt quatuor dotes (vt infrà dicetur†) scilicet impassibilitas, agilitas, subtilitas & claritas. Non ergo debuit transfigurari magis secundum assumptionem claritatis, quàm secundum assumptionem aliarũ dotium. ¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 17. quòd Iesus tranfiguratus est ante tres discipulorum suorũ.

Respondeo dicẽdum, quòd Dominus discipulos suos prænuntiata sua passione, induxerat eos ad suæ passionis sequelam. Oportet autem ad hoc quòd aliquis directè procedat in via, quòd finem aliqualiter præcognoscat: sicut sagittator non rectè iaciet sagittam, nisi prius signum prospexerit in quod iaciendum est. Vnde & Thomas dixit Ioan. 14. Domine, nescimus quo vadis, & quo modo possumus viam scire? Et hoc præcipuè necessarium est, quando via est difficilis & aspera, & iter laboriosum, finis vero iucundus. Christus autem per suam passionem ad hoc peruenit, vt gloriam obtineret non solùm animæ, quam habuit à principio suæ conceptionis, sed etiam corporis, secundum illud Luc. vltim. Hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Ad quam etiã perducit eos, qui vestigia suæ passionis sequuntur, secundũ illud Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorũ. Et ideo conueniens fuit, vt discipulis suis gloriam suæ claritatis ostenderet, quod est ipsum transfigurari, cui suos configurabit, secundum illud Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Vnde Beda* dicit super Matth. Pia prouisione factum est, vt contemplatione semper manentis gaudij ad breue tẽpus delibata, fortius aduersa tolerarent.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Hieronymus*. dicit super Matth. nemo putet Christũ per hoc quòd transfiguratus dicitur, pristinam formam & faciem perdidisse, vel amisisse corporis veritatem, & assumpsisse corpus spirituale vel aëreũ. Sed quomodo transformatus sit, Euangelista demõstrat dicens, Resplẽduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Vbi splendor faciei ostenditur, & candor describitur

Deitate, & felicitate animæ in corpus Christi deriuata est. Factũ est enim ex diuina dispensatione, quòd gloria animæ nõ redũdaret in corpus à principio vt mysteriũ incarnationis expleri posset, sed in trãsfiguratiõe permissa est ad tẽpꝰ sic diffundere gloriã suã in corpus, quomodo diffundet in resurrectionis sanctorũ corporibꝰ, sed tũc erit claritas hæc naturalis & permodũ habitꝰ, nũc vero in Chro fuit veluti trãsitoria passio. Est simile de visione Pauli in raptu, & de visiõe quã habẽt beati in patria. ¶ Hãc sententiã D. Thomas docuerat D. Hieron. dicẽs: qualis venturꝰ est Chrus tẽpore iudicãdi, talis Apostolis apparuit. & rursum: transformatus est Dns in eã gloriã, in qua postea vẽturꝰ est in regno suo. ¶ Sed ex hac diffinitiõe nõ nulla oriũtur dubia. Primũ est, quomodo claritas animæ cũ sit spiritualis possit pducere corporis claritatem & splendorẽ. Ad hoc dicit Palude in prænotata distin. q. sicut perfectio corporis naturalis deriuatur ex perfectiõe animæ

D.Hieron. *Mar. 9. parum à prin. to. 2.

*Super illud Matth. 17. trãsfiguratus est ante eos, to. 9

Dubium.

Palude.

animę naturali, sic perfectio supernaturalis ex supernaturali, & sic claritas corporis in vita beata diffunditur ex claritate animæ, nō quidē in genere causæ efficiētis, sed veluti à causa exēplari. Victoria aiebat, quòd illa claritas gloriæ à solo Deo immediatè producitur, sed dicitur diffundi à claritate animæ per modū cuiusdam sequelæ, nam hęc est recta argumentatio secundū legem: anima est glorificata, ergo corpꝰ est lucidū, & splendidū. Et hinc facile intelligit, quod dicit D. Tho. esse miraculū, quod corpus hominis beati non habeat claritatem & splēdorem, sicut fuit Christi, nam hæc claritas debetur corpori hominis beati secundum legē. Ego verò dico, quòd visio beata producit efficienter claritatem corporis hominis beati, nō enim est incommodum quòd spiritus agat in corpus, angelus enim agit in corpus, & anima rationalis spiritualis, cum sit forma corporis humani pulchritudinem corpoream ei tribuit. Dicatur vestium, non substantia tollitur, sed gloria commutatur. ¶ Ad secūdum dicendum, quòd figura circa extremitatem corporis consideratur: est enim figura quæ termino vel terminis comprehenditur. Et ideo omnia illa quæ circa extremitatem corporis considerantur, ad figuram quodammodo pertinere videntur. Sicut autem color, ita & claritas corporis nō transparentis, in eius superficie attēditur. Et ideo assumptio claritatis, trāsfiguratio dicitur. ¶ Ad tertium dicēdum, quòd inter prædictas quatuor dotes sola claritas est qualitas ipsius personæ in seipsa: aliæ vero tres dotes non percipiuntur nisi in aliquo actu, vel motu seu passione. Ostendit igitur Christus in seipso aliqua illarum trium dotium indicia, puta agilitatis, cùm supra vndas maris ambulauit: subtilitatis, quando de clauso vtero Virginis exiuit: impassibilitatis, quando de manibus Iudæorum vel pręcipitare vel lapidare eum volentiū illæsus euasit. Nec tamē propter illa trāsfiguratus dicitur, sed propter solam claritatē quæ pertinet ad aspectū personæ ipsius.

Victoria.

Sententia autoris.

etiam quod visio beata habet hoc efficere in quantū est instrumētū diuinæ virtutis. ¶ Secūdum dubiū est, nā si hęc claritas corporis deriuatur ex gloria animæ, ergo non est miraculosa, sed naturalis, siquidem redundantia ista prius impedita per miraculū, habet suū cursum naturalem. Imo sequit̄ q̄ corpus Christi nō esse splēdidū & fulgidū antea, esset ingēs miraculum, quia per miraculū impediebatur ne gloria animæ redūdaret in corpus, etsi relinqueretur suæ naturę fulgeret vtiq; sicut sol. ¶ Propter hoc argumētū quidam cōcionator ausus est dicere, q̄ claritas christi in transfiguratione nō fuit miraculosa. Sed ignorāter, & imprudēter, & quòd hæc ignorantia sit crassa & supina patet, nam licet claritas gloriæ relata ad animam Chri non erat miraculosa sed naturalis, siquidē anima illa erat perfectè beata: cæterū relata ad corpus Chri erat miraculosa & minimè naturalis, nam corpus Chri tunc erat passibile & opacum, sicuti nostrum, quòd

Secundum dubium.

Argumentum. 243 3. dist. 16. q. 2. art. 2.

Claritas transfigurationis fuit miraculosa.

Articvlvs II.

Vtrùm claritas Christi in trāsfiguratione fuerit claritas glorioſa.

AD secundū sic proceditur. Videtur, quòd illa claritas non fuerit claritas glorioſa. Dicit enim quædam gloſſ. Bedæ super illud Matth. 17. Trāsfiguratus est coram eis. In corpore, inquit, mortali, ostendit non immortalitatem, sed claritatem similem futuræ immortalitati. Sed claritas gloriæ est claritas immortalitatis. Non ergo illa claritas, quam Christus discipulis ostendit, fuit claritas gloriæ. ¶ 2. Præterea, Super illud Lucæ. 9. Non gustabunt mortem donec videant regnum Dei, dicit gloſſ. Bedæ, id est glorificationem corporis in imaginaria repræsentatione futuræ beatitudinis. Sed imago alicuius rei, non est ipsa res. Ergo claritas illa non fuit claritas beatitudinis. ¶ 3. Præterea, Claritas gloriæ non est nisi in corpore humano. Sed claritas illa transfigurationis apparuit non solùm in corpore Christi: sed etiā in vestimentis eius & in nube lucida, quæ discipulos obumbrauit. Ergo videtur quod illa claritas non fuerit claritas glorię.

quòd verò corpus passibile & opacum resplẽdeat sicut sol, ingens miraculum est. Certè si gloria animę totaliter effunderetur in corpus, illa claritas non esset miraculosa, nam reddidisset corpus illud glorioſum, sicut modo post resurrectionem. Sed in transfiguratione Christi gloria animæ diffusa est ad corpꝰ per modum passionis trãseuntis, & ideo mansit corpus passibile & mortale sicuti nostrum. Itaque dicẽdum est, vtrumq; fuisse miraculũ & corpus Christi non fulgere ab instanti suę conceptionis, & sic fulgere in transfiguratiõe. Sed primum illud fuit antiquum & vniuersale factũ in incarnatione Dominica, quo effectũ est vt corpus maneret passibile pro nostra salute. Secundũ autẽ fuit miraculũ speciale, quo præstitum est vt corpꝰ mortale & opacũ clarescceret in monte Thabor. Verissimè ergo dicit D. Tho. quòd claritas Christi in trãsfiguratiõe fuit miraculosa. Qđ potest confirmari alio argumento, nam

* Super illud Matth. 17. transfiguratus est ante eos, tom. 9.

† ho. 57. in Matt. circa princ. to. 2.

* ẽpi. 56. ante med. tomo. 2.

D. Thom.

* q. 14. arti. 1. ad 1.

¶ Sed contra est, quod super illud Matth. 17. Trãsfiguratus est ante eos, dicit Hierony*. Qualis futurus est tempore iudicij, talis Apostolis apparuit. Et super illud Matt. 17. Donec videãt Filium hominis venientem in regno suo, dicit Chrysost†. Volens monstrare quid est illa gloria, in qua postea venturus est, eis in præsenti vita reuelauit, sicut possibile erat eos discere, vt neque in Domini morte iam doleant.

Respondeo dicẽdum, quòd claritas illa, quam Christus in transfiguratione assumpsit, fuit clari tas gloriæ quãtum ad essentiam, non tamen quãtum ad modum essendi. Claritas eñ corporis glorioſi deriuatur ab animæ claritate: sicut Augu*. dicit in Epistola ad Dioscorum. Et similiter claritas corporis Christi in transfiguratione deriuata est à diuinitate ipsius (vt Damascẽ. dicit) & à gloria animæ eius. Quòd enim à principio conceptionis Christi, gloria animæ nó redundaret ad corpus, ex quadam dispẽsatióne diuina factum est, vt in corpore passibili, nostræ redemptionis expleret mysteria: sicut suprà dictum est*. Non tamen per hoc alioqui Christus ex miraculo moreretur & pateretur, quod asserere alienum est à vera doctrina. Probatur sequela, nam gloria animæ dum redundat in corpus, non solum efficit corpus fulgidum, verum etiam immortale & subtile. ¶ Ad argumentũ respondetur, suspensam fuisse diuino miraculo virtutem beatitudinis animę Christi ne redundaret in corpus, vt corpus relictum suę naturę passibile maneret & opacum.

Ad argumẽtum.

¶ Est tertium dubium, quomodo poterant Apostoli videre, & habere oculos intentos in Christũ, cum illa claritas tanta esset & maior quã solis: & filij Israel non poterant intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus eius. ¶ Ad hoc respondet Durandus, quòd Christus moderatus est lumen illud, vel quod verius est, conforta uit visum Apostolorũ. Henricus Gandau. alia via exponit propositã difficultatem, dicens quod illa visio fuit imaginaria. Et deceptus fuit quibusdã verbis Bedæ, quæ explicat

Dubium.

Durandus.

* Incipit hæc epist. Quæris tu quidẽ circa med. illius.

Henricus.

adempta est Christo potestas deriuandi gloriam animæ ad corpus. Et hoc quidem fecit quantum ad gloriæ claritatem in transfiguratione. Aliter tamen quàm in corpore glorificato: nam ad corpus glorificatum redundat claritas ab anima, sicut qualitas quædam permanens, corpus afficiens: vnde fulgere corporaliter, non est miraculosum in corpore glorioso. Sed ad corpus Christi in trãsfiguratione deriuata est claritas à diuinitate & anima eius, non per modum qualitatis immanentis & afficientis ipsum corpus, sed magis per modũ passionis transeuntis: sicut cùm aër illuminatur à sole. Vnde ille fulgor tunc in corpore Christi apparens, miraculosus fuit: sicut & hoc ipsum quòd ambulauit super vndas maris. Vnde Dion*. dicit in Epistola 4. ad Caium, Super hominem operabatur Christus ea quæ sunt hominis: & hoc mõstrat Virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis, materialium & terrenorum pedũ sustinens granitatem. Vnde non est dicendum (sicut Hugo de sancto Vict. dicit) q̃ Christus assumpsit quatuor dotes claritatis in

explicat hic D. Tho. art. 2. ad 2. Hæc sententia nulla ratione defendi potest, alioquin sequeretur, quòd Christus non verè fuit transfiguratus sed imaginariò tantũ. ¶ Tertia quæstio, quomodo Moyses & Helias apparuerint, an in ꝓpria persona? & si in propria, an in corpore proprio vel alieno? Ad hanc quęstionẽ Glossa quędam super Lucam. c. 9. sic respondet: sciendum est, inquit, non corpora vel animas Moysi & Helię ibi apparuisse, sed in subiecta creatura corpora illa fuisse formata. Potest etiam credi angelico ministerio esse factũ, vt Angeli eorũ assumerent personas. Sed huic glossę stãdum nõ est, tũ quoniã Euangelistæ omnes dicunt Moysem & Heliam tunc astitisse domino, tum deindè quoniam secundũ istam rationẽ explicandi nõ viderẽtur esse testes veritatis, siquidem non verè apparuerũt, sed tantum imaginariò. Veritas ergo est, quod Helias apparuit in ꝓprio corpore, non ex cœlo Empyreo allato, sed ex alio loco eminenti in quẽ in curru igneo raptus est. Moyses verò apparuit in propria anima, sed in corpore assumpto, sicut solent angeli hominibus apparere in corporibus assumptis. Quod verò dicit Hieronymus super Matth. 17. Moysem resurrexisse à mortuis exponẽdũ est explicante D. Tho. in. 3. art. quòd verè apparuit eius anima in corpore assumpto. Quod autẽ scribit Augustin. 3. lib. de mirabilib⁹ scripturæ capitu. 10. Moysem resurrexisse in proprio corpore, autenticum non est. Nam ille liber falsò ascribitur D. Augu. Deinde, dicit illud dubitando, non asserendo.

Dubium.

Glossa.

2.2.q.175. arti.3.ad 2.

Vera solutio.

D. Hiero.

*li.32.c.5. in fine.

D. August.

transfiguratione: agilitatis, ambulando super mare: subtilitatis, egrediendo de clauso vtero Virginis: & impassibilitatis in cœna, quando dedit corpus suũ ad edẽdum, sine hoc quòd diuideretur: quia dos nominat quãdã qualitatẽ immanẽtẽ corpori glorioso. Sed miraculosè habuit ea quæ pertinẽt ad dotes. Et est simile quantũ ad animam de visione, qua Paulus vidit Deũ in raptu: vt in Secunda parte dictum est*.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd ex illo verbo non ostenditur, quòd claritas Christi non fuerit claritas gloriæ, sed ꝙ non fuerit claritas corporis glorioſi: quia corpus Christi nõdũ erat immortale. Sicut enim dispensatiuè factum est, vt in Christo gloria animæ nõ redundaret ad corpus, ita fieri potuit dispensatiuè, vt redundaret quantum ad dotem claritatis, & non quantum ad dotẽ impassibilitatis. ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ illa claritas dicitur imaginaria fuisse, non quin esset vera claritas gloriæ: sed quia erat quædam imago repræsentãs illam gloriæ perfectionem, secundum quam corpus erit glorioſum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut claritas quæ erat in corpore Christi, repræsentabat futuram claritatem corporis eius, ita claritas vestimentorum eius designabat futuram claritatem sanctorũ, quæ superabitur à claritate Christi, sicut candor niuis superatur à splendore solis. Vnde Gregor*. dicit 32. Moralium, quòd vestimenta Christi facta sunt splendentia, quia in supernæ claritatis culmine sancti omnes, ei luce iustitiæ fulgentes adhærebunt. vestium enim nomine iustos, quos sibi adiunget, significat: secundum illud Isa. 49. His omnibus velut ornamento vestieris. Nubes autem lucida significat Spiritus sancti gloriam vel virtutem paternam (vt Orige. dicit*) per quam sancti in futura gloria protegentur. Quamuis etiam cõuenienter significare ꝓsit claritatem mundi innouati, quę erit sanctorum tabernaculum. Vnde Petro disponente tabernacula facere, nubes lucida discipulos obumbrauit.

*Homil. 3. in Mat. inter mediũ & fin. to. 3.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm testes transfigurationis conuenienter fuerint inducti.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd non conuenienter inducti fuerint testes transfigurationis. Vnusquisque enim maximè potest perhibere testimonium de notis. Sed qualis esset futura gloria, tempore transfigurationis Christi nulli homini per experi- 244

experimentum erat adhuc notum, sed solis angelis. Ergo testes transfigurationis magis debuerunt esse angeli, quàm homines. ¶ 2. Præterea, Testes veritatis non decet aliqua fictio, sed veritas. Moyses autem & Helias non ibi verè affuerunt, sed imaginariè: dicit enim quædam gloss.* super illud Luc. nono, Erant autem Moyses & Helias, &c. Sciẽdum est, inquit, nõ corpora vel animas Moysi & Heliæ ibi apparuisse, sed in subiecta creatura illa corpora fuisse formata. Potest etiam credi angelico ministerio hoc factum esse, vt angeli eorum personas assumerẽt. Non ergo videtur, q̃ fuerint conueniẽtes testes. ¶ 3. Præterea, Act. 10. dicitur, quòd Christo omnes prophetæ testimonium perhibent. Ergo non soli Moyses & Helias debuerunt adesse tanquam testes, sed etiã omnes prophetæ. ¶ 4. Præterea, Gloria Christi omnibus Christi fidelibus repromittitur: quos per suam transfigurationem ad illius gloriæ desideriũ accendere voluit. Non ergo solos Petrum & Iacobum & Ioannem in testimonium suæ transfigurationis assumere debuit, sed omnes discipulos. ¶ In contrarium est Euangelicæ Scripturæ auctoritas.

Ex lib. 3. de mirabilib⁹ sacræ scripturę, c. 13. colligitur inter oper. Aug. to. 3.

Respondeo dicendum, quòd Christus transfigurari voluit, vt gloriã suam hominibus ostenderet, & ad eam desiderandam homines prouocaret: sicut suprà dictum est* art. 1. huius quæst. Ad gloriam autem æternæ beatitudinis adducuntur homines per Christum, non solùm qui post eum fuerũt, sed etiam qui eum pręcesserunt. Vnde eo ad passionem properante, tam turbæ, quæ sequebantur, quàm quæ præcedebant, ei clamabant Hosanna: vt dicitur Matt. 21. quasi salutem ab eo petentes. Et ideo conueniens fuit, vt de præcedẽtibus ipsum testes adessent, scilicet Moyses & Helias, & de sequentibus ipsum, scilicet Petrus, & Iacobus, & Ioãnes, vt in ore duorum* vel trium testium staret hoc verbum.

Alias, &

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus per suam transfiguratione manifestauit discipulis corporis gloriam, quæ ad solos homines pertinet. Et ideo conuenienter non Angeli, sed homines ad hoc pro testibus inducuntur. ¶ Ad secundum dicendum, quòd glos. illa dicitur esse sumpta ex libro, qui intitulatur de Mirabilibus sacræ Scripturæ, qui non est liber autenticus, sed falso ascribitur Augustino. & ideo illi glossæ non est stãdum. Dicit enim expressè Hieron*. super Matthæum. Considerandum est, quòd Scribis & Pharisæis de cælo signa poscentibus dare noluit; hic verò vt Apostolorum augeat fidem, dat signũ de cælo: Helia inde descendente, quò conscenderat, & Moyse ab inferis resurgente. Quod non est sic intelligendum, quasi anima Moysi suum corpus resumpserit: sed quòd anima eius apparuit per aliquod corpus assumptum, sicut Angeli apparẽt. Helias autem apparuit in proprio corpore, non quidẽ de cælo empyreo allato, sed de aliquo eminenti loco, quo fuerat in curru igneo raptus. ¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut Chrys*. dicit super Matth.) Moyses & Helias in medium adducuntur propter multas rationes. Prima est hæc: quia enim turbæ dicebant eum esse Heliam, vel Hieremiam, aut vnum ex Prophetis, capita Prophetarum secum ducit, vt saltem hinc appareat differentia seruorum & Domini. Secunda ratio est, quia Moyses legem dedit, Helias pro gloria domini æmulator fuit. Vnde per hoc quòd simul cum Christo apparent, excluditur calumnia Iudęorum accusantium Christum tanquam transgressorẽ legis, & blasphemum, Dei sibi gloriam vsurpantem. Tertia ratio est, vt ostẽdat se habere potestatem mortis & vitæ, & esse iudicem mortuorum & viuorum, per hoc quòd Moysem iam mortuum & Heliam adhuc viuentem, secum ducit. Quarta ratio est: quia sicut Lucas dicit, Loquebantur cum eo de excessu, quem completurus erat in Hierusalem, id est,

Super illud Matth. 17. Et apparuit illis Moses & Helias, tomo. 9.

hom. 57. in Matt. super illud, Apparuerũt Moses & Helias, to. 2.

id est,de passione & morte sua.Et ideo vt super hoc discipulorum animos cõ firmaret,inducit eos in medium, qui se morti exposuerunt pro Deo. Nã Moy ses cum periculo mortis se obtulit Pha raoni:Helias verò Regi Achab.Quinta ratio est: quia volebat vt discipuli sui æmularentur Moysi mansuetudinem, & zelum Heliæ.Sextam rationem addit Hilar*.vt ostenderet scilicet se per legem quam dedit Moyses,& per Pro phetas , inter quos fuit Helias præcipuus , esse prędicatum. ¶ Ad quartum dicendum , quòd alta mysteria non sunt omnibus exponenda immediatè: sed per maiores suo tempore ad alios debent deuenire. Et ideo,vt Chry sostom *. dicit , assumpsit tres tanquam potiores. Nam Petrus excellens fuit in dilectione,quam habuit ad Chri stum,& iterum in potestate sibi commissa. Ioan. verò in priuilegio amoris, quo à Christo diligebatur propter suam virginitatem: & iterum propter prærogatiuam euangelicæ doctrinæ: Iacobus autem propter prærogatiuam martyrij . Et tamen hos ipsos noluit hoc quod viderant,alijs annuntiare an te resurrectionem,ne(vt Hiero*.dicit) & incredibile esset pro rei magnitudine,& post tantam gloriam apud rudes animos,sequens crux scandalum faceret, vel etiam totaliter impediretur à populo:& vt cùm essent Spiritu sancto repleti,tunc gestorum spiritualium testes essent.

canone.17. in Mat. nõ remotè à princ.

Hom.57.in Mat.nõ procul à princ. to.2.

Super illud Mat.17. Nemini dixeritis visionem, to.9.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm conuenienter auditum fuerit testimonium paternæ vocis in transfiguratione.

245 In cat.au. Mat.17. li. 2.& Marc. 9.lib.1.

AD quartum sic proceditur.Videtur,quòd incõuenienter auditũ fuerit testimonium paternæ vocis dicẽtis.Hic est filius meus dilectus.Quia,vt dicitur Iob.33.semel loquitur Deus, & secundò idipsum nõ repetit.Sed in baptismo hoc ipsum paterna vox fuerat protestata.Non ergo fuit conueniens, quòd hoc iterum protestaretur in trãs figuratione. ¶ 2.Prętereà,In baptismo simul cum voce paterna affuit Spiritus sanctus in specie columbę , quod in transfiguratione factum non fuit. Nõ ergo conueniens videtur fuisse Patris protestatio.¶ 3.Prætereà,Christus docere incepit post baptismum,& tamen in baptismo vox Patris ad eũ audiendũ homines non induxerat , ergo nec in transfiguratione inducere debuit. ¶ 4.Prætereà, Non debent aliquibus dici ea,quæ ferre non possunt, secundum illud Ioan.16. Adhuc habeo vobis multa dicere,quæ non potestis portare modò.Sed discipuli vocem Patris ferre non poterant,dicitur enim Matthæi.17. quòd audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde,ergo non debuit vox paterna ad eos fieri. ¶ In contrarium est autoritas Euangelicæ Scripturæ.

¶ Respondeo dicendum , quòd adoptio filiorum Dei est per quandam conformitatem imaginis ad filium Dei naturalem . Quod quidem fit dupliciter . Primò quidem fit per gratiam vię , quæ est conformitas imperfecta. Secundò,per gloriam patriæ,quę erit conformitas perfecta secundum illud 1.Ioan.3. Nunc filij Dei sumus , & nondum apparuit quid erimus : scimus quoniam cùm apparuerit , similes ei erimus , quoniam videbimus eum sicuti est . Quia igitur gratiam per baptismum consequimur , in transfiguratione autem prę monstrata est claritas futuræ gloriæ, ideo tam in baptismo, quàm in transfiguratione conueniens fuit manifestari naturalem Christi filiationem testimonio Patris , quia solus est perfectè conscius illius perfectæ generationis simul cum Filio & Spiritu sancto.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illud verbum referendum est ad

æternam Dei locutionem, qua Deus pater, verbum vnicum protulit sibi coæternum. Et tamen potest dici, quòd licet idem corporali voce Deus protulerit, non tamen propter idem, sed ad ostendendum diuersum modum, quo homines participare possunt similitudinem filiationis æternæ. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut in baptismo, vbi declaratum fuit mysterium primæ regenerationis, ostensa est operatio totius Trinitatis per hoc quod fuit ibi filius incarnatus, apparuit Spiritus sanctus in specie columbæ, & Pater fuit ibi declaratus in voce: ita etiam in transfiguratione, quæ est sacramentum secundæ regenerationis, tota Trinitas apparuit, Pater in voce, Filius in homine, Spiritus sanctus in nube clara. Quia sicut in baptismo dat innocentiam, quæ per simplicitatem columbæ designatur, ita in resurrectione dabit electis suis claritatem gloriæ & refrigerium ab omni malo, quæ designantur in nube lucida. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus venerat gratiam actualiter dare: gloriam verò promittere verbo. Et ideo conuenienter in transfiguratione inducuntur homines, vt ipsum audiant, non autem in baptismo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd conueniens fuit discipulos voce paterna terreri & prosterni, vt ostenderetur quòd excellentia illius gloriæ, quæ tunc demonstrabatur, excedit omnem sensum & facultatem mortalium, secundum illud Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet. Et hoc est quod Hieronym*. dicit super Matthæum, quòd humana fragilitas conspectum maioris gloriæ ferre non sustinet. Ab hac autem fragilitate sanantur homines per Christum, eos in gloriam adducendo: quod significatur, per hoc quod dixit eis. Surgite, nolite timere.

Super illud Mat. 17. Audientes discipuli ceciderũt in facies, to. 9.

In Tertiam partem.

QVAESTIO XLVI.

De Passione Christi, in duodecim articulos diuisa.

De qua Doctores in 3. dist. 15. vsque ad dist. 20.

COnsequenter considerandum est de his, quæ pertinent ad exitum Christi de mundo. Et primò de passione eius: secundò de morte: tertiò de sepultura: quartò, de descensu ad inferos. ¶ Circa passionem occurrit triplex consideratio: prima de ipsa passione: secunda de causa efficiente passionis: tertia de fructu passionis.

¶ Circa primũ quæruntur duodecim. ¶ Primò, vtrùm necesse fuerit Christum pati pro liberatione hominum. ¶ Secundò, vtrùm fuerit alius modus possibilis liberationis humanæ. ¶ Tertiò, vtrùm ille modus fuerit conuenientior. ¶ Quartò, vtrùm fuerit conueniens quòd in cruce pateretur. ¶ Quintò, de generalitate passionis eius. ¶ Sextò, vtrùm dolor, quem in passione sustinuit, fuerit maximus. ¶ Septimò, vtrùm tota anima eius pateretur.

¶ Octauò, vtrùm passio eius impediuerit gaudium fruitionis. ¶ Nonò, de tempore passionis. ¶ Decimò, de loco. ¶ Vndecimò, vtrùm conueniens fuerit, ipsum cum latronibus crucifigi. ¶ Duodecimò, vtrùm passio ipsius Christi sit diuinitati attribuenda.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm fuerit necessarium Christum pati pro liberatione humani generis.

Summa

Summa textus artic. I. II. III.

AD hanc quęstionẽ articuli primi explicã dã D. Tho. cõstituit tres propositiones.

1. Cõclusio ¶ Prima, Christum pati non fuit necessarium absolutè, nam tam ex parte Dei quam ex parte Christi qui voluntariè passus est, possibile fuit aliter se habere. ¶ Secunda conclusio, Christum pati non fuit necessariũ necessitate coactionis. Probatur, quia Deus qui diffiniuit Christum pati non potest cogi, & ipse Christus qui passus est, voluntariè passus est, oblatus est enim quia voluit. ¶ Tertia cõclusio, Christum pati fuit necessariũ necessitate suppositionis. Et ex parte nostri vt habeamus vitam æternam secundum illud Ioannis. 3. Oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in eum nõ pereat, sed habeat vitã æternam. Secundò, ex parte ipsius Christi, qui per humilitatem passionis meruit gloriam exaltationis. Et ad hoc pertinet, quod dicitur Lucæ vltimo. Hæc oportuit Christũ pati & sic intrare in gloriam suam. Tertiò, ex parte Dei cuius diffinitionem circa passionem Christi prænunciatam in scripturis, & præfiguratam in obseruantia veteris testamenti oportebat impleri. Et hoc est, quod dicitur Luc. 22. Filius hominis secundum quod diffinitum est, vadit. Et Lucæ vltimo. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cũ adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi & Prophetis, & Psalmis de me. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati & resurgere a mortuis.

246 *2. dist. 20. arti. 1. q. 3. & ar. 4. q. 1. Et op. 2. q. 7.*

3. Cõclusio

Ioan. 3.

Luc. vlt.

Luc. 22. Luc. vlt.

Cõcl. vnic. CONcluſio articuli ſecundi eſt affirmatiua, quia non eſt impoſsibile apud Deũ omne verbum, ſed ſuppoſita præſcientia ac diffinitione Dei aliter liberari hominem, quã per paſsionem, erat impoſsibile.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd non fuerit neceſſarium Chriſtum pati pro humani generis liberatione. Humanum enim genus liberari non poterat niſi à Deo: ſecundum illud Iſa. 45. Nunquid non ego Dominus, & non eſt vltrà Deus abſque me? Deus iuſtus & ſaluans non eſt præter me. In Deum autem non cadit aliqua neceſsitas: quia hoc repugnaret omnipotentiæ ipſius. Ergo non fuit neceſſarium Chriſtum pati. ¶ 2. Præterea, Neceſſarium voluntario opponitur. Sed Chriſtus propria voluntate eſt paſſus: dicitur enim Iſaiæ. 53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, non ergo neceſſarium fuit eum pati. ¶ 3. Præterea, Sicut in Pſalm. 24. dicitur. Vniuerſæ vię Domini miſericordia & veritas. Sed non videtur neceſſarium, quòd pateretur ex parte miſericordiæ diuinæ: quæ ſicut gratis dona tribuit, ita videtur, quòd gratis debita relaxet abſque ſatisfactione, neque etiam ex parte diſcatis. Quintò, ſic ceſsit in maiorem hominis dignitatem, vt ſicut homo victus, & deceptus erat à diabolo, ita etiam homo eſſet qui illum vinceret, & mortem ſuperaret moriendo.

Cõcl. valę

EXPOSITIO ARTICVLORVM.

GRauis quæſtio, & ſcitu digniſsima quæ in his articulis proponitur, ea eſt. Vtrũ fuerit neceſſarium Chriſtum pati pro liberatione generis humani? A parte affirmatiua hæc ſunt argumenta. ¶ In primis, in ſanctis Euangelijs ſæpiſsimè repetitur, quòd oportuerit Chriſtum pati. Ioannis. 3. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et in alio loco, oportet filium hominis multa pati à principibus ſacerdotum & ſcribis & Phariſæis. Et rurſus, nonne hæc oportuit filium hominis pati & ita intrare in gloriam ſuam? Item, quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, &c. Si nulla neceſsitate paſſus eſt Chriſtus, quid eſt, quod in ſcriptis

An fuerit neceſſariũ Chriſtũ pati.

Prim. argu.

Ioan. 3.

Marc. 8.

Euangelicis repetitur toties illud, oportet Christum pati. Et Ioan.12. dicit Dominus, nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructũ affert. Vbi dicit Augustinæ iustitiæ, secundum quam homo æternam damnationem meruerat. Ergo videtur, non fuisse necessarium quòd Christus pro liberatione hominum pateretur.

Ioan.12.

¶ 4. Præterea, Angelica natura est excellentior, quàm humana, vt patet per Dion*. 4. cap. de di. no. Sed pro reparatione angelicæ naturæ, quæ peccauerat, Christus nõ est passus. Ergo videtur, quòd nec etiam fuerit necessarium eũ pati pro salute humani generis.

*c2. 4. non remotè à prin.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ioã.3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: sic oportet exaltari Filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitã æternã. Quod quidem de exaltatione in cruce intelligitur, ergo videtur, quòd Christum oportuerit pati.

Mat.26.

¶ Super Matth.26. Dominus dicit ad patrem: Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illũ, fiat voluntas tua; loquitur autem ibi de calice passionis, ergo passio Christi prẽteriri non poterat. Vnde Hilarius capit.35. in Matthæ. sic inquit: ideo calix transire non potest, nisi illũ Christus bibat, quia reparari nisi ex eius passione non possumus.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut Philosophus docet in quinto Meta*.) necessariũ multipliciter dicitur. Vno quidem modo, quod secundũ sui naturã impossibile est aliter se habere: & sic manifestũ est, qp nõ fuit necessarium Christũ iustitiam suam negaret, cum ipse sit iustitia, ergo videtur quod non potuerit homo à suis peccatis liberari, aliter quam per passionem Christi. ¶ In contrarium est quod dicit Paulus ad Hebræ.2. decebat autorem salutis per passionẽ mortis consummari, ergo si solũ decenserat, nõ erat omnino necessarium.

*li.5.tex.6. to.3.

Heb.2.

¶ Sed iam videamus argumenta, quibus probari videtur modũ istũ liberandi hominũ, per pretium sanguinis innocẽtis, non esse diuinæ sapiẽtiæ ac maiestati congruum. ¶ Nã vel Deus non potuit salua sua iustitia aliter liberare genus humanũ, quã per mortem innocentis Christi Domini nostri, vel potuit, si aliter non potuit, vbi est eius omnipotentia? Si vero potuit, & noluit, vbi est eius sapientia & iustitia? Qui pro impiorum liberatione, & satisfactione exegit supplicium, & mortem innocentis.

An cõgruũ fuerit Christum pati.

Primum argumentũ.

¶ Præterea, quomodo potuit diuinæ sapientiæ congruum esse Christum incarnari & pati, & pretium sui sanguinis soluere, vt liberet è suo carcere sui ipsius vinctum, quem solo nutu si voluit potuit liberare? præsertim cum diabolus neque habuerit dominium aut ius in hominem, neque vnquam potuerit hominem manumittere, Deus autem est omnium Dominus, omnia enim illius sunt, infernus, diabolus, carcer, regnum cælorum.

Secundum.

¶ Ad hæc, Deus præcepit vt peccantibus in nos plene dimittamus, neque aliquam vindictam aut satisfactionem exigamus, & certè conueniens videtur, vt quæ Deus facienda præcepit, etiam ipse faciat, consequens itaque est maximè decere Deum, vt omnia remittat peccata absque aliqua exactione pretij aut satisfactionis.

Tertium.

¶ Huic annectitur aliud argumentum. Iudæi crucifigendo Christum, plus peccauerunt quam Adam transgrediendo præceptum

Quartum.

Secundum.

Rom.1.

Tertium.

Heb.6.

Vltimum.

2.Tim.2.

tum Dei per vnius pomi gustum, si ergo peccatum Adæ tantum fuit vt expiari non potuerit nisi per morté Christi, sequitur quod peccatum maius maiori expiatione opus habuerit. Quâ ergo expiationem habebit hoc homicidiũ in Christum cõmissum, aut quomodo per mortem Christi potuit redimi aut reconciliari genus humanum si quidem homines ipso facto grauius peccauerunt, & multò ampliꝰ prouocauerunt illum ad iracundiam Iudæi crucifigẽtes illum, quam primus parens in cuius peccati remedium Christus venit? Explicatur hoc euidentius. Nam tam malum fuit occidere Christum, quam bonũ fuit illius vita, sed Christi vita Deo vnita fuit infiniti valoris & pretij, fuit ergo occisio Christi infinitę malitię. Quomodo igitur potest mors eius superare, & delere peccata illorum, qui illum occiderunt, simul & aliorum? ¶ Vltimò, occidere innocentem & tradere illum in mortem est intrinsecè malum, at Deus non potest facere ea quæ sunt intrinsecè mala, ob idque mentiri non potest, decipere, & mœchari non potest, ergo non potuit in mortem tradere innocentem, & insontem. Certè si Deus exigit pœnam, & supplicium hominis innocentis in pretium pro peccatis, videtur delectari in morte hominis innocentis, quod videtur ab omni Dei bonitate & æquitate esse alienum. Nam pœna comitari debet sceleris autorem, & mors solum peccati stipendium est, vt scribit Paulus Roman. 6. illi ergo duntaxat debetur qui patrauerit iniquitatem: igitur non solum indecorum, & indecens esse videtur, imò iniquum quod Deus tantas pœnas tãq; horrendũ supplicium mortis imposuerit illi qui nihil peccauit, nec meruerat quicquam vt pateretur. ¶ Sed pergamus ad demonstrandum, non solum non fuisse necessarium, sed nec possibile quidem, vt Christus pateretur. Nam fieri non potest, vt summum gaudium cum summa tristitia simul sit coniunctum, sed Christus ab instanti suæ conceptionis vsque ad finem vitæ beatus erat, & diuina visione summo cum gaudio fruebatur, ergo non potuit simul maximè tristari in passionis & mortis cruciatibus, propter quos dicebat: repleta est malis anima mea. Et iterum: Tristis est anima vsque ad mortem. ¶ Hoc ipsum confirmatur. Nam gratia Dei assistens quibusdam martyribus ita absorbuit sensum doloris, vt magis sub tormentis, quam alij possent inter splendidissimas epulas, quomodo ergo hoc non contigit in Christo, qui simul erat Deus & homo, & gaudio vitæ beatæ summo fruebatur? ¶ De quæstione proposita primùm referam sanctorum patrum sententias: deinde more scholastico per conclusiones eas distribuam. Diuus pater Augustinus libro de agone Christiano cap. 11. refert hæresim quorundam qui tradebant Deum pro re parando homine necessario mortem subiturum, neque alius Deo erat modus possibilis, ideoque alium non elegit. Contra quam hæresim disputat eleganter eo in loco Diuus Augustinus, quam etiam nos labefactabimus in sequentibus. Ipsemet Augustinus 13. de Trinit. cap. 10. & 11. sic dicit. Alius modus liberandi hominem possibilis Deo non defuit, sed saluandæ nostræ miseriæ conuenientior non fuit, quam iste, in quo nobis non solum contulit remedium, sed & humilitatis, & patientiæ, & dilectionis præbuit exemplum. Leo Papa in serm. 14. de passione Domini, de Dominic. in ram. palmarum sic scribit: Filius Dei ex omnipotentia, qua est æqualis patri

Prim. argu.

Confir.

August. de agone Christiano c. 11.

Leo serm. 14. de passione Dñi.

Vltimum.

Rom. 6.

An fuerit possibile Christum pati.

posset soloverbo hominem reparare, sed operibus Dei congruebat vt hostilis aduersitas de eo vinceretur de quo vicerat. Gregorius in 20. libro moralium capit. 26. idem docet. Cum Deus ex nihilo, ait, omnia fecit; posset etiam ex nihilo hominẽ reparare. Anselmus vero lib. cur Deus homo. necessariã dixit Domini mortẽ, nec tamen ob id putandus est diuersus à commemoratis patribus; siquidẽ necessariũ vocat non simpliciter, sed ex Dei ordinatione. Bernardus mihi, inquit, scire licet, q̃ ita fecerit Deꝰ (scilicet, redẽptionem generis humani) sed cur ita fecerit, & nõ aliter, mihi curiosè scrutari non licet. Igitur decisio quæstionis propositæ iuxta sanctorum, & scholasticorum doctorum placita in his propositionibus consistit. ¶ Prima propositio, potuisset Deus non liberare hominem de massa perditionis, & citra iniuriam, vel iustã ipsius querelam potuisset eum dimittere in damnatione perpetua. Natura enim humana tota per peccatum fuit corrupta, & tota per peccatum erat damnationi obnoxia, & id circo si tota in damnatione fuisset dimissa, nõ fuisset iniustitia. Vnde huius considerationi scriptura Sapien. 12. sic inquit. Quis tibi imputabit, si perierint omnes nationes terræ? Neque aliud intuebatur Apostolus ad Roman. 9. Deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat: & electos omnes vocat vasa gloriæ, vasa misericordiæ; reprobos autem vasa iræ, vasa diuinæ iustitiæ apta in interitum. Quemadmodum & ipse ad Roman. 9. inquit: Miserebor, cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Certè Deus dum ex massa humani generis quosdam ad saluationem assumit, gratia, & misericordia vtitur, quos secundum sua ipsorum merita iustè damnare potuisset. Meruit ergo homo peccando, vt & totum quod erat, & id totum ad quod factus erat perderet. Deus autem pro sua sapientia noluit totum hominem damnare, vt permaneret tam id quod ex iustitia puniretur, quam id cui misereretur, & innotesceret cũ, quoniã necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me. Qm̃ sic scriptũ est, & sic oportebat Christũ pati & resurgere à mortuis.

D. Gregor. 20. moral.

Anselm. li. cur Deus &c.

Bernard.

1. propos.

Sap. 12.

Rom. 9.

¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte Dei. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte hominis Christi. ¶ Ad tertium dicendum, quòd hominẽ liberari per passionem Christi, conuenies fuit & misericordię, qui per humilitatem passionis meruit gloriã exaltationis. Et ad hoc pertinet quod dicitur Lucæ vlt. Nõne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suã? Tertiò, ex parte Dei, cuius diffinitionem circa passionẽ Christi prẽnuntiatam in scripturis & præfiguratam in obseruantia veteris Testaméti, oportebat impleri. Et hoc est quod dicitur Luc. 22. Filius hominis, secundum quod definitum est, vadit. Et Luc. vlt. Hæc sunt verba quę locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobis

misericordię, maxima pars hominum damnatur, & magna angelorum: qui omnes nitebantur ex magno merito suo fini beato ad quem assequendum rationales omnes creaturæ sunt institutæ, & conditæ, imò seruaretur tunc ordo Dei puniens delicta omnium, si quidem omnes in Adam peccauimus ad Roman. 5. & sumus ex nobis rei coram Deo. Vnde si omnes orbasset sua gratia vnde damnaremur, iustus esset Dei ordo. Quia Deus est Dñs mortis & vitæ, & omnipotens nomen eius, neque vlli potest fieri debitor, & non est qui resistat eius voluntati, aut dicat, cur fecisti sic? ¶ Secunda conclusio, potuisset Deus vel sola miseratione, vel solo verbo, vel sola incarnatione, vna vel denique guttula sanguinis, sudoris, alijsue infinitis modis liberasse totum genus humanum absque diris illis tormentis passionis, & execrando illo supplicio mortis. Patet, quia ipse est Dominus vitæ & mortis, & non potest fieri debitor vlli alteri, & ita quemadmodum rex temporalis nulli reipublicæ subiectus maleficum detrusum in carcerem potest liberare vel per solam misericordiam & gratiam, vel per acceptam recompensationem, veluti si quis

Rom. 5.

2. Cõclusio

soluat pro liberatione illius pecuniam. Sic Deus permanente salua sua iustitia potuit vnum, aut alterum modum eligere; qui si genus humanum sola sua voluntate liberasset, iniuriam non feciſſet diabolo: qui non dominus, sed solum custos erat carceris, & nudus diuinæ iustitiæ exequutor: nō quod in exequutione sui operis velit Deo, quem summè odit obedire; sed inuidia commotus velit miserum hominem iusto Dei iudicio sub sua potestate derelictum, torquere & affligere.

*q.1. art.2.

3. Cōclusio ¶ Tertia conclusio, modus quo nos Deus liberare dignatus est per mediatorem Iesum cruci affixum bonus est, & diuinæ congruus dignitati, & quamuis alius liberandi modus Deo possibilis non defuit, sed sanandæ nostræ miseriæ conuenientior alius non fuit. Hanc sententiam docet Augustinus in locis citatis; docent vniuersi Patres & Theologi superius commemorati. Certè opus redemptionis per passionem filij Dei innocentis fuit ex omni parte pulchrum, omni item ex parte vtile, habens omni ex parte manifestum summæ charitatis symbolum, exemplarque omnium virtutum cum summa misericordia, & summa cum iustitia coniunctum. Pulchrum quidem Deo patri, talem tamque spontaneum habere filium. Pulchrum item æterno iudici, sic temperasse iustitiam misericordia, vt & peccata hominum sint pro meritis vindicata, & tamen non nisi morte vnius interposita, qui & ipse moriendo, vt alijs, ita & sibi vias vitæ adinuenit. Pulchrum insuper filio; quoniam obediendo patri vsque ad mortem, hæreditauit sibi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris. Pulchrum denique generi humano habere Pontificem assumptum de suis viscеribus, iuxta illud: Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quę sunt ad Deū, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Nec minus cō gruum, talē habere Pontificē, qui posset cōpati infirmitatibus nostris tē tatum per omnia pro similitudine absque peccato. Sic quoque vtile Deo Patri (sit tamen hoc dictum cum gratia eius, qui bonorum nostrorum nō eget) quoniam instaurata sunt omnia in Christo, & quæ in cælo, & quę in terra in ipso: quod est vtile rerum vniuersitati, cuius curam gerit Deus. Vtile etiam Christo passo; quia obediendo vsque ad mortem, constitutus est à Deo patre iudex viuorum, ac mortuorum, habens omne iudicium, omnemq; potestatem, tam in cælo, quam in terra positam in manu sua. Ad hæc, vtile nobis hominibus super terram, quoniam per mortē Christi translati sumus de morte ad vitam, transferendi vlterius de exilio in patriam, de miserijs huius mundi ad fœlicitatem gloriæ Dei. Rursus, vtile nobis quia per hoc dedit nobis exemplum obedientiæ, humilitatis, constantiæ, iustitiæ, & cæterarum virtutum in passione Christi ostensarum. Vnde dicitur 1. Petri 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Deinde, quia Christus per passionem suam non solum hominem à peccato liberauit, sed etiam gratiam iustificantem, & gloriam beatitudinis ei promeruit. Præterea, quia per hoc est inducta homini maior necessitas se immunem à peccato conseruandi, qui se sanguine Christi redemptum cogitat à peccato secundum illud primæ Corinth. 6. Empti enim estis pretio magno glorificate,

1. Pet. 2.

1. Cor. 6.

& iniustitię eius. Iustitiæ quidem: quia per passionem suam Christus satisfecit pro peccato humani generis: & ita homo per iustitiam Christi liberatus est. Misericordiæ verò, quia cū homo per se satisfacere nō posset pro peccato totius humanę naturæ (vt suprà habitū est*) Deus ei satisfactorē dedit filiū suū, secundū illud Ro. 3. Iustificati gratis per gratiā ipsius, per redemptionē, quæ est in Christo Iesu, quē proposuit Deus propitiatorem per fidē in sanguine ipsius. Et hoc fuit abundantioris misericordiæ, quàm si peccata absq; satisfactione dimisisset. Vnde dicitur Ephes. 2. Deus, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis, cō uiuificauit nos in Christo. ¶ Ad quartū dicendū, quòd peccatū angeli non fuit remediabile sicut peccatum hominis, vt ex supradictis in prima parte patet*.

*P. p. q. 64. art. 2.

Articvlvs II.

Vtrùm fuerit possibilis alius modus liberatiōis humanæ, quā per passionem Christi.

& portate Deum in corpore vestro. Tum, quia hoc ad maiorem dignitatem hominis cesſit, vt ſicut homo victus fuerat & deceptus à diabolo, ita etiam homo eſſet qui diabolum vinceret: & ſicut homo mortem meruit, ita homo moriẽdo mortem ſuperaret. Vnde dicitur 1. ad Corinth. 15. Deo gratias qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum. Et ideo conueniẽtius fuit, quod per paſsionẽ Chriſti liberaremur, quam per ſolam Dei voluntatem. Vtile Angelis in cælo, quoniã inſtaurãt nũc paſsim ruina lapſorum ſpirituum animabus iuſtis. Vtile denique exiſtentibus ſub terra, quoniam ero, inquit, mors tua ô mors, ero morſus tuus inferne. Quod autem paſſio Chriſti habeat omni ex parte ſymbolum ſummæ, ardentiſsimæque charitatis, patet: quia maior charitas eſſe nequit, quam vt quis det vnigenitum ſuum pro inimicis ſuis, iniuſtis, & rebellibus. Hoc autem fecit Deus Pater tradendo filium pro nobis peccatoribus, cum adhuc inimici eſſemus, vt habes ad Roman. 5. Iterum, quia maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis, quod fecit Chriſtus patiendo, vt habes Ioannis. 15. Tertiò, quia nequit purior eſſe affectus dilectionis in filio erga patrem, quam vt obediat vſque ad mortem, & propoſito ſibi gaudio malit ſuſtinere crucem, quam non per omnia placere Patri. Teſtatur autem Apoſtolus de Chriſto Philippen. 2. quod factus eſt obediens patri, vſque ãd mortem, mortem autem crucis. Vtinam & nos eſſemus in charitate radicati, & fundati, quod flexis genibus orat Paulus, vt poſsimus comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo & longitudo, & ſublimitas, & profundum, conſiliorum, ſcilicet, Dei in opere redemptionis generis humani,

247
*3. diſt. 20. arti. 4. q. 1. E opuſc. 1. cap. 17.
2. Cor. 15.
*trac. 51. in Ioan. circa med. to. 9.
Rom. 5.
Ioan. 15.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd non fuerit poſsibilis alius modus liberationis humanæ, quàm per paſsionem Chriſti. Dicit enim Dominus Ioan. 12. Niſi granũ frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolũ manet: ſi autẽ mortuũ fuerit multum fructum affert, vbi dicit Aug*. quòd ſeipſum granum dicebat. Niſi ergo mortem paſſus eſſet, aliter fructum noſtræ liberationis non feciſſet.

¶ 2. Præterea, Matt. 26. Dñs dicit ad Patrem, Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat voluntas tua. Loquitur autẽ ibi de calice paſsionis, ergo paſsio Chriſti præterire nõ poterat. Vnde & Hila*. dicit: ideo calix tranſire nõ poteſt niſi illũ bibat, quia reparari niſi ex eius paſsione non poſſumus.

¶ 3. Præterea, Iuſtitia Dei exigebat, vt homo à peccato liberaretur, Chriſto per paſsionẽ ſatisfaciẽte. Sed Chriſtus ſuã iuſtitiã nõ poteſt præterire: dicitur enim 2. ad Timo. 2. Si nõ credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt.

¶ Contra eſt quod dicit Auguſtinus in libro de Trinitate, quod poſsibile fuit Deo alio modo humanum genus liberare, quàm per paſsionem Filii ſui.

RESPONDEO dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt, cum de incarnatione ageretur, conueniens fuit humanæ ſalutis reparatio, vt non ſolum per Deum fieret, ſed etiam per hominem. Et quamuis nunc patefacta ſit charitas Chriſti tum operis exhibitione, tum ſcripturarum teſtimonijs, tamen non tam mentis acumine intelligitur, quàm amoris affectu comprehenditur. Hinc Apoſtolus: in charitate, inquit, radicati & fundati, vt poſsitis comprehendere. Vis enim amoris erga nos & põdus eius non tam diſcuntur, quam ſentiuntur, & quò magis redamaueris, eò comprehendis plenius, ſimilitudine amoris, quo ipſe in corde tuo igneſcis. ¶ Quarta concluſio, qualiter cunque alio modo feciſſet Deus reparationem, & redemptionem generis humani ſtolidi homines contendere cum Deo præſumerent, atque inuenirent quod dicerent, & ſecundum ſuarum mentium ſtultitiam quærerent cur Deus ſic, & non aliter voluiſſet facere. Hanc concluſionem docet Diuus Auguſtinus libro de agone Chriſtiano capit. 11. & planè conſtat. ¶ Quinta concluſio, paſsio Chriſti multis modis dicitur fuiſſe neceſſaria ad reparationem generis humani. Pro cuius declaratione obſeruandum eſt ex Ariſtot. 5. Metaphyſi. tex. 6. neceſſarium multipliciter dici. Vno quidem modo ſimpliciter & abſolutè quod impoſsibile eſt aliter ſe habere, & in hoc ſenſu ſupra eſt demonſtratum non fuiſſe neceſſarium Chriſtum pati ad reparationem generis humani; alio modo dicitur neceſſarium ex ſuppoſitione finis, quando ſcilicet finis aliquis aut nullo modo poteſt eſſe, aut non poteſt eſſe conuenienter niſi per tale medium illum finem conſequamur, ſicut

*caron. 31. in Mat. non multum remotè à fine.
4. Cõcluſio
Auguſt. de agone Chriſtiano c. 11.
5. Cõcluſio
Ariſt.

cut necesse est comedere viuenti, licet non sit simpliciter necessarium, in quo etiam sensu dicimus necessarium esse equum ad iter. Alia etiam est necessitas immutabilitatis, quo in sensu necessum est ea euenire, quæ Deus ordinauit fien

da, præordinatio enim diuina immutabilis est, & ineuitabilis. Dico igitur quod necessitas passionis Christi, quam sæpè numero commemorat scriptura oritur primo ex decreto diuinæ prę-ordinatiõis immutabili, ꝙ antè sęcula factũ erat in Deo, & in diebus antiquis est manifestatum per ora Prophetarũ. Hinc post passionem ait ad Apostolos.

Ali.13.c.10 circa princ. 10.3.

Luc.24. Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportuit Christum pati, & resurgere tertia die. Itaque ob eam causam fieri oportebat, quoniam scriptum decretum diuinitatis debebat impleri. Secundò, nascitur dicta necessitas ex mandato, quod Christus homo, hoc est, secundum quod homo acceperat à Deo patre, siue à diuinitate, de quo mandato

Ioan.14. dicitur Ioan.14. Et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: surgite, eamus hinc, scilicet, ad locum vbi tradar in manus iniquorum. Tertiò, nascitur ex fine intento, qui est redemptio generis humani talis, in qua scilicet reluceant simul misericordia Dei & iustitia eius, qui finis obtineri non potuit sine sanguinis effusione, vti multis rationibus probat

Hebr.9. Apostolus potissimè c.9. ad Hebr. Omnia tamen hæc, videlicet, decretum diuinitatis, mãdatum Dei patris, determinatio medij, quo fieret redemptio generis humani, omnia, dico, hæc præsupponunt liberam voluntatem re seipsum nõ potest. Se ipsum autẽ negaret, si iustitiã suã negaret, cũ ipse sit iustitia, ergo videtur, quòd nõ fuerit possibile alio modo hominẽ liberari, quã per passionem Christi. ¶ 4. Præterea, Fidei nõ potest subesse falsum. Sed antiqui Patres crediderũt Christũ passurũ, ergo videtur, quòd non potuerit esse, quin Christꝰ pateretur. ¶ Sed cõtra est quòd Augᵒ. dicit 13. de Trin. Istũ modũ quo nos per mediatorẽ Dei & hominũ, hominẽ Christũ Iesum, Deus liberare dignatur, asseri-

mus bonum & diuinæ congruum dignitati: verum etiam ostendamus, non alium modum possibilem Deo defuisse, cuius potestati cũcta æqualiter subiacent.

¶ Rẽspondeo dicendum, quòd aliquid potest dici possibile vel impossibile dupliciter. Vno modo simpliciter & absolutè, alio modo ex suppositione. Simpliciter igitur & absolutè loquẽdo, possibile fuit Deo alio modo hominẽ liberare, quã per passionẽ Christi: quia nõ est impossibile apud Deũ oẽ

filij, sua sponte ex commiseratione hominũ, acceptantis. Itaque vti indecens est & indecorum atque iniquum rapere inuitum ad supplicia, quæ non ipse, sed alij commeruerunt: ita decentissimum est, & pulcherrimum accepta re hostiam sua sponte sese offerentem pro liberatione patriæ, parentũ, & cognatorũ. Nam & hoc olim apud Romanos statua ad monumentum immortalitatis dignum putabatur, nõ obstante quod occumbẽs pro patria prorsus interiret citra spem futuræ resurrectiõis. Hîc verò certum erat, & Deo patri, & ipsi filio illud Prophetæ:

Quoniam nõ derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, replebis me iucunditate cum facie tua. Itaque filius Dei patris hoc genere mortis non erat interiturus, sed post modici temporis passionem, æternùm victurus in gloria patris, cum eisdem quos moriendo Deo lucrifaceret. Item alia de causa dicunt diuini Theologi necessarium fuisse Christum pati pro redemptione generis humani, quia nulla creatura potuit sicuti Christus ad plenum, & ex toto rigore iustitiæ satisfacere pro delictis generis humani, prout demonstrat D. Tho. in 3.p. in principio. Sed iam tempus est, vt argumentis in principio positis satisfaciamus, & in primis ad illa respondendum est, quæ probant necessarium fuisse omnino Christum pati pro redemptione generis humani. ¶ Ad primum ex sanctis scripturis iam patet ex vltima conclusione quibus ex causis oportuerit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, necessitatem ex promissione aut iureiurando nõ esse necessitatẽ simpliciter, sed ex suppositione, suppositio ꝙ Deus promiserit, & iurauerit, &

Psal.15.

D. Thom. 3.p.in prin.

Ad primũ

Ad secũdũ.

ideo in sensu compositio, hæc pugnãtia sunt: Deus pollicitus est, & non impleuit, siue implebit. Verũ hæc inter se non pugnant: Deus pollicitus est, & potuit aliter efficere. ¶ Ad tertium argumentum respõdetur, quod ea quæ fidei sunt, sępe numero sunt contingẽtia, & quæ aliter fieri possunt, sũt tamẽ necessaria ex hypothesi suppositio, ꝙ illa Deus reuelauerit. ¶ Ad quartũ respondetur, quod hæc etiã iustitia dependet ex voluntate diuina ab humano genere satisfactionẽ exigente ꝓ peccato, nã si voluisset absq; omni satisfactione hominẽ à peccato liberare cõtra iustitiã nõ fecisset; nam Deus est Dominus omniũ supremam habẽs potestatẽ, & ideo si dimittat peccatum, quod habet rationem culpæ ex eo ꝙ cõtra ipsũ cõmittitur nulli facit iniuriã, sicut quicũq; homo qui remittit offensã in se cõmissam absq; satisfactione, misericorditer, & nõ iniustè agit, & ideo Dauid misericordiã petẽs dicebat; tibi soli peccaui. Quasi dicat potes sine iniustitia mihi dimittere. ¶ Sed deinceps satisfaciamus ad alia argu. quę videbãtur ꝓbare modũ istũ liberãdi hominẽ per crucẽ, & mortẽ Chri nõ esse congruũ diuinæ sapiẽtiæ, ac maiestati. Ad 1. argu. dicimus cõsequẽtiã esse inualidã, nã quãuis alius modus liberãdi genus humanũ Deo fuerat possibilis; nõ tñ inde cõsequẽs est, ꝙ iste fuerit aut irrationabilis aut superfluꝰ, vnde iste modus liberãdi cõgruebat diuinæ sapiẽtiæ ꝓpter causas superiꝰ cõmemoratas. ¶ Ad 2. arg. respõdetur, quod Dei potẽtia & sapiẽtia claruit in mirabili fabrica mũdi, & in humani generis creatione dũ solo verbo creauerit omnia, faciẽs hominẽ ad similitudinẽ suã, sed nõdũ declarata erat ipsius iustitia & misericordia, & benignitas, quãtoti manifestauit mundo in humani generis redẽptione, quẽadmodũ ait Apostolus ad Tit. 3. Appa ruit benignitas & humanitas Saluatoris nri, &c. Certè si Deus solo verbo redimeret hominẽ nulla iniuria diabolo fieret, voluit tñ in hoc tã magnifico redẽptionis stræ opere nõ solũ nobis suã declarare potẽtiã, sed suã sapiẽtiã, iustitiã, & misericordiã. ¶ Ad 3. argu. respõ. inter homines verũ esse, quod sit maioris clemẽtiæ cõdonare iniuriã nulla satisfactiõe exacta quã efflagitando satisfactionẽ, aliquam vtilitatem inde adipisci, & auferre aliquid ab eo qui satisfacit, sed Deus in Christo donat nobis vnde satisfaciamus diuinæ iustitiæ iuxta illud Esa. 53. propter scelus populi mei percussi eum. Et in persona Christi dictum est: quæ non rapui tunc exoluebã. Et D. Greg. in benedictione cerei: ô mira dignatio charitatis, vt seruum redimeres filium tradidisti. Vel dicendum, versari discrimen inter priuatam personam, & iudicem cuius munus est promouere bonum commune. Nam priuatam personam decet remittere offensam sine satisfactione. Sed iudex sic debet misericordiam ostendere, vt iustitiæ nisi bibã illũ, scilicet propter hoc, ꝙ tu ita dispoſuisti, vnde subdit. Fiat volũtas tua. ¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd hæc etiã iustitia dependet ex volũtate diuina, ab humano genere satisfactionẽ exigẽte pro peccato, nam si voluisset absque omni satisfactione hominem à peccato liberare, cõtra iustitiam non fecisset. Ciuilis enim Iudex non potest salua iustitia culpã sine pœna dimittere, qui habet punire culpam in aliũ cõmissam: puta, vel in aliũ hominẽ, vel in totã rempublicã, siue in superiorem principẽ. Sed Deus non habet aliquẽ superiorem, sed ipse est supremum & commune bonum totius vniuersi. Et ideo si dimittat peccatum, quod habet rationẽ culpæ ex eo quòd contra ipsum committitur, nulli facit iniuriã:

Ad tertium

Ad quartũ.

*P. p. q. 14. ar. 13.

Ad pri. arg. in secunda parte addu ctum.

Ad secũ. ar.

Tit. 3.

Ad ter. arg.

2. Solutio.

tiæ non obliuiscatur, ne detur occasio impunè peccandi. Deus autem noster, & est pater misericordiarum, & est iudex rectissimus. Quapropter sic remisit offensam hominibus gratis, atque si esset persona priuata; sic exegit satisfactionem in Christo atque si esset seueriss̃im⁹ iudex. Illud etiã animaduersione dignum est, quòd opus in quo Deus ostendit simul & summã misericordiã, & summam iustitiam, est incarnationis mysterium. Nam in hoc ostẽditur summa misericordia in summo gradu, atque etiã summa iustitia demõstrat̃. Deus enim & est pater misericordiarũ, & est rectissim⁹ iudex, propter quod excogitauit artificium supremũ diuinæ sapiẽtiæ, vt summã misericordiã cũ summa iustitia cõciliaret; & inuenit difficillimi solutionẽ, vt inquit Damas. 3. lib. orthod. fidei. c. 1. Vnde D. Paulus considerans exuberantiam misericordiæ & iustitiæ exaggerat hoc mysterium ad Rom. 5. dicens. Non solum hoc, sed & gloriamur in Deo per Iesum Christũ, id est, gloriamur quod habemus Christũ, qui pro delicto generis humani de omni rigore iustitiæ satisfecit. Vt verò meli⁹ hæc solutio intelligat̃ nota ex D. Tho. 1. p. q. 21. ar. 4. q̃ in oĩbus operib⁹ Dei est misericordia & iustitia, quod ꝓbat ex illo Psa. 42. Oẽs viæ Dñi misericordię & veritas. Ex quo efficaciter cõcludit̃ illud op⁹ est se perfectissimũ & oĩbus numeris absolutũ in quo splẽdent simul summa mĩa, & summa iustitia. ¶ Ad quartũ dicet fortassis aliquis quod quãuis habita cõsideratione ad peccati speciẽ graui⁹ videatur homicidiũ Chr̃i ex intẽtione cõmissũ, q̃ inobediẽtia Adę, neq; odiẽtis, neq; blasphemãtis Deũ, neq; intẽdẽtis, aut se, aut alios occidere, pẽsata tñ cõditiõe ꝓponẽpeccãtis graui⁹ peccatum videbitur trãsgressio Adę. Vnde D. Aug. 14. de ciuit. Dei. ca. 15. magna fuit, inquit, Adę iniq̃tas in peccãdo, cui tãta erat nõ peccãdi facilitas. Sicut Abrahæ magna, inq̃t, obediẽtia p̃dicatur, q̃ a vt occideret filiũ vnicũ quẽ diligebat res difficillima est imperata, ita in paradiso tãtò maior inobedientia fuit, quãto id q̃ prẽceptũ erat nulliusdifficultatis fuit. Horũ igit̃ habita cõsideratiõe nõ oportet, q̃ popul⁹ Iudæorũ pl⁹ peccauerit occidendo Chr̃m q̃ Adã, qui trãsgressus est prẽceptũ interficiẽs simul etiã (licet prẽter suã opinionẽ) vniuersum genus humanũ, si q̃dẽ ꝓpter illius peccatũ morimur vniuersi. Sed dato populũ Iudęorũ plus peccasse crucifigẽdo, quã Adã trãsgrediẽdo, nõ idcirco cõsequẽs est peccatũ illud Iudęorũ nõ potuisse expiari morte Chr̃i nã in hoc maximè declarat̃ sapiẽtia, & benignitas Saluatoris, q̃ mala Iudęorũ volũtate v⁹ est ad ipsorũ & aliorũ hominũ salutẽ, siquidẽ adeò placuit Deo patri volũtas & amor Christi patiẽtis vt sufficeret ad expiandũ peccatũ Iudæi crucifigentis, quia longè maius fuit meritũ Christi patiẽtis, quã fuerit peccatũ populi Christum occidẽtis. Quod si dixeris nõ esse

*Aug. 14. de ciu. c. 15.*Ex lib. 2. tex. 18. to. 2

248 *3. dist. 18. artic. 6. q. 3. cor. Et dist. 20. art. 4. q. 2. Et quol. 1. ar. 2.

Damas. 3. lib. fid. or. c. 1.

D. Thom. 1. p. q. 21. ar. 4. Psal. 42.

ARTICVLVS III.

Vtrùm fuerit aliquis modus conuenientior ad liberationem humani generis, quã per passionem Christi.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd alius modus cõuenientior fuisset liberationis humanæ, quã per passionem Christi. Natura enim in sua operatione imitatur opus diuinũ, vt pote à Deo mota & regulata. Sed natura nõ facit per duo quod per vnũ potest facere. Cùm ergo Deus potuerit hominẽ liberare sola propria voluntate, non videtur cõueniẽs fuisse, quòd ad liberationẽ humani generis Christi passio adderetur. ¶ 2. Prętereà, Ea quę fiũt per naturã, cõueniẽtius fiũt, quã ea quæ fiũt per violentiam: quia violentia est quædam excisio seu casus ab eo, quod est secundum naturam: vt dicitur in libro 2. de cælo*. Sed passio Christi mortem violentam induxit, ergo conuenientius fuisset, vt Christus naturali morte moriendo, hominem liberaret, quã quòd pateretur.

esse congruum satisfactionis modũ, quo peccatum additur peccato. Respondeo quamuis Iudæi Christum occidendo addiderũt peccatũ peccato, Christus tamẽ voluntariè morien do non peccauit. Inordinatus esset satisfacien di modus, si is cuius est satisfacere adderet peccatum suprà peccatum satisfaciendo.

Ad quintũ. ¶ Ad quintũ argumentũ respondetur, non oportere tam malũ fuisse occidere Christũ quã bona fuit illius vita, nam Iudæi qui illũ occiderunt, illũ esse Deum ignorauerũt; si cognouissent, inquit Apostol⁹, nũquã Dñm glorię crucifixissent. Et idcirco illud peccatum infinitum non fuit. Sed etiã si sciuissent illũ esse Deũ, peccatũ illorũ non fuisset infinitum, nõ enim omne peccatũ contra Deum infinitum est simpliciter, vt in materia de peccatis euidẽtius ostẽsum est.

*li.13.c.10. paulò post princ.to.3.

Ad sextum. ¶ Ad sextũ negatur, occidere innocentẽ semper esse intrinsecè malũ, nã Deo iubẽte liceret etiã filiũ interficere innocentẽ, vt patet in facto Abrahæ parantis se ex iussu Dei ad inferendã mortem filio suo vnigenito. Et ratio huius est; nam Deus est Dominus vitæ, & mortis. Vnde sine iniustitia potest innocenti mortem inferre. Neque propterea concedendum est Deum delectari in passione Christi, & in morte hominis innocentis. Delectabatur quidem in passione Christi, quatenus fuit voluntariè tolerata pro iustitia, & salute humani generis, non quatenus fuit afflictiua & destructiua naturæ. Sicut Deus delectatur non in pœnis peccatorum damnatorum, sed in decore suæ iustitiæ merita eorum mala punientis. Christus qui immeritè occiditur, placet, inquit Ambrosius, Deo, non quia occiditur, sed quia vsque ad mortem iustitiam conseruauit. Iam si dixeris, quæ iustitia est damnare innocentẽ, vt absoluatur reus ac nocens, quæ ratio æquitatis vt moriatur innocens quò impius viuat? Certè non est, inquit Bernardus, iustitia sed misericordia, si iustitia esset, Christus non gratis, sed ex debito mortu⁹ esset, Christus autem si ex debito moreretur, mors eius non valeret pro altero, mortẽ nostram Christus abstulit, quia eam ipse quã nõ meruit pro nobis pertulit: quamuis iustitia non est, vt innocẽs moriatur, non tamen cõtra iustitiã est, si volẽs pro iustitia mortem patiatur.

¶ 3. Præterea, Conueniẽtissimũ videtur, quòd ille qui violẽter & iniustè detinet aliquid, per superioris potẽtiã spolietur, vnde Isa.52. dicitur: Gratis venũdati estis, & sine argẽto redimemini. Sed diabolus nullũ ius in homine habebat, quẽ per fraudẽ deceperat, & per quandã violẽtiã seruituti subiectũ detinebat. Ergo videtur cõuenientissimũ fuisse, q̃ Christus diabolũ per solã potentiam spoliaret absq; sua passione. ¶ Sed cõtra est, quod Aug*. dicit 13. de Trin. Sanãdæ nostræ miseriæ conuenientior modus alius non fuit, quàm per Christi passionem.

¶ Respõdeo dicendũ, q̃ tãtò aliquis modus cõueniẽtior est ad assequẽdũ finẽ, quãtò per ipsum plura concurrunt, quæ sunt expediẽtia fini. Per hoc aũt, quòd homo per Christi passionẽ est liberatus, multa cõcurrerũt ad salutẽ hominis pertinẽtia præter liberationẽ à peccato. Primò enim per hoc homo cognoscit, quantũ Deus hominẽ diligat, & per hoc prouocatur ad eũ diligendũ, in quo perfectio humanæ salutis consistit. Vnde Apost. dicit Rom.5. Cõmendat suã charitatem Deus in nobis, quoniam cũ inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Secũdò, quia per hoc dedit nobis exemplum obedientiæ, humilitatis, constantiæ, iustitiæ, & cæterarum virtutum in passione Christi ostensarum, quę sunt necessarię ad humanam salutem. Vnde dicitur primæ Petri 2. Christus passus est

Ad primũ in tertio ordine.

pro nobis relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius. Et Matth. 16. dicitur: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Secundò, quia per hoc homo liberatur à seruitute peccati, quæ est grauissima seruitus. Vnde Augustinus dicit 13. de Trin. Quantum valuit sanguis Christi ad redimendum genus humanum, quod per peccatum diabolo seruiebat? Tantum valuit, quantum ille dedit, quem nullum debitum tenebat, & quem tot, tantique debitores habebant. Tertiò, quia per hoc homo non solùm liberatur, sed etiam iustificatur, & meritum nobis acquisitum est per passionem Christi. Vnde Apost. dicit ad Rom. 5. Iustificati in sanguine ipsius saluabimur ab ira per ipsum. Quartò, quia per hoc homo adoptionem filiorum consequitur. Vnde Apost. dicit ad Galat. 4. Misit Deus filium suum factum ex mulier, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quintò, quia per hoc homo habet materiam gloriandi in Christo, secundum illud Apost. ad Rom. 5. Gloriamur in Deo per Dñm nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Sextò, quia per hoc homo habet cautelam contra peccatum, & contra diabolum. Vnde Augustinus dicit 13. de Trin. Quid tam congruum ad curandam humanam superbiam, quam vt homo Deo reconcilietur per hominis mediatoris humilitatem? Quid ad destruendam desperationem nostram magis, quam diuinæ erga nos charitatis commendatio? Quid ad extinguendam seruilem timiditatem, quam filiorum adoptio? Quid ad præbendam fiducię firmitatem, quam quòd nec mors Christi nobis remanere potuit, quam vita resurgens ostendit? Quid ad inuitandam ad bene viuendi voluntatem, quam quòd nobis ad hæc omnia Christus exemplum præbuit? Quæ omnia magnam vtilitatem ad salutem hominum habent.

¶ Reliquis hominibus ita & in Christo habuit duas partes; superiorẽ qua contẽplabatur diuina, ac superiora: inferiorẽ qua intendebat rebus agẽdis circa corpus, quæ sensui proxima est. Secundũ illã totum tẽpore vitæ suæ etiam sub tormẽtis, etiam in morte semper fruebatur cõtemplatione diuinitatis: secundum alteram vero sensui vicinam, timebat, dolebat, mœstus erat vsque ad mortem, eratq̃ dispensatione diuina sic affectum, sicq̃ temperatum in hac dualitate naturarum, voluntatum, ac partium animæ, vt summum diuinæ fruitionis gaudium non

non mitigaret in eo vllius cruciatus sensum, neque acerrimus corporis cruciatus minueret gaudium illud diuinæ fruitionis. Vnde quod vnus simul gaudeat, & doleat, fruatur, & patiatur, sic quod nec passio fruitionem, nec gaudium minuat dolorē, nequaquā mirū est, si ad diuersas naturas, diuersasq; vnius naturæ partes inspicias. Verum secundum vnā naturam eandemq; naturæ partem, id fieri non potest. *quæst. 48. Quemadmodū enim gaudere secundū spiritū ac rationem, & pati simul secūdum carnem & sensū, vti in multis cōtigit; Ita euidenter accidit in Apostolis; Ibāt gaudētes à cōspectu concilij, quoniam digni habiti sunt cōtumeliā pati pro nomine Iesu. Rursum, tristari, turbari, atq; horrere, secundum partē animæ inferiorē, propter cruciatū crucis: interim tamen secundum partē animę superiorem fide, spe, firmissimaque dilectione inhærere Deo in martyribus adeò palàm est demonstratum sexcentis & eò amplius exemplis, vt pleniori probatione non egeat. Porrò si nihil aduersi, nullumque tormentum separat hominem sanctum à fide, fiduciaque, & amore quibus firmissimè adhæret Deo, quid mirum si nihil tale impediuerit fruitionem, qua Christus Deo fruebatur secundum superiorem partem animæ, propter vnionem hypostaticam? Rursus, si fides, spes, amor quibus martyres inhærebant Deo, atque gaudium inde natum non auferebant ab eis sensum doloris: quid mirum si diuina fruitio, quæ erat in parte animæ Christi superiori, non abstulerit tristitiam, & dolorem, cruciatū, mortem, quæ erant in carne ipsius, ac parte animæ inferiori? Ex quibus benè perspectis facilè confutatur argumentum propositum, nam dicendum est nō esse impossibile, quòd fuerint simul in Christo gaudium fruitionis, & tristitia summa. Gaudium enim fruitionis non contrariatur directè dolori passionis, quia non sunt de eodem, nihil autem prohibet contraria eidem inesse non secundū idem, & sic gaudium fruitionis pertinet ad superiorem portionem per proprium actum, dolor autem passionis secundum suum subiectum. Neque est eadem ratio de cruciatibus martyrum. Nam Deus pientissimus solet nōnunquam martyrū cruciatus, & tormēta per diuinæ cōsolationis infusionē ita tēperare, vt ferè dolorē nō sentiāt. At vero Christū Dñm prorsus omnis solatij expertem reliquit, Deo enim sic dispēsāte nulla cōsolatio à superiori parte aīæ in inferiorē redūdauit, vt nra sal' tā

pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Tertiò, quia Christus per passionem suam nō solum hominem à peccato liberauit, sed etiam gratiam iustificantem & gloriam beatitudinis ei promeruit, vt infrà dicetur *. Quartò, quia per hoc est homini inducta maior necessitas, se immunem à peccato conseruandi, qui se sanguine Christi redemptum cogitat à peccato: secundum illud primæ Corinth. 6. Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro. Quintò, quia hoc ad maiorem dignitatem hominis cessit: vt sicut homo victus fuerat & deceptus à diabolo, ita etiam homo esset qui diabolum vinceret: & sicut homo mortem meruit, ita homo moriendo, mortem superaret: vnde dicitur primæ ad Corinth. 15. Deo gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Et ideo conuenientius fuit, quòd per passionem Christi liberaremur, quàm per solam Dei voluntatem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd natura etiam vt aliquid conuenientius faciat, plura ad vnum assumit, sicut duos oculos ad videndum. Et idem patet in alijs. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Chrysostom. dicit Christus non sui mortem, quam non habebat, cùm sit vita: sed hominum mortem venerat consumpturus. Vnde non propria morte corpus deposuit, sed ab hominibus illatam sustinuit. Sed etsi ægrotauisset corp' eius, & in cōspectu omnium solueretur, inconueniēs erat eū, qui sanaret aliorū lāguores,

to ple-

to plenius & perfectius repararetur, quanto absq; vllo cõsolationis adminiculo in vera resignatione,& derelictione peracta, & consummata est. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod non ita repugnat Deo vnum sicut aliud. Itaq; dico, quod Deo non repugnat vellemori,nec esse causa mortis in alijs,&in se, repugnat autẽ peccare. Et ratio discriminis duplex est. Prior est, quoniã mors est malum pœnę, & bonum simpliciter ordinabile in Deũ, sed peccatum non est à Deo,nec ordinabile ad Deũ,quin potiuseſt auersio à Deo,& contra Deum. Altera ratio est, quoniã ex eo quod Deus patiatur pœnam in natura assumpta,nõ sequitur quòd patiatur in natura diuinapœnã. At si Deus peccaret etiã per humanitatem ipse vellet peccare,& vel le peccare est peccare. Cæterum velle mori in natura assumpta,nõ est mori secundũ naturam quæ vult mori.

Ad secũdũ.

habere proprium corpus affectum languoribus.Sed & si absq; morte corpus alicubi seorsum deposuisset,ac deinde se offerret,non crederetur ei de resurrectione differenti.Quomodo enim pateret Christi in morte victoria,nisi corã omnibus eam patiẽs,per incorruptionem corporis probasset extinctã? ¶ Ad tertium dicendũ, quòd licet diabolus iniustè inuaserit hominẽ: tamen homo propter peccatum,iustè erat sub seruitute diaboli derelictus àDeo.Et ideo conueniẽs fuit,vt per iustitiam homo à seruitute diaboli liberaretur,Christo satisfaciente pro ipso per suã passionem.Fuit etiã hoc conueniens ad vincendã superbiã diaboli, qui est desertor iustitiæ, & amator potẽtiæ,vt Christus diabolum vinceret, & hominẽ liberaret, nõ per solam potentiã deitatis,sed etiam per iustitiam &humilitatem passionis,vt Aug*. dicit 13. de Trinitate.

*lib.13. ex c.13. & 19. simul to.3.

249 *3.dist. 20. art.4.q.2. ad 1. Et 4. contr.c.55. ad 17. & 18. Et 2. quol.q.1. ar.2.Et op. 3.c.235.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christus pati debuerit in cruce.

AD quartum sic proceditur. Videtur,quòd Christus non debuerit pati in cruce. Veritas enim debet respondere figuræ. Sed in figura Christi præcesserunt omnia sacrificia veteris Testamenti,in quibus animalia gladio necabãtur,& postmodũ igni cremabãtur.Ergo videtur,quòd Christus nõ debuerit pati in cruce, sed magis gladio veligne. ¶ 2.Præterea,Damasc.* dicit, quòd Christus non debuerit assumere detestabiles passiones. Sed mors crucis videtur fuisse maximè detestabilis &ignominiosa,vnde dicitur Sap.2. Morte turpissima condẽnemus eũ.Ergo videtur, quòd Christus non debuerit pati mortem crucis.¶ 3.Præterea,DeChristo dicitur,Benedictus qui venit in nomine Dñi,vt patet Matth.21. Sed mors crucis erat mors maledictionis, secundũ illud Deut.21.Maledictus est àDeo, qui pẽdet in ligno.Ergo videtur,quòd non fuerit conueniens Christũ crucifigi. ¶ Sed contra est,quod dicitur Phil. 2.Factus est obediens vsque ad mortẽ, mortem autem crucis.

*li.3.orth. fid.ca.20.

¶ Respondeo dicendum , quòd conuenientissimum fuit Christum pati mortem crucis . Primò quidem, propter exemplumvirtutis.Dicitenim Aug. * in lib. 83. quæst. sapientia Dei hominem ad exemplum , quo rectè viueremus , suscepit. Pertinet autem ad vitam rectam, ea,quæ non sunt metuenda,non metuere. Sunt autem homines,qui quamuis mortem ipsam nõ timeant, genus tamen mortis horrescunt. Vt ergo nullum genus mortis rectè viuenti homini metuendũ esset, illius hominis cruce ostendendum fuit: nihil eñ erat inter omnia genera mortis,illo genere execrabilius & formidabilius. Secũdò,quia hoc genus mortis maximè conueniens erat satisfactioni pro peccato primi parentis, quod fuit ex eo quòd contra mandatum Dei,pomum ligni vetiti sumpsit.Et ideo cõueniens fuit,quòd Christus ad satisfaciendum pro illo peccato seipsum patereturligno affigi, quasi restituens quod Adã sustulerat:secundũ illud Psal. 64.

li.83.quæs. q. 25. in princ.to.4.

Quæ

Quæ non rapui, tunc exoluebam. Vnde Augustin. dicit in quodam sermone de passione. Contempsit Adam præceptum, accipiens ex arbore pomum: sed quicquid Adam perdidit, Christus in cruce inuenit. Tertia ratio

In hom. de cruce & latrone, quæ incipit: Hodierna die, nõ remotè à prin. to. 3

est, quia (vt Chrysosto*. dicit in serm. de passione) in excelso ligno, & non sub tecto passus est, vt etiam ipsius aëris natura mundetur, sed & ipsa terra simile beneficium sentiebat decurrentis de latere sanguinis stillatione mundata. Et super illud Ioan. 3. Oportet exaltari filium hominis, dicit. Exaltari, audiens suspensionem, intelligas in altum, vt sanctificaret aërem, qui sanctificauerat terram, ambulando in ea. Quarta ratio est: quia per hoc quòd in alto moritur, ascensum nobis parat in cælum, vt Chrysosto. dicit. Et inde est, quòd ipse dicit Ioan. 12. Ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Quinta ratio est, quia hoc competit vniuersali saluationi totius mundi. Vnde Gregor. Nissen. dicit, quòd figura crucis à medio contactu in quatuor extrema partita, significat virtutem & prouidentiam eius, qui in ea pependit, vbique diffusam. Chrysosto. etiam dicit, quòd in cruce expãsis manibus moritur, vt altera manu veterẽ populũ, altera, eos qui ex Gentibus sunt, trahat. Sexta ratio est, quia per hoc genus mortis diuersæ virtutes designantur. Vnde

In epi. 120. c. 16. à medio, tom. 2.

Augustin*. dicit in lib. de gratia vet. & noui Testam. Non frustrà tale genus mortis elegit, vt latitudinis, & altitudinis, & longitudinis, & profunditatis, de quibus Apostolus loquitur, magister existeret. Nam latitudo quæ est in eo ligno quod transuersum desuper figitur, hoc ad bona opera pertinet: quia ibi extenditur manus. Lõgitudo in eo quod ab ipso ligno vsq; ad terrã conspicuum est: ibi enim quodãmodo statuit, id est, persistitur & perseueratur, quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte, quæ ab illa quæ transuersum figitur, sursum versus relinquitur, hoc est, ad caput crucifixi: quia benè sperãtium superna expectatio est. Iam verò illud ex ligno quod fixum occultatur, vnde totum illud exurgit, profunditatem significat gratuitę gratiæ. Et sicut Aug*. super Ioan. dicit. Lignum, in quo fixa erant membra patientis, etiam cathedra fuit magistri docentis. Septima ratio est. quia hoc genus mortis plurimis figuris respondet. Vt enim Augu. dicit in sermone de passione, de diluuio aquarum, humanum genus arca lignea liberauit. De AEgypto Dei populo recedente, Moyses mare virga diuisit, & Pharaonem prostrauit, & populum Dei redemit. Idem Moyses lignum in aquam misit, & amaram aquã in dulcedinem commutauit. Ex ligna virga de spirituali petra salutaris vnda profertur. Et vt Amalec vinceretur, circa virgam Moyses expansis manibus extenditur. & lex Dei, arcæ Testamenti creditur ligneæ, vt his omnibus ad lignum crucis, quasi per quosdã gradus veniatur.

Tract. 119. in Ioã. parũ à prin. to. 9.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd altare holocaustorum, in quo sacrificia animalium offerebantur erat factum de lignis, vt habetur Exod. 26. & quantum ad hoc veritas respondet figuræ. Non autem oportet, quòd quãtum ad omnia: quia iam nõ esset similitudo, sed veritas, vt Damas.* dicit in 3. lib. Specialiter tamen, vt Chryso. dicit, nõ caput ei amputatur, vt Ioanni, neq; fectus est, vt Isaias: vt corpus integrum & indiuisibile morti seruet, & non fiat occasio volentibus Ecclesiam diuidere. Loco autem materialis ignis, fuit in holocausto Christi, ignis charitatis.

li. 3. ortho. fid. c. 26. nõ lõgè à fine.

¶ Ad secundũ dicendũ, quòd Christus detestabiles passiones assumere renuit, quæ pertinebãt ad defectũ sciẽtiæ vel gratiæ aut etiã virtutis. Non autem illas, quæ pertinent ad iniuriã ab exteriori illatam: quinimò, vt dicitur Heb. 12. sustinuit crucẽ, confusione contẽpta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (ſicut Auguſt*. dicit 14. contra Fauſtum) peccatum maledictum eſt, & per conſequens mors & mortalitas ex peccato proueniens. Caro autem Chriſti mortalis fuit, ſimilitudinem habens carnis peccati: & propter hoc Moyſes eam nominat maledictum: ſicut & Apoſtolus nominat eam peccatum: dicens ſecundæ ad Corinth. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ſcilicet propter pœnam peccati. Nec ideo maior inuidia eſt: quia dixit, Maledictus eſt à Deo: niſi enim Deus peccatum odiſſet, non ad eam ſuſcipiendam atque tollendam filium ſuum mitteret. Confitere ergo maledictum ſuſcepiſſe pro nobis, quẽ confiteris mortuum eſſe pro nobis. Vnde ad Galat. 3. dicitur, Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

lib. 14. c. 3. & 4. tom. 6.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio. Phil. 2.

CONcluſio eſt affirmatiua, & patet ex illo ad Philip. 2. Factus eſt obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis, cuius myſterij variæ rationes, & in primis elegantes demonſtrantur hîc à D. Thoma. Prima, propter noſtrum exemplum: vt nullum mortis genus propter ſalutem timeremus, nullum enim erat execrabilius mortis genus. Secunda, quia ſic conueniebat ſatisfactioni peccati primi parentis, qui pomũ vetiti ligni ſumpſit, vnde in ligno affigi Chriſtus voluit, vt exolueret, quod nõ rapuerat. Tertia, ideo ſuſpẽſus eſt in alto, vt etiam ipſius aẽris natura mundetur: cum terra ſtillatione ſanguinis de latere currentis ſimile beneficium ſentiret. Quarta, quia in alto moriens aſcenſum parauit in cælum omnia trahens ad ſeipſum, vt dicitur Ioannis. 12. Quinta, extendit manus, vt vna traheret veterem populum, altera eos, qui ex gentibus ſunt. Figuraque illa crucis per quatuor cornua vniuerſalem mundi liberationem deſignabat. Sexta, per longitudinem, latitudinem, atque profunditatem, crucis diuerſæ virtutes ſignificabãtur. Septima, hoc mortis genus plurimis figuris reſpondebat. Nam de diluuio humanum genus arca lignea liberauit, Moyſes mare virga diuiſit, & Pharaonem proſtrauit, populumque redemit, lignumque in aqua miſſum amaritudinem ſuſtulit, & lex Dei arcæ ligneæ teſtamenti creditur.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN gratiam huius articuli ſcire oportet fuiſſe quoſdam hæreticos, qui negarunt Chriſtum crucifixum fuiſſe, ſed Simonem Cirenæum, qui angariatus portauit crucem. Huius hæreſis autor primus fuit Baſilides tempore Apoſtolorum, cuius meminit Euſebius libro quarto hiſtor. capit. 7. Poſt hunc Marcus, à quo Marcitæ hæretici appellati ſunt, eundem exſuſcitauit errorem. Contra quem non eſt neceſſe multa afferri à nobis, cum vniuerſa pagina noui teſtamenti planiſsimè teſtificetur Chriſtum pro nobis crucifixum. Certè omnes quatuor Euangeliſtæ enarrantes Chriſti paſſionem huius rei locupletiſsimum teſtimonium perhibent. Et Paulus hoc ſæpiſsimè in ſuis epiſtolis repetit. In priore enim epiſtola ad Corinthios ait; Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum. Et iterum: Nihil me ſcire iudicaui inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et vt omnia alia omittam, Petrus Apoſtolus eo die, quo Spiritum ſanctum recepit cum alijs, populo ait. Viri Iſraelitæ, audite verba hæc. Ieſum Nazarenum virum approbatum à Deo in verbis, virtutibus, & prodigijs, & ſignis quę fecit Deus per illum in medio veſtri ſicut ſcitis, hunc, definito conſilio, & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemiſtis. Et infrà. Certiſsimè ſciat ergo omnis domus Iſrael, quia & dominum eum, & Chriſtum fecit Deus hunc Ieſum quem vos crucifixiſtis. Hæc veritas refertur inter articulos fidei in ſymbolo Niceno, & in ſymbolo Apoſtolorũ, dũ cõfitemur Chriſtũ paſſum, crucifixũ & mortuũ. Quapropter neceſſum eſt, vt quiuis Chriſtianus diſtinctè, & explicatè credat Chriſtũ Dñm pro nobis cruci affixũ, & nõ ſufficit credere, quod ſit pro nobis mortuus. Nã cũ hæc veritas de cruce Chriſti cõtineatur inter articulos fidei præcipuos, neceſſum eſt illã diſtinctè credere. Maximè cũ dicat Paulus, nihil ſe ſcire niſi Chriſtum, & hunc crucifixum. Eccleſia quoq; celebrat feſta Sanctæ Crucis, vt populus omnis huius veritatis ignorantiam non poſsit prætexere. Quare Prophetæ ante Chriſti aduentũ, Apoſtoli poſt eius mortem, & reſurrectionẽ tãto perè laborarunt, vt hominibus perſuaderent hunc eſſe mundi redemptorem, eoſq; in crucifixi poteſtatem, atque obedientiam redigerent. Hinc etiam ortum habuit Eccleſiæ conſuetudo crucem Chriſti digitis efformandi, & frontem conſignandi, vt per hoc ſignum

Euſe. lib. 4. c. 7.

1. Cor.

lib. Act.

signum ad gratã memoriã sui mysterij, atque beneficij, quod nobis in cruce peractum, ac amplissimè donatum est, excitemur, nullaque obliuio ex memoria hominum delere queat. Obidque nullum sacramẽtũ in Ecclesia Christi sine figura crucis administratur. Vnde Tertullia. lib. de corona militis huius signationis consuetudinem tam vsitatam scribit, vt omnes Christianorum actiones, ac cogitationes præiret, ac quasi cõsecraret. ¶Sed cõtra hanc veritatem fidei potest obijci illud ex Deuter. 21. Maledictus à Deo omnis, qui pendet in ligno, sed Christus non est maledictus à Deo; quomodo enim est maledictus à Deo, qui venit benedictus in nomine Domini? ergo non pependit in ligno crucifixus. Propter hoc argumentum Faustus Manichæus, vt refert D. Augustl. lib. 14. contra eum, Moysem, & eius legem non recipiebat, eò quòd Christum filium Dei, qui nostræ salutis causa pependit in ligno, diro deuotionis conuicio lacessiuit, dicens illum fuisse maledictum à Deo. Contra quem acerrimè disputat Augustinus loco indicato. Sed & quidam Christiani putauerunt soluendam esse istam obiectionem, vt Iudam dicant à Moyse maledictum, qui laqueo se suspendit, non Christum crucifixum, non enim dixit, maledictus crucifixus in ligno, sed qui pendet in ligno. Sed istam explicationem rudium Christianorum euidẽter redarguit Paulus ad Galat. 3. cum inquit: Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum, quia scriptum est; Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Itaque illa scriptura ad Christum crucifixum refertur. D. Hierony. ob id existimat D. Paulum prætermittere in Epistola ad Galat. c. 3. nomen Dei, ne quis infamiam nobis inureret, qui in Christũ à Deo maledictũ credimus, vnde arbitratur doctissimus pater, quòd post passionem Christi & in Hebræis, & in nostris codicibus ab aliquo Dei nomen appositum in illo loco Deuteronomij à nobis adducto. Sed profecto Dei nomen habetur in Hebræo, & sic omnes transtulerunt interpretes, & nostra editio Vulgata sic habet, sicque legit D. Augustl. disputans contra Faustum Manichæum. Quamobrem alia est quærenda obiectioni solutio. Pro cuius intellectu obseruandum est, quòd illa sententia ex Deut. 21. Maledictus à Deo omnis, qui pendet in ligno, variè à varijs ex Hebræo transfertur. Septuaginta transtulerunt, maledictus à Deo, omnis qui pendet in ligno. Aquila vero, & Theodotio, maledictio Dei est, qui suspensus est. Symmachus, propter blasphemiã Dei est suspensus. Alius, iniuria Dei est suspensus. Sunt qui ad hunc modum legant. Contumelioſe Deus suspensus est. Cum Symmacho cõsentiũt apud Latinos Pagninus, Vatablus, Caietanus. Sed iam veniamus ad catholicam expositionem. Hieronymus dicit in Deuteronomio, non ideo maledictum apud Deũ quempiam pronunciari, quia crucifixus, sed quod in talem inciderit reatum, vt meruerit crucifigi. Si, inquit, Ananias, & Azarias, & Misael nolentes adorare idolum Nabuchodonor fuissent in ligno suspẽsi, nequaquam iuxta Moysem maledicti fuissent, sic nec Mardochæus si (nõ pro suo merito) in crucem, quã ei Aman parauerat, adactus fuisset. Videtur ergo Hieronymus negare locũ Deuteronomij ad Christum pertinere, qui innocens suspensus est: & si inspiciamus Deuteronomium, planè videbimus ad sceleratos pertinere. Sensus enim literæ hic est: Si quis admiserit peccatum, quod cruce plectendum est, is adeo execrabilis est Deo, vt nec cadauer illius ferat in lumine, vt eadem die velit sepeliri, & abscõdi, siue obrui terra. Tam execrata res est apud Deum homo pendens in ligno ob meritum suum, vt etiam cadauer terram polluat. Sed ex hoc oritur difficultas; nam si hic est sensus Deut. & solũ ad sceleratos pertinet, quomodo à Paulo Christo innocenti accommodatur? Dicẽdum est, Christum quodam sensu ad locum Deutero. pertinere, quemadmodum scelerati; hac tamẽ differentia, quòd alij propter sua scelera adigãtur in crucem, Christus vero non propter sua propriè, sua tamen aliquo tropo. Nam in Psal. 21. ipse Christus sic loquitur: Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum. Rursus in alio Psal. cuius initium est, expectans expectaui, vocat iniquitates suas. Nostra ergo delicta sunt quodam sensu Christi delicta, quia propter illa Deus pater voluit eum conterere, & eatenus Christus maledictus, & execrabilis dicitur Deo, quia Deus odit blasphemias, execrationes, peccata humani generis, quæ sunt imputatiuè in Christo, quia in se suscepit illa castiganda. Alio modo exponit propositã difficultatem D. Augustl. lib. 14. contra Faustum. c. 3. & 4. Videamus, inquit, quam intelligentiam habeat, quod execrabiles hæretici de maledictione pendẽtis in ligno à Moyse prolata vituperant. Sciendum est, quod sicut lingua, & manus aliquo modo ipsas corporis partes, ac membra significant, aliquo vero modo opera, quæ ex ipsis sequuntur, veluti hominũ sermo, lingua dicitur, quia per linguam fit, & hominis scriptura manus dicitur; eo quòd manufacta sit: ita peccatum, vel maledictũ (quod idem est) non tantum ipsum opus malum sed etiam ipsam mortẽ in scripturis sanctis signi-

ficat: quia mors ex peccato est, quod dicitur maledictum. Quo sensu Moyses Christũ appellauit maledictum: quia Christus sine reatu susceptit mortem, maledicti nostri suppliciũ. Quo etiam sensu Paulus Christum nuncupauit peccatũ, & maledictum, cum dixit; Eum, qui non nouit peccatum, fecit pro nobis peccatum: hoc est, peccati nostri supplicium. Et, factus pro nobis maledictum: hoc est, pro nobis mortuus. Idem est enim mortuus, quod maledictus; quia mors ipsa ex maledicto est, & maledictum est omne peccatũ. Potest etiã obijci contra prædictam sententiam fidei ex more Iudaici populi, in eo enim populo non erat consuetudo, vt rei, qui in ligno suspendebantur, manibus, & pedibus clauo transfixis cruci affigerentur, ita præcipiente lege, vt suspensi & non trãsfixi in cruce penderẽt. Vnde quidam hæretici irridẽt, quòd Ecclesia aptet ad Christi crucifixionem verba illa. Foderũt manus meas, & pedes meos, & diuiserunt vestimẽta mea. Nam præterquam, quòd Hebræi aliter legunt verba illa, dicentes: Sicut leo manus meas, & pedes meos obseruauerunt, euidens est ex ratione commemorata Christum non fuisse clauis cruci affixum. ¶ Ad hãc obiectionem respondendum est, quòd in exemplari Hebræo habetur expresse sententia, quã noster interpres reddit. Vnde translationem Chaldaicam, tanquam Hebraicæ veritati repugnantem abijcimus. Nec quicquam nos mouet, quòd lex non iusserit manus, & pedes damnatorum crũci infigi: quia cum illo tempore Iudæis potestas iudicandi esset per Romanos ablata, iam non exactè secundum Mosaycam legem noxij puniebantur, sed vt præses Romanus, qui prouinciæ Iudæorum præerat, sententiam tulisset, sic pœnæ infligebantur. Vnde & Ioseph rogauit Pilatum, vt illi donaret corpus Iesu, quod tamen secundum legem ante Solis occasum non erat deponendum. Crurifragium quoque, & transfixio pectoris ex lege non sunt. Atque eadem ratione & clauorum infixio.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm Christus omnes passiones sustinuerit.

250 Infr. q. 48. art. 2. *lib. 10. in 2. fo. à principio libri.

AD quintũ sic proceditur. Videtur, quòd Christus omnes passiones sustinuerit. Dicit enim Hilar*. 10. de Trinitate. Vnigenitus Dei ad peragendum mortis suæ sacramentum, cõsummasse se omne humanarum genus passionum testatur, cùm inclinato capite emisit spiritum. Videtur ergo, quòd omnes passiones humanas sustinuerit. ¶ 2. Præterea, Isa. 52. dicitur, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde, sicut obstupuerunt super eum multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Sed Christus est exaltatus secundum hoc quòd habuit omnem gratiam & omnem scientiam, pro quo super eum multi admirantes obstupuerunt. Ergo videtur, quòd inglorius fuerit, sustinendo omnem passionem humanam. ¶ 3. Præterea, Passio Christi ordinata est ad liberationem hominis à peccato, vt suprà dictum est*. Sed Christus venit liberare homines ab omni genere peccatorum, ergo debuit pati omne genus passionum. ¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan. 19. quòd milites primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo: ad Iesum autem cùm venissent, non fregerunt eius crura. Non ergo passus est omnem humanam passionem. Ar. 3. huius quæst.

Respondeo dicendum, quòd passiones humanæ possunt considerari dupliciter. Vno modo quantum ad speciem, & sic non oportuit Christum pati omnem passionem, quia multæ passionum species sibi inuicem contrariantur, sicut combustio in igne & submersio in aqua. Loquimur enim nunc de passionibus ab extrinseco illatis, quia passiones ab intrinseco causatas (sicut sunt ægritudines corporales) non decuit eum pati, vt suprà dictum est*. Sed secundum genus passus est omnem passionem humanã. Quod quidem potest considerari tripliciter. Vno modo ex parte hominum, à quibus passus est. Passus est enim aliquid & à Gentilibus & à Iudæis: & à masculis & à fœminis, vt patet de ancillis accusantibus Petrum. Passus est etiam & à principibus & à ministris eorum & popularibus, secundum illud Psal. 2. q. 14. art. 4.

Quare

Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnũ aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Passus est etiam à familiaribus & notis, sicut patet de Iuda eum prodente, & Petro ipsum negante. Alio modo patet idem ex parte eorum in quibus homo potest pati. Passus est enim Christus in suis amicis, eum deserentibus. In fama, per blasphemias contra eum prolatas. In honore & gloria, per irrisiones & contumelias ei illatas. In rebus, per hoc quòd etiam vestibus spoliatus est. In anima per tristitiam, tædium & timorem. In corpore per vulnera & flagella. Tertiò potest considerari quãtum ad corporis membra. Passus est enim Christus in capite, pungentium spinarum coronam, in manibus & pedibus fixionem clauorum, in facie alapas & sputa, & in toto corpore flagella. Fuit etiam passus secundum omnem sensum corporeum: secundum tactum quidem, flagellatus & clauis confixus: secundum gustum, felle & aceto potatus: secundum olfactum, in loco fœtido cadauerum mortuorum (qui dicitur Caluariæ) appensus patibulo: secundum auditum, lacessitus vocibus blasphemantium & irridentium: secundum visum, videns matrem & discipulum, quem diligebat, flentes.

Citat in argum. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum illud Hilar*. est intelligendum quantum ad omnia genera passionum, non autem quãtum ad omnes species. ¶ Ad secundum dicendum, quòd similitudo ibi attenditur, non quantum ad numerum passionum & gratiarum, sed quãtum ad magnitudinem vtriusque: quia sicut sublimatus est in donis gratiarum super alios, ita deiectus est infrà alios per ignominiam passionis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum sufficientiam vna minima passio Christi sufficisset ad redimendum genus humanũ ab omnibus peccatis: sed secundum conuenientiam, sufficiens fuit quòd pateretur omnia genera passionum, sicut iam dictum est*. In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. In hac quæstione explicanda tantum loquimur de passionibus ab extrinseco illatis, quia passiones ab intrinseco causatas, sicut sunt ægritudines corporales, non decuit eum pati, prout supra dictum est. Prima conclusio.

¶ Secunda conclusio. Non decuit Christum pati omnem humanam passionem secundum speciem, cum sic multæ inuicem sint contrariæ, vt combustio in igne, & submersio in aqua. 2. Conclus.

¶ Tertia conclusio. Passus est omnem humanam passionem secũdum genus, idque tripliciter. Vno modo, ex parte hominum passus est à Gentilibus, & Iudæis, masculis, & fœminis, à principibus, & popularibus, à familiaribus negantibus, & Iuda prodente. Alio modo passus est in suis amicis deserentibus, in fama per blasphemias contra eum prolatas, in honore per contumelias, & irrisiones, in rebus prout spoliatus est, in anima per tristitiam, & timorem, in corpore per vulnera, & flagella. Tertio modo passus est quantum ad omnia corporis membra: quia passus est in capite coronam spineam, in pedibus clauorum fixionem, in facie alapas, & in toto corpore flagella. Passus est & secundum omnem sensum: quia secundum tactum fuit clauis cõfixus, secundum gustum aceto, & felle potatus, secundum olfactum in loco fœtido cadauerum appensus, secundum auditum blasphemijs, & irrisionibus lacessitus, secundũ visum matrem, & Ioannem vidit flentes. 3. Conclus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

VT veritas huius conclusionis euidẽtiùs patefiat, sciendum est, quòd Hilarius explicans illud ex Psalmo. 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, ponit aliquot sententias, quibus innuere videtur humanitatem Christi fuisse suapte natura doloris ac miseriæ expertem, famem vero, sitim, mœrorem, timorem, & dolorem, cæteraque corporis passiones, non fuisse illi naturales, sed vltrò assumptas nostri gratia. Hanc rem copiosius, & clarius persequitur libro. 10. de Trinitate, vbi ostendere nititur nullum in Christo fuisse mortis metum, sumpto inde argumento, quod si Christus mortem formidasset; aut spiritus, aut corporis causa timuisset, quorum neutrum euenisse potuit, nam secundum spiritum tanto mentis ardore mortem appetebat, vt mor- Hilar. super Psal. 68

tem timere non posset; carni verò similiter metuere nequibat, quippe qui sciret carnem se habere natura impatibilem, quam licet hostes plagis, ictibus, & vulneribus scindere, & confodere possent, dolore tamen afficere nō valebant, vt telum aliquod, aut aquam perforans, aut ignem compungens, aut aëra vulnerans, omnes quidem has passiones naturæ suæ infert, vt perforet, vt compungat, vt vulneret, sed naturam suam in hæc passio illata non retinet, dum in natura non est vel aquam forari, vel pungi ignem, vel aëra vulnerari. Multa similia docet Hilarius in loco citato in confirmationem huius sententiæ. Idem affirmare videtur in Canone. 31. in Matthæum. Hierony. libro in Matth. 4. exponens initium capituli. 26. Hilario subscribere videtur, dum inquit: Erubescant, qui dicunt, saluatorem timuisse mortem, & passionis pauore dixisse: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Augustin. super Psal. 21. in enarrat. 2. videtur sentire Christum non verè timuisse, nec veram habuisse tristitiam. Consimilem sententiam habet in Epistola ad Probam. c. 6. & 7. & in enarrat. Psal. 103. Iustinianus Imperator vir in cæteris catholicus ita Hilariano dogmati adhæsit, vt ipsum imperiali edicto præceperit à sacerdotibus publicè in Ecclesia doceri, & ab omni plebe recipi, & firmiter credi, scilicet, corpus Dominicum ab instanti suę conceptionis fuisse impatibile, sicut post resurrectionem. Testis huius rei est Euagrius libro. 4. eccl. hist. capitulo. 39. Contra hunc errorem scripsit Anastasius Antiochiæ Episcopus, illeque magna sapientia, & eloquentia demonstrauit, quòd diuini Apostoli, & sancti Patres corpus Christi naturalibus, & inculpatis passionibus corruptibile fuisse, & cognouerint, & tradiderint. Hæc Euagrius. Ioan. Damasc. libro de centum hæres. capitu. 84. hunc errorem tribuit Escharodocitis hæreticis, qui & Gaianitæ dicti sunt, qui corpus Dominicum ex ipsa plasmatione incorruptibile venerantur. Et quod in Christo nec dolor, nec tristitia locum habuerint potest suaderi his argumentis. Esai. enim. 42. scribitur de Christo, non erit tristis, nec turbulentus. Et Eccles. 14. fœlix dicitur, qui non habet tristitiam. Et Ecclesiast. 30. longe fac à te tristitiam. Ad hæc, Christus vltro, sponteque sua mortuus est: Ioan. 10. Animam meam nemo tollit à me. Et Lucæ. 12. baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec baptizer illo? At tristitia est ex inuoluntario procedens, ergo in Christi anima nō fuit tristitia. Quibus accedit illud ex Prouer. 28. Iustus vt leo confidens sine terrore erit, ergo Dominus, qui est iustus & Sanctus nunquam habuit terrorem. Et certè Dominus ad suos ait: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. Matth. 10. ergo ipse Dominus non timuit mortem. In contrarium est Matth. 26. vbi habetur, quod cœpit Dominus pauere, & tœdere, & mœstus esse ingruente mortis hora. ¶ In gratiam huius quæstionis non est necesse demonstrari à nobis, quomodo Christus corpus passibile habuerit sicut & nos, & quemadmodum verè doluerit, timuerit, tristatus fuerit; Nam hæc veritas demonstrata est superius contra hæreticos. Nunc tantum in animo est demonstrare, si tamen demonstrare potero, quomodo Christus passus sit omnes passiones. Certè non potero omnes commemorare, nam omnes nō sunt ab Euangelistis scriptæ, & quæ sunt scriptæ, connumerare exactè nunquam potero. ¶ Sit ergo prima propositio. Passiones spirituales vt decipi, & priuari virtute, & huiusmodi, longè fuerunt à Christo, quia derogarēt perfectioni animæ ipsius, quippe quæ includunt in se imperfectionem, & detrimentum animæ patientis. ¶ Secunda conclusio. Passiones ab intrinseco causatas, cuiusmodi sunt ægritudines corporales non decuit eum pati, vt supra habitum est. ¶ Tertia conclusio. Christus nō sustinuit omnem passionem secundum speciem, multæ enim passionum species sibi inuicem contrariantur, vt combustio in igne, & submersio in aqua. ¶ Quarta conclusio. Christus passus est omnem humanam passionem secundum genus. Probat hanc conclusionem D. Tho. ex vniuersitate personarum à quibus passus est. Passus nanque est ab vniuersa hominum generatione. Probat rursus ex eo, quod passus est in omnibus rebus suis. Probat demum ex eo, quod afflictus est in omnibus suis membris, & potentijs. Atqui hic obseruandum est, quod D. Thom. sub quadam generalitate comprehendit. Nam si ad numerum, & calculum essent reducendæ omnes conditiones passionum eius, & differentiæ earum, humanum ingenium fortè deficeret. Verum multitudinem earum patefacit nobis non solum Euangelica historia, sed & Prophetarum, & Psalmorum vaticinia. Si quidem passus est non ab vno duntaxat, aut altero, sed ab vniuersis statibus hominum, qui tunc erant: à Pilato præside, ab Herode Rege, à tribuno, & cohortibus militum Romanorum, à Pontificibus Anna, & Caipha, à legisperitis, & Scribis, à Phariſæis & à senioribus populi, à seruis & ancillis Iudæorum, à proprijs discipulis fugientibus,

Canone. 31 in Matth.
Augustin. in Psal. 21. enarrat. 2.
Epistola ad Probā. c. 6. & 7. & in Psal. 103.
Euagrius lib. 4. Histo. c. 39.
Damasc. de centum hæresi. c. 84.
Isai. 42.
Eccl. 14. & 30.
Ioan. 10. & Luc. 12.
Prouer. 28.
Matt. 10. & 26.
Decisio dub.
Prima propositio.
2. Concluſ.
3. Concluſ.
4. Concluſ.

gientibus, à Petro negante, à Iuda traditore, à latrónibus simul crucifixis. Passus est in omnibus, quæ hominis esse possunt, in rebus, quia diuiserunt vestimenta sua, & super vestem suam miserunt sortem: in fama, dicentibus Iudæis: hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari. Iterum: recordati sumus, quia seductor ille dixit, &c. Passus est obiectiones superbiæ, blasphemiæ, seductionis, ambitionis, rebellionis contra Cæsarem, vsurpationis diuinæ autoritatis. Passus est simpliciter, & comparatiuè ad Barrabam. Passus est in omnibus membris: in capite quidem spinea corona: in facie verò alapis, & sputo impurissimorum hominum, adeo vt dicat Propheta:
Esai. 53. Non est ei species, neque decor, absconditus & despectus est eius vultus, & nos reputauimus eum quasi leprosum. In oculis insuper velamine superpositio ad irrisionem: in gustu felle & aceto: in lingua, & omni virtute corporali, quia aruit tanquam testa (dicit in persona eius Propheta) virtus mea, & adhæsit lingua mea faucibus meis: Aures opprobrijs saturatæ, ceruix colaphis cæsa, malæ alapis percussæ, brachia in cruce extensa, manus clauis transfixæ, latus lancea perfossum, pedes ligno affixi. Passus est per omnem ætatem vitæ suæ, non enim passus est in fine tantum vitæ, sed ab incunabulis suis, & per omnem vitæ suæ ætatem, vt supra demonstratum est. Passus est per omne genus passionum, & improperiorum, per irritionem, & ignominiam, per opprobrium, & defectum, per inuidiam & maleuolentiam, per libidinem denique saturandi animam eius contumelijs, iniurijs, ac pœnis. Nam Herodes indutum illum veste alba illusit quasi fatuum, & milites exprobrantes ei quod se regem fecisset, imposuerunt ei coronam de spinis, & vestem coccineam circundederunt ei, & arundinem posuerunt in manu eius, atque genu flexo illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. Alij colaphis cædebant eum, alij palmas dederunt in faciem eius, dicentes; Prophetiza nobis Christe, Quis est, qui te percusit? etiam hoc velut improperantes, quòd prophetam se gessisset. Tandem suspenderunt eum viuum in patibulo crucis, suspéderuntq; inter duos latrones, quasi vnum ex eis, medium autem Iesum tanquam illis sceleratiorem. Pendet in cruce corpus illud corporum præstantissimum & diuinitati coniunctissimum, collisum, tortum, cæsum, flagellatum, fœdum cruore, plagis, tuberibus, vibicibus, liuore, vulneribus horridum. Interim blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud, salua temetipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes Sacerdotum illudentes cum Scribis, & Sacerdotibus dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, si rex Israel est descendat de cruce, & credimus ei, confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult, dixit enim, quia filius Dei sum. Id ipsum & latrones, qui cum ipso crucifixi erant improperabant ei. Passus est etiam post mortem, nam cum mortuus esset, lancea latus eius perforarunt, vt exiret quod reliquum erat sanguinis & aquæ de ventriculo cordis ipsius. Sed & alio modo potest demonstrari, quomodo Christus passus sit omnes passiones, quas homines peccando promeriti fuerant. Prima enim pœna propter peccatum irrogatum fuit mors, dicēte Domino Gen. 2. Gene. 2.
In quacunque die comederis ex hoc ligno morte morieris. Hanc ergo pœnam Saluator suscepit, vt mortis reus à morte per eius mortem liberaretur. Deinde vero ad omnes huius vitæ miserias peccati merito damnatus est homo, omnia quippe genera pœnarum, quibus in hac vita affligimur, peccatum inuexit, cum diuina iustitia pœnam esse non patiatur, vbi culpa non est. Has ergo pœnas mitissimus agnus Christus Dominus pro nobis suscepit in vita hac mortali apud nos degens, esuriuit, sitiuit, sudauit, alsit, fatigatus est, persecutionibus & laboribus confectus. Vltima vero, & quidem grauissima pœna ad quam miser homo damnatus fuit, gehennæ supplicium est, in quo quidem supplicio tria sunt maximè tristia, & horrenda, quorum imaginem quandam Saluator in se suscipere dignatus est. Primum enim præuaricator homo potestati dæmonū, quibus consenserat, traditus est, quod quidem supplicium Saluator noster ex parte subire non abhorruit, quando quidem passus est à Satanæ ministris capi, ligari, & in crucem tolli, & hoc est, quod ille dixit: hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Aliud genus pœnarum patiuntur damnati in inferno, nempè quod omni solatio carent: nulla enim calamitas in hac vita adeo grauis est, quæ aliqua ex parte leuari non possit. Quiddam ergo huic simile redemptor noster sustinere dignatus est, qui omne à se solatium, & consolationis remedium in passione abdicauit, quod illa eius verba testantur: Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit, consolantem me quæsiui, & nō inueni. Hoc ipsum testatur illa vox. Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? Est etiam damnatorū pœna

non solum omnis solatij expers, sed etiam omnes hominis partes, atque sensus peruadens, & crucians sic adeo quòd nihil in homine siue in corpore, siue in anima dolore vacuum relinquat. Hac igitur de causa multiplicem, imo omnigenam pœnarum acerbitatem perpeti dignatus est, prout iam supra expositum est. ¶ Quinta conclusio. Christus Dominus generalitatẽ, seu vniuersalitatem passionum susscepit, vt vniuersum quoad mala deificaret. Hæc conclusio est Domini Caietani in hoc articulo, & quæ attentissimè consideranda est. Certè sicut verbum diuinum susscipiendo humanam naturam assumpsit quodammodo totum vniuersum quoad bona, in homine nanque omnes creaturæ quodammodo inueniuntur, & continentur, prout in exordio huius libri expositum est, ita susscipiendo mala hominum in omni genere humanarum passionum, deificauit quodammodo totum vniuersum quoad mala; in malo enim hominis omnia mala quadam tenus ratione iuueniuntur, vt omnino impletum esse videamus, quod sic Deus dilexit mundum secundum bona, & secundum mala, vt filium suum vnigenitum daret. Prodest nanque vel maximè malorum huiusmodi tanta dignitas humano generi, quoniam malorum incursus post Adæ peccatum ineuitabilis est, & necessarius in via virtutis, ambulantibus ad cœlestem patriam. Naturaliter autem exosa, fugibilia, & tristia sunt mala, & propterea arcta duráque dicitur via virtutis. Sed vbi assumpta à verbo Dei in propria persona mala sunt, deificata proculdubio sunt, & inde reddita sunt desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum, cum non habentur, & dulciora super mel & fauum cum habentur, vt gesta martyrum testantur, dicentium: hoc est, quod semper optaui, videor mihi, quòd super roseos flores incedam, & hinc virtutis via patiendo mala facta est humano generi amabilis, atque delectabilis secundum seipsam, sed animalis homo non percipit quæ Dei sunt, palato enim non sano pœna est panis, qui sano est suauis, & oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis. Hæc Caietanus doctissimè, & acutissimè. ¶ Sed iam supereſt, vt argumenta contra veritatem adducta confutemus. Ad Hilarium respondet Magister in 3. distinctione 15. Diuum Hilarium nec verum timoris, doloris, ac passionis sensum, nec naturalem necessitatem timendi, dolendi, & patiendi Christo ademisse; sed causam, & meritum patiendi, dolendi, ac timendi, quæ in nobis est. In nobis enim est naturalis patiendi necessitas, propter Adæ peccatum inducta: in Christo vero naturalis verè patiendi necessitas est, non vitio humanæ conceptionis illata, sed vltro ex eius libera voluntate susscepta. Eodem modo exponit Hilarium D. Thom. suprà quæstione. 15. articulo. 5. ad primum. Atqui vt hæc veritas intelligatur, sciat Theologus inter Christi passiones, & nostras triplex versari discrimen. Primum, passiones nostræ ortum habent ex primi hominis peccato, Christi verò non ex peccato deriuabantur, sed ex naturæ humanæ conditione. Deinde passiones nostræ sæpenumero mentem perturbant, & non reguntur rationis imperio: At in Christo non hoc modò se habebant; etenim nunquam Christi mens perturbari potuit, nunquam eius affectiones ab imperio rationis deflexere. Tertium discrimen est, passiones nostras sæpenumero esse inuoluntarias, timemus, & trepidamus inuiti, nonnunquam carnis concupiscentia contra nostram voluntatem insurgit; Christus voluntarias habuit passiones, quia in potestate eius erat timere quando volebat, & desistere à timore pro sua voluntate, ipseque sibi præfigebat pro suo arbitratu huiusmodi passionum terminum vsque dum progredi deberent. ¶ Ad D. August. respondetur esse liquidum D. August. non ita sensisse, ex his quæ contra hanc opinionem attulit in enarratione Psalmi. 93. his verbis: Nolite putare non fuisse tristem Dominum, si enim hoc dixerimus, quia non erat tristis, cum Euangelium dicat: Tristis est anima mea vsque ad mortem: ergo, quando dicit Euangelium; Dormiuit Iesus, non dormiuit Iesus; manducauit Iesus, non manducauit. Et ita nihil sanum relinquitur, vt dicatur; Etiam corpus non erat verum, & carnem veram non habuit. Quicquid ergo de illo scriptum est, factum est, verum est, ergo tristis fuit, prorsus tristis, sed voluntate susscipiens tristitiam, quomodo voluntate susscipiens carnem. Magister Sententiarum in. 3. distinctione. 15. ait Augustinum in locis citatis in argumento significasse, quod Christus non verè timuit, nec doluit secundum passionem, in Psalmo autem. 93. ostendisse, quod Christus secundum propassionem verè timuerit. Hanc phrasim locutionis accepit Magister ex Diuo Hieronymo aiente in Christo non fuisse passiones, sed propassiones, nam passio, vt autor est Cicero, est quædam animi perturbatio, & ægritudo præter ductum rationis: propassiones vero significant affectiones animi moderatas, vel initia passionum, & per hanc intelligentiam explicatur facile D. Hieronymus in loco adducto contra nostram conclusionem.

5. Conclus. Caietanus.

Ad argumẽta.

Ad D. Hilarium.

D. Tho. Passiones Christi & nostræ tripliciter differunt.

Explicatur D. August.

Magister.

Passio & propassio.

D. Hiero.

Scripturæ testimonia explicatur.

sionem. Ad auctoritates scripturæ, in quibus videtur vituperari tristitia, respondetur, quòd sermo est de tristitia immoderata, & præter ordinem rationis immodica. Hæc enim vituperationem meretur, non illa, quæ secundum Deum & rectam rationem tristitia est. Ad

Ad aliud argumentũ.

aliud argumentum, quo probatur in Christo tristitiam non potuisse incidere, cùm tristitia sit de his quæ nobis nolentibus accidũt; Christus autem omnes dolores, & passiones voluntariè pertulit; Respondendum est breuiter, nam de hac re statim dicam copiosius, quòd voluntas Christi considerata, vt natura quædam est, refugiebat mortem, & dolorem, vt aduersantem naturæ humanæ, nam dolor & mors dissoluunt naturam. Rursus voluntas Christi sequens rationem inferiorem formidabat, & nolebat mortem secundum quid, nam consulens rationem inferiorem, hoc est, obseruata propria innocentia, & quòd ipse indignus erat morte, nedum turpissima, quæ illi iam iam imminebat, reformidabat mortẽ, & dolore tristabatur, cæterùm obseruando supremam regulam, & rationem, videlicet, diuinam voluntatem simpliciter volebat mori, &

Luc. 12.

mortem desiderabat. Vnde Luc. 12. dixit: baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec baptizer illo? Sed & illud est obseruandum in confutationem huius argumẽti, quod etiam in sequẽtibus vberiùs explicabitur, hæc duo simul fuisse in Christo, & gaudium, & tristitiam, neque enim in Christo erant contraria, quia non erant de eodem sub eadem ratione, nam pœnitens gaudet quòd pœniteat, & dolet quod peccauerit. Dominus itaque gaudebat ex visione diuinæ essentiæ, gaudebat etiam de morte, quatenus diuinæ voluntati consentanea erat, at tristabatur ex eadem vt erat dissolutiua proprij corporis, & quate-

Ad vltimũ.

nus erat ex primo peccato deriuata. ¶ Ad aliud argumentum de timore respondetur, quod iustus dicitur esse absque terrore secundum quòd terror importat perfectam passionem auertentem hominem ab eo, quod est rationis, & sic timor non fuit in Christo, sed solùm secundum propassionem, vt iam dictum est.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm dolor passionis Christi fuerit maior omnibus doloribus.

251 3. dist. 15. q. 2. ar. 3. q. 3. Et opu. 3. ca. 238. & 239.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd dolor passionis Christi non fuerit maior omnibus alijs doloribus. Dolor enim patientis augetur secundum grauitatem & diuturnitatẽ passionis. Sed quidam martyres, grauiores passiones & diuturniores sustinuerũt, quàm Christus, sicut patet de Laurẽtio, qui est assatus in craticula: & de Vincentio, cuius carnes sunt vngulis ferreis laceratæ, ergo videtur, quòd dolor Christi patiẽtis nõ fuerit maximus. ¶ 2. Præterea, Virtus mentis est mitigatiua doloris, in tantum quòd Stoici posuerunt, tristitiam in animum sapientis non cadere, & Arist*. posuit quòd virtus moralis medium tenet in passionibus. Sed in Christo fuit perfectissima virtus mẽtis, ergo videtur, quòd in Christo nõ fuerit maximus dolor. ¶ 3. Præterea, quãtò aliquod patiens est magis sensibile, tantò maior sequitur dolor passionis. Sed anima est sensibilior, quàm corpus, cùm corpus sentiat ex anima. Adã etiã in statu innocentiæ videtur corpus sensibilius habuisse, quàm Christus, qui assumpsit corpus humanum cum naturalibus defectibus, ergo videtur, quòd dolor animæ patientis in purgatorio, vel in inferno, vel etiam dolor Adæ, si passus fuisset, maior fuisset quàm dolor passionis Christi. ¶ 4. Præterea, Maioris boni amissio causat maiorem dolorem. Sed peccator peccando amittit maius bonum quàm Christus patiendo: quia vita gratiæ est melior, quàm vita naturæ. Christus etiam qui amisit vitam, post triduum resurrecturus, minus aliquid amisisse videtur, quàm illi qui amittunt vitam, permãsuri in morte. Ergo videtur, quòd dolor Christi nõ fuerit maximus dolorum. ¶ 5. Præterea, Innocentia patientis diminuit dolorem passionis. Sed Christus innocenter est passus, secundũ illud Hierem. 11. Ego autem quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, ergo videtur, quòd dolor passionis Christi non fuerit maximus. ¶ 6. Præterea, In his quæ Christi sunt, nihil fuit superfluum. Sed minimus dolor Christi sufficiebat ad finem salutis humanæ: habuisset enim infinitam virtutem ex persona diuina. Ergo superfluum fuisset as-

lib. 2. Ethi. ca. 3. 6. & 9. tom. 5.

sumere maximum dolorem. ¶ Sed cõtra est, quod Thren. 1. dicitur ex persona Christi, Attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus.

q. 15. art. 5. & 6. ¶ Respondeo dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, cùm de defectibus assumptis à Christo ageretur, in Christo patiente fuit verus dolor, & sensibilis, qui causatur ex corporali nociuo: & dolor interior qui causatur ex apprehensione alicuius nocumenti, qui tristitia dicitur. Vterque autem dolor in Christo fuit maximus inter dolores præsentis vitæ, quod quidem contigit propter quatuor. Primò quidem, propter causas doloris: nam doloris sensibilis causa fuit læsio corporalis, quæ acerbitatem habuit, tum propter generalitatem

q. 15. & art. præcedenti. passionis, de qua dictum est*, tum etiam ex genere passionis: quia mors cõfixorum in cruce est acerbissima: quia configuntur in locis neruosis, & maximè sensibilibus, scilicet in manibus & pedibus, & ipsum pondus corporis pendentis continuè auget dolorem, & cùm hoc etiam est doloris diuturnitas: quia non statim moriuntur, sicut hi qui gladio interficiuntur. Doloris autem interioris causa fuit, primò quidem omnia peccata humani generis, pro quibus satisfaciebat patiendo, vnde ea quasi sibi ascribit dicens in Psal. 21. Verba delictorum meorum. secũdò, specialiter casus Iudæorum & aliorum in eius morte delinquentium, & præcipuè discipulorũ, qui scandalum passi sunt in Christi passione: tertiò, etiam amissio vitæ corporalis, quæ naturaliter est horribilis humanæ naturæ. Secundò potest magnitudo doloris eius considerari ex percepti bilitate patientis, & secundum animam & secundum corpus. Nam & secundum corpus erat optimè complexionatus, cùm corpus eius fuerit formatum miraculosè operatione Spiritus sancti: sicut & alia, quæ per miracula facta

hom. 21. in Io à medio illius. to. 3. sunt, fuerunt alijs potiora (vt Chrysostomus* dicit de vino, in quod Christus aquam conuertit in nuptijs) & ideò in eo maximè viguit sensus tactus: ex cuius perceptione sequitur dolor. Anima etiam secundum vires interiores, efficacissimè apprehendit omnes causas tristitiæ. Tertiò, magnitudo doloris Christi patientis potest considerari ex doloris & tristitiæ puritate. Nam in alijs patientibus mitigatur tristitia interior, & etiam dolor exterior, ex aliqua consideratione rationis, per quandam deriuationem, seu redundantiam à superioribus viribus ad inferiores: quod in Christo patiente non fuit, quia vnicuiq; virium, permisit agere quod est sibi proprium, sicut Damasc*. dicit. Quartò, li. 3. c. 15. à medio. potest considerari magnitudo doloris Christi patientis, ex hoc quòd passio illa & dolor à Christo fuerunt assumpta voluntariè, propter finem liberationis hominum à peccato. Et ideò tantã quãtitatem doloris assumpsit, quæ esset proportionata magnitudini fructus, qui inde sequebatur. Ex his igitur omnibus causis simul consideratis manifestè apparet, quòd dolor Christi fuerit maximus.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd ratio illa procedit ex vno tantum prædictorum, scilicet ex læsione corporali, quæ est causa sensibilis doloris. Sed ex alijs causis multò magis dolor Christi patientis augetur, vt dictum est*. in corp. ar.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtus moralis aliter mitigat tristitiam interiorem, & aliter exteriorem dolorem sensibilem. Tristitiam enim interiorem diminuit directè, in ea medium constituendo, sicut in propria materia. Medium autem in passionibus virtus moralis constituit (vt in secunda parte habitum est*) non secundum quantitatem rei, sed secundum quantitatem proportionis, vt scilicet passio non excedat regulam rationis. Et quia Stoici reputabant, quòd nulla tristitia esset ad aliquid vtilis: ideò credebant quòd totaliter à ratione discordaret, & per con- P. 2. q. 64. art. 1. & 2.

sequens

sequens quòd totaliter esset sapienti vitanda, sed secundum rei veritatem tristitia aliqua laudabilis est (vt Aug*. probat in 14. de ciui. Dei,) quando scilicet procedit ex sancto amore, vtpote cùm aliquis tristatur de peccatis proprijs vel alienis. Assumitur etiã, vt vtilis ad finem satisfactionis pro peccato, secundum illud Apost. 2. ad Cor. 7. Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilẽ operatur. Et ideò Christus vt satisfaceret pro peccatis omnium hominum, assumpsit tristitiam, maximã quidem quantitate absoluta, non tamen excedentem regulam rationis. Dolorem autem exteriorem sensus, virtus moralis directè non minuit: quia talis dolor non obedit rationi, sed sequitur corporis naturam. Diminuit tamen ipsum indirectè, per redundantiam à superioribus viribus in inferiores, quod in Christo non fuit, vt dictum est.

li. 14. ca. 9. tomo. 5.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dolor animæ separatæ patiẽtis, pertinet ad statũ futuræ damnationis, quæ excedit omne malum huius vitæ, sicut sanctorũ gloria excedit omne bonum præsentis vitæ. Vnde cùm dicimus Christi dolorem esse maximum, non comparamus ipsum dolori animæ separatæ. Corpus autem Adæ pati non poterat nisi peccaret, & sic fieret mortale & passibile, & minus doleret patiens, quàm corpus Christi, propter rationes prædictas. Ex quibus etiam apparet, quòd etiã si per impossibile ponatur, quòd Adam in statu innocentiæ passus fuisset, minor fuisset dolor eius, quàm Christi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus non solum doluit pro amissione vitæ corporalis propriè, sed etiã pro peccatis omnium aliorum, qui dolor in Christo excessit omnem dolorem cuiuscunq; contriti: tum quia ex maiori sapientia & charitate processit, ex quibus dolor contritionis augetur, tum etiam quia pro omnibus peccatis simul doluit, secundum illud Isa. 53. Verè dolores nostros ipse tulit. Vita autẽ corporalis Christi fuit tantæ dignitatis, & præciuè propter diuinitatẽ vnitã, quòd de eius amissione etiam ad horam, magis esset dolendum, quàm de amissione vitæ alterius hominis per quantumcunq; tempus. Vnde & Philosophus dicit 3. Ethic*. quod virtuosus plus diligit vitã suam, quantò scit eam esse meliorem, & tamen eam exponit propter bonũ virtutis. Et similiter Christus vitam suam maximè dilectam, exposuit propter bonum charitatis, secundũ illud Hiere. 12. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius.

lib. 3. ca. 9. circa medium, tomo 5.

¶ Ad quintum dicendum, quòd innocentia patientis minuit dolorem passionis quãtum ad numerum: quia cùm nocens patitur, dolet non solùm de pœna, sed etiam de culpa: innocens autem solùm de pœna. Qui tamen dolor in eo augetur ex innocentia, in quantum apprehendit nocumentum illatum, vt magis indebitum. Vnde etiam & alij magis sunt reprehensibiles, si ei non compatiuntur, secundum illud Isa. 57. Iustus autem perit, & non est qui recogitet in corde suo.

¶ Ad sextũ dicendũ, quòd Christus voluit genus humanum à peccatis liberare non sola potestate, sed etiam iustitia. Et ideò non solùm attendit quantã virtutem dolor eius haberet ex diuinitate vnita, sed etiam quantum dolor eius sufficeret secundum humanam naturã ad tantam satisfactionem.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio sic habet. In Christo fuit maior dolor omnibus alijs, tam interior, quàm exterior. Probatur in hunc modum. Primo quidem, quia acerbitatem habuit, tum propter generalitatem passionis, tum etiam ex genere passionis: cùm mors crucis sit acerbissima propter confixionem clauorum in locis neruosis, & maximè sensibilibus, & põdus corporis pẽdentis cõtinuè auget dolorẽ, diuturneq; viuũt, qui tali pœna plectũtur. Doloris autẽ interioris causa fuit. Primo quidẽ omnia peccata humani generis, pro quibus patiẽdo satisfaciebat. Secundò casus delinquen-

tium in eius morte, & scandalum discipulorum. Tertiò etiam amissio vitæ corporalis; quæ naturaliter est horribilis. Consideratur etiam magnitudo doloris ex perceptibilitate ipsius patientis, qui erat optimè complexionatus: vnde anima secundum vires interiores efficacissimè apprehendebat omnes causas tristitiæ. Tertio consideratur magnitudo doloris eius: quia in alijs patientibus tam interior tristitia, quam exterior dolor mitigatur ex aliqua consideratione rationis per quandam redundantiam à superioribus viribus ad inferiores, quod non fuit in Christo, quia vnicuique virium permisit agere, quod est sibi proprium, vt dicit Damasc. Quartò consideratur magnitudo doloris ex hoc, quod illa passio fuit assumpta voluntariè propter finé liberationis hominum à peccato: vnde tantum dolorem assumpsit, quantus proportionabatur magnitudini fructus, qui inde sequebatur: vnde fuit maximus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Arguitur contra conclusionem. Primum.

VIdetur certè, quòd dolor passionis Christi nõ excesserit vniuersos dolores, quos vnquam sustinuit vllus mortalium in hac vita. Nam in primis dolor Christi fuit mixtus, & temperatus consolatione non minima, apparuit enim Angelus confortans eum, vt habetur Lucæ. 22. Certè si admittebat extraneã consolationem, non potest negari, quin etiam admiserit intraneam. ¶ Hoc ipsum confirmatur exemplo, quod adhibuit Dominus de oue perdita, Lucæ. 15. Nam certè pastor cum inuenit eam, imponit in humeros suos gaudens & veniens domum conuocat amicos suos, & vicinos, dicens illis, congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat. Cum ergo Christus in cruce inuenerit ouem, quæ perierat, scilicet genus humanum, exploratum esse videtur, quod in cruce aliquod de hac re gaudium habuerit. Cui consonare videtur illud ad Hebræ. 12. proposito sibi gaudio sustinuit crucem. ¶ Prætereà, passus est valde voluntariè ex maximo amore, & ex maxima fortitudine, isthæc verò in quouis homine leuant, & extenuant pœnæ dolorem. ¶ Adhæc, Christus Dominus habebat maiores causas consolationis internas, & externas, quam omnes sancti martyres, cur ergo non vtebatur illis? Quid est quod non confortabatur ex gloria animæ? Quid est, quod non reciperet consolationes ex alijs causis, sicut viri fortes, atque prudentes? ¶ Insuper, gratia Dei assistens quibusdam martyribus, ita absorbuit sensum doloris, vt gestirẽt ipsi magis sub tormentis, quam alij possent inter splendidissimas epulas. Mirum igitur, tale quid nõ contigisse in Christo, qui simul Deus erat, & homo. Legitur B. Laurentium, dum assaretur super cratem ferream ad Decium tyrannum dixisse; Disce miser, quia carbones isti mihi refrigerium præstant. Legitur & Stephanus in passione positus vidisse cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Quamobrem & lapides torrentis illi dulces fuerunt, quemadmodum de illo canit Ecclesia. Insuper legitur, quòd B. Andræas crucem à longè aspiciens gaudebat, & gratulabatur, pro voto ac desiderio clamans: Salue crux sancta, quæ ex corpore Christi dedicata es. Antequam ascenderet in te magister meus Christus timorem terrenum habuisti, nunc autem pro voto susciperis. ¶ Sed & aliud argumentum potest fieri contra cõclusionem D. Tho. nam potest esse tanta doloris acerbitas, vt subito hominem perimat, sicuti quando quis comburitur, sed maximus Christi dolor fuit in cruce, in qua durauit vsque ad horam nonam adhuc post omnes cruciatus precedentes, ergo Christi dolor non fuit maximus. ¶ Hoc ipsum confirmatur. Siquidem alius dolor interfecisset per spatium dimidiæ horæ, ergo talis dolor esset maior, quam dolor, quem habuit Christus, maximè quia Christus nõ conseruabat vitam suam miraculosè, quinimo mors Christi tunc naturaliter subsequuta est, quando naturaliter illi cruciatus, & dolores alium interfecissent. ¶ Præter hæc, aliud argumentum obijcitur contra doctrinam D. Tho. nam D. Tho. cum dicit Christi dolorem fuisse maximum inter omnes, quos alij homines passi sunt, non explicat exactè an excesserint omnes dolores simul sumptos, quos alij homines passi sunt, an vero sentiat, quòd excesserint omnes cruciatus, & dolores, fueritque longè maior, quã omnes dolores cuiuscũque hominis singularis. ¶ Pro explicatione veritatis est prima conclusio. Dolor passionis Christi nõ fuit infinitus. Patet, nam nõ potest dari res infinita neq; in subsstãtijs, neq; in accidentibus, quod nunc statuo pro certo, & euidenti ex vera Theologia. ¶ Secũda conclusio. Non fuit maximus inter eos, quos potest pati homo mortalis in hac vita; nam & ipse Christus potuit plura sufferre flagella, maioraque sustinere tormenta, potuitque Deus facere hominem de potentia sua absoluta, qui haberet meliorem, & robustiorem complexionem, qui proinde posset acerbiores cruciatus sufferre. ¶ Tertia cõclusio. Dolor passionis Christi non fuit maior, quam omnes omnium martyrum simul, quanquam nonnulli concionatores incunctanter id asserant. Probatur, nam vt dictum est, in præcedenti quæstione, non

Lucæ. 22.

Confir.

Lucæ. 15.

Hebr. 12.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

B. Laurẽ.

B. Stephan.

B. Andreas.

Quintum.

Confir.

Vltimum.

Prima conclusio.

2. Conclus.

3. Conclus.

non fuit infinitus, vnde ergo habetur, quòd excesserit omnium hominum dolores simul in vnum collectos? Certè si hoc modo excessit omnes omnium hominum dolores, vixisset tempore quo passus est, per miraculum.

4. Concluſ. ¶ Quarta conclusio. Dolor, quem sustinuit Dominus in passione, quod sit maximus inter eos, quos alij homines sunt passi, est intelligendum de dolore totali, non de partiali, nam fieri potest, quod D. Laurentius maiorem sentiret dolorem, cum combureretur, quam Christus in vno aut altero flagello.

5. Concluſ. ¶ Quinta conclusio. De lege ordinaria, & secundum communem cursum non potest esse maior dolor, neque acerbior cruciatus vllo in homine, quam fuerit in Christo. ¶ Huius veritatis sancti Patres scripturis illuminati assignarunt sex causas. Prima est, multitudo rerum dolorem ingerentium. Secunda, nobilissima, tenerrimaque complexio corporis Christi cum summa viuacitate sensuum tam interiorum, quam exteriorum. Tertia, destitutio omnis solatij dolorem mitigantis. Quarta, quia passus est citra culpam, & pro beneficio, atque ab his, à quibus honorari debuisset, imo à suis, qui sine eo, neque esse quidem poterant, quos venerat docere veritatem, & saluos facere. Quinta causa, amissio corporalis vitæ diuinæ personæ, & tam excellentis animæ. Sexta causa, ex omnibus peccatis humani generis. Multitudinem rerum dolorem ingerentium in superiori articulo euidenter demonstrauimus. Quantum verò ad secundam causam, scilicet magnitudinis doloris eius, poterimus illam colligere ex eo, quod incarnatus sit de purissimis sanguinibus sanctissimæ virginis, idque non hominis, sed Spiritus sancti operatione, vt habetur Lucæ. 1. Item ex eo, quòd spirauit cum clamore valido, dicens: Pater in manus tuas commendo spiritum meum; adeo, vt in admirationem ducerentur Centurio, & qui cum ipso erant. Ex quibus abundè, & satis constat, quòd fuerit nobilissima, tenerrimaq; caro corporis Christi, cum summa pariter viuacitate sensuum ad mortem vsque, quapropter plagæ, & tormenta naturaliter causauerunt in carne ipsius multò maiorem dolorem quam in quouis alio possent. Et certè, dolor est motus asper in corpore à sensibus alienus, id est, quem sensus maximè refugit. Bona igitur complexio Christi, & carnis teneritudo, & sensuum viuacitas effecerunt, vt Christus grauiorem sentiret dolorem à flagellis, à spinea corona, à crucis patibulo, quam quiuis purus homo sentire potuisset ab eisdem. ¶ Sed deinceps explicemus tertiam causam, quomodo Christus destitutus fuerit omni solatio dolorem mitigante. Certè primi, & nouissimi de populo non solum reliquerunt Dominum, sed & persequuti sunt, contumelijs ac pœnis saturantes animam eius, vti iam demonstratum est. Inter notos vero, & Apostolos eius, vnus vendidit, ac tradidit ipsum, vt Iudas: alius negauit eum cum iuramento, quia non nouisset eum, vt Petrus: cæteri relicto eo fugerunt omnes: adeo vt dicat per os Prophetæ: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber, destitutus scilicet omni auxilio, solatioque haud secus atque destituuntur vulnerati dormientes in sepulchris: Quia notos meos fecisti longè à me, & derelictus sum ego solus. Sed vt euidentius videatur, quomodo omni penitus solatio destitutus dolorem passionis sustinuerit clara voce dixit Dominus in cruce: Deus, Deus meus vt quid dereliquisti me? adeo, vt in nullo subuenias mihi secundum humanam naturã, quam te autore ex virgineis visceribus matris meæ sumpsi, quasi proiectum, & ad te vltrà non pertinentem, permittens in tormentis excruciari quantum secundum proprias qualitates illius naturæ ferre possum, imo plusquam ferre possum, quia ad interitum vsque. Vbi aduertẽdum est, quod ista vox Christi, Deus, Deus meus vt quid dereliquisti me? non est vox, vt quidam mentiuntur, hominis impatiẽtis, aut diffidentis de Deo, sed est vox, quæ continet querelam amoris plenam, continet insuper excessum passionis Domini nostri Iesu Christi, & causam, atque adeò ex quo affectu hæc vox proficiscatur. Igitur hæc vox quatenus est querula explicat naturalem affectum rationalis animi refutantis ignominias, derisiones, cruciatus, patibulum crucis, & similia, explicatque naturalem affectum carnalis sensus refutantis contrarios sibi clauos, flagella, & cætera id genus: vt verò est admiratiua explicat excessum passionis supra modum rationis humanæ etiam habita ratione ad redemptionem generis humani, quæ fiebat per crucem. Nam ratio humana id tantum expostulasset, vt sufficienti remedio saluaret genus humanum, non autem vt medio excessiuo, Christus autem cum potuisset vna gutta sui sanguinis sufficientissimè saluare genus humanum tam excessiuè passus est, vt excedat omnem rationem humanam, vnde Moyses, & Helias in transfiguratione Christi dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem Lucæ nono. Cæterum Christus dicit se derelictum à Deo non simpliciter, & absolutè, sed quoad aliquid, scilicet, quantum ad præseruationem

Causæ propter quas dolor Christi fuit summus.

Lucæ. 1.

Explicatus vox Christi Deus Deus meus vt quid dereliquisti me.

Quomodo Christus fuerit destitutus omni solatio.

tionem à tali morte, & dolore, & propterea dicit, longè à salute mea. Vbi est considerandum, quod derelictionē istam describit non per modū desertionis, sed per modum distantiæ dicens: Longè es à salute mea, vt significetur Deus stans à remotis, hoc est, non præseruans à passione, & morte. Et vt nemo sibi persuadeat, quod hæc admiratiua querela: Deus meus quare me dereliquisti, procederet ex supremo consilio, mentisque affectu, quod est falsum, subdit secundum Hebræos: Verba rugitus mei, hoc est, verba hæc non sunt supremi, sed naturalis affectus; rugitus siquidem naturalis est vox leonis famem patientis, seu tristitia affecti. Ex hac sententia sic explicata colligunt Theologi in primis graues, quòd Christus Dominus in hominum redemptione, vt sustineret dolores, & cruciatus omni penitus solatio destitutos consolationem omnem & omnes causas, quæ possent eius cruciatus extenuare, & eleuare, represit. Itaque sicut per totam vitam Dominus gloriam animæ quasi premebat ne in corpus efflueret, sic in passione sua omnes causas, quæ poterant solatium afferre, sic compressit, & detinuit, vt nullum inde solatium deriuaretur. Vt autem hæc causa tertia melius intelligatur, sciendum est, quòd ex gloria animæ qua fruebatur, nullum solatium in partem inferiorem deriuabatur, alioqui nullum sensisset dolorem, erat enim maior consolatio, quam omnes sanctorum. Vnde diuina dispensatione factum est, vt in passione Christi ex beatitudinis gloria nullum solatium, nullumque leuamen humanitas eius perciperet. Illud etiam est certum, quòd à patre æterno fuerit destitutus, & derelictus modo superius exposito. Inter homines quoque consolantem non inuenit, vnde illud Psalmo. 141. Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognosceret me. Et illud: consolantem me quæsiui, & non inueni. De qua re multa habentur in Psal. 87. cuius initium est. Domine Deus salutis meæ.

Psal. 141.

Dubium. Vtrum verò Christus Dominus internam aliquam consolationem habuerit ex eo, quod voluntariè, & ex maximo amore, & fortitudine patiebatur, insuper ex eo, quòd anima eius multas considerationes habebat, quæ animi eius dolorem temperare possent, controuertunt inter se Theologi. Doctissimus Pater Victoria aiebat, quòd dolor Christi Domini in passione non fuit omnino purus, sed quòd habuit admixtam consolationem, quam viri prudentes solent admittere, cum in calamitates incidunt, cum hoc tamen rectè cohæret, quòd fuerit maximus dolor.

Victoria. Christus nullam habuit ab intrinseco cō solationē.

Contrarium huius sententiæ tenet communis opinio Doctorum. Ita videtur docere hic D. Thom. in tertia ratione, & Damascenus libro. 3. capitulo. 15. & D. Bonauent. in 3. dist. 16. quæstione. 2. articulo. 2. & Gabr. distin. 15. & Richardus, & alij Theologi. Et certè hæc communis opinio amplectenda est, siquidem reddit nobis Christum maximè amabilem, & maiores in nobis igniculos excitat, tum amoris, tum gratitudinis. Et certè cum ex gloria animæ nullum solatium ad humanitatem Christi fuerit deriuatum, neque ex rationibus æternis, quæ in visione beata videbantur; non videtur esse consentaneum, quòd ex alijs causis consolationem reciperet. Nam si consolatio, quæ ex gloria animæ poterat subsequi, impedita est, vt pro nobis sine consolatione pateretur, quomodo aliæ causæ vnde poterat habere solatium nō sunt impeditæ? Sed de tertia causa satis dictum est. ¶ Ad explicationem quartæ accedamus. Sanè nihil æquè angit, ac cruciat animum hominis patientis, atque illud, quod immeritus, quod pro bene factis, quòd à suis patiatur, quodque cum ignominia, & ex crudelitate, & quadam velut libidine perdendi: idque ab ijs, à quibus meritò summè amari, & venerari, & coli debuisset. Denique & illud summè angit, frustrà & in vacuum vitam impendere, sanguinemque cordis, vt salui fiant illi, qui per te saluari nolunt, imo te Saluatorem vilipendunt, ludibrio habent, perdere quærunt. Hæc autem omnia incrementa dolorum in passione Christi concurrisse ex his, quæ dicta sunt, facilè est perpendere, adeo, vt dicat Propheta in persona Christi: repleta est anima mea malis, repleta, inquam, quia nihil in ea doloribus vacuum, & quanquam innocentia patientis imminuat dolorem passionis, quantum ad numerum, quia cum nocens patitur, dolet non solum de pœna, sed etiam de culpa, innocens autem solum de pœna: quitamen dolor in eo augetur ex innocentia, in quantum apprehendit nocumentum illatum, vt magis indebitum. Vnde etiam & alij magis sunt reprehensibiles, si ei non compatiuntur, secundum illud Esaiæ. 57. Iustus autem perit, & non est, qui recogitet in corde suo. ¶ Quinta causa, quæ vehementer angebat, & cruciabat Christum Dominum erat amissio vitæ corporalis, quæ naturaliter est horribilis humanæ naturæ, maximè cum vita corporalis Christi fuerit maximæ dignitatis, idque præcipuè propter diuinitatem vnitam. Vnde de eius amissione etiam ad horam magis esset dolendum, quàm de amissione vitæ alterius hominis per quan-

D. Tho. Damasc. D. Bonau. Gabriel. Richardus.

Quarta causa explicatur.

Esaiæ. 57.

Quinta causa exponitur.

quantumcumque tempus. Propter quod dicit Aristot. 3. Ethi. c. 9. quod virtuosus diligit vitam suam, quanto scit eam esse meliorem, & tamen eam exponit propter bonum virtutis: sic sanè Christus vitam suam maximè dilectam exposuit propter bonum charitatis secundum illud Hier. 12. Dedi dilectam animã meam in manibus inimicorũ eius. ¶ Sextam causam exaggerant maximè diuini Theologi. Pro cuius explicatione obseruandum est, quod Christus Dominus doluit pro peccatis omnium hominum sufficientissimè, qui dolor in Christo excesit omnem dolorem cuiuscunque contriti, tum quia ex maiori sapientia, & charitate processit, ex quibus dolor contritionis augescit, tum etiam quia pro omnibus peccatis simul doluit, secundũ illud Esai. 53. verè dolores nostros ipse tulit, &c. Vnde quidam Theologi non infimæ classis sentiũt, quod ex ista causa dolor Christi fuit summus, sicut ipsa gratia fuit summa, sic adeo quòd secundum speciẽ dari maior nõ possit. Ex quo videtur colligi id quod D. Tho. apertè docet in solutione. 6. quòd satisfecit pro omnibus peccatis omnium hominum sufficientissimè, non solum, quia opera eius erant suppositi diuini (ex quo opus Christi quodcunque erat infiniti valoris & pretij) verum etiam eius dolor secundum humanam naturam erat sufficientissimus ad tãtam satisfactionem. Itaque si fingeremus Christum fuisse purum hominem, habuisseque super se omnia omniũ hominum peccata, & peccasse illa, si postmodũ ad Deum fuisset conuersus, & habuisset dolorem, quem de facto habuit, dolor ille erat sufficiens satisfacere ex iustitia, & absolueretur à culpa, & ab omni pœna. Cum ergo esset liberator, & redemptor omniũ sic se habuit, atque si ipse omnia peccata commisisset. Et hoc est, quod dicitur in scriptura, peccata nostra ipse tulit super lignum. Ex his ergo causis simul iunctis, quarum collectio in nullo alio mortalium fuit, rectè tradiderunt Patres, cruciatus & dolores quos sustinuit Christus incomparabiliter excedere omnem cuiuscunque creaturæ passionem. Lege & reuolue diligenter diuinas litteras, quæ euidenter commemorant passionis Domini tormenta tanquam cæteris omnibus omnium aliorum hominum grauiora, signanter lege Hieremiæ capitulũ. 35. & in primis Threnos eiusdem. Lege Esaiam insuper. c. 5. & 53. Lege & Psal. 27. 57. 68. vbi inter cætera dicitur in persona Christi. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia, veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me, confortati sunt qui persequuntur me inimici mei iniustè, quæ non rapui tunc exoluebam, &c. quibus verbis docet psalmista grauissimum fuisse supplicium passionis Domini, per aquam intelligens copiam passionum inundantium super corpus ipsius, & penetrantium vsque ad interiora animæ eius, per limum seu lutum profundi, in quo nõ est substantia, neque fundamentum, vbi pedibus fixis valeat consistere ne submergatur, intelligens extremam in passione desertionem, siue desolationem, donec absorueretur à morte, per mare significans populum Iudæorum insanientium contra ipsum, per elationem, altitudinem, seu tempestatem maris intelligens concitatum illius populi furorem, insaniam, & seditionem, ingerentis quicquid potuit facere ad exaggerandum eius dolorem. ¶ Ad argumenta. Ad primum de confortatione angeli in primis dicendum est, quòd multi peruetusti catholicorum codices istam historiam non habuerunt, quemadmodum Hilarius testatur libro. 10. de Trinitate. Hoc & Hieron. in. 2. dialogo aduersus Pelagianos apertè indicat. Et Epipha. in libro Anchorato. hoc ipsum planè ostendit haberi in exemplaribus incorruptis, & vtitur eo testimonio S. Irenæus in opere contra hæreses aduersus eos, qui Christum in apparentia apparuisse dicunt. Verum orthodoxi quidam sustulerunt verbum timentes, & non intelligentes ipsius finem, ac vim, constitutus enim Christus in anxietate sudauit, & fuit sudor ipsius velut guttæ sanguinis, & conspectus est Angelus confortans ipsum. Hæc Epiphanius. Constat rursus hanc historiam, quam antiqui Patres citant, communi totius Ecclesiæ consensu in canonem sacrarum scripturarum esse receptã. ¶ Sed videamus, quomodo Angelus confortauit Christum, & quomodo confutetur argumentum propositum. Certè in Christo, vt constat ex vera Theologia, nulla erat redundantia partis inferioris ad superiorem, aut è conuerso. Itaq; motus timoris, & tristitiæ, atq; doloris non pertingebant superiorem partem animæ, quę ex visione diuinę essentiæ gaudio ineffabili perfruebatur, & vice versa, gaudium hoc continuum superioris partis de diuina essentia visa non tollebat, neque mitigabat tristitiam, & cruciatum inferioris partis, & propterea magnitudo tristitiæ, ac pauoris tanta describitur in inferiori parte animæ Christi, vt indiguerit mitigatione, & confortatione, quæ quoniam ab intrinseco non erat, quia inuiolatus perseuerabat dictus ordo, facta est ab extrinseco, aduenit enim Angelus tanquam homo exteriori colloquio confortans eum. Sicut nanque olim in deserto non fuit intus tentatus, sed diabolus exteriori

Aristot.

Sexta causa.

Esaiæ. 53.

D. Tho.

Hiere. 35.

Esaiæ. 5. & 53.

Psal. 27. 57. & 68.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

Hilarius.

Hierony.

Epiphanius

Irenæus.

Quomodo Angelus cõfortauit Christum.

ſuggeſtione tantum tentauit eum, ita modo exteriori tantum colloquio angelus confortauit eum, ſicut amicos ſolemus confortare. Et hac confortatione opus fuit, ne abſorberetur nimia triſtitia, & ne plus pateretur tũc, quam congruum erat. Ex hac itaque hiſtoria non recte colligitur Chriſtum Dominum aliquo ſolatio, ac doloris temperamento calicem hauſiſſe paſsionis, imò quia erat maximus dolor ab intrinſeco, opus habuit cõfortatore. ¶ Ad confirmationem. Ad confirmationem dicẽdum eſt, Chriſtum Dominum vſum fuiſſe in cruce iſta cõſideratione, & alijs multis quæ in argumentis commemorantur ne abſorberetur ex nimia triſtitia: Ita vt miraretur præſes, videns ſuam conſtantiam, tranquillitatem, æquanimitatem. Non tamẽ vtebatur illis ad minuendum dolorem, vt pateretur pro nobis abſque omni ſolatio, ac doloris temperamento. ¶ Ad ſecũdũ. Ad tertiũ. Ad ſecundum argumentum idem reſpondendum eſt. ¶ Ad tertium idem prorſus eſt adhibendum reſpõſum. Et de gloria animæ dicendum eſt, quòd ex ea nullam in parte inferiori ſentiebat conſolationem, quoniam ſi illa vteretur, nullum prorſus ſenſiſſet dolorem aut cruciatum. Neque fuit miraculum, quòd alijs conſiderationibus eius dolor, & cruciatus non imminueretur, nam poterat illis non vti; & vtebatur quidem, ne nimia triſtitia abſorberetur, ſed non vtebatur illis ad minuendum dolorem. Ad quartũ. ¶ Ad aliud argumentum de martyribus, qui in medio tormentorum gaudebant, & exultabant, reſpondetur, ſacramentum vnionis hypoſtaticæ, qua in Chriſto fuerunt coniuncta diuina & humana natura, ita fuiſſe diſpenſatum, vt nec diuina natura impediret proprietates, actiones, & paſsiones naturæ humanæ, neque humana excluderet omnipotentiam, aliaſque proprietates naturæ diuinæ; & vt myſterium redemptionis eſſet cõſummatiſsimũ, tantum eſt paſſa humana natura in Chriſto, quantum in vllo puro homine pati potuiſſet, diuinitate in nullo impediente ſenſum doloris. Ex eadem diſpẽſatione factum eſt, ſicque temperatum, vt ſummum diuinæ fruitionis gaudium, quod Chriſtus in anima habebat ex viſione diuinæ eſſentiæ non mitigaret in vllo cruciatu ſenſum, neque acerrimus corporis cruciatus minueret gaudium illud diuinæ fruitionis. Quod ſi cui mirum, & incredibile videatur, quòd vnus idem ſimul gaudeat, & doleat, fruatur, & patiatur, ſic quod nec dolor gaudium, nec gaudium minuat dolorem, expectet huius rei explicationem vſque ad articulum octauum, vbi de hac re copioſius ediſſeretur. Illud tamen nunc intelligat, quòd cum ſancti martyres in doloribus ſæpè triumpharent, & quaſi diem feſtum agerent, nihil horum in Chriſto vidimus, de cuius plenitudine martyres robur, & virtutem acceperunt. ¶ Ad quintum cum ſua confirmatione neganda eſt conſequentia, aliqui enim moriuntur nullo, vel paruo dolore, vt animaduertere licet in his, qui iugulantur, aut ſuffocantur, ij enim non moriuntur ex dolore, ſed quia tolluntur eis neceſſaria ad vitam, vt caput, reſpiratio. Adhæc, minor dolor in corde citius perimit, quam maior in alia corporis parte; vnde paruum vulnus in corde ſtatim mortem affert. His accedit, quod Chriſtus habuit complexionem optimam omnium, ex quo ſequitur, quòd habebat maius robur, maioremque virtutem ad reſiſtendum morti, & ad ſufferendum tormenta. ¶ Ad vltimum argumentum iam in ſuperioribus expoſitum dedimus, quemadmodum Chriſti dolor exceſſerit omnes dolores cuiuſcunque hominis in hac vita mortali exiſtentis, non quod exceſſerit omnes dolores omnium hominum in vnum collectos. ¶ Sed ex hoc enaſcitur aliud dubium, an Chriſti dolor exceſſerit dolorem inferni, aut purgatorij? Hoc dubium mouet hic D. Thom. in 3. argumento, & dicit in ſumma, quòd dolor animæ ſeparatæ patientis pertinet ad ſtatum futuræ damnationis, quæ excedit omne malum huius vitæ, ſicut ſanctorum gloria excedit omne bonum præſentis vitæ. Vnde cum dicimus Chriſti dolorem eſſe maximum, non comparamus ipſum dolori animæ ſeparatæ. Gabr. in 3. diſtinct. 15. quæſt. vnica exiſtimat, quòd dolor purgatorij ſit maior, quam fuerit Chriſti, & tribuit hanc ſententiam D. Thom. & D. Bonauenturæ. Sed ego hoc non inueni in D. Thoma, ſed tantum de dolore damnatorum in 3. diſtinct. 15. quæſtione. 2. articulo. 3. quæſtiuncula. 3. ad 5. Verum eſt tamen, quòd D. Auguſt. lib. de vera & falſa pœnit. capitulo. 18. exaggerat multum dolorem purgatorij, aſſeritque eſſe longè maiorem, quam omnes, quos in hac vita patimur; & conſequenter, videtur aſſerere, quòd dolor Chriſti fuerit minor, quam dolor animarũ purgatorij. Sed quicquid ſit de hoc, illud tamen mihi eſt certum, quòd quicunque dolor Chriſti vel minimus ſufficiens fuit ad ſatisfaciendum de toto rigore iuſtitiæ pro omni cruciatu, & dolore, quem patiũtur, & patientur animæ in purgatorio, & in inferno. Quicũque enim dolor Chriſti ex vnione hypoſtatica habebat infinitum valorem, & infinitam vim ad ſatisfaciendum pro infinitis hominibus ſi eſſent. Exiſtimo etiam non eſſe abſurdum cõcedere, quòd dolor Chriſti intenſiuè

Ad quintũ. D. Auguſt. Dubium. D. Tho. Dolor inferni intenſior eſt dolore Chriſti. Gabriel. Nota.

intensiuè fuerit maior, quam dolor aliquarũ animarum, quæ sunt in purgatorio. Aliquæ enim animæ ibi existentes leuissima puniuntur pœna, meritis earum non magnum cruciatum expostulantibus. ¶ Sed iam examinemus quæstionem aliam de sudore Christi sanguineo, qui fuit primus & maximus cruciatus, quo interius anima Christi sanctissima premebatur. Quæritur ergo, an fuerit naturalis, an miraculosus? & quæ fuerint eius causæ? Certè naturaliter posse accidere sudorem sanguineum, testatur Arist. lib. 7. de hist. animalium ca. 16. & lib. 3. de partibus animalium. c. 5. Ita etiam medici attestantur omnes, & varias causas huius sudoris assignant. Albertus Magnus inquit, posse prouenire ex abundantia sanguinis, vel ex eius aquositate. Galenus lib. de vtil. relaxationis scribit, ꝙ quando pori sunt nimis dilatati sudant sanguinẽ. Arist. indigesti sanguinis, & minus bonæ complexionis secundum naturam accidens esse existimat. ¶ Nos verò de sudore sanguineo Christi Domini dicamus in primis quod fuit naturalis, non miraculosus. Quod demonstro tribus argumẽtis, tum, quoniam sudor hic sanguineus fuit secundum interpretationem Patrum ad ostendendam veritatem humanæ naturæ, atsi esset miraculosus huius rei demonstrationem non faceret. Tum vero, nam cũ in secreto sudauerit sanguinem, quorsum opus erat miraculo? Tum tertio, quoniã sudor iste sanguineus nõ potuit prouenire ex sanguine indigesto, & impuro, vt planè constat, nec verò ex abundantia sanguinis, erat enim abstinẽtissimus Iesus, ergo optimæ complexionis sanguineũ sudorem emisit, sicut natura in parte generatiua, deficiente semine ministrat sanguinem, simili namq; modo deficiẽte aquositate sanguinis, quæ est materia sudoris, Christus sanguinem sudauit, erat enim corpus Iesu exhaustum, & magnitudo passionum pellens violente sudorem, pepulit simul aliquid sanguinis deficiente sudoris materia. Hæc fuit vera causa, & naturalis quidem sudoris sanguinei. Et ipse quidem Christus, quum esset totus viuidus, ac ætate iuuenis, omnium, quos vnquam terrarũ orbis habuit multò pulcherrimus, atque amabilissimus: tãtam hic luctam sustinuit, tantaq; vi ipsam naturam sensitiuam in horribiles cruciatus consentire coẽgit, vt pro nimio labore cruentus sudor ex omnibus illius membris erumperet. Etenim ob orationis feruorem, & metum, ac horrorem mortis, sanguis eius ad cor confluxerat. Tum vero amor validus, & ardens desiderium paternam exequendi voluntatem, nosque redimendi, ceu malleus quidam aut vis ingens accedens, vicit timorem illum, & sensualitatem, sanguinemque fortiter expulit, ita vt in hac præclara victoria, ex subita violentia sanguis è poris omnibus nimio labore patefactis, abunde cum alio sudore erumpens, defluueret in terram. Ex his ergo documentis facilè discet Theologus sudorem Christi sanguineum naturalem fuisse, non miraculosum, mirabilem tamen, & inauditum, discetque causas huius rei demonstrare idoneas, quas supra breui sermone insinuauimus. ¶ Sequitur alia quæstio, Vtrùm mors Christi lugenda sit? Theophilactus explicans illud Lucæ. 23. Filiæ Hierusalem nolite flere super me, inquit in hunc modum: Mulieres genus hominum est, facile lachrymans, & plorans, quasi graue quiddam accidisset Domino, plorant, compassionem præseferentes magnam, & iniustitiam lamentantes. At ille non approbat, sed magis increpat illas; voluntariè enim patiebatur. Non decet autem lamentari eum, qui sponte, & pro salute omnium patitur: sed congruum est, vt ille magis laudibus efferatur, & celebretur. Per crucem enim, & mors destructa est, & infernus captiuus factus. Lamenta enim his, qui sponte patiuntur, nullam consolationem afferunt. Proinde Dominus eas, quæ ipsum lugebant, increpat. Erasmus ex his verbis colligit non licere Christiano viro passionem Christi deflere, mortemque ipsius prosequi lachrymis; quia Christus mortem suam non lugubrem, sed glorioſam esse voluerit; nec deplorari voluit, sed adorari, vt quæ sponte pro salute totius mundi suscipiebatur. Confirmat hanc sententiam Bedæ testimonio, qui lib. 6. comment. in Lucam sic scribit: Ne me, inquit Christus, moriturum lamentemini, cuius cita resurrectio mortem soluere potest; cuius mors & omnem mortem, & ipsum mortis destructura est autorem. Rursus Bedæ adiungit Ambrosium; qui licet hunc fermonem Domini ad fœminas prætercurrat, tamen ad crucis mentionem statim erumpit in verba triumphalia, non lugubria. Sed iam trophæum, inquit, Victor suum attollat. Ac deinde, nunc quoniam trophæum iam vidimus, currum suum triumphator ascẽdat, &c. Hanc Erasmi opinionem Facultas Parisiensium Theologorum in censuris contra Erasmum condemnat, tanquam hæreticum dogma, condemnatque vniuersus Christianorum populus, & consensus totius Ecclesiæ, quæ singulis annis memoriam passionis, & mortis Christi lugubri pompa, & flebilibus cæremonijs concelebrat. Hoc & Propheta Zacharias præcipuè monuit capitulo. 12. inquiens: Plangent eum omnes tribus terræ.

An sudor Christi sanguineus fuerit naturalis.

Aristot.

Albertus Magnus.

Galenus.

Autoris sententia.

Vtrũ mors Christi sit lugenda. Theophilactus.

Erasmus.

Beda.

Ambrosius

Vera sentẽtia Parisiensium Academiæ.

Zachar. 12.

Vnde

Vnde prædictæ Patrum autoritates accipiendæ sunt eo in sensu, quo Christus ad lugentes mulieres dixit. Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vos flete. Quibus verbis non prohibuit se defleri pio quodam charitatis affectu prudenter, & decore. Neque enim credibile est Christum vetuisse, quòd humanæ naturæ sensus suggerit, amicitiæ ratio suadet, & diuina oracula futurum prædixerant. Nam vt cætera prætermittam, Mariæ matris animam iuxta Simeonis vaticiniũ doloris gladius in morte filij transfixit. Huius autem dolores, ac lachrymas à Christo fuisse damnatas nemo sanæ mentis dixerit. Prohibuit ergo illis in verbis Christus Dominus mulierculariũ aliquot cæcum, & indecorum luctum, quæ etiam collacrymari solent, cum homines scelératissimi, & improbissimi supplicio afficiuntur sua peccata nihil considerãtes. Et certè illę mulieres Hierosolymitanę lugebant Christũ, vt infirmum, & imbecillem hominem, nec se potentem ab iniurijs defendere. Huiusmodi indignum fletum compescẽs Christus admonet, vt seipsas potius, ac filios suos hac lugẽdi ratione deplorent, quibus immineret ineluctabilis calamitas, & ineuitabile vrbis excidiũ.

Lutherani. ¶ Sed antequam hinc discedamus sciendum est, quod hæretici Lutherani obijciũt nobis, quod Christi statuam sepulchro impositam, & psalmis planctam, tandem circa diluculum in die Resurrectionis cum candelis, ac acclamatione è sepulchro eripimus, & hinc inde cursitantes circum agimus ad Ethnicorũ planè sceleratam imitationem, qui Adonidem Veneris amasium mortuũ, deinde reuiuiscentem annua solennitate concelebrant. Sed hæc tam execranda est blasphemia, vt non mereatur confutationem.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrùm Christus passus fuerit secundũ totam animam.

252 5. distin. 15. q. 2. ar. 1. q. 3. & ar. 3. q. 2. & veri. q. 26. art. 3. ad 1. & ar. 8. & 9. Et quol. 7. arti. 5. Et opusc. 3. c. 235.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit passus secũdum totam animam. Anima enim patitur patiente corpore per accidens, in quãtum est corporis actus. Sed anima non est actus corporis secũdum quamlibet partem eius: nam intellectus nullius corporis actus est, vt dicitur in 3. de anima*. Ergo videtur, quòd Christus non fuerit passus secundum totam animam. ¶ 2. Præterea, Quælibet potentia animæ patitur à suo obiecto. Sed superioris partis rationis obiectũ sunt rationes æternę: quibus inspiciendis & consulendis intendit, vt Augustin. dicit 12. de Trinit. Ex rationibus autem æternis nullum potuit Christus pati nocumentum, cùm in nullo ei contrarietur. Ergo videtur, quòd nõ fuerit passus secundum totam animam. ¶ 3. Prętera, Quando passio sensibilis vsque ad rationem pertingit, tunc dicitur completa passio, quę in Christo nõ fuit, sed solum propassio, vt Hieron. dicit. Vnde & Dion. dicit in epist*. ad Ioannẽ Euangelistam, quòd passiones sibi illatas patiebatur secundum iudicare solũ. Non ergo videtur, quòd Christus secundum totam animam pateretur. ¶ 4. Præterea, Passio dolorem causat. Sed in intellectu speculatiuo non est dolor: quia delectationi, quæ est ab eo quod est cõsiderare, nulla tristitia opponitur, vt Philosophus* dicit in 1. Topic. Ergo videtur, quòd Christus non pateretur secũdum totam animam. ¶ Sed contra est, quod in Psalmo. 87. dicitur ex persona Christi, Repleta est malis anima mea. Glossa†, nõ vitijs, sed doloribus, quibus anima carni compatitur, vel malis, scilicet pereuntis populi compatiẽdo. Non autem fuisset anima eius his malis repleta, si non secundum totam animã passus esset. Ergo Christus est secũdum totam animam passus.

Li. 12. ca. 7. in fine, to. 3

Hier. super illud Matt. 2. Cæpit cõtristari & mœstus esse, to. 9.

* Incipit hæc epistola Diony. Saluto te anima, &c. circa medium illius.

1. Topic. c. 13. in loco. Ab his in quibus reperitur alterum contrariũ, to. 1.

Psal. 87. Est August. ibi, tom. 8.

Respondeo dicendum, quòd totum dicitur respectu partium: partes autem animæ dicuntur potentiæ eius. Sic ergo dicitur anima tota pati, in quantum patitur secundum suam essentiam, vel in quantum secundum omnes suas potentias patitur. Sed considerandũ est, quòd aliqua potentia animę potest pati dupliciter. Vno modo passione propria, quæ quidem est secundum quod patitur à suo obiecto, sicut si visus patiatur ex superabundanti visibili. Alio modo patitur aliqua potentia passione subiecti, super quod fundatur, sicut visus patitur patiente sensu tactus in oculo, super qui-

quem fundatur visus, puta cùm oculus pungitur, aut etiam distemperatur per calorem. Sic igitur dicendum est, quod si intelligamus totam animam ratione suæ essentiæ, sic manifestum est totam animam Christi passam esse. Nam tota essentia animæ coniungitur corpori, ita quòd tota est in toto, & tota in qualibet parte eius, & ideò corpore patiente & disposito ad separationem ab anima, tota anima patiebatur. Si verò intelligamus totam animam secundum omnes potentias eius, sic loquendo de passionibus proprijs potentiarum, patiebatur quidem secundum omnes vires inferiores: quia in singulis viribus inferioribus animæ, quæ circa temporalia operatur, inueniebatur aliquid quod erat causa doloris Christi: sicut ex supradictis patet*. Sed secundum hoc superior ratio non patiebatur in Christo ex parte sui obiecti, scilicet Dei, qui non erat animæ Christi causa doloris, sed delectationis & gaudij. Secundum autem illum modum passionis, quo potentia aliqua dicitur pati ex parte sui subiecti, sic omnes potentiæ animæ Christi patiebātur: omnes enim potentiæ animæ radicantur in essentia eius, ad quam peruenit passio, passo corpore, cuius est actus.

art. 5. & 6. huius q.

¶ Ad primum ergo dicendū, quòd licet intellectus, secundum quod est potentia quædam, non sit corporis actus: essentia tamē animæ est corporis actus; in qua radicatur potentia intellectiua, vt in prima parte habitum est*.

P. p. q. 77. art. 1. & 8.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa ratio procedit de passione quæ est ex parte proprij obiecti, secundum quam superior ratio in Christo passa non fuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dolor tunc dicitur esse passio perfecta, per quam anima perturbatur, quando passio sensitiuæ partis pertingit vsque ad immutandum rationem à rectitudine sui actus, vt scilicet sequatur passionē, & non habeat liberum arbitrium super eam. Sic autem passio sensitiuæ partis non peruenit in Christo vsque ad rationem, sed ex parte subiecti, sicut dictum est*. in corp. ar.

¶ Ad quartum dicendum, quòd intellectus speculatiuus non potest habere dolorem vel tristitiam ex parte sui obiecti, quod est verum absolutè consideratum, quod est perfectio eius. Potest tamen ad ipsum pertingere dolor vel causa doloris per modum iam dictū*. in corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Tota anima Christi ratione suæ essentiæ passa est, cum tota essentia animæ corpori coniungatur, vnde corpore patiente, & disposito ad separationem ab anima, tota anima patiebatur. 1. Conclus.

¶ Secunda conclusio. Si intelligamus animam secundum omnes eius potentias inferiores, sic patiebatur passionibus proprijs illarum potentiarum, quia in singulis viribus inferioris animæ, quæ circa sensibilia operantur, inueniebatur aliquid, quod erat causa doloris in Christo. 2. Conclus.

¶ Tertia conclusio. Ratio superior non patiebatur in ipso ex parte sui obiecti, videlicet, Dei, cùm ipse Deus non sit causa doloris animæ Christi, sed delectationis, & gaudij. 3. Conclus.

¶ Quarta conclusio. Ex parte sui subiecti omnes potentiæ animæ Christi patiebantur, omnes enim potentiæ animæ radicantur in essentia eius, ad quam peruenit passio passo corpore, cuius est actus. 4. Conclus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

VIdebitur fortasis alicui, quòd ratio superior in Christo per proprium actum doluit de passione Christi, tum quia erat contra naturalem appetitum ipsius rationis superioris: tum, quia erat contra conditionatum velle eiusdem: quicquid autem nobis nolentibus vel naturali voluntate commodi, vel conditionato velle, accidit, sufficiens causa tristitiæ est, vt patet de miseria, quoad primum, & de proiectione mercis in mare, quoad secundum. Amplius, Christus tristatus est, de peccatis hominum, vt sunt offensæ Dei: sed hoc spectat ad rationem superiorem: quia hæc tristitia est secundum Deum, est secundum rationes æternas consultas, quæ sunt secundū Augustinum 12. de Trinit. obiectum rationis superioris, ergo. Sed & doctissimus Cano lib. 12. de locis. c. 14. in solutione vlt. alia argumenta his similia proponit cōtra conclusionē D. Tho. Nā Dominus habuit in voluntate actum, quo mortem verè noluit, at tristitia est de his quæ nobis nolentibus accidunt, vt Augustinus ait.

Vtrum ratio superior habuerit dolorē per priū actum.

Primū arg.

Secundum.

Augustin.

Cano.

Prior propositio, quoniam ab aliquibus negatur; sic probatur. Primo ex D. Thom. 3. part. q.18.art.6. vbi dicit, quòd voluntas naturalis, & voluntas sensualitatis aliud voluit in Christo, quam diuina voluntas. Et art.5. refert August. contra Maximinum in hæc verba: in hoc quod Christus ait, non quod volo, sed quod tu: aliud se ostēdit voluisse, quàm pater. Quod nisi humano corde non posset. Ac revera ex illo Euangelij testimonio non solùm sancti veteres, sed synodus sexta sub Agathone collegit & duas volūtates in Christo, & duas volūtatum operationes. Sanè qui ait, non sicut ego volo, is actū voluntatis apertè significat. Verùm aliquis elaberetur dicens, appetitum sensitiuum vocari interdum voluntatem. De qua Ambrosium hunc locū explicare, D. ipse Thomas interpretatur 3. p. q. 18. art. 2. Quin D. Tho. q. 18. 3. par. art. 5. argumentum tertium non poterat refellere, si admisisset, Christi voluntatem aliquid velle, quod non habuerit. Beatus enim est, vt Augustinus docet, qui habet quæcunque vult. In reliquis certè beatis probabilissimè aliquis posset eiusmodi nolleitates negare, quoniā in illo statu otiosæ sunt. Cùm ergo Christus secundum intellectum, & voluntatem perfectè fuerit beatus, non videtur eiusmodi nolitiones habuisse. Confirmantur hæc omnia, & probatur, quòd in voluntate Christi intellectuali, quæ propriè voluntas est, non tristitiam modo, sed summam, maximamq; fuisse. Quia enim in hostia pro pecto, cordis contritio, voluntatisq; tristitia potissimè desideratur, sacrificium quippè Deo spiritus contribulatus, &c. & tristitia spiritualis hæc contraria est peccato medicina, quod sedem suam præcipuè in voluntate habet: cōsentaneum profectò erat, vt filius Dei hostiā se pro peccato exhibiturus, non solùm corporis, & animæ sensitiuæ dolores, sed angores quoque spiritus, & voluntatis tristitiam susciperet: qui pro culpis nostris omnibus hostia il la Deo acceptissima omnibus omninò modis cōtereretur. Sic verè lāguores (Isai. 53.) nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Sic non modò vulneratus est propter iniquitates nostras, sed attritus est propter scelera nostra. Sic disciplina pacis nostræ super eum, & liuore atque dolore eius sanati sumus. Sic Dominus eum voluit in infirmitate conterere, qui posuit pro peccato animam suam. Augustin. insuper 14. lib. de ciuit. asserit Christum eos naturæ nostræ defectus suscepisse, qui perfectioni gratiæ non repugnant quidem, sed de amore boni, & sancta charitate veniunt. At commendat magis charitatem suam Christus, si tristitiam quoque eam Deo pro culpis nostris in sacrificium præbuit, quàm nos Deo pro illis debemus maximè. Item Ambrosius ad Gratianum Imperatorem dixit, sicut susceperat voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Nā voluntas propriè appetitus intellectualis est. Et velle propriè actus voluntatis est: ait autem, non sicut ego volo. Voluntatis etiam dolor hominis propriè tristitia est: nā qui in solo appetitu sensitiuo reperitur, hic animantis magis dolor est, quàm hominis. Decuit autem, vt per dolorem propriè humanum humana peccata soluerētur. Ita, cùm dixit; Repleta est malis anima mea, omnem animæ appetitum repletum dolore intellexit, siue sensualem, siue rationalem. Quoniam & pronomen, mea, rationalē magis, quā sensualē præ se fert. ¶ Pro explicatione veritatis, & confutatione istorum argumentorum nonnulla documenta ex diuina Theologia sunt obseruanda. Primum est, quòd in Christo fuerunt coniuncta diuina, & humana natura in vnitatem suppositi, hoc enim est admirandum vnionis hypostaticæ sacramentum. Secundum documentum, ita fuit dispensatum hoc sacramentum, vt nec diuina natura impediret proprietates, actiones, & passiones naturæ humanæ, neque humana excluderet omnipotentiam, aliasq; conditiones diuinæ naturæ. Tertium habendum est præ oculis, quod secundum eiusmodi naturarum diuersitatem fuit in Christo gemina vita, increata, videlicet, quæ mori nō potest, & creata, quæ est humanæ naturæ secundum quam mortuum esse Christum in cruce per separationem animæ à corpore testantur omnes Euangelistæ. Quartum documentū, In Christo secundum diuersitatem naturarū est gemina voluntas, altera diuina, altera humana, & qui alteram istarum voluntatum inficiatur, alteram quoque naturam negat in Christo. Quintum documentum, Humana voluntas in Christo variè distribuitur à Theologis, in primis in voluntatem vt naturam, & vt rationem, prior dirigitur ex naturæ impulsu, posterior ex rationis consilio. Sic distinguit Damas. lib. 3. c. 14. & has duas voluntates non re, sed ratione arbitror esse distinctas ex officiorum diuersitate. Sic sentit D. Tho. in pluribus locis suæ doctrinæ, quos non oportet in præsentia commemorasse. Rursus, voluntas vt ratio duplex est, (vel, vt verius loquamur) anima, quæ est altera pars humanæ naturæ in Christo habuit duas partes superiorem, qua contemplatur diuina ac cælestia, & inferiorē, qua intendebat, rebus agendis circa corpus, quæ sensui proxima est. Ex his documentis si benè inspiciātur, haud difficile erit intelligere quomodo superior pars animæ Christi omnis dolo-

D. Tho.

Sexta synodus.

D. Tho.

Confir.

Esai. 53.

Augustin.

Ambrosius

Documēta notanda.

Damasc.

D. Thom.

Solutio quæstionis

doloris,& triſtitiæ fuerit expers,ſiquidem ſuperior pars animæ Chriſti etiam ſub tormentis,etiam in morte ſemper fruebatur contemplatione diuinitatis,& in ea,vt ſic triſtitia locũ habere non potuit. Verùm eadem voluntas Chriſti,quæ re idem eſt cum ratione ſuperiori,vt natura refugiebat mortem,vt aduerſantem naturæ humanæ, dolebatq; de eius cruciatu.Inſuper voluntas Chriſti,vt ratio inferior etiam formidabat mortem, dolebat,triſtitia & mœrore afficiebatur,nam conſulens rationem inferiorem,hoc eſt,obſeruata propria innocentia,& quod indignus erat tali morte eam formidabat,ſed obſeruando ſupremam, diuinamque regulam ſimpliciter volebat mori,& eam affectabat,& de ea magnoperè gaudebat,& ex diuina diſpenſatione ſic effectum eſt,&temperatum in hac dualitate naturarum voluntatum, ac partium animæ, vt ſummum fruitionis gaudium,cruciatum,& dolorem in nullo minueret,neque acerrimus corporis cruciatus gaudium illud diuinæ fruitionis. Quod ſi dicat Theologus miraculum videri,quòd ſimul in eadem voluntate fuerit ſummum gaudium ſimul & ſumma triſtitia,dicendum eſt ei miraculum fuiſſe, quòd idem homo eſſet & viator,& comprehenſor:miraculum, quod à gloria animę nihil deriuaretur ad corpus:miraculum quod à ſuperioris gaudio potentiæ nihil ſolatij in inferiores redundaret:miraculum,quod inferioribus perturbatis,nec ſuperiores turbarentur,nec à ſua perpetua operatione ceſſarent,nec remitterẽt opus, nec quietem,& delectationem,vel ex minima parte reſoluerent.Inter hæc miracula propter myſterium noſtræ redemptionis explendum quanquam voluntas Deo viſo fruebatur, ſuſcepit tamen triſtitiam quantã maximam capere potuit:potuit autem capere tantam,quanta maxima in rerũ natura eſſe poteſt. Vt dolor pro peccatis non minor eſſet,quã charitas,& ſciẽtiæ ipſe quoque ſuperemineret. Illud etiam oportet ſcire pro explicatione ſententiæ D. Thomæ,quòd D.Tho.nõ inficiatur partẽ animæ ſuperiorem in Chriſto Domino paſſam fuiſſe triſtitiam,ſed ſolùm quòd non patiebatur à proprio obiecto,quod eſt Deus,non vtiquè patiebatur,ſed fruebatur diuinæ eſſentiæ viſione.Sed Caietanus aliter pergit ad propoſitam difficultatem explicandam, dicit enim in primis,quòd cùm ſecundum Auguſtinum triſtitia ſit de ijs,quæ nobis nolentibus accidũt,neceſſumeſt,quòd triſtitia ſit de eo quod eſt contra noſtram voluntatem. Rurſus ſtatuit Caiet.pro certo, quòd noſtrũ nolle quadrupliciter inueniatur, vel per actum elicitũ, vt ſi nolo viſitari; vel per naturalem contrarietatem ad voluntatem ſecundum ſe, vt nolumus miſeriam; vel per naturalem contrarietatem advoluntatem colligatam appetitui ſenſitiuo,vt nolumus vri,vel per conditionatum actum voluntatis,putà,nolleitatem, vt nollemus proijcere merces in mare, quas tamẽ proijcimus.Tertio loco ſtatuit Caiet.Scotum exiſtimaſſe quodlibet iſtorum nolle,ſufficienter cauſare triſtitiam in voluntate,ſi contra huiuſmodi nolle,eueniat nobis aliquid. Sed in hoc fallitur Scotus, nam beatis multa poſſunt ſic volita euenire,qui tamen triſtari non poſſunt. Certè pater,qui beatus eſt,nollet filium damnari,vt patet,& tamen beatus non triſtatur, ſi filius damnatur.Et ſimile eſt de iniurijs, quæ fiunt ſanctis circa eorum corpora, ſunt enim contra naturalem voluntatem eorum, & tamen non triſtantur. Quo circa diſtinguẽdum eſt de nolle,quod ſiue naturale,ſiue conditionatum ſit,dupliciter ſumi poteſt vel abſolutè, hoc eſt,quantum eſt ex parte voluntatis, ſeu boni voliti,aut mali noliti,& taliter nolle non ſufficit ad cauſandam triſtitiam. Alio modo ſumitur nolle ſecundum præſentem ſtatũ volentis,aut nolentis, quia ſecundum præſentẽ ſtatum habet nolleitatem,& hoc modo nolle ſufficit ad triſtitiam : propterea enim triſtor proijciendo merces, quia ſecundum præſentem ſtatum habeo nolleitatem perdendi illas, & è contrà propterea beati de nullo triſtãtur, quia de nullo contrario euenturo habent nolleitatẽ in illo ſtatu.Et in propoſito,ideò Chriſtus Dominus beatus ſecundum portionem ſuperiorem non triſtabatur de ſua paſſione, quia ſecundum illam nec nolleitatem illiusbebat:ſed tanquàm beatus illam nullo modo refutabat.Vnde patet falſum eſſe,quòd rationi ſuperiori Chriſti,vt natura, contrariebatur paſsio Chriſti:quoniam pars illa ſecundum illum ſtatum non habuit aliquid contrarij. Et ſimiliter falſum eſt,quòd habuerit nolleitatẽ mortis eadem ratione:quia,ſcilicet beata erat. Ex his documentis conatur Caietanus diſſoluere omnia argumenta Scoti, & dicit , quod non eſt contra naturalem inclinationem ſuperioris appetitus beati,paſsio Chriſti,& ſimiliter nec contra velle conditionatum illius,& ſimiliter nec contra eundem, quamuis colligatum corpori, quia non habuit locum redundantia in Chriſto.Ad illud de contritione peccatorum noſtrorum dicit, quòd dolor ille eſt rationis inferioris : quoniam obiectum talis actus eſt aliquid tẽporale,ſcilicet offenſa Dei. Nec obſtat,quòd ſecundum rationes æternas ſit hæc triſtitia:quoniam ratio inferior regulatur ex ratione ſuperiori,& ab illa ſumit principia:ſecundum enim obiecta, ſcilicet tempo-

Miracula eximia.

D.Thom.

Caietanus.

Scotus.

Nolle,dupliciter cõtingit.

Soluuntur argumenta Scoti.

rale,vel, æternum distinguuntur ratio superior,& inferior,vt in 1.p.q.79.ar.9.habes. Vel dicatur de contritione peccatorum, quòd dolor elicitiuè,& subiectiuè erat in sensu,in voluntate autem imperatiuè,& sic non est consequens,quòd dolor fuerit in parte rationali,sicut imperans seruo,quòd patiatur,non sentit in se dolorem. Sed certè præstat dicere, quòd in parte rationali fuerit summus dolor, prout iam supra expositum est. Sed sciendum est. quòd Scotus existimat esse falsum,quòd anima patiebatur secũdum suam essentiam, quia dolor siue tristitia non est in essentia animæ, Obiectio. sed in appetitu sensitiuo,vel intellectiuo,ergo perperam dicit D. Tho. quòd dolor erat in ani Solutio. ma Christi. Respondetur tamen quòd S. Tho. non dicit,quòd dolor erat in anima,sed q̃ ani ma patiebatur,tristabatur. His accedit ex do- D. Tho. ctrina D. Tho. de verit. q. 26. art. 10. documentum obseruandum;inter animam, inquit, & eius potentias est tanta harmonia,& cõnexio, vt mala omnia,& bona sint communia,& ideò si anima tristatur,tristitia etiam ad corpus redũdat,iuxta illud: spiritus tristis exsiccat ossa: si anima lætitia afficitur ad corporis quoque vires lætitia eius deriuatur: si corpus gaudet, aut læditur redundat in animam,& sic de potentia animæ sentiendum est,& si gaudet vnũ membrum,congaudent cætera membra. Vnde in Christo corpore patiente tota anima passa est,& omnes eius potentiæ, quæ in essentia animæ radicantur.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrùm tota anima Christi in passione frueretur fruitione beata.

253 3. dist. 15 q. 2. ar. 3. q 2. & veri. q. 10 ar. 11. ad 3. & q. 26. art. 9. & 10. Et quol. 1. q. 2 ar. 2. cor. & opus. 3. ca. 238. & 239.

AD octauum sic proceditur. Videtur quòd anima Christi in articulo illius passionis non tota frueretur fruitione beata. Impossibile est enim si mul dolere & gaudere, cùm dolor & gaudium sint contraria. Sed anima Christi tota patiebatur dolorem in tempore passionis: vt suprà habitum est*. Non ergo poterat esse vt tota frueretur.

*quæst. 15. art. 10.

¶ 2. Præterea, Philosophus dicit in 7. Ethic †. quòd tristitia si sit vehemens, non solùm impedit delectationem contrariam,sed quamcunque, & èconuerso. Dolor autem passionis Christi fuit maximus (vt ostensum est*) & similiter delectatio fruitionis est maxima: vt in principio Secundæ partis habitum

†li. 10. c. 5. & lib. 7. ca. vlt.

*art. 6. huius quæst.

est †. Non ergo potuit esse, quòd anima Christi tota simul pateretur & frueretur. ¶ 3. Præterea, Fruitio beata est secundum cognitionem & amorem diuinorum, vt patet per Augustt. in primo de doctrina Christiana. Sed non omnes vires animæ attingunt ad cognoscendum & amandum Deum. Non ergo tota anima Christi fruebatur. ¶ Sed contra est, quod Damascenus † dicit in 3. lib. quod diuinitas Christi permisit carni agere & pati quæ propria. Ergo pari ratione cùm proprium esset animæ Christi, in quantum erat beata, quòd frueretur, passio eius fruitionem non impediebat.

†P. 2. q. 4.

*li. 1. ca. 4. & 10. tomo. 3.

† li. 3. c. 15. post med.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum* est prius, tota anima potest intelligi & secundum essentiam, & secundum omnes eius potentias. Si autem intelligatur secundum essentiam, sic tota anima fruebatur, in quantum est subiectum superioris partis animæ, cuius est frui diuinitate: vt sicut passio ratione essentiæ attribuitur superiori parti animæ, ita èconuerso fruitio ratione superioris partis animæ attribuatur essentiæ. Si verò accipiamus totam animam ratione omnium potentiarum eius,sic non tota anima fruebatur, nec directè quidem, quia fruitio non potest esse actus cuiuslibet partis animæ, nec per redundantiam gloriæ: quia dũ Christus erat viator, non fiebat redundantia gloriæ à superiori parte in inferiorem, nec ab anima in corpus. Sed quia nec èconuerso superior pars animæ impediebatur circa id quod est sibi proprium, per inferiorem, consequens est quod superior pars animæ, perfectè fruebatur Christo patiente.

*ar. præced.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd gaudium fruitionis non contrariatur directè dolori passionis: quia non sunt de eodem, nihil autem prohibet contraria eidem inesse non secundum idẽ. Et sic gaudium fruitionis potest pertinere ad superiorem partem rationis per

Pro-

proprium actum, dolor autem passionis secundum suum subiectum. Ad essentiam verò animæ pertinet dolor passionis ex parte corporis, cuius est forma: gaudium verò fruitionis ex parte potentiæ, cui subijcitur. ¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum illud Philosophi habet veritatem ratione redundantiæ, quæ naturaliter fit ab vna potentia animæ in aliam. Sed hoc in Christo non fuit, vt suprà dictum est*.

in corp. art. & art. 6.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de totalitate animæ, quantum ad eius potentias.

SVMMA TEXTVS.

1. concluſ. PRima conclusio. Anima Christi tota secundum essentiam fruebatur. Probatur, quia tota essentia est subiectum portionis superioris, quæ fruebatur. Et declaratur à simili præcedentis articuli: vt sicut portio superior dicta est pati propter essentiam patientem, ita è contra essentia fruitur ratione partis superioris fruentis. ¶ Secunda conclusio. Anima Christi totalitate potentiarum, non tota fruebatur. Probatur: non directè, quia non quælibet pars animæ capax est fruitionis: nec per redundantiam, quia in Christo, quandiu fuit viator non erat redundantia. ¶ Tertia conclusio. Superior pars animæ proprio actu fruebatur Christo patiente. Probatur, quia non impediebatur à coëua sibi fruitione per inferiorem partem patientem.

2. Concluſ.

3. Concluſ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Probatur quod summum gaudium non fuerit simul cũ tristitia.

IN hoc articulo potissima difficultas est, quomodo summum gaudium fuerit simul coniunctum in anima Christi cum summa tristitia, & dolore. Nã videtur esse euidens impossibilitas, quòd simul in eodem sit summũ gaudium, & summa tristitia secundum eandem partem, sicut est euidens impossibilitas, quòd sit summa albedo, & summa nigredo in eadem corporis parte. Hoc igitur confirmatur, nam anima Christi secundum voluntatem erat beata perfectè, ergo nullam in voluntate sentiebat tristitiam, beatitudo enim est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Deinde, fieri non potest, quòd Deus in seipso habeat dolorem aut tristitiam, ergo fieri non potest, vt voluntas beati tristitia afficiatur. Consequentia inde probatur, nam ideò Deus non potest tristari, quia habet in se omnem rationem boni, sed etiam beatus habet omnem rationem boni, & quicquid vult, ergo nõ tristatur, Christus autè beatus erat. Præterea, anima Christi Domini erat in suprema deitatis cõtemplatione, igitur nõ poterat passionis sentire cruciatum. Consequẽtia inde probatur, nã Paulus raptus in tertium cœlum ait se nescire, an in corpore, an extra corpus passus fuerit, & vehemens motus impedit minoris sensum, & sæpè experimur, si aliquando immergimur, in profundam meditationẽ non sentire, quæ ob oculos versantur. Difficultas horũ argumentorũ varijs modis à Theologis explicatur, & nos in superioribus aliquot adhibuimus expositiones, sed nunc ex professo rẽ accuratè inuestigemus. ¶ Ad primũ ergo argumentũ D. Tho. de passion. animæ. art. 10. ad 9. duas adhibet solutiones. Prior est, cõtraria vt gaudiũ, & tristitia nõ posse in eodẽ per se quidẽ, sed benè per accidẽs, vt cũ quis in naui deambulans fertur in contrariũ eius ad quod nauis mouetur, ita inquit in superiori ratione animę Christi erat gaudiũ per se, quia per actũ proprium, dolor verò per accidens, quia per corporis passionem. Deinde respondet, quòd gaudiũ illud, & dolor non erant cõtraria, quia non erant de eodẽ sub eadẽ ratione, & Dominus gaudebat ex visione diuina, & gaudebat ex morte, quatenus diuinæ voluntati erat conformis, tristabatur tamẽ ex eadẽ, quia erat corporis proprij dissolutiua. Vtrumq; responsum huius argumẽti calũniam patitur. Primũ sic solet impugnari, quoniã motus locales cõtrarij si aliquãdo in eodẽ existũt, ex eo est, quòd tota ferè eorũ substãtia, & ratio est externus quidã respectus, propter quã rationẽ Pater & filius, licet contrarias relationes præ se ferãt, in ordine ad diuersos terminos in eodẽ esse possunt, idẽ enim potest esse pater, & filius ad diuersa cõparatus; cæterũ quòd duæ qualitates absolutæ sint in eodẽ simul, vt quod aqua simul sit calida, & frigida, præsertim in summo, impossibile prorsus apparet. Gaudiũ verò & tristitia qualitates sunt absolutæ. Sic impugnatur primũ responsum D. Tho. Et alterũ respõsum habet etiã suas impugnationes, si quidem Christus videns rationes in Dei essentia diuinas lætabatur, & de sua morte gaudebat, quã cernebat diuinæ voluntati conformẽ; tristabatur autẽ de eadẽ, quia erat malũ naturæ cõtrariũ, vnde obiectũ materiale gaudij, & tristitiæ idem erat, vt autem gaudiũ tristitiæ contrariũ sit, sat est vtrumq; in materiali obiecto conuenire, nã formalis gaudij, tristitiæq; ratio semper discrepãt, siue de eadẽ re, siue de alia gaudeamus, & tristemur? nõ ergo videtur negandũ si in Christi volũtate summũ gaudiũ, summaq; tristitia de morte sua fuit, quin duo simul in eodẽ fuerint cõtraria. Rursus, prędictæ animi affectiones vicissim se expellũt, quãuis

Primũ arg.

Cõfirmatur

Secundum.

Tertium.

Ad. 1. arg. D. Thom. 1. Solutio.

2. Solutio.

Arguitur contra primã solutionem.

Impugnatur secũda solutio.

non sint de eadē re. Certè cùm ex animis nō-
stris tristitiam depellere curamus alijs rebus,
quæ lætitiam, & gaudiū afferre possunt, ani-
mū intēdimus. Propter hæc argumenta qui-
3. solutio. dā auctores acuti deserūt respōsiones D. Tho.
quæ alioqui non improbæ sunt. Sed de earū
defensione alio in loco commodius agetur.
Alium modū confutandi propositū argumen
tum quidā Theologi inuenerūt dicētes, quòd
summum gaudiū, & summa tristitia in Chri-
sto nō fuerunt in eodē subiecto, sed gaudium
in voluntate, tristitia in appetitu sensitiuo. Sed
hic modus dicendi, quod sit improbabilis, in
superiori articulo demonstratum est à nobis.
4. solutio. Sunt qui dicunt, quod per potentiā Dei super
naturalē, per magnum miraculum gaudiū sum
mū, & summa tristitia in eodē subiecto fuerūt,
maximè quia nō propriè cōtraria erāt, quia op
positio debet esse de eodē, & circa idem. Do
M. Cano nouum dogma. ctissimus P. Cano, quem honoris causa nomi
no, introduxit nouum dogma in Theologo-
rum scholā, dicens, quod in cruce anima Chri
sti nō habebat gaudium de visione diuinita-
tis. Ex dispensatione namq; diuina factum est
quòd Christus in cruce retinuerit gaudium,
quod suapte natura ex clara Dei notitia pro-
diret, idq; factum est, vt Christus Dns crucia-
tus perferret summos absque aliqua delecta-
tione, aut cōsolatione. Inter istos modos dicē
di nullus mihi displicet, excipio vltimum, qui
meritò displicere debet, continet enim nouū
dogma contra sententiam omnium Theolo-
gorum. Atque hactenus de confutatione pri-
Ad confir. mi argumēti. ¶ Ad confirmationem dicendū
est, quòd anima Christi erat beata essentiali-
ter, & intensiuè, nō autē extensiuè; erat enim
Christus viator, & diffinitio beatitudinis in-
telligitur de perfecta beatitudine. Veldicatur,
quod ex visione diuinæ essentiæ omne gau-
diū subsequebatur, & omne malum, & omnis
tristitia depellebatur, sed ex dispensatione per
miraculum factum est, vt Christus Dominus
viator, & mortalis manens tristitiæ, & dolori
Ad secūdū. fuerit obnoxius. ¶ Ad secundum arg. negan-
da est consequentia, & ratio discriminis demō
Ad tertiū. strata est in præcedenti solutione. ¶ Ad ter-
tium argumentum dicendū est, quòd quādo
intellectus vehementer rapitur præter naturā
suam ex efficacia obiecti, tum sensus simul ra-
pitur ex raptu intellectus, & sic homo extra
se ponitur, & extasim patit, Christus verō non
rapiebat ex diuina visione, nā ab exordio vitæ
suæ anima Christi beata fuit, & fuit illi animæ
beatitudo, quasi naturalis, ideoq; liber erat ad
sentiendū quoscumq; alios motus inferiores,
& exactius illos sentiebat, quā quiuis alius ho
moex puritate complexionis, & temperaturæ.

ARTICVLVS NONVS.

Vtrùm Christus fuerit conuenienti tē pore passus.

AD nonum sic proceditur. Vide-
tur, quòd Christus non fuerit cō
uenienti tempore passus. Passio enim
Christi figurabatur per immolationem
agni paschalis: vnde & Apostolus dicit
1. ad Corinth. 5. Pascha nostrum immo
latus est Christus. Sed agnus paschalis
immolabatur decima quarta die ad ve-
sperā: vt dicitur Exod. 12. Ergo vide-
tur, quòd Christus tunc debuerit pati,
quod patet esse falsum. Nam tunc pa-
scha cum suis discipulis celebrauit (secū
dum illud Marc. 14. primo die azymo-
rum, quando pascha immolabant) se-
quenti autem die passus fuit. ¶ 2. Præ-
terea, Passio Christi dicitur eius exalta-
tio: secundum illud Ioan. 3. oportet exal
tari filium hominis. Ipse autem Christus
dicitur sol iustitiæ: vt patet Malach. vlt.
Ergo videtur quòd debuerit pati hora
sexta, quando sol est in sua maxima exal
tatione, cuius contrarium videtur per
id quod dicitur Marc. 15. Erat autē ho-
ra tertia, & crucifixerunt eum. ¶ 3. Præ-
terea, Sicut sol in hora sexta maximè
exaltatur quolibet die, ita in solstitio
æstiuali maximè exaltatur quolibet an
no. Debuit ergo magis pati circa tem-
pus solstitij æstiualis, quàm circa tem-
pus æquinoctij vernalis. ¶ 4. Præte-
rea, Per præsentiam Christi in mundo,
mundus illuminabatur, secundū illud
Ioan. 9. Quamdiu sum in mundo, lux
sum mundi. Conueniens igitur fuisset
humanæ saluti, vt diutius in hoc mūdo
vixisset, ita quod non pateretur in iuue
nili ætate, sed magis in senili.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan.
13. Sciens Iesus quia venit hora eius, vt
transeat de hoc mundo ad patrem. Et
Ioan. 2. dicit, Nondum uenit hora mea.
Vbi dicit Augustᵒ. Vbi tantum fecit,
quantum sufficere iudicauit: venit ho-
ra eius, nō necessitatis, sed volūtatis. Cō

254 Infr. ar. 12. cor. 1

Tract. 8. in Ioā. nō pro cul à fine.

uenien

uenienti igitur tempore passus est.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut suprà dictum est*) passio Christi subiecta erat eius voluntati. Voluntas autē eius regebatur diuina sapientia: quę omnia conuenienter & suauiter disponit, vt dicitur Sapien. 8. Et ideò dicendū est, quòd conuenienti tempore passio Christi celebrata est. Vnde Aug. in lib. Quæstionū vet. & no. Test. dicit, Omnia propriis locis & tēporibus gessit Saluator.

art. 1. huius quæst.

¶ Ad primum ergo dicendū, quòd quidam dicunt Christum fuisse passum decima quarta luna, quando Iudæi pascha immolabant. Vnde & Ioā. 18. dicitur, quòd Iudæi non introierunt in prætorium Pilati ipso die passionis, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. Vbi Chrys*. dicit, quòd tunc Iudæi faciebant pascha, ipse verò ante vnā diem celebrauit pascha, reseruans suam occisionem sextæ feriæ, quando vetus pascha fiebat. Cui videtur consonare: quod dicitur Ioan. 13. quod ante diem festum paschæ, Christus facta cœna, pedes discipulorum lauit. Sed contra hoc videtur esse quod dicitur Matth. 26. q prima die azymorū accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Ex quo patet, quòd cùm primus dies azymorum dicatur decimus quartus dies mensis primi, quando agnus immolatur, & luna plenissima est (vt Hieron*. dicit) constat decima quarta luna Christum cœnam fecisse, & decima quinta eum esse passum. Et hoc expressius manifestatur per id quod dicitur Mar. 14. Primo die azymorum, quando pascha immolabant, &c. Luc. 22. Venit dies azymorū, in quo necesse erat occidi pascha. ¶ Et ideò quidā dicūt q Christus die cō uenienti in 14. luna pascha cū discipulis suis māducauit, demōstrās quòd vsque ad vltimū die non erat contrarius legi, vt Chrysost*. dicit super Matth. Sed Iudæi occupati circa procurationem mortis Christi contra legē celebrationē paschæ in crastinum distulerunt. Et propter hoc de his dicitur, quòd in die passionis Christi noluerunt intrare prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. ¶ Sed nec istud videtur esse consonum verbis Marci dicentis: Primo die azymorum quādo pascha immolabant. Simul ergo Christus & Iudæi vetus pascha celebrauerūt. Et sicut Beda dicit super Mar*. licet Christus, qui est pascha nostrum, sit crucifixus sequenti die, hoc est, decima quinta luna: attamē nocte qua agnus immolabatur, corporis sanguinisq; sui, discipulis tradens mysteria celebrāda, & à Iudæis tentus ac ligatus ipsius immolationis, hoc est passionis suæ sacrauit exordiū. Cùm autē dicitur Ioan. 13. ante diē festum paschę, intelligitur hoc fuisse decima quarta luna, quod tunc euenit 5. feria: nam luna existente decima quinta erat dies solēnissimus paschæ apud Iudæos. Et sic eundem diem, quem Ioannes nominat ante diem festum paschæ, propter distinctionē naturalē dierum, Matthæus nominat primū diem azymorū: quia secundū ritū Iudaicæ festiuitatis, solennitas incipiebat à vespera præcedentis diei. Quod autem dicitur, eos comesturos esse pascha in decima quinta luna, intelligendum est quòd ibi pascha non dicitur agnus paschalis (qui immolatus fuerat decima quarta luna) sed dicitur cibus paschalis, id est azymi panes: quos oportebat comedi à mundis. Vnde Chrysost*. ibidem aliam expositionem ponit, quòd pascha potest accipi pro toto festo Iudæorum, quòd septem diebus agebatur. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustinus † dicit in libro de cons. Euangeli. hora erat quasi sexta, cùm traditus est Dominus crucifigendus à Pilato, vt Ioannes dicit: Non enim erat plenè sexta, sed quasi sexta, id est, peracta quinta, & aliquid etiam de sexta esse cœperat, donec completa sexta, Christo pendente in cruce, tenebræ fierent. In-

Beda in cā. Mar. 14. in c. 43. secundū Beda ordinē, to. 4.

hom. 82. in Ioā parū à med. to. 3.

Super illud Matt. 26. prima die azymorum accesserūt tomo. 9.

hom. 82. in Ioan. à medio, tom. 3.

† li. 3. 13. nō procul à prin. to. 4.

hom. 8. in Mat. paulo ā prin. to. 2.

telligitur autem fuisse hora tertia, cũ clamauerũt Iudæi, vt Dñs crucifigeretur: & veracissimè demonstratur, tunc eos crucifixisse quãdo clamauerũt. Ergo ne quisquã cogitationẽ tãti criminis auersus à Iudæis in milites cõuerteret, erat, inquit, hora tertia, & crucifixerũt eũ, vt illi eum potius crucifixisse inueniantur, qui hora tertia, vt crucifigeretur, clamauerũt. Quanquã nõ desunt qui parasceuen, quã Ioan. cõmemorat, dicens, Erat parasceue hora quasi sexta, horam diei tertiã velint intelligi. Parasceue quippe interpretatur præparatio. Verũ autẽ pascha quod in passione Dñi celebratur, incepit præparari ab hora noctis nona, quãdo scilicet oẽs principes Sacerdotũ dixerunt, Reus est mortis. Ab illa ergo noctis hora, vsque ad Christi crucifixionẽ, occurrit hora parasceues sexta, secũdũ Ioã. & hora diei tertia secũdũ Marc. Quidã tamẽ dicũt, quòd hæc diuersitas ex peccato scriptoris apud Græcos contingit: nã figuræ, quibus tria & sex repræsentãtur, satis sunt propinquæ apud eos. ¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd sicut dicitur in lib. de Quæstionibus vet. & no. Testamẽti*, tunc voluit Dñs passione sua mundũ redimere & reformare, quã do eũ creauerat, id est, in æquinoctio. Et tũc dies super noctẽ increscit: quia per passionẽ Saluatoris à tenebris ad lucem perducimur. Et quia perfecta illuminatio erit in secundo aduẽtu Christi: ideo tempus secũdi aduentus æstati cõparatur. Mat. 24. vbi dicitur, Cũ ramus eius iã tener fuerit & folia nata, scitis quia propè est æstas: ita & vos cùm videritis hæc omnia, scitote quia propè est, & in ianuis. Et tunc etiã erit maxima Christi exaltatio. ¶ Ad quartũ dicendũ, quòd Christ⁹ in iuuenili ætate pati voluit propter tria. Primò quidẽ, vt ex hoc magis suã dilectionẽ cõmendaret, quod vitã suã pro nobis dedit, quãdo erat in perfectissimo statu. Secundò, quia non cõueniebat vt in eo appareret naturæ diminutio, sicut nec morbus, vt suprà dictũ est*. Tertiò, vt in iuuenili ætate moriẽs & resurgens, futurã resurgentiũ qualitatẽ in seipso Christus præmõstraret. Vnde dicitur Ephes. 4. Donec occurramus oẽs in vnitatẽ fidei & agnitionis filij Dei in virũ perfectũ, in mensurã ætatis plenitudinis Christi. q. 14. art. 4.

* in lib. q. ex no. Testa. q. 55. in princ. tom. 4. interopera Aug.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est affirmatiua, quia voluntas eius regebatur diuina sapientia suauiter omnia disponente, tantũ enim stetit, quantũ sufficere iudicauit, voluit namq; in iuuenili ætate pati, vt magis suã dilectionem demonstraret, atq; ea ætate moriens, & resurgens futuram resurgentium qualitatem in se ipso figurauit. Vnde ad Ephes. cap. 4. dicitur. Donec occurramus in virum perfectum in mensurã ætatis plenitudinis Christi.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Prima quæstio de die quo Christus fuit passus. INhoc articulo tres quæstiones moueri solẽt, & difficiles quidẽ. Prima, qua die mortuus fuerit Christus; secũda, qua hora; tertia, quo anno vitæ suæ. Vt prima quæstio exponatur sic argumẽtor, & est argumentũ primũ D. Tho. Passio Christi figurabatur per immolationẽ agni paschalis, vnde & Apost. dicit 1. ad Cor. 5. pascha nostrũ immolatus est Christus, sed agnus paschalis immolabatur 14. die adue sperã, vt dicitur Exod. 12. ergo videtur, quòd Christus tunc debuerit pati, quod patet esse falsum, nã tunc pascha cum suis discipulis celebrauit, secundum illud Mar. 14. Primo die azymorum, quando pascha immolabant, sequẽti autem die passus fuit. Et certè quòd Christus Dominus luna quarta decima fuerit crucifixus alio argumento suaderi potest. Nã 15. luna illius mensis erat celebris, ita quòd nil operis erat licitum in ea exceptis his, quæ ad vescendum sunt, vt patet Exo. 12. constat autẽ in illa die, qua Christus passus est, licita fuisse opera, quæ in festis fuissent illicita, vt patet, tũ ex operibus Iudæorum, qui in illo die iudiciales actus in Christum exercuerũt, tum ex actibus Ioseph, & Nicodemi, qui sepelierũt Christum, quod nõ fuisset licitũ in sabbatho, propter parasceuẽ enim festinata sepultura est, vt Augustin. admonuit. Idẽ patet ex eo, quod mulieres sanctæ se continuerunt in sabbatho ab officio circa Christum sepultũ. Vnde est illud Ioan. Euãg. erat autẽ parasceue paschæ. i. erat vigilia paschæ. Idẽ probãt Græci inuincibili argumento, vt ipsi existimãt ex Euangelio Ioannis, in quo legitur. c. 13. Christum cœnasse cum discipulis ante diem festum paschæ, hoc est, luna, vt ipsi exponunt, tertia decima quando

1. argum.

1. Cor. 5. Exod. 12. Mar. 14.

2. argum.

Exod. 12.

Augustin.

Ioan. 13.

quando adhuc fermentatus panis erat in domibus. Habetur etiam in eodem Euangelio. c. 18. Christum occisum esse in die parasceues
Ioan. 18. dicente Ioanne, & ipsi non introierunt in prætoriũ, ne contaminarẽtur, sed vt comederent pascha. Et rursum infra: erat autẽ parasceue, & post pauca: ibi posuerunt eum propter parasceuen Iudæorũ: quæ verba videntur ostendere Christum occisum ea die, qua agnus occidebatur, id est, luna quarta decima, in qua erat
Corollariũ Græcorũ. parasceue, id est præparatio paschæ, eius enim vespere agnus immolabatur, & azymorũ esus incipiebat, ex quo deducunt Græci Christum dispensatiuè anticipasse vna die legalẽ cœnã, & ante legitimum tempus perfecisse pascha, ne passio crucis illi facultatem adimeret eden di mysticum agnum cum discipulis suis, nouerat enim se luna quarta decima occidendũ, vt ea die, qua immolabatur figuratiuus agnus, verus quoque agnus immolaretur, & veritas hoc pacto respõderet figuræ. Hæc sunt argumenta Græcorũ. ¶ De quæstione proposita
Euthym. Euthymius in Matthæi commentarijs explicans illud Matth. 26. Vespere autem facto discumbebat cum duodecim, &
Chrysost. Chrysost. hom. 82. in Ioan. dicunt, quòd Christus Dominus mortuus est quarta decima luna, quãdo Iudæi faciebant pascha, ipse verò antevnam diem celebrauit pascha reseruans suam occisionẽ sextæ feriæ, quando vetus pascha fiebat. Sed hæc
Arguitur cõtra istam sententiã. Matt. 26. sententia expugnari videtur euidentibus testimonijs sacri Euangelij. Nam Matth. 26. dicitur, quòd prima die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, vbi vis paremus tibi comedere pascha; ex quo patet, quòd cùm primus dies azymorum dicatur quartus decimus dies mensis primi, quando agnus immolatur, & luna plenissima est, constat quartadecima luna Christum cœnam fecisse, & quinta decima eum esse passum, idque euidentius liquet Marci. 14. vbi sic scribitur: primo die azy
Marci. 14. Lucæ. 22. morum, quando pascha immolabant. Et Luc. 22. venit dies azymorum, in quo necesse erat occidi pascha. His argumentis quidam conuicti dicunt, quòd Christus die conuenienti in quarta decima luna cum suis discipulis manducauit demonstrans quod vsque ad vltimũ
Chrysosto. diem non erat contrarius legi, vt Chrysost. dicit hom. 8. in Matth. sed Iudæi occupati circa procurationem mortis Christi contra legẽ celebrationem paschæ in crastinum distulerunt, & propter hoc de eis dicitur, quòd in die passionis Christi noluerũt intrare prætoriũ, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. Sed neque ista sententia consona videtur verbis Matt. dicẽtis primo die azymorum quãdo pascha immolabãt. Et idẽ ferè dicunt Marcus, & Lucas. ¶ Hac ergo sentẽtia ad hũc modũ labefactata ponit D. Tho. suã sentẽtiã in solutione primi, dicitq; q. Christus & Iudæi vetus pascha simul celebrauerũt, & sicut Beda dicit super Marcũ. c. 14. licet Christus qui est pascha nostrũ sit crucifixus sequenti die, hoc est, 15. luna, attamẽ nocte qua agnus immolabatur, corporis sanguinisq; sui discipulis tradens mysteria celebrãda, & à Iudæis tẽtus ac ligatus ipsius immolationis, hoc est, passionis suæ sacrauit exordiũ. Cùm autem dicitur Ioan. 13. Ante diẽ festum paschæ, intelligitur hoc fuisse 14. luna, quod tunc euenit 5. feria: nã luna existẽte 15. erat dies solennissimus paschæ apud Iudæos. Et sic eundẽ diẽ, quẽ Ioannes nominat ante diẽ festũ paschæ, propter distinctionẽ naturalem dierũ, Matthæus nominat primã diem azymorũ: quia secundũ ritum Iudaicæ festiuitatis, solẽnitas incipiebat à vespera præcedentis diei. Quod autẽ dicitur eos comesturos esse pascha in 15. luna, intelligendum est, quòd ibi pascha non dicitur agnus paschalis, qui immolatus fuerat decima quarta luna, sed dicitur cibus paschalis, id est, azymi panes: quos oportebat comedi à mundis. Vnde Chrysost. ibidẽ aliã expositionem ponit, quòd pascha potest accipi pro toto festo Iudæorũ, quod septem diebus agebatur. Ex hac sentẽtia D. Tho. cõstat Christũ perfecisse cœnã die mensis quartadecima ad vesperã paschæ, constat rursus luna 15. fuisse crucifixum. Sed neq; ista sentẽtia D. Tho. suis calũnijs caret, calumniatur enim eã Burgensis super Mat. c. 26. præcipuè illud assertũ D. Tho. quòd illud verbũ Ioannis: vt non contaminarẽtur, sed vt mãducarent pascha, intelligatur de azymis, nã inquit, quòd lactucæ agrestes nunquàm vocantur pascha in diuinis scripturis, ergo neq; azymi. Et certè in consuetudine scripturarũ diuinarũ nunquã est azymos vocare pascha. His accedit aliud arg. non leue, nã in tota serie veteris testamẽti non est lex præcipiens, vt mũdi manducarent panes azymos, imo talis lex esset intolerabilis, tum quia vix omnes tot diebus mundi essent, cùm tam facilè ex minimis rebus contaminarentur, tum quia illis diebus non poterat esse alius panis, quã azymus, vnde si quispiam esset immundus septem diebus integris panẽ non ederet. ¶ Pro explicatione veritatis dico primo Christum pridie, quàm pateretur, sacramentum instituisse, quod liquido constat ex Euangelio Ioã. & ex alijs Euãgelistis, & Paul. 1. Corint. 11. inquit, quod Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur accepit panẽ, &c. & ecclesia in canone. Quipri die quã pateretur, &c. Secũdo dico esse certũ secundum fidẽ, quòd passus est in vigilia sabbathi
D. Thom. Beda. Ioan. 13. Chrysosto. Primũ arg. contra sententiam D. Thomæ. 2. argu. 1. Conclus. 2. Conclus.

bathi,hoc est,feria sexta.Hoc assertum colligitur expressè ex Euangelio Marci & Lucæ, vbi habetur: cùm esset parasceue,quod est ante sabbathum. Tertio dico,pro certo habendum est,quòd Christus Dominus quartadecima luna cœnauit,agnumq́ue edidit paschalem,sicut & cæteri Iudæi.Hoc asserunt apertè tres Euangelistæ,Matthæus, Marcus, & Lucas,adeò vt Græci Doctores non sciant aliud respondere ad tres Euangelistas,nisi quòd errauerunt, & quòd correcti fuerint à Ioanne, quod asserere blasphemum est,& hæreticum dogma. Quod si ex me quæras, sit ne dogma fidei quòd Christus cœnauerit luna quartadecima.Respondeo esse periculosum, imò erroneum oppositum docere,cùm expressè tres Euangelistæ in locis commemoratis id asserant,adeò euidenter, vt Græci non inuenerint aliam huius rei solutionẽ,nisi negare tres Euangelistas verum dixisse.Et vt rectè hic aduertit Caietanus in huius quæstionis explicatione,nõ solũ certa incertis præponẽda sunt, sed ex certis,ea quæ ambigua videntur,interpretanda sunt,quocircà certitudo scripta à tribus Euãgelistis,Matthæo,Marco, & Luca de primo die azymorũ,qui quinta decima luna est,quod.s.fuit feria sexta, & dies veneris, in qua Christus passus est,debet præponi incertis,hoc est,varijs expositionibus,quæ solẽt adhiberi ad verba Ioãnis Euãgelistæ, nõ quoad veritatẽ,& falsitatẽ,quia omnia sunt vera, sed quoad securitatẽ sensus literalis. Verba siquidem illorũ nõ possunt exponi ad literã, nisi intelligẽdo diem illũ veneris fuisse lunã quintãdecimã,quia expressè dicũt primũ diẽ azymorum inchoatũ vespere præcedẽte,vocãtes diẽ Iouis ad vesperã diem azymorum.Verba autem Ioannis Euangelistæ possunt aliter interpretari,quàm,quòd sabbatho fuerit quintadecima luna,vt patet ex expositione Doctorũ, igitur fatendũ est ipsum diem Veneris fuisse quintam decimã lunam.Hoc ipsum cõfirmatur,quia idẽ Ioãnes ibidẽ appellat vnũ,idemq́; tẽpus parasceuen paschæ,&pascha,dicit enim de illo die Veneris,erat autẽ parasceue paschę, & eodẽ introducit Pilatum dicentem:Est autem vobis consuetudo,vt dimittã vobis vnũ in pascha,si enim tam propriè Ioannes nomine paschæ vtitur,vt Græci existimant, nõ debuit idem tempus dici parasceue paschæ,&pascha,constat enim quòd strictè loquẽdo aliud est tẽp⁹ paschæ,& aliud est parasceue paschæ. Vocauit ergo vtrobiq́; pascha solennitatem paschalẽ,sicut etiã Lucas Act.12. totam solennitatem paschalem pascha vocat tractãs de Petro occidẽdo.Erat autẽ dies azymorũ,& subdit:volẽspost pascha producere eũ.Quarto dico,dicere Iudæos nõ comedisse eadẽ die agnũ paschalẽ,quo Christus Dominus,nõ est dogma,quod fidei aduersetur. Potest enim dici, quòd Iudæi occupati morte Christi nõ potuerũt eadẽ die agnũ edere paschalem,vel quòd multis retro annis Iudæi errabãt in cõputatione dierũ,& sic dies Veneris erat 14. luna apud Iudæos,cũ secundũ veritatẽ esset quintadecima.Christus autẽ ea in re non errauit.Sic tenet Burgensis loco citato.Sed profectò in eius impugnatione nõ immorabor, nã certè sequitur somnia Iudæorũ absque aliquo veritatis fundamento.Maneat ergo ex hac disputatione pro certo, & immoto,quòd Christus Dominus passus fuerit feria sexta in die Veneris, in quo omnes tã Græci,quàm Latini conueniũt,quodq́; euidẽter asseritur in sacro Euangelio,vt dudũ probatũ est.Maneat rursus tanquàm certũ,& verè exploratum, quòd Christus Dominus passus fuerit luna 15.& hoc quidem cõtra Græcos. ¶ Ad argumenta in principio facta satisfaciendũ est. Ad primũ argumentũ respondetur ex Beda super Marc.c.14. quòd licèt Christus, qui est pascha nostrũ sit crucifixus sequẽti die,hoc est, quinta decima luna,cæterùm nocte qua agnus immolabatur corporis,sanguinisq́; sui discipulis tradẽs mysteria celebrãda, & à Iudæis tentus ac ligatus ipsius immolationis,hoc est,passionis suæ sacrauit exordiũ. ¶ Ad secundũ argumentũ dicendũ est,quòd quia præceptũ de obseruatione illius festi excipiebat spectãtia ad præparationẽ ciborũ,quæ tamẽ erãt prohibita in sabbatho colligitur fuisse licita illo die,quæ sabbatho nõ licuissent. Nã lex sub vna exceptione comprehendit omnia similia, & propterea ex hoc ipso,quod in die primo paschę poterãt parari necessaria ad cibũ,cõsequens est, quòd etiam licita fuerunt omnia quæ occurrens necessitas naturæ,ac pietatis exegisset,ac per hoc opus sepulturæ maximæ pietatis gratia,vt fuit circa Christũ licitũ fuit.Actus verò iudiciales cùm nõ sint inter opera seruilia nõ videtur in veteri lege prohiberi, legimus enim Petrum captũ inter dies azymorũ. ¶ Ad tertiũ argum. respõdetur,quòd diẽ illũ,quẽ tres Euãgelistæ appellarũt diẽ azymorũ primũ, Ioannes ante diem festũ paschæ nũcupauit, hoc est, lunam 14.in cuius vesperæ solẽnitas azymorum,siue pascha incipiebat,&agnus immolabatur. Pro quo sciendum est,quante diẽ festũ paschę erat luna 14. vt patet ex Exodi volumine,& Leuitici.23.mense primo,quarta decima die mensis ad vesperã phase Domini est,& quinta decima die mẽsis huius solẽnitas azymorũ Domini est.Ad id verò quod dicit Ioannes Iudæos noluisse ingredi prętoriũ,ne contaminarẽtur, sed

3. Concluſ.

Græcorum error.

Caietanus.

Act.12.

4. Concluſ.

Ad primũ argum. Beda.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Leuit.23.

sed manducarent pascha, dicendum est cum D. Tho. quòd pascha in eo loco non significat agnum paschalem, eum enim iam comederãt Iudæi præterita nocte dicẽte Matthæo, & prima die azymorum, quãdo pascha immolabant, &c. sed significat azymos panes, quos septem diebus cõtinuis edere oportebat, quorum primus & celeberrimus dies ille erat, quo Christus occisus est, luna nempe quinta decima, ab ipso quartæ decimæ lunæ vespere incipiens. Neque contra istam expositionẽ argumẽta Burgẽsis aliquid valẽt. Nã quicquid dicat Burgẽsis, Magister historiarũ, & Innocentius, & D. Tho. cõstanter affirmãt, quod neq; azyma toto paschate poterat ab immũdis mãducari, & fortasis hæc erat traditio inter Iudæos celeberrima. Si quis tamẽ esset pollutus statim ex legis remedio poterat emundari. Illud verò quod addit Ioannes fuisse ea die parasceuen, non est interpretandum de parasceue paschæ, in quo Iudæi parabant se ad esum agni, sed de parasceue sequẽtis sabbathi, quod dicebatur sabbathum paschæ, quia intra hebdomadam paschalem incideret. Vnde & celebrius habebatur, quàm alia sabbatha, sicut Euãgelista indicat dicens: erat enim magnus ille dies sabbathi, & ideò magna præparatione ad eius celebrationem opus erat. Et hæc de prima quæstione sufficiant. ¶ Secunda quæstio, num Christus hora tertia crucifixus fuerit? Ratio quæstionis est, nam Marcus c. 15. apertè dicit: Erat autẽ hora tertia, & crucifixerũt eum. In contrariũ est, nam D. Ioannes c. 19. sic ait: erat aũt parasceue paschæ, hora quasi sexta, & dicit Iudæis: Ecce rex vester, &c. Ex quo apertè colligitur hora ferè sexta non fuisse damnatum. ¶ Ad hanc quæstionẽ tres solutiones solẽt adhiberi. Prima est D. Hieronymi. Theophilacti, & Caietani, quòd deprauata sit nota numeri vitio scriptoris, & legi debere hora sexta. Secunda solutio est D. Augustini, q̃ linguis Iudæorum hora tertia crucifixus est, sicut Marcus dicit; hora verò sexta facto ipso, sicut alij Euangelistæ testantur. Tertia solutio est, quòd totus dies secundum Iudæorum computationem diuidebatur in quatuor partes, siue horas, videlicet, mane, seu diluculũ, & tertiã, & sextam, & nonam, seu vesperam, singulis ternas horas amplectentibus, vt patet ex historia passionis, vbi de omnibus mentio fit, & patet ex parabola vineæ, & sic nulla dissonãtia est. Nam Ioannes dicit hora ferè sexta, quia iam fermè erat finis tertiæ, & initiũ sextæ, cõpleta autem sexta tenebræ factæ sunt vsq; ad horam nonã, & tunc emisit Christus spiritũ. ¶ Tertia quæstio est, quo anno vitæ suæ Christus Dominus in cruce passus sit? De hac quæstione sunt variæ sẽtẽtiæ Patrũ. Irenæus li. 2. de hæres. c. 49. existimat Christum Dominũ mortuum fuisse anno quadragesimo sexto vitæ suæ, vel circa quinquagesimum, & probat ex illo Ioan. Quinquaginta annos nondũ habes. Dicebatq; hic author seniores sui temporis dicere solere à Ioãne Euãgelista ita accepisse. Et certè ætas grãdior decebat magisterium Christi, quia erat magister etiã seniorũ, vnde secundũ istos Christus Dominus per 16. annos prædicauit. Tertul. lib. 2. cõtra Iudæos affirmat, quòd anno trigesimo vitæ suæ fuerit crucifixus. Idẽ docet Lactantius Firmianus, Paulus Orosius. Et probatur hæc sentẽtia, quia Christus natus est quadragesimo secũdo anno Augusti Cæsaris, & crucifixus est decimo quinto Tyberij, & secundũ oẽs historias Augustus Cæsar regnauit 56. annos. Ex qua cõputatione si vera est, liquidũ est, quòd vixit Dominus 30. annos, quindecim numeratis in vita Augusti Cæsaris, & quindecim numeratis in vita Tyberij. Ignatius in Epistola ad Trebellianos, Chrysost. hom. 10. super Mat. Bæda in libro de tẽporibus. c. 47. Aug. lib. 2. de doctrina Christ. hi omnes auctores dicunt quòd passus fuerit anno trigesimo tertio incipiente. Ignatius quòd paulò post trigesimum tertiũ. Sed fortasis Ignatius cõputat vitã Christi à cõceptione, alij verò à natiuitate. Ita tenet Ioannes Lucidus de emendat. tẽporis lib. 7. c. 2. & in opusc. perquã eleganti de vero passionis die Domini nostri Iesu Christi. Idẽ docet constanter Abulensis 2. parte defensorij à c. 11. vsque ad 20. Veritas ergo est, quòd anno trigesimo tertio vitę suæ inchoato per tres mẽses, & paulo ampliùs Christus in cruce passus est, videlicet anno 4. Olympiadis. 202. Tunc quoq; currebat annus 18. Tyberij, auctoribus Eusebio, Hieronymo, Augustino, Eutropio, & Bæda. Reprobantur in hoc Africanus, & Tertullianus, qui dicũt Christũ passum anno 15. Tyberij, quod est penitus falsum, & contra Euangelicã veritatẽ, cùm Lucas dicat Christũ baptizatũ anno 15. Tyberij, & inde tribus annis, & tribus mẽsibus prædicauerit. Quidã autẽ Græci putant Christũ passum vlterius per annũ. s. anno vitę suę 34. inchoato per tres mẽses decimo Calẽdas Aprilis, hoc est, 23. Martij, quia tunc fuit luna 15. primi mensis. Nonnulli verò Latinorum partim sequuti sunt Græcos putantes eum 34. anno vitæ suæ passum, partim ab eis dissentiunt dicentes eum passum 8. Calẽdas Aprilis, hoc est, 25. Martij. Sed hi omnes proculdubio errauerunt nõ solùm contra dicẽtes historiographis, sed etiã veritatẽ Euãgelicã destruẽtes: nã Christus non venit legẽ soluere, sed adimplere, secundũ ergo legẽ, quę præci-

Soluũtur gumẽta cõtra D. Thomam.

2. quæstio. de hora, qua Christus crucifixus est. Mar. 5. Ioan. 19.

1. Solutio. Hierony. Theophyl. Caietanus.

2. Solutio Augst.

3. Solutio.

3. quæstio, quo anno Christ⁹ est mortuus.

1. Sentẽtia Irenęus.

2. sentẽtia.

Tertullianus.

Lactãtius.

Paulus Orosius.

3. sentẽtia Ignacius. Chrysostom. Bæda. Augustꝰ.

Ioãnes Lucidus.

Abulensis.

Africanus & Tertullianus decepti.

Quorundã Græcorum & Latinorum falsa sententia.

Exod. 12. præcipit, exo. 12. vt comedatur agnus paſchalis luna. 14. primi menſis ad veſperam. Chriſtus eadem. 14. luna paſcha cum diſcipulis co
Lucæ. 22. medit iuxta legis edictum. Nã dicitur Luc. 22. Venit autem dies azymorum, in quo neceſſe erat occidi paſcha, &c. Tunc autem luna. 14. fuit feria quinta, die verò ſequenti, ſcilicet luna. 15. Chriſtus in cruce paſſus eſt feria ſexta,
Marci. 15. cùm dicatur Marci 15. Erat autem paraſceue, quod eſt ante ſabbathũ, ſcilicet quando Chriſtus crucifixus eſt. Duo ergo ſecundum veritatem euangelicam firmiter tenenda ſunt, videlicet, quòd Chriſtus paſſus eſt luna. 15. & quod tunc erat feria ſexta. Anno autem 34. vitæ Chriſti, quamuis luna. 15. primi menſis fuerit die 23. Martij, vt Græci computant, nõ tamen fuit feria ſexta, ſed feria tertia, vt patet per tabulam litterarum Dominicalium. Sic ergo Græci errauerunt conſiderantes tantũ lunam, & non feriam. Similiter defecerunt quidam ex Latinis, quoniam eo anno 34. Chriſti non ſolum 15. luna, non fuit 25. die Martij, quę tunc fuit luna. 17. ſed nec tunc fuit feria 6. ſed feria 5. & ideò manifeſtius eſt eorum error cõ
Veritas catholica. tra Euangelium. Vt ergo ſaluemus Euangelicam veritatem dicimus Chriſtum paſſum anno. 33. vitæ ſuæ inchoato, quia tunc fuit ſimul luna 15. & feria 6. Nam eo anno 33. luna prima primi menſis fuit die 20. Martij; & luna paſchalis 15. fuit die 3. Aprilis, ſole exiſtente in 10. gradu arietis, & luna ei oppoſita in 10. gradu libræ iuxta veram computationem ſecundum medium motum, quo vtuntur Hebræi. Eo igitur die fuit feria ſexta, quoniã eo anno fuit litera Dominicalis D. & die 3. Aprilis aſsignatur litera B. quæ tunc fuit feria 6. Sed Euangeliſtæ non nominant diem 3. Aprilis, quia non vtebantur calendario Romano ſtabiliter fixo, ſed ſequebantur menſes lunares mobiles iuxta Hebræos, qui nominãt dies menſis ab ætate lunæ. Et ideò paſsionis Chriſti diem ſecundum lunam deſcripſerunt. Quare iuxta menſes Iudæorum lunares, & mobiles Chriſtus paſſus eſt luna 15. primi menſis, qui ab Hebræis dicitur Niſan. Hic autem primus menſis iuxta æquinoctium vernale apud nos dicitur Martius, vt Romulus decreuit: nã ipſe eſt primus à Septembri, Octobri, & cæteris. Vnde illa fuit lunatio Martij: quæ partim fuit in Martio, & partim in Aprili. Hinc orta eſt communis omnium opinio, quòd Chriſtus in Martio paſſus eſt: quia in lunatione Martij crucifixus eſt, quæ eſt prima lunatio æquinoctij vernalis, licèt ingrediatur menſem Aprilis. Propterea celebrat Eccleſia Paſcha Reſurrectionis Dominicæ iuxta ordinem ſeruatum à Chriſto, ſcilicet quandoque in Martio quandoque in Aprili, iuxta lunæ motum, videlicet in Dominica ſequente poſt quartã decimam lunam primi menſis: & præcedenti feria 6. celebrat Chriſti paſsionem. Communis etiam opinio fidelium eſt iuxta ſententiã Cyrilli, quòd Chriſtus eo die paſſus eſt, quo & conceptus. Quæ vera eſt, ſi referatur ad diem hebdomadis, quia ſicut feria ſexta conceptus eſt, ita & eadem feria ſexta paſſus eſt. Sed non eſt vera, ſi referatur ad diem menſis, quia die 25. Martij conceptus, & die 3. Aprilis paſſus eſt. Eo autem die quo paſſus eſt Dominus, ſol contra curſum naturæ eclypſim paſſus eſt, vt Euangelia teſtantur, à 6. videlicet hora vſque ad 9. Hanc mirabilem eclypſim vidit Dionyſius Areopagita in Ægypto exiſtens ante ſuam conuerſionem, vt ipſe teſtatur in Epiſtola ad Polycarpum. De qua eclypſi ſcripſit etiam Phlegon Olympiadum egregius ſupputator in 14. libro ita dicens: Quarto autem anno ducenteſimæ ſecundæ Olympiadis magna, & excellens inter omnes, quæ ante eam accederant, defectio ſolis eſt facta. Diei hora ſexta ita in tenebroſam noctẽ verſus, vt ſtellæ cælo viſæ ſint. Hæc ille. Vixit autem Chriſtus annos 32. menſes tres, & dies decem. Hæc de iſta quæſtione, nam argumenta quæ facta ſunt in contrarium, friuola ſunt.

Cyrillus.

Dionyſius.

ARTICVLVS DECIMVS.

Vtrùm Chriſtus fuerit conuenienti loco paſſus.

255

AD decimum ſic proceditur. Videtur, quòd non conuenienti loco Chriſtus paſſus fuerit. Chriſtus enim paſſus eſt ſecundum carnem humanã, quæ quidem concepta fuit ex virgine in Nazareth, & nata in Bethleem. Ergo videtur, quòd non in Hieruſalem, ſed in Nazareth, vel in Bethleem pati debuerit. ¶ 2. Præterea, veritas debet reſpondere figuræ. Sed paſsio Chriſti figurabatur per ſacrificia veteris legis. Sed huiuſmodi ſacrificia offerebantur in tẽplo. Ergo videtur, quòd & Chriſtus in templo pati debuerit, & non extra portam ciuitatis. ¶ 3. Præterea, Medicina debet morbo reſpondere. Sed paſsio Chriſti fuit medicina contra peccatum Adæ. Adam autem non fuit ſepultus in Hieruſalẽ, ſed in Hebron, dicitur enim Ioſue. 14. Nomen Hebron antè vocabatur Cariath-Arbe: Adam maximus ibi

Supra q. 35. art. 7. ad 1. & inf. q. 83 art. 3. ad 1. Et op. 60. c. 18. col. 2.

inter

inter Enacim situs est . Ergo videtur, quòd Christus in Hebron , & non in Hierusalem,pati debuerit. ¶ Sed contra est, quod dicitur Luc. 13. Non capit Prophetam perire extra Hierusalem.Sed Christus fuit Propheta. Conuenienter ergo passus est in Hierusalem.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dicitur in libro * quæstionum.Omnia proprijs locis & temporibus gessit Saluator:quia sicut omnia tempora sunt in manu eius, ita etiam omnia loca.Et ideo sicut conuenienti tempore Christus passus est,ita etiam conueniẽti loco.

Aug. in li. q. ex nou. Test. q. 55. in princ. to. 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus conuenientissimè in Hierusalem passus est. Primò quidem: quia Hierusalem erat locus à Deo electus,ad sacrificia sibi offerenda. Quæ quidem figuralia sacrificia figurabant Christi passionem,quod est verum sacrificium,secundum illud Ephes.5. Tradidit semetipsum hostiam & oblationem in odorem suauitatis. Vnde Beda * dicit in quadam homilia, quòd appropinquante hora passionis , Dominus appropinquare voluit loco passionis,scilicet in Hierusalem , quo peruenit ante sex dies Paschæ,sicut agnus Paschalis ante sex dies Paschæ,id est, decima luna secùdum præceptum legis ad locum immolationis ducebatur . Secundò,quia virtus passionis eius ad totum mundum diffundenda erat,in medio terræ habitabilis pati voluit, id est, in Hierusalem.Vnde dicitur in Psalm. 73. Deus autem rex noster,ante sæcula operatus est salutem in medio terræ,id est in Hierusalem:quæ dicitur esse vmbilicus terræ . Tertiò, quia hoc maximè conueniebat humilitati eius: vt scilicet sicut turpissimũ genus mortis elegit,ita etiam ad eius humilitatem pertinuit,quòd in loco tam celebri eó fusionem pati non recusauit . Vnde Leo Papa dicit in quodam sermone

hom.in Dominica Palmarum in prin.quæream in homiliario totius anni.

Epiphaniæ*. Qui serui susceperat formam,Bethlehem præelegit natiuitati, Hierusalem passioni.Quartò,vt ostenderet à principibus populi Iudæorum exortam esse iniquitatem occidẽtium ipsum : & ideo in Hierusalem , vbi principes morabantur,voluit pati. Vnde dicitur Actuum 4. Conuenerunt in ista ciuitate aduersus sanctum puerum tuum Iesum,quem vnxisti,Herodes& Pontius Pilatus cum Gentibus & populis Israel. ¶ Ad secundum dicendum , quòd Christus non in templo aut in ciuitate , sed extra portam passus est propter tria . Primo quidem, vt veritas responderet figuræ: nam vitulus & hircus,qui solenniſsimo sacrificio ad expiationem totius multitudinis offerebantur , extra castra comburebantur,vt præcipitur Leuit.16. Vnde dicitur Hebræo.13.Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per Pontificem,horum corpora cremãtur extra castra:propter quòd & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum , extra portam passus est.Secundò , vt per hoc daret nobis exemplum exeundi à mundana cõuersatione.Vnde ibidem subditur.Exeamus igitur ad eum extra castra , improperium eius portantes. Tertiò, vt Chryso*.in serm.de passione dicit.Noluit Dominus pati sub tecto, non in tẽplo Iudaico,ne Iudæi subtraherent sacrificium salutare,ne putares pro illa tãtum plebe oblatum.Et ideo foras ciuitatem,foras muros,vt scias sacrificium esse commune , quod totius terræ est oblatio , quod communis est purificatio. ¶ Ad tertium dicendum , quòd (sicut Hieronym *. dicit super Matthæum.)Quidam exposuit Caluariæ locum,in quo sepultus est Adam,& ideo sic appellatum : quia ibi antiqui hominis sit conditum caput. Fauorabilis interpretatio & mulcens aurem populi,nec tamen vera. Extra vrbem enim & foras portam , loca sunt in quibus

in ser.1. ante medium

In ser. qui incipit: hodierna die dñs noster: aliquãtulũ à priu.to 3.

Super illud Mat.27. Et venerũt in locũ qui dicitur Golgotha,to.9.

truncantur capita damnatorum,& Cal uariæ, id est, decollatorum sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Iesus,vbi prius erat area damnatorum,vt ibi erigerentur vexilla martyrij. Adam verò sepultum iuxta Hebron & Arbee in Iesu filij Naue volumine legimus. Magis autem Iesus crucifigendus erat in loco communi damnatorum,quàm iuxta sepulchrũ Adæ, vt ostenderetur quòd crux Christi nõ solùm erat in remedium contra peccatum personale ipsius Adæ,sed etiã cõtra peccatum totius mundi.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio: CONclusio est affirmatiua,quia loca,& tẽpora sunt in manu eius.Elegit enim Hierusalem:qui erat locus sacrificiorum, cum se tradiderit hostiam & oblationem in odorem suauitatis.Et sicut turpissimum genus mortis elegit,ita ad eius humilitatem pertinuit in celebri loco confusionem pati.Passusq; est extra portam,vt daret nobis exemplum exeũdi à mundana conuersatione;& vt veritas corresponderet figuræ:quia vitulus & hircus, qui offerebantur solennissimo sacrificio ad expiationem totius multitudinis,extra castra comburebantur.

EXPOSITIO ARTICVLI.

D. Hieron. HIeronymus in epistola sub nomine Paulæ,& Eustochij ad Marcellam to.1. In hac,inquit,vrbe (id est Hierusalem) imo in hoc tunc loco habitasse dicitur,& mortuus esse Adam.Vnde & locus,in quo crucifixus est Dominus noster Caluaria appellatur,scilicet quod ibi sit antiqui hominis Caluaria condita,vt secundus Adã & sanguis Christi de cruce stillans primi Adam, & iacentis prothoplasti peccata dilueret. Et tunc ille sermo Apostoli cõpleretur.Excitare qui dormis,& exurge à mortuis,& illuminabit te Christus.Hæc ille,non quasi opinionem suam,sed quasi antiquam retulit.Similiter Cyprianus in sermone de resurrectione Christi fo.469. Ita nos, inquit,ad Christum pertinentes,cuius sanguine cõsperſa creditur Adam Caluaria,qui sub loco quo crux Domini fixa est,humatus traditur ab aliquibus,&c. Hierony. vero enarrãs 5.c.epist.ad Ephes. refert sese hoc à quodam apud populum concionante audisse,remque magno omnium assensu fuisse exceptam, etiam si negat hoc cum cæteris Pauli verbis quadrare,hoc,inquam, excitare qui dormis,

Cyprianus.

Hierony.

&c. Nam incertũ est, an Paulus; è Prophetâ sumpserit hæc verba,qui non extet, an ipse prophetico afflatus spiritu hæc dixerit. Erasmus sentit hoc rideri quasi fabulam à Hieronymo,quod & apposuit margini Cypriani. Et ipse libro 2. Ecclesiast. fol. 164. loquens de exordio orationis dicit. Hac in parte quidam peccant, quòd ficta pro veris narrant. Velut is qui commentus est Adam in monte Caluariæ fuisse sepultum sub ipsa cruce,qui contactus sanguine Domini reuixerit,Christo sepultum his verbis appellante,huc detorquens quæ leguntur apud Paulum Ephes.5.incerto autore. Surge qui dormis,& exurge à mortuis,& continget te Christus. Sic enim habent quidam Græci codices. Cæterum Hieronymus in q. heb. super Genes.23. sentit Adam fuisse sepultum in ciuitate Arbee,quæ est Hebron,vbi Abraham,& Sara,Isaac,& Rebecca,Iacob,& Lya conditi iacent. Vide Genes.23.in principio, & Iosue 14.in fine.

Erasmus.

Hieron.

Gen.23.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm conueniens fuerit Christũ cũ latronibus crucifigi.

ADvndecimum sic proceditur. 256
Videtur, quòd non fuerit conueniens Christum cum latronibus crucifigi, dicitur enim 2. ad Corinth.6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate ? Sed Christus factus est nobis iustitia à Deo , iniquitas autem pertinet ad latrones. Non ergo fuit conueniens , vt Christus simul cum latronibus crucifigeretur. ¶ 2. Præterea , Super illud Matthæi 26 . Si oportuerit me mori tecum , non te negabo , dicit Origenes*. Mori cum Iesu pro omnibus moriente , hominum non erat . Et Ambrosius* dicit super illud Luc. 22. Paratus sum tecum & in carcerem , & in mortem ire , passio , inquit , Domini æmulos habet , pares non habet . Multò igitur minus conueniens videtur, quòd Christus simul cum latronibus pateretur . ¶ 3. Præterea , Matth. 27. dicitur , quòd latrones qui crucifixi erant cum eo , improperabant ei. Sed Luc . 23 . dicitur quod vnus eorum, qui crucifixus erat cum Christo,

Ori.ho.35.fo. in Mat.post 5.fo.à prin. hom.to.3.

*lib.10. in Luc. c. cui° tit.est, responsione premij to.6

sto,ei dicebat, Memento mei Domine , dum veneris in regnum tuum. Ergo videtur , quod præter latrones blasphemantes fuerit cum eo crucifixus,alius non blasphemans . Et sic videtur inconuenienter ab Euangelistis narratum , quòd Christus fuerit cum latronibus crucifixus. ¶ Sed contra est,quod Isaiæ.53.fuerat prophetatum : Et cum sceleratis reputatus est.

¶ Respondeo dicendum , quòd Christus inter latrones crucifixus est, alia quidem ratione quantum ad intentionem Iudæorum,alia verò quantum ad Dei ordinationem . Quantum enim ad intentionem Iudæorum, duos latrones vtrinque crucifixerunt (sicut dicit Chrysostom*.) vt eorum suspicionis fieret particeps . Sed non ita euenit : nam de illis nihil dicitur. Huius autem vbique crux honoratur: Reges diademata deponentes , assumunt crucem in purpuris in diadematibus,in armis,in mensa sacrata vbique terrarum crux emicat. Quantum verò ad Dei ordinationem , Christus cum latronibus crucifixus est : quia vt Hieronym*.dicit super Matthæum. Sicut pro nobis maledictum crucis factus est Christus,sic pro omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigitur.Secundò,vt dicit Leo* papa in sermone de passione,duo latrones, vnus ad dexteram,& alius ad sinistram cruci figuntur: vt in ipsa patibuli specie monstraretur illa quæ in iudicio ipsius, omnium hominum facienda est discretio. Et Augustª.dicit super Ioan. Ipsa crux, si attẽdas,tribunal fuit : in medio enim iudice constituto,vnus qui credidit,liberatus,alius qui insultauit, damnatus est: iam significabat quid facturus est de viuis & mortuis , alios positurus ad dextram, alios vero ad sinistram. Tertiò,secundum Hilarium* duo latrones læuæ ac dextræ affiguntur,omnem humani generis vniuersitatem vocari ad sacramentum passionis Domini ostendentes.Sed quia per diuersitatem fidelium ac infidelium , fit omniũ secundum dextram sinistramque diuisio,vnus ex duobus ad dextram eius situs , fidei iustificatione saluatur. Quartò , quia vt Beda * dicit super Marc.latrones,qui cum Domino crucifixi sunt,significant eos, qui sub fide & confessione Christi vel agonem martyrij, vel quælibet arctioris disciplinæ instituta subeunt . Sed qui hoc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis fide designantur: qui verò humanæ laudis intuitu,sinistri latronis mentẽ imitantur & actus.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd sicut Christus debitum mortis non habuit , sed mortem voluntariè subijt , vt sua virtute vinceret mortem,ita etiam non habuit meritum , vt cum latronibus poneretur , sed voluit cum iniquis deputari,vt sua virtute iniquitatem destrueret. Vnde Chrysostª. dicit super Ioan.quod latronem in cruce conuertere,& in paradisum inducere,non minus fuit,quàm concutere petras. ¶ Ad secundum dicendum,quòd non conueniebat, vt cum Christo aliquis alius pateretur ex eadẽ causa. Vnde Origª.ibidem subdit.Omnes fuerãt in peccatis,&omnes opus habebant,vt pro eis alius moreretur , non ipsi pro alijs. ¶ Ad tertium dicendum,quòd sicut Augustª. dicit in lib. de consensu Euangelistarum , possumus intelligere Matth . posuisse pluralem numerum pro singulari: cùm dixit, latrones improperabant ei. Vel potest dici secundum Hieron*.quòd primum vterque blasphemauerit , deinde visis signis, vnus eorum crediderit.

hom.88.in Mat.aliquã tulũ à prin. to.2.

Mat.27.super illud Venerũt in locũ qui dicitur Golgotha.to.6.

*in4.ser.de passione parum à prin.

Aug. trac. 31.in Ioan. in fin.to.9.

tano.33.in Matt. ante medium.

cap.15.in Mar. in cã 44. secũdũ eiusord.circa medium to.2.

hom.84.in Io. non remotèà prin. to.3.

finitis 5.foprioribus à prin.ho. 35 in Mat.numerando to.3.

*li.3.c.16. in medio to.4.

Super illud Mat.27.latrones improperabãt ei to.9.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua. Nã sicut pro nobis maledictum crucis factus est , sic pro omniũ salute inter noxios quasi noxius crucifigitur. Atq; duo latrones designabãt iudiciũ,quod facturus est de viuis, & mortuis, alios positurus ad dexterã,alios verò ad sini-

Conclusio.

Beda. ſtram. Et, vt Beda dicit, latrones qui cum Domino crucifixi ſunt, ſignificant eos, qui ſub fide, & confeſsione Chriſti diſciplinæ, vel martyrij inſtituta ſubeunt. Sed qui hæc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis fide deſignantur. Qui verò humanæ laudis intuitu, ſiniſtri latronis mentem imitantur, & actus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Latrones fuerunt clauis affixi.

IN hoc articulo non ſunt magna dubia. Primum eſt, vtrùm latrones fuerint clauis crucifixi? In cuius explicationem dico breuiter eſſe indubitatum, quòd fuerint clauis crucifixi, quicquid pictores fingant. Id quod perſuadeo quatuor argumentis. Primò, quia nobis non conſtat Chriſtum clauis crucifixum niſi ex verbis Euãgeliſtarum. Sed illi eodem modo loquuntur de Chriſto, & latronibus, dicẽtes. Et crucifixerunt iuxta eum duos latrones, ergo clauis confixi ſunt. Deinde, nam aliter mori non potuiſſent crucifixi, niſi fame, neque enim ex ſola ſuſpenſione, vel alligatione funium mori poterant. Tertiò. Quia crucifixi ſunt more communi, & certò cõſtat ex hiſtorijs, Gentiles clauis conſueuiſſe crucifigere. Quartò. Idem conſtat ex hiſtorijs in inuentione crucis per Helenam, vbi refertur, quod iunctis tribus crucibus non poterant diſcernere, quæ nam eſſet crux Chriſti propter ſimilitudinem. Habetur hæc hiſtoria lib. 10. Eccl. hiſt. cap. 7. & 8. & tripart. libro 2. cap. 18. At ſi latrones non eſſent clauis affixi, facilè erat diſcernere crucem Domini à cæteris, in quibus nulla apparerent clauorum foramina. Ita tenet Picus in libro de prænotione, & Abulenſ. parad. 2. à capite 42. vſque ad 58. De pictura quæ ſolet in Eccleſijs adhiberi nulla eſt habenda ratio, nam etiam Ioſeph vir Mariæ pingitur vt ſenex decrepitus, & ſenio confectus, quod eſt falſiſsimum. Fortaſsis latrones pinguntur funibus alligati ad crucem propter reuerẽtiam Chriſti. ¶ Dubium aliud eſt, vtrùm pedes ambo Chriſti vno clauo confixi ſunt, vel pluribus? De hac re nihil certi, & explorati habetur in ſacris ſcriptoribus. Communis pictura habet, quòd vno clauo fuerint cruci affixi. Verum eſt tamen, quòd aliquæ imagines antiquæ oſtendunt Chriſtum cruci affixum quatuor clauis. Itaque pedes Chriſti duobus clauis affixos planè indicant. Quamobrem Abulenſis parad. 3. à capite 7. vſque ad 12. ita docet. Sed de hac re, vt dixi in initio dubij, nulla certitudo ex hiſtorijs haberi poteſt. Veroſimilior videtur ſententia illa, quę aſſerit quatuor clauis fuiſſe cruci affixum.

Hiſtoria eccleſiaſtica & tripartita.

Picus. Mirandula. Abulenſis.

Nõ eſt certũ quodam bo pedes Chriſti confixi fuerint vno clauo.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm paſsio Chriſti ſit eius diuinitati attribuenda.

AD duodecimum ſic proceditur. 257
Videtur quòd paſsio Chriſti ſit eius diuinitati attribuenda. Dicitur enim primæ ad Corinth. 2. Si cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Sed dominus gloriæ eſt Chriſtus ſecundum diuinitatem, ergo paſsio Chriſti competit ei ſecundum diuinitatem. ¶ 2. Præterea, Principium ſalutis humanæ eſt ipſa diuinitas, ſecundum illud Pſal. 36. Salus autem iuſtorum à Domino. Si ergo paſsio Chriſti ad eius diuinitatem non pertineret, videretur quòd non poſſet nobis eſſe fructifera. ¶ 3. Præterea, Iudæi puniti ſunt pro peccato occiſionis Chriſti, tanquam homicidæ ipſius Dei: quod magnitudo pœnæ demonſtrat. Hoc autem non eſſet, ſi paſsio ad diuinitatem non pertineret, ergo paſsio Chriſti ad diuinitatem eius pertinuit. ¶ Sed contra eſt, quod Athanaſius dicit in Epiſtola ad Epictetum †. Natura Deus manens verbum eſt impaſsibile. Sed impaſsibile non poteſt pati. Paſsio ergo Chriſti non pertinebat ad eius diuinitatem.

4 cõt. c. 55, ad 14.

incipit hæc epiſ. Egoat bitrabar.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd (ſicut ſuprà dictum eſt †) vnio humanæ naturæ & diuinæ facta eſt in perſona & hypoſtaſi & ſuppoſito, manente tamen diſtinctione naturarum: vt ſcilicet ſit eadem perſona & hypoſtaſis diuinæ & humanæ naturæ, ſalua tamen vtriuſque naturæ proprietate. Et ideo (ſicut ſupra dictum † eſt) ſuppoſito diuinę naturæ attribuenda eſt paſsio, nó ratione diuinæ naturæ, quæ eſt impaſsibilis, ſed ratione humanę naturę. Vnde in epiſtola ſynodali Cyrillus dicit. † Si quis non confitetur, Dei verbũ paſſum carne, & crucifixum carne, anathema ſit. Pertinet ergo paſsio Chriſti ad ſuppoſitum

q. 2. art. 2. ad 3.

q. 16. art. 5.

Habetur in prima ſyno do Ephe. ca non. 12.

positum diuinæ naturæ, ratione naturæ passibilis assumptæ, non autem ratione diuinæ naturæ impassibilis.

¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd Dominus gloriæ dicitur crucifixus, nõ secundum quòd est Dominus gloriæ: sed secundum quòd erat homo passibilis. ¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut dicitur in quodã sermone Ephesini concilij) mors Christi tanquam facta mors Dei, scilicet per vnionem in persona, destruxit mortẽ: quoniã Deus & homo erat qui patiebatur. Nõ enim natura Dei læsa est, sed humana, neque mutatione sua susceptit passiones. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut subditur ibidem*, nõ purum hominem crucifixerunt Iudæi, sed Deo intulerũt prę sumptiones. Pone enim principem loqui per verbum, & hoc formari per literas in charta aliqua & dirigi ciuitatibus, & aliquis inobediens, chartam disrumpat, ad mortis sententiam deducetur, non tanquam chartam disrũpens, sed tanquam verbum imperiale disrũpens. Non ergo securus sit Iudæus, tanquam purum hominem crucifigens: quod enim videbat, quasi charta erat: quod autem in ea celabatur, imperiale verbum erat natum ex natura, non prolatum per linguam.

In illo ser. Cõc. Ephesini.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio sic habet. Attribuenda est passio Christi diuino suppositio, non ratione diuinæ, sed humanæ naturæ. Quia vnio vtriusque naturæ facta est in persona, salua vtriusque naturæ proprietate, vnde si quisnõ confitetur Dei verbum carne passum, & crucifixum carne, anathema sit, vt dicit Diuus Cyrillus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Locutiões interpretandæ. IN hoc articulo non sunt quæstiones, quæ magnoperè nos detineant. Nam iam in superioribus satis, superque est demonstratum, quemadmodum istæ locutiones in proprietate sermonis veræ non sunt. Diuinitas patitur, diuinitas mutatur, diuinitas moritur, diuinitas est crucifixa. Et similiter istæ; Diuinitas nascitur, & generatur. Vnde si aliquando istę loquutiones reperiantur in sanctis patribus piè sunt interpretandæ, non extendendæ, & sensus est, quod Deus moritur, Deus patitur, Deus mutatur, sed ratione humanæ naturæ. Itaque quanquam Diuus Paulus sæpe numerò dicat, quod filius Dei passus est, quod Dominus gloriæ crucifixus est, intelligendum est, quòd passus est non secundum diuinam naturam, sed humanam, hoc est, Christus passus est, non vt Deus, neque vt filius Dei, sed vt homo, & filius hominis. Vnde cum passus sit secundum humanam naturam, passus est & in anima, & in corpore, cum perfectio humanæ naturæ consistat in corpore, & anima. Pro cuius declaratione sciendum est, quòd Christo tribuitur triplex operum genus. Primum genus est eorum, quæ sunt solius Dei vt viuificare, iustificare, peccatum remittere, sanctũ, diuinum, sempiternum, atque beatum facere, & similia. Secundum genus est eorum operum, quæ non conueniunt Deo ratione diuinitatis, nisi ratione humanitatis, vt obedire, orare, pauere, tædere, mori. Tertium genus est eorum operum, quæ non possunt esse, nisi eius qui simul est Deus, & homo, vt prouoluntate ponere animam suam, & iterum resumere illam, suscitare seipsum ex mortuis, precium condignum soluere pro peccatis totius mundi. Ex quibus facile est intelligere diuinas scripturas, quæ tribuunt Christo opera diuinitatis, quales sunt: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum &c. Itẽ, remittuntur tibi peccata tua. Item, adolescẽs tibi dico, surge, vel Lazare veni foras, & id genus alia. Illas insuper quæ tribuunt ei opera veri hominis, quales sunt. Cœpit Iesus pauere, & tædere, & mœstus esse, expirauit, mortuus est. Intelligesque quòd secundum duplicem naturam, in Christo gemina fuit vita, increata, videlicet, quæ est sempiterna deitas, quæ mori non potest, & creata, quæ est humanæ naturæ ex carne, & anima consistentis, secundum quam mortuum esse Christum in cruce per diuisionem animæ à corpore, testatur Euangelium Mat. 27. Mar. 15. Ioan. 19. Dominus, expirauit, emisit spiritum, tradidit spiritum, id est, animam. Ex his documentis si animaduersa sunt, liquido constat esse dogma fidei verbum Dei carne passum, & crucifixum fuisse, diuinitate eius immortali, impassibilique permanente. Hoc mysterium appellat Paulus verbum crucis, quod quidõ pereuntibus stultitia est, his autem qui salui fiunt Dei virtus, & Dei sapientia est, vt ipsemet Paulus testatur. Et certè hoc est præclarissimum signum, ex quo homo potest dignoscere, an ne sit ex electorum numero, si cum audierit prædicari filium Dei crucifixũ

Triplex genus operũ Christi.

Mat. 27. Mar. 15. Ioan. 19.

Præclarũ signũ diuinę electionis.

pro nobis, non reuocat hoc ad quæstiones, si hoc erat conueniens nec ne, an ne sit opus stultitiæ, an ne sapientiæ. Quin potius confitens vera, & integra fide passum fuisse filium Dei, in hoc verbo cognoscat, quanta sit Dei potentia, & virtus, qui pœna temporaria Christi filij sui liberauit omne genus hominum à cruciatibus sempiternis, & per ignominiam crucis temporariam, suis fidelibus æternam gloriam est elargitus, & moriens per mortem dedit vitam. O vere infinita Dei virtus, quæ ex vno contrario sciuit, & potuit elicere alterum, ex morte vitam, ex ignominia gloriam, ex pœna beatitudinem. Appellat hoc verbum Diuus Paulus stultitiam Dei, quoniam sic à sapientibus huius mundi existimabatur, sapientes enim mundi huius, omnes res expendunt, & ponderant per regulas suæ sapientiæ, & quoniam hæc beatissima passio crucis non quadrabat illorum regulis, existimabant esse stultitiam. Sed non videbant miseri causam veram, ob quam regulæ suæ sapientiæ hoc admirandum opus non quadrabat, vera si quidem causa est, quoniam excedebat, & exuperabat in infinitum eorum sapientiam. Ob idque dicit Paulus, quòd id quod stultum est Deo sapientius est hominibus, propter quod dicit Dominus. Perdam sapientiam sapientiũ, & prudentiam prudentium reprobabo. Deus enim fecit hoc grande opus, per quod stulti, & ignorantes salui fiunt, damnatis, & reprobatis sapientibus, & prudentibus huius mundi, qui in sua sapientia, & prudentia confidebant. Denique Diuus Paulus istud opus, & verbum crucis appellat Dei infirmitatem, & impotentiam. Talis enim à principibus huius mundi reputata est, qui ex sua humana potentia, & autoritate omnia metiuntur, & ponderant, tum vero quoniam si humano more loquendum est, is qui patitur, & iniuria afficitur, occiditur, crucifigitur, reputatur impotens, & imbecillus ad se defendendum. Verum Diuus Paulus dicit, quòd hoc, quod ab hominibus reputatur impotens, & infirmum, fortius est omnibus hominibus. Cuius rei duplicem demonstrat in alio loco rationem. Prior est. Gratia, & benignitas Dei, propter quam vnigenitus Dei gustauit mortem pro omnibus. Posterior est. Vt destrueret sua morte eum qui mortis habebat imperium, hoc est, diabolum & liberaret suos à mortis timore. Est ne minima gratia mori pro alijs? est ne parua potentia, quòd moriens sua morte destruat eum, qui mortis habebat imperium; & quòd liberet suos à timore mortis, qui propter Christum sponte, & maximè voluntariè ad mortem quamlibet horrendam currunt de resurrectione securi?

QVAESTIO XLVII.

De causa efficiente Passionis Christi, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de causa efficiente passionis Christi. ¶ Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm Christus fuerit ab alijs occisus, vel à seipso. ¶ Secundò, ex quo motiuo seipsum passioni tradiderit. ¶ Tertiò, vtrùm Pater tradiderit eum ad patiendum. ¶ Quartò, vtrùm fuerit conueniens, vt per manus Gentium pateretur, vel potius à Iudæis. ¶ Quintò, vtrùm occisores eius eum cognouerint. ¶ Sextò, de peccato eorum qui Christum occiderunt.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christus fuerit ab alio occisus, an à seipso.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit ab alio occisus, sed à seipso. Dicit enim ipse, Ioannis. 10. Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam. Ille autem dicitur aliquem occidere, qui animam eius tollit. Non est ergo Christus ab alijs occisus, sed à seipso. ¶ 2. Præterea, Illi qui ab alijs occiduntur, paulatim debilitata natura deficiunt, & maximè hoc apparet in crucifixis: vt enim dicit Augustin*. in 4. de Trinitat. longa morte cruciabantur ligno suspensi. In Christo autem non hoc accidit: nam clamans voce magna, emisit spiritum: vt dicitur Matth. 27. Non ergo Christus est ab alijs occisus, sed à seipso. ¶ 3. Præterea, Illi qui ab alijs occiduntur, per violentiam moriuntur, & ita non voluntariè: quia violentum oppo-

258 Infr. q. 50. arti. 1. ad 2. & q. 51. art. 3. col. Et op. 3 ca 338 & 338.

li. 5. ca. 13. paulò post prin. to. 3.

li.4.ca. 13. non longè à prin. to.3 opponitur voluntario. Sed Augustᵒ. dicit in 4. de Trinit. quòd spiritus Christi non deseruit carnem inuitus, sed quia voluit, quando voluit, & quomodo voluit. Non ergo Christus est ab alijs occisus, sed à seipso. ¶ Sed contra est, quod dicitur Luc. 18. Postquam flagellauerint, occident eum.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquid potest esse causa alicuius effectus dupliciter. Vno modo directè ad illud agendo. Et hoc modo persecutores Christi eum occiderunt, quia sufficientem causam mortis, ei intulerunt, cum intentione occidendi ipsum & effectu subsequente: quia scilicet ex illa causa est mors subsecuta. Alio modo dicitur aliquis causa alicuius indirectè, scilicet quia non impedit cùm impedire posit: sicut si dicatur aliquis alium perfundere, quia nõ clausit fenestram, per quàm imber ingreditur. Et hoc modo ipse Christus fuit causa suæ passionis & mortis: poterat enim suam passionem & mortem impedire. Primò quidem aduersarios reprimendo, vt eũ aut non vellent, aut non possent interficere. Secundò, quia spiritus eius habebat potestatem conseruandi naturam carnis suæ, ne à quocunque lęsiuo infli cto opprimeretur. Quod quidem habuit anima Christi, quia erat verbo Dei li.4.ca. 13. de Tri.to.3 coniuncta in vnitate personę: vt Augᵒ. dicit in quarto de Trinita. Quia ergo anima Christi non repulit à proprio corpore nocumentum illatum: sed voluit quod natura corporalis illi nocumento succũberet, dicitur suam animã posuisse, vel voluntariè mortuus esse.

¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd cùm dicitur. Nemo tollit animã meã à me, intelligitur, me inuito: quod enim aliquis ab inuito aufert, qui resistere nõ potest, illud propriè dicitur tolli.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vt Christus ostenderet, quòd passio illata per violentiam, eius animam non eripiebat, naturam corporalem in sua fortitudine conseruauit, vt etiam in extremis positus voce magna clamaret, quod inter alia miracula mortis eius computatur. Vnde dicitur Marc. 15. Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait. Verè hic homo filius Dei erat. Fuit etiã & mirabile in Christi morte, quòd velocius mortuus fuit alijs, qui simili pœna afficiebantur. Vnde dicitur Ioã. 19. quòd eorum qui cum Christo crucifixi erant, fregerunt crura, vt cito morerentur: ad Iesum autem cùm venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Et Marc. 15. dicitur, quòd Pilatus mirabatur, si iam obijsset. Sicut enim eius voluntate, natura corporalis conseruata est in suo vigore vsque ad extremum: sic etiam quando voluit, subitò cessit nocumento illato. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus simul & violentiam passus est vt moreretur, & tamen voluntariè mortuus fuit: quia violentia corpori eius illata est, quæ tamen tantum corpori eius prævaluit, quantum ipse voluit.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Christus ab alijs directè occisus fuit, & non à seipso, quia persequutores illi intenderunt sufficientem causam mortis in intentione occidendi, & effectu subsequente. 1. Cõclusio ¶ Secunda conclusio, indirectè Christus fuit causa mortis suæ, quia non impediuit, poterat enim illos impedire, vt eum, aut non vellent, aut non possent interficere, quia spiritus eius habebat potestatem conseruandi naturam carnis suæ, ne à quocunque lædente opprimeretur, quod quidem habuit anima Christi, cum esset coniuncta verbo Dei in vnitate personæ. Quare dicitur animam suam posuisse, & voluntariè mortuum fuisse. 2. Cõclusio

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo variæ solent moueri quæstiones, quas breui sermone perstringam. Prima illa est, vtrùm Christus in cruce verè & naturaliter mortuus fuerit? A parte negante sic arguitur. Nam si fuit mortuus, aut hoc fuit quia ipse animam à corpore separauit, aut propter vulnera, sed non primo modo, sic Primũ dubium, Vtrũ Christus in cruce naturaliter mortuus fuerit. Primum argumentũ.

enim sequeretur, quòd Iudæi Christum non occidissent, sed quòd ipse sui ipsius fuit homicida, quod est inconueniens. Nec secundo modo, quia mors quæ accidit propter vulnera prouenit homini ex summa debilitate præueniente, quod in Christo non fuit, quia clamans expirauit, ergo Christus in cruce nullo
Secundum. modo mortuus fuit. ¶ Præterea, natura humana non fuit in Christo debilior, quam in alijs hominibus, sed nullus alius homo tam cito moreretur propter vulnera manuum, & pedum, vulnus autem lateris fuit ei inflictũ post mortem, ergo in cruce mortuus non fuit, cũ
In oppos. Ioan. 19. nulla causa mortis eius esse videatur. ¶ In cõtrarium est, quod dicitur Ioan. 19. quòd Christus in cruce pendens, inclinato capite tradidit spiritum. Mors autem est per separationẽ animæ à corpore, ergo Christus in cruce mor
Secũdũ dubium, an in Christo esset necessitas moriẽdi Esa. 53. Mar. 15. tuus fuit. ¶ Secunda quæstio subsequitur, an in Christo esset necessitas moriendi? Et videtur, quod non ex illo, quod habetur Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Et Marc. 15. de Domino traditur exclamantem voce magna spiritum emisisse, id quod aduertens Centurio confessus est Christum filium Dei esse.
Ioan. 10. Idem videtur colligi ex illo Ioan. 10. Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eã.
August. Et Augustin. 4. de Trinit. cap. 13. dicit, quod spiritus Christi non deseruit carnem inuitus, sed quia voluit, quando voluit, & quomodo voluit. Et ibidem dicit inuitam mortem pœnam esse peccati, Dominus autem fuit expers peccati, ideoque non passus est mortem inuitam, sicut nos patimur. ¶ In contrarium est, nam Christus naturam humanam habuit mortalem, at omne mortale necessario tandem morietur, igitur necesse erat Christum
Tertiũ dubiũ, vtrùm mors Christi fuerit naturalis. mori. ¶ Tertia quæstio ea est, vtrùm mors Christi fuerit naturalis, an ne miraculosa? & apparet, quòd fuerit miraculosa, nam si fuit voluntaria, ergo non naturalis, non naturalis,
Prim. argu. ergo miraculosa. ¶ Deinde arguitur, nam D. Tho. in solutione secundi miraculo tribuit, & quòd Christus Dominus exclamans expirauerit, & quòd tam citò ex vulneribus mortuus fuerit. Et in quodlibeto 1. q. 1. artic. 3.
D. Thom. scribit, quod natura restitit virtute diuinitatis plusquam in alijs hominibus. Vnde sumpsit vires ad clamandum propter quod Centurio admirans dixit. Verè filius Dei erat
Secundum. iste. ¶ Sunt præterea nonnulli Theologi, qui tribuunt miraculo quòd in tanto dolore, & cruciatu per tot horas durauerit, & quòd vixit miraculosè in tantis tormentis, dicuntque conseruasse naturam humanam, vt amplius pro nobis pateretur. ¶ In contrarium
In oppos. est, nam si vulnera Christo Domino inflicta non fuerunt naturaliter sufficientia ad tollendam vitam, consequens est, quòd Christi crucifixores non occiderunt illum, sed ipse fuit potius sui ipsius homicida. ¶ Quarta
Quartũ dubium, vtrũ anima potuerit præseruare corpus à morte. quæstio solet moueri circa secundam conclusionem. Scotus namque in 3. d. 16. q. 2. tenet, quòd anima Christi non habuit potestatem
Scotus. præseruandi corpus suum à morte, & propterea non est mortuus voluntariè causaliter,
Primum argumẽtũ. sed affectiuè in hoc sensu, quòd complacuit sibi sua mors, sicut etiam sancti Martyres dicuntur voluntariè mori. ¶ Et probat hoc ex parte corporis Christi, quia corpus Christi erat necessario passiuum mortis ab illis actiuis, scilicet flagellis, clauis. ¶ Ex parte verò
Secundum. animæ, quia si potuisset præseruare corpus suum ab omni extrinseca violentia tenebatur se custodire in corpore, ac per hoc nõ custodiens peccasset. Probatur sequela. Quia quilibet homo tenetur se custodire à malis, tenetur siquidem post Deum, & animam diligere proprium corpus ex charitate. ¶ Tertio
Tertium. arguitur in fauorem Scoti, quoniam necvnio animæ Christi ad verbum manifestat animã Christi habuisse hanc potestatem, nec autoritas D. August. quam hic citat D. Tho. ita hoc tradit, vt non possit glossari, quod intẽdit de voluntate secundum affectum, & non secundum causam, sicut etiam autor superius q. 13. art. 3. ad 1. glossat Damas. Esuriuit, sitiuit, mortuus est Christus, quia voluit, scilicet voluntate diuina, quæ tamen autor hîc humanæ Christi volũtati tribuit. ¶ Quæstiones propositæ non habent magnam difficultatẽ ijs, qui verè sunt Theologi, & diuinas scripturas verè scrutantur. Pro quarum faciliori intelle-
1. Cõclusio ctu est prima conclusio. Fide catholica asserẽdum est Christum in cruce verè mortuũ fuisse. Hęc conclusio liquida est ex superioribus, neq; habet obloquutorem. ¶ Secunda cõclu-
2. Cõclusio Mors Christi fuit naturalis. sio. Mors Christi fuit naturalis, volo dicere in hac conclusione, quod mors Christi fuit totaliter causata à natura, ita quòd dato, quòd Christus nullam volitionem habuisset dimittendi animam, fuisset anima nihilominus pro illomet instanti separata à corpore, neq; ante, neq; post, ita quod neq; anima fuit retenta in corpore virtute diuinitatis vltrà quam naturaliter possit manere, neq; etiam fuit dimissa antequam agentia naturalia expellerent eam à corpore. Nam certè si vulnera nõ essent sufficientia ad occidendum Christum non dicerentur crucifixores eiuseũ occidisse. Alia etiã de causa mors Christi fuit naturalis. Etenim ipsa cõpositio naturæ humanæ quæ est ex elementis contrarijs exigit mortẽ, eratq; necesse ex tantis tormentis Dñm breuiter animã exhalare,

halare, quia ergo Dominus Iesus carnem gerebat ex contrarijs compositam, secundũ naturæ ordinem non poterat non mori. Et hoc est, quod ait Magister Deum accepisse necessitatem moriendi. Cæterum quia temperatissima erant contraria in carne Domini, & anima Christi erat virtute plena, & optimè sciebat quæ erãt carni suæ noxia, quęve salubria, & in quo pondere essent accipienda, propterea vixisset naturaliter vitam longissimã. Verum tandem senio confecta moreretur, nisi violenta morte esset occisus. ¶ Tertia conclusio. Mors Christi simpliciter non fuit miraculosa. Hæc conclusio ex præcedẽti liquido cõcluditur. Etenim si fuit naturalis, non fuit miraculosa. Quod si obijcias in contrariũ, quòd anima Christi ab exordio suæ creationis fuit beata, at vero ex Aug. sententia ex beatitudine animæ naturaliter resultat immortalitas corporis. Igitur, caro Christi miraculosè habuit mortẽ, siquidem ex natura beatitudinis animæ immortalitatẽ sibi vẽdicabat, & miraculũ erat, quòd immortalis nõ esset. ¶ Ad hoc argumentũ dicẽdũ est, in exordio incarnationis Dñi miraculum fuisse, quòd anima beata vniretur corpori mortali, & passibili, at verò præeunte, & præstituto hoc miraculo caro Christi manebat verè passibilis, & mortalis. Quod si fieret ex Dei dispensatione vt nõ moreretur, neque pateretur, hæc dispositio esset miraculosa, & cõtra ordinem naturæ. Itaque miraculum fuit gloriam animę Christi in corpus non redundare, at non fuit miraculũ corpus Christi nõ habẽs istã redundantiam esse passibile, & mortale, imo erat necessarium ex naturæ ordine. Caro siquidẽ Christi dimissa est in propria natura, vt redẽptioni quã Christus per carnẽ suã parabat esset locus. ¶ Quarta cõclusio. Mors Christi fuit naturalis, volũtaria, violenta, & quodammodo miraculosa, hoc est, habẽs quędã miracula cõiũcta. Quòd fuerit naturalis ex dictis patet euidẽter. Quòd fuerit volũtaria in hũc modũ ostẽditur, nã in primis fuit volũtaria volũtate diuina, voluit enim verbũ diuinũ secundũ carnẽ acceptam mori. Rursus fuit volũtaria, si ad voluntatem humanã deliberatam referatur. Voluit enim Christus deliberatè vitã pro nobis ponere, & in ea re sibi cõplacuit. Tertiã causam huius rei demõstrat hîc D. Tho. ex recõdita Theologia. Pro cuius intelligẽtia obseruet Theologus, quòd de anima Christi dupliciter loqui possumus, tũ secundũ virtutẽ naturalem, vel gratuitã in ea manẽte, qua scilicet ipsa dicitur potẽs, & sic anima Christi nõ poterat præseruare corpus suũ ab illatis nocumẽtis, nisi gloriã animæ deriuando in corpus, & reddendo illud impassibile, quod fuisset nostræ redẽptionis impedire mysterium, & contra ordinẽ incarnationis, quo ab exordio dispositũ est, vt anima existente glorioſa corpus maneret passibile, discurrẽdo nãq; per omnes gratias infusas manentes in anima Christi liquido apparet nullam in ea fuisse potentiam aliam ad præseruandum corpus ab illatis incõmodis. Alio modo loqui possumus de anima Christi, vt est instrumentum coniunctũ diuinitatis, & sic vt superius q. 13. artic. 2. & 3. dixit D. Tho. potestatem habuit faciendi omnia miracula ordinabilia in finẽ incarnationis, hoc est, omnes mutationes creaturarũ præter spectantes ad creationem, & annihilationem, & sic loquitur D. Tho. hoc in loco, cum inquit: quòd spiritus eius habebat potestatẽ conseruandi naturam carnis suæ, ne à quocunq; læsiuo inflicto opprimeretur. Quod quidẽ habuit anima eius, quia erat verbo Dei coniuncta in vnitate personæ. Vnde & poterat volũtates persequutorum immutare, & potestatẽ eorum impedire, sicut poterat alia miracula in cælo, & in terra facere, & similiter poterat conseruare carnẽ suã, ne læderetur à flagellis, clauis, & quibuscunque læsiuis, sicut potuit seruare Petrum super aquas ambulantem. Et hac ratione mors Christi præcipuè fuit ei voluntaria. Quod verò mors Christi fuerit violenta sic ostẽditur. Nã violentũ est cuius principium est extra, passo nõ cõferente vim, flagella autẽ & tormenta cæteriq; cruciatuserãt à principio extrinseco nẽpè à tortoribus passo non cõferente vim, caro enim Christi repudiabat, vt propriæ naturæ cõtraria alioqui nõ doluisset. Et crescit Dominicæ mortis violentia quia mortuus est in ætate viuida, florenteque annum agens trigesimum tertium; & iuuenibus mors violentior est, vt planè cõstat. Quod verò mors Christi habuerit miraculum aliquod coniunctum asserit D. Tho. hic in solutione secundi, & in quodlib. 1. ar. 3. dicens, quòd natura restitit virtute diuinitatis plusquam in alijs hominibus, restitit inquam non ad hoc vt impediret separationem animæ à corpore, sed vt ostenderet aliquod signum suæ diuinitatis, quod fecit per hoc, quòd sumpsit vires ad clamandum. Vnde Cẽturio admirans dixit. Verè filius Dei erat iste. Itaq; miraculum in hoc consistit, quod Christus permisit quidem corpus pati, & nihil minuendo de passione miraculosè conseruauit fortitudinem naturæ ad clamandum. Itaque conseruatio fortitudinis fuit miraculosa, qua conseruatione desinente statim passio effectum mortis habuit, clamans enim expirauit. ¶ Sed iam ad argumenta in princi-

Magister.

3. Cõclusio

Obiectio.

Solutio.

4. Cõclusio Mors Christi fuit naturalis, & violenta & quodãmodo miraculosa.

D. Thom.

D. Thom.

Ad argum. 1. 2. & 3. quæst. pio proposita respõdeamus. ¶ Ad arg. primæ quæstionis ex dictis patet cõfutatio, si rectè animaduersa fuerint. Ad argu. secũdæ quæstionis satisfecimus euidẽter, cũ demonstratũ est à nobis, quomodo passio Christi fuerit volũtaria. ¶ Ad argu. tertiæ quæstionis non est opus distinctè respõdere, nã iã, ni fallor, expositum dedimus, quemadmodũ mors Christi fuerit naturalis, volũtaria, violẽta, & miraculosa. ¶ Sed operæpretiũ est argu. quartæ quæstionis sigillatim cõfutare. Ad primum Scoti respõdetur tantũ probare, quòd corpus Christi, & eius anima sanctissima secundũ se non poterãt se præseruare ab illatis incommodis, verũ vt anima illa est organũ verbi potuisset, si voluisset impedire passionẽ. ¶ Ad 2. argu. respondetur, quod ex vera Theologia euidẽter cõstat nõ peccare, sed rectè facere, qui cũ possit nõ custodit propriũ corpus, nec propriã vitã propter salutẽ animarũ, Christus autẽ pastor bonus fuit ponens animã, hoc est, vitã suam pro ouibus suis. ¶ Ad 3. argu. respõdetur, quòd cũ sit confessio catholica ab omnibus approbata, quòd anima Christi fuit coniunctũ organũ verbi Dei cõsequens est, vt q. singulariter, & ineffabiliter assumptũ est organũ, ad omnia effectum sit organũ, ad quæ potest instrumentaliter concurrere. Sicut enim Christus est caput omnium, & in scientia, & gratia, & virtutibus prælatus est omnibus, ita etiam in potentia, & virtute instrumẽtaria existit super omnia, quæ possunt diuino organo fieri. Omnia enim, quæ excellentia sunt, & nõ dedecent Christianũ, sed maximè cõgruunt eius excellentię, credenda sunt inesse illi, & sic ex vnione animæ Christi ad verbũ ostẽditur nõ obscurè potestas hæc præseruãdi corpus proprium ab illatis nocumẽtis. Et sic certè explicãdus est D. Augustinus in loco indicato.

Ad primũ 4. quæst.

Ad secũdũ.

Ad tertium

D. Thom. Quod autem D. Tho. in loco citato tribuerit voluntati diuinæ, quod hîc humanæ, non est mirandum, quia ipsemet in articulo 3. iam indicato regulam generalem tradidit nobis interpretandi dicta de potestate instrumentali animæ Christi. Cum enim instrumentum nõ propria, sed principalis agentis potestate agat, ideo opera animæ Christi, quando operatur, vt organum diuinitatis, attribuuntur diuinitati, & propterea vtrumq; est verum, scilicet, quòd Christus esuriuit, sitiuit, mortuus est, quia voluit voluntate diuina, vt causa principali, & voluntate humana, vt causa potẽte instrumentaliter impedire, & non impediente. Et hoc est, quod dicit Dominus: Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam. Hoc verbum nullus martyrum quantumcunq; voluntarius ad mortem potest verè dicere, sed proprium fuit Christo, & sic non sola voluntas complacentiæ, sed etiam causatiua mortis in Christo fuit. Neque ex hoc sequitur, quod Christus fuerit sui homicida. Nam vt aliquis dicatur esse causa suæ mortis, qui potuit tueri vitam, & nõ fecit, tria sunt necessaria, quòd potuerit, & non fecerit, & quòd ad tuendam vitam fuerit obligatus, vt eleganter docet D. Tho. 1. 2. q. 6. cum agit de voluntario. Nemo autem tenetur suam vitam tueri, quando expedit eam periculo exponere propter bonũ commune, & salutem animarum.

D. Thom.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus fuerit ex obedientia mortuus.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit ex obedientia mortuus. Obedientia enim respicit præceptum. Sed non legitur Christo fuisse præceptum, quòd ipse pateretur. Non ergo ex obedientia passus fuit. ¶ 2. Præterea, Illud dicitur aliquis ex obedientia facere, quod facit ex necessitate præcepti. Christus autem, non ex necessitate, sed voluntariè passus fuit. Non ergo passus est ex obedientia. ¶ 3. Præterea, Charitas est excellentior virtus, quàm obedientia. Sed Christus legitur ex charitate passus: secundũ illud Ephe. 5. Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Ergo passio Christi magis debet attribui charitati, quàm obedientiæ. ¶ Sed contra est, quod dicitur Philip. 2. Factus est obediens Patri vsque ad mortem.

259 Inf. q. 48. artic. 2. & 3. co. Et 4. cõtra c. 55. ad 13. & 16. Et op. 3 ca. 234. Et Ro. 5. l. 1. fi. & l. 5. co. 5. fi.

¶ Respondeo dicendum, quòd conuenientissimum fuit, quòd Christus ex obedientia pateretur. Primò quidem, quia hoc conueniebat iustificationi humanæ: vt sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per vnius hominis obedientiam, iusti constituantur multi, vt dicitur Ro. 5. Secundo hoc conueniens fuit reconciliationi Dei ad homines. Vnde dicitur Rom. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, in quantum

quantum scilicet ipsa mors Christi fuit quoddam sacrificium acceptissimum Deo : secundum illud Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Obedientia verò omnibus sacrificijs antefertur, secundum illud primi Reg. 15. Melior est obedientia quàm victimæ. Et ideo conueniens fuit, vt sacrificium passionis & mortis Christi ex obedientia procederet. Tertiò hoc conueniens fuit eius victorię, qua de morte & autore mortis triumphauit. Non enim miles vincere potest, nisi duci obediat, & ita homo Christus victoriam obtinuit per hoc quod Deo fuit obediens: secundum illud Prou. 11. Vir obediens loquitur victorias.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus mandatum accepit à Patre, vt pateretur: dicitur enim Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animã meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, & hoc mandatum accepi à Patre meo, scilicet ponendi animam, & sumendi eam. Ex quo (vt Chryso* dicit) non est intelligendũ, quòd prius expectauerit audire, & opus ei fuerit discere: sed voluntariũ monstrauit processum, & contrarietatis ad Patrem suspicionem destruxit. Quia tamẽ in morte Christi lex vetus consummata est (secundum illud quod ipse moriens dixit Ioan. 19. Consummatum est) potest intelligi quòd patiendo, omnia veteris legis præcepta impleuit. Moralia quidem quæ in præceptis charitatis fundantur, impleuit in quantum passus est, & ex dilectione Patris (secundum illud Ioã. 14. Vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, surgite eamus hinc, scilicet ad locum passionis) & etiã ex dilectione proximi: secundum illud Gal. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Cæremonialia verò præcepta legis quæ ad sacrificia & oblationes præcipuè ordinantur, impleuit Christus sua passione, in quantũ omnia antiqua sacrificia, figuræ fuerunt illius veri sacrificij, quod Christus obtulit, moriẽdo pro nobis. Vnde dicitur Colo. 2. Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi: eo scilicet, quod Christus comparatur ad illa, sicut corpus ad vmbram. Præcepta verò iudicialia legis quæ præcipuè ordinantur ad satisfaciendam iniuriam passis, impleuit Christus sua passione: quoniam (vt in Psal. 68. dicitur) quę non rapuit, exoluit, permittens se ligno affigi, pro pomo, quod de ligno homo rapuerat contra Dei mandatum.

hom. 59. in Ioã. in pag. 3. à princi. to, 3.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obedientia etsi importat voluntatem respectu eius quod præcipitur, tamen importat voluntatem respectu impletionis præcepti, & talis fuit obedientia Christi. Nam ipsa passio & mors secundum se considerata, naturali voluntati repugnabat: volebat tamen Christus Dei voluntatem circa hoc implere: secundum illud Psal. 39. Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui. Vnde dicebat Matth. 26. Si non potest transire à me calix iste, ni si bibam illum, fiat voluntas tua.

¶ Ad tertium dicendum, quòd eadem ratione Christus passus est ex charitate & obedientia: quia & præcepta charitatis ex obedientia impleuit, & obediens fuit ex dilectione ad patrem præcipientem.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio.

COnclusio est affirmatiua. Et probatur primo, quia sic conueniebat humanę iustificationi, vt sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi; ita per obedientiã vnius hominis iusti cõstituantur multi. Secũdò, hoc cõueniens fuit reconciliationi Dei ad homines: quia mors Chri fuit quoddã sacrificiũ Deo acceptissimũ, vt dicit Apost. ad Ephe. 5. Sed obediẽtia omnibus sacrificijs antefertur 1. Reg. 15. Tertiò, hoc cõueniẽs fuit eius victoriæ, qua de morte, & autore mortis triũphauit: nõ eñ miles vincere potest

Ephes. 5.
1. Reg. 15.

nisi

nisi duci obediat. Quare & ipse victoriam obtinuit pro eo, quòd Deo patri obediuit.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrũ Christus habuerit præceptũ patiẽdi.

DVbiũ certè videtur, & nõ omnino facilè. vtrũ Christus in quantũ homo habuerit præceptũ patiẽdi, & redimẽdi gen' humanũ.

Prim. argu.

¶ A parte affirmãte hæc sunt argu. In primis hoc videtur probari ex sanctis scripturis. Ex il

Ioan. 10.

lo Ioã. 10. potestatẽ habeo ponẽdi animã meã, & iterũ sumẽdi eã, & hoc mãdatũ accepi à pa

Ioan. 14.

tre, scilicet, ponẽdi animã meã, & sumẽdi eã. Et Ioã. 14. vt cognoscat mũdus, quia diligo patrẽ, & sicut mandatũ dedit mihi pater, sic facio, surgite eamus hinc, scilicet, ad locum pas sionis. Facit etiã ad hoc illa scriptura. Calicẽ quẽ dedit mihi pater, nõ vis vt bibã illum? &

Mat. 26.

Mat. 26. si nõ potest trãsire à me calix iste, ni si bibã illũ, fiat volũtas tua, si enim hoc non fuisset præceptũ, poterat vltrò nõ bibere cali cẽ. Fauet etiã multum huic sententiæ illud ad

Philip. 2.

Phil. 2. vbi dicitur de Christo. Factus est obe-

Secundum.

diẽs patri vsq; ad mortẽ. ¶ Secũdo probatur eadẽ sentẽtia ex autoritate D. Tho. in hoc articulo maximè & ad primum, & ad secũdum.

Tertium.

¶ Tertiò probatur rationibus Theologicis. Prima est, quoniã in Christo fuit præstãtissima obediẽtia, hæc autẽ nõ est, quãdo præcep

D. Thom.

tũ superioris nõ instat, prout docet D. Tho. in 2. 2. in materia de obediẽtia. Huic accedit altera ratio. Nã Christus in quantũ homo obligari potuit præcepto, vt suprà multis argumẽtis est demonstratũ, & affirmat scriptura euidẽter, quòd habuit præceptũ, & mandatũ patiẽdi, & moriẽdi pro genere humano, ergo

Pars negatiua probatur.

ita assẽuerandũ est. ¶ Cõtrarium esse verum hæc argumenta suadent. In primis Ioã. 10. sic

Primum. Ioan. 10.

habetur. Nemo tollit animam meã à me, sed ego pono eam à meipso, id est, spõtè, & vltrò. Facit etiam in fauorem huius partis illud Isa.

Esa. 53.

53. Oblatus est, quia ipse voluit. Certè si habuit præceptum non omnino vltrò, & sponte patiebatur, si non poterat aliter vitare mortem, quam peccando & offendendo patrem æternum. ¶ Secundo probatur idem autori

Secundum D. Chryso.

tate patrum. Profecto Chrysost. homil. 59. in Ioan. apertè docet, quòd Christus nõ habuit præceptum moriendi. Vnde dicit quod in illo loco, hoc mandatum accepi à patre, mãdatum nihil aliud signat, quàm cũ patre cõcordiam. Idem docet Anselmus in meditationi-

D. Anselm.

bus, inquiens: ex nulla cogente obedientia, sed ex libera prouidentia passus est Christus.

D. Thom.

Eandẽ sententiã videtur docere D. Thom. in multis locis suæ doctrinæ. Nã suprà q. 37. ar. 1. ad 3. sic scribit: sicut Christus propria volũtate mortẽ nostram suscepit, quæ est effectus peccati, nullũ in se habens peccatũ, vt nos à morte liberaret, ita etiã & circunciſionẽ, quæ est remediũ originalis peccati, suscepit absq; hoc quod haberet originale peccatũ, vt nos à legis iugo liberaret. Quibus in verbis significare videtur, quòd sicut circunciſionẽ spõtè, & vltrò suscepit absq; aliqua obligatione peccati, sic etiã & mortẽ prò nobis degustauit. Et in sequenti articulo ad primũ sic scriptũ reliquit. Innocentẽ hominẽ passioni, & morti tradere cõtra eius voluntatẽ est impiũ, & crudele, sic autẽ Deus pater Christũ nõ tradidit, sed inspirando ei voluntatem patiẽdi pro nobis. Et in eodem articulo docet D. Tho. Christũ traditum à patre passioni propter tria, inter quæ non ponit præceptũ. ¶ Tertio loco probatur hæc sententia rationibus Theologicis. Prima ratio est, quoniam præceptum solum ponitur eis qui possunt illud trãsgredi, vnde

Prima ratio.

ad Gal. 3. dicitur. Lex propter trãsgressores posita est, & alibi dicitur: lex iusto nõ est posita, sed Christus nõ potuit trãsgredi præceptũ, si quidẽ peccare nõ potuit. ¶ Secũda ratio est, quia ita efficax erat simplex volũtas patris sicut præceptũ, ergo nõ expediebat ponere præceptũ. Etenim si prælatus cognoscit subditos absq; præcepto rectè facere eius volũtatem, nõ esset rectè consultũ præcepta cõstituere.

Gal. 3.

Secunda.

¶ Tertia ratio est, quia dedecet dignitatem Christi, & eius excellentiã habere præceptũ. Præceptũ enim videtur esse quẽdam cõminatio, perinde enim est dicere: præcipio hoc tibi sub præcepto, ac si diceret, si nõ feceris eris mihi inimicus, & ingratus. Et certè Christus nõ potuit esse extra gratiã Dei, cũ sit ipse Deꝰ. Et reuera hoc videtur dignius persona Christi, quòd spõtè & vltrò mortuus fuerit, quam quod præcepto astrictus opꝰ redẽptionis perfecerit. ¶ Alia ratio est, nã magis piũ videtur hoc dici, vt magis debeamus Christo, si gratis pro nobis mortuus est. Videtur enim beneficiũ minuere obligatio. ¶ Quinta ratio est, qa impeccabilitas tollit libertatẽ cõtradictionis respectu præceptorũ, hoc est, facit vt nõ sit libertas ad faciendũ, & nõ faciendũ. Nã si talis esset libertas, nõ esset impeccabilitas, igitur si Christus habuit præceptũ patiẽdi, videtur qꝫ necessario passus fuerit, postquã fuit impeccabilis. Explicatur hoc euidẽtius. Si Christus habuit præceptũ moriẽdi, ergo potuit peccare, sed hoc est falsum, ergo nõ habuit præceptũ moriẽdi. Probatur prima cõsequentia. Nã potuit nõ mori, potestatẽ enim habuit ponendi animã, & nõ ponẽdi. At si nõ moreretur peccaret, si quidem ageret contra præceptum, si habuit præceptum moriẽdi, ergo potuit peccare. Quod si fortè dicas, quòd in sensu diuiso potest non mori, verum in sensu cõpositoesto

Tertia.

Quarta.

Quinta.

esto, quòd habuit præceptū, nō potuit nō mori, vnde stāte præcepto necessario moritur. In cōtrariū sic arguitur. Nā stāte præcepto Chrs est liber, ergo potest nō mori, ergo peccare. Cōsequētia prima inde probatur, quia libertas est ad vtrūq; ad mori, & nō mori. Propter hæc argumēta Doctissimus Pater Victoria aiebat sibi videri probabilius, & dignius persona Christi, quòd nō habuerit à patre præceptū moriēdi. Et ad scripturas diuinas, quę videbātur sonare oppositū dicebat, quòd adimplere voluntatē Dei sine quocunq; præcepto dicitur obediētia, & volūtas Dei, vel missio ad remdimendū vocatur mādatū. ¶ In explicationē huius dubij nō est necesse edisseri à nobis, an Christus secundū quòd homo possit obligari legibus. Nā de hoc disputauimus copiosè suprà, & affirmatiuā partē sequuti sumus. Núc verò id quod de mādato moriēdi instat, exponamus. ¶ Pro quo sit assertū primū. Christus nō tenebatur ex lege naturali mori. Poterat enim quis existimare, q̄ teneretur ad subeundā mortē ex vinculo legis naturalis pro salute generis humani. Iusenim naturę postulat, vt pars se exponat periculo pro toto; & boni ciuis officiū est dare vitā p̄ republica. Sed hæc existimatio falsa est. Nā mors Christi nō erat necessaria ad salutē generis humani, nec mediū per se ordinatū ex dictamine legis naturalis, sed solū ex volūtate diuina, præsertim q̄ talis vita præstat bono totius mūdi, & quādo pars est melior, & maiº bonū, quā totū, nō est obligatio vt exponatur pro toto, nec pro salute reipublicæ. ¶ Secūdū assertū. Christus in quātū homo habuit præceptū moriēdi. Ita sentio profectò, licet argumētā Doctissimi Patris Victoria possent Theologū parū attētum in cōtrariū adducere. Pro huius rei intelligentia cōsiderādum est, quòd mādatum, & præceptū bifariā accipiūtur, tū vt exponāt tātum modo voluntatē superioris illā subditis patefaciēdo, tū vt designēt obligationē vel ad peccatū veniale, vel ad mortale. Priori modo vsurpatur hæc vox Luc. 15. in illo verbo: nunquā mādatum tuū præteriui, & in illo Mar. 8. præcepit eis, vt discumberēt, & alio in loco, præcepit eis ne cui dicerēt. Posteriori modo vsurpatur hęc vox in illo loco Mat. 22. Quod est mādatum magnū in lege. Et ibidē. Maximū mādatū, & primū est, &c. In eadē acceptione accepit hāc vocē D. Paul. 1. Cor. 7. dicēs. De virginibus præceptū Dñi nō habeo, consiliū autē do. Illud etiā obseruandū est, quòd D. Th. docet in 2. 2. q. 104. obediētiā esse specialem virtutē, obidq; habere speciale obiectū, speciale autē obiectū obediētiæ est præceptum strictè sumptū, obligationē præseferēs, & certè propriè inobediētia non est, nisi quando quis præceptū strictè sumptum trāsgreditur. Ad hæc obseruandum est, quòd Christus verè, & propriè fuit obediens, & ex obedientia mortuus est, vt patet ex illo ad Phili. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autē crucis. Idem patet ex illo ad Rom. 5. Sicut per vnius inobediētiā peccatores cōstituti sunt multi, ita per vnius obediētiā iusti constituētur multi. Ex hoc sequitur, quòd Christus secundum quod homo verè, & propriè habuit prælatum, & superiorem scilicet patrē. Obediētia enim propriè volūtatem superioris cōsiderat, vnde Christus secūdum quod homo est minor patre, & dicitur seruus patris. Ex his documentis, si rectè expendantur, colligitur euidenter, quòd pater potuit Christo quatenus homo erat imponere præcepta, & cum sanctæ scripturæ, & rationes Theologicæ videantur sonare, quòd habuerit præceptū moriendi, & diuinæ scripturæ in proprietate sermonis debeant explicari, quando sensus proprius non habet aliquod incommodū, videtur vtique asserendum, quòd habuerit præceptum moriendi, & redimendi genus humanum. ¶ Ad argumenta in contrarium satisfaciendum est. Ad scripturas diuinas dicendū est rectissimè cohęrere inter sese, quòd Christus sponte, & vltrò mortuus fuerit, & quòd habuerit à patre præceptum moriendi. Itaq; in diuinis literis vtrumq; explicatur, & quòd mortuus est voluntariè, in hoc, videlicet, sensu, quod nemo eo inuito poterat ab eo tollere vitam, & quòd mortuus fuerit ex mandato patris, ad quod ipse vltro se obtulit, vt patet ex illo: in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuā in medio cordis mei. ¶ Ad autoritates patrum respondetur. Ad Diuum Chrysostomum dico, quòd sancti patres illius ætatis vehementer dimicabant contra Arrianos docentes Christum esse puram creaturam, ob idque magnoperò fugiebant Christo tribuere id quod puræ creaturæ esse videbatur, cuiusmodi est superioris obligari præcepto. Ad Diuum Anselmum respondetur, quòd fuit contrariæ sententiæ, neq; enim eius dicta vllo modo glossari possunt. Ad Diuum Thomam dicendum est tantùm docere, quod Christus Dominus nō inuitus, aut reluctans gustauit mortem, sed maximè volūtariè. ¶ Deinde ad rationes Theologicas satisfaciendum est. Ad primā dicendum, quòd lex positiua, & præceptum positiuum, secundum communem, & vsitatum cursum propter transgressores constituuntur, sicut medicina propter infirmos, lex autē naturalis consequitur

M. Victoria

Decisioque stionis.

1. Cōclusio

2. Cōclusio

Mandatū & præceptum dupliciter accipiūtur.

Luc. 15.

Mar. 8.

Mat. 22.

1. Cor. 7.

D. Thom.

Christº prò priè fuit obediens.

Phil. 2.

Rom. 5.

Ad argum. pro parte negatiua.

Scripturæ explicātur.

Explicātur sancti patres.

Ad primā rationem.

sequitur naturalē inclinationē, obidque non propter trāsgressiones cōstituitur. Vnde etiā in beatis lex naturalis integra perseuerat, vbi transgressio esse nō potest, sed & præceptū positiuū nonnunquā ponitur nō propter transgressores, sed vt opus sit magis meritoriū, & maioris perfectionis. Et certū est, quòd quādo opus pertinet ad plures virtutes tāto magis perfectū est. Vnde opus, quod fit ex voto magis meritoriū est, quā si fiat sine voto. Ad secundā rationē eodē modo respōdendū est.

Ad secūdā.

Ad tertiam. ¶ Ad tertiā rationē respōdetur, quod magis cōmendatur charitas Christi erga nos, & magis debemus Christo, quòd voluerit pro nobis subdit⁹ esse, & præcepto superioris obligari. ¶ Ad quartā rationē idē dicendum cēseo.

Ad quartā.

Ad quintā. ¶ Ad quintā rationē cū sua cōfirmatione respōdetur in primis, quòdidē argumētū potest fieri de præceptis naturalibus, quę sine dubio obligabāt Christum. Deinde dico, q̄ dato q̄ Christus habuerit præceptū moriēdi nō potuit nō mori in sensu cōpositio, id est, nō potest esse hæc copulatiua vera. Christus habet præceptū moriēdi, & nō moritur, verū absolutè, & in sensu diuiso potuit nō mori. Nā hæc copulatiua vera est. Christus præceptū habuit, & potuit absolutè non mori necessitas enim ex suppositione non tollit libertatem, neque possibilitatem ad oppositum.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Deus pater tradiderit Christū passioni.

260 3.d.20.art. 5.q. 1. Et quol. 1.ar.3 4. & Matt. 26.co.2.

AD tertiū sic proceditur, Videtur, quòd Deus pater non tradiderit Christū passioni. Iniquum enim & crudele videtur esse, quòd innocēs passioni & morti tradatur. Sed, sicut dicitur Deu.32. Deus fidelis & absque vlla iniquitate. Ergo Christum innocentē nō tradidit passioni & morti. ¶ 2. Prętereà, Nō videtur, quòd aliquis à seipso & ab alio morti tradatur. Sed Christus tradidit semetipsum pro nobis: secundum quod dicitur Isa. 53. Tradidit in mortē animā suā. Nō ergo videtur quòd Deus pater eū tradiderit. ¶ 3. Prætereà, Iudas vituperatur ex eo, quòd tradidit Christum Iudæis: secundum illud Ioan. 6. Vnus ex vobis diabolus est: quod dicebat propter Iudā, qui eū erat traditurus. Similiter etiā vituperātur Iudæi, qui eū tradiderūt Pilato: secundū quod ipse dicit Ioā. 18. Gēs tua & Pōtifices tui tradiderūt te mihi. Pilatus etiā tradidit ipsū, vt crucifigeretur, vt habetur Ioā. 19. Nō est autē participatio iustitię cum iniquitate, vt dicitur 2. ad Cor. 6. Ergo videtur quòd Deus pater non tradiderit Christum passioni. ¶ Sed cōtra est, quod dicitur Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut dictum est*) Christus passus est voluntariè ex obedientia Patris. Vnde secundum tria, Deus pater tradidit Christum passioni. Vno quidem modo, secundum quod sua æterna volūtate prę ordinauit passionem Christi ad humani generis liberationem, secundum illud quod dicitur Isaiæ. 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum: & iterum, Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Secūdò, in quantum inspirauit ei voluntatem patiendi pro nobis, infundendo ei charitatem. Vnde ibidem sequitur, Oblatus est, quia ipse voluit. Tertiò, nō protegendo eum à passione, sed exponendo persequentibus. Vnde & legitur Matth. 27. quòd pendens in cruce Christus dicebat, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? quia scilicet potestati persequentium eum exposuit, vt Aug*. dicit, de gratia noui Testam.

Ar.præced.

In epi.120. ex c.6. & 10.to.2.

¶ Ad primū ergo dicendū, quòd innocentē hominē passioni & morti tradere cōtra eius voluntatē, est impiū & crudele: sic autē Deus pater Christum non tradidit, sed inspirando ei voluntatem patiendi pro nobis. In quo ostenditur & Dei seueritas, qui peccatum sine pœna dimittere noluit (quod signat Apostolus dicens. Proprio filio suo nō pepercit) & bonitas eius in eo, quòd cùm homo sufficienter satisfacere nō posset per aliquam pœnam quam pateretur, ei satisfactorem dedit. Quod signauit Apostolus dicēs. Pro nobis omnibus tradidit illū. & Rom. 3. dicit. Quę scili-

ſcilicet Chriſtum, propoſuit Deus propitiatorem per fidē in ſanguine ipſius. ¶ Ad ſecundū dicendū, quòd Chriſtus ſecundū quod Deus, tradidit ſemetipſum in mortem, eadē volūtate & actione, qua & Pater tradidit eū: ſed in quātum homo tradidit ſeipſum voluntate à Patre inſpirata. Vnde non eſt cōtrarietas in hoc, quòd Pater tradidit Chriſtū, & ipſe tradidit ſemetipſum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd eadem actio diuerſimodè iudicatur in bono vel in malo, ſecundum quod ex diuerſa radice procedit. Pater enim tradidit Chriſtum, & ipſe ſemetipſum, ex charitate, & ideo laudantur. Iudas autem tradidit ipſum ex cupiditate, Iudæi autem ex inuidia, Pilatus ex timore mundano, quo timuit Cæſarem: & ideo ipſi vituperantur.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio. COncluſio eſt affirmans, & eſt vera propter tria. Vno modo, prout ſua voluntate præordinauit illum pati debere ad humani generis liberationem. Secundò, in quantum inſpirauit ei voluntatem patiendi pro nobis infundendo ei charitatem. Tertiò, non protegendo eum à paſſione, ſed exponendo perſequentibus: vnde pendens in cruce dicebat, vt quid dereliquiſti me?

EXPOSITIO ARTICVLI.

Arguitur cōtra cōcluſionem. Primum argumentū. COncluſio huius articuli non eſt admodum difficilis, ſed nihilominus, vt examinetur, arguitur aduerſuſeā. Nā ſi beneplacito Dei patris traditus eſt Chriſtus in dictas paſsiones mortis, videtur profecto quòd nō peccauerūt Iudæi crucifixores Chriſti facientes, quod ſecundū decretū Dei faciendū erat.

Secundum. Peccatū enim eſt dictū, vel factū, vel concupitū cōtra voluntatē Dei. ¶ Ex alio capite obijcitur cōtra prædictā concluſionē. Nam nō videtur in ea exactè explicari, quomodo accipiatur pater, cū dicitur, quòd Deus pater tradidit filium ad mortē. Accipitur ne eſſentialiter pro Deo patre omnium, an potius perſonaliter pro perſona patris, quæ genuit filium

Tertium. ab æterno? ¶ Sed & tertiā cauſam dubitandi offerunt nōnulli Theologi, debeamus ne magis patri æterno, qui nobis tradidit filium ſuū in mortem, an verò filio, qui etiam ſe tradidit in mortem propter ſcelera noſtra, & ipſemet guſtauit mortem, quod non fecit pater æternus? ¶ Pro explicatione veritatis non ab re erit commemorare, quo conſilio ſit factū decretum diuinitatis ſuper incarnatione, & paſſione filij Dei. Pro cuius rei intellectu ſciendum eſt, quòd B. Aug. & D. Bernar. & nōnulli alij patres tradiderunt ex ſcripturis quandam quaſi forenſem diſceptationem diuinarum virtutum inter ſe, vt putà, æternæ Dei ſapientiæ, iuſtitiæ, miſericordiæ, veritatis, & pacis, non quòd in Deo ſicut in homine vlla ſit ſuccedentium cogitationum diſceptatio, ſed ad imbecillitatem intellectus noſtri aptarunt eiuſmodi diſceptationem, vt ex ſimilitudinibus rerum corporaliū aliquā rationē iudiciorū Dei alioqui incomprehenſibilium habere poſsimus. Diſceptatio in hunc modum proponitur à ſanctis patribus. Miſericordia Dei volēs Deū præſtabilē eſſe ac propitiū ſuper miſeria, & peccatis hominū ſic exorditur. Suauis es Dñe, & miſerationū tuarū nō eſt numerus, aut finis, tui igitur memor eſto, cōdonās peccata hominibus propter nomē tuū, tuāq; bonitatē. Ecōtrario verò iuſtitia, iuſtus es, inquit, Dñe & iuſtitia tua in æternū permanet, ſi citra dignā punitionem donaueris hominibus peccata, quid dicerēt illi, quibus tu mādaſti exercere iuſtitiā. Sed & pax accedit in patrociniū miſericordiæ. Tu Dñe nō es diſſenſionis Deus, ſed pacis, adeò vt in ſcripturis appelleris Deus pacis, & Deus totius cōſolationis, at vindicare, perdere, exterminare ſunt opera potius inimicitias exercentium, quam eius, qui natura bonus eſt, & pacificus. Cui è diuerſo ſic reſiſtebat veritas inquiens: Dñe Deus nonne inter Angelos vt bonos tibi aduaſti inſeparabiliter, ita & malos perdidiſti irrecuperabiliter? nonne in volumine legis tuæ ſcriptū eſt: Odibilis Deo impius, & impietas eius? Ad hæc: iuxta menſurā delicti erit & plagarū modus? vbi leges tuę? vbi cōminationes tuæ? vbi quod dici ſolet, Deus eſt pura, primaq; veritas? profecto mendaciū inuenietur in ore omniū Prophetarū, ſi nō perdiderisimpiū iuxta impietatē ſuā. Hæc & alia ſimilia lectu digniſsima proponunt ſancti patres inter virtutes diuinas fuiſſe cōtrouerſa in cōſiſtorio ſanctiſsimæ Trinitatis. Tūc æterna ſapientia ſic decreuit. Ad æquitatis iudiciū cōfugiēdū cēſeo, nēpè, vt peccatū hominis propter veritatē quidē morte puniatur, propter miſericordiā verò gratis remittatur. Sic ſit rigor vindictę quātū ſatis eſt iuſtitię, ſit ſpes venię, quātū optare poteſt miſericordia, vnus innocens, & continentis animæ, cuius non eſt digna ponderatio luat pro omnibus, & omnes in vno miſericordiā cōſequantur. Hac enim via & iuſtitia reuerēda pmanebit, & miſericordia

Solutio.

Auguſt. Bernard.

Virtutū diuinarū diſceptatio.

Miſericordia.

Iuſtitia.

Pax.

Veritas.

Diuina prouidentię cō filium.

fiet

fiet amabilis cunctis prębens ſpem veniæ miſeris peccatoribus & ita miſericordia,& veritas obuiauerunt ſibi,vt dicit Pſalmiſta, Iuſtitia & pax oſculatę ſunt.Nihilominus quęſtio alia ſuboriebatur,vbinā inueniretur iſte vn⁹, qui lueret ſolus pro omnibus, & tandem decretum eſt,quòd ſolus Deus poterat tāto ſuccurrere malo, & pro totius humani generis peccatis perfectè ſatisfacere, idq; negotij alicui creaturæ non poſſe committi, cum enim longè maius ſit redimi,quam creari, indignū profecto videbatur,vt Deo gratias ageret homo,quòd illum creaſſet, alij verò quòd eum à morte redemiſſet,Deo quod ab eo eſſe naturæ percepiſſet,illi quòd eſſe gratię,hoc eſt, eſſe diuinum contuliſſet, Deo quòd mortalē hominis filium condidiſſet,illiverò quod immortalem,& Dei filium hæredemque regni cælorum effeciſſet.Itaq; æquū erat, vt qui cōditor erat hominis,redēptor eſſe vellet,& qui hominem ad imaginem ſuam fecerat, collapſum inſtauraret,& ad priſtinam formam renouaret. Aliam etiam cauſam huius rei demōſtrant diuini Theologi,ea eſt,ne homo amorem ſuum inter duos diuideret,cum idē Dominus & creationis,& redēptionis ſit autor.

D.Anſelm. Hinc pulcherrimè D.Anſelmus: ne amorem diuideres inter creatorem, & redemptorem idem tibi factus eſt conditor,& redemptor. His auditis æternus Dei filius,& verbum Dei patris huius negotij, & redemptionis humani generis prouinciam lubenter ſuſcepit. Nā æquum erat omnino,vt per verbum,quo facta ſunt omnia,inſtaurarētur omnia ſiue quę in cælis ſunt,ſiue quæ in terra.Hac rationevtitur D.Paulus ſæpiſsimè in ſuis epiſtolis.Alias rationes huius congruentiæ proſequitur idē

Heb.2.& 4 Paulus in epiſtola ad Heb.c.2. per totum, & in c 4.ad finem. His itaq; peractis concluſit ſanctiſsima Trinitas immutabile quoddam æternitatis decretum,videlicet, debere fieri, quod dictauerat æterna ſapientia, ac deinde exequendum ſuſcepit filius ante ſæcula genitus,& veniente plenitudine temporis datum eſt decretum iſtud exequutioni, & verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis,& vidi-

Ioan.1. mus duo in eo.Vidimus,inquit Ioannes, gloriam eius,videlicet in doctrina,& virtute, in miraculis,& reſurrectione ipſius quaſi gloriā vnigeniti à patre,vt merito pluſquam homo

Iſa.53. eſſe crederetur.Rurſum,Eſaiæ c.53. Et vidimus eum,& non erat ei aſpectus,& nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo,adeò totus deformatus fuit pœnis, ſputis,liuore,vulneribus,ſanguine propter peccata noſtra.Ex pręmiſsis clarè colligitur,quo modo pater æternus,imo tota Trinitas tradiderit filiū Dei paſsioni,& morti propter peccata noſtra. ¶ Ad argumenta in principio facta.Ad primum,quòd eadem actio diuerſimode iudicatur in bono,& in malo ſecundū quod ex diuerſa radice procedit. Pater enim tradidit Chriſtum,& ipſe ſemetipſum ex charitate,&ideo laudantur.Iudas autem tradidit ipſum ex cupiditate, Iudæi verò ex inuidia, Pilatus ex timore mundano,quo timuit Cæſarem,& ideo ipſi vituperantur. Ad pri. arg.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur,quod cū dicitur Chriſtum traditum eſſe à Patre poteſt accipi nomen patris eſſentialiter pro Deo patre omnium.Sed veroſimilius eſt,quòd accipiatur perſonaliter,quia in diuinis vna perſona dicitur mitti ab alia,à qua procedit, prout dicitur plenius in materia Trinitatis. Ad ſecū. ar.

¶ Ad vltimum argumentum reſpōdetur ex D. Tho. q.de vnione verbi incarnati art.1.ad 9. quòd Deus non eſt factus melior poſt incarnationis myſterium,quam prius erat,ex quo ſequitur,quod verbum incarnatum non eſt magis diligibile,quam verbum ſimpliciter, quanquam eſt diligibile ſecundum aliam rationē. Ex eadem doctrina ſequitur, quòd quamuis vnio incarnationis ſit facta in vna perſona,& non in alia non eſt concedendum, quòd vna perſona ſit magis diligenda quam alia, nec quod vni perſonæ magis debeamus,quā alię. Ad tert. arg.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm fuerit conueniens,Chriſtū pati à Gentilibus.

AD quartum ſic proceditur. Videtur,quòd non fuerit conueniens 161
Chriſtum pati à Gentilibus.Quia enim per mortem Chriſti homines erant à peccato liberandi,conueniens videbatur,vt pauciſsimi in morte eius peccarent. Peccauerunt autem in morte eius Iudæi, ex quorum perſona dicitur Matth.21.Hic eſt hæres,venite occidamus eum. Ergo videtur conueniens fuiſſe,quòd in peccato occiſionis Chriſti Gentiles non implicarētur. ¶ 2.Præterea, Veritas debet reſpondere figurę. Sed figuralia ſacrificia veteris legis nō Gentiles, ſed Iudæi offerebant. Ergo neque paſsio Chriſti, quæ fuit verum ſacrificium,impleri debuit per manus Gentilium. ¶ 3. Præterea, ſicut dicitur Ioan.5.Iudæi quærebant Chriſtum in-

interficere,non solũ quia soluebat sabbathum, sed etiam quia patrem suũ dicebat Deum,æqualem se Deo faciens. Sed hoc videbatur esse solùm contra legem Iudæorum,vnde & ipsi dicũt Ioã. 19.Secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Videtur ergo conueniens fuisse,quòd Christus non à Gentilibus,sed à Iudæis pateretur, & falsum esse quod dixerunt,Nobis non licet interficere quenquam: cùm multa peccata secundum legem morte puniantur, vt patet Leui.20. ¶Sed contra est,quòd ipse Dominus dicit Matt. 20. Tradent eum Gentibus, ad illudendum,& flagellandum,& crucifigendum.

¶Respondeo dicendum, quòd in ipso modo passionis Christi præfiguratus est effectus ipsius. Primo enim passio Christi effectum salutis habuit in Iudæis:quorum plurimi in morte Christi baptizati sunt: vt patet Act. 2. &3. ¶Secundò verò Iudæis prædicantibus, effectus passionis Christi trãsiuit ad Gẽtes,Et ideò conueniens fuit,vt Christus à Iudæis pati inciperet,& postea Iudæis tradentibus,per manus Gentilium,eius passio finiretur.

¶Ad primum ergo dicendũ, quòd Christusad ostendendum abundãtiam charitatis suæ,ex qua patiebatur, in cruce positus veniam persecutoribus postulauit.Et ideò vt huius petitionis fructus ad Iudæos & Gentiles peruenirent, voluit Christus ab vtrisque pati. ¶Ad secundum dicendum,quòd passio Christi fuit sacrificij oblatio,in quantũ Christus propria voluntate mortẽ sustinuit ex charitate.In quantum autem à persecutoribus est passus, non fuit sacrificiũ, sed peccatum grauissimum. ¶Ad tertium dicendum,quòd sicut Aug*. dicit Iudæi dicentes,Nobis non licet interficere quenquam, intellexerunt non sibi licere interficere quenquam, propter festi diei sanctitatem, quàm celebrare iam cœperant ¶Vel hoc dicebant (vt Chrys*. dicit)quia volebant eum occidi, non tanquàm transgressorem legis, sed tanquàm publicum hostem, quia Regem se fecerat:de quo non erat eorum iudicare, Vel quia non licebat eis crucifigere(quod cupiebant)sed lapidare:quod in Stephano fecerunt. Vel melius dicendum est,quòd per Romanos, quibus erant subiecti, erat eis potestas occidendi interdicta.

Tract. 114. in Ioã circa mediũ. tom.9.

hom.82.in Ioan. post illius,to.3.

SVMMA TEXTVS.

CONcluſio est affirmatiua, nam incœpit passio à Iudæis,& mediantibus ipsis per Gentiles finitur,& sic in ipso modo passionis Christi præfiguratus est ipsius effectus. Nam primò in Iudæis effectum salutis habuit,cùm plurimi eorum tunc fuerint baptizati.Ipsis verò prædicantibus effectus transiuit ad gentes, Christus enim in cruce positus pro omnibus persequutoribus rogauit, quare fructus ad omnes peruenit. Conclus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

VIdeo inter quosdam reuocari in dubiũ, quomodo si iudex tenetur sententiam pronuntiare secundum allegata, & probata, etiam si iudex euidenter intelligat reum esse innocentem,prout apertè docet D. Thomas in pluribus locis suæ doctrinæ,quomodo inquam verum est,quod peccauerit Pilatus, siquidem pronuntiauit sententiam cõtra Christum secundum allegata & probata,quamuis ipse sciret Christum esse innocẽtem. Sed hæc obiectio non est,cur moueat virum doctum, vt deserat sententiam illam D. Thomæ satis celebrem,videlicet,quòd iudex teneatur pronuntiare sententiam secundumallegata,& probata.Nam hæc sententia intelligenda venit, quando testimonia contra reũ producta nulla ratione possunt labefactari, aut conuelli, aut verò infirmari,quod in causa Christi non habuit locum,adeò enim erant infirma testimonia;& sibi non constantia,vt facilè labefactari potuissent, adeò iniquitas accusatorum & testium erat manifesta, vt facili opera potuerit demonstrari,& conuinci. Quod vt melius intelligatur,sciendum est quòd Christus passus est publicè sub Põtio Pilato iudice,qui inter Iudæos præsidendi, iudicandique potestatem acceperat ab Imperio Romano valdè quidem tumultuariè,& perturbato iuris ordine,non tamen sic,quin fuerit simul & forma iudicij seruata, & potestatis auctoritas interposita,nam ex decreto summorum Pontificum,Seniorum,Scribarum, ac Phariſæorum accusatus est coram Pontio Pilato.Pilatus autem Obiectio. Solutio. Christ⁹ cõtra omnem æquitatem iudicat⁹ est

tem multis interpositis iudiciarijs actibus tãdem sedens pro tribunali in prætorio adiudicauit fieri petitionem eorum. Testes horum sunt quatuor Euangelistæ scribentes historiam passionis Domini. Sed Christus iniustè iudicatus est, & ita scriptura apertè testatur, dicens: Tradebat autem se iudicanti iniustè. Et certè contra omnem æquitatem iudicatus est, & patet, quia peccatum non
1.Petri.2. fecit. primæ Petr.2. patet rursus, quia iudicatus est propter indebitam causam à Pilato quidem propter timorem humanum, ne, scilicet, perderet amicitiam Cæsaris, quoniam si hunc dimittis, inquiunt, non es amicus Cæsaris. Præterea ideò indebitè, & contra æquitatem, quia non est iudicatus à iudice congruo, & conuenienti, siue, vt iurisperiti loquuntur, competente, sed à suis sibi omni iure subiectis, qui non habent iudicij potestatem in superiorem suum. Si enim non licet iudicare alienum seruum, eo quòd
Rom.14. Domino suo stat, aut cadit, ad Roman. 14. ergo multò minus licet seruis iudicare Dominum suum, benefactorem suum, Doctorem suum, miraculis iam toti mundo illustrem. Sed & illud demonstrat iudicium fuisse plenum iniquitate, dicit enim Pilatus: Ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus accusatis eum. Rursus, pronuntiaturus sententiam lauit manus suas dicens: Innocẽs ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis, indubiè non potest esse iustum iudicium, quod procedit ex falsis testimonijs: testatur verò Euangelista de Pontificibus dicens: Et quærebant, inquit, summi sacerdotes falsum testimoniũ aduersus Iesum, & cùm multi falsi testes accessissent, &c. Sed dicet Theologus
Obiectio. si immerito, & contra iustitiã passus est Christus, ergo non per formã iudicij, quia iudiciũ
Solutio. est iusti, iurisq; determinatio. Dicendum est, quòd iniqui iudices cùm intendunt iudicare iniustè, tunc maximè obseruant communes formulas iudicij, vt meditata iniustitia fucum accipiat ex consuetis iudicandi formulis. Sic Iudæi eradicare volentes Christum per fas, perq; nefas studuerunt omnibus modis hoc perficere, ordine ac modo iudiciario, intercedẽte tã sui quam Romani iudicij auctoritate, ne oppressione, odio, vel inuidia id ipsum fecisse criminarentur à populo, vti in Naboth, & Susanna contigisse legimus. Itaq; iniustum quidem iudicarunt iudicium, sed tamen consuetas iudicandi formulas seruarunt ad fucũ, & velamen iniquitatis suæ. Veruntamen non vniuersa, quæ passus est Christus in hoc mundo, passus est per formam iudicij.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm Christi persecutores eũ cognouerint.

AD quintum sic proceditur. Videturquòd persecutores Christi eũ cognouerint. Dicitur enim Matth. 21. quòd agricolæ videntes filium dixerũt intra se, Hic est hæres, venite occidamus eum. Vbi dicit Hieronymus *, Manifestè Dominus probat ex verbis Iudæorum, principes non per ignorantiam, sed per inuidiam, Dei filium crucifixisse: intellexerunt enim eum esse illum, cui Pater per Prophetam dicit, Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam. Ergo videtur, quod cognouerint eum esse Christum, vel filium Dei.

262 opus.60.c. 18.in fin. & 1. ad Cor.2 le.2.co.1.

* Id inuenit c.21.Matt. in fin. illius to.9.&etiã in glo.or.

¶ 2. Præterea, Ioan. 15. Dominus dicit, Nunc autem & viderunt & oderunt & me & Patrem meum. Quod autẽ videtur, manifestè cognoscitur. Ergo Iudæi cognoscentes Christum, ex causa odij, ei passionem intulerunt. ¶ 3. Præterea, In quodam sermone Ephesini concilij dicitur, Sicut qui chartam imperialem discerpserit tanquàm Imperatoris disrumpens verbum, ad mortem addicitur: sic crucifigens Iudæus quem viderat, pœnas dabit, tanquã in ipsum Deũ, verbum præsumptionis inijciens. Hoc autem non esset, si eum esse Dei filium, non cognouissent: quia ignorantia eos excusasset. Ergo videtur, quòd Iudæi crucifigentes Christum cognouerint eum esse filium Dei. ¶ Sed contra est, quod dicitur 1. ad Corinth. 2. Si cognouissent, nunquàm Dominum gloriæ crucifixissent. & Act. 3. dicit Petrus, Iudæis loquens, Scio quia per ignorãtiam fecistis, sicut & principes vestri, & Dominus in cruce pendens dicit, Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.

¶ Respondeo dicendum, quòd apud Iudæos quidam erant maiores, & quidam minores. Maiores quidem qui eorum principes dicebantur, (vt dicitur in lib.

Aug. in li. q. ex no. re ita. qui incipit. Deus certè. q. 66. ad me. to. 4.

in libr. Quæstionum vet. & no. Test*.) sicut & dæmones, cognouerunt eum esse Christum promissum in lege: omnia enim signa videbant in eo, quæ dixerant futura prophetæ. Mysterium autē diuinitatis eius ignorabant: & ideò Apostolus dicit, Quòd si cognouissent, nũquàm Dominum gloriæ crucifixissent. Sciendum tamen, quòd eorum ignorantia non eos excusabat à crimine: quia erat quodammodo ignorantia affectata: videbant enim euidentia signa diuinitatis ipsius: sed ex odio & inuidia Christi, ea peruertebant, & verbis eius quibus se Dei filium fatebatur, credere noluerunt. Vnde ipse de eis dicit Ioã. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et postea subdit, si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et sic ex persona eorum accipi potest quod dicitur Iob. 21. Dixerũt Deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Minores verò, id est, populares, qui mysteria Scripturæ non nouerant, non plenè cognouerunt ipsum esse nec Christũ nec filium Dei: licet enim aliqui eorum in eum crediderint, multitudo tamē non credidit. Et si aliquando dubitauerunt, an ipse esset Christus, propter signorum multitudinem & efficaciam doctrinæ (vt habetur Ioan. 7.) tamen postea decepti fuerunt à suis principibus, vt eum non crederent, neque filium Dei neque Christum. Vnde & Petrus eis dixit, Scio quia per ignorantiam feciſtis, sicut & principes vestri: quia scilicet per principes seducti erant.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd illa verba dicuntur ex persona colonorum vineæ, per quos significantur rectores illius populi: qui eum cognouerunt esse hæredem, in quantum cognouerunt eum esse Christum promissum in lege. Sed contra hanc responsionem esse videtur, quòd illa verba Psalmi, Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, eidem dicuntur, cui dicitur, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Si ergo cognouerunt eum esse illum cui dictum est, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, sequitur, quòd cognouerint eum esse filium Dei. Chryso*. etiã ibidem dicit, q̃ cognouerũt eũ esse filiũ Dei. Beda etiã dicit super illud † Luc. 23. Quia nesciunt quid faciunt. Notandum, inquit, quòd nõ pro eis orat, qui quem filium Dei intellexerunt, crucifigere, quàm confiteri maluerũt. Sed ad hoc potest responderi, quòd cognouerunt eum esse filium Dei, non per naturam, sed per excellentiam gratiæ singularis. Possumus tamen dicere, quòd etiam verum Dei filium cognouisse dicuntur, quia euidentia signa huius rei habebant: quibus tamen assentire, propter odium & inuidiam noluerunt, vt eum cognoscerent esse filium Dei. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ante illa verba præmittitur, Si opera nõ feciſsem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, & postea subditur. Nunc autem viderunt & oderunt & me & patrem meum. Per quod ostẽditur, quòd videntes opera Christi mirifica, ex odio processit quòd eum filium Dei non cognouerunt. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ignorantia affectata non excusat à culpa, sed magis videtur culpam aggrauare: ostendit enim hominem sic vehementer esse affectum ad peccandum, quòd vult ignorantiam incurrere, ne peccatum vitet. Et ideò Iudæi peccauerunt, non solùm hominis Christi, sed etiam tanquàm Dei crucifixores.

hom. 40. in Mat in opere imperf. à me. to. 2. † ca. 94. secund. ord. Bedæ circa prin. to. 2.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Principes cognouerunt eum esse Christum promissum in lege, quia omnia signa videbant in eo, quæ dixerãt futura Prophetæ. ¶ Secunda conclusio, mysterium diuinitatis eius ignorabant, si enim cognouissent, nunquàm Dominum gloriæ crucifixissent, vt dicit Paulus. ¶ Tertia cõclusio. Ista ignorantia non excusabat eos à crimine,

1. Concluſ.

2. Concluſ.

3. Concluſ.

cùm esset quodammodo affectata, ex odio nanque & inuidia peruertebãt euidẽtia signa diuinitatis ipsius neque verbis eius credere voluerunt, quibus se filiũ Dei fatebatur. Vnde eis dicebat Ioan. 15. Si non venissem, & loquutus eis fuissem, peccatum non haberent.

Ioan. 15.

4. Conclus. ¶ Quarta conclusio. Minores, id est populares, qui mysteria scripturæ non nouerant, non plenè cognouerunt ipsum esse Christum, & filium Dei, licet aliqui eorum, in eum credide rint: multitudo tamen non credidit, quanuis aliquando dubitauerit propter multitudinem signorum, & efficaciã doctrinę. Fuerunt tamẽ posteà decepti à suis principibus, vt nõ crede

Actuum. 3. rent: propter quod dixit Petrus. Scio, quod per ignorantiã feciſtis per principes seducti.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo duæ quæstiones solent mo ueri. Altera est, Vtrùm dæmones cognoue rint Christum esse verũ Messiam in lege promissum, & esse verum Dei filiũ. Sed ab huius quæstionis expositione hic supersedendum censeo, quoniam de ea actum est diligenter, & accuratè in superioribus. ¶ Altera quæstio est, Vtrùm Iudæi cognouerint Iesum esse verum Messiam, & eius diuinitatem? Et quòd cognouerint videtur probari ex illo Matt. 21. hic est hæres venite occidamus eum. Super quem locum sic scribit Strabo in glossa. Patet ex verbis his Iudæorum principes non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse, intellexerunt enim eum esse illum, cui Pater per Prophetam dicit: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Hunc locum citat hic D. Tho. in primo argumento sub nomine Hieronymi, qui in sentẽtia idem dicit, cap. 21. Matth. ad finem illius. In contrarium est, id quod dicit Apostolus. 1. Corin. 2. Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. ¶ Ad istam quæstionem explicandam, & enodandam repugnantiam, quæ videtur esse inter loca scripturæ citata dicit D. Tho. in solutione. 1. Dicendum, quòd illa verba; Hic est hæres, dicuntur non ex persona totius populi Iudæorum, sed ex persona colonorũ vineæ, per quos significatur rectores illius populi, qui eum cognouerũt esse hæredem, in quantum cognouerunt eum esse Christum promissum in lege. Sed contra hanc responsionem esse videtur, quòd illa verba Psalmi. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, eidem dicuntur, cui dicitur, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Si ergo cognouerunt eum esse illum, cui dictum est, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, sequitur, quòd cognouerint eum esse filium Dei. Chrysost. etiam ibidem dicit, quòd cognouerũt esse filium Dei. Beda etiam super illud Lucæ. 23. Quia nesciunt, quid faciunt, Notandum, inquit, quòd non pro eis orat, qui quem filium Dei intellexerunt, crucifigere, quàm confiteri, maluerunt. Sed ad hoc potest responderi, quòd cognouerunt eum esse filium Dei non per naturam, sed per excellentiam gratiæ singularis. Possumus autem dicere, quòd etiam verum Dei filium cognouisse dicuntur, quia euidentia signa huius rei habebant, quibus tamen assentiri propter odium, & inuidiam, noluerunt, vt eum cognoscerent esse filium Dei. Cæterum Caietanus non obstante sententia S. Tho. dicit, quòd omnino nec principes cognouerunt Iesum esse Christum. Et ratio eius est, quia omnes credebant, quòd Messias esset rex futurus, & redempturus ex captiuitate Israel. Vnde responderunt Magis quærentibus, vbi est, qui natus est rex Iudæorum? in Bethleem Iudæ, &c. Hoc autem non videbant compleri in Iesu. Imo Apostoli erant iuxta errorem illum ante resurrectionem, vnde illud: Nos sperabamus, quòd redempturus esset Israel, &c. & illud: Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & alter ad sinistrã, &c. Et Lucæ. 18. cum Dominus prædixisset mortem suam, dicitur: Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et certè ego omnino credo eos vel nunquam cognouisse eum esse Messiam, vel si aliquando crediderunt, tamen excæcatos posteà odio, & inuidia pessimis consultoribus, vt hoc non crederent tempore passionis. Nam quòd Petrus dixit. Et nunc scio fratres, quòd per ignorantiam feciſtis, sicut & principes vestri, omnino non videtur solùm loqui de ignorantia diuinitatis, nec enim dicerentur ex ignorantia peccasse, si scienter Messiam suum crucifixissent. Caietanus exponit illud; sicut & principes vestri, vt ista dictio, sicut, non cadat super ignorantiam, sed super factum, vt sit sensus: Vos per ignorantiam imitati estis principum vestrorum factum, non quòd ignorauerint, sicut principes ignorarunt. Sed hoc est detorquere litteram; nam planus sensus est, quod fecerunt ignorantes, sicut & principes fecerunt ignorantes. Facit ad hoc propositum, quòd Apost. dicit Roma. 10. testimoniũ enim illis perhibeo, quòd æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Vbi Paulus loquitur de Iudæis, nec videtur solum loqui de plebe, imo potiùs de principibus, & legisperitis, qui moti quidem zelo Dei persequebantur Christianos; quod vtique esse non potuisset, si scienter Christum persequerentur. Hoc ipsum confirmatur de ipso Paulo, qui certè non erat ex plebeis, sed

Vtrùm Iudæi cognouerint Christi diuinitatem.

Argumentum.

Matt. 21.

Strabus.

D. Tho.

1. Corin. 2.

Solutio D. Tho.

Chrysost.

Beda.

Caietanus.

Lucæ. 18.

Autoris sententia.

Caietanus.

Roma. 10.

ex

ex legisperitis, qui tamen ignorabat Iesum esse Christum, vt ipse dicit: misericordiam consequutus sum, quia ignorãs feci. ¶ Sed operæ pretium erit resolutionem huius dubitationis in conclusiones distribuere. Prima conclusio. Iudæi non cognouerunt euidenter Iesum esse Christum, & filium Dei. Nam tantũ hoc poterãt cognoscere ex scripturis, miraculis, & Christi doctrina, hæc omnia non causabant euidentiam de eius diuinitate, & officio, sed tantum fidem. Et certè nulla demõstratio euidens potuit ostendere Christum esse verum Deum, & verum hominem, quod supra abundantius est demonstratum. ¶ Secunda conclusio. Ex scripturis, miraculis, & Christi doctrina sufficiẽter probabatur Iesum esse Messiam & filium Dei. Et hoc certè intendebat probare ex scripturis dicens: Scrutamini scripturas, quia ipsæ testimonium perhibent de me; ex operibus miraculosis, dicens: Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et posteà subditur: nunc autem & viderunt, & oderunt me, & Patrem meum. Ex hoc sequitur, quòd eorum ignorantia nõ erat inuincibilis, & inculpabilis, sed in principibus, & maioribus erat affectata, in plebeis erat vincibilis, & culpabilis, tenebantur enim credere, & vincere poterant ignorantiam, potissimè si adijssent Christum, vt illos illuminaret, & doceret veritatem. ¶ Sed difficultas est, quomodo principes, & maiores illum cognouerint. D. Thomas docet cognouisse Iesum esse Christum, sed non esse filium Dei naturalem. Alij sentiũt, quòd cognouerunt eum esse Christum, & filium Dei verum Deum. Ita videntur sentire Hieronymus, Strabus, Chrysostomus in locis citatis, atque etiam Lyranus. Caietanus, & Abulensis, quòd neutrũ. Et hæc sententia mihi probatur, & suaderi potest ex argumentis iam positis pro sententia Caietani, & ex illo Actorum. 3. quòd dicit Petrus ad Iudæos loquens: Scio quia per ignorantiam feciſtis, sicut & principes vestri. Et Dominus in cruce pendens ait: Dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt. Et Paulus: Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Et certè illud argumẽtum superiùs adductum efficaciter, vt mihi videtur, rem persuadet. Nam Apostoli in schola Domini edocti non apertè cognouerunt hoc mysterium, vt suprà ostensum est. ¶ Sit ergo tertia conclusio. Iudæi siue Principes, siue plebei odio, & inuidia excæcati non cognouerũt Iesum esse Christum, nec filium Dei. Hoc probant argumenta dudum facta, cum hoc tamen rectè cohæret, quòd aliqui ex Iudæis rectè in scripturis instructi considerantes miracula Christi, & eius vitæ progressum cognouerint illum esse Messiam, & verum Deum. ¶ Ad argumẽtum in principio factum, & ad autoritatẽ D. Thomæ respondetur, quòd dicuntur cognouisse Christum, quia habuerunt argumẽta apertissima ex quibus tenebantur credere, & sola malitia impediuit eos, sicut S. Thomas hic ad primum dicit, quòd possumus dicere, quòd cognouerunt esse Dei filium, quia euidentia huius rei signa habebant, quæ excæcati odio perspicere noluerunt. Illud tamen considerãdum est, quòd cum dicit D. Paulus 1. Cor. 2. Si cognouissent nunquam Dominum gloriæ crucifixissent, non intelligas Paulum negare his verbis, quòd dæmon cognouit Christum esse filium Dei, sed negat cognouisse, & præuidisse se morte illius esse damnãdum. De hoc enim mysterio à sæculis absconditò loquitur cum dicit, quod nemo principum huius sæculi cognouit, si enim cognouissent nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Hic est verus cõmentarius huius sententiæ D. Pauli.

Prima conclusio.

2. Conclus.

Ioan. 5.

Ioan. 15.

Quomodo principes Iudæorum cognouerint Christum.

D. Tho.

D. Hieron.

D. Chryso.

Strabus.

Caietanus.

Abulensis.

Lucæ. 23.

1. Corin. 2.

3. Conclus.

Ad argumẽtũ in principio.

D. Thom.

1. Corin. 2.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm peccatum Christum crucifigentium fuerit grauissimum.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd peccatum crucifigentium Christum, non fuerit grauissimũ. Non enim est grauissimum peccatum, quod excusationem habet. Sed ipse Dominus excusauit peccatum crucifigentium eum, dicẽs, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Non ergo peccatum eorum fuit grauissimũ. ¶ 2. Præterea, Dominus dixit Pilato Ioan. 19. Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ipse autem Pilatus fecit Christũ crucifigi per suos ministros. Ergo videtur fuisse maius peccatum Iudæ proditoris, peccato crucifigentium Christũ. ¶ 3. Præterea, Secundum Philosophum* in 5. Ethicor. Nullus patitur iniustum volens, & sicut ipse ibidem dicit, Nullo patiente iniustum, nullus facit iniustum: ergo volenti nullus facit iniustum. Sed Christus voluntariè est passus: vt supra habitũ est*. Nõ ergo iniustum fecerunt crucifixores Christi, & ità eorũ peccatum non fuit grauissimũ.

263 Supr. art. 4. ad 2. fin. & opus. 60. c. 18. fi.

1. 5. Eth. c. 9 tom. 5.

art. 2. huius quæst.

¶Sed cõtra est, quod super illud Matt. 23. Et vos implete mensuram patrũ vestrorum, dicit Chryso*. Quantum ad veritatem excesserunt mẽsuram patrũ suorum: illi enim occiderunt homines, isti Deum crucifixerunt.

hom. 45. in Mat. in opere imperf. aliquantulũ à med. tom. 2.

Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est*. Principes Iudæorum cognouerunt Christum: & si aliqua ignorantia fuit in eis, fuit ignorantia affectata, quæ eos nõ poterat excusare. Et ideo peccatum eorum fuit grauissimũ: tum ex genere peccati, tum ex malitia voluntatis. Minores autem Iudæi grauissimè peccauerunt quãtum ad genus peccati: in aliquo tamen diminuebatur eorum peccatum, propter eorum ignorantiam. Vnde super illud Luc. 23. Nesciunt quid faciunt: dicit Beda*; Pro illis rogat qui nescierunt quid facerent: zelum Dei habentes, sed non secũdum scientiam. Multò autem magis fuit excusabile peccatum Gentilũ, per quorum manus crucifixus est, qui legis scientiam non habebant.

art. præc. in arg. 1. & in respõsione.

c. 94. secũd. ord. Bedæ, cir. princi.

Ad primum ergo dicendum, quòd excusatio illa Domini non refertur ad principes Iudæorum, sed ad minores de populo: sicut dictum est*. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Iudas tradidit Christum, non Pilato, sed principibus Sacerdotum, qui tradiderunt eum Pilato: secundum illud Ioan. 18. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Horum tamen omnium peccatum fuit maius, quàm Pilati, qui timore Cæsaris Christum occidit. Et etiam quàm peccatum militum qui de mandato præsidis Christum crucifixerunt: non ex cupiditate, sicut Iudas, nec ex inuidia & odio, sicut principes Sacerdotũ. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus voluit quidem suam passionem, sicut & Deus eam voluit. Iniquam tamẽ actionem Iudæorum non voluit, & ideo occisores Christi ab iniustitia non excusantur. Et tamen ille qui occidit hominem, iniuriam facit, non solùm homini occiso, sed etiam Deo & reipublicæ. Sicut etiam & ille qui occidit seipsum, vt Philosophus dicit in 5. Eth*. Vnde & Dauid damnauit illum ad mortem, qui non timuerat mittere manum vt occideret Christum Domini, quamuis eo petente: vt legitur 2. Reg. 1.

In corp. ar.

li. 5. eth. ca. vlt. no lon gè à princ. to. 5.

SVMMA TEXTVS.

PRima cõclusio. Peccatum principum fuit grauissimum ex genere peccati, & ex malitia voluntatis. ¶ Secunda cõclusio. Peccatum aliorum Iudæorum fuit grauissimum ex genere peccati, minus tamen ex circunstantia ignorantiæ. ¶ Tertia conclusio. Peccatũ gentilium fuit grauissimũ ex genere peccati, multò autem magis excusabile ex ignorantia legis, & scripturarum. Certè quòd peccatũ crucifixionis Christi sit grauissimum ex suo genere inde demonstratur, quia ex suo genere fuit occisio non solum hominis tam excellentis innocentiæ, & vitæ, sed etiam Dei. Genus enim peccati ex obiecto, seu materia circa quam est, sumitur. Constat autem quòd illa occisio ad personam verbi Dei terminata est. Persona enim illa crucifixa & mortua est.

Prima cõclusio.

2. Conclus.

3. Conclus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo dubium est, quid intelligat D. Thomas cum inquit occisionem Christi fuisse grauissimum peccatũ ex genere suo. Nam certè odium Dei, quo quis desiderat Deum non esse, videtur esse maius peccatum. Odium enim æquiualet homicidio, vnde dicit August. qui odit fratrem suum homicida est. Et certè qui desiderat Deũ non esse, quod est ex sese occidit Deum, voluntas enim pro facto reputatur. ¶ Deindè, si Iudæi crucifigendo Christum plus peccauerunt, quam Adam transgrediendo præceptum Domini, & peccatum tantum fuit, vt expiari non potuerit nisi per mortem Christi; sequitur quòd peccatum maius maiori expiatione opus habuerit. Quam ergo expiationem habebit hoc homicidium in Christum cõmissum? ¶ Tertiò, non videtur esse congruus satisfaciendi modus, quo peccatũ additur peccato, & grauissimum peccatum permittitur, vt leuius peccatum sanetur. ¶ In contrarium est, nam tam malum fuit occidere Christum, quam bonum fuit illius vita, sed Christi vita Deitati vnita fuit infiniti valoris, & pretij. Fuit igitur occisio Christi infinitæ malitiæ. Hoc ipsum confirmatur, & arguitur ad ostendendum hoc peccatum fuisse grauissimum comparando ad omnia peccata omnium hominum. Itaque volo probare, quòd hoc vnum peccatum fuerit

Probatur, quòd occisio Christi non sit maximum peccatũ ex genere suo.

Primũ arg.

secundum.

Tertium.

In oppositum arguitur primo.

Confir.

fuerit grauius, quàm omnia peccata simul quæ homines commiserunt, aut committét. Nam occidere Deum est grauius, quàm occidere infinitos homines si essent, cum Deus excedat omnes homines in infinitum. Iudæi verò occiderunt, & crucifixerunt Deum verum, & sic videtur, quòd peccatum illud exceſſerit omnia peccata omnium hominum.

Solutio dubij. ¶ Ad huius dubij expositionem dicendum est, quòd quamuis habita consideratione ad genus peccati grauius videatur homicidium Christi ex intentione commissum, quam transgressio Adæ inobedientis, neque odientis, neque blasphemantis Deum, neque intendentis aut se, aut filios suos occidere: pensata tamen conditione peccantis personæ grauius peccatum videbitur transgressio Adæ. Vnde Augustinus, Magna fuit, inquit, Adæ iniquitas in peccando, cui tanta erat non peccandi facilitas. Sicut Abrahæ magna, inquit, obedientia prædicatur, quia vt occideret filium vnicum, quem diligebat, res difficillima est imperata: ita & in paradiso tantò maior inobedientia fuit, quanto id quod præceptum erat, nullius difficultatis fuit. Quis nam facilè explicet quantum malum sit non obedire in re facili, & sub tantæ potestatis imperio, & sub tam terrenti supplicio! Viuebat homo in paradiso sicut volebat, quandiu hoc volebat, quod Deus iusserat: viuebat sine vlla egestate, ita semper viuere habens in potestate. Cibus aderat, ne esuriret, potus, ne sitiret, lignum vitæ, ne illum senecta dissolueret: nihil erat, quòd vllas molestias vllis eius sensibus ingereret, nullus intrinsecus morbus, nullus ictus metuebatur extrinsecus, summa in carne sanitas, & in anima tota tranquillitas: nihil omninò triste, nihil inaniter lætum, gaudium verum continuum erat ex Deo, in quem flagrabat charitas ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, concors mentis, & corporis vigilia, nullus renisus contra legem mentis, nulla repugnantia, nulla rationalis voluntatis, & libidinis rixa, non lassitudo fatigabat otiosum, non somnus premebat inuitum. In tanta facilitate rerum, & felicitate hominum, facillima & sine labore erat mandati custodia. Populus autem Iudæorum omnibus his malis sub peccato erat venundatus. Horum igitur consideratione habita non oportet, quòd populus Iudæorum plus peccauerit inuidiæ stimulis agitatus, occidendo Christum, quam Adam, qui intus non turbatus vlla passione transgressus est præceptum interficiens simul etiam, licet præter suam opinionem, vniuersum genus humanum. Siquidem pro illius peccato morimur vniuersi. Hìc iam si dixeris obstare Bernardum in homilia de passione Domini, distinguentem triplex genus peccati, videlicet, originale, personale, & singulare, vbi docet graue esse peccatum originale, grauius personale, grauissimum singulare. Graue, inquit, est originale peccatum, quod non solum personam inficit, sed naturam: quod ea ratione maximum vocatur, quia occupat totum genus humanum: sed grauius tamen est cuique personale, quod propria voluntate committitur: grauissimum est tamen singulare, quod commissum est in diuinam maiestatem, cum viri impij sacrilegas manus iniecerunt in Dominum ipsum Dei filium, crudelissimi homicidæ; imo, si fas est dicere, etiam Deicidæ. Quid duo præcedentia ad tertium? Ad hoc expalluit, & expauit tota machina mundialis. Respondeo tamen Bernardum non comparare peccatum ipsum personale, quo peccauit Adam ad proprium vniuscuiusque personale peccatum: neque ibi, neque alibi docuit, quòd Adam peccauerit minus cæteris hominibus nunc peccantibus, sed comparauit originale peccatum, quod sola origine, & non propria voluntate contrahitur, ad peccatum vniuscuiusque personale, volens peccatum personale esse vnicuique grauius, quàm originale. Quod etsi sit maximum magnitudine extensionis, non tamen est grauissimum pro vniuscuiusque persona. Deinde Diuus Bernardus ibidem docens omne peccatum personale esse minus graue, si conferatur ad singulare illud peccatum homicidij Christi, pensat grauitates peccatorum non secùndum conditiones personarum peccantium, sed secundum peccatorum obiecta. Insuper sub personali peccato non complectitur primum Adæ peccatum, quo perdita est originalis iustitia, seu innocentia, quo & infecta est humana natura in posteros propaganda, loquens solum de personali peccato transeunte dumtaxat in personam eius, qui peccat. Sed hæc missa faciamus, quia nihil ad hanc rem confert scire, vtrum grauius sit peccatum, supposita illius veritate, populum videlicet Iudæorum plus peccasse crucifigendo, quam Adam transgrediendo, non idcirco oportet consequens esse peccatum illud Iudæorum non potuisse expiari morte Christi. Nam in hoc maximè declaratur sapientia, & benignitas Christi Saluatoris, quòd mala Iudæorum voluntate vsus est ad ipsorum, & aliorum hominum salutem. Adeò placuit Deo patri voluntas, & amor Christi patientis

Peccatum Adæ & Iudæorũ conferuntur. D. August.

Obiectio ex D. Bernardo.

Solutio.

Peccatum Iudæorum morte Christi deleri potuit.

vt sufficeret ad expiandum peccatum Iudæi crucifigentis, quia longè maius fuit meritum Christi patientis, quàm fuerit peccatum populi Christum crucifigentis. Christus flagellis cæsus, spinis coronatus, confossus clauis, patibulo affixus, opprobrijs saturatus, omnium tamen malorum immemor in cruce cla
Lucæ.23. mat. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Et exauditus est pro sua reuerentia. Quamuis igitur magna fuerit Iudæorum iniquitas, supra modum tamen fuit maior Christi patientis pietas. Ex his facilè est intelligere quàm acutè, quàm circunspectè dixerit
D.Tho. D. Tho. illud peccatum fuisse grauissimum ex genere suo, apertè significans, quòd ex circunstantijs potuit aliud peccatum esse gra uius: facilè etiam erit intellecta sententia Diui Thomæ confutare argumenta in oppo-
Ad primũ. situm. ¶ Ad primum argumentum, vt prætermittam dicere, quòd odium Dei fortasis in aliquo casu est maximum peccatorum, sicut charitas est maxima virtutum, prout
D.Thom. docet D. Thom. in. 2. 2. in materia de odio, dico odium Dei communiter & regulariter non esse grauius peccatum, quàm occidisse Christum. Et cùm dicitur, quod voluntas pro facto reputatur non est sermo de quacunque voluntate, sed solum de voluntate efficaci, cuiusmodi non potest esse vt pereat, aut vt occidatur Deus. Voluntas enim efficax non est impossibilium. At voluntas efficax fuit occidendi Christum in natura humana, qui erat persona diuina. Et ideo hoc peccatum grauius fuit, quàm odium
Ad secũdũ. Dei. ¶ Ad secundum argumentum ex dictis
Ad tertiũ. potest patere solutio. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, inordinatum esse modum satisfaciendi, si is cuius est satisfacere adderet peccatum supra peccatum satisfaciendo. At Christus satisfaciendo non peccauit, vt iam
Ad quartũ. dictum est. ¶ Ad quartum in quo dicitur tam malum fuisse occidere Christum, quàm bonum vita eius, respondetur hoc non oportere, nam Iudæi qui illum occiderunt, eum esse Deum ignorauerunt, & idcirco illud peccatum non fuit infinitum. Ad hoc, in-
D. Bernar. quit Diuus Bernardus, illi singulari peccato ignorantiam copulauit, abscondens ab illis suæ diuinitatis sacramentum, vt sub aliqua iustitiæ vmbra ignorantibus posset ignosci. Sed dato, quòd ex certa scientia cognouissent illum esse Deum, non est consequens peccatum illud fuisse infinitæ malitiæ, nam vt actus sit bonus, vel malus infinitè non sat est, quòd obiectum sit infinitum, alioqui omnis actus voluntatis nostræ, quo Deum amamus esset infiniti pretij, & valoris, quando quidem obiectum ipsum est infiniti valoris. Ad hoc igitur, quòd occisio Christi esset infinita malitia, cui omnia peccata omnium hominum comparari non possint, necessum erat, quòd obiectum esset infinitum, & actus voluntatis quo peccatur infinitus esset, quod in præsentia verum non est. ¶ Alia dubia non magni momenti solent hic moueri, quale est illud, An peccatum Iudæ fuerit grauius peccato principum Iudæorum, quod inuestigat D. Tho. hîc in solutione. 2. Aliud etiam dubium submoueri solet, an milites crucifigentes Christum ex mandato Iudicis possint à crimine excusari? Sed hæc facilem habent expositionem. Nam ad primum dicendum est peccatum Iudæ fuisse grauius ob multas causas. In primis ipse in maiori erat gradu constitutus, vtpotè Apostolus. Deinde ipse nõ solum viderat miracula Christi, verumetiam fecerat miracula in nomine Christi accepta ab ipso potestate, sicut & cæteri Apostoli. Tertio, confessus fuerat Iesum Christum Matth. 16. approbando responsionem Petri pro omnibus discipulis. Tu es Christus filius Dei viui. Et supra malitiam commu nem sibi, & principibus habuit excellentem ingratitudinem & supra genus peccati addidit turpitudinem proditionis, fuitque peccatum ex malitia, obidque in Psalmo peccatum Iudæ vt grauius commemoratur, cum dicicitur: Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtique, & si is qui oderat me, super me magna loquutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus, quãtum ad loculos, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Hæc de primo dubio. ¶ Ad secundum dubium, videbitur fortasis alicui, quòd quemadmodum lictores non tenentur exquirere num sententia Iudicis iusta sit, an iniusta, sed tenentur exequi illam, sic etiam milites illi excusationem possunt habere. Sed re vera hic discursus fallax est, & deceptorius, nam sicut si constaret lictori sententiam esse iniustam, & contra innocentem pronunciatam peccaret grauiter exequendo illam: sic sane milites crucifigentes Dominum nullam excusationem habent, nam intellexerunt apertè iudicium esse iniquum, audieruntque Pilatum dicentem; Ego nullam inuenio causam, ob quã condemnari mereatur.

Peccatum Iudæ fuit grauius peccato Iudæorum.

Matt. 16.

Psal. 54.

Milites crucifigentes Christũ non excusantur à peccato.

QVAESTIO XLVIII.

De modo passionis Christi quantum ad effectum, in sex articulos diuisa.

Deinde

DEinde considerandum est de effectu passionis Christi. Et primò de modo efficiendi: secundò de ipso effectu. ¶ Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

¶ Secundò, vtrùm per modum satisfactionis.

¶ Tertiò, vtrùm per modum sacrificij.

¶ Quartò, vtrùm per modum redemptionis.

¶ Quintò, vtrùm esse redemptorem, sit proprium Christi.

¶ Sextò, vtrùm causauerit effectum nostræ salutis per modum efficientiæ.

INTRODVCTIO Quæstionis.

Quæ sint beneficia per Christũ nobis exhibita.

HIC aggreditur D. Thom. ad explicandum qui sunt fructus passionis Christi, & quomodo nobis applicentur, vt prosint, cuius rei notitiam operæpretium est, vt vir Theologus perspectam habeat, tum vt agnoscat ingentia beneficia, quæ per Christi mortem nobis sunt præstita, tum vt intelligat sacras, ac diuinas scripturas, quæ de his beneficijs sæpè, & multum loquuntur; tum præterea, vt sciat prædicare Iesum Christum, & hunc crucifixum, docereque omnes populos hanc artem frugiferam maximè, quomodo fructus passionis Christi nobis applicentur, vt prosint. Nam si nobis non applicentur, & coniungantur, quamuis in se magnam virtutem habeant, nihil nobis proderunt: tum demum, vt sciat difficultates grauissimas, quæ in hoc tractatu se offerunt explicare, ac defendere catholicam fidem contra hæreticos Lutheranos, qui amplificantes meritum passionis Christi ita insaniunt, vt negent merita, & opera nostra esse necessaria ad salutem, sed satis esse fidem, per quam applicatur nobis meritum iustitiæ Christi, ac imputatur nobis tanquam proprium, atque si nos fecissemus illud. Vt ergo hic tractatus rectè procedat, necessum erit in hac introductione explicare in genere, quæ sint incommoda, quæ ex peccato incurrerit genus humanum, à quibus per Christi mortem liberati sumus.

Quæ sint incõmoda quæ ex peccato incurrerit genus humanũ. Gen. 1. & 3.

Atqui ex scripturis Gen. 1. & 3. capitulis manifestum est ante peccatum omnia fuisse fœlicia, & condita bona à Deo, nihilque fuisse subiectum maledictioni, & miseriæ, sed hanc intrasse per Adæ peccatum in hominum genus. Sunt autem huiusmodi maledicta necessitates in miserijs, in ærumnis, in laboribus, & in lege peccati. Item eiectio de paradiso deliciarum, & mors, & vincula, & carceres, & tenebræ sub inimici potestate. Et vt hæc omnia ad certa capita reducamus, octo præcipuè mala sunt, in quæ homo propter peccatum mortale incidit. Primum igitur per huiusmodi peccatum homo à Dei gratia, & amicitia cadit, & in eius iram, & inimicitiam incurrit, odio est enim Deo impius, & impietas eius. Vnde ipse Dominus Esaiæ. 59. inquit: Peccata vestra diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & prohibuerunt bonum à vobis. Secundò per peccatum à cœlesti regno excludimur, dicente Domino: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo, qui planè est electorum liber, in quo hi conscripti sunt, & cœli ciues decreti. Tertiò, per peccatum non solum à regno excludimur, sed etiam ad æterna gehennę supplicia damnamur. Stipẽdium enim, vt Apostolus ait, peccati mors, non solum temporaria sed etiam æterna, quam Ioannes Apocaly. 21. secundam mortem appellat his verbis: Timidis autem, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & omnibus mendacibus pars illorum in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Quartò, per peccatum tradimur in potestatem diaboli, vnde est illud Apostoli. 2. ad Timoth. 2. vt resipicant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Verùm hîc sciendum est huiusmodi captiuitatem longè esse diuersam ab ea qua tyranni bello captos homines in captiuitatem adigunt. Hi nempè subijciunt sibi homines inuitos, & cum tumultu reluctantes. Sub dæmonum autem potestatem non adigit nos vlla vis, non hostis cogens, non Deus ipse humanum genus instituens: sed serpens, id est, diabolus suggerens, atque insidians, & nostra in primo parente voluntas eidem serpenti consentiens. Et ita nos ipsi sumus nobis captiuitatis nostræ, & miseriæ causa. Fuit Adam in paradiso liber, immunis ab omni captiuitate, seruitute, & ab omni malo miseriæ, & culpæ, vbi & sua pace fruebatur, habens virtutem continendi omnia, & in illo omnes fuimus liberi, immortales, absque vlla corruptione transferẽdi sine morte in vitam cœlestem. Perijt Adam, in illo perijmus omnes: eiectus est extra paradisum deliciarum in vallem

Octo mala in quæ homo propter peccatũ incidit. Homo à Dei gratia per peccatũ excidit. Esaiæ. 59.

A cœlesti regno excluditur. Per peccatũ ad æterna supplicia damnatur.

Traditur in potestatẽ diaboli.

lachrymarum, & in reatum mortis sempiternæ, sub potestate dæmonis, cuius acquieuit consilio: & in illo Adam eiecti sumus omnes, traditi etiam omnes in potestatem eiusdem diaboli ad sempiternum mortis interitum. Diabolus ergò ab initio sibi deuincens humanum genus non coëgit, non vim intulit: sed inuitauit, suasit, suggessit per fraudem, decepit, atque persuasit. Nequaquam, inquit serpens, moriemini, sed eritis sicut Dij. Homo igitur dum magis consensit diabolo præmia fallaciter pollicenti, quàm Deo creatori suo, sub comminatione mortis præcipienti, efficitur reus mortis, & è paradiso in vallem miseriæ deijcitur: atque ita vniuerso generi humano clausa fuit cœlestis regni ianua, vt nec Adam, nec vllus posterorum potuerit sine Christo intrare in regnum cœlorum. Sic tradit tota Christianorum schola, omnes Adæ filios manere sub potestate diaboli captiuos, donec per Christi gratiam fuerit peccati reatus regeneratione solutus. ¶ Vincula verò, quibus hic tyrannus subditos sibi constringit, sunt etiam illa quoque voluntaria, sed quæ miseros homines ad inconcessas voluptates potenter pertrahunt, inter quæ præcipuũ vinculum est lex membrorum, quæ spiritum post se captiuum trahit in legem peccati non quidem cogendo, sed vehementer ad malum alliciendo. Sunt etiam vincula variæ cupiditates, quibus homines à diuinis rebus abducuntur, & maximo impulsu ad vetita rapiuntur. Vnde est illud Salomonis Prouer. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Sunt etiam alia vincula tartarei ignis, quo damnati in inferno colligantur in perpetuum. De hac captiuitate, & de his vinculis, & de potestate, sub qua homo miser tenetur captiuus, multus est sermo in diuinis literis. ¶ Sed nos commemoremus iam quintum incommodum peccati. Fit certè homo peccati maculis impurus, & deformis. Vnde Dominus per Hieremiam dicit: Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua coram me. Et Ezech. 16. dicitur ad peccatricem animam: Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorem tuum. Quemadmodũ enim in rebus corporeis vbi cãdida vestis, cœnum, vel sordes contingit, ipsa quoque maculatur, & sordidatur; ita homo per peccatum à Deo recedens, rebusque terrenis, fœdisque voluptatibus adhærescens, earum quoque fœditatem, & sordes contrahit, dicente Domino Oseę. 9. Abominabiles facti sunt, sicut ea, quę dilexerunt. Sed libet hîc adducere scripturas, in quibus euidentiùs habetur peccatum commaculare animam. Patet ex illo. Beati immaculati in via. & illud: Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. & alia scriptura. Beatus dies, qui inuentus est sine macula, id est, sine peccato. & Christus, exhibebit, inquit Apostolus, Ecclesiam suam sine maculam, & ruga. Quibus si adiungas illud Hebræ. 1. purgationem faciens veterum delictorum. & illud. 1. Corinth. 6. Sed abluti estis, &c. non poterit dubitari, quin maculet animam, & deformem illam reddat. ¶ Sextum incommodum, quod incurrit peccator est, quòd efficitur cæcus, & in tenebris agere dicitur. Sic enim de improbis dicitur Prouerb. 4. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant, & illud ex Psal. 81. nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. & D. Paul. Eph. 4. sic loquitur: Hoc ergo dico, & testificor in Christo Iesu, vt iam non ambuletis, sicut & gentes ambulant, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à via Dei, per ignorantiam, quæ in illis est, propter cæcitatem cordis ipsorum, &c. ¶ Quod autem peccatum vltrà hæc infirmũ, & debilem reddat hominem ad omnia pietatis officia, quodque peccatum vulneret animam, satis indicat ille, qui descendens in Hierusalem à Hiericho, & incidit in latrones, quem non modò spoliauerunt, sed grauiter etiam vulneratum reliquerunt. Hanc autem peccatoris infirmitatem illa prophetæ verba significant: miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Ossium autem nomine, præcipuas animæ vires intelligit. Et Esai. cap. 1. loquens de spirituali languore, & vulneribus animæ dicit: Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Hæc Esaias docens, quòd à principibus vsque ad extremam plebem à Doctoribus vsque ad imperitum vulgus omnis anima sit ex peccatis vulnerata. Ea enim nostræ naturæ infirmitas est, vt sine cœlestis gratiæ præsidio suam sanitatem, & integritatem tueri nequeat. Quemadmodum enim si à cadauere myrrham abstraxeris, continuò putrescet, & in vermes abibit; ita sanè si diuinæ gratiæ præsidium ab anima nostra secreueris. ¶ Hæc de vulneribus, quæ peccatum infert. Quod verò vltrà hæc vulnera mortem spiritualem inducat peccatum docet expressè Iacobus Apostolus dicens: Peccatum cum consummatum

Vincula quibus diabolus captiuos homines detineat.

Prou. 5.

Homo fit deformis per peccatum.

Oseæ. 9.

Hebr. 1.

1. Corin. 6.

Per peccatum homo cæcus efficitur.

Prou. 4.

Psal 81.

Ephes. 4.

Peccatum infirmum & debilem reddit hominem.

Esai. 1.

Peccatum mortẽ spiritualem inducit.

matum fuerit, generat mortem. Et sapiens: Homo per malitiam occidit animam suam. Paulus verò insinuat eleganti phrasi dicens: Stimulus mortis peccatum, quia dum transit ad interiora, videlicet, ad consensum voluntatis, tunc diuidit gratiam Dei viuificantem ab anima. Etenim per peccatum mortale amittitur gratia, qua homo Deo salutis, & vitæ suæ autori vnitus erat, à quo vitalem spiritum hauriebat. Ab his omnibus malis per quem modum Christus nos liberauerit, explicat D. Tho. in hac quæstione eleganter in primis, ac copiosè. Certè meruit nobis gratiam, adoptionem, regnum, & gloriam Dei Patris, & sic per modum meriti operatus est nostram salutem. Reuera satisfecit iustitiæ vindicatiuæ Dei pro peccatis nostris moriens in cruce. Reuera liberauit nos à captiuitate, emit, redemit interposito iusto pretio. Reuera obtulit pro nobis sacrificium reconciliationis, gratum Deo in honorem suauitatis. Reuera abluit nos, regenerat, viuificat, sanat, sanctificat sanguine suo effuso tormentis passionum. Reuera fecit pacem inter cœlestia, & terrestria. Reuera vicit mundum, diabolum, mortem, & omnem tyrannicam machinationem eorum, nobisque parauit victoriam trophæo crucis de vniuersis inimicis nostris. Hæc quomodò se habeant, & firmiter in veritate consistant ex sanctis scripturis, & ex diuina Theologia ostendit D. Thomas in articulis sequentibus. Nunc ipsum D. Thomam audiamus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm passio Christi causauerit nostrã salutem per modum meriti.

164 Infr. q. 62. ar. 5. & 3. d. 18. art. 5. & 4. di. 1. q. 1. ar. 4 q. 3. & veri. q. 26. ar. 6. ad 20. & to. 4. fi.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd passio Christi non causauerit nostram salutem per modum meriti. Passionum enim principia non sunt in nobis. Nullus autem meretur vel laudatur, nisi per id, cuius principium est in ipso. Ergo passio Christi nihil est operata per modum meriti.

¶ 2. Præterea, Christus ab initio suæ conceptionis meruit & sibi & nobis: vt suprà dictum est*. Sed superfluum est aliquem iterum mereri id quod ante meruerat. Ergo Christus per suam passionem non meruit nostram salutem.

3. q. 19. art. 4. & q. 34. art. 2.

¶ 3. Præterea, Radix merendi est charitas: Sed charitas Christi non fuit magis augmentata in passione, quàm ante. Ergo non magis meruit salutem nostrã patiendo, quàm ante fecerat. ¶ Sed contra est, quod super illud Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. dicit Augustꝰ. Humilitas passionis, claritatis est meritum, claritas humilitatis est præmium. Sed ipse clarificatus est, non solùm in seipso, sed etiam in suis fidelibus: vt ipse dicit Ioan. 17. Ergo videtur quòd ipse meruerit salutem suorum fidelium.

Tra. 104. in Ioã. nõ pro cul à fi. to. 9.

Respondeo dicendum, quòd (sicut suprà dictum est†) Christo data est gratia, non solùm sicut singulari personæ, sed in quantum est caput Ecclesiæ: vt scilicet ab ipso redundaret ad membra. Et ideo opera Christi hoc modo se habent tam ad se, quàm ad sua membra, sicut se habent opera alterius hominis in gratia constituti ad ipsum. Manifestum est autem quòd quicunque in gratia constitutus, propter iustitiam patitur, ex hoc ipso meretur sibi salutem, secundum illud Matthęi. 5. Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Vnde Christus per suam passionem non solùm sibi, sed etiam omnibus membris suis meruit salutem.

Quæst. 8.

Ad primum ergo dicendum, quòd passio, in quantum huiusmodi non est meritoria: quia habet principium ab exteriori. Sed secundum quod eam aliquis voluntariè sustinet, sic habet principium ab interiori: & hoc modo est meritoria. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus à principio suæ conceptionis meruit nobis salutem ęternam: sed ex parte nostra erant quædam impedimenta, quibus impediebamur consequi effectum præcedentium meritorum. Vnde ad remouendum illa impedimenta oportuit Christum pati: vt suprà dictum est*. ¶ Ad tertium dicendum, quòd passio Christi habuit aliquę effectum, quem non habuerunt præcedentia merita: nó propter maiorẽ charitatem, sed propter genus operis quòd

q. 46. art. 3.

erat

erat conueniens tali effectui: vt patet ex rationibus* suprà inductis de conue nientia passionis Christi.

q 46.art.3. & alijs.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio sic habet. Christus per passionem suam non solum sibi, sed omnibus membris suis salutem meruit: fuit enim ei data gratia non solùm vt singulari personæ, sed etiam vt capiti Ecclesiæ, vnde eius opera se habent tam ad se, quàm ad sua mẽbra, sicut opera alterius hominis in gratia constituti, qui ex hoc ipso salutem sibi meretur, quòd propter iustitiam patitur, vt dicitur Matth. 5.

Matth. 5.

EXPOSITIO ARTICVLI.

De merito Christi gra uis quæstio. QVanquam de merito Christi multa disputauimus in superioribus, non desunt tamen aliæ quæstiones graues, & perdifficiles, quas operæpretium est diligẽter, & accuratè examinemus. Inter eas prima est, Vtrùm Christus per passionem suam aliquid meruerit, quod prius in vitæ suæ discursu nó meruerat? A parte negante in hũc modum arguitur. In primis, Christus ab instanti suæ conceptionis meruit sibi, & nobis, fuitque meritũ illud infinitum, quia erat suppositi infinitè grati Deo. Hæc omnia facilè concedunt vniuersi Theologi, ergo nihil datur nobis, nec dari potest, quòd in primo actu suo, quem habuit in instanti conceptionis nó meruerit. ¶ Deindè, superfluum est, & vanum aliquem iterum mereri id quod anteà meruerat, sed Christus ante passionem suam meruit quicquid vnquam postea habuit, ergo Christus per suam passionem nihil prorsus meruit. ¶ Præterea, si Christus Dominus per suam passionem aliquid est promeritus, consequens est nos aliquem gradum gratiæ, vel glorię ex merito passionis suę esse consequutos, quem non haberemus merito circuncisionis, vel aliorum operum Christi, quę gesit in vita, quod asserere falsum est. Nam quodlibet Christi opus fuit infinitum, vt iam dictum est. ¶ Ad hæc, quodlibet opus Christi fuit infinitè meritorium, & satisfactorium ergo non magis passio Christi causauit nostram salutem per modum meriti, quàm quodlibet aliud opus Christi. ¶ Amplius, si Christus per passionem suam aliquid promeruit, quod anteà non promeruisset, cõsequens est, quòd profeciisset in meritis per vitę discursum, quod asserere à veritate fidei videtur alienum. Augustinus enim in quæstionibus super Exodum sic scribit: Nõ habuit omnino Christus iuxta animæ meritum, quo potuisset proficere. Et Gregor. Nazianze. in Epistola. 1. ad Clidonium scriptum reliquit, quod Christus non promouit in merito, nec in virtute merendi. Damasc. libro. 3. capitulo. 22. ait sentire cum Nestorio, qui dicunt Christum profeciisse in meritis. ¶ Sextò, radix merendi charitas est, vt constat ex vera Theologia, sed Christus tempore passionis suæ non habuit maiorem charitatem, vel aliam, quàm prius, ergo nihil meruit, quod prius non promeruisset. ¶ Septimò, Christus orauit Deum pro gratia nobis communicanda, & pro remissione peccatorum nostrorum, & pro salute nostra, imò ipse etiam iam in cœlis existens orat pro nobis. Nam apertè dicit Paulus Christum interpellare pro nobis, sedentem ad dexteram patris, videtur ergo Christus hæc non meruisse nobis. Orationes enim & supplicationes ad quempiam directæ innituntur gratiæ, & misericordiæ eius qui oratur, non meritis iustitiæ. ¶ Iam verò quomodò stare potest Christi meritum fuisse sufficiens pro peccatis totius mundi, cum ipse nec pro omnibus orauerit, neque omnium hominum salutem voluit, sed pro electis solùm, quemadmodum ipse ait Ioan. 17. Ego non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi? Certè Christus orans ad patrem sic loquitur aduersus inimicos suos: non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem, appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum, & non intrent in iustitiam tuam, deleantur de libro viuentium, &c. ¶ Pro explicatione veritatis est prima conclusio. Certum est Christum Dominum in passione maximè promeruisse. Hæc conclusio patet ex illo ad Philipp. capitu. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autẽ crucis, propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Dictio illa, propter quod, significat Christi humilitatem, obedientiam tantæ fuisse æstimationis, & tanti meriti apud patrẽ, vt propter eam ipsum extulerit in summam sublimitatem. Sic veteres omnes tam Græci, quam Latini interpretes, quod notandum propter Caluinum, qui noué interpretatur dictiones (propter quod) vt nimirum consequentiam significent, non causam, vt sensus sit: Christus humiliauit se, & factus est patri obediens vsq; ad mortem, post hanc humiliationẽ & obedientiã Deus Pater ipsum exaltauit: Sed nemo non videt extortũ istud esse. Sunt etiam aliæ nobilissimæ scripturæ de meritis Christi. Apocaly. 5. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem, & dignitatem. Esai. 53. pro eo quod laborauit, videbit, & saturabitur, &c. id est, merito laboris, quem pertulit in cruce videbit, & saturabitur. Et rursus Psalmo. 109. De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput. Cuius sensus

Vtrùm per passionem suã meruerit, quod prius non meruerat.

A parte negante argumenta.

Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Augustꝰ.

Grego. Nazianze.

Damascꝰ.

Sextum.

Septimum.

Vltimum.

Ioan. 17.

Prima conclusio. Christus Dominus in passione maximè promeruit. Philip. 2.

sensus est: Messias tantum sanguinis effundet, vt sanguis effusus efficiat torrentem, in quo quis bibat, & quia tam insigniter triumphauit de inimicis suis, propterea exaltabit caput, id est, euehetur ad summam sublimitatem, & dabitur ei nomen super omne nomen. Est præterea Psalmus. 44. plenus meritorum Christi diffusa est, inquit, gratia in labijs tuis. Quorum verborum sensus est, sanctissimè doces & concionaris, propterea benedixit te Deus, id est, propter sanctissimas tuas conciones, & doctrinam benedixit te Pater in æternũ, hoc est, voluit, vt semper præstares noua opera, quibus agnoscaris plenus gratia, & benedictione. & infrà. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem propterea vnxit te Deus, &c. Meruit ergo Christus ob meritum virtutis, & obedientiæ exaltationem sui nominis, & sublimitatem. Deinde probatur nostra conclusio, quia in sanctis scripturis apertè asseritur, quòd merito passionis Domini sumus redempti, & à peccato liberati. ex illo Rom.3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Apoc.1. dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo. Et Rom.5. Reconciliati sumus Deo per fidem in sanguine ipsius, per mortẽ filij eius. Ad Galat. 3. Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum, scilicet in cruce, & tunc liberati sumus à potestate dæmonum. Vnde Ioan.12. imminẽte passione dixit Christus: Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Tunc aperta est nobis ianua cœlestis iuxta illud Hebr. 10. habemus fiduciã in introitu Sanctorum, scilicet, cœlestium in sanguine Christi. Tunc ex latere Christi dormientis fluxunt sacramẽta, per quæ saluata est Ecclesia ex glossa: Rom.5. Hinc est, quòd sanguis quẽ effudit Christus patiendo vocatur primo sanguis redemptionis, quia per ipsum veluti per pretium facta est redemptio generis humani. Secundò sanguis propitiationis, quoniam Deus proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, & nos qui lõgè eramus facti sumus propè in sanguine ipsius. Tertiò sanguis ablutionis, quia sanguis Christi emũdat nos ab omni peccato. 1. Ioan.1. & nos lauamus conscientias nostras in sanguine ipsius. Vt dicitur in Apoc. c.7. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Quartò dicitur sanguis aspersionis, & sanctificationis, quia per fidem veluti aspergimur sanguine oblati agni in sanctificationem. Quintò dicitur sanguis testamenti, quoniam per sanguinem passionis confirmatum est testamẽtum, quo hæredes instituimur in æternam felicitatem dicente Domino. Hic

Psal.44.
Rom.3.
Apoc.1.
Rom.5.
Ad Gal.3.
Ioan.12.
Hebr.10.
1.Ioan.1.
Apo.7.

est sanguis noui testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur. Nam & vetus testamẽtum nõ sine sanguine dedicatum est. Heb.9. Sextò vocatur sanguis pretiosus, eo quòd pretium eius exceedat omnia, quæ pretio æstimari possunt. 1.Pet.1. Scientes quòd non corruptibilibus auro, & argento, &c. Tertio probatur, quia omnis actus viatoris existens in potestate eius, & charitate informatus, est meritorius, sed passio Christi ab ipso acceptata est huiusmodi, oblatus est enim quia ipse voluit, & etiam à maxima charitate processit, quia charitatem maiorem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ioan. 15. ergo passio Christi fuit maximè meritoria. ¶ Secunda conclusio. Christus meruit non secundum diuinam naturam. Quia secundum hanc æqualis est patri, & meritum expectat præmium ab alio, & vt sic inferioris est. ¶ Tertia conclusio. Christus Dominus meruit secundum humanam naturam. Hæc enim in ipso est dignissima creatura sublimiter exaltata vsque ad vnitatem diuinæ personæ, per quam est nobis communicata gratia, remissio peccatorum, & iustitia. Quemadmodum passim docet scriptura, gratiam, & remissionem peccatorum, iustitiam, & vitam æternam dari nobis per merita Christi Domin. ¶ Quarta cõclusio. Christus non solum sibi, sed omnibus membris suis salutem meruit. Hæc propositio varijs modis demonstratur à diuinis Theologis. Primus modus est, quem hîc habet Diuus Thomas, ex eo enim quod data fuit gratia Christo non solum vt singulari personæ, sed etiam vt capiti Ecclesiæ, consequens est, quòd eius opera se habeant tam ad se, quàm ad sua membra, sicut opera alterius in gratia constituti, qui ex hoc ipso salutem sibi meretur, quòd propter iustitiã patitur. ¶ Alter modus explicandi propositam conclusionẽ procedit hoc modo. Nam meritum Christi fuit actio personæ, quæ magis fuit digna, quàm omnes cæteræ personę simul collectæ, & possibiles esse in tota natura humana. Quamuis enim actio Christi meritoria fuerit actio voluntatis creatæ in humana natura, eadẽ tamen actio fuit & actio voluntatis increatæ, quæ in operibus redemptionis nostræ vsa est humana natura, & voluntate illius creata, ceu instrumentis quibusdam deificatis efficaciam merendi ab ipsa diuinitate accipientibus. Vnde quemadmodum in Christo natura humana, voluntasque illius creata sunt deificata propter vnionem hypostaticam ad verbum diuinum, ita & actiones eius creatæ in operibus redẽptionis propter huiuscemodi vnionẽ erant

Heb.9.
1.Pet.1.
Ioan.15.
2.Conclus.
3.Conclus.
4.Conclus. Christus meruit sibi & nobis.
Vnde actiones Christi habuerint vim merendi pro alijs

tanquam

tanquàm deificatæ, digniſsimæ, atq; ſublimio res, quàm poſsit eſſe actio quantumlibet exce dens, aut laudabilis vnius puræ creaturæ. Sanè vt inquit Damaſc. Chriſtus vtebatur humana voluntate, ceu inſtrumento quodã agente ex libero rationis iudicio. Vnde ſicut inſtrumẽtũ ab artifice motum in ſe accipit impulſum, & vim quandam artificis, dirigiturque in finem ſecundum ipſius artificis intentionem: ita & natura humana in Chriſto, voluntaſq; ipſius creata mota à diuinitate accepit in ſevim quã-
Durandus. dam planè diuinam ad perficiendum opus hu manæ redemptionis. Durandus in 3. diſt. 18. quæſt. 3. vt propoſitã veritatem explicet procedit alio modo dicens: Vnus non poteſt meri alteri ſic, quòd meritum vnius cedat alteri ad meritum, poteſt tamen mereri ſic, quòd fructus meriti vnius redundet in alterum. Primum patet, quia ex hoc operatio bona habet rationem meriti, vel demeriti, quia eſt in pote ſtate operantis, ſed operatio vnius nunquàm eſt in poteſtate alterius, ergo operatio vnius non poteſt alij imputari ad meritum. Secundum aſſertum probat, quia non minus apud Deum poteſt amicitia charitatis, quàm apud homines amicitia ciuilis, ſed apud homines ratione amicitiæ ciuilis vnus poteſt fructum operis ſui in alterum transferre, vt cùm aliquis ſeruit diuiti, vt pauper ei in aliquo obligatus à debito liberetur, ergo apud Deũ propter charitatem mutuam poteſt vnus alteri fructum ſui meriti communicare. Hoc autẽ modo Chriſtus meruit nobis per paſsionem ſuam, quatenus multipliciter fructus paſsionis eius in nos redundat, neque in hoc, inquit, eſt differentia inter meritum, quo vnus purus homo meretur alteri, & quod Chriſtus meruit nobis. Hoc vltimum exiſtimo eſſe falſiſsimum, nam Chriſtus meruit nobis de condigno, alij autem homines ſolùm de cõgruo, & Chriſtus Dominus meruit omnibus eo modo quo vnus homo meretur ſibi. Et hæc ſententia eſt veriſsima, & amplificat maximè meritum Chriſti, quam hic do-
Palude. cet Diuus Thomas. Palude in eadem diſtin. quæſt. 2. in fine dicit, quòd hoc meritum Chriſti non poteſt reduci in gratiam aliquam creatam habitualem, ſed in gratiam increatã. Si enim propter hoc pura creatura non poteſt mereri alteri primam gratiam, vel aliquid aliud de condigno, quia finita gratia vix ſibi ſufficit ſecundum illud: ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis, &c. Pari ratione gratia Chriſti cum ſit creata licet ſit maior quam alia, tamen pro infinitis hominibus ſufficere non poteſt, ad quod tamen eius meritum ſe ſe extendit, & ideo hæc ſufficientia in gratiam increatam reducẽda eſt. Sed hæc ratiocinatio Palude non multum valet, nec omnino efficax eſt. Nam non eſt illa ratio, quam adducit Palude ob quam vnus homo non poteſt alteri mereri de condigno, ſed quia non eſt caput aliorum, ſicut Chriſtus, imo etiam ſi alius homo haberet infinitam gratiam non potuiſſet alteri mereri de condigno. Ex his ergo liquido cõſtat, quam efficax, quamque ſolida ſit probatio D. Thom. in hoc articulo conſtituta.

Quid meruit nobis Chriſtus in paſsione diligenter explicatur.

¶Sed videamus iam id, quod habet difficilem explicationem, quidnam meruit nobis Chriſtus in paſsione quod anteà non meruerat? D. Tho. in. 3. diſtin. 18. & ibi ferè vniuerſi Theologi cum Magiſtro eam rem ad hunc modum explicat. Meritum trifariam accidit. Eſt enim meritum ex quo fit, vt ex non debito fiat debitum, vt cum peccator juſtificatur, habet meritum, vt ſibi debeatur vita æterna, quæ anteà non debebatur. Rurſus, eſt meritum, vt id quod debebatur, ampliori ratione debeatur, qua ratione iuſtus in bonis operibus creſcens augmentum gratiæ promeretur. Eſt præterea meritum, ex quo fit, vt id quod debebatur vno titulo, alio etiam titulo debeatur. Exemplum aptum eſt in Iacob, qui Rachelis connubium iam meruerat, at ſeruiens de nouo per ſeptennium idem meruit alio titulo. Dicit ergo diuinus Thomas Chri- D.Thom.
ſtum Dominum per meritum, quod habuit in primo inſtanti, tantum meruiſſe, quantum poſtmodum meruit, per opera ſubſequentia. Itaque per alia opera ſubſequentia non magis meruit, ſed idem pluribus titulis. Eandem ſententiam repetit fermè eiſdem verbis in 3. parte quæſtione. 34. articulo. 3. ad 3. Sed & ipſe Doctor ſanctus in hoc articulo in ſolutione. 2. ſic inquit: Licet Chriſtus Dominus à principio ſuæ conceptionis meruerit nobis ſalutem æternam; verum ex parte noſtra erant quædam impedimenta, quibus impediebamur conſequi effectum præcedentium meritorum. Vnde ad remouendum illa impedimenta oportuit, Chriſtum pati tum ad confirmandum nos in charitate, tum ad præbendum exemplum obedientiæ eximiæ, humilitatis, patientiæ, iuſtitiæ ac fortitudinis, tum vt doceret hominẽ cõtemnere vitam, & mortẽ. Maximè enim ad fortitudinẽ, & virtutẽ pertinere videtur, vt etiã nec timore mortis à virtute recedat. Vnde dicit Apoſt. Hebr. 2. de paſ- Hebr. 2.
ſione Chriſti loquẽs: vt per mortẽ deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, id eſt, diabolũ, & liberaret eos à timore mortis qui per totam vitã obnoxij erant ſeruituti, dum enim pro veritate mori non recuſauit, excuſsit timorem moriẽdi. Certè qui credit reſurrectionẽ,

& fretus

& fretus morte Christi, quam semper præ oculis habet, cui & sese studet conformare, confidit sese peruenturum ad beatam immortalitatem: is liberatus est metu, cuius meminit Paulus, & assequutus est iam id, propter quod Deus fieri voluit homo mortalis. Deniq; per passionem Christi aperuit nobis Christus ianuam cæli. Vnde Heb. 10. dicit Paulus: Habemus fiduciam in introitum sanctorum, id est, cælestium in sanguine Christi, & c. 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum per proprium sanguinem introiuit in sancta, æterna redemptione inuenta: & in eodem inquit Paulus: figuris tabernaculi Mosayci, quibus sacerdotes alij qui in priori tabernaculo ministrabant, prohibebantur intrare in sancta sanctorum, solus autem pontifex semel in anno in illa intrabat, idque non sine sanguine. Significauit itaque Spiritus sanctus tamdiu dum staret vmbratile illud tabernaculum non esse propalatam viam, donec Christus summus sacerdos per oblatum sanguinem suum viam istam aperuit. Et idcirco in morte eius velum templi scissum est. Ex his sequitur secundum doctrinam D. Thomæ, mortem Christi non tam fuisse necessariam, vt de nouo aliquid nobis promereretur, quam vt impedimenta cõmemorata remoueret. Quam doctrinam exponens Caietanus in loco prænotato sic scribit: quòd passio Christi, & meritum passionis eius addit supra priora merita, quia per ipsam meruit Christus tollere impedimenta nostræ salutis, meruit enim tollere & culpam, & omnem pœnam tam naturæ nostræ, quàm singulorum membrorum. Sed hæc expositio Caietani falsa est, & aduersatur expressè doctrinæ D. Tho. asserentis expressè, quòd per meritũ passionis non meruit aliquid de nouo, sed idẽ meruit alio titulo. Derogat etiam hæc sententia Caietani infinito merito Christi, quod habuit in primo instanti suæ conceptionis. Aduersari etiam videtur sanctorum dictis, in quibus habetur, quòd Christus non profecit in meritis. Sed & sententia D. Thomæ, quam dudum commemorauimus non satis, quantum ego iudico explicat meritum eximium passionis Dominicæ. Nam si quodlibet opus Christi oblatum est, & acceptum tanquàm meritum perfectum, & infinitum, & in infinitum excedens peccata omnium hominum, superflua fuissent profectò omnia opera subsequentia. Præterea, non magis per passionem nos redemisset, quam per alia opera, cuius contrarium affirmant apertè diuina eloquia. Atque adeò nec sacramenta ab eadẽ passione, potius quàm ab alio opere haberent virtutem & efficaciam: nisi velit dicere discipulus D. Tho. quòd Christus non solùm voluit operari nostram salutem per modum meriti, sed etiam per modũ sacrificij, & oblationis, emptionis, & redemptionis, & satisfactionis, propter quod dicit D. Thom. in 3. d. 20. quæstione vnica, ad 4. quòd quãuis gutta sanguinis, quã in circunciſione fudit, esset sufficiens ad omnem satisfactionem, non tamẽ quantũ ad genus pœnæ, quia pro morte ad quam genus humanũ obligatum erat, oportebat mortem exoluere. Sed & idem D. Tho. hanc solutionem explicans in 3. p. q. 46. ar. 6. ad. 6. sic scribit: q̃ Christus voluit genus humanum à peccatis liberare, nõ solũ potestate, sed iustitia, & ideò non solùm attendit quantã virtutem dolor eius haberet ex diuinitate vnita, sed etiam quantum dolor eius sufficeret secundũ humanam naturam ad tantam satisfactionẽ. Ad idẽ valet id quod dicit D. Tho. in 3. d. 18. q. vnica. art. 5. ad 1. Emptio, inquit, est principaliter propter habendam rem, quæ emitur, & ideò postquàm semel empta est vlterius non emitur, sed actio qua quis meretur non est principaliter propter præmium consequendum, sed propter bonum charitatis: vnde homo habẽs charitatem etiam operaretur, si nulla retributio sequeretur, vnde etiam postquàm meruit, aliquid operatur, & id quod sibi primò vno modo debebatur, alio modo sibi debetur. Quibus verbis insinuat Diuus Thom. quòd quamuis multis meritis vitæ suæ Christus nobis meruerit vniuersa nostræ salutis beneficia, at in sola passione emit nos, atque redemit exsoluto pretio infiniti valoris. Hactenus dictum est, & explicatum quid senserit Diuus Thomas, de proposita quæstione. Sed videamus quid alij teneãt Doctores. Durandus in 3. distin. 18. quæst. 3. cui suffragari videtur Soto in 4. distin. 1. quæst. 3. artic. 5. docet, quòd licet Christus quolibet opere suo sufficienter meruerit ad satisfaciendum pro infinitis delictis, quia meruit infinitè, tamẽ quoad applicationem, & efficientiam, quantò plura opera effecta sunt, tantò plus gratiæ in sacramentis nobis confertur. Vult dicere Dur. q̃ si Christus tantum fuisset circunciſus, & nullum aliud opus perfeciſſet, non tantùm gratiæ nobis impẽderetur, quãdo efficimur Christi mẽbra, absurdũ enim est dicere quòd singulis operibus Christi nõ correspõdeat aliquis in nobis effectus gratiæ pro meritis, alio qui frustrà quod attinet ad nos illa opera fuissent exhibita. Ex hoc deducũt prædicti Doctores, q̃ Christus meruit successiuè. Volũt dicere, q̃ nos maiorem gratiam consequimur per sacramẽta, & per actus nostros ex merito Christi propter plures suos actus, quã habere mus,

Heb. 10. & 9.

Caietanus.

Durandus, Soto.

mus,si nõ tot habuisset. verbigratia per baptis mum cõsequimur ex opere operato decẽ gra dus gratiæ. Dico quòd si Christus solũ mortuus fuisset pro nobis,& non circuncisus,non habuissemus decem, sed pauciores,ita quòd ratione eius natiuitatis habemus aliquem gradum gratiæ,& ratione circuncisionis alium,& sic de alijs actibus meritorijs Christi. Et si arguas contra, quia quilibet actus Christi fuit infiniti præmij meritorius, ergo nihil datur nobis, nec dari potest, quin primo suo actu meruerit. Respon. primo,quod quamuis quolibet actu meruit nobis infinitum præmiũ,nõ tamen applicatur nobis totum quod ipse sufficienter meruit,non enim applicatur nobis nisi mediantibus sacramentis, vel actibus nostris. Ideo dico, quòd plus applicatur nobis propter multos actus,quam propter vnum tãtum. Secundo dico,quòd sicut quilibet actus eius fuit sufficiens ad redemptionem generis humani,non tamen efficax,sed oportebat de lege eum mori, & ideò particulariter dicitur redemisse nos sua morte; ita licet quolibet suo actu sufficienter meruerit nobis quãlibet gratiam,tamen non efficaciter, nec fuissent tot gradus applicati,nisi habuisset tot actus. Sicut quolibet actu suo meruit exaltationẽ sui corporis sufficienter,sed non efficaciter, sed solũ per passionem iuxta illud Philip. 2. factus est obediens vsque ad mortem,mortem autẽ crucis, propter quod & Deus exaltauit illum,&c. & oportuit Christum pati,& ita intrare in gloriam suam. Sententia hæc Durandi probabilis est,& placuit mirum in modum Doctissimo, & incomparabili viro Francisco de Victoria, Alium modum dicendi (si modo alius est) excogitauit Pater Soto in loco dudum indicato, quòd de vita Christi quantum ad eius meritũ & satisfactionem attinet,ita sentiendum est, ac si tota fuisset vnus actus ex pluribus partialibus actionibus constans, quæ quidem vita consummata fuit in passione. Enimuero cùm Christus redẽpturus nos esset à peccatis, quæ per Adam contraximus,& illi si de ligno scientiæ boni,& mali ederet, proposita fuerit pœna mortis (vnde Paulus, per vnum hominẽ introiuit peccatum in orbem, & per peccatum mors) decuit,vt Christus non nisi per suam mortem plenè satisfaceret pro peccatis: quare hæc fuit potissima,& sapientissima Dei cõstitutio. Ex hoc ergo fit consequens, quod cordatissimè in præsentiarum animaduertendum est Christum & si per quemlibet actum nobis meruerit,nullum tamen obtulisse tanquam plenarium meritum, totalemque satisfactionem redemptionis nostræ: sicuti si per vnam actionem prolixam statuisset nos redimere,non singulas partes obtulisset tanquam integrum pretium redemptionis, sed tanquã partem. Consequitur ergo,quod per passionem non solum magis meruit, aut satisfecit, quàm per alium actum,sed quod tunc expleuerit,ac persoluerit redemptionis pretium. Quapropter vbique Sacræ scripturæ passioni meritissimè attribuunt redemptionem nostram,vt suprà citatum est. Vltima explicatio huius dubitationis est cuiusdam Neotherici Theologi dicentis in omnibus operibus Christi fuisse eandem qualitatem meriti, sed non fuisse eandem qualitatem quoad satisfactionem, existimat enim quòd Christus in omnibus operibus meruit nobis infinitè gratiam & gloriam: verùm non satisfecit pro peccato generis humani nisi moriens in cruce. Et probat sic: nam qui amat martyrium meretur quidẽ ex voluntate martyrij, sed non meretur gloriam martyrij, nisi actu moriatur pro Christo. Rursus,si quis vult dare eleemosynam, & non actu dat, non satisfacit, & qui vult ieiunare, & flagellari in satisfactionem suorum delictorũ, non satisfacit nisi actu ieiunet, & flagelletur, & qui vult mori, non moritur. Ratio horum omnium hæc est, quoniam licet actus exterior nullam addat bonitatem ad actum interiorem, quantum ad virtutem merendi, addit tamen quantum ad satisfactionem. Et confirmatur ista sententia: nam vniuersa scriptura redemptionem generis humani,& reconciliationem cum Deo tribuit passioni, & morti Christi. ¶ Inter has expositiões hæc vltima videtur mereri reprehensionem,& reprobationem, nam quilibet actus meritorius Christi Domini,& quælibet pœna vel minima, quam subijt pro genere humano, est satisfactoria de toto rigore iustitiæ pro infinitis hominũ peccatis, si essent, nam maius est, quòd Deus ipse patiatur, vel leuissimam pœnam, quàm vt totum genus humanum pereat in sempiternũ, & vna gutta sanguinis Domini nostri Iesu Christi de se est sufficiens pro vniuersis delictis generis humani, prout est diffinitum in extrauag. Vnigenitus, de pœnitentijs. ¶ Sed iã tempus est, vt argumenta in principio facta, confutemus. Ad primum argumentum vsque ad sextum incluiuè facile est ex dictis habere solutionem. Nam iam expositũ est, quẽadmodum quodlibet opus Christi fuerit infinitè meritorium,& quemadmodum Christus in meritis non profecerit, nihilominus tamen voluit, vt quantum ad efficaciam maior nobis daretur gratia ex circuncisione,& passione simul, quam ex sola circuncisione. ¶ Ad septimum argumentum dicendum est, quòd cùm dicitur Rom. 8. Christum interpellare pro

Philip. 2.

Soto.

Ad argumenta vsque ad sextũ argu.

Ad 7. arg.

pro nobis non sic accipiendū est, quasi Christus patri preces, & supplicationes etiam nūc pro nobis offerat; veluti anxius, & sollicitus admodum aduocati. Hoc si quidem fecit in diebus carnis suæ, iam cum patre largitur nobis omnia omnem habens potestatem, vtpotè ad dexteram Dei sedens, nec vlla ratione sinit pater, vt gloria iam & honore coronatus, deinceps sese humiliet. Vide Chrysost. super hunc locum. Vide præterea à Rupertum Abbatem lib. 9. de diuinis officijs cap. 3. vbi doctissimè de hac re disserit, & eo vsque deducit, vt neget catholicum illum, qui Christum ad hoc vt roget patrem iam inuocat. Cautè proinde legenda est homilia Origenis in Leuiticum, quæ est numero 7. vbi Christum facit adhuc orantem patrem, & anxium in modum aduocati, vbi & multa alia tribuit ei, quæ lectori parum erudito pernicioſam opinionem ingerere possunt. Quomodo autem intelligendus sit ille locus Apostoli, quo dicit Christum interpellare pro nobis, explicat Chrysost. qui per interpellationem intelligit fauorem, ac vigorem dilectionis Christi erga nos. Rupertus vero Abbas cum suæ diffinitioni opposuisset hæc verba Apostoli subiecit pro solutione: illa interpellatio non submissa est postulatio, sed eius passionis, quæ semel suscepta, semel pro nobis in sacrificium oblata est, æterna commemoratio, semel in conspectu sanctæ Trinitatis admissa, sanguinis eius innocentis exclamatio. Sensus ergo Apostoli secundum Rupertum est, qui interpellat pro nobis per victimam suam, quæ patri semper est præsentissima, in quam pater aspiciens largitur nobis remissionem peccatorum, iustitiam, & alia quæ ad salutem nobis necessaria sunt. ¶ Ad vltimum argumentum dicendum est, quòd Christus Dominus licet sufficiens, & exuberans dederit pretium ad redimendos infinitos homines si essent, verū tamen sciat Theologus quòd Christus etiam secundum formam humanam omnium futurorum præscius sciebat, vt inquit Augustinus eos pro quibus sanguinem suum effundebat. Videns itaque tam eos, qui erant in eum creditu-ri, quam & eos, qui crediturі non erant, nō pro permansuris reprobis, & incredulis orabat, sed pro illis, quos videbat credituros, quē admodum & ipse testatur apud Ioan. 17. ad patrem loquens. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: & pro eis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate: non pro eis autem tantum rogo, sed & pro eis, qui crediturі sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me, & ego in te, & vt ipsi in nobis sint vnum, vt credat mundus quia tu me misisti. Quòd si quis quærat, cur pientissimus Christus, & clementissimus Dominus, qui iuxta propheticum verbum nō vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat, non pro omnibus rogauit, vt crederent, qui vtique credidissent omnes, si pro omnibus orasset. Certè non habemus hic, quod conuenientius respondeamus, quàm vt dicamus, quòd Christus suam voluntatem semper habuit diuinę voluntati conformem, ob idque pro illis duntaxat rogauit, quos Deus secundum æternum prædestinationis iudicium illi dederat vt crederent, vt credentes per Christum vitam æternam consequerentur. ¶ Ad confirmationem argumenti in qua dicitur, si Christus meruit vnicuiq; electorum primam gratiam, & remissionem peccatorum; qua ratione orauit Deum pro gratia illis communicanda; Respondetur, quòd & ipsa oratio Christi meritoria fuit, quā pater tenebatur exaudire pro sua reuerentia. Sicut ergo iusti innixi gratiæ, & meritis Christi orantes, adueniat regnum tuum, merētur illud apud Deum; ita Christus innitens gratiæ diuinitus acceptæ in humana natura porrigens preces pro nobis meruit nobis & gratiā, & vitam æternam. Scripturæ vero in hac vltima obiectione recitatæ, quibus videtur significari Christum orasse patrem, vt non misereretur omnium, perfacilem habent expositionem. Dicendum namque est Christum hæc dixisse per verba imperatiui, vel optatiui modi non affectu optantis, & orantis contraria saluti eorum, sed iudicio prænunciantis, & cō formantis se diuinæ voluntati. Quæ igitur filius ad patrem dicit: Fiat mēsa eorum coram ipsis in laqueum: & non intrent in iustitiam tuam: deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur: appone iniquitatem super iniquitatem eorum. Hæc & id genus alia sunt accipienda, non tanquā in se optata quædam, ac desiderata à filio, qui non delectatur in perditionibus nostris: sed tanquam prænūciata quædam futura à Deo, non solum vt permittente, sed vt iudice irato, & vindicante vnum peccatum per aliud peccatum, apponendo causas quibus ille populus durus est de peccato in peccatum ruiturus. Aut si optantis voto talia quędam dixerit, veluti quod ait; Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem, postulat vt illorum peccata in hac vita non remaneant impunita, vt conuertantur emendabiles, inemendabiles autem auferantur, vt non prævaleant aduersus iustos.

D. Chryso. Rupertus.

Orig.

Quomodo Christus nūc interpellet pro nobis.

Ad vltimū.

D. Augusti.

Ioan. 17.

Quid est quod Christus nō pro omnibus rogauit.

Ad confir.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm paſsio Chriſti cauſauerit noſtrã ſalutem per modum ſatisfactionis.

265 4.con.6.55. ad 23.&24. & opu. 60. c.18.col.6.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd paſsio Chriſti non cauſauerit noſtram ſalutem per modum ſatisfactionis. Eiuſdem enim videtur eſſe ſatisfacere, cuius eſt peccare: ſicut patet in alijs pœnitentiæ partibus: eiuſdem enim eſt conteri & confiteri, cuius eſt peccare. Sed Chriſtus non peccauit: ſecundum illud 1. Petri 2. Qui peccatum non fecit. Ergo ipſe non ſatisfecit propria paſsione. ¶ 2. Præterea, Nulli ſatisfit per maiorem offenſam. Sed maxima offenſa fuit perpetrata in Chriſti paſsione: quia grauiſsimè peccauerunt qui eum occiderunt: vt ſuprà dictum eſt* 9.præc.ar.6 . Ergo videtur quòd per paſsionem Chriſti non potuerit Deo ſatisfieri. ¶ 3. Præterea, Satisfactio importat æqualitatem quandam ad culpam, cùm ſit actus iuſtitiæ. Sed paſsio Chriſti non videtur eſſe æqualis omnibus peccatis humani generis: quia Chriſtus non eſt paſſus ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum carnem: ſecundum illud 1. Petri. 4. Chriſto igitur paſſo in carne. Anima autem in qua eſt peccatum, potior eſt quàm caro. Non ergo Chriſtus ſua paſsione ſatisfecit pro peccatis noſtris. ¶ Sed contra eſt, quòd in perſona eius dicitur in Pſa. 68. Quæ nó rapui, tunc exoluebam. Non autem exoluit qui perfectè non ſatisfecit. Ergo videtur quòd Chriſtus patiendo, perfectè ſatisfecerit pro peccatis noſtris.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ille propriè ſatisfacit pro offenſa, qui exhibet offenſo id, quod æquè vel magis diligit, quam oderit offenſam. Chriſtus autem ex charitate & obedientia patiendo, maius Deo aliquid exhibuit, quam exigeret recompenſatio totius offenſæ humani generis. Primò quidem propter magnitudinem charitatis, ex qua patiebatur. Secũdò, propter dignitatem vitæ ſuæ, quam pro ſatisfactione ponebat: quæ erat vita Dei & hominis. Tertiò, propter generalitatẽ paſſionis, & magnitudinẽ doloris aſſumpti; vt ſuprà dictum eſt*. Et ideo paſsio Chriſti non ſolùm ſufficiens, ſed etiam ſuperabundans ſatisfactio fuit pro peccatis humani generis: ſecũdum illud 1. Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. q.46.art.6.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd caput & membra ſunt quaſi vna perſona myſtica: & ideo ſatisfactio Chriſti ad omnes fideles pertinet, ſicut ad ſua membra. In quãtum etiam duo homines ſunt vnum in charitate vnus pro alio ſatisfacere poteſt, vt infrà patebit. Non autem eſt ſimilis ratio de confeſsione & contritione: quia ſatisfactio conſiſtit in actu exteriori, ad quẽ aſſumi poſſunt inſtrumenta, inter quæ computantur etiam amici. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd maior fuit charitas Chriſti patientis, quàm malitia crucifigentium. Et ideo pluspotuit Chriſtus ſatisfacere ſua paſsione, quàm crucifixores offendere occidendo: in tantum quòd paſsio Chriſti ſufficiens fuit, & ſuperabundans ad ſatisfaciendum pro peccatis occidentiũ ipſum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd dignitas carnis Chriſti non eſt æſtimanda ſolùm ſecundum carnis naturã, ſed ſecundum perſonam aſſumentem, in quantum ſcilicet erat caro Dei, ex quo habebat dignitatem infinitam.

SVMMA TEXTVS.

CONcluſio ſic habet. Paſsio Chriſti non ſolum fuit ſufficiens, ſed etiam ſuperabundans ſatisfactio pro peccatis humani generis. Cuius rei hæc eſt demonſtratio. Quia ille propriè ſatisfacit offenſo, qui exhibet illi, quod æquè, vel magis diligit, quàm oderit offenſam. Sed Chriſtus per paſsionem magis exhibuit Deo, quàm exigeret offenſa. Primò, propter magnitudinem charitatis, ex qua patiebatur. Secundò, propter dignitatem Concluſio.

tem vitæ suæ, quam ponebat pro satisfactione, quę erat vita Dei, & hominis. Tertio propter magnitudinem, & generalitatem doloris assumpti, vnde passio Christi causauit salutē per modum satisfactionis.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVomodo Christus Dominus satisfecerit sufficientissimè, & exuberantissimè pro delictis generis humani copiosè satis demonstrauimus suprà quæst. 1. arti. 2. cuius rei demonstratio si præ oculis habeatur magnā afferet lucem his quæ in hoc articulo breuiter edisserenda sunt. Vt ergo conclusio articuli expendatur, & examinetur, obijcitur sic contra eam. ¶ In primis, sufficientissimè, & exuberantissimè Christus satisfecit pro peccatis humani generis, superflua ergo erit omnis alterius hominis satisfactio. Et cur rogo à nobis exigitur alia satisfactio, postquam Christus Dominus sufficientissimè, & exuberantissimè pro nostris debitis patri æterno satisfecit? ¶ Deindè, si quispiam accepit iniuriam ab alio, & tertius vult illi resarcire irrogatam iniuriam reddendo æquiualens, potest qui iniuriam passus est, eam satisfactionem non acceptare, poteritque dicere. Volo omnino, vt qui fecit iniuriam ipse resarciat, sed vnum hoc tantum exigo, vt suppliciū ferat, qui mihi iniurius fuit, ergo poterat Deus ipse satisfactionem Domini Iesu non recipere. tametsi æquiualentem, & superexcedentem, quia erat pro alio, nēpè pro genere humano, quod reus tenebatur. ¶ Prætereà, si ex rigore iustitiæ fecit satis, ergo eramus restituendi ex integro in bona amissa per peccatum. Sed non restituimur in integrum, nobis enim non donatur paradisi locus, quo fruebatur homo in statu innocentiæ. Non confertur originalis iustitia, neque immortalitas, & peccatum originale ab omnibus non aufertur. ¶ In contrarium est illud Roman. 5. vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Igitur Christi mors superauit humana debita. ¶ Ad explicandam propositam dubitationem explicandum est, quid sit satisfactio, & quomodo à merito differat, & quemadmodum in varias species distribuatur, ac demū quomodo Christus Dominus sufficientissimè, & exuberantissimè pro delictis humani generis satisfecerit. ¶ Satisfactio est actio voluntaria, vel passio voluntariè tolerata, qua operans sua sponte tantum facit, quantum iustitiæ sat est, aut soluens creditori, quod illi debuit, aut voluntariè assumens humiliationis disciplinam, quā peccatum commeruit. Vel, vt breuius dicam, satisfactio est redditio æquiualētis pro offensa commissa. Differūtque satisfactio, & meritum: satisfactio enim præsupponit aut eum qui satisfacit, aut eum pro quo satisfacit esse debitorem. Meritum autem non denotat vt is qui meretur, aut pro quo meretur debitor sit, sed facit eum apud quem meretur debitorem esse. Potuisset certè homo apud Deū habere meritum bonum etiam si non præcessisset peccatum vllum. Satisfacere autē Deo, quemadmodum nūc de satisfactione sermonem facimus, nemo potest nisi debitor sit, & offenderit, iniuriamq; intulerit. Vt autem videamus, quam varij atq; diuersi sint modi satisfaciendi, oportet considerare multiplex esse genus debiti. Est debitum, quod ex iuncto superioris mandato nascitur, hoc exsolui tur per obedientiæ subiectionem. Est debitū quod oritur ex susceptо beneficio. Hoc soluitur per gratiarum actionem. Est rursus debitū, quod nascitur ex quantitate meritorū, atqui hoc soluitur distribuendo vnicuiq; secundum merita. Est aliud debitum, quod ex contractu consentientium inter se suboritur, vt in emptione, vēditione, locatione, mutuo, tunc autem fit satis huic debito, quādo fit id quod in contractu statutum est, & positum. Aliud debitum enascitur ex alieni ablatione, ex læsione, vel damnificatione personæ, vt in furto, homicidio. Hoc debitum persoluitur æquiualentis restitutione. Demum est debitū quod offendēdo superiorē cōtrahitur, quod exsoluitur humili, & pœnali subiectione. Sub his duobus debitis postremis continentur delicta, quæ cōtraxit humanū genus peccando. Ex his liquido cōstat, quòd aliud est satisfacere ratione iniūcti mādati, & aliud ratione accepti beneficij: aliud vero satisfacere Deo ratione cōmissi peccati, & sic satisfacere est honorē Deo debitū restituere. Verū sic satisfacere rursus bipartitū est, aut enim est facere tantū, quantū ipsius offensi beneuolentiæ, & misericordiæ satis est, aut est facere tantū quantū ipsius offensi iustitiæ satis est. Et hoc proprièest satisfacere. Etenim satisfactio in æqualitate rei ad rem consistit, hoc est, in adæquatione rei quę soluitur ad id quod debetur. Et quidē priori modo etiam alius à Christo potuisset pro peccato humani generis satisfacere, potuisset enim Deus pro sua beneuolētia, & misericordia mortē alterius etiā puræ creaturæ pro sufficiēti pretio acceptare, & cōdonare omnem iniuriam aduersus se cōmissam. Verum posteriori modo satisfaciendi solus Christus potuit satisfacere vt abundanter, & copiosè fuit à nobis comprobatum in prima quæstione artic. 2. & probatur nunc breuiter, & suspensa manu quod aiunt. In primis, vita Christi pro peccato humanæ naturæ exposita

Cōtra conclusionē argumenta quædam.

Primum argumētū.

Secundum.

Tertium.

Rom. 5.

Satisfactio quid sit.

Differētia inter satisfactionē & meritum.

Varij modi satisfaciēdi

Quod Christus & solus Christus satisfecit Deo de omni rigore iustitiæ,

sita sufficiens fuit pretium, imò excedens, quia in se ratione personæ, quæ erat Deus, & homo magis fuit digna, atque dilecta, quàm exosa fuerit offensa. Deinde, Christus Dominus pro delictis nostris verè passus est voluntariam pœnam diuinæ iustitiæ sufficientem. Nam hæc passio tanti esse pretij, & valoris apud Deum patrem esse existimatur, quantus erat is qui moriebatur. Sicut autem fuerat Deus immensus, qui erat offensus, ita erat Deus immensus, qui pro peccatis nostris dedit vitam, proinde si offensa dicitur infinita propter dignitatem infinitæ personæ, quæ offenditur, multò magis satisfactio impensa, erit infinita propter dignitatem Christi, qui dedit semetipsum pro nobis. Insuper, charitas Christi patientis longè fuit maior, quàm libido humani generis transgredientis, & ideo ipsius Christi supplicia longè superant omnium peccatorum debita: vna siquidem gutta sanguinis sufficiens fuit pretiũ ad diluenda omnia crimina. Neq; ex hoc inferat Theologus, quod Christus aliquid inordinatè fecerit ex eo, quòd patiẽdo plus soluit, quã totius humanæ naturę peccatũ commeruit. Nam certè nil iniustè facit, qui homini offenso plus voluntariè soluit, quàm debeat. De hac Christi exuberantissima satisfactione, qua satisfecit iustitiæ Dei vindicatiuæ pro nobis, apud Esaiam est vox Ecclesiæ de Christo. Posuit, inquit, Deus in eo iniquitatem omnium nostrum, hoc est, supplicia quæ nos nostris meruerãmus peccatis: disciplina pacis nostræ super eum, hoc est, castigationem peccatis nostris debitam ipse sustinuit pro nobis, ex quo nos pacem habemus ad Deum. Item, Christus, inquit Petrus, semel pro peccatis nostris est mortuus, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu, peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, quia supplicium mortis peccatis nostris debitum pertulit in corpore suo, adeò vt ipse per Psalmistam dicat: Quæ non rapui (hoc est, quæ ipsq non commerui subtrahendo Deo obedientiam, honorem aut cultum optimo iure ei debita) tunc exoluebam. Si patiendo soluit pro rapinis, hoc peccatis nostris, si supplicia pro peccatis nostris debita pertulit, si supra eum disciplina qua solet reparari pax inter offendentem, & offensum, ergo Christus reuera satisfecit id, quod iustitia vindicatiua Dei pro peccatis hominum requirebat. ¶ Ad argumenta in principio facta. Ad primum argumentum respondetur consequentiam non valere, & eiusmodi

Ad argum.

Ad primũ.

argumentationem esse hæreticorum telum iam olim confractum. Nam simili ratione possemus concludere frustrà fuisse sanctorum martyrum orationes, quibus orauerunt pro impijs, frustrà orasse Stephanum pro lapidantibus, siquidem Christus sufficienter orauit pro omnibus electis, & orando meruit omnibus vitam æternam. Sed & Christus ipse iam in cælis ad dexteram patris residens nunc etiam sufficienter orat pro nobis, non tamen propterea sequitur nos non oportere orare pro nobis inuicem, vt saluemur. Orationes Domini nostri Iesu Christi sunt orationum nostrarum fontes, & fundamenta, & veluti causæ vniuersales, quibus vi delicet factum est, vt orationes nostræ sint apud Deum meritoriæ, quæ absque meritis Christi inualidæ essent, & inefficaces. Certè ex superioribus liquidum est, quòd omnis dignitas, seu valor orationum nostrarum, & satisfactionum, & bonorum operum fuit ex meritis Christi Domini de plenitudine enim eius omnes accepimus. Hoc ipsum explicatur alio exemplo, nam Christus sufficienter docet omnem veritatem, sufficienterque custodit omnem iustũ, sed non inde consequens est non oportere Magistros, Doctores, ac Prædicatores accedere aut non oportere nos esse solicitos de custodia nostri cordis. Christus voluit nos debere non segnes esse, & ociosos præparans valorem meriti suæ passionis applicandum concurrentibus hominum ministerijs, ex quibus sumuntur diuersæ rationes remunerandi. Et hinc est, quòd valor meriti ac satisfactionis Christi non æqualiter transit in omnes. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, Christum de rigore iustitiæ satisfecisse plenissimè pro omnibus delictis generis humani, quia reddidit Deo æquiualẽs, & superabundans, non tamen inde consequens est, quòd Deus tenebatur eam satisfactionem necessario acceptare. Poterat enim, vt argumentum adductum probare videtur, vniuersos homines perpetuo addicere supplicio, & nullam admittere pro eis debitorum satisfactionem. Vel dicatur, quòd supposita lege quam Deus statuit, vt vnus pro alio satisfacere posset, necessario tenebatur acceptare Christi satisfactionem pro delictis generis humani. Insuper dico, quòd supposito quòd Christus filius Dei offerebat suam vitam, & mortem in satisfactionem scelerum humani generis, tenebatur vtique pater eam acceptare, Nam non potuit esse contrarietas voluntatum inter patrem, & filium. ¶ Ad tertium argumentum dicendum est,

Ad secũdũ.

Ad tertium

Chri-

Christum Dominum sua morte reconciliasse hominem cum Deo, & amicitiam, & gratiam ei restituit, immortalitatem verò in spe donat modo, daturus postmodum in corpo rum resurrectione, in qua maiora dona dabit homini, quàm perdiderat. Quid autem sit, quòd à pœnalitatibus, & miserijs huius vitæ nos continuò non liberauerit, exponit D. Tho. luculenter 3.p.q.69.art.3.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm passio Christi operata sit per modum sacrificij.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd passio Christi non sit operata per modum sacrificij. Veritas enim debet respondere figuræ. Sed in sacrificijs veteris legis, quæ erant figuræ Christi, nunquam offerebatur caro humana, quinimo hæc sacrificia immunda & nefanda habebantur: secundum illud Psalm. 105. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam. Ergo videtur, quòd passio Christi sacrificium dici non possit. ¶ 2. Præterea, Augustin. * dicit in 10. de Ciuita. Dei, quòd sacrificium visibile, inuisibilis sacrificij sacramentum, id est, sacrum signum est. Sed passio Christi non est signum, sed magis signatum per alia signa. Ergo videtur, quòd passio Christi non sit sacrificium. ¶ 3. Præterea, Quicunque offert sacrificium, aliquod sacrum facit, vt ipsum nomen sacrificij demonstrat. Illi autem qui Christum occiderunt, non fecerunt aliquod sacrum, sed magnam malitiam perpetrauerunt. Ergo passio Christi magis fuit maleficium, quàm sacrificium. ¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit Ephe. 5. Tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

¶ Respondeo dicendum, quòd sacrificium propriè dicitur aliquid factum in honorem propriè Deo debitum ad eum placandum. Et inde est quod Augustin. * dicit in 10. de Ciuit. Dei. Verum sacrificium est omne opus quod agitur, vt sancta societate inhæreamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possimus. Christus autem (vt ibidem subditur) seipsum obtulit in passione pro nobis, & hoc ipsum opus quod voluntariè passionem sustinuit, Deo maximè acceptum fuit, vtpote ex charitate maximè proueniens. Vnde manifestum est, quod passio Christi fuerit verum sacrificium. Et sicut ipse postea subdit in eodem lib. Huius veri sacrificij, multiplicia variaque signa erant sacrificia prisca Sanctorum: cùm hoc vnum per multa figuraretur, tanquã verbis multis res vna diceretur, vt sine fastidio multũ cõmendaretur. Et cùm quatuor considerentur in omni sacrificio (vt Aug. * dicit in 4. de Tri.) scilicet cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idẽ ipse vnus verusq; mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, vnum cum illo maneret, cui offerebat, vnum in se faceret, pro quibus offerebat, vnus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd licet veritas respondeat figuræ, quantum ad aliquid: non tamen quantum ad omnia: quia oportet, quòd veritas figuram excedat. Et ideo cõuenienter figura huius sacrificij, quo caro Christi offertur pro nobis, fuit caro nõ hominum, sed aliorum animalium significantium carnem Christi, quæ est perfectissimum sacrificium. Primò quidẽ, quia ex eo quòd est humanę naturę caro, congruè pro hominibus offertur, & ab eis sumitur sub sacramento. Secundò: quia ex eo quòd erat passibilis & mortalis, apta erat immolationi. Tertiò, quia per hoc quòd erat sine peccato, efficax erat ad emundanda peccata. Quartò, quia ex eo quòd erat caro ipsius offerentis, erat Deo accepta propter ineffabilẽ charitatem, suã carnẽ offerẽtis. Vnde Augustin. * dicit in 4. de Trinit.

266 Inf. q. 49. ar. 4. cor. & q. 73. ar. 4. co. & ad 3. & q. 83. art. 1. co. & opu. 60. ca. 18. col. 6.

li. 10. ca. 5. paulò à princ. to. 5.

li. 10. ca. 6. in prin. to. 5.

li. 4. ca. 14. non longè à fin. tom. 3.

li. 4. ca. 14. in med. to. 3.

Quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro eis offerretur, quàm humana caro? & quid tam aptũ huic immolationi, quàm caro mortalis? & quid tam mundum pro mundandis vitijs mortalium, quàm sine contagione carnalis concupiscentiæ caro, nata in vtero & ex vtero virginali? & quid tam gratè offerri & suscipi posset, quã caro sacrificij nostri, corpus effectum sacerdotis nostri? ¶ Ad secundum dicendum, quòd Augustin. ibi loquitur de sacrificijs visibilibus figuralibus. Et etiã ipsa passio Christi licet sit aliquid signatum per alia sacrificia figuralia, est tamẽ signum alicuius rei obseruandæ à nobis: secundum illud 1. Pet. 4. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desijt à peccatis, vt iam non hominum desiderijs, sed voluntate Dei, quod reliquum est in carne viuat temporis. ¶ Ad tertium dicendũ, quòd passio Christi ex parte occidentium ipsum, fuit maleficium: sed ex parte ipsius ex charitate patientis, fuit sacrificium. Vnde hoc sacrificium ipse Christus obtulisse dicitur. nõ autem illi, qui eum occiderunt.

loco citato in argum.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est. Passio Christi fuit verum sacrificium. Quia omne opus actum in charitate, vt inhæreamus Deo ordinatum ad ipsum Deum, est verum sacrificium. Sed Christus seipsum obtulit Deo voluntariè passionem sustinendo, vt patri pro omnibus satisfaceret. Erat ergo verum sacrificium, cuius multiplicia, variaque signa erant sanctorum prisca sacrificia, cum hoc vnum per multa sacrificia designaretur.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumen. cõtra cõcl. Primum argumenti. VIdetur certè, quòd conclusio D. Tho. vera non sit. Nam veritas debet correspondere figuræ, sed in sacrificijs veteris legis, quæ erant figuræ Christi, nunquam offerebatur caro humana, quinimo hæc sacrificia nefanda habebantur, secundum illud Psal. 105.

Psal. 105. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarũ, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam, ergo videtur, quod passio Christi sacrificium dici non possit. ¶ Præterea Aug. li. 10. de ciui. c. 5. dicit, quòd sacrificium visibile inuisibilis sacrificij sacramentum, id est, sacrum signũ est. Sed passio Christi non est signum, sed potius signatũ per alia signa, ergo videtur, quòd passio Christi nõ sit sacrificium. ¶ Præterea, quicunque offert sacrificium, aliquod sacrum facit, vt ipsum nomen sacrificij demonstrat. Illi autem qui Christum occiderunt non fecerũt aliquod sacrum, sed magnam malitiam perpetrarunt, ergo passio Christi potius fuit maleficium, quàm sacrificium. ¶ Ad hæc, sacrificiũ immolatur, & sacrificatur à sacerdote sacrificante, sed Christus Dominus nõ sacrificauit, neque immolauit seipsum. Nec verò dici potest, quòd Iudæi, qui illum occiderunt, sacrificauerunt ipsum, ergo, &c. ¶ Præterea, alienũ videtur ab omni veritate, & Theologia diuina asserere Deum appetentem sanguinis innocentis, & præcipere filij sui Christi Domini vitam in patibulo sibi offerri, quasi innocentis hominis nece, & sanguinis effusione delectaretur. ¶ Deindè, si Christus in cruce se obtulit in hostiam, & sacrificium, cũ illud sacrificium sit infiniti valoris, & pretij ad placandum Deum, vt sit propitiatio pro peccatis nostris, non tantum autem pro nostris, sed totius mundi, consequens est, quòd non sit necesse in Ecclesia Dei iuge sacrificium Eucharistiæ. Nam si necessum est aliud sacrificium, illud sacrificium primum in cruce oblatum sufficiens, & abundans non fuit. ¶ Vltimò, quòd Christus se obtulerit in hostiã, oblationem, & victimam in diuinis scripturis inuenio; quod verò se obtulerit in sacrificium nusquàm legitur. Imò videtur profecto loquutiones esse metaphoricas dicere, quòd Christus se obtulit in hostiam, oblationem, & victimam, ergo non verè, sed metaphoricè in passione Christi fuit sacrificium. ¶ In contrarium est illud ad Ephes. 5. tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorẽ suauitatis. ¶ In hac quæstione explicanda si paulò diutiùs immoremur, quàm in alijs annotationibus, nemo nobis vitio verteret, quòd operæpretium fore putemus eam materiam, quæ hoc sæculo vel maximè controuertitur, quam fieri potest dilucidè tractari, expedirique. Disputabo ergo in præsentia, quid sit sacrificium, & cuinam sacrificium offerri debeat, deinceps vnde nam introductum sit, quod homo Deo optimo maximo sacrificium offerre debeat. Præterea, quot nam sint sacrificiorum species, & tandẽ quomodo omnia sacrificia in vno Christi sacrificio, quod in cruce obtulit, contineãtur, & comprehendantur. Sed omnia hæc pro insti-

Secundum. D. Augustin.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Vltimum.

Ephe. 5.

tuta

tuta breuitate ediſſerentur. Et vt à rationevo
Quid ſit ſacrificium. cabuli auſpicemur, nemo Grãmaticæ vtcũq; peritus, ignorat ſacrificium à verbo ſacrificare deductũ, quod eſt ſacrũ facere. Dicitur itaque ſacrificiũ, quaſi ſacrũ factum. Vnde quidã Theologi, qui rẽ nõ exactiſsimè expẽdunt dicũt ſacrificium eſſe oblationẽ ſacratã Deo, tanquã vniuerſali omniũ Domino. Sunt qui alio modo rẽ diffiniant dicentes: ſacrificiũ dicitur, quod eſt Deo peculiariter dicatũ, oblaSacrificiũ & oblatio idẽ non ſunt. tũ, & nuncupatũ. Sed prædicti autores pro eo dẽ accipiunt oblationem Deo ſponteneè factã, & ſacrificium, cum tamẽ nõ omnis oblatio ſacrificium ſit, quod colligo efficaciter ex
Heb. 5. diuina Theologia. Etenim D. Paul. ad Heb. 5. ſic ait. Omnis Põtifex conſtituitur, vt offerat dona, & ſacrificia, ergo nõ omnis oblatio do
Heb. 8. ni eſt ſacrificium. Et ad Heb. 8. omnis Põtifex ad offerẽdum munera, & hoſtias cõſtituitur.
D. Chryſo. Et Chryſo. hom. quadã in epiſt. ad Heb. exponens illud. Sacrificiũ, & oblationem noluiſti, apertè docet nõ omnem oblationem ſacrificiũ eſſe, quod vel ex eo efficaciter probatur, quòd cum animalis viui iuxta legis præſcriptũ fiebat oblatio, nuſquã hæc, aut hoſtia, aut ſacrificium vocabatur, alioqui dicendum eſſet à Iudæis immolari filios in ſacrificiũ, cum poſt purificationis cæremonias, Dño offerebantur, quod aſſerere abſurdiſsimum eſt. Vt igitur ſacrificij diffinitio perfecta, & abſoluta habeatur, ſciendũ eſt, quòd diffinitio ſacrificij integra, & perfecta hæc eſt. Sacrificium propriè eſt oblatio ſacra ſoli Deo facta circa quam aliquid exercetur. In qua diffinitione primum aſſeritur eſſe neceſſarium ad rationẽ ſacrificij, vt ſit oblatio, & nõ quæcunque ſed ſacra. Sacrificium enim vt nomen ipſum præ
Gregor. ſefert, & docet Greg. can. multi. Prima, quæſt. 1. eſt quaſi ſacrum factum in reuerentiam, & cultum Dei. Virtus autem religionis verſatur circa cultum Dei, vnde oportet vt ſit oblatio ſacra pertinens ad cultum Dei. Inſuper neceſſe eſt, vt ſoli Deo ſit facta, multæ enim cæremoniæ ſacræ, & religioſæ adhibentur in cultum Dei, & hominum, ſi quidem colimus & Deum, & ſanctos, at ſacrificium vni Deo eſt tantum offerendum. Quod docet expreſſè
D. Thom. D. Auguſt. D. Thom. in 2. 2. q. 85. artic. 2. & D. Auguſt. lib. 10. de ciuit. c. 4. & contra aduerſarium legis, & Prophetarum lib. 1. c. 18. & in concilio Tridentino ſeſsione 22. in doctrina de ſacrificio
Act. 14. Miſſæ c. 3. Sed quid eſt opus tot teſtimonijs. cum hæc veritas expreſſè habeatur Act. 14. Vltimum quod requiritur ad verã rationem ſacrificij eſt, vt aliquid circa res oblatas exerceatur, ipſas conficiendo, conſumendo, conterendo, frangendo, tunc oblatio habet rationem ſacrificij, & oblatio eſt immolatio.

Hanc doctrinam docet D. Tho. in 2. 2. q. 85. artic. 3. ad 5. & q 86. arti. 1. & Theophylact. ad Heb. 8. & Chryſoſt. hom. 18. in epiſt. ad Heb. D. Thom. Theophyl. Chryſoſt. Atqui hæc doctrina ſatis conſentanea eſt diuinis literis, in quibus tunc ſacerdos verè ſacrificium faciebat, ſi circa rem quæ offerebatur quidpiam ſacri faciebat, vt ſi animalis fundebat ſanguinem, ſi thus ardere faciebat, ſi conterebat frumentum, ſi oleo ſimilam conſperſam frigebat in ſartagine, vt patet Leuit. 2. & 6. Num. 5. & 2. Paralip. 28. Leuit. 2. & 6. Num. 5. 2. Para. 28. Sapienter ergo ac præclarè docuit D. Thom. rationem ſacrificij in eo ſitam eſſe, ſi circa rem Deo oblatam aliquid fieret, quo res ipſa quodammodo ſacra conficeretur. Sed eſt hic apprimè aduertendum ex doctrina D. Thom. in ſolutione 3. & ex domino Caietano explicante eandem ſolutionem, quòd iuxta diuerſam ſacrificij naturam diuerſimode inuenitur facere ſacrum. In ſacrificijs enim quæ conſiſtunt in actione, inuenitur facere ſacrum ad extra, vt patet in ſacrificijs animalium. Sed in ſacrificijs, quæ conſiſtunt in paſsione, inuenitur facere ſacrum ſecũdum actionem interiorem, qua ſponte quiſq; offert Deo ſuum pati, & ſic Chriſtus fecit ſacrum actione interiori. Occiſores autem eius fecerunt actione exteriori non ſacrum, ſed ſacrilegium maximum. Hæc de ſacrificij diffinitione dixiſſe ſufficiat. Nam fuſior huius rei tractatio ad materiam de ſacra Euchariſtia omnino pertinet. Sed iamvideamus, quomodo ſoli Deo ſacrificium ſit offerendum. Id oſtendit D. Thom. in 2. 2. in q. 85. hoc pacto. Nam oblatio ſacrificij fit ad aliquid ſignificandum, & ſacrificium exterius ſignificat ſpirituale ſacrificium, quo anima Deo ſe offert. Anima vero offert ſe Deo ſicut principio ſuæ creationis, & fini ſuæ beatitudinis, cum ipſe ſolus ſit creator animarum noſtrarum, & in eo ſolo beatitudo noſtra conſiſtat, ideo ſicut ipſi ſoli debemus ſacrificium ſpirituale, ita ei ſoli ſacrificia exteriora offerre debemus. Ad idem facit exemplum, quod inter homines cernimus. Regi enim ſummo Reip. capiti illi dicati ſunt honores, quos alteri inferiori deferre crimen eſſet læſæ maieſtatis. Debet enim præ ciuibus in ea eſſe excellentia, vt ei quempiam exæquare nefarium ſit. Hanc veritatem apertè teſtatur Diuus Paulus ad Roman. 1. vbi impudentiſsimam illam gentium idololatriam reprehendit, araſque eorum & lucos, ac nefaria ſacrificia abominatur, quæ cum honores eſſent ſoli immortali Deo iure ſuo debiti, infimis creaturis impendebant. Atqui Diuus Auguſtinus 10. de ciuitat. Dei cap. 4. & ſubſequentibus Sacrificia ſoli Deo offerendum. Rom. 1. Auguſt.

hanc veritatem copiosius demonstrat, quem legendum esse omnino censeo. Nam assertio propolita vsque adeò vera est, vt ne Ethnici quidem censuerint vlli alij sacrificandum, quam ei quem Deum aut sciuerint, aut putauerint. Qui etiam non ob hoc culpantur, quòd sacrificia fecerint, verum quòd hec non secundum inspirationem, atque doctrinam veri Dei, sed secundum adinuentiones proprias non vero Deo, sed idolis, & demonijs exhibuerint. Nec dæmonia quidem sibi sacrificium fieri expeterent, nisi id soli Deo vero deberi scirent, falsus enim Deus sic vult honorari ab his quos decipit, quemadmodum verus Deus honoratur ab ijs, quibus cõ fulit. Atque hæc de secundo dixisse sufficiat. ¶Deinde tamẽ hoc nobis indagandum est, quid nam sit quòd Deus ab homine sacrificium tanquam sibi propriè debitum requirat. Certè ex naturali ratione procedit, quòd homo qui ex sensibilibus cognitionem accipit, quibusdam rebus sensibilibus vtatur offerens eas Deo in signum debitæ subiectionis, & honoris secundum similitudinem eorum, qui dominis suis aliqua offerunt in recognitionem dominij. Naturalis enim ratio hoc dictat, vt propter defectus quos in seipso sentit homo subdatur alicui à quo possit dirigi, & adiuuari in quibus eget, & sic honorem, & subiectionem exhibeat, hoc autem pertinet ad rationem sacrificij, & ideo sacrificium ex iure naturæ procedit, vnde nulla vnquam fuit tam barbara natio, quæ non Deum coleret, sacerdotesque haberet, & sacrificia. Hæc enim sunt, quibus semper vniuersa Respublica constat, sacerdotium, sacrificium, lex, & gubernator, præmium, & pœna. ¶Sed libet hic explicare fusius originem, & fontem sacrificiorum omnium. Certè Deus non ob vllam indigentiam, sed tantum propter ineffabilem suam bonitatem omnia tam visibilia, quàm inuisibilia creauit, hominem autem omnium postremo non vt cætera visibilia, sed ad imaginem, & similitudinem suam condidit, indiditque ei non tantum vitam, motum, & sensum, sed & mentem, & rationem, in qua diuinitatis imago relucet. Deinde eundem in paradisum voluptatis collocauit, vt operaretur, & custodiret illum subiectis ei omnibus, quibus dominaretur; & ne quicquam ei deesset dedit ei edere ex omni ligno paradisi, in quo & lignum vitæ constituit, vt ex eo vescens (modo vellet) viueret immortalis, quæ omnia liquido ostendunt Deum diuinæ bonitatis suę diuitias in vnum hominem copiosè effudisse. Illud etiam euidens est Deum paternum officium erga tam mirificè conditum, & tam pulchrè condecoratum hominem egisse, proindeque ne homo male vtens libero arbitrio diuina illa dona disperderet, adiecit etiam mandata, & præcepta, ostenditque illi bonum, & malum, vt si voluisset mandatum conseruare, conseruaretur in bono, & perpetuò viueret. Sed & gratiam insuper addidit, quam si per liberum arbitrium non deseruisset, eadem adiutrice perpetuò bonus, beatusque esse posset; sin deseruisset, morte moreretur. Porrò pro tantis beneficijs, quæ à Deo beneficentissimo creatore acceperat, hoc tantum expostulat Deus, vt reddat, vt perpetuò erectus, & eleuatis semper oculis in Deum nunquam non intueretur, & respiceret in creatorem, ad cuius imaginem, & similitudinem erat conditus, illique soli fideret, soli crederet, soli adhæreret, soli obediret, solum amaret, solum coleret, solum prædicaret, laudaret, confiteretur, inuocaret, adoraret, glorificaret, solo denique frueretur, in cuius fruitione omnis beatitudo consistit. Hæc ergo erant sacrificia laudis, quæ Deus pro tot tantisque beneficijs tantum reposcebat, idque non propter suam indigentiam, sed magis propter maximam hominis vtilitatem, quòd sine his beatus esse, ac permanere non posset. Potuissetque hæc sacrificia homo ante lapsum per adiutorium summi Dei adiutus mediante libero arbitrio Deo præstitisse; verum male vtens libero arbitrio deserta, ac contempta gratia creatoris per præuaricationem mandati in mortem miserè collapsus est, & se, & suam posteritatem ad perpetuam damnationem condemnauit. Ex primo namque parente omnes contraximus peccatum originale, & natura eramus omnes filij iræ, quibus necessarius erat reconciliator, qui hanc iram sacrificij singularis oblatione placaret. Hunc autem reconciliatorem talem esse oportebat, vt Dei voluntati omnino satisfaceret, nosq; purgatos, & immaculatos coram Deo efficeret, quique quicquid nos trãsgressionis causa merueramus, nec tamen perferre poteramus, ipse nostri causa portaret, ac ferret, & diaboli tyrannidem iusto certamine vinceret, ac tantam, & talem hostiam Deo offerret, quæ ad hæc omnia sufficeret. Ergo ne desperaret homo perditus, Deus optimus, qui nouit etiam de malis benefacere, misertus hominis aliena fraude decepti spem futurę liberationis captiuo facturus, in hunc modum serpentem, qui hominem decepit, affatus est: inimicitias, inquit, ponã inter te, & mulierẽ, inter semen tuum, & semen illius, & ipsum conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo

Sacrificia cur Deus ab homine exquirat?

Origo sacrificiorum.

neo illius. Ex quibus verbis Adam spem firmam concepit omnino fore, vt aliquando prodiret semen illud benedictum, quod serpentis tyrannidem, hoc est, peccatum, mortē, infernum superaret, & hominem ex diabolica captiuitate liberaret, sed non sine grādi cō flictu, & concertatione, vnde non dubium il le collegit, ac intellexit eam liberationem humani generis rationem fore, vt scilicet, hoc benedictum semen se veluti mediatorem inter Deum offensum, & hominem volens offerret, & veluti deuouens se pro nobis omnibus graues inimicitias antiqui hostis fraude subortas tolleret funditus, atque subuerteret. Huius itaq; fiduciæ alendæ, aut confirmandę causa à primordijs mundi homines quicunq; vera fide, & pietate erāt præditi sacrificia Deo de primogenitis, ac selectissimis animalibus gregū suorū faciebant. Non quòd crederent Deū, qui spiritus est, & omnia in manu, ac potestate sua habet ex eiusmodi pecudum mactatione delectari, sed potius quòd verum illud sacrificium Christi Dñi, quo Deus placaretur, designare studerent. In primis si quidē his sacrificijs protestabantur, vt quemadmodū illa animalia immaculata erāt à corporum vitijs, ita indubiè tenebāt, & sperabāt futurū, vt is immolaretur aliquādo pro nobis, qui solus immaculatus esset à peccatis. Quod Paulus ad Heb. 11. de hostia iusti Abel manifestè explicat; & oblatio Isaac typus erat Christi, vt D. Paulus ibidē testatur: ob idq; Deus postea per Moysem tot sacrificia instituit, vt hoc vnicum, & singulare sacrificium per multiplicia signa figuraretur, atq; in memoria recondere tur, quod aliter nulli hominū ab exordio mū di salus, nisi per huius hostiæ fiduciam, cōtingere potest. Hæc itaq; hostia Christus est, splēdor gloriæ, & figura substantiæ æterni patris portans omnia verbo virtutis suæ, purgationē peccatorū faciens, in similitudinē hominū factus, & habitu inuentus vt homo, vt gratia Dei pro omnib⁹ gustaret mortē, & per mortē destrueret eum, qui habebat mortis imperiū, id est, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Et idcirco eos, qui sacrificia illa externa alia intentione offerebant, vel quòd existimarent se effusione pecuini sanguinis Deum placare, vel ea ratione tantum se iustos esse corā Deo, & non magis respiciebant in agnū illum immaculatum Christum ab æterno prædestinatū ad tollēdum peccata mundi, eos, inquā Deus non secus reprehendit, quā si ea ipsa sacrificia quæ per Moysem præcepit, penitus reprobaret. Sic enim loquitur Christus Heb. 10. sacrificium, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi; holocaustomata & pro peccato non postulasti, non tibi placuerunt: tūc dixi. Ecce venio, in capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam, &c. Sacrificium, inquit, & oblationem noluisti. Voluit certè sacrificia, quæ instituit; noluit vero eo modo quo illi offerebant, & quomodo ab stultis illa velle credebatur, veluti suæ gratia voluptatis. Profectò sacrificia legis nihil aliud erant, quàm vmbræ quædam per quas Christus adumbratus est, & prę signatus. Hoc ferè tota illa epistola ad Hebræos declarat ostendens, & si plæraque fuerint propitiatoria sacrificia apud Iudæos, veluti hostia pro peccato, holocaustum, agnus; fuēre tamen significatiuè, & figuraliter. Vnum tamen reuera propitiatorium sacrificiū esse pro peccato per tot, & tam varia veteris legis sacrificia adumbratum, non exhibitum, vnde hæc veteris legis sacrificia vnica Christi oblatione facta penitus sunt euacuata, quemadmodum fieri erat necesse, nam quatenus ex se erant, non iustificabant, nec poterant iuxta conscientiā perfectum facere seruientem, nihil enim ad perfectum adduxit lex vmbram tantum futurorum non ipsam rerum imaginem habens. Exhibuit enim lex, vt subiungit Apostolus, exēplaria cælestium, & verorum quæ non potuerunt auferre peccata, sed Christus est, quem adumbrabant illa, qui vnam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet in dextera Dei, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis, & vt alibi Paulus ait, de peccato damnauit peccatum, id est, peccatum deleuit per hostiam pro peccato. Nā Hebręi hostiam peccatum vocant, quemadmodū Latini piaculū. Ex quibus omnibus manifestum est, vnde sacrificia vniuersa originem traxerint, & quomodo patres veteris legis omnibus sacrificijs in primis hanc vnicam pro peccatis hostiam Christi significauerint, per cuius vnius fiduciam quotquot pij fuerunt Deo reconciliati sunt, & salutem sunt consequuti, quem admodum de Abraham scriptura meminit Ioā. 8. quòd viderit diem Christi, & gauisus sit. His constitutis sequuntur nonnullæ conclusiones. ¶ Prima est. Christus causauit nostram salutem per modum sacrificij. De quo quidē sacrificio nimirū quo seipsum Christus Deo patri in cruce se obtulit, tota fermè ad Heb. epist. testificatur. Nā inter cætera in c. 7. illius epistolæ sic legitur: Christus Pontifex ille sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus, non habet necessitatem quotidiè, quemadmodū sacerdos veteris legis, prius pro suis delictis

Heb. 11.

Heb. 10.

Ioan. 8.

1. Cōclusio Christ⁹ causauit nostrā salutem per modū sacrificij.

Heb. 7.

liĉtis hoſtiã offerre,deinde pro populi. Hoc enim fecit ſemel ſe offerendo.Nam,vt ſubdit Apoſt.per propriũ ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuẽta. Et pau lò pòſt:neq; vt ſæpè offerat ſemetipſum,quẽ admodũ Põtifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno. Alioqui oportebat eum frequẽter pati ab origine mundi. Nunc autem ſemel in cõſummatione ſæculorũ ad deſtructionẽ peccati per hoſtiã ſuã apparuit. Item,Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorũ exhauriẽda peccata.Itẽ,in quavolũtate ſancti ficati ſumus per oblationẽ corporis IeſuChri ſti ſemel.Et poſt pauca.Hic vnã pro peccatis offerẽs hoſtiã,in ſempiternũ ſedet in dextera Dei.Vna enim oblatione cõſummauit in ſempiternũ ſanctificatos.His accedunt aliæ duæ ſcripturæ.Prima eſt ad Ephe.c.5.Tradidit,in quit Apoſtolus,ſemetipſum pro nobis oblationẽ,& hoſtiãDeo in odorẽ ſuauitatis.Poſterior eſt 2.Cor.5.Eũ qui nõ nouerat peccatũ, hoc eſt, Chriſtũ,Deus pro nobis peccatũ fecit,id eſt,hoſtiã pro peccatis ſecundũ cõmunẽ interpretationẽ,vt noſefficeremur iuſtitia Dei in illo.¶ Secũ. cõclu.Omnia veteris legis ſacrificia figurabãt vnicũ Chriſti ſacrificium. Hæc cõcluſio ex dictis facilè demõſtratur.In cuius certiorẽ demonſtrationẽ ſciendũ eſt, quòd ſicuti res vna quandoq; per multa dici turverba,ſic multa veteris legis ſacrificia figurabant vnicũ illud ſacrificium, Chriſtum ſacerdotem magnum ſemel offerentem in cruce ſeipſum Deo patri. Vnde & canit Eccleſia: Deus , qui legalium hoſtiarum differentias vnius ſacrificij perfectione ſanxiſti. Verum quidem eſt,multa veteris legis ſacrificia ſignificaſſe,vt inquit Auguſt.10.de ciuit. Dei ca. 5.opera multa,ſeu ſacra facta , quæ quotidie nos facimus in Chriſtianorum Eccleſia,vt dilectionem,gratiarum actionem,laudem,contritionem,ac humiliationem cordis: vt cum ad illum habemus cor ſurſum,altare illius eſt cor noſtrum,& ipſum , & in ipſo ſacrificium offerimus , cruentas illi victimas cædimus quando vſque ad ſanguinem pro eius veritate certamus , ſuauiſsimum illi adolentes incenſum,cum in eius conſpectu pio , ſanctoque amore flagramus, holocauſtum illi offerimus , dum in ara cordis feruemus igne charitatis,ſed non inde conſequens eſt multa illa non ſignificaſſe vnicum illud ſacrificium ſemel oblatum in cruce, cuius ſolius virtute & merito ſuauia,& odorifera , id eſt, Deo accepta ſunt cætera omnia ſacrificia noſtra:& ipſa videlicet Eccleſia,&cor noſtrum, & preces , & vota ac omnia quæ fiunt bona opera in tota Chriſtianorum Eccleſia. Proinde in veteri lege etſi diuerſa fuerint animalia quæ offerebantur , vt hircus pro peccato principis, capra pro peccato alicuius de populo , vitulus pro peccato ſacerdotis Leuit. 4.iuge tamen ſacrificium, & quotidianum, quod offerebatur manè , & veſperè erat agnus. Nume. 28. Quo deſignabatur verus agnus Chriſtus eſſe omnium aliorum ſacrificiorum finis,& conſummatio , qui peccata mundi ſuo ſanguine expiaret. ¶ Tertia concluſio,Chriſtus eſt, in quo omne ſacrificium veteris legis perficitur, & completur, imò Chriſtus eſt omnigenum ſacrificium . Pro cuius concluſionis explicatione ſciendum eſt ex Diuo Thoma 1.2.quæſt.102. articu. 3. ad 8.quòd in veteri lege triplex erat ſacrificiorum genus: quoddam erat , quod totum comburebatur , & hoc dicebatur holocauſtum , quaſi totum incenſum . Huiuſmodi enim ſacrificium offerebatur Deo ſpecialiter ad reuerentiam maieſtatis ipſius, & amorem bonitatis eius, & conueniebat perfectionis ſtatui in impletione conſiliorum, & ideo totum comburebatur : vt ſicut totum animal reſolutum in vaporem , ſurſum aſcendebat, ita etiam ſignificaretur totum hominem, & omnia quæ ipſius ſunt,Dei dominio eſſe ſubiecta,& ei eſſe offerenda. Aliud autem erat ſacrificium pro peccato , quod offerebatur Deo ex neceſsitate remiſsionis peccati:& conueniebat ſtatui pœnitentium in ſatisfactione peccatorum , quod diuidebatur in duas partes. Nam vna pars eius comburebatur: alia vero cedebat in vſum ſacerdotum, ad ſignificandum quòd expiatio peccatorum fit à Deo per miniſterium ſacerdotum,niſi quando offerebatur ſacrificiũ pro peccato totius populi,vel ſpecialiter pro peccato ſacerdotis: tũc enim totũ cõburebatur.Nõ emẽ debebãt in vſum ſacerdotũ venire ea,quæ pro peccato eorũ offerebãtur,vt nihil peccati in eis remaneret:& quia hoc nõ eſſet ſatisfactio pro peccato.Si enim cederet in vſum eorũ,p quorũ peccatis offerebatur,idẽ eſſe videretur ac ſi nõ offerretur.Tertiũ ſacrificiũ vocabatur hoſtia pacifica,quę offerebatur Deo vel pro gratiarũ actione,vel pro ſalute,& proſperitate oferẽtiũ ex debito beneficij,vel accipiẽdi, vel accepti:& cõuenit ſtatui proficiẽtiũ in impletione mandatorũ. Et iſta diuidebatur in tres partes,nã vna pars incẽdebaẽ ad honorẽ Dei, alia pars cedebat in vſum ſacerdotũ:tertia verò pars in vſum offerẽtiũ,ad ſignificãdũ q ſalus hominis,pcedit àDeo dirigẽtib⁹ miniſtris Dei,& cooperãtibus ipſis hoĩbus,q ſaluãtur. Hoc aũt generaliter obſeruabaẽ,q ſanguis & adeps nõ veniebãt,neq; invſũ ſacerdotũ,neq; in

1. Cõcluſio Sacrificia omnia veteris legis figurabãtvnicũ Chriſti ſacrificiũ.

Ephe.5.

2.Cor.5.

D. Auguſt.

Leui.4.

Num.28.

3. Cõcluſio Chriſtus eſt perfectio omniũ ſacrificiorũ veteris legis.

in vsum offerentiũ: sed sanguis effundebatur ad crepidinẽ altaris in honorẽ Dei, adeps verò adurebatur in igne, cuius ratio vna quidẽ fuit ad excludendam idololatriã. Idololatræ enim bibebant de sanguine victimarum, & comedebant adipes, secundum illud Deu. 32. De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. Secunda ratio est ad informationem humanæ vitę. Prohibebatur enim eis vsus sanguinis ad hoc, quod horrerent humani sanguinis effusionẽ: vnde dicitur Gen. 9. Carnem cum sanguine nõ comedetis: sanguinẽ enim animarũ vestrarũ requirã. Esus verò adipum prohibebatur eis ad vitandã lasciuiam: vnde dicitur Ezech. 34. Quod crassum erat, occidebatis. Tertia verò ratio est, propter reuerentiã diuinã: quia sanguis est maximè necessarius ad vitã, rationẽ cuius dicitur anima esse in sanguine, adeps autem abundantiam nutrimenti demõstrat: & ideo, vt ostẽderetur, quòd à Deo nobis est & vita, & omnis bonorũ sufficiẽtia, ad honorem Dei effundebatur sanguis, & adurebatur adeps. Quarta ratio est, quia per hoc figurabatur effusio sanguinis Christi, & pinguedo charitatis eius, per quã se obtulit Deo pro nobis. De hostijs autẽ pacificis in vsum sacerdotis cedebat pectusculũ, & armus dexter ad excludendã quandã diuinationis speciẽ, quę vocatur spatulamãtia: quia scilicet in spatulis animaliũ immolatorũ diuinabãt; & similiter inosse pectoris, & ideo ista offerentibus subtrahebantur. Per hoc etiã significabatur, quòd sacerdoti erat necessaria sapientia cordis ad instruendũ populũ, quod significabatur per pectus, quod est tegumentũ cordis: & etiam fortitudo ad sustentandũ defectus, quę significatur per armũ dextrũ. Hæc D. Tho. Rupertus verò Abbas super Leuit. li. 1. c. 2. sic diuidit sacrificia. Oblationũ, siue sacrificiorũ alia sunt, quæ dicũtur holocausto mata, alia quæ pacifica, alia quę pro peccato. Rursus eorũ quę pro peccato dicũtur, alia sunt quæ pro peccato sacerdotis, simul & multitudinis, alia quæ pro peccato cuiuscunque hominis principis, siue popularis. Sed quæ pro peccato sunt sacerdotis tantũ, atq; pro peccato sacerdotis simul, & multitudinis, parũ aut nihil differre videtur, vtraq; enim extra castra cremari iubentur, & hoc ab holocausto differũt, quòd holocaustũ in altari; illa autẽ extra castra cremãtur. Item, quæ pro peccato principis, & quæ pro peccato sunt hominis plebei sub eandẽ legẽ redigũtur, vtraq; verò pari modo separato memoriali in pastũ ignis dominici, adipe scilicet, qui operit vitalia, & omni pinguedine interiori duobus renibus cũ adipe quo tegũtur ilia, & reticulo iecoriscũ renũculis, his, inquã, separatis, cætera cedũt in vsum sacerdotis. Sũt qui sacrificia in sex genera distribuãt, in holocaustũ, quod Hebraicè dicitur, haholah; in sacrificiũ pro peccato, quod Hebraicè dicitur, hatat; & in sacrificiũ pro delicto, quod Hebraicè assom dicitur; & in hostiã pacificatorum, quæ Hebraicè dicitur zebah aselamim; & in munus, quod cherbonah secundũ veritatem Hebraicam nũcupatur; fuit etiã munus, quod minha dicunt Hebræi. Hæc omnia sacrificia perfecit Christus, fuitq; omnigenũ sacrificiũ. Fuit hostia, holocaustũ, sacrificiũ pro peccato, & pro delicto, sacrificiũ pacificorũ, oblatio, & munus. Certè hostia, & victima illa est, quæ offertur, vt docent autores linguæ Latinæ, quando quis aggreditur hostes, aut eis victoriam, vel triumphum reportat. Vnde Poëta quidã; Victima quæ dextra ceciditvictrice vocatur, Hostibus à domitis hostia nomẽ habet. Christus itaq; aggressus hostẽ humani generis seipsum obtulit patri hostiã viuã, & eũ dejciens, & debellans se in victimam mactauit, vt simul victoriã reportaret, & se in hostiã hostibus debellatis offerret. Ideo, inquit Paulus in epist. ad Ephes. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ, & hostiã Deo in odorẽ suauitatis. Et in epist. ad Hebræos sic ait. Nunc autem semel incõsummationem sæculorum ad destructionẽ peccati per hostiam suam apparuit. Fuit etiã Christus holocaustum, quod apud Latinos totum combustum significat, combustus enim fuit igne amoris & totus trãsmutatus. Fuit quoq; sacrificiũ pro peccato, & pro delicto, de quo inquit Paulus: eum, qui non nouit peccatũ, pro nobis peccatũ fecit, id est, hostiã pro peccato. Fuit etiam hostia pacificorũ, quod clarissimè testatur Paulus ad Colos. scribens, pacificans per sanguinẽ crucis eius siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis, nunc reconciliauit in corpore carnis huius per mortem exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles corã ipso, si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles à spe Euangelij, quod audistis, & prædicatum est in vniuersa creatura, quæ sub cælo est. Fuit etiam Christus munus, seu oblatio, qua in re optimè denotatur Christus qui sponte sua oblatus est, vt inquit Esaias, & Paulus ad Ephesios inquit, quòd tradidit semetipsum oblationẽ, & hostiam Deo in odorem suauitatis. Et iterum in epistola ad Hebræos: sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Fuit quoq; munus, quod minha dicũt

Hebræi,

Deu. 32.

Gen. 9.

Ezec. 34.

Rupertus.

Paulus.

Hebræi, quod etiam significat donum sponte oblatum, quasi in signum amoris absq; aliqua obligatione, & differt à munere, siue oblatione dudum commemorata, nam oblatio proximè cõmemorata dabatur in signũ feudi, & subiectionis. Hoc igitur donũ in signũ amoris datũ, quòd optimè Christũ significet, explicat Paulus ad Ro. Dominus Deus proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum, quomodo non etiam cũ illo omnia nobis donabit? ¶ Quarta cõclusio. Tametsi Christus semel se obtulit in ara crucis, quotidiè offerimus ipsum, qui in sacramẽto altaris dignatur nobis præsens adesse; semel quidẽ volũtariè oblatus est in mortali carne vsq; ad mortem, vt mereretur omnibus mortis destructionẽ, resurrectionẽ, & vitam: quotidie autẽ nos eũ offerimus nõ in mortẽ, Christus enim resurgẽs à mortuis iã nõ moritur, sed in mortis suę recordationẽ, vt fructus passionis, ac mortis eius simus, aut maneamus participes semper iuxta suã ipsius doctrinam; Hæc quotiescũq; feceritis, inquit, in mei memoriã facietis. Quemadmodũ Chrysosto. in hom. 17. super epistolã ad Hebræos testatur. Semel oblata est hostia ad salutẽ sempiternã potes, nos autẽ per singulos dies offerimus ad recordationẽ mortis illius. Et ne quis forsitã arbitretur inde cõsequens esse in quotidiana oblatione, quã in memoriã illius facimus nõ esse verũ Christũ, sed tantũ veri Christi memoriale signũ, cõtinuo adiecit. Vnus vbique est Christus, hic plenus existẽs, & illic plenus: & sicut quod vbiq; offertur vnũ est corpus, & nõ multa corpora, ita & vnũ est sacrificiũ. Hactenus ille. Vnus quidẽ secundũ substantiã formæ à diuina natura susceptæ, sed alter secundũ eiusdẽ formæ mortalitatẽ, infirmitates, passiones, & dolorẽ, quæ trãsierunt nunquã reiterãda. In hũc sensum, inquit Aug. 10. de ciuit. Dei. Sacerdos est ipse Christus offerẽs, ipse est & oblatio, cuius rei sacramẽtũ voluit quotidianũ esse sacrificiũ. Putare igitur in celebratione Missę Eucharistiã idcirco nõ esse sacrificiũ, quia est perfectissimũ Dominicę passionis memoriale, ac sacramentum, ridiculum valde est, & crassa ratio, quia sicuti iã patuit ex Dionysio, & Chrysosto. Missæ officium cõtinet hæc omnia, facere videlicet memoriale passionis Dominicæ, cõficere seu cõsecrare Eucharistiam, eamq; de manu Domini acceptam rursus offerre Domino, eamque sumere & manducare. Ex his valde retunditur hæreticorum præsumptio, qui persanctum, & iuge sacrificium Eucharistiæ abrogare nituntur ex illo Pauli ad Hebr. 10. vna oblatione consummauit sanctificatos in sempiternum. Certè si isti hæretici ad sanctorũ patrum se conuertissent explanationes, ipsiusq; Pauli verba mutuò contulissent, in tantam nõ lapsi fuissent blasphemiam. De oblatione nẽpè vniuersalis redemptionis, quæ semel duntaxat facta est, non autem de sacrificio placationis, quod necesse est quotidie offerri pro quotidianis redemptorum peccatis, inibi Paulum constat fuisse loquutum. Nec enim, vt redimamur, Christus offertur in altari (cõsummata quippè in cruce fuit nostra omniũ redemptio) sed vt redemptos, qui peccando beneficiũ redemptionis amiserint, recõciliet patri, restituatq; in gratiã, ne pereat in eis sanguis Christi, si nõ iustificarẽtur, in gratiãque restituerentur. Si enim altare habemus, de quo edere nõ habẽt potestatẽ, qui tabernaculo deseruiũt, sequitur, ne vacuũ maneat illud altare aliquod dari sacrificiũ, quod in eo immolatur altari. Si omnis Põtifex ex hominib⁹ assumptus pro hominibus cõstituitur, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, hinc sequitur, Põtifices nostros aliquod excellẽs habere sacrificiũ, quod pro quotidianis suorũ populorũ offerãt peccatis. At cũ pro peccatis nullũ habeãt præter Christũ dignũ sacrificiũ ad placandũ cælestẽ patrẽ in ingratos filios iustè irritatũ, manifestè colligitur ex Pauli verbis benè perspectis, Christũ iugiter in Ecclesia offerri, nõ vt hostiã redẽptionis, sed placationis pro ijs, qui fallente carne, mundo, aut diabolo, delinquendo, redemptionis, filiorumque adoptionis iura perdiderũt. Ex eãdẽ doctrina detegitur alius hæreticorũ dolus asserentium Missæ officiũ nihil aliud esse, quã sacramentũ & ad nihil aliud esse, quã vt sacrificiũ passiõis Chri, quæ in cruce semel præterijt, quotidie repręsentetur, & recordatione quadã sub vmbris, & figuris, mẽtibus hominũ obijciatur, atque eo solũ Eucharistiã à patribus appellari sacrificiũ, cp̃ sit instituta, vt figura quędã imago seu repręsentatio Chri, qui olim in cruce seipsum obtulit in sacrificiũ, sicuti imago plęrũq; nomine illius rei cuius est imago cõsueuit appellari. Quòd aũt hoc sit inopinabile, hinccõfiderare põssumus, cp̃ ex traditione Apostolorũ, simul & ex scripturis sacris Ecclesiastici patres ab initio Ecclesiæ ad hæc vsq; tẽpora secũdũ seriẽ successionis, intellexerũt sacrificiũ Missæ veritatẽ corporis, & sanguinis Chri cõtinere, & pariter etiã exẽplar esse, & memoriale sacrificij semel, cp̃ nobis in cruce oblati, & in huiusmodi officio nos quotidie, pviuis & mortuis offerre ipsum, cõmemorantes oblationẽ eius semel in cruce factã, videlicet, passionẽ, & mortẽ illi⁹, & nos mãducare carnẽ, & bibere sanguinẽ eius, vt fide sancta, & charitate maneamus

4. Cõclusio

D. Chryso.

D. Auguſt.

Heb. 10.

neamus in ipso, ambulantes in fortitudine cibi illius vsq; ad montē Dei cælestem Hierusalem. Testimonia autē sanctorū patrum de vero Christi corpore, veroque sacrificio Missæ afferemus in materia de Eucharistia. Nunc autem ad argumenta in principio facta satisfaciendum est. ¶ Ad primum respondetur nō esse necesse, quod veritas correspondeat figuræ quantum ad omnia, quia oportet quod veritas figuram excedat. Itaq; satis est, quòd quadret figuræ quantum ad aliquid, & ideo conuenienter figura huius sacrificij, in quo caro Christi offertur pro nobis, fuit caro non hominum, sed aliorum animalium significantium carnem Christi, quæ est perfectissimum sacrificium. Tum, quia ex eo quòd est humanæ naturæ caro congruè pro hominibus offertur, & ab eis sumitur sub sacramento; tum deinde, quia ex eo quòd erat passibilis, & mortalis apta erat immolationi; tertiò, quia per hoc quòd erat sine peccato efficax erat ad emundanda peccata; quartò, quia ex eo, quod erat caro ipsius offerentis erat Deo accepta propter charitatem offerentis. Vnde Augustin. in 4. de Trinita. cap. 14. dicit. Quid tam congruenter ab hominibus sumeretur. Quid pro eis offerretur, quam humana caro? & quid tam aptum huic immolationi, quàm caro mortalis? & quid tam mundum pro mundandis vitijs mortalium, quam sine contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in vtero, & ex vtero virginali? & quid tam gratè offerri, & suscipi posset, quam caro sacrificij nostri, corpus effectum sacerdotis nostri. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod Diuus Augustinus in sententia commemorata facit sermonem de sacrificijs visibilibus figuralibus. Dicendum est etiam, quòd quanquam passio Christi sit aliquid signatum per alia sacrificia figuralia, est tamen signum alicuius rei obseruandæ à nobis secundum illud primæ Petri. 4. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desijt à peccatis, vt iam non hominum desiderijs, sed voluntate Dei quod reliquum est temporis in carne viuat. ¶ Ad tertium argumentum iam dictum est à nobis quemadmodum si passio Christi ex parte occidentium ipsum consideretur, fuit maleficium. sed ex parte ipsius ex charitate patientis, & offerentis seipsum fuit verum sacrificium. Vnde sacrificium hoc Christus dicitur obtulisse, non autem illi qui eum occiderunt. Certè si ouis, vel agnus cum mactatur, & immolatur haberet intellectum, & voluntatem, qua seipsum offerret in victimam, & sacrificium, verè ipse offerret sacrificium, & fortassis multo melius, quàm illi qui agnum immolant, & sacrificant. In cuius rei confirmationē illud animaduersione dignū est, quòd etiam in veteri lege quædam sacrificia fiebāt per solam eleuationem rei oblatæ coram Domino. Eiusmodi erat sacrificium, in quo offerebatur fasciculus spicarum, de quo legitur Leui. 23. Qui fasciculus eleuabatur corā Domino. Item Leuit. 7. & 24. præcipitur offerri sacrificium similē, præcipiuntur etiam offerri panes. Sufficit ergo ad rationem sacrificij, quòd benedicatur, vel eleuetur coram Domino. Quod si verum est, facilè explicatur quomodo Christus passus habuerit rationem sacrificij. Nam est exaltatus, & eleuatus coram Domino in odorem suauitatis. ¶ Ad quartū argumentum respondetur, non esse inconueniens concedere, imo videtur ex necessitate concedendum, quòd Christus se sacrificauit, & immolauit pro salute generis humani. Nā Christus pascha nostrū immolatus est, & non à Iudæis, ergo à seipso. Deinde, Christus fuit verus sacerdos, ergo verè sacrificauit hostiā, at ipse est vera hostia, ergo seipsum sacrificauit. Et D. Augu. in lib. sententiarum Prosperi inquit: semel immolatus est in semetipso Christus, & tamen quotidie immolatur in sacramento. Itaq; verè, & propriè Christus se immolauit, & sacrificauit. Non tamen ita propriè videtur concedendum, quòd se mactauit, nam in hoc videtur significari, quòd seipsum occiderit, quod nulla ratione est cōcedendum. ¶ Ad quintum respondetur, quod Deus delectabatur in passione Christi, non quatenus fuit afflictiua, seu destructiua naturæ, sed quatenus fuit voluntariè tolerata pro iustitia, & salute humani generis. Sicut Deus delectatur nō in pœnis peccatorū damnatorū, sed in decore suæ iustitiæ merita eorū mala puniētis. Christus qui immeritus occiditur, inquit Ambrosius, placet Deo, nō quia occiditur, sed quia vsq; ad mortē iustitiā cōseruauit. Et ita Deus pater amauit nō pœnā Christi, aut mortē, sed voluntatē piā, qua tam vtiliter voluit mortem pro genere humano sustinere. Quemadmodū Deus exigit à nobis & mādatorū suorū obseruantiā, & nostram erga se dilectionem & obedientiā, non propter suam vel vtilitatem, vel indigentiam, tanquam sit Dominus solum aut princeps mundi huius, indigens aliorum hominum ministerijs, sed propter vtilitatem, & indigentiam omniū nostrū, quibus summa fœlicitas est illi adhærere illiq; obedire. Ita & ipse exigit pro peccato Adæ satisfactionē non propter suā, sed Adæ indigētiam. Deus tradidit Christū in mortē,

Ad argum. Ad pri. arg. Augus. Ad secūdū. 1 Pet. 4. Ad tertium Leui. 23. Leui. 7. & 24. Ad quartū. Ad quintū.

non

non quia maluit mortem filij sui, quàm vitã: sed quia maluit salutem totius mundi per tẽporalem mortem filij mox resuscitandi ad vitam sempiternam, quàm vitam Christi absque temporali morte, & absque salute totius mundi. Melius erat ipsi Christo temporaliter mori, & per mortem illam temporalem voluntariè susceptam acquirere sibi nomen, quod est super omne nomen per resurrectionis gloriam in corpus gloriosum, & immortale, quam sic in carne mortali semper viue-

Ad sextum re. ¶ Ad sextum quod est argumentum hæreticorum, quo incantant plebes suas, planè & distinctè sic respondeo. Certè Christus Dominus sacratissimi sui corporis hostia in ligno crucis plenam, perfectamque toti mundo salutem obtinuit, ac meruit, & pro omniũ hominum delictis abundantissimè satisfecit: quod ex euidentibus scripturis euidenter colligimus, quoniam, vt inquit Paulus 2. Corint.

2.Cor.5. 5. Deus erat in Christo mundum reconciliãs

Col.1. sibi. Et ad Colosſ.1. in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare, omnia in ipso pacificãs per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris

Ephes.1. siue quæ in cælis sunt. Et ad Ephesios. 1. Proposuit Deus omnia instaurare in Christo quę

1.Ioan.2. in cælis, & quæ in terra sunt in ipso. Et 1. Ioã. 2. ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed & totius mundi. Et vt semel dicam. Hic est fons, de cuius plenitudine omnes accepimus, ex hoc vno fonte quicquid ad salutem nostram pertinet, procedit, ac proficiscitur. Ex eodem fonte gratiam, remissionem peccatorum, nostri liberationem, salutem omnem, & beatitudinem haurimus, & participamus. Vnde falso, atque iniuria in nos id confertur criminis, quod hostiæ in cruce oblatæ, & meritis Christi tenebras offundere, ac derogare velimus, cum sacrificium Eucharistiæ quotidie in Ecclesia offeramus, cum tamen in hac oblatione nostrum propositum, & institutum sit, non vt de nouo redimamur, non vt aliud pretium nostræ redemptionis quæramus, sed vt merita Christi Domini, & vberrimos fructus passionis eius nobis applicemus, atque nostræ salutis causa participemus. Certè vt in baptismo veluti medio quodam vtimur, per quod Christi merita nobis applicemus, & adiungamus vt prosint, non certè in eo quærentes nouam redemptionem, sed vt per hoc medium passionis, sanguinisque Christi fructus nobis communicentur, sic sanè hoc sacrificium in Ecclesia quotidie offerimus, neque ex hoc catholici sunt accusandi, aut insimulandi, quòd obscurent, vel diminuant valorem sacrificij in cruce oblati. Nam profecto impia esset calumnia, si quis baptisma percipientem velit insimulare peccati, quod Christi Iesu in cruce confectam liberationem obscurare, atque despicere videatur. Similis calumnia est, quam nobis hæretici Lutherani mouent contra iuge Eucharistiæ sacrificium.

Ad vltimũ. ¶ Ad vltimum argumentum respondetur, quod quanquam locutio hæc, quòd Christus se obtulerit in sacrificium, in sanctis scripturis expressè non inueniatur, res tamen ipsa expressè inuenitur. Legimus enim quòd Christus se obtulerit in hostiam, oblationem, & victimam, quæ omnia ad sacrificia pertinent. Et certè non solum secundum metaphoram, sed verè, & propriè Christus Dominus se obtulit in sacrificium, & non tantum per metaphoram: nam ex diuinis reuelationibus constat, quòd in sacramento altaris Christus verè, & propriè immolatur, & sacrificatur, & quod verè, & propriè Christus sit Christianorum victima & sacrificium, & nullum aliud præterea.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm passio Christi operata sit nostram salutem per modum redemptionis.

267 AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd passio Christi non sit operata nostram salutem per modum redemptionis. Nullus enim emit vel redimit quod suum esse non desijt. Sed homines nunquam desierunt esse Dei: secundum illud Psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Ergo videtur, quòd Christus non redemerit nos sua passione.

Infr.q.49. arti.1. & 2. di.19.ar.1. & 3.di.19. artic.4. & opu.60.ca. 18.col.6.

¶ 2. Præterea, Sicut Augustinus* dicit 13. de Trinita. Diabolus à Christo iustitia superandus fuit. Sed hoc exigit iustitia, vt ille qui inuasit dolosè rem alienam, debeat priuari ea, quia fraus & dolus nemini debet patrocinari, vt etiam iura humana dicunt. Cùm ergo diabolus creaturam Dei, scilicet hominem, dolosè deceperit, & sibi subiugauerit, videtur, quòd non debuerit homo per modum redẽptionis ab

l.13.de Tri. cap.13. in prin.to.3.

ab eius eripi potestate. ¶ 3. Præterea, Quicunque emit aut redimit aliquid, pretium soluit ei, qui possidebat. Sed Christus non soluit sanguinem suum (qui dicitur esse pretium redemptionis nostræ) diabolo, qui nos captiuos tenebat. Non ergo Christus sua passione nos redemit. ¶ Sed contra est, quod dicitur 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati & incontaminati Christi. Et Galat. 3. dicitur, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Dicitur autem pro nobis factus maledictum, in quantum pro nobis passus est in ligno, vt suprà dictum est *. Ergo per passionem suam nos redemit.

q. 46. art. 4. ad 3. arg.

¶ Respondeo dicendum, quòd per peccatum dupliciter homo obligatus erat. Primò quidem seruitute peccati, quia qui facit peccatum, seruus est peccati: vt dicitur Ioan. 8. & 1. Pet. 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. Quia igitur diabolus hominem superauerat, inducendo eum ad peccatum, homo seruituti diaboli addictus erat. Secundò, quãtum ad reatum pœnæ, quo homo erat obligatus secundum Dei iustitiam. Et hoc etiam est seruitus quædam, ad seruitutem enim pertinet, quòd aliquis patiatur quod non vult: cùm liberi hominis sit vti seipso, vt vult. Quia igitur passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccato & reatu pœnæ generis humani: eius passio fuit quasi quoddam pretium, per quod liberati sumus ab vtraque obligatione. Nam ipsa satisfactio qua quis satisfacit, siue pro se, siue pro alio, pretium quoddam dicitur, quo seipsum vel alium redimit à peccato & à pœna: secũdum illud Danie. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Christus autem satisfecit non quidem pecuniam dãdo, aut aliquid huiusmodi: sed dando id quod fuit maximum, seipsum scilicet pro nobis. Et ideo passio Christi dicitur esse nostra redemptio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd homo dicitur esse Dei dupliciter. Vno modo in quantum subijcitur potestati eius. Et hoc modo nunquam homo desijt Dei esse: secundum illud Daniel. 4. Dominatur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud. Alio modo per vnionem charitatis ad eum: secundum quod dicitur Romanorum 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Primo ergo modo nunquàm homo desijt esse Dei: secundo verò modo desijt esse Dei per peccatum. Et ideo in quantum fuit à peccato liberatus Christo passo satisfaciente, dicitur per passionem Christi esse redemptus. ¶ Ad secundum dicendum, quòd homo peccando obligatus erat & Deo & diabolo: quantum enim ad culpam Deum offenderat, & diabolo se subdiderat, ei consentiens. Vnde ratione culpæ non erat factus seruus Dei: sed potius à Dei seruitute recedens, diaboli seruitutem incurrerat, Deo iustè hoc permittente, propter offensam in se commissam. Sed quantum ad pœnam, principaliter homo erat Deo obligatus sicut summo iudici; diabolo autem tanquam tortori: secundum illud Matth. 5. Ne forte tradat te aduersarius tuus iudici, & iudex tradat te ministro, id est, Angelo pœnarũ crudeli: vt Chryso *. dicit. Quamuis igitur diabolus iniustè, quantum in ipso erat, hominem sua fraude deceptum sub seruitute teneret, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam: iustum tamen erat hoc hominem pati, Deo permittente hoc quantum ad culpam, & ordinante quantum ad pœnam. Et ideo per respectum ad Deum, iustitia exigebat, quòd homo redimeretur, non autem per respectum ad diabolum.

hom. 11. in Mat. in ope reimper. & longè à fi. to. 2.

¶ Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia redemptio requirebatur ad hominis liberationem per respectum ad Deum, non autem per respectum ad diabolum, non erat pretium soluendum diabolo, sed Deo; & ideo Christus sanguinem suum (qui est pretium nostræ redemptionis) non dicitur obtulisse diabolo, sed Deo.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. 1.Pet.1. CONclusio est affirmans, quam probat D.Thom. ex illo 1.Pet.1. non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, sed precioso sanguine quasi agni immaculati, & incontaminati Christi. Et ad Galat.3. dicitur. Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum. Dicitur autem pro nobis factus maledictum in quantum pro nobis passus est in ligno, ergo per passionem suam nos redemit. Hoc ipsum probatur altero argumento, etenim homo obligatus erat dupliciter per peccatum, primo quidē quia erat seruus diaboli, à quo superatus erat, & secundo quia tenebatur ad pœnæ reatum, quo obligatus erat secundum Dei iustitiam: passio ergo Christi cum fuerit sufficiens, & superabundās abvtraque obligatione nos liberauit. Nam illa satisfactio, qua quis satisfacit siue pro se, siue pro alio precium quoddam dicitur, quo seipsum, vel alium redimit à peccato, vel à pœna. Vnde passio Christi nostra est redemptio, cum satisfecerit non dando pecuniam, aut aliquid simile, sed seipsum quod maximum fuit propter supradictas rationes.

Gal.3.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumen. cōtra cōcl. NOn est facilè explicare id quod frequētissimè in sacris eloquijs inuenitur, quēadmodum Christus Dominus per passionē, & crucem suam operatus sit nostram salutē per modum emptionis, & redemptionis. Et vt veritas accuratè, & diligenter expendatur arguitur ad probandum, quòd liberatio hæc qua Christus nos liberauit, non propriè sit appellāda emptio, seu redēptio. ¶ In primis, posita causa sufficienti ponitur effectus, & vt sit effectus nulla re alia est opus, si ergo Christus sanguine suo tanquam pretio condigno, & sufficienti emerit nos, consequens est omnes filios Adæ liberatos, atque solutos à captiuitate, pretio iam per Christum exsoluto. ¶ Prętereà, in hac vita diabolus non habet potestatem in homines nisi tentandi, suggerendi, instigandi, sed hæc omnia operabatur in Adā antequam peccaret, & operatur in hominibus etiam nunc post exhibitam à Christo passionem, videtur igitur quòd per passionem Christi à captiuitate diaboli non simus redēpti. ¶ Tertiò, quicunque vel emit, vel redimit rem aliquam, soluit pretium ei qui possidet, sed Christus non soluit pretium sui sanguinis diabolo, qui iuxta Pauli sententiam 2. ad Timoth.2. nos captiuos detinebat ad suam ipsius voluntatem, apparet igitur, quòd in repā ratione generis humani redemptio locū non habeat. Hīc si dixeris Christum dedisse se in pretium non diabolo, sed Deo patri, in contrarium sic arguitur. ¶ Nam non videtur sapiens esse mercator, qui emit rem carius, quā valeat dans rem infiniti valoris pro rebus valoris finiti, sed Christus verus Deus, & homo est valoris infiniti, non ergo dedit seipsum tanquam pretium pro humano genere. ¶ Certè si Christus vitam suam tanquā pretium pro humano genere exposuit, ergo humanum genus magis est pretiosum. Et si pater ita dilexit humanum genus, vt daret filiū suum vnigenitum verum Deum, & hominē tanquam pretium pro humano genere, consequens esse videtur Deum patrem magis dilexisse genus humanum, quàm Christum filium suum vnigenitum, quia quod emitur, pluris ęstimatur quam pretium quo emitur. Deus autem non magis dilexit genus humanum, quam Christum Dominum, ergo non dedit eum tanquam pretium pro humano genere. ¶ Ad hæc, neque Deus pater, neq; Christus debuit diabolo quicquam propter quod illi oportuerit illum pretium soluere, nec diabolus ius habuit in hominem, quem fraudulenter per mendacium deceperat, cum igitur vt dicit Augustinus 13.de Trinit.c.13. diabolus à Christo iustitia superandus fuit, & hoc exigat iustitiæ lex, vt ille qui inuasit dolosē rem alienam, debeat priuari, quia fraus, & dolus nemini debent patrocinari, vt etiam iura humana pręscribūt. Videtur profectò, quòd non debuerit homo per modum redemptionis ab eius eripi potestate. ¶ His argumētis nō obstantibus de emptione, & redemptione facta generis humani per Christum sunt euidētes scripturæ. Filius hominis venit saluare quod perierat, & dare animam suam redemptionem pro multis, Matt.18. & 20. Item, emti estis precio magno, glorificate, & portate Deū in corpore vestro 1.Cor.6. Addidit beatus Petrus exprimendo pretium quo empti sumus. Non corruptibilibus, inquit, auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni immaculati 1.Pet.1. Item in cœna vltima,

Primum argumentū.

Secundum.

Tertium.

2.Timo.2.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

D. Augustī.

De emptione & redēptione facta per Christū scripturæ.

Matt.18.& 20.

1.Cor.6.

1.Pet.1.

vltima, Hoc est, inquit Dominus, corpus meum, quod pro vobis tradetur, alibi: quod pro multis datur. Item: hic est sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Igitur sanguis Christi effusus per passiones, item corpus Christi traditū est in tormētū mortis. Tertio, anima, hoc est, vita Christi data in redemptionē pro nobis est pretium, & quidem pretium iustū, quod soluit Christus pro nobis patiendo in cruce. Pro nobis inquam venundatis per peccatum, & redactis in seruitutem peccati, captiuitatem insuper mortis, & dominatum diaboli. Quare fuit ibi vera emptio, veraque redemptio excutiens iugum seruitutis, & damnationis, ab ijs qui fide confugiunt ad Christum, vt emptio hæc habeat effectum in nobis verę libertatis, iuxta illud: Si filius vos liberauit, verè liberati estis. Sed vt hoc mysterium redemptionis exactius, & plenius percipiatur, oportet in primis exponere, quid significet redemptio, quid vero emptio, & quid sit emere, & redimere, & liberare. ¶ Redimere nonnunquam accipitur pro suo simplici, scilicet emere, aliquando verò significat, iteratò suum facere, quod in alterius potestatem venerat, pretio interposito. Et ita sanè accipitur hoc in loco, nempè pro liberatione qua genus humanum prius venundatum sub peccato, denuò vindicatur in libertatem à seruitute peccati, à captiuitate ac dominatu illius, qui potestatem accepit à Deo in eos qui malè agunt, pretio sufficienti annumerato, iuxta illud: Solue vincula colli tui, captiua filia Sion, quia hæc dicit Dominus: Gratis venundati estis, & sine argēto redimemini. Gratis, id est, sine commodo, quia quod peccando quærebatis, nō estis consequuti. Et sine argento redimemini, quia nō corruptibilibus, vt ait Pet. auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. 1. Pet. 1. Præsupponit itaque redēptio, de qua hîc est sermo, venundationem, captiuitatem, & seruitutem, in quæ coniectus erat homo peccando, & includit pretium nō qualecunque, sed pretium iustum, illiusque pretij exhibitionem, vt sit vera emptio eius, quod venundatum erat. Insuper, redēptio, vt optimè admonet Erasmus in illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, significat propriè redemptionem captiui persoluto pro capite ipsius pretio. Vnde aliud est liberare, aliud emere, aliud redimere. Liberare est vinctum, siue redactum in necessitatem aliquam, liberum ac solutum facere. Emere est rem pretio dato suam facere.

Redimere quid sit.

Erasmus. Rom. 3.

Liberare quid sit.

Emere quid sit.

Proinde emptio supra liberationem addit pretij solutionem. Redemptio autem propriè sonat iterationē quandā iuris, possessionis, aut libertatis reddito pretio pro re simul amissa. His constitutis mysterium huius admirandæ redemptionis paucis conclusionibus explicabo. ¶ Prima conclusio. Reddere condignum pretium pro captiuitate totius humani generis non potest nisi is, qui est infinitæ dignitatis. Profecto purus homo ipse totus proprio suo peccato obligatus, & obstrictus, non potuit nec pro se, nec pro alijs interponere redēptionem, & totum genus humanum dignius est, quàm res aut actio, passiove, aut oblatio cuiuscunque priuati hominis. Sed de hac re abundantius, & copiosius dictum esse existimo. ¶ Secunda conclusio. Christus Dominus dedit sufficiens pretium pro redimendis omnibus hominibus, & pro soluendis debitis totius mundi, imo infinitorum mundorum si essent. Patet, nam vita Christi deitati vnita, quam tradidit pro nobis in pretium redēptionis, est maioris pretij, magisque à Deo dilecta, quàm tota progenies, quæ fuerat ex Adā propaganda, & eius charitas pro nobis patientis magis erat amabilis, quàm collectio omniū peccatorum totius mundi. Certè copiosa fuit apud Deum hæc redemptio, qua nec iustior cogitari potest ad nostram instructionem, & magna apud Deum misericordia, qua nec ad commendationem charitatis dulcior haberi potest. Quid iustius, quam si Deus dicat, accipe pretium maius omni pretio, vt habeas quo soluas omne debitum? Quid benignius, & misericordius poterit audire miser, & damnatus nihil habens vnde se redimat, quàm si Deus illi dicat, accipe vnigenitum meum, & da pro te, atque ipse filius dicat; Tolle me, & redime te? Hic tamen sciendum est, quòd pretium illud fuit quidem sufficiens pro peccatis totius mundi, sed non omnibus prodest, quia nec prodest his, qui repellunt illud, quemadmodum de quibusdam dicit scriptura. Psal. 61. pretium meum cogitauerunt repellere, neque his qui confidunt in virtutibus suis, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur, qui suam volunt constituere iustitiam, ignorantes eam, quæ à Deo est per Iesum Christum, sed his duntaxat proficit, qui gratanter recipiunt ipsum, & amplectuntur, vt Christo redemptori suo deinceps viuant. De paruulis autem qui nondum habent rationis iudicium alia est ratio, quam inuestigare non est præsentis instituti. ¶ Tertia conclusio. Pretium huius redemptionis est Christi sanguis diuinitati vnitus, imo totus ipse Christus, & ideo qui erit premium nostrū in vita beata, simul

Prima conclusio.

2. Conclus.

Obserua quæ hic dicuntur de sufficientia redemptionis.

Psal. 61.

3. Conclus.

fuit pretium noſtrum in vita præſenti. Hæc
4.Concluſ. cõcluſio liquida eſt,& patet ex dictis. ¶ Quarta concluſio,merces empta,eſt hęreditas Chriſti,& Eccleſia Chriſti ſanguine quæſita,& in toto mundo collecta, & colligenda vſque in conſummationem ſæculi, de qua hæreditate
Pſal.126. ait Propheta.Pſal.126. Ecce hæreditas Domini,filij merces,fructus ventris,ac ſi dicat.Hæreditas Domini ſunt filij,qui merces ſunt emptæ à Ieſu,fructu vẽtris Mariæ. Sed quicquid ſit de intelligentia huius loci ex Pſalmo commemorato,nam alio videtur ſenſus eius referri poſſe,certum eſt nos eſſe populum acquiſitionis,quos Chriſtus redẽptionis pretio abundantiſsimo ex ſeruitute diaboli liberauit, &
5.Concluſ. ſeruos ſuos cõſtituit. ¶ Quinta concluſio.Homo dicitur per paſsionem Chriſti redemptus à ſeruitute peccati, & à diaboli captiuitate, & tyrannide. Pro cuius expoſitione ſciendum eſt, quòd homo nũquam deſijt eſſe Dei quantum ad dominij poteſtatem ſecundum illud
Pſal.23. Pſal.23.Domini eſt terra,& plenitudo eius,orbis terrarum,& qui habitant in eo, verum homo cum peccat mortaliter deſijt eſſe Dei quãtum ad vnionem charitatis, ſecundum illud
Rom.8. Rom.8.Siquis ſpiritum Chriſti nõ habet, hic non eſt eius, & ideo in quantum homo fuit à peccato liberatus per paſsionem Chriſti, dicitur quoque per eandem eſſe redemptus.Illud etiam ſciendum eſt, quòd homo peccando obligatus erat Deo,& diabolo, quãtum enim ad culpam Deum offenderat, & diabolo ſe ſubdiderat ei cõſentiens. Vnde ratione culpæ non erat factus ſeruus Dei, ſed potius à Dei ſeruitute recedens diaboli ſeruitutem incurrerat Deo hoc iuſtè permittente propter offenſam in ſe commiſſam, ſed quãtum ad pœnam principaliter homo erat Deo obligatus ſicut ſummo iudici, diabolo verò tanquam tortori
Matt.5. ſecũdum illud Matth. 5. ne fortè tradat te aduerſarius tuus iudici, & iudex tradat te mini-
Chryſoſto. ſtro,id eſt,angelo pœnarum crudeli, vt Chryſoſto. hom.11. in Matth. in opere imperfecto ſcribit. Ab hac ergo ſeruitute diaboli, ab eiuſque carcere, & cruciatibus æternis nos liberauit Dominus, & in libertatẽ aſſeruit exoluens
6.Concluſ. pretium noſtræ redemptionis.¶ Sexta concluſio. Chriſtus in hac redemptione non ſoluit pretiũ diabolo,ſed Deo,& ideo Chriſtus ſanguinem ſuum qui eſt pretium noſtræ redemptionis nõ dicitur obtuliſſe diabolo,ſed Deo. Et certè redemptio requirebatur ad hominis liberationem per reſpectum ad Deum,& non per reſpectum ad diabolum,ergo nõ erat pretium ſoluendum, diabolo ſed Deo. Ex quo ſequitur, quòd quemadmodũ Chriſtus emit nos à Deo patre, cui & ſatisfecit, & pretium perſoluit pro delictis noſtris, ita Deus pater accipiens hoc pretium in ſolutionem pro debitis peccatorum noſtrorum, quodammodo vendidit nos filio ſuo , quanquam enim hic ſermo in ſanctis ſcripturis non inueniatur,nõ obſcurè ex dictis colligitur. Si enim Chriſtus emit nos à Deo patre, non abſurdus erit ſermo , ſi & Deus Pater dicatur vendidiſſe nos Chriſto,nec tamen inde conſequens eſt Deũ nos ſic venditos alienaſſe à ſe. Nam & dationis vocabulum alienationem quandam ſignificare videtur, non tamen Deus facit alienos à ſe, quos dat filio ſuo. Quemadmodum pater dat filio gentes,non ita vt ipſe Deus amittat illas, & non pertineant ad ſe amplius,nam & ipſe filius,vbi dixit: Pro his rogo quos dediſti mihi , continuò adiecit : Omnia mea tua ſunt:Ita Deus pater vnus cum filio,& Spiritu ſancto vendidit nos Chriſto filio ſuo, non quidem alienando nos à ſua poteſtate, aut dominio , ſed alienando nos à poteſtate iræ ſuæ,& acquirendo nos filios vitæ ſub gratia ſua , qui eramus ſerui iræ , damnati ſub rigore iuſtitiæ ſuæ. ¶ Ad argumenta in principio facta ſatisfaciendum eſt, & ad primum dicendum non prouenire ex inſufficientia pretij,quod Chriſtus exhibuit,quòd non profit omnibus , pretium enim hoc non prodeſt vlli homini ad deletionem peccatorum , niſi ei applicetur, & adiungatur per fidem , vel fidei ſacramentum. Quemadmodum peccatũ Adæ non tranſijt in alios, quàm in eos qui ab ipſo propagantur; ita ſanè ſatisfactio Chriſti, & redemptio nõ tranſit in alios, quàm in eos, qui per Chriſtum regenerantur, aut credentes , aut ſacramentum fidei ſuſcipientes. Statuit enim Deus hanc regulam generalem,fructum huius redemptionis non prodeſſe cuiquam ſine concurſu liberi arbitrij , vel proprij,vel alieni, in adulto eſt motus liberi arbitrij credentis in eum,qui iuſtificat impium, in paruulis autem eſt motus liberi arbitrij alieni applicantis ſacramentum. Quia ergo non omnes filij Adæ ſuſcipiunt hoc pretium applicantes illud ſibi , in captiuitate perpetua permanent. ¶ Ad ſecundum argumentum negatur diabolum in hac vita non habere poteſtatem in hominem,niſi tentandi , ſuggerendi , & inſtigandi. Nam homo nondum gratia Chriſti liberatus eſt captiuus diaboli , æternæ mortis reus. Docere, ergo genus humanum eſſe in poteſtate diaboli ſolum vt potentis tentare, & ſuggerere eo tentandi modo , ſecundum quem Adam ante peccatum tentabatur habens poteſtatem liberam , & ſubijci diabolo, & non ſubijci , eſt euacuare gratiam Chriſti. Sed quomodo homo per paſsionem Domini fuerit

Pater vendidit nos filio ſuo.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

Ad ſecũdũ.

fuerit erutus, & liberatus ex potestate diaboli, & tenebrarum dicetur vberius in quæstione sequenti, & hic ad tertium. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quòd Christus redemit nos à potestate, seu tyrannide diaboli, nō quòd diabolus esset Dominus, sed erat tanquam lictor, & minister diuinæ iustitiæ vindicantis: proinde Christus nō tam liberauit nos à potestate diaboli, quàm à manu, siue potestate iræ Dei, transferens nos, vt simus sub manu gratiæ, & misericordiæ suæ, qui alioqui eramus vasa iræ sub manu iustitiæ diuinæ. Cùm ergo Christus appellat diabolū principē huius mundi, sensus est, hominū secundū hunc mundum viuentium. Cùm insuper Apostolus docet. 2. ad Timoth. 2. diabolum habuisse mortis imperium, impioſque tenere captiuos ad ipsius voluntatem, intelligendum est illum principatum habuisse non tanquam sit iudex, aut Dominus vitæ, & mortis, sed vt minister iustitiæ Dei, vt lictor torquens, non quidem ex amore iustitiæ, sed ex odio, & inuidia. Verum tamen est, quòd diabolus iustam habuit potestatem in homines, id est, iustè desuper à Deo datam propter mala merita hominum, non propter bona merita eius. Ad argumentū ergo dicat Theologus, quòd qui emit, vel redimit rem aliquam soluit pretium ei, qui possidet tanquàm Dominus, & proprietarius, sed non ei qui possidet solùm tanquàm custos & tanquàm minister, & exequutor iustitiæ, secundum quem modū diabolus possidet damnatas animas: Iudex autem, & Dominus damnati hominis est Deus Pater, qui potestatem habet vitæ, & mortis, qui & hominem damnatum iussit torqueri sub potestate diaboli, illi ergo pretium soluendum erat non diabolo.

2. ad Tim. 2.

Ad quartū. ¶ Ad quartum argumentum, ex quo infereba tur Deum magis dilexisse genus humanum, quàm filium suum vnigenitum, quem pro genere humano morti exposuit, respondeo non valere consequentiam argumēti. Per mortem enim filius Dei non prorsus perijt, aut in sempiternum desijt esse, sed ad resurrectionis gloriam, ad vitam immortalem, ad dignitatem & excellentiam super omnem creaturam peruenit. Et cum dicitur in argumento non videri esse sapientis mercatoris rem maioris valoris perdere velle pro rebus minoris valoris, dico sapientissimi mercatoris esse pro releuanda aliorum inopia, ad tempus rem maioris valoris tradere non vt funditus pereat, sed vt inde incrementum suscipiat, Christus autem vitam suam quam pro nobis exposuit, non prorsus perdidit in perpetuum, sua enim virtute reassumpsit animam suam resurgendo, qua etiam posuit animam suam tēporaliter vsque ad mortem patiendo. ¶ Deindè, quod dicitur non esse sapientis mercatoris emere rem carius, quàm valeat, veritatem dicit in mercatore, qui habet indigentiam pretij intendens seipsum ditare potius, quàm alienæ subuenire inopiæ, & miseriæ. Deus autem eiusmodi mercator non est, qui diues est in misericordia, & bonorum nostrorum nō indiget, qui etiam neque emit, neque redemit nos ab alio, sed à seipso secundum manum suæ misericordiæ eripiens hominem à manu suæ iustitiæ, per condignam tamen exsolutionem pœnæ peccatis nostris debitam.

Ad quintū.

Ad vltimū. ¶ Ad vltimum argumētum dicendum est, quòd nec Deus, nec Christus debuit diabolo quicquam, sed Deo offenso factus est debitor reus homo; homine autem non habente vnde solueret, Christus misertus hominis pro homine se debitorem fecit suscipiens in se supplicia peccato hominis debita. Vnde & ipse iuxta Isaiæ vaticinium iniquitates nostras portauit, & peccata multorum tulit. Et apud Ioannem dicitur: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm esse redemptorem, sit proprium Christi.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd esse redemptorem, non sit proprium Christi. Dicitur enim in Psalmo. 30. Redemisti me Domine Deus veritatis. Sed esse dominum Deū veritatis, conuenit toti Trinitati. Non ergo est proprium Christi. ¶ 2. Præterea, Ille dicitur redimere, qui dat pretium redemptionis, Sed Deus pater dedit filium suum redemptionem pro peccatis nostris, secundum illud Psalm. 100. Redemptionem misit Dominus populo suo. Gloss*. id est Christum, qui dat redemptionem captiuis. Ergo non solùm Christus, sed etiam Deus pater nos redemit. ¶ 3. Præterea, Non solùm passio Christi, sed etiam aliorum Sanctorū proficua fuit ad nostram salutem: secundum illud Coloss. 1. Gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. Ergo non

268 3. dist. 19. arti. 4. q. 2.

gl. interli. ibidem.

solùm Christus debet dici redemptor, sed etiam alij Sancti. ¶ Sed contra est, quòd dicitur Galat. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Sed solus Christus factus est pro nobis maledictum. Ergo solus Christus debet dici noster redemptor.

Respondeo dicẽdum, quòd ad hoc quòd aliquis redimat, duo requiruntur, scilicet actus solutionis, & pretium solutum. Si enim aliquis soluat pro redemptione alicuius rei, pretium, quod non est suum, sed alterius, ipse non dicitur redimere principaliter: sed magis ille, cuius est pretium. Pretium autem redemptionis nostræ est sanguis Christi, vel vita eius corporalis, quæ est in sanguine, quam ipse Christus exoluit. Vnde vtrunque istorum ad Christum pertinet immediatè, in quantum est homo, sed ad totam Trinitatem, sicut ad causam primam & remotam: cuius erat & ipsa vita Christi, sicut primi auctoris, & à qua inspiratum fuit ipsi homini Christo, vt pateretur pro nobis. Et ideo esse immediatè redemptorem, prõpriũ est Christi, in quantum est homo: quanuis ipsa redemptio possit attribui toti Trinitati, sicut primæ causæ.

Elicitur ex gl. ord. ibi.

Ad primum ergo dicendum, quòd Glos*. hoc sic exponit, Tu Domine Deus veritatis, redemisti me in Christo clamante: in manus tuas Domine commendo spiritum meum. Et sic redemptio immediatè pertinet ad hominem Christum: principaliter autẽ ad Deum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pretium redemptionis nostræ homo Christus soluit immediatè: sed de mandato Patris, sicut primordialis auctoris.

¶ Ad tertium dicendum, quòd passiones Sanctorum proficiunt Ecclesiæ, nõ quidem per modum redemptionis, sed per modum exempli & exhortationis, secundum illud 2. ad Corinth. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Ad Gala. 3.

COnclusio est affirmatiua; patet ex illo ad Galatas. 3. Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum, sed solus Christus factus est pro nobis maledictum, ergo solus Christus est redemptor noster. Idem patet ista ratione, qua efficaciter probatur proprium esse Christo, prout homo est, esse redemptorem. Quanuis enim attribui possit redemptio toti Trinitati, vt primæ causæ, actus tamen solutionis, & pretium solutũ pertinet ad ipsum immediatè: quia pretium nostræ redẽptionis est vita corporalis ipsius, quam ipse exoluit. Sancta autem Trinitas prima causa dicitur, quia inspirauit animæ illi, vt vitam poneret: Christus ergo soluit, & vitam suam pro nobis posuit & redemptor est appellandus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Contra cõclusionem arguitur. Primũ arg. Matth. 20. Matth. 26. Ioan. 17. Secundum. Tertium. Quartum. Vltimum. Hieron.

IN hoc articulo est grauis, & difficilis quæstio, Vtrùm Christus Dominus merito suę passionis satisfecerit pro omnium hominum delictis sic vt dicatur omnium redemptor, & recõciliator? A parte negatiua arguitur ex scripturis diuinis. Nam Matth. 20. dicitur: Filius hominis venit in hunc mũdum dare animam suam in redemptionem pro multis, ergo non pro omnibus. Et c. 26. dicitur de calice passionis: Qui pro vobis, & pro multis effundetur. Et Ioan. 17. dicit Dominus: non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, tui erant, & tu dedisti eos mihi, ergo non pro omnibus orauit Christus, nec pro omnibus satisfecit. ¶ Præterea, si pro omnibus satisfecit, & vniuersos homines redemit exsoluẽs pro illis pretium redemptionis copiosum, consequens est quòd omnes sumus à Christo redẽpti, quod asserere à vera fide alienum est. ¶ Item, si Christus meruit remissionem peccatorũ omnium, & pro omnibus satisfecit, consequens est omnes filios Adæ habere gratiam, & reconciliationem cum Patre, alioqui Pater æternus iniustus esset, qui præmium debitum obedientiæ filij sui non persolueret. ¶ Adhæc, pueris qui moriuntur in vtero secundum veram Theologiam Christus Dominus nullũ reliquit remedium, vnde omnes tales pereunt in sempiternum. Simile est de his, qui post peccatum mortale in perpetuam amentiam inciderunt, de quorum salute actum est in æternum, ergo non pro omnibus dedit sufficiẽs redemptionis pretium. ¶ Vltimò, redimere, vt autor est D. Hieronymus in commentarijs ad Galat. c. 4. explicans illud, cum autem venit plenitudo temporis, est quod distractum est à nostra ditione rursus transmittere in nostrum ius, sed

gentes non erant diuinæ ditionis, sed solum Iudæi, ergo solum videtur Christus redemisse Israeliticum populum, si quidem hic erat hæreditas, & peculium Dei. In contrarium est illa autoritas scripturæ, quam D. Tho. allegatic in articulo. ¶ Pro expositione veritatis sciendum est, quòd D. Hieronym. in loco prænotato eruere videtur ex significatione huius verbi, redimo, Christum redemisse Israeliticum populum, gentes autem non redemptas fuisse, sed solùm liberatas per Christi sanguinem, quia gentes non erant diuini peculij sicut Iudæi. Et videtur huic sententiæ fauere, 1. Corin. 6. quia Paulus 1. ad Corinth. 6. ait: Empti estis pretio magno, glorificate Deum in corpore vestro. Non dixit Corinthios redemptos, sed emptos. Et certè Deus in scripturis peculiariter nominatur redemptor Israel, vt Esaiæ. 41. Esaiæ. 41. & alibi sæpenumero, cum quo facere videtur illud Matthæi. 15. non sum missus nisi ad Matth. 15. oues, quæ perierunt domus Israel. Illud etiam obseruare oportet, quòd inter alios articulos. D. Augustin. falsò impositos hic fuit primus, quòd Dominus noster Iesus Christus non pro omnium hominum redemptione sit passus, quem vehementer refellit Diuus pater Augustinus in exordio illius libri, quo refellit articulos aliquot falsò sibi impositos. August. Conclusio fidei catholicæ. Vnde sit conclusio certissima secundum fidem, quòd Christus est verè redemptor omnium hominum, & eorundem reconciliator. Christus redemptor omnium. Itaque expressè profitemur Christum Iesum Dei filium pretioso sanguine suo, plenam perfectamque toti mundo salutem obtinuisse, & pro omnibus omnium peccatis satisfeciſſe, dedisseque sufficientissimum pretium pro redimendis omnibus hominibus, & pro infinitis quidem si essent. Patet hæc veritas ex 2. Cor. 5. illo 2. Corinth. 5. Deus erat in Christo mun- Coloss. 1. dum reconcilians sibi. Et ad Colossen. 1. in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Ephes. 1. Et Ephes. 1. Proposuit Deus omnia instaurare in Christo siue quæ in cœlis, siue quæ in Esai. 53. terra sunt in ipso. Et Esaiæ. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sanati sumus. Et 1. Pet. 2. Qui peccata 1. Pet. 2. nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt mundum damnationi obnoxium 1. ad Ti. 2. & 4. Deo reconciliaret. Et 1. ad Timoth. capit. 2. homo Christus Iesus qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. & capit. 4. dicitur Saluator omnium hominum, maximè fidelium. Ad idem valent autoritates scripturæ multæ, in quibus passim asseritur Christum mortuum esse pro omnibus; Sed potissimè hæc veritas persuadetur ex illo primæ Ioan. 2. ipse est propitiatio pro peccatis no- 1. Ioan. 2. stris, & non pro nostris tantum, sed & totius mundi. Certè ex Christo Domino crucifixo tanquam ex fonte perenni abundè satis promanat quicquid ad salutem omnium hominum necessarium est, & sufficiens liberandis, atque saluandis omnibus, his tamen solis proficit ad salutem, qui ad hunc fontem accedere, gratiamque inde profluentem haurire, sibique adiungere volunt, per fidem operatoriam per charitatē. Quotquot enim viua hac aqua attinguntur, & lauantur salui fiunt, ad quos verò non peruenit pereunt in sempiternum, non ex defectu aquæ, aut redemptionis, sed quia non bibitur non prodest, & quia non accipitur pretium à captiuitate non fit liberatio. Sed libet hîc commemorare ea, quæ adducit Diuus Augusti- August. nus in loco prænotato ad persuadendum Dominum nostrum Iesum Christum pro omnium hominum redemptione fuisse passum, & quomodo omnes redempti dicantur, non tamen omnes à captiuitate sunt eruti. In summa sic inquit: Sicut vulnus originalis peccati tale fuit, vt per illud in Adam omnium hominum corrupta, & mortificata est natura, & vnde omnium concupiscentiarum morbus inoleuit; sic & potens, & singulare remedium est mors filij Dei Domini nostri Iesu Christi qui liber à mortis debito, & solus absque peccato pro peccatoribus, & debitoribus mortuus est. Quod ergo ad magnitudinem, & potentiam pretij, & quod ad vnam pertinet causam generis humani sanguis Christi redemptio est totius mundi. Sed qui hoc sæculum sine fide Christi, & sine regenerationis sacramento pertranseunt, redemptionis alieni sunt. Itaque omnes redempti rectè dicuntur quod attinet ad magnitudinem, & potentiam pretij, non tamen omnes sunt à captiuitate eruti. Vnde pretium quod datum est pro vniuersis per singulare sacramentum prodest in singulis. Poculum quippè immortalitatis, quod confectum est de infirmitate nostra, & virtute diuina habet quidem in se, vt omnibus prosit, sed si non bibitur, non proficit. Præclara certè, & di- Ad argumē gna Diuo Augustino quæstionis propositæ ta. explicatio, obidque ad argumenta proposita Ad primū. satisfaciendum est. ¶ Ad primum argumentū ex sanctis scripturis dicendum est, quòd pretium Christi fuit pro omnibus exhibitum

quantum ad sufficientiam, sed pro multis tantum quantum ad effectum remissionem peccatorum. Fuit certè pro omnibus sufficientissimum,& excedens pretium quoad magnitudinem,& potentiam, sed non prodest omnibus,quia non accipitur ab omnibus vt prosit, quin potius multi repellunt illud. Atqui hæc est peruagata, & communis solutio huius argumenti.Altera solutio est,quòd,multi,secũdum phrasim scripturarũ idem valet aliquando quòd omnes, vt animaduertere licet in illo Rom.5.Vnius delicto multi, id est, omnes mortui sunt. ¶ Ad secundum argumentum iam dictum est ex D.Augustino quemadmodum rectè, & verè potest concedi quòd omnes sumus redempti, at non omnes sumus à captiuitate eruti,quia hoc pretium redemptionis solum applicatur his, qui in Christo regenerantur per fidem, vel fidei sacramentum. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd omnes in Christo,& per Christum habemus vnde possimus cum patre æterno reconciliari,& redire in gratiam,sed oportet quòd hęc vniuersalis redemptio applicetur, & adiungatur nobis alioqui non proderit nobis, quemadmodum poculum immortalitatis quod in Eucharistia recõditur si non bibatur non proficit. ¶ Ad quartum respondetur, quòd Christus Dominus pro pueris qui moriũtur in vtero, & pro amẽtibus sufficiens dedit pretium, & pro infinitis hominibus si essent, at hoc pretium non potest illis applicari,& ideo non prodest. Quemadmodum lumen Solis sufficiens est ad omnium hominum oculos illuminandos,at nunquam illuminat cœcos,nec talpas,nõ quidem ex insufficientia luminis, sed quia eis lumen applicari non potest.¶ Ad vltimum argumentum respondetur,quod illud discrimen quod comminiscitur Hieronymus non certa constat ratione.Nam 1. Pet.1. dicitur : Redempti estis de vana vestra conuersatione non corruptibilibus auro,vel argento, sed pretioso sanguine,&c.Certè hoc in loco D. Petrus non solum loquitur de Iudæis,sed etiam de gẽtibus, quas tamen dicit redemptas esse à Christo.Et Paulus. 1. ad Timoth. 2. appellauit Christum redemptorem omnium.

Rom. 5.
Ad secũdũ.
Ad tertiũ.
Ad quartũ.
Ad vltimũ.
1.Pet.1.
1.ad Tim.2

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm passio Christi operata sit nostrã salutem per modum efficientiæ.

269 Infr.q.49. ar.1.cor.Et op.3.c.238 fi.& ad Ro. 4. fi. & 1. Co.1. lect. 2,co.4.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd passio Christi non sit operata nostram salutem per modum efficientiæ.Causa enim efficiens nostræ salutis est magnitudo diuinæ virtutis: secundum illud Isa.59. Ecce non est abbreuiata manus eius, vt saluare nõ possit. Christus autem crucifixus est ex infirmitate:vt dicitur 2.ad Corint.13. Nõ ergo passio Christi efficienter operata est nostram salutem. ¶ 2. Præterea, Nullum agens corporale efficiẽter agit nisi per contactum, vnde etiam & Christus tangendo,mundauit leprosum, vt ostenderet carnem suam salutiferam virtutem habere:sicut Chrysost*.dicit. Sed passio Christi non potuit contingere omnes homines. Ergo non potuit efficiẽter operari salutem omnium hominum. ¶ 3. Præterea, Non videtur eiusdem esse operari per modum meriti, & per modum efficientiæ : quia ille qui meretur,expectat effectum ab alio. Sed passio Christi operata est nostram salutem per modum meriti. Non ergo per modum efficientiæ. ¶ Sed contra est,quod dicitur 1. ad Cor.1. quòd verbum crucis,his qui salui fiunt, est virtus Dei. Sed virtus Dei efficienter operatur nostram salutem.Ergo passio Christi in cruce efficienter operata est nostram salutem.

hom.ar.ia Matt. & in opere imper.hom. 21. id inuit, to. 1.

Respondeo dicẽdum, quòd duplex est efficiens, principale & instrumentale. Efficiens quidem principale humanæ salutis,est Deus.Quia verò humanitas Christi est diuinitatis instrumentum(vt suprà dictum est*) ideo ex consequenti omnes actiones & passiones Christi, instrumentaliter operantur in virtute diuinitatis ad salutem humanã. Et secundum hoc passio Christi efficiẽter causat salutem humanam.

q.13.art.2, & 3. & q. 43.ar.2.

Ad primum ergo dicendum, quòd passio Christi relata ad Christi carnem, congruit infirmitati assumptæ : relata verò ad diuinitatem, consequitur ex ea infinitam virtutem,secũdum illud 1.ad Corint.1. Quod infirmum est Dei, fortiùs est hominibus; quia scilicet ipla infirmitas Christi,in quantum est Dei,habet virtutem excedentem omnem vir-

tutem

tutem humanam. ¶ Ad secundum dicendum, quòd passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen spiritualem virtutem ex diuinitate vnita. Et ideo per spiritualem contactum efficaciam sortitur, scilicet per fidem & fidei sacramentum: secundum illud Apostoli, Quem proposuit Deus propitiatorē per fidem in sanguine ipsius. ¶ Ad tertium dicendum, quòd passio Christi secundum quod comparatur ad diuinitatem eius, agit per modum efficientiæ: in quātum verò comparatur ad volūtatem animæ Christi, agit per modum meriti: secundum verò quod cōsideratur in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, in quantum per eam liberamur à reatu pœnæ: per modum verò redemptionis, in quantum per eam liberamur à seruitute culpæ: per modum autem sacrificij, in quantum per eam reconciliamur Deo, vt infrà dicetur*. q.49.art.4.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. 1.Corin.1. CONclusio est affirmatiua, & patet ex illo 1. Corinth. 1. Verbum crucis his, qui salui fiunt, est virtus Dei, sed virtus Dei efficienter operatur nostram salutē, ergo passio Christi in cruce operata est nostram salutē per modum efficientiæ. Pro cuius expositione sciendum est, quòd causa efficiens principalis nostræ salutis est Deus: causa autem efficiens instrumentalis passio Christi, quia humanitas eius instrumentum est deitatis. Vnde omnes actiones, & passiones instrumentaliter operātur virtute deitatis ad salutem humanā. Quare passio Christi secūdum quod comparatur ad eius diuinitatem, agit per modum efficientiæ. Prout verò cōparatur ad voluntatem animæ Christi, agit per modū meriti. Prout consideratur in carne Christi, agit per modum satisfactionis, in quantum per eam liberamur à reatu pœnæ: sed per modum redemptionis, in quantum per eam liberamur à seruitute culpæ: per modū verò sacrificij, prout per ipsam reconciliamur Deo.

Quomodo oēs actiones ac passiones Christi cōcurrāt efficienter ad nostram salutem.

EXPOSITIO ARTICVLI.

LIbet hoc in loco inuestigare illā quæstionem satis obscuram, & difficilē, Vtrùm, omnes actiones, & passiones Christi sint causæ efficientes nostræ iustificationis, & salutis? Et certè apud D. Thomam, & eius sectatores celebre est, & receptissimum passionem, mortem, sepulturam, ascensionem Christi in cœlos, & generaliter omnes actiones ipsius, & passiones, & quicquid circa corpus Christi vsque ad resurrectionem contigit, salutiferum nobis fuisse, & efficienter operatum esse nostram salutem. Id autē quomodo sit verum, diligenter est inuestigādum; quia quibusdam hoc esse falsissimum, & inopinabile videtur: Inter quos est D. Bonauentura in. 3. distin. 19. quæst. 1. cuius sententiam his argumētis comprobare possumus. D. Bonauē. Primū arg. ¶ Primò, quia quod non est in rerum natura non potest verè, & propriè esse instrumentum alicuius actionis, quia agere præsupponit esse, at illæ actiones Christi iam transierunt, neque vnquam amplius erunt, ergo non possunt esse causæ nostræ iustificationis instrumētariæ. Et de morte Christi occurrit certè euidens argumentum quia priuatio est, quæ nihil agit, neque agere potest: De sepultura verò difficile, imò impossibile videtur, quomodò sit operata nostram salutem per modum efficientiæ, cum nullam operationem neque contactum habeat ad homines qui iustificantur. Sed de descensu ad inferos videtur inintelligibile dogma maximè si sentiamus cum Diuo Thoma, quòd instrumentum debet habere aliquam operationem propriam, qua mediante eleuatur ad effectum principalis agentis. Quam enim rogo actionem habet sepultura Christi circa homines qui iustificantur? Sed quis valeat comprehendere rationes, propter quas resurrectio Christi causa sit resurrectionis corporum nostrorum? ¶ Secundò, quia si per Christum vt homo, est resurrectio hominū fiat, erit ipsius humanitas causa resurrectionis nostræ per coniunctionem, qua vt instrumentum diuinitatis coniungit animam hominum cum proprijs corporibus. Verum q; resurrectio Christi quæ iam pertransijt, sit causa instrumentaria nostræ iustificationis, aut resurrectionis prorsus inexplicabile est, idemque argumentum efficaciter probare videtur, quòd ascensio Christi in cœlū non sit causa nostræ ascensionis efficiens. Nam rogo ex eo, quòd anima Christi fuerit coniuncta ex virtute diuinitatis suo corpori, quam virtutem habuit, aut quid operata est per modum efficientiæ circa corpora exsuscitanda? Aut quid rogo ascēsio Christi in cœlum efficientiæ habuit, vt corpora glorioſa in cœlum cōscendant? ¶ Pro expositione sit prima conclusio. Certum est, & exploratū apud diuinos Theologos, quòd aliquæ Christi actiones sunt causæ efficientes nostræ iustificationis, & salutis. Et probatur primo. Quia illa verba Christi Domini ad paralyticū dicta. Remittuntur tibi peccata. Secundum. Prima conclusio.

tua,& similia ad Magdalenã, euidés est quòd erant sermones operatorij, & faciebant quod significabant. Idem iudicium ferendum est de illis verbis. Accipite Spiritum sanctum, & de illis. Hoc est corpus meum. Atqui horum efficacia, & efficientia in hoc consistit, quòd deferunt imperiũ operatoriũ ad creaturas, in quibus efficaciter operãtur. ¶ Secũda conclusio. Omnia opera, & passiones Christi vsque ad mortem eius fuerunt causæ meritoriæ nostræ iustificationis. Hęc conclusio liquida est, nec potest reuocari in dubium, quia Christus Dominus erat in statu merendi, & satisfaciendi, & quicquid faciebat, & patiebatur liberum erat, & voluntarium, & ex maximo Dei amore procedebat, erat ergo meritorium. ¶ Tertia conclusio. Quæ à morte vsque ad resurrectionem à Christo Domino gesta sunt, & à resurrectione vsque ad ascensionem, causæ meritoriæ non fuerunt, vt D. Thomas, & omnes Theologi constanter affirmant, quia anima Christi iam erat extra statum merendi. ¶ Quarta conclusio. Resurrectio Christi, & ascensio in cœlum fuerunt, & sunt causæ efficientes nostræ resurrectionis, & ascensionis. Patet hoc argumento, quia in diuinis litteris creberrimè asseritur quòd resurrectio Christi, & ascensio in cœlum sint causæ nostræ resurrectionis, & ascensionis, sed iam non erant causæ meritoriæ, ergo efficientes instrumentariæ. ¶ Quinta conclusio. Non solum hoc quod diximus verum est, sed etiam passionem, mortem, sepulturam, descensum ad inferos, resurrectionem, & ascensum Domini fuisse causas efficientes nostræ iustificationis, & quicquid circa corpus contigit Christi nobis fuisse salutiferum, habereque diuinam virtutem. Hanc conclusionem potissimè ex D. Tho. comprobo, qui vnicè in huius mysterij reconditi à sæculis in Deo inuestigatione desudauit. Libet ergo diuersa loca, in quibus id asseruit ob oculos ponere. In hoc articulo expressè ait, Deum quidem esse causam principalem nostræ salutis, instrumentum verò Christi passionem, habet enim spiritalem virtutem ex diuinitate cui erat coniuncta humanitas ad viuificandos, & sanandos homines. Et infra quæstione. 50. artic. 6. idem dicit de morte Christi in fieri, & in facto, & de corpore Christi mortuo subdidit causasse illud efficienter nostram salutem, & salutiferum nobis fuisse ex virtute diuinitatis ei vnitæ, quicquid contingit etiam circa carnem ipsius etiã anima separata. Et idem repetit ad secundum & tertium. Et in quæst. 51. artic. 1. ad 2. asserit mortem, & sepulturam Christi efficiẽter esse operatam nostram salutem. Et quæst. 52. art. 1. ad 2. ait passionem Christi fuisse velut causam vniuersalem nostræ salutis viuorum, & mortuorum, & virtutem eius applicatam esse mortuis per virtutem descensus Christi ad inferos, viuis verò per sacramenta applicari. Et in articulo. 8. ad secundum, ait descensum Christi ad inferos non fuisse satisfactorium sicut sacrificium missæ, operatum tamen fuisse in virtute passionis Christi, quæ fuit satisfactoria. Et in quæstione. 56. arti. 1. scribit resurrectionem Christi causam esse efficientem resurrectionis corporum nostrorum. Et in quæst. 57. artic. 6. ascensionem, inquit, Christi causam esse efficientem nostræ salutis, & ascensionis in cœlos. Inductus est autem D. Tho. ad tribuendam hanc virtutem iustificandi nos operationibus Christi partim ex testimonijs sanctorum patrum, partim ex verbis scripturæ, partim ex vi reconditę Theologiæ, quam meditari erat solitus. Actiones, & passiones Christi vt nobis salutiferas, exaltare ille voluit, quãtum potuit, quicquid in carne filius Dei pro salute nostra egit, vel pertulit. Et hæc quidem omnia consequi videntur ad ea, quæ superius tradidimus de efficacia humanitatis Christi ad nostram iustitiam causandã. Nam sicut humanitas Christi ex coniunctione ad diuinitatem, specialem virtutem, & efficaciam consequuta est ad iustificandum nos, eadem omninò ratione & ipsius actiones, & passiones habuisse necesse est. Debet quippè instrumentum proprium propriam aliquam habere operationem, per quam agenti principali deseruiat in operationem ipsius perfectam. Hoc idem insinuat Ambrosius Psal. 36. explicans illud Ioan. 1. Quod factum est in ipso vita erat. Cuius hæc verba sunt: Caro facta est, in ipso vita est, infantia facta est, in ipso vitæ est, iudicium factum est, in ipso vita est, mors facta est, in ipso vita est, remissio peccatorum facta est, in ipso vita est, vulnus factum est, in ipso vita est, illusio facta est, in ipso vita est, diuisio facta est, in ipso vita est, sepultura facta est, in ipso vita est, resurrectio facta est, in ipso vita est. Vide quanta in ipso facta sunt, quibus vitæ nostræ conuersio facta est, vt quę perierant redderet. Ad postremum venditio facta est, in ipso vita est, redemptio facta est, in ipso vita est, ad mortem venditus est à Iuda, emptus à Iudæis ad mortem, vt pretioso eius sanguine reddi mereremur ad vitã. ¶ Sexta conclusio. Explicare modum quo prædictæ operationes, & passiones Christi operatæ sint nostram salutem per modum efficientiæ pertinet ad mysterium recóditæ Theologiæ, propter quod diuini Theologi in huius mysterij explicatione varias introduxere sententias.

2. Conclus.

3. Conclus.

4. Conclus.

5. Conclus. responsiua quæstionis.

Varia testimonia D. Thomæ.

6. Conclus.

M. Victoria & Soto.

tias. Doctissimi Victoria, & Soto, quos honoris causa nomino, aiebant passionem Christi esse causam nostræ iustificationis, quia causalis ista est vera. Quia Christus passus est, nobis remittuntur peccata, & donatur iustitia; & resurrectionem Christi esse causam nostræ resurrectionis, quia ista causalis vera est, quia Christus resurrexit, nos resurgemus; & de ascensione similiter. Statuit enim Deus neminem resuscitare, aut in cœlum deducere, nisi quia resurrexit Christus, & ascendit in cœlos.

Impugnatur hic modus dicēdi.

Sed hæc ratio explicandi non videtur sufficiens, quia ad harum causalium veritatem nulla humanitatis Christi vera, & propria efficientia ad causandum in nobis iustitiam necessaria est, satisque est eum satisfeciisse ad plenum pro nobis, & hæc omnia nobis ad plenū promeruisse. Nam & verè dicimus Paulum iustificatum esse, quia orauit pro illo Stephanus, nec tamen oratio Stephani aliam habuit efficientiam respectu ipsius, quàm meritoriā. Et verisimè asserimus, quòd quia Petrus habuit magna merita habebat magnum gloriæ cumulum. Ad cuius causalis veritatē sat fuit, quòd opera Petri fuerint causa meritoria gloriæ ipsius. Caietanus aiebat, quòd D. Tho. veram, & propriam efficientiam tribuebat operationibus, & passionibus Christi, & quomodò hoc sit verum sic exponebat. Christi, inquit, humanitas est velut vniuersale principium, & instrumentum ad miracula omnia faciēda, quæ ad nostram iustificationem, & glorificationem, & renouationem totius orbis expectant, determinatur tamen ad hoc, vel illud miraculum faciendum per hanc, vel illam operationem, seu passionem. Vnde sibi per passionem appropriata videtur virtus, seu efficacia ad remissionem peccatorum, per resurrectionem virtus ad cooperandum nostræ resurrectioni & idem de ascensione. ¶ Hæc tamen explicatio curta, & deficiens videtur esse, quia non explicat quomodo operationes Christi, & passiones concurrant efficienter ad nostram iustificationem, licet quadam tenus ratione elucidat, quomodo humanitas Christi concurrat. Et certè non explicat, quid agat Christi passio per modum efficientiæ, quid Christi resurrectio, quando nunc homines iustificantur, & renouantur. ¶ Alij viri doctissimi sic exponūt, quomodo passio Christi quæ non est, sed transijt, nunc animas hominum iustificet, & quo pacto sanguis Christi existens cum Christo in cœlis possit abluere peccata nostra nunc existentium in terris, cum ablutiones non fiant nisi per cōtactum. In gloriosa, inquiunt, passione Christi Domini est inuenire quatuor, meritum nempè infinitæ dignitatis, pretium infiniti valoris, efficaciam infinitæ actionis, hostiam denique & sacrificiū infinitè gratum, id est, gratum citra modū, & mēsuram. Quòd autē est infinitū, omnino excedit omnē finitarū rerū, quam videmus actionem, & modum. Cuius quidem præmissi tota probatio in hoc est, quòd Christus passus pro nobis erat filius Dei viui, consubstantialis, & coēternus Deo patri, ideoq; re vera, & essentialiter Deus. Quam vnā ob causam omnia quæ sunt Christi, etiā ea quæ conueniunt ei ratione humanitatis sortiūtur infinitatē quandam ex parte suppositi cuius sunt, quod est filius Dei, Deus de Deo. Hinc anima Christi quā dedit in redēptionē, sanguis etiā quem effudit in remissionē peccatorū habēt pretiū infiniti valoris, habēt efficaciam infiniti valoris & infinitæ actionis, nō vtiq; ea ratione quòd anima, aut sanguis in se, suisq; proprietatibus contineant vim, vel dignitatē aliquā infinitā, sed ratione personæ cuius sunt, hoc est, Christi, qui Deus & homo est ratione diuinitatis suæ excedens infinitis modis omnia, ratione humanitatis suæ factus est Dñs mundi, pater futuri sæculi, caput super omnē Ecclesiā, iudex viuorū, & mortuorū, habens in se per hypostaticā vnionem plenitudinem diuinitatis, vt etiam hinc liceat colligere ineffabilē, imo incomprehensibilem valoris dignitatē, vim quoque virtutis, qua potens est subijcere omnia corpori suo, quod tradidit pro nobis. Hinc & labor Christi, orationes eius, passiones eius, & obediētia meritū habent infinitæ æstimationis. Actiones enim, & passiones sortiuntur modū, siue mensuram meriti sui ex qualitate personæ cuius sunt. Eadem enim sufficientia laborum plus meretur nobilis, quàm ignobilis, quare in infinitum plus meretur is, qui est infinitæ dignitatis qualis est Christus, habens meritum passionum suarū, quia homo habens huius meriti infinitam æstimationem est homo Deus. Hinc denique hostia qua se obtulit in ara crucis in infinitum grata fuit, quia erat hostia filij Dei offerentis non fruges, non aurum, vel argentum, sed semetipsum sub atrocissimo tormento crucis ex summo amore, promptissimaque obedientia. Non quòd delectetur Deus sanguine, vel mactatione hircorum aut hominum, sed quia multum per omnia delectatur in affectu, & amore personę offerentis & oblatione cognoscentis omnia à Deo procedere, in ipsumque esse referenda iuxta illud: Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ita respexit ad Christum tanquā ad filium, in quo sibi benè complacuit, deinde ad hostiam, quam obtulit zelo amoris, pretiosissimaque habuit, nempè vitam, animam,

Caietanus.

Modus hic dicēdi deficiens.

Tertius modus explicandi verissimus.

sanguinemque cordis, & seipsum denique totum, quod omnibus holocaustomatibus maius est. Omnia enim quæ habet homo, debet pro anima sua, sed & pondus charitatis eleuat vniuersa. ¶ Quibus cõstitutis respondetur verum esse, quòd res quæ desijt esse non operatur secundum eam efficientiam, quam habet ex naturæ suæ proprietatibus, benè tamen secundum meritum, & valorem, quem reliquit in extimatione sui, sicut symbola amicitiæ, obsequia, seruitia, itẽ labores, passiones, discrimina, quæ quis præstat, aut subijt, siue vt placet animum offensi, siue vt impetret gratiam alioqui indebitam, operantur sanè per modũ meriti, & reconciliationis etiam postquã esse desierunt, imò non habent vim vllam meriti, nisi vbi fuerint consummata. Eodem modo corporalis afflictio Christi, & mors eius transierunt quidem secundum actum, manent tamen in conspectu Dei secundum meritum earum, manet & pretium, vtrumque infiniti valoris ob rationem supradictam. Eodem modo sacrificium illud cruentũ in ara crucis transijt olim, nec repetitur vnquam in ea qualitate, qua cruentum fuit, verum res oblata, hoc est, Christus manet in æternum, sempiternum habens sacerdotium, vnde & saluare in perpetuum, potest accedentes per seipsum ad Deũ, semper viuens ad interpellandum pro nobis. Hebræ. 7. Ad interpellandum pro nobis dico, sui olim pro nobis passi repræsentatione, non autem fusis ibi coram patre precibus, vt quidam opinantur. Dicunt enim prædicti autores, quòd sicut lixiuium, aut sapo vel herba fullonum mundat, & emaculat non ea qualitate quam vides, quia illius contactu magis polluit, sed virtute occulta, quam non vides, sic sanguis Christi abluit peccata non quidẽ sua qualitate naturali, sed virtute occulta, quæ inest ex merito, & dignitate Christi. Si quidẽ virtus diuina assistens, & vis meriti peracti in effusione sanguinis nunc eidem æternaliter inhærent, faciunt ablutionem præsentium, præcedentium, & subsequẽtium delictorum, omniumque quæ vnquàm committẽtur vsq; ad consummationem sæculi. Et licet iam sanguis Christi sit in cœlo, tamen virtus hæc, siue vis meriti extendit se ad omnem ætatem hominum, ad omnem partem mundi, omniaque tempora, & momenta vitæ tuæ, & meæ. Non spatio frustratur, non rebus intercipitur, neque vlla communicatione sui diminuitur, quia infinita est, nequaquam tamen facit actualem horum, vel illorum emaculationem absque contactu non vtique corporali, sed spirituali per fidem, aut fidei sacramentum. Itaq; sanguis Christi diluit peccata, quia

Solutio quæstionis.

Hebr. 7.

Christus hoc facit per sanguinem, facit autem per sanguinem non quomodò nos lauamus per aquam, aut lixiuium, sed ea ratione qua sanguinis effusione meruit nobis aquã quandam spiritalem fide transeuntem ad animam nostram, quæ est gratia Spiritus sancti, quam licet haurire de fontibus saluatoris iuxta modum loquendi Esaiæ. Et sicut sanguis Christi nec tunc quidem quando fundebatur, abluebat peccata vllius per contactum, aut qualitatem naturalem, ita nec modo; sed vt tunc, ita & nunc abluit peccata per gratiã Spiritus sancti transeuntem ad cor, vel fide, vel fidei sacramento. Quæ gratia eam ob causam in scripturis sacris nunc aquæ, nunc roris, nunc pluuiæ, nunc luci inuenitur comparata. Hæc ratio explicandi non videtur sufficere, nam tantum explicat quemadmodum actiones, & passiones Christi sint causæ meritoriæ nostræ iustificationis. ¶ Sed iam tempus est, vt nostram sententiam concludamus. Dico ergo, quòd quando agens principale per seipsum est coniunctum passo contactu physico nõ est opus, quòd instrumentum illius per seipsum contingat passum contactu physico, quoniã contactus instrumenti physicus requiritur, magis vt agens principale, quod principalius operatur coniungatur cum passo, & cum effectu, quàm vt ipsum instrumentum quod nõ principaliter operatur, coniungatur cum passo: quando autem ipsum agens, quod principaliter operatur iam coniunctum est cum passo, cessat ista ratio coniungendi illud cum passo. Cum ergo Deus sit intimè in vniuersis rebus non est opus, quòd instrumentum diuinum attingat passum contactu physico, sed satis est quòd virtus diuina, per quam instrumentum eleuatur sit intimè in ipso passo. Et propter hanc causam dici potest, quòd ipsum instrumentum contingit passum, non quidem contactu formali, sed virtuali. Quæ doctrina colligitur planè ex loco dudum citato, & est exemplum in natura. Anima enim sensitiua bruti per actum existentem in capite, in æstimatiua tantum subiectiuè mouet tanquam per instrumentum immediatum pedem ad ambulandum, quoniam ipsa anima quæ est principale agens est in pede. Hæc itaque solutio negat contactum esse necessarium ad rationem instrumenti, siue causæ naturalis, vel artificialis. Illud etiam est obseruandum, quòd quæcunque actio cuiuscunque naturæ, quæ conuenit ei ratione propriæ formæ, vt ablutio aquæ, prolatio verborum in sacramentis, aut in operibus miraculosis, vt illud: Sol ne mouearis, Lazare veni foras, etiam si sit actio immanens, siue exterior vt visio, auditio

Esaiæ. 12.

Autoris sententia.

auditio per quam nihil perducitur ad extra; siue interior vt intellectio, cogitatio; siue sit passio, vt vulneratio, lanceatio, sepultura, potest eleuari à Deo per absolutam potentiam, vt sit instrumentum ipsius ad effectum ipsius Dei, qui est principale agens, etiã si talis actio propria ipsi instrumento nihil prorsus agat erga passum ratione propriæ formæ, poteltque eleuari vt sit instrumẽtum ad rem corpoream distantem loco, & tempore, siue præsentem. Potest vtique Deus statuere, vt per visionem coloris producatur gratia in anima hominis absentis, & multo melius potest sua omnipotentia dare hãc efficaciam Christo, vt per eius visionem homines iustificarentur. Sufficiet etiam, vt talis actio, vel passio ratione propriæ formæ dicatur disponere per modum instrumenti, quòd præueniat actio illa eleuationẽ, qua eleuatur instrumentum à Deo ad actionem instrumentalem, & ad effectum Dei producendum. Sic enim veræ deprehenduntur rationes D. Tho. quòd non frustrà assumit ad operandum tale instrumentum, quandoquidem operatur ratione propriæ formæ. Itaque vt resurrectio Christi, & ascensio sint veræ causæ efficientes nostræ resurrectionis & ascẽsionis, non est necesse vt habeant contactum aliquem realem circa homines qui excitantur à mortuis, aut ascendunt in cœlum, sed sat fuerit, quòd habuerint contactum ad humanitatem Christi quo mediãte vniuersa natura humana virtute diuinitatis coniunctæ excitatur à mortuis, & ascendit in cœlum. Quod exponitur Ephes. 2. Conuiuificauit nos in Christo, consuscitauit, & cõsedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, id est, viuificando Christum, & excitando à mortuis nostram naturam viuificauit, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus. ¶ Sed ex hac ratione exponendi enascitur grauis dubitatio, quia ex ea sequitur quòd possit Deus vti creatura vt instrumento ad creandum. Nam si vera sunt quæ diximus, vt instrumentum operetur efficienter instrumentaliter, non est necesse quòd ponat aliquam actionem præuiam circa passum, in quo operatur, sed sat fuerit quòd ponat suam operationem in alio subiecto distincto, ergo creatura potest esse instrumẽtum creationis, quia iuxta documentũ D. Tho. creatura ideo non potest assumi vt instrumẽtum creationis, quia nõ potest ponere suam operationẽ præuiam circa nihilum. Cùm ergo hæc ratio non sit necessaria, vt iam probatũ est, poterit assumi, vt instrumentum creationis. Respondetur tamen, quòd creaturæ omnes habent inter se ordinem veluti fides in cythara, & ideo fieri potest, vt mota creatura vna, cæteræ virtute diuina moueantur, præcipuè illa quæ mouetur, & tangit sit caput allarum omnium. Nihil ergo impossibilitatis continet illa assertio, q resurrectio Christi, & ascensio in cœlum, & id quod circa corpus ipsius gestũ est tum in vita, tum in morte, atque post resurrectionem, sit causa nostræ resurrectionis, & ascensionis, licet resurrectio Christi, & eius ascẽsio nullum contactum circa alios homines resuscitandos habeat. Satis enim est, quòd habuerit contactum ad humanitatem Christi Domini. De creatione autem non est eadem ratio, quia creaturæ non habent ordinem ad id, quod nihil est, & ideo non possunt assumi, vt instrumentum creationis.

Soluuntur argumẽta.

Ad Eph. 2.

Argumẽtũ difficile.

Solutio.

QVAESTIO XLIX.

De Effectibus passionis Christi, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de ipsis effectibus passionis Christi. ¶ Et circa hoc quæruntur sex. ¶ Primò, vtrùm per passionẽ Christi simus liberati à peccato. ¶ Secundò, vtrùm per eam simus liberati à potestate diaboli. ¶ Tertiò, vtrùm per eam simus liberati à reatu pœnæ. ¶ Quartò, vtrùm per eam simus Deo reconciliati. ¶ Quintò, vtrùm per eam sit nobis aperta ianua cæli. ¶ Sextò, vtrùm per eam Christus adeptus sit exaltationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm per passionem Christi simus liberati à peccato.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd per passionem Christi non simus liberati à peccato. Liberare enim à peccato, est proprium Dei: secũdum illud Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Christus autẽ non est passus secundũ quod Deus, sed secũdum quod homo. Ergo per passionem Christi non sumus liberati à peccato. ¶ 2. Præterea, Corporale non agit in spirituale. Sed passio Christi est corporalis, peccatũ autem nõ est nisi in anima, quæ est spiritualis creatura. Ergo passio Christi nõ potuit nos emũdare à peccato. ¶ 3. Præterea, Nullus potest

270 3. di. 19. ar. 1.

liberari

liberari à peccato quod nondum commisit, sed quod in posterum est commissurus. Cùm igitur multa peccata post Christi passionem sint commissa, & tota die committãtur, videtur quòd per passionem Christi non simus liberati à peccato. ¶ 4. Præterea, Posita causa sufficienti, nihil aliud requiritur ad effectum inducendum. Requiruntur autem adhuc alia ad remissionẽ peccatorum, scilicet baptismus & pœnitentia. Ergo videtur quòd passio Christi non sit sufficiens causa remissionis peccatorum. ¶ 5. Præterea, Prouer. 10. dicitur, Vniuersa delicta operit charitas. & 15. dicitur, Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Sed multa sunt alia de quibus habemus fidem, & quæ sunt prouocatiua charitatis. ergo passio Christi non est propria causa remissionis peccatorum. ¶ Sed contra est, quod dicitur Apocaly. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Respondeo dicendum, quòd passio Christi est propria causa remissionis peccatorum tripliciter. Primò quidem, per modum prouocãtis ad charitatem; quia vt Apost. dicit Rom. 5. Commendat Deus suam charitatẽ in nobis, quoniam cùm adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Per charitatem autem consequimur veniam peccatorum, secundum illud Lucæ. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundò, passio Christi causat remissionem peccatorum per modum redemptionis: quia enim ipse est caput nostrum per passionem suam, quam ex charitate & obedientia sustinuit, liberauit nos tanquam membra sua à peccatis: quasi per pretium suæ passionis. Sicut si homo per aliquod opus meritorium, quod manu exerceret, redimeret se à peccato quod pedibus cõmisisset. Sicut enim naturale corpus est vnum ex membrorum diuersitate cõsistens, ita tota Ecclesia, quæ est mystícum corpus Christi, cõputatur quasi vna persona cum suo capite quod est Christus. Tertiò, per modum efficientiæ, in quantum caro secundùm quam Christus passionem sustinuit, est instrumentum diuinitatis, ex quo eius passiones & actiones operantur in virtute diuina ad expellendum peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet Christus non sit passus secundum quòd Deus, tamen caro eius est diuinitatis instrumentum. Et ex hoc passio eius habet quandam diuinam virtutem dimittendi peccata, vt dictum est. In corp. ar. ¶ Ad secundum dicendum, quòd passio Christi licet sit corporalis: sortitur tamen quandam spiritualem virtutem ex diuinitate, cuius caro ei vnita est vt instrumentum. Secundum quam quidem virtutem, passio Christi est causa remissionis peccatorum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus sua passione nos à peccatis liberauit causaliter, id est, instituens causam nostræ liberationis, ex qua possent quæcunque peccata quandocunque remitti, vel præterita, vel præsentia, vel futura. Sicut si medicus faciat medicinam, ex qua possint quicunque morbi sanari, etiam in futurum. ¶ Ad quartum dicendum, quòd quia passio Christi præcessit, vt causa quædam vniuersalis remissionis peccatorum (sicut dictum est*) necesse est quòd singulis adhibeatur ad deletionem propriorum peccatorum. Hoc autem fit per baptismum & pœnitentiam & alia sacramenta, quæ habent virtutẽ ex passione Christi, vt infrà patebit.* ¶ Ad quintum dicendum, quòd etiam per fidem applicatur nobis passio Christi ad percipiendum fructum ipsius: secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius. Fides autem per quam à peccato mundamur, non est fides informis: quæ potest esse etiã cùm peccato, sed est fides formata per charitatẽ. vt sic passio Christi nobis applicetur, nõ solũ

* q. 46. art. 4. & alijs.

* q. 62. art. 5.

quantum

quantum ad intellectum, sed etiam quantum ad effectum. Et per hunc etiã modum peccata dimittũtur ex virtute passionis Christi.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est affirmatiua, & patet ex illo Apocaly. 1. Dilexit nos, & lauit nos à pec
Apoc. 1. catis nostris in sanguine suo. Et quidem passio Christi est propria causa remissionis peccatorum tribus modis. Primò per modum prouocantis ad charitatem: quia cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus
Luc. 7. est. Per charitatem autem dimittuntur peccata, vt habetur Lucæ. 7. Secundò causat remissionem peccatorum per modum redemptionis: quia ipse est caput nostrum per passionem, cuius pretium liberauit nos membra sua cum tota Ecclesia, quæ est corpus mysticum Christi, & computatur quasi vna persona cum suo capite, quod est Christus. Tertiò per modum efficientiæ, in quantum caro, secundum quam Christus passus est, instrumentum est diuinitatis: vnde actiones, & passiones eius operantur in virtute diuina ad expellendum peccatum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumẽta contra conclusionem. DE quæstione huius articuli disputãt Doctores cum Magistro in. 3. distinct. 19. & Marsilius quæst. 12. multa de hac re disputat. Sed Durandus quæst. 1. distinctionis commemoratæ difficultatem huius rei exactiùs pertractat. Vt ergo veritas propositæ quæstionis accuratiùs exponatur, operæpretium erit in medium adducere ea, quæ contra conclusio-
Primũ arg. nem Diui Thomæ obijci solent. ¶ Primum omnium; passio Christi iam non est, sed transijt, sed id quod non est, non operatur, ergo
Secundum. passio Christi non potest remittere peccata hominum nunc viuentium. ¶ Deindè, sanguis Christi existit nunc cum Christo in cœlis, quomodò ergo potest remittere, & abluere peccata nostra nunc existentium in terris?
Tertium. ¶ Tertiò, omnis causa præcedit suum effectum, sed peccata antiquorum patrum præce dentium Christum, fuerunt ante passionem Christi, & multis antè diebus illis remissa, ergo per passionem Christi non fuerunt omnia
Quartum. peccata remissa. ¶ Demum, posita causa sufficienti nihil aliud requiritur ad effectum inducendum, sed post passionem Christi adhuc multa alia requiruntur, vt fiat peccatorum remissio, ergo passio Christi non fuit causa sufficiens remissionis peccatorũ. ¶ Hæc sunt, quæ solent obijci cõtra veritatem fidei, quam hic docet Diuus Thomas, quę breui sermone sunt à nobis dissoluenda. In primis tamen statuendum est pro certo, quòd per passionem Christi simus ab omni peccato liberati. Id quod ex diuinis litteris in superiore quæstione multis in locis est demonstratum. ¶ Hic sufficiat duas, vel tres scripturas diuinas in huius rei confirmationem in medium adducere. Prima est ad Colossen. 2. Viuificauit nos in illo donans nobis omnia delicta. Secunda est Apocaly. 1. dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Tertia est, primæ Ioan. 2. ipse est propitiatio pro peccatis nostris non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Itaque de veritate conclusionis non potest esse dubium, est enim catholica, & irrefragabilis. Sed de modo quo per passionem Christi sumus à peccato liberati est magna dissensio inter Theologos, nã ferè vniuersi non inueniunt alium modum, quo Christus liberauerit nos, nisi meritoriè. Contra quos dimicauimus in superiori quæstione articulo vltimo, & probauimus efficaciter quemadmodum passio Christi non solum causauerit nostram salutem per modum meriti, sed etiam per modum efficientiæ, & ideo hac disputatione in illum locum relegata, & statuto pro certo quod passio Christi operata sit nostram salutem & causauerit remissionem peccatorum, tum per modum meriti, tum per modum efficientiæ, oportet hic animaduertere, quòd liberare à culpa, vel delere culpam contingit bifariam, formaliter, & effectiuè: sicut tenebras delet lumen formaliter, & Sol efficienter. Oportebit ergo in præsentia explicare diligenter per quid formaliter deleatur peccatum, & per quid efficienter. Eam rem explicat in primis eleganter Concilium Tridentinum Sessione 6. ferè per totam. Sed videamus primum, quomodo in huius rei expositione procedat Durandus in. 3. distinct. 19. quæstione. 1. qui diligentissimè inter omnes scholasticos de hac re videtur esse loquutus. Communis, inquit, doctrina est, quòd peccatum deletur formaliter per gratiam, cuius ratio est, quia priuatio in vniuersum deletur formaliter per habitum oppositum, sicut tenebra per lumen, sed gratia opponitur peccato mortali, sicut habitus priuationi, ergo peccatum mortale deletur formaliter per gratiam. Sed hæc sententia non placet Durando in loco præ-notato, & impugnat eam hisce argumentis, volens probare, quòd gratia, & peccatum mortale directè, & per se non opponantur sicut habitus, & priuatio. Tum nam habitus, & priuatio respiciunt idem subiectum immediatum, sed gratia, & culpa saltem actualis

Ex scripturis probatur conclusio articuli.

Per quid deleatur peccatũ efficienter per quid formaliter explicatur. Durandus.

actualis mortalis non respiciunt idem subiectum immediatum, gratia enim habet pro immediato subiecto essentiam animæ secundum doctrinam D. Tho. culpa autem actualis mortalis habet pro immediato subiecto actũ voluntatis, ergo non se habent per se, & directè vt habitus, & priuatio. Tunc sic, priuatio primæ perfectionis habet rationem pœnę, nõ culpæ, vt planè constat, sed priuatio gratiæ est priuatio primæ perfectionis, ergo talis priuatio non est culpa, sed pœna, ergo peccatũ mortale non est priuatio gratiæ. Tertiò, priuatio, & habitus contradicunt sibi circa proprium subiectum, ita vt necesse sit alterum eorum inesse subiecto, sed non est necesse gratiam, vel culpam inesse nobis, nam si homo esset cõditus in puris naturalibus non haberet gratiam, neque culpam, ergo gratia, & culpa non opponuntur vt habitus, & priuatio. Vltimò, vni habitui secundum speciem non opponitur nisi vna priuatio secundum speciem, quia ratio priuationis sumitur ex habitu, sed gratia gratum faciens est vnus habitus secundum speciem, peccata autem mortalia sunt plura, & specie differentia, ergo non omne peccatum mortale opponitur gratiæ sicut priuatio habitui, & cum non sit maior ratio de vno peccato mortali, quàm de altero, consequens est quòd peccatum mortale non opponatur gratiæ sicut priuatio habitui. ¶ His argumẽtis veluti re confecta procedit Durandus ad rei explicationem dicens, quòd in culpa mortali tria sunt consideranda, inordinatio actus saltem quantum ad peccatum commissionis, & macula quæ est carentia gratiæ, quæ ea ratione dicitur macula animæ, qua gratia dicitur eius pulchritudo, dicitur etiam offensa, quia gratia solum est ad amicum obidque substractio gratiæ dicitur offensa quasi substractio amicitiæ. Tertiò, est ibi considerare reatum, qui nihil aliud est quam obligatio ad pœnam. In peccato originali non inuenitur primum istorum, quia peccatum originale in actu nostro non consistit, nihilominus tamen inuenitur secundum, & tertium, scilicet carentia gratiæ, & debitum pœnæ damni. In peccato autem veniali inuenitur primũ, scilicet actus deordinatio, inuenitur etiam tertium, videlicet, obligatio ad pœnam temporalem, sed non inuenitur secundum, siquidem peccatum veniale stat simul cum gratia. Hæc Durandus clarissimè sicut solet omnia. Addit præterea, quòd cum loquimur de remissione peccati quoad culpam per gratiam, non loquimur de remissione peccati venialis quia cum eo stat gratia, nec peccati originalis, quia in eo non est culpa, prout nunc loquimur de culpa, scilicet, quæ est inordinatio actus. Loquimur itaque de remissione actualis mortalis. His fundamentis superædificat iste autor suam sententiam dicens, quòd culpæ acceptæ pro deordinatione actus opponitur formaliter ordinatio actus, tunc ergo dicimus culpam dimissam, & deletam formaliter quando voluntas deordinata prius per malam complacentiam, ordinatur, vt ita dixerim, & in ordinem reducitur per bonam displicentiam, quod fit in contritione, & quia talem contritionem, seu displicentiam concomitatur gratia ideo culpa dicitur deleri formaliter per gratiam, non per se directè, sed concomitanter. ¶ Hæc Durandus, quæ profecto omninò à veritate aliena non sunt, sed vt verum fatear, non ex omni parte veritati consentanea sunt, melius enim, & verius distinxisset, quòd peccatum mortale potest considerari vt actus, vt offensa, vt inimicitia, vt macula. Si consideretur vt actus inordinatus opponitur ei, vt probè dicit Durandus actus ordinatus pœnitentiæ, verum vt est offensa, macula, & inimicitia, directè & formaliter opponitur gratiæ, & sic formaliter, & directè remittitur per gratiam. Inimicitia enim directè tollitur per amicitiam, offensa per gratiam, macula per pulchritudinem, de qua re diximus plura in materia de gratia, & statim dicemus nonnulla ex Concilio Tridentino Sessione. 6. vbi sacrum Concilium numerans causas formales nostræ iustificationis non numerat pœnitentiam, sed gratiam, & charitatem quæ in cordibus nostris infunduntur, & inhærent. Ex his patet per quid deleatur formaliter culpa. Vt verò exponat Durandus per quid deleatur effectiuè, admonet aduertendum esse, quòd causa efficiens remissionis peccatorum est triplex, vna principalis, & perficiens, quæ introducit principalem effectum ex virtute propria. Alia disponens materiam. Tertia instrumentalis. Causa principalis delens culpam est solus Deus, quia ipse solus est, qui infundit gratiam, vt iam expositum est, & ipse solus mouet principaliter voluntatem, vt benè ei displiceat, quod malè prius placuerat. Verum passio Christi & est veluti causa disponens ad remissionem culpæ. Quod patet, quia illud disponit hominem ad deletionem culpæ, & receptionem gratiæ, quod natum est inclinare voluntatẽ ad dilectionẽ Dei, & detestationẽ peccati, sed passio Christi est huiusmodi, quia Christus ex maxima charitate pro nobis passus est, propter quod tenemur eum diligere & ab offensis cõtra Deũ admissis discedere, liberauit enim nos à debito mortis æternæ

Opinio Durandi non omnino probatur.

ratione

ratione cuius peccatum est maximè odibile. Si autem loquamur de causa instrumentaria sic sacramenta maximè baptismus, & pœnitentia, quæ sunt instituta ad iustificandum hominem sunt causa remissionis peccatorum.

Durandus explodit

Hactenus Durandus, & profectò, vt verum fatear, multum diminutè, & tenuiter explicauit, quemadmodum Christus Dominus per passionem suam fuerit causa efficiens remissionis peccatorum, longè melius, & doctius D. Tho. in articulo commemorat tres modos, propter quos Christus verè dicatur causa efficiés remissionis peccatorum. Inter quos ille modus, quo liberauit nos à peccato per modum efficientię maximè pertinet ad dignitatem, & autoritatem Christi. In cuius rei explicationem multa attulimus digna scitu, vel ego fallor, in superiori quæstione.

Causæ remissionis peccatorũ ex Cõcilio Tridẽtino.

¶ Sed vt Theologus ante oculos habeat omnes causas nostræ iustificationis, & remissionis peccatorum non erit ab re eas hic commemoralle ex Concilio Tridentino Sessione. 6. capitulo. 7. cuius verba hæc sunt: Dispositionem, seu præparationem ad iustificationem iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum. Vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus, vt sit hæres secundum spem vitæ æternæ. Huius iustificationis causæ sunt, finalis quidem, gloria Dei, & Christi, ac vita æterna: efficiens verò misericors Deus, qui gratuitò abluit, & sanctificat, signans, & vngens spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ: meritoria autem, dilectissimus vnigenitus suus, Dominus noster Iesus Christus, qui cum essemus inimici propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis Deo patri satisfecit: instrumentalis item, sacramentum baptismi, quod est sacramentum fidei, sine qua nulli vnquam contigit iustificatio: demum vnica formalis causa est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet ab eo donati, renouamur spiritu mentis nostræ, & non modò reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus, iustitiam in nobis recipientes vnusquisque suam secũdum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiuscunque dispositionem, & cooperationem.

Ad argumẽtu.

¶ Sed iam ad argumenta in principio posita

Ad primũ.

respondeamus. Ad primum argumentum dicendum est in primis, quòd passio Christi est instrumentum diuinæ virtutis, & diuina virtus potest vti instrumẽto quocunque ad effectum producendum ad quamcunque distantiam loci, & temporis, prout à nobis expositum est fusissimè in quęstione præcedenti articulo vltimo. Recolite ea, quæ ibi dicta sunt. Secunda solutio huius argumenti est, quòd Christus sua passione nos à peccatis liberauit causaliter, id est, instituens causam nostræ liberationis, ex qua possent, quæcunque peccata quandocunque remitti vel præterita, vel præsentia, vel futura, sicut si medicus faciat medicinam, ex qua possint quicunque morbi sanari etiam in futurum. Communis solutio Doctorum ad istud argumentum est, quòd illud quod desijt esse non operatur secũdum eam efficientiam, quam habet ex naturæ suæ proprietatibus, operatur tamen secundum meritum, & valorem, quæ reliquit in æstimatione sui. Vnde corporalis afflictio Christi, & mors eius transierunt quidem secundum actum, manet tamen in conspectu Dei meritum eorũm, manet & pretium vtrumque infiniti valoris. Vera quidem est solutio, sed non explicat omnes rationes propter quas passio Christi causauerit remissionem peccatorum.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundum argumentum eædem solutiones adhibendæ sunt, & sapienter applicandæ.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertium argumentum respondetur, quòd peccata patrum præcedentium passionem Christi fuerũt remissa virtute passionis Christi, non quidem exhibitæ, sed creditæ, & hac ratione propter passionem Christi ab æterno præuisam, & determinatam dicitur Christus agnus occisus ab origine mundi, dataque est remissio peccatorum Patribus ante Christum sic, quòd tunc temporis nemo est iustificatus sine merito passionis Christi, & redemptione quæ est in sanguine illius. Et cum dicitur, quòd ómnis causa debet præcedere suum effectum, vera est sententia de causa efficienti, materiali, & formali, cæterũm de causa finali, qualis fuit Christus Patribus antiquis, satis est quòd sit prior in intentione, & desiderio, & sic Patres omnes antiqui per fidem, spem, & charitatẽ in Christum futurum, salutem sunt consequuti. Vel dicatur, quòd Patribus antiquis data est gratia remissionis peccatorum propter merita Christi præuisa, & hæc præuisio prior fuit quàm peccatorum remissio.

Ad quartũ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd passio Christi fuit vniuersalis causa remissionis peccatorũ, quam oportet applicare, & adiungere ad singulos vt in eis sortiatur suum effectum, quæ applicato fit per fidem, spem, & charitatem, & sacramentorum susceptionem, propter quod talia superuacanea non sunt.

ARTI-

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm per paſsionem Chriſti ſimus liberati à poteſtate diaboli.

271 2.di.19.articu.2 & 3. di.19 ar.2. & verit.q. 29.ar.7. ad 9. & opuſc. 60.ca.18. co.8. & He. 2.le.4.c.1.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd per paſsionem Chriſti non ſimus liberati à poteſtate diaboli. Ille enim nō habet poteſtatem ſuper aliquos, in quibus nihil ſine permiſsione alterius facere poteſt. Sed diabolus nunquam potuit aliquid in nocumentum hominū facere, niſi ex permiſsione diuina: ſicut patet Iob 1. & 2. quòd poteſtate diuinitus accepta, eum primo in rebus, & poſtea in corpore læſit. Et ſimiliter Matth. 8. dicitur, quòd dæmones niſi Chriſto concedente, non potuerunt in porcos intrare. Ergo diabolus nunquam habuit in hominibus poteſtatē. Et ita per paſsionē Chriſti nō ſumus liberati à poteſtate diaboli. ¶ 2. Præterea, Diabolus poteſtatem ſuam in homines exercet tentando, & corporaliter vexando. Sed hęc adhuc in hominibus operatur poſt Chriſti paſsionē. Ergo nō ſumus per paſsionem Chriſti ab eius poteſtate liberati. ¶ 3. Præterea, Virtus paſsionis Chriſti in perpetuum durat (ſecundum illud Hebræ. 10. Vna oblatione conſummauit ſanctificatos in ſempiternum) ſimiliter etiā vbique extenditur. Sed liberatio à poteſtate diaboli, nec eſt vbique (quia in multis partibus mūdi adhuc ſunt idololatræ) nec etiam erit ſemper: quia tēpore Antichriſti maximè ſuam poteſtatem exercebit diabolus in hominum nocumentum: de quo dicitur 2. ad Theſ. 2. quòd eius aduentus erit ſecundum operationem Satanæ in omni virtute, & ſignis & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis. Ergo videtur, q̄ paſsio Chriſti non ſit cauſa liberationis humani generis à poteſtate diaboli.

¶ Sed contra eſt, quod Dominus dicit Ioan. 12. imminēte paſsione, Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. & ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Eſt autem exaltatus à terra per crucis paſsionē. Ergo per eam diabolus eſt à poteſtate hominum eiectus.

Reſpondeo dicendum, quòd circa poteſtatē, quam diabolus in homines exercebat ante Chriſti paſsionem, tria ſunt conſideranda. Primum quidem ex parte hominis, qui ſuo peccato meruit, vt in poteſtatem traderetur diaboli, per cuius tentationem fuerat ſuperatus. Aliud autem eſt ex parte Dei, quem homo peccādo offenderat, qui per ſuā iuſtitiam hominem reliquerat poteſtati diaboli. Tertium eſt ex parte ipſius diaboli, qui ſua nequiſsima voluntate hominem à conſecutione ſalutis impediebat. Quantum ergo ad primum, homo eſt à poteſtate diaboli liberatus per paſsionem Chriſti, in quantum paſsio Chriſti eſt cauſa remiſsionis peccatorū. Quantum autem ad ſecundum dicendum, quòd paſsio Chriſti nos à poteſtate diaboli liberauit, in quātum nos Deo reconciliauit, vt infrà dicetur. Quantū verò ad tertium, paſsio Chriſti nos à diabolo liberauit, in quantum in paſsione Chriſti exceſsit modum poteſtatis ſibi traditæ à Deo, machinando in mortem Chriſti, qui non habebat meritum mortis, cùm eſſet abſque peccato. Vnde Auguſt*. dicit in 13. de Tri. Iuſtitia Chriſti victus eſt diabolus, quia cùm in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen: & vtique iuſtum eſt, vt debitores, quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem ſine vllo debito occidit.

art 3. huius quæſt.

li. 13. c. 14: non lōgè à fin. tom. 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd non dicitur ſic diabolus in homines poteſtatem habuiſſe, quaſi poſſet eis nocere, Deo non permittente. Sed quia iuſtè permittebatur nocere hominibus, quos tentando, ad ſuum conſenſum perduxerat. ¶ Ad ſecundum dicendū, quòd diabolus etiam nunc poteſt quidē Deo permittente homines tentare, quātum ad animam, & vexare quantum ad corpus. Sed tamen præparatum eſt homini

remedium

remedium ex passione Christi, quo se potest tueri contra hostis impugnationes, ne deducatur in interitum mortis æternæ. Et quicunque ante passionẽ Christi diabolo resistebant, per fidem passionis Christi hoc facere poterant, licet passione Christi nondum peracta. Quantum autem ad aliquid nullus poterat diaboli manus euadere : vt scilicet non descenderet in infernum à quo post passionem Christi, se possunt homines eius virtute tueri. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus permittit diabolo posse decipere homines in certis personis, temporibus & locis, secundum occultam rationem iudiciorum suorum. Semper tamen per passionem Christi, est paratum hominibus remedium se tuendi contra nequitias dæmonum, etiam tempore Antichristi. Sed si aliqui hoc remedio vti negligant, nil deperit efficaciæ passionis Christi.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Ioan. 12. CONclusio est affirmatiua, & patet ex illo quod dicit Dominus Ioan. 12. imminente passione. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum; est autem exaltatus à terra per crucis passionem, ergo per eam diabolus à potestate hominum est deiectus. Idem patet ex hoc discursu. Nam diabolus ex tribus habebat potestatem circa homines, tum quoniam eos tentando superauerat, tum quoniam Deus offensus per suam iustitiam reliquerat hominem potestati diaboli, tum tertiò quoniam diabolus ex sua nequissima voluntate illum impediebat à consequutione salutis. Quantum ad primum, homo liberatus est à potestate diaboli, prout passio Christi est causa remissionis peccatorum. Quantum ad secundum, liberauit homines prout reconciliauit nos Deo. Quantum ad tertium, passio Christi nos à potestate diaboli liberauit, prout ipse diabolus machinando in mortem Christi, qui non habebat meritum mortis, cum esset sine peccato. Excessit modum potestatis sibi traditæ à Deo. Vn-

D. August. de August. 13. de Trini. Iustitia Christi victus est diabolus; quia cum nihil in eo morte dignũ inueniret, occidit eum, & sic iustũ fuit, vt debitores, quos tenebat, liberi dimitterẽtur.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Explicatur quomodo Christus liberauerit nos à potestate diaboli & in contrarium arguitur. Secundum.

NOn videtur facilè ad explicandum, quomodo Christus per passionem suam à potestate diaboli nos liberauerit. Nam diabolus potestatem suam in homines exercet tentando, & corporaliter vexando, sed hæc adhuc in hominibus operatur post Christi passionem, ergo non sumus per passionem Christi ab eius potestate liberati. ¶ Deindè, quomodo stat hæc liberatio à potestate diaboli facta per Christum cum tanta libertate, ac potestate diaboli in mundo apparente, regnat enim in terra plusquam Christus, adeò creuit secta Mahometi, Lutheranorum hæresis, & Christianorũ iniquitas. ¶ Tertiò, diabolus tempore Antichristi maximè suam potestatem exercebit in hominum nocumentum, de quo dicitur 2. ad Thes. 2. quòd eius aduentus erit secundum operationem sathanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. ¶ Præterea, si Christus Dñs tanquam fortis bellator, victor, triumphator, & apud Esaiam velox spoliorum detractor è faucibus diaboli verè dicitur, & est, qua ratione dici poterit, quòd nos precioso sanguine suo mercatus fuerit, præliari enim, vincere, prædari, spoliare, cum emptionis, & vẽditionis commercio pugnare videtur. ¶ Ad hæc, si Christus tanquam fortis pugnator diabolum vicit, qua ratione ipse Christus dicitur victima, hostia, sacrificium, & propitiatio pro peccatis nostris? Modus enim placandi Deum iratum per sacrificia spontanea, non videtur conuenire præliandi, & vincendi modo, qui fit cum tumultu, & strage violenta. Hæc sunt argumenta contra conclusionem D. Thom. ¶ Sed & illud obijci tur contra processum D. Thom. in articulo, quomodo sit verum, quòd diabolus machinando in mortem Christi excesit modum potestatis sibi traditæ à Deo, cum diabolus non potuisset inferre Christo per ministeriũ Iudæorum, Pilati, & suorum passionem, aut mortem, nisi Deo potestatem dante, vt patet in tentatione Iob. Et certè multò minus potuisset in Christum, quàm in Iob. Hoc ipsum cõfirmatur, quia cum semper diabolus iniq; vtatur potestate sibi data, aut semper ex parte sua excedit modum potestatis, aut nunquam quia nunquam facit plus, quàm sibi permitta tur facere. ¶ His nó obstantibus veritas catholica est, quam hic affirmat D. Thom. & probat efficaciter ex diuinis literis, & rationibus Theologicis. Certè de hac liberatione loquitur Dominus cum inquit. Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Et ad Colos. c. 2. de hac victoria Paulus magnificè loquens sic

Tertium. 2. Thes. 2. Quartum. Quintum. Sextum. confir. Coloss. 2.

scribit. Et spolians principatus, & potestates traduxit confidenter palàm triumphans illos in semetipso. Sensus germanus istius sententiæ est. Christus Dominus dæmones exutos sua potestate, & nudatos imperio ostentauit, atspectandos omnibus proposuit more triũphatorũ, cõfidenter palàm, id est, cũ magna confidentia, triũphans illos, id est, de illis triũphum ducens, siue illos in triumpho circunducens, in semetipso, id est, fretus semetipso, virtute solius sanguinis sui. Ecce graphicè descriptum triumphum Christi de dæmonibus. ¶ Sed veniamus ad solutionẽ argumentorũ, nam veritas satis confirmata est, & in confutatione argumentorum euidentius patebit. Ad argum. Ad primũ. primum dicendum, quòd dæmon etiam nũc temporis potest quidem Deo permittente homines tentare quantum ad animam, & vexare quantum ad corpus, sed tamen præparatum est homini remediũ ex passione Christi, quo se potest tueri contra hostis impugnationes, ne deducatur in interitum mortis æternæ, & quicunq; ante passionem Christi diabolo resistebant, per fidẽ passionis Christi hoc facere poterant, licet passione Christi nondũ peracta; quantum autẽ ad aliquid nullus poterat diaboli manus euadere, vt scilicet non descẽderet in infernum à quo post passionẽ Chri- Ad secũdũ. sti se possunt homines eius virtute tueri. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd Deus permittit diabolo posse decipere homines in certis personis, temporibus, & locis secundum occultam rationem iudiciorũ suorum, semper tamẽ per passionem Christi est paratum hominibus remedium se tuendi cõtra nequitias dæmonum etiam tempore Antichristi, sed si aliqui hoc remedio vti negligunt, nihil deperit efficaciæ passionis Christi. Ex his patet cõfutatio tertij argumẽti. Ad tertium Ad quartũ. ¶ Ad quartum argumentũ respõdetur, quòd Christus simul fuit mercator, & bellator: mercator autem quia emit nos nõ à diabolo, sed à Deo patre, dum suo sanguine acquisiuit nos non à diabolo, sed à Dei patris ira, & ex potestate diaboli cupientis insatiabili rabie torquere, & detinere nos: bellator verò non contra Deum patrem, sed contra diabolum, dum confundens ipsum destruxit opera illius, scilicet mortem, & peccatum, quæ diabolus desiderabat esse perpetua. Diabolus suis se armis sensit victum, dum comperit sese hoc ipso electum, superatum, & condemnatum, quo putabat se fore victorem, experitur enim crucem, & mortem Christi, quam putabat exilium, & ignominiam, esse mortis destructionem, mundi vitam & gloriam. Diabolus qui zelum, inquit Ambrosius, passus est contra Saluatorem videns eum docere homines, quomodo sibi Deum facerent propicium, abrenunciantes peccato, suasit occidi illum, nescius aduersus se fore mortem Christi, qui descendens ad inferos, quia peccatum nesciebat, à morte teneri non potuit, quam in suis membris destruxit. Diabolus itaque futurorum nescius dum quod pro se facere putabat, contra se fecit, facti sui pœnitentia torquetur, & iusta ratione victus dicitur. ¶ Ad quintum argumentum patet responsio ex præcedenti solutione, nam Christus dicitur sacrificium, quia voluntariè se obtulit patri, dicitur bellator, atque triumphator, quia diabolum expugnando vicit, modus autem placandi Deum iratum per voluntarium sacrificium stat cum modo pugnandi, atque vincendi diabolum. ¶ Ad obiectionẽ illam, qua impugnatur processus D. Thom. dicendum est, quòd non est hic sermo de potestate diaboli absolutè, de qua procedit obiectio, sed de potestate illa, quam diuina iustitia ob peccata humana diabolo super hominem reliquerat. Homo enim suo peccato meruit, vt in potestatem traderetur diaboli, Deusque per suam iustitiam hominem reliquerat potestati diaboli. Et certum est, quòd infrà huius potestatis latitudinem non cadit actio aliqua contra Iesum Christum, qui omnino expers erat demeriti illius, quo homines sub diabolica erant relicti potestate. Excesit ergo diabolus, vt minister diuinæ iustitiæ limites potestatis suæ, dum contra Christum processit, quamuis non excesserit vires potestatis sibi permissæ simpliciter, & absolutè. Vnde licet semper inique vtatur sua potestate, quia ex iniqua voluntate exequitur iustitiam, non vt iustitiam exequatur, sed vt impleat malam voluntatem, incitando tamen, & procurando contra Christi vitam corpoream singulari modo excesit, nam contra alios diuinæ sententiæ opus iustum ex demerito patientium, originali saltem peccato, exercebat, quamuis inique; contra Christum autem nulla erat ratio sæuiendi, in quo nullum erat demeritum. Hæc satis erant pro argumentorum confutatione. Sed operæpretium est euidentiùs, & fusiùs declarare, quomodo à potestate diaboli simus eruti per Christi passionem, & mortem. Certè diabolus per lapsum humani generis triplicem acquisiuit potestatem super hominem. Vnam regnandi super vniuersum hominem, trahendique illum ex morte huius vitæ in mortem sempiternam. Hanc potestatem abstulit Christus à suis electis, ita in hac vita liberans illos

De triplici potestate diaboli, à qua per Christũ liberati sumus.

illos,vt quamuis sentiant inuiti impugnationes,seu tentationes diaboli,tamen non prorsus consentiunt agnoscentes iã delicias carnis huius mũdi esse rationali animę virus mortiferum. Alteram acquisiuit potestatem detinendo vniuersum genus humanum,etiam semen iustorum per gratiam Christi liberatũ extra regnũ cælorũ,& trahendi secũ ad claustra inferorũ, donec veniret Christus,qui aperiret ostiũ cæli. Hanc etiã potestatem iã prorsus à suis electis abstulit per mortem suã, descendens ad inferos,claustra inferni penetrãs,suos captiuos redimens. Vnde non potest homine vllum iustũ in hac vita plenè purgatum, iã morientem trahere secum in tartarum. Vltra huiuscemodi geminas potestates acquisiuit post Adæ peccatum tertiam potestatem,quę est quodã speciali modo impugnandi,atq; tẽtandi hominẽ, quandiu viuit in hoc mundo, secundum quam potest ad interiora hominis accedere,& per carnem pulsare, vt auertatur mens à Deo conditore suo. Hæc antequam virtus Christi venientis in hunc mundũ innotuisset gentibus,erat latior, maior,fortior, &super humanum genus magis generalis. Et secundũ hanc sententiã interpretandum est, quod Ioannes Apostolus ait Apoca.20. Vidi angelum descendentem de cælo,id est, Christum,habentem clauem abysi, & catenam magnam,id est,virtutem insuperabilẽ, in manu sua,& tenuit draconem illum,serpentẽ antiquum qui cognominatus est diabolus, aut sathanas,& alligauit eum mille annis, & misit illum in abyssum in gregem porcorum, sese in mare precipitantium,id est,in corda reproborũ,& clausit,& signauit super eum, vt non seduceret iam gentes,per misericordiã Christi ex vniuerso mundo electos,donec finiantur mille anni. Post hæc oportet eũ solui brevi tẽpore. Alligatio hæc diaboli in mille annos,est impedimentũ fortitudinis,seu roboris in potestate eius,quia videlicet nõ permittitur exercere totam tentationem, quam potest,vel vi,vel dolo,ad seducendas gentes, id est,ecclesiam iam credentium in mille annis, id est, toto tempore ad nouissimum Christi vsque aduentum. Quod si permitteretur diabolus in tam longo tempore, & in tanta hominum credentium infirmitate, plures fideles deijceret, & ne crederent impediret. Quod ne faceret,alligatus est,hoc est, priori potestate priuatus, & missus in abyssum,vsque ad mille annos, id est, ad tempus futuri aduentus Christi,tunc autem soluetur. Nam iuxta Danielis vaticinium,tribus annis,& mẽsibus sex,totis suis,suorumque viribus sæuiturus est per Antichristum, & alios ecclesiæ persequutores. Verum tunc tales erunt fideles,cum quibus ei bellum gerendũ erit,quòd etiam vinci tanto eius impetu,& insidijs non poterunt, sed tam parentes pro baptizandis paruulis,quàm hi qui tunc primum sunt credituri, erunt ad credendum quod non credebant, firmiores, & ad vincendum etiam diabolum, tunc non sic ligatum,fortiores. Victoria per Christũ

Sed & illud aduertendũ est,quod eijcit Christus inimicum diabolum foras, non vtique statim extra mundum, sed extra cor tuum, meum,& aliorum quos iustificat, relinquens illum adhuc in aëre circa,& circum tentem quidem prædæ, attamen impotentem deprædari nostras Christianorum animas,baculo crucis adeò confracta virtute eius, ita quoque viribus nostris gratia Spiritus sancti consolidatis, armatura insuper Dei adeò circumunitis,vt non possit vincere nos,quantumcunq; circũeat tanquã Leo rugiens, nisi per vnum nostræ volũtatis cõsensum. An nõ probè superatus,ac victus pro te, qui non potest,neq; vincere te,neq; incõmodare tibi,nisi tu tua ipsius voluntate velis? Veruntamen, quoniam ille habet mille nocẽdi artes, mille modos trahẽdi in cõsensum,nunc per illecebras carnis,nunc per mũdi deceptionẽ, nunc per notos,& ignotos,per amicos,& inimicos homines,ideo oportet nos vigiles esse, & sobrios secundum monitionẽ Petri. Oportet & vndiq; circũmunire nos armis Dei, secundũ adhortationẽ Pauli ad Ephes.6. Tandẽ autẽ proijcietur ipse diabolus cum omni satellitio dæmonum, malorumq; hominũ penitus foras extra omnem ditionem electorũ Dei cũ pronũciabit Christus terribilẽ illã sententiã. Ite maledicti in ignem æternũ, qui præparatus est diabolo,& angelis eius,vt sint in æternum,& glorificaturi sanctorũ fœlicitatem,& deploraturi suã ipsorũ infœlicitatem gemitibus inenarrabilibus,prout est videre Sapiẽ.5. Igitur non statim fit, quod statim futurum post mortem suam prædicebat Christus inquiens. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Cœptum est id quidem fieri statim à Christo passo,& perficitur indesinẽter,sed ordine quodã. Nã primo eijcitur foras extra animas iustificatas,deinde deijcitur,ac depellitur quotidiè à conatibꝰ suis, per armaturã Dei,si mul & diligentiam nostrã. Tertiò,lõgissimè abigitur ab animis sanctorũ, cũ trãsferuntur ad sinum non quidem Abrahæ, vt olim, sed fœlicitatis æternæ. Nouissimè autem per iudicium extremum proijcietur totus foras extra omnes terminos regionis viuorum, iuxta illud Dauidis. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur.

Apo.20.

Ephes.6.

Sap.5.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm per paßionem Chriſti homines ſint liberati à pœna peccati.

272 Inf.qõ.52. ar.5.cor.& q.86.art.4. ad 3. Et 3. di.19.ar.3. & verit.q. 29.art.7.ad 9.

AD tertium ſic proceditur. Videtur,quòd per paſsionem Chriſti non ſint homines liberati à pœna peccati. Præcipua enim pœna peccati eſt æterna damnatio. Sed illi qui damnati erant in inferno pro ſuis peccatis, non ſunt per Chriſti paſsionem liberati:quia in inferno nulla eſt redẽptio. Ergo videtur,quòd paſsio Chriſti non liberauit homines à pœna peccati.

¶ 2. Prætereà, Illis qui ſunt liberati à reatu pœnæ,non eſt aliqua pœna iniungenda. Sed pœnitentibus iniungitur pœna ſatisfactoria.Nõ ergo per paſsionẽ Chriſti ſunt homines liberati à reatu pœnæ. ¶ 3. Prætereà, Mors eſt pœna peccati: ſecundum illud Rom.6.Stipendium peccati mors. Sed adhuc poſt paſsionem Chriſti homines moriuntur,ergo per paſsionem Chriſti nõ ſunt homines liberati à reatu pœnæ.

¶ Sed cõtra eſt,quod dicitur Iſa.53. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.

¶ Reſpondeo dicendum,quòd per paſsionem Chriſti liberati ſumus à reatu pœnæ dupliciter. Vno modo directè, in quantum ſcilicet paſsio Chriſti fuit ſufficiens & ſuperabundans ſatisfactio pro peccatis totius humani generis. Exhibita autem ſatisfactione ſufficienti,tollitur reatus pœnæ. Alio modo indirectè, in quantum ſcilicet paſsio Chriſti eſt cauſa remiſsionis peccati,in quo fundatur reatus pœnæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd paſsio Chriſti ſortitur effectum ſuum in illis, quibus applicatur per fidem & charitatem, & per fidei ſacramenta. Et ideo damnati in inferno, qui prædicto modo paſsioni Chriſti non coniunguntur,effectum eius percipere non poſſunt. ¶ Ad ſecundum dicendum,quòd (ſicut ſuprà dictum eſt*) ad hoc, quòd conſequamur effectum paſsionis Chriſti, oportet nos ei configurari. Configuramur autem ei in baptiſmo ſacramentaliter: ſecundum illud Roman. 6. Conſepulti ſumus ei per baptiſmum in mortem. Vnde baptizatis nulla pœna ſatisfactoria imponitur:quia ſunt totaliter liberati per ſatisfactionem Chriſti. Quia verò Chriſtus ſemel tantùm pro peccatisnoſtris mortuus eſt (vt dicitur 1. Pet.3.) ideo non poteſt homo ſecundariò cõfigurari morti Chriſti per ſacramentum baptiſmi. Vnde oportet, quòd illi qui poſt baptiſmum peccant, configurentur Chriſto patienti,per aliquid pœnalitatis vel paſsionis, quam in ſeipſis ſuſtineant: quæ tamen multò minor ſufficit,quàm eſſet condigna peccato, cooperante ſatisfactione Chriſti. art.1.huius q.in cor.& ad 4.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſatisfactio Chriſti habet effectum in nobis, in quantum incorporamur ei, vt membra ſuo capiti: ſicut ſuprà dictum eſt*. Membra autem oportet capiti conformari. Et ideo ſicut Chriſtus primò quidem habuit gratiam in anima cum paſsibilitate corporis, & per paſsionem ad gloriam immortalitatis peruenit, ita & nos qui ſumus membra eius, per paſsionem ipſius liberamur quidem à reatu cuiuſlibet pœnæ: ita tamen, quòd primò recipimus in anima ſpiritum adoptionis filiorum, quo aſcribimur ad hæreditatem gloriæ immortalis, adhuc corpus paſsibile & mortale habentes. Poſtmodum verò configurati paſsionibus & morti Chriſti, in gloriam immortalem perducimur: ſecundum illud Apoſtoli Roman. octauo. Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur. art.1.huius quæſt.

SVMMA TEXTVS.

CONcluſio eſt. Per paſsionem Chriſti liberati ſumus à reatu pœnæ,idq; probat D.Tho.ex illo Eſa.53. Verè lãguores noſtros ipſe Concluſio. Eſa.53.

ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Deinde probat, nã passio Christi liberat nos à reatu pœnæ duobus modis. Vno modo directè, in quãtum passio Christi fuit sufficiés, & superabundans satisfactio pro peccatis humani generis. Alio modo etiã indirectè, prout passio Christi est causa remissionis peccati, in quo fundatur reatus pœnæ: applicatur enim nobis per fidem, & charitatem, & per fidei sacramenta, per quæ incorporamur ei, vt membra suo capiti. Vnde sicut Christus primò habuit gratiam in anima cũ passibilitate corporis, & per passionem ad gloriã immortalitatis peruenit, ita & nos, qui sumus membra eius per passionem eius liberamur à reatu pœnæ: ita tamen, quòd primò recipimus in anima spiritum adoptionis filiorum, quo ascribimur ad hæreditatem gloriæ immortalis, adhuc passibile corpus habentes. Postmodum verò configurati passioni, & morti Christi, in gloriam immortalem perducimur.

EXPOSITIO ARTICVLI.

OPortet in hoc articulo interrogare, vtve ritas eluceſcat, quomodo per passionẽ Christi ab omni reatu peccati, & ab omni dãnatione simus liberati, cum moriamur etiam nos Christiani, patiamur quoque ærumnas, & calamitates, & quem nostrum non premunt durissima seruitute mala mundi, corpus aggrauans animam, formido damnationis æternæ? Nonne carne seruimus legi peccati etiam si nolimus; Quomodo ergo ab omnibus incommodis peccatorum per Christi mortem sumus liberati, & eruti? Sed huius interrogationis expositio hæc est. Liberat quidem nos Christus per passionem suã ab omni peccati incommodo, sed ordine quodam. Est enim liberatio incipiens, est liberatio proficiens, est & consummata victoria. Omnis autem liberatio, & victoria est per Christum Dominum, sic tamen vt ab imperfecto paulatim proficiat ad sui consummationem quam consequetur, cum tradiderit Christus regnum Deo, & patri, & euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem, vt habetur primæ Corinth. 15. Certè per Christum liberamur ab omni morte, dicit enim Esaias. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum. Vnde sicut Deus per gratiam Spiritus sancti est vita animæ, sic diuisio intra Deum, & animam per peccatum, mors est eiusdem. Ab hac morte sic liberauit nos Christus, nam merito suæ passionis dissoluit mediam hanc maceriam peccati reddens hic propitium Deum, sic propensum in nos, vt dignetur ipse inhabitare in nobis, iuxta illud. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, sicque coniunxit animam cum Deo per fidem, spem, charitatem, vt vnus spiritus efficiatur cum eo. Quod autem per Christum liberemur etiam à morte corporali, optimè demonstrat Paulus primæ Corinth. 15. Transtulit igitur Christus nos de morte ad vitam, primò secundum animam, quod quoniam præcipuum est, vnde omnis alia liberatio à morte dependet, ideo simpliciter pronunciat Ioannes Apostolus, 1. Ioannis. 3. dicens. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Sed & de corporis morte scriptura luce clarius loquitur, dicens. Qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Item, si quis sermonem meum seruauerit, non morietur in æternum, morietur vtique corpore, sed non morietur morte durante in æternum. Quod clare insinuatur Ioannis 6. Qui manducat, inquit Christus, meam carnem, & bibit meũ sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Quasi diceret, licet ad tempus moriatur secundum corpus, tamen non semper manebit in illa morte, sed ego resuscitabo illum, & sicut nemo triumphat de morte animæ per Christum, nisi qui in eam per peccatum fuit prolapsus, sic nemo triumphat de morte corporis, nisi postquam gustata est, & prostrata. Venit enim Iesus quærere, & saluum facere quod perierat, venit & instaurare omnia, quæ in cælis, & quæ in terris sunt: instaurare dico, non creare de nouo. Venit igitur viuificare eos, qui mortui erant secundum animam, viuificare insuper eos, qui mortui sunt secundum carnem, quod est transferre de morte ad vitam, non autem venit præseruare mortales, ne moriantur, quia nec seipsum præseruauit. Effecit itaque Christus sua passione, vt mors corporis, quæ sua natura est æterna Christianis non sit æterna, sed tantummodo temporanea. Effecit rursus, vt resurgant corpora nostra ex mortuis multo cum fœnore, & gloria magnifica, dicente Apostolo ad Philippen. 3. Qui reformauit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem, qua etiam possit subijcere sibi omnia. Liberamur quoque à morte æterna per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, cuius solius sanguine inscribuntur libro vitæ quotquot salui fiunt per ipsum. Itaque ordine quodam liberamur ab omni morte per Christum, primum à morte animæ, deinde à morte corporis, atque ita de morte prima. Mors enim prima est, qua moritur homo

Libertas per Christũ ab omni reatu pœnæ ordine quodã procedit.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Ioan. 3.

Ioan. 6.

Philip. 3.

vsque ad iudicium extremum, nouissimè autem de morte secunda, cum mortale hoc induerit immortalitatem. Nam tũc fiet sermo, qui scriptus est. Absorpta est mors in victoriam. ¶ Sed deinceps exponamus, quomodo à Christo liberati simus ab omni peccato, sed paulatim, & ordine quodam. Nam in primis tollitur peccatum mortale ab anima credente, & amante Christum, deinde debilitatur peccatum habitans in carne, videlicet, fomes, siue lex membrorum, adeò vt licet sit ibi, non tamen regnet. Peccatum enim, inquit Apostolus ad Roman. 6. non dominabitur vobis, quia non estis sub lege, sed sub gratia. Nam & Paulo tertio rogante pro liberatione à stimulis carnis, dictum est illi: sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Sed & alia peccata venialia, quæ citra mortem animæ admittuntur, atque ita omne peccatum originale, mortale, venia le, denique & carnale illud habitans perpetuò in anima destruetur penitus, quando resurget homo in vitam immortalem, & gloriosam. Ad eundem modum sumus liberati per Christum ab omni seruitute peccati, primum enim liberat Christus animam à peccati seruitute, vt possit seruire Deo liberè, & vtiliter in iustitia, & sanctitate coram ipso omnibus diebus, vt habetur Lucæ primo. Deinde liberat & carnem nostram mediante pædagogia spiritus, ne seruiat voluptatibus, & spurcicijs. Quod si interim relinquit nos Christus seruire miseram quandam seruitutem sub stimulis carnis, & infinitis ærũnis mundi huius, facit hoc, vt in isto exercitio per suam gratiam habeamus lucrum vitæ, & inęstimabilem meritorum thesaurum, sicut optimè exponit Apostolus secundæ Corinth. 4. dicens. Propter quod non deficimus, sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in prę-senti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur; Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna. Tandem liberabit carnem nostram ab omni penitus seruitute, cum mortale hoc induerit immortalitatem. Sed & illud animaduersione dignum est, quod ad victoriam Christi explicandam potissimum pertinet, liberabit vtique nos Christus Dominus ab omni inferno, sed ordine quodam. Nam primum statim à passione sua abstulit totum limbum patrum, simul ac semel veluti morsum vnum de inferno, iuxta illud. Ero morsus tuus ô inferne, secum ducens ad regnum patris totam illam captiuitatem patrum, quæ erat in limbo; deinde à purgatorio quotidie spolia detrahit transmittendo indesinenter animas purgatas ad gloriam patris; præterea, inferni damnatorum fauces sic conclusit, vt vltrà deglutire non possit animas vllas Christi sanguine purgatas à peccatis. Tandem per iudicium finale proiecturus est totum infernum cum morte in stagnum ignis, vt habetur Apocalyp. 20. Quod si dicat Theologus, quid est, quòd Christus non sanauit totum hominem simul & semel, cur non statim liberauit nos per gratiam suam à miserijs, & ærumnis huius vitæ, & à cupiditatibus carnis, quæ militant aduersus spiritum, responsum habemus in promptu. Id namque fecit Christus multis ex causis, prima, quia per gratiam Christi in vita præsenti homo efficitur Christi membrum: quare conueniens est, vt id agatur in membro incorporato, quod actum est in capite. Christus autem à principio suæ conceptionis fuit plenus gratia, & veritate: habuit tamen corpus passibile, & mortale, quod post mortem, & passionem ad vitam gloriosam resurrexit. Vnde Christianus in iustificatione gratiam consequitur, quantum ad animam, habet tamen corpus passibile, vt pro Christo pati possit, sed tandem ad impassibilem vitam resuscitabit. Secundò, hoc fuit conueniens propter spirituale exercitium, vt pugnans homo contra concupiscentiam, & alias passibilitates, victoriæ coronam acciperet, cuius figura est Iudi. 3. Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, &c. Tertiò, hoc fuit conueniens, ne homines ad Christum accederent propter impassibilitatem præsentis vitæ, & non propter gloriam vitæ æternæ: diminuitur tamen concupiscentia, vt non dominetur, nec ab ipsa iustificatus inuitus superetur. Quartò, conueniens fuit, vt sicut natura procedit de imperfecto ad perfectum, ita & gratia primum est semen, deinde gramen, tertiò seges, tandem panis ad vsum commodus. Similiter in generatione hominis primum fœtus humanus, deinde infans, postea puer, exinde adolescens, denique vir perfectus: sic in regeneratione spirituali sunt veluti quædam initia futuræ fœlicitatis per meritum Christi nobis concessa, quæ deinceps tempore, nostraque diligentia paulatim crescunt in operis consummationem.

Rom. 6.

Luc. 1.

2. Cor. 4.

Apoc. 20.

Iudi. 3.

ARTI-

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm per passionem Christi simus Deo reconciliati.

273 Suprà q. 49 ar. 4. cor. & 3. di. 19. art. 5. qõ. 1. & opus. 60. c. 18. 60. 8.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd per passionem Christi non simus Deo reconciliati. Reconciliatio enim non habet locum inter amicos. Sed Deus semper dilexit nos: secundum illud Sapien. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Ergo passio Christi non reconciliauit nos Deo. ¶ 2. Præterea, Non potest idem esse principium & effectus: vnde gratia, quæ est principium merendi, non cadit sub merito. Sed dilectio Dei est principium passionis Christi: secundum illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Non ergo videtur, quòd per passionem Christi simus reconciliati Deo, ita quòd de nouo nos amare inciperet. ¶ 3. Præterea, Passio Christi impleta est per homines Christum occidentes, qui ex hoc grauiter Deum offenderunt: Ergo passio Christi est magis causa indignationis, quàm reconciliationis Dei. ¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit Romanorum. 6. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.

¶ Respondeo dicendum, quòd passio Christi est causa reconciliationis nostræ ad Deum dupliciter. Vno modo, in quantum remouit peccatum per quod homines constituuntur inimici Dei: secundum illud Sapien. 14. Similiter odio sunt Deo impius & impietas eius, & in Psalm. 6. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Alio modo in quantum est sacrificium Deo acceptissimum: est enim hoc propriè sacrificij effectus, vt per ipsum placetur Deus. Sicut cùm homo offensam in se commissam remittit propter aliquod obsequium acceptum, quod ei exhibetur. Vnde dicitur 1. Reg. vigesimosexto. Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium. Et similiter tantum bonum fuit, quòd Christus voluntariè passus est, quòd propter hoc bonum in natura humana inuentum, Deus placatus est super omni offensa generis humani, quantum ad eos, qui Christo passo coniunguntur secundum modum præmissum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Deus diligit omnes homines, quantum ad naturam, quam ipse fecit: sed odit omnes quantum ad culpam, quam contra eum homines committunt: secundum illud Eccl. 12. Altissimus odio habet peccatores. ¶ Ad secundum dicendum, quòd passio Christi non dicitur quantum ad hoc Deo nos reconciliasse, quòd de nouo nos amare inciperet: cùm scriptum sit Hieremiæ trigesimoprimo. In charitate perpetua dilexi te. Sed quia per passionem Christi, sublata est odij causa, tum per ablutionem peccati, tum per recompensationem acceptabilioris boni. ¶ Ad tertium dicendũ, quòd sicut occisores Christi homines fuerunt, ita & Christus occisus. Maior autem fuit charitas Christi patientis, quã iniquitas occisorũ. Et ideo passio Christi magis valuit ad reconciliandũ Deũ toti humano generi, quàm ad prouocandum ad iram.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmans, & probatur ex illo quod dicitur Roman. 6. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Idem confirmatur manifesta ratione. Nam passio Christi est causa nostræ reconciliationis ad Deum, vno modo redimendo nos à peccato, per quod eramus inimici, alio modo prout fuit Deo sacrificium acceptissimum, ita vt per ipsum Deus placatus sit super omni offensa generis humani quantum ad eos, qui Christo coniunguntur. Conclusio Rom. 6.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Quomodo Christus dominus fuerit causa quod Deus nos amet.

APparet profecto, quòd Christus Dominus per suam passionem cum Deo patre nos non reconciliauerit. Nam quòd simus Deo reconciliati per mortem Christi significat plane, & aperte, quod Christus fuerit causa, quòd Deus nos amauerit, at hoc impossibile omnino videtur, nã actus amoris, & dilectionis in Deo, & quicquid est in Deo, est ipse Deus, ergo non habet causam, & ex consequenti, Christus non fuit causa, quòd Deus nos amauerit. Vt hæc obiectio repellatur scire oportet reconciliationem, qua sumus Deo per mortem filij eius reconciliati, non sic, vt

Auguſt. etiam inquit Augustinus, accipiendam esse, quasi filius ideo nos Deo reconciliauerit, vt iam Deus inciperet amare nos, quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, vt deinceps sint amici, & inuicem diligant, qui oderant: sed sic accipiendam esse, vt iam nos reconciliati simus ei ab æterno diligenti nos, cum quo nos propter peccatum inimicitias habebamus, ille verò charitate erga nos habebat, etiam cum inimicitias aduersus eum operaremur. Ille semper dilexit nos, & tamen ei verissimè dictum est Odisti omnes, qui operãtur iniquitatem. Proinde & miro, atque diuino quodam modo nos diligebat etiam quando nos oderat, odiens iniquitatem in nobis, diligens tamen nos ad gratiæ suæ beneficium largiendum propter Christi meritum. Sed vt argumentum propositum in principio euidentius confutetur, dicat Theologus Christum Dominum per suam mortem fuisse causam, vt reconciliati simus Deo, & vt Deus nos amet, & diligat, in Christo nãque, & per Christum elegit nos ante mundi constitutionem, sed vt hæc vera sint, non est necesse, quòd Christus Dominus per suam mortem fuerit causa dilectionis, aut actus amãdi, qui in Deo existit, sed satis est, quòd Christus fuerit causa, propter quam Deus conferat nobis gratiam, & amicitiam, cæteraque munera, quæ suis electis concedere solet. Hæc est doctrina D. Thom. 1.p.q.23.artic.5. cum quæritur, inquit, an detur causa diuinæ prædestinationis, aut voluntatis, nullus est tam insanæ mentis, qui dicat merita Christi Domini, aut cuiuscũque alterius creaturæ esse causam diuinæ voluntatis ex parte actus volendi. Nam actus volendi in Deo Deus est, vnde nullam potest habere causam, sed potest assignari ratio ex parte volitorum in quantum Deus vult esse aliquid propter aliud, & sic Deus voluit condere mundum propter hominem, & ad nostrum propositum confirmandum Deus amat nos, & elegit nos propter Christum, vult enim vnum propter aliud. Ex hoc tamen non est consequens, quod Christus fuerit causa actus volendi, qui est in Deo. Eandem doctrinam habet Diuus Thomas 1.p.q. 19.articulo.5. Vidi ego quendam hominem doctissimum dicentem, quod licet Christus Dominus per passionem suam nõ fuerit causa actus volendi, qui est in Deo absolutè, & simpliciter, fuit tamen causa eiusdem actus, vt terminatur ad homines, quos diligit propter Christum. Dicebat insuper Christum Dominum non solum meruisse nobis gratiam creatam, quæ animis nostris infunditur, sed etiam increatam, cuiusmodi est ille actus amãdi, qui in Deo ab æterno existit. Sed vt verũ fatear hæc sententia visa est mihi plusquam falsa, & hominis non intelligentis, in quo sensu Christus dicatur fuisse causa nostræ reconciliationis cum Deo, & prædestinationis omnium hominum. Certè non est sensus, quòd causauerit actum volendi, aut prædestinandi, qui est in Deo, nam hic actus cum sit ipsemet Deus incausabilis est, alioqui aliquid causatum ab alio esset in Deo, quod asserere à Catholica doctrina videtur alienum. Sensus ergo prædictarum propositionum verus, & Catholicus iam à nobis demonstratus est. De qua etiam re videndus est D. Thom. hic in solutione secundi.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm Christus suâ passione aperuerit nobis ianuam cæli.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd Christus sua passione non aperuit nobis ianuam cæli. Dicitur enim Prouerb.11. Seminanti iustitia, merces fidelis. Sed merces iustitiæ est introitus regni cælestis. Ergo videtur, quòd sancti Patres qui operati sunt opera iustitiæ, fide consecuti essent introitum regni cælestis etiam absque Christi passione. Non ergo passio Christi est causa apertionis ianuæ regni cælestis. ¶ 2. Præterea, Ante passionem Christi Helias raptus est in cælum: vt dicitur 4.Regum.2. Sed effectus non præcedit causam. Ergo videtur, quòd apertio ianuæ cælestis non sit effectus passionis Christi. ¶ 3. Præterea, Sicut legitur Matthæi. 3. Christo baptizato aperti sunt ei cæli. Sed baptismus præcessit

274 3.dist.18. ar.6.q.2. & 3. & dist. 19.art.3. & 4.di 4.q.1. ar.2.q.6.& veri.q.29. art.7.ad 9.

sit passionem . Ergo apertio cæli non est effectus passionis Christi. ¶ 4. Præterea , Mich. 2. dicitur , Ascendit pandens iter ante eos. Sed nihil aliud videtur esse pandere iter cæli , quàm eius ianuam aperire . Ergo videtur, quòd ianua cæli sit nobis aperta, non per passionem Christi, sed per ascensionem eius. ¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit Hebræo. 10. Habemus fiduciam in introitu Sanctorum, scilicet cælestium , in sanguine Christi.

¶ Respondeo dicendum , quòd clausio ianuæ est obstaculum quoddam prohibens homines ab ingressu. Prohibebantur autem homines ab ingressu regni cælestis propter peccatum, quia sicut dicitur Isa. 35. via illa sancta vocabitur, & non transibit per eam pollutus. Est autem duplex peccatum impediens ab ingressu regni cælestis. Vnum quidem commune totius humanæ naturæ , quod est peccatum primi parentis,& per hoc peccatũ præcludebatur homini aditus regni cælestis. Vnde legitur Gen. 3. quod post peccatum primi parentis, collocauit Deus cherubim,& flammeum gladium atq; versatilem,ad custodiendam viam ligni vitæ. Aliud autem est peccatum speciale vniuscuiusque personę,quod per proprium actum committitur vniuscuiusque hominis. Per passionem autẽ Christi liberati sumus,non solùm à peccato communi totius humanę naturę, & quantum ad culpam , & quantũ ad reatum pœnæ , ipso soluente pretium pro nobis,sed etiam à peccatis proprijs singulorum,qui communicãt eius passioni per fidem & charitatem & fidei sacramenta. Et ideo per passionẽ Christi aperta est nobis ianua regni cælestis. Et hoc est quòd Apostolus dicit Heb. 9 quòd Christus assistens pontifex futurorum bonorum , per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Et hoc figuratur Numeri 35. vbi dicitur,quòd homicida manebit ibi , scilicet in ciuitate refugij, donec Sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est , moriatur, quo mortuo poterit in domum suam redire.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sancti Patres operando opera iustitię,meruerunt introitum regni cælestis per fidem passionis Christi (secundum illud Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam) per quam etiam vnusquisque à peccato purgabatur , quantum pertinet ad emundationem propriæ personæ. Nõ tamen alicuius fides vel iustitia,sufficiebat ad remouendum impedimentum, quod erat per reatum totius humanæ creaturæ : quod quidem remotum est pretio sanguinis Christi . Et ideo ante passionem Christi nullus intrare poterat regnum cæleste, adipiscẽdo scilicet beatitudinem æternam, quæ consistit in plena Dei fruitione. ¶ Ad secundũ dicendum,quòd Helias subleuatus est in cælum aëreum: non autem in cælum empyreum , qui est locus Sanctorum. Et similiter etiam Enoch raptus est ad Paradisum terrestrem : vbi cum Helia simul creditur viuere vsque ad aduentum Antichristi. ¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est*) Christo baptizato aperti sunt cæli, non propter ipsum Christum , cui semper cælum patuit. sed ad significandum , quòd cælum aperitur baptizatis baptismo Christi, qui habet efficaciam ex passione ipsius. ¶ Ad quartum dicendum , quòd Christus sua passione meruit nobis introitum regni cælestis , & impedimentum remouit. Sed per suam ascensionem nos quasi in possessionem regni cælestis introduxit. Et ideo dicitur quòd ascẽdit pandens iter ante eos.

* q. 39. art. 5.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmans , & patet ex illo Heb. 10. Habemus fiduciam in introitũ Conclusio. Heb. 10.

ſanctorum,ſcilicet cæleſtiũ in ſanguine Chriſti.Idem patet ex ratione Theologica, nam tollere peccata, quo ad culpam, & pœnam, eſt aperire ianuam regni cælorum; per ipſam autem paſsionem non ſolum liberati ſumus à peccato communi totius humanæ naturæ, ſed etiam à peccatis proprijs ſingulorum, qui communicant eius paſsioni per fidem, charitatem,& fidei ſacramenta.Quod figura
Num.35. batur Numer.35. vbi dicitur, quòd homicida manebit in ciuitate refugij, donec ſacerdos maghus,qui oleo ſancto vnctus eſt, moriatur, quo mortuo poterit in domum ſuam
Heb.9. redire.Et Apoſtolus ad Hebr.9. Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorũ per proprium ſanguinem introiuit in ſancta æterna redemptione inuenta.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo non ſunt admodum difficiles dubitandi rationes,illa tamen eſt prima. Vtrùm,ſi virgo beatiſsima mortua fuiſſet ante Chriſti paſsionem ſtatim euolaſſet in cælum, pateretque illi ianua regni cælorum? Ratio quæſtionis eſt, nam beatiſsima Virgo erat in gratia,& non habuit peccatum originale, vt pia quorundam Theologorum opinio præfefert,ergo ſtatim euolaſſet in cælum. Secunda dubitatio eſt, quid eſt, quòd hîc docet Diuus Thomas per paſsionem Chriſti apertam fuiſſe ianuam regni cælorum , cum in alijs locis ſuæ doctrinæ minimè paucis aſſerat per baptiſmum ianuam regni cælorum nobis eſſe apertam. Vt iſtæ dubitationes exponantur,tria ex diuina Theologia ſunt obſeruanda. Primum eſt, quòd clauſio regni cælorum eſt priuatio diuinæ fruitionis poſt hanc vitam, orta, & cauſata ex peccato,& propterea aperire cælum, nihil aliud eſt prorſus,quàm auferre peccatum, quo ad culpam, & quo ad pœnam. Sublato ſi quidem ſic peccato , exploratum eſt, quòd tollitur fruitionis diuinæ priuatio vt pœna peccati, ac per hoc ſimpliciter tollitur , quia non niſi vt pœna priuationem illam diuina benignitas retinebat . Secundò obſeruandum eſt, quòd Chriſtus ſua paſsione liberauit membra ſua ab omni culpa, & ab omni pœna, quoniam vt Apoſtolus ſcribit: abundantius eſt Chriſti donum , quam fuerit Adæ damnum , ſed vt experientia teſtatur, & ex dictis in præcedentibus articulis liquidum eſt, liberatio iſta paulatim , & ordine quodam in exequutionem mandatur configurando nos ipſi Chriſto. Quo fit, vt Chriſtus liberauerit nos ab omni pœna peccati tam originalis,quam actualis,ſed ordine quodam, & media configuratione ad Chriſtum conſequimur immunitatem à culpa,& pœna totaliter . Tertiò aduertendum eſt,quòd quia primus homo peccauit , non ſolum vt ſingularis perſona,ſed etiam vt principium humanæ naturæ, ideo peccatum originale erat dupliciter mundandum, & ex parte,qua ſingularum eſt perſonarum,& ex parte,qua totius humanæ naturæ ſeminaliter ab Adam deſcendentis . Et quo ad perſonalia quidem olim per circũciſionem, vel aliquod ſacrificium , & nunc per baptiſmum purgatur humanum genus ab originali peccato. Ad ſecundum autem nec circunciſio olim, nec baptiſmus poſtea ſuffecit,vt patet de baptizatis baptiſmo Chriſti mortuis ante Chriſti paſsionem. Nullus enim illorum liber fuit à pœna clauſuræ regni cælorum.Hęc enim pœna,ſicut & mors corporalis ex peccato originali vt naturæ eſt,conſequuta eſt, & ad vtrãque abolendam paſsio Chriſti fuit neceſſaria quamuis diuerſimodè ab hac, & illa nos eripuerit : quoniam à ſpirituali pœna priuationis diuinæ fruitionis,ſic nos liberauit, quòd ſtatim exhibuit effectum. Et inde eſt, quod modo baptizati,ſi moriuntur, ſtatim, beati ſunt : beneficium ſi quidem hoc, eſt baptiſmi non ſimpliciter,ſed ratione ſtatus,quo ſicut licet Chriſti paſsio conſummata eſt. Et quia baptiſmus ad hoc inſtitutus eſt,vt eſſet ſacramentum in tali ſtatu,quamuis inchoatiuè parum ante cœperit,ideo baptiſmo attribuitur aperire cæleſtem ianuam, quod præfiguratum eſt, cum Chriſto baptizato cæli aperti ſunt.Sed immortalitatis beneficium non ſtatim exhibuit,quanuis tunc fecerit,cum mortem noſtram moriendo deſtruxit: ſed media conformitate noſtra ad ipſum morientem, immortalitatem longè excellentiorem illa, quæ fuit in ſtatu innocentiæ,nobis exhibebit in tempore reſurrectionis : cum hoc etiam, quod in capite noſtro , ipſo ſcilicet Chriſto homine,iam immortalitatem corporis conſequuti ſumus per ipſius paſsionem . His conſtitutis ad primum argumentum dicendũeſt, eſſe certiſsimum ianuã regni cælorũ ſemper fuiſſe clauſam vſque ad mortem Chriſti, vnde ſi beatiſsima Virgo ante hoc tempus mortua fuiſſet , illuc ſtatim non aſcendiſſet, & dicere oppoſitũ eſſet temerariũ, & erroneũ. Quanquã enim beata Virgo non contraxerit peccatum originale,vt eſt in opinione multorum,deſcendit tamen ab Adam per actiuam generationem,in quo,& per quem contraxit debitũ moriendi, debitum quoque non intrandi in regnũ cælorũ,donec per Chriſti paſſionem

Quid ſit clauſio & apertio regni cælorũ.

Aliter baptiſmo, aliter paſsioni Chriſti tribuitur apertio ianuæ regni cælorum.

Beatiſsima Virgo ſi ante paſsionẽ chri mortua fuiſſet, non ſtatim in cælũ aſcendiſſet.

sionem eius ianua reserata esset. ¶ Ad secundum argumentum ex dictis patet, quid dicendum sit, & ideo ad alium articulum progrediamur.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm Christus per suam passionem meruerit exaltari.

275 3. dist. 18. ar. 4. q. 3. AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd Christus per suam passionem non meruerit exaltari. Sicut enim cognitio veritatis est proprium Deo, ita & sublimitas: secundum illud Psal. 112. Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius. Sed Christus, secundum quod homo, habuit cognitionem omnis veritatis, non ex aliquo merito præcedente, sed ex ipsa vnione Dei & hominis: secũdum illud Ioan. 1. Vidimus gloriã eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenũ gratiæ & veritatis. Ergo neque exaltationem habuit ex merito passionis, sed ex sola vnione. ¶ 2. Præterea, Christus meruit sibi à primo instanti suæ cõceptionis, vt suprà habitum est*, non autẽ maior charitas fuit in eo tempore passionis, quàm ante. Cùm ergo charitas sit merendi principium, videtur, quòd non magis meruerit per passionem, suam exaltationem, quàm antè.

q. 19. art. 4. & qõ. 34. art. 4.

¶ 3. Præterea, Gloria corporis resultat ex gloria animæ, vt Augu*. dicit in Epistola ad Dioscorum. Sed Christus per passionem suam non meruit exaltationem quantum ad gloriam animæ, quia anima eius fuit beata à primo instãti suæ conceptionis. Ergo neque etiam per passionem meruit exaltationem, quantum ad gloriam corporis. ¶ Sed contra est, quod dicitur Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum.

Epi. 56. ante med. to. 2.

¶ Respondeo dicendum, quòd meritum importat quandam æqualitatem iustitiæ: vnde & Apostolus dicit Roman. 4. quod ei, qui operatur, merces imputatur secundum debitum. Cùm autem aliquis ex sua iniusta voluntate sibi attribuit plus, quàm sibi debeatur, iustum est, vt diminuatur etiam quantum ad id quod sibi debebatur: sicut cùm furatur quis vnam ouem, reddet quatuor, vt dicitur Exod. 22. Et hoc dicitur mereri, in quãtum per hoc punitur eius iniqua voluntas. Ita etiam cùm aliquis sibi ex iusta voluntate subtrahit quod debebat habere, meretur vt sibi amplius superaddatur, quasi mercesiustæ voluntatis. Et inde est, quòd sicut dicitur Luc. 14. Qui se humiliat, exaltabitur. Christus autẽ in sua passione seipsum humiliauit infra suam dignitatem, quãtum ad quatuor. Primò quidem, quantũ ad passionẽ & mortẽ, cuius debitor nõ erat. Secundò, quantum ad locum: quia corpus eius positum est in sepulchro, & anima in inferno. Tertiò, quantũ ad confusionẽ & opprobria, quæ sustinuit. Quartò, quãtum ad hoc, quòd est traditus humanæ potestati, secundũ quod ipse dicit Pilato Ioan. 19. Non haberes in me potestatem, nisi datum tibi esset desuper. Et ideo per suam passionem meruit exaltationem quãtum ad quatuor. Primò quidem, quantum ad resurrectionem glorioſam: vnde dicitur in Psal. 138. Tu cognouisti sessionem meam, id est, humilitatẽ meę passionis, & resurrectionem meam. Secundò, quantum ad ascensionem in cę lum: vnde dicitur Ephes. 4. Descendit primùm in inferiores partes terræ: qui autem descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos. Tertiò, quantum ad consessum paternæ dexteræ, & manifestationem diuinitatis ipsius: secundũ illud Isa. 52. Exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde: sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius. Et Phili. 2. dicitur. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen;

men: vt scilicet ab omnibus nominetur Deus,& omnes ei reuerentiam exhibeant sicut Deo.Et hoc est quod subditur. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur,cælestium,terrestrium,& infernorum. Quartò, quantum ad iudiciariam potestatem: dicitur enim Iob 36. Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd principium merendi est ex parte animæ, corpus autem est instrumentum meritorij actus. Et ideo perfectio animæ Christi, quæ fuit merendi principium, non debuit in eo acquiri per meritum, sicut pefectio corporis, quod fuit passionis subiectum, & per hoc fuit ipsius meriti instrumentum. ¶ Ad secundum dicendum, quòd per priora merita Christus meruit exaltationem ex parte ipsius animæ, cuius voluntas charitate & alijs virtutibus informabatur. Sed in passione meruit suam exaltationem per modũ cuiusdam recompensationis, etiam ex parte corporis: iustum est enim, vt corpus quod fuerat ex charitate passionis subiectum, acciperet recompensationem in gloria. ¶ Ad tertium dicendum, quòd dispensatione quadam factum est in Christo, vt gloria animæ ante passionem non redundaret ad corpus, ad hoc quòd gloriam corporis honorabilius obtineret, quando eam per passionem meruisset. Gloriã autem animæ differri non conueniebat, quia anima immediatè vniebatur Verbo,vnde decens erat, vt gloria repleretur ab ipso Verbo: sed corpus vniebatur Verbo, mediante anima.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio: Phil.2. CONclusio est affirmatiua, persuadetur, quę ex illo ad Philip.2. Factus est obediens vsque ad mortem,mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum. Certè Christus meruit per suam passionem exaltari, quia humiliauit semetipsum infra suam dignitatem quantum ad quatuor. Primò,quantum ad passionem,& mortem, cuius non erat debitor. Secundò, quantum ad locum,quia corpus fuit positum in sepulchro,& anima in inferno. Tertiò,quantum ad confusionem,& opprobria quæ sustinuit. Quartò, quantum ad hoc, quòd est traditus humanæ potestati, id est, Pilato. Vnde quantum ad quatuor est exaltatus. Primò, quantum ad glorioſam resurrectionem. Secundò, quantum ad ascensionem in cælum. Tertiò,quantum ad manifestationem diuinitatis ipsius,& consessum dexteræ. Quartò, quantum ad iudiciariam potestatem.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVemadmodum Christus per passionẽ suam meruerit exaltari, non est necesse in præsentia edisseri à nobis. Nam de hac re diximus copiosissimè suprà cum de merito Christi ageremus. Hoc in loco solum libet commemorasse illam sententiam Diui Pauli ad Philip.2.factus est obediens vsque ad mortem,mortem autem crucis,propter quod & Deus exaltauit illum. Dictio illa, propter, significat Christi humilitatem, & obedientiam tantæ fuisse existimationis, & tanti meriti apud patrem, vt propter eam ipsum exaltauerit, & euexerit in summam sublimitatem. Sic doctores omnes, tam Græci, quam Latini interpretantur. Quod est animaduertendum propter Caluinum, qui noue interpretatur dictiones,propter quod, vt nimirum consequentiam significent, non causam. Vt sensus sit: Christus humiliauit se,& factus est patri obediens vsque ad mortem,post hanc humiliationem, & obedientiã Deus pater ipsum exaltauit.Sed nemo nõ videt istam interpretationem esse extortam, & minimè quadrare cum sententia Diui Pauli. Meruit itaque suam exaltationem. Sed quidam interpretantur, quod exaltauit illum, dum excitauit à mortuis, & impassibilitatem, & immortalitatem donauit. Rursus, cum consedere eum fecit ad dexteram suam in cælestibus. Alijs magis placet, quod hæc exaltatio intelligatur in eo quod dederit ei omne nomen,quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu, &c. Itaque merito obedientiæ Christo donatum est nomen Dei, sed tunc accipiendum est secundum tropum scripturæ familiarem, quo res dicitur fieri, quando innotescit. Dedit igitur ei nomen, id est, pater fecit, vt diuinitas Christi, vel nomen Dei, quod ab initio habuit innotescceret orbi, & ab omnibus agnoscceretur passim, & prædicaretur Deus,meruitq; hãc exaltationem, nõ merito de

Explicatur locus Pauli ad Phili. 2. de exaltatione Christi.

de congruo, quo genere merendi nos meremur bona temporalia, verum etiam merito de condigno, & de toto rigore iustitiæ. Nihil enim Christus meruit, quod propter merentis dignitatem non debeatur ei de toto rigore iustitiæ. Nam dedit pro eo non solum æquale, sed etiam super excedens pretium. Et hæc de isto articulo, & de tota quæstione.

FVSIOR, ET COPIOSIOR quæstionis quadragesimænonæ expositio.

Quid habemus in Christo, & per Christum.

IN quæstione quadragesimaoctaua, & quadragesimanona fusissimè disputauimus de vberrimis fructibus passionis Domini nostri Iesu Christi, ostendimusque ex diuinis literis Christum Iesum Dei filium per passionem suam plenam, perfectamque toti mũdo salutem obtinuisse, ac meritum esse, pro omnium hominum peccatis abunde satisfeciſſe, ipsumq; factum esse nobis redemptorem, victorem, liberatorem, reconciliatorem, mediatorem, viuificatorem, restauratorem, victimam, & sacrificium, sapientiam, iustitiam, satisfactionem, redemptionem, viam, vitam, veritatem. Sed quia non omnes ex merito Christi saluantur, neque omnes fructus vberrimos suæ passionis participant, operæpretium est considerare, cur fructus passionis Christi in quosdam Adæ filios perueniat, in quosdam verò non perueniat, & vtrùm diuersitas hæc contingat propter diuersitatem hominum secundum liberas voluntates diuersimodè sese habentium ad Christi meritum, præparantium, videlicet, se, aut non præparantium, credentium, aut non credentium, obedientium Euangelio Christi, aut verò illud contemnentium. Vt ergo disputatio hæc certiori methodo procedat nonnulla axiomata fidei nostræ sunt præmittenda. ¶ Primum est. Christus Dominus est redemptor omnium, & pro omnibus mortuus est, proque omnium hominum delictis abunde satisfecit. Hoc axioma est primum principium religionis Christianæ, & asseritur plane in diuinis literis 2. Corinth. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Ad Colos. 1. in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Ad Ephes. 1. proposuit Deus omnia instaurare in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt in ipso. Et primæ Ioannis. 2. ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed & totius mundi. Et ad Hebræos secundo dicit Paulus: Christum minoratum ab Angelis in modico propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum, vt gratia Dei gustaret mortem pro omnibus. Quem locum exponens Chrysostomus in commentarijs in epistola ad Hebræos, sic scribit. Gratia Dei pro omnibus gustauit mortem, non pro fidelibus tantum, sed pro mundo vniuerso, & ipse quidem Christus pro omnibus mortuus est, tametsi non omnes credunt, ille quod suum erat impleuit. Vnde Leo Papa, Dominus noster Iesus peccati mortisque destructor sicut nullum à reatu liberum reperit, sic liberandis omnibus venit. Idem probatur ex illa insigni sententia secundæ ad Timoth. cap. 2. vnus est mediator Dei, & hominum Iesus Christus, qui dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus. Et secundæ Corinth. 5. apertè dicitur, quòd Christus mortuus est pro omnibus. ¶ Secundum axioma. In eo salutis nostræ ratio sita est, & consistit, vt sciamus, quomodo salutarem hunc, atque ditissimum thesaurum nobis applicare, atq; adiungere possimus. Certè Christus est fluuius aquæ viuæ, est fons de cuius plenitudine nos omnes accepimus, ex hoc vno fonte quicquid ad salutem pertinet humani generis procedit, ac proficiscitur. Ex Christo namque, neque aliunde Dei gratiam, peccatorum remissionem, nostri liberationem, salutem omnem, & beatitudinem haurire possumus, & debemus. Sed oportet, & omnino necessarium est, vt bibamus ex hoc fonte, alioqui nihil proficit; vt hunc thesaurum ditissimum arripiamus, & ad nostros vsus adiungamus, alioqui nihil commodi, aut vtilitatis habebimus. Vt enim si quis fons nostras præterfluat ædes, siti neutiquam nos leuat, nisi arrepto poculo aquam inde exhaustam potemus: ita, quantis hæc generalis reconciliatio reuera confecta sit per mortem Christi, nihilominus tamen necessum est, vt in peccatis suis moriantur, quicunque non sciunt hanc rationem, & methodum, qua sibi quisque fructus passionis Domini adiungere, & applicare sibi possit. Quod apertè significat Paulus secundæ Corinth. 5. inquiens: quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, & posuit in nobis verbum reconciliationis, pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo reconciliamini Deo. Audis hîc Deum in Christo mundum omnem reconciliasse sibi, Turcas vtique, & AEthnicos, haud secus quàm nos, & hanc

Primũ axioma fidei nostræ ad explicandũ quid habeamus per Christum.

1. axioma. Christus Dñs est omniũ redẽptor. 2. Cor. 5. Col. 1. Ephes. 1. 1. Ioan. 2.

Heb. 2. Chrysost. Leo Papa. 2. Timo. 2. 2. Cor. 5. 2. axioma. Ratio & methodus salutis acquirendæ. 2. Cor. 5.

hanc generalem humani generis redemptionem per vniuersum orbem denunciat,& per apta, atque opportuna media offert his verbis. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, feciſſe Deum quod illius erat, & totius orbis reconciliationem in Christo ſtatuiſſe manifeſtum eſt, ergo quod veſtri eſt muneris etiam vos facitote,theſaurum quem Christus acquiſiuit apprehendere non pigeat,eoque perfruamini, & ad æternam vobis cedet ſalutē. Certè tota ratio noſtræ ſalutis in eo conſiſtit, vt induamus Chriſtum, iuxta illud: induimini Dominum Ieſum Chriſtum,bibere,& manducare Chriſtum, iuxta illud:niſi manducaueritis carnem filij homi-
Ioan.6. nis,& biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis.Et iterum. Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem, in me manet,& ego in illo.Debet vtique manere in Chriſto,ſicut palmes manet in vite,iux-
Ioan.15. ta illud Ioan.15.Ego ſum vitis,vos palmites, qui manet in me,& ego in illo hic fert fructū multum, ſi quis in me non manſerit, mittetur foras,& areſcet,&c.Et poſt pauca.Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint,quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis . Et vt ſemel explicem, qua ratione Chriſtum, & eius vberrima beneficia vt nobis proſint,& ſuſcipiamus,in hoc certè conſiſtit totum negocium ſalutis humanæ,vt ſuſcipiamus & retineamus in corde noſtro magnum illud donum, quod pater cæleſtis nobis contulit,hoc eſt,Chriſtum Dominum filium Dei vnigenitum. Hoc eſt opus veri, & perfecti Chriſtiani recepiſſe,ſcilicet Chriſtū, vt non ſit ex illorum numero,de quibus dicit Ioannes in Euangelio.In propria venit,& ſui eum non receperunt, ſed potius ſit ex illorum cœtu,de quibus ſubdit idem Ioannes. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.Sed ſi quæras modum,quomodo Chriſtus ſit ſuſcipiendus, vt proſit ad vitam æternam, ipſe Dominus di-
Ioan.3. ſtinctè docuit Ioan.3.dicens.Sic Deus dilexit mundum,vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam.Ex qua ſententia manifeſtè colligitur,quòd tunc Chriſtum ad ſalutem ſuſcipimus, quando credimus in eum per fidem,quæ per charitatem operatur. Itaque in hac fide operatoria per charitatem ratio noſtræ ſalutis conſiſtit, per quam merita Chriſti Domini, & eius vberrima beneficia nobis applicantur,vt proſint.De qua re infra
3. axioma. erit abundantiſsimus ſermo.¶Tertium axioma,quod ſequitur ex precedentibus. Tamet ſi Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, nō omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, ſed hi duntaxat quibus meritum paſsionis eius communicatur. Nam ſicut reuera homines niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur,non naſcerentur iniuſti,cum ea propagatione,per ipſum dum concipiuntur, propriā iniuſtitiam contrahant, ita niſi in Chriſto renaſcerentur, nunquam iuſtificarentur, cum ea renaſcentia,per meritum paſsionis eiusgratia,qua iuſti fiunt,illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apoſtolus gratias nos ſemper agere hortatur patri,qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine,& eripuit de poteſtate tenebrarum,tranſtulitque in regnum filij dilectionis ſuæ,in quo habemus redemptionem,& remiſsionem peccatorum. Quod vt euidentius explicetur,ſciendum eſt, quòd quanquam Chriſtus paſsione mortis ſuæ ſufficienter meruit omnibus gratiam , & ſalutem,ſic quod ex parte meriti eius,nulla eſt in ſufficientia ad propitiandum Deum pro peccatis totius mundi,tamen hoc ipſum eius meritum non operatur actu ſalutem, niſi in his qui regenerantur ſanguine paſsionis eius, & regenerati manent in fide ipſius, & obedientia,iuxta has ſcripturas. Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei,Ioan.3.Qui verò credi Ioan.3.
derit,& baptizatus fuerit,ſaluus erit, ſcilicet per meritum paſsionis Chriſti, Marc. vltim. Mar.vltim.
Item. Qui factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis.Non quidem factus effectu cauſa ſalutis omnibus ſimpliciter, neq; omnibus credentibus quocunque modo, ſed omnibus obtemperantibus ſibi, hoc eſt, omnibus ſic credentibus, vt fides ad cor tranſeat,& in debitam obedientiam credentis affectum commutet, ſicuti ſuprà demonſtratum eſt.Vnde Ioannes: Qui dicit ſe in Chriſto manere(hoc eſt,qui dicit ſe participem eſſe eorū,quæ Chriſti ſunt)debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare 1.Ioā. 2. ¶ Quartū 1.Ioan.2.
axioma. Ex ſupradictis ſcripturis euidenter 4. axioma.
colligitur diſtinctio,quæ in omnium Theologorum ore verſatur,de ſufficientia,& efficē-
tia meritorum Chriſti,quantum ad ſufficien- De ſufficiē tia, & effi-
tiam omnibus valet, quia pretium pro om- cientia meritiChriſti.
nium hominum peccatis ſufficit, & prodeſſet omnibus,ſi vellent credendo ipſum recipere,dicente ſcriptura,Ioan.1.Quotquot au- Ioan.1.
tem receperunt eum,dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.Quātum ad efficaciam verò nō omnibus prodeſt,ſed obtēperantibusſolum, ſeu recipiētibus illum.Factus,inquit Apoſtolus,eſt cauſa ſalutis omnibus obtemperantibus ſibi . Quam diſtinctionem vt probè intelligas, ſemper tibi præ oculis habendum eſt,

est,quòd quemadmodum Adam fuit constitutus non vt singularis persona,sed vt principium totius humanæ naturæ à se propagandæ;ita Christus fuit constitutus à Deo patre, non vt singularis quædã persona,sed vt principium, & caput omnium renascentium ex ipso per propagationem spiritualem veluti secundus quidam Adam,iuxta has scripturas. Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiã, quæ est corpus ipsius,& plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet, ad Ephes. 1. & Esa.9. Factus est principatus super humerum eius,& vocabitur nomen eius admirabilis,cõsiliarius,Deus,fortis,pater futuri sæculi, futuri,inquam,sæculi,in quo fiet regeneratio sanctorum, quod tunc futurum erat. Hanc comparationem Adæ ad Christum eleganter explicat Paulus ad Rom.5. dicens,quòd Adã primus forma,seu figura fuit secundi, scilicet Christi forma,inquam; quia sicut per illum peccatum,ita per istum iustitia,& sicut per illum mors, ita per istum vita, addens tamen hanc formam non ex omni parte esse conformem, vnde dicit. Non sicut delictum, ita & donum. Quasi dicat,fortius est donũ,& vberius quam delictum, fortius dico, non effusius,aut latiùs propagatum,nam donum Christi non prodest pluribus, quàm noceat delictum Adæ,prodest tamen omnibus regeneratis per Christum,sicut & illud nocuit omnibus genitis ex Adam,multoque magis, ac largius profuit, quia plus mali tollit, & plus boni præstat Christus regeneratis,quàm mali attulerit Adam ex se generatis. Adam per vnum delictum transmisit in filios vnũ peccatum originale, Christus vero per donum suum non solum hoc vnum, sed cætera omnia abstulit regeneratis. Ex hac similitudine rectè considerata facilè intelliges id quod suprà dictum est de sufficientia, & efficientia meritorum Christi. Nam etiam si decies centena millia hominum nascerentur, supra eos qui vnquam nascituri sunt,omnibus sufficeret ad damnationem vnum peccatum Adæ, tamen hoc non operatur effectiuè, nisi in illis qui generantur actu ex visceribus Adæ, nec diutius operatur in ipsis, quàm manent in Adam. Eodem modo etsi centies centena millia hominum nascerentur, vltra eos qui fuerunt, vel vnquam erunt, sufficeret tamen omnibus saluandis vnum vnius passionis Christi meritum, quia infinitum est. Infinitum vero neque vsu finiri potest, neque ablatione. Verum effectiuè non operatur salutem nisi in illis,qui actu regenerantur in ipso,& hoc quãdiu manent fide,& obedientia conglutinati cum illo. Nam si rursum excidant à Christo, conuersi ad opera tenebrarum,& carnis, iam iterato computantur in veteri Adam, expertes meritorum, quæ præparauit hominibus Christus, donec per pœnitentiam reconcilientur, vt rursum Christi,& meritorum eius participes fiant. Meritum enim passionis Domini, & pretium redemptionis eius,hostia insuper,quam obtulit in odorem suauitatis, sunt velut immensus thesaurus,quæsitus,& conseruatus in vtilitatem omnium nascentium in mundo. Verum hic thesaurus non incipit esse meus, aut tuus,vel alterius,vt saluemur per ipsum, nisi Christus fiat noster,nosque incipiamus reuera esse ipsius subditi,membra,& filij familias. Nam ipsius sunt merita actu non communicanda nisi suis,qui scilicet facti sunt vnũ corpus cum ipso, vt sic per fidei copulam ipsa Christi opera,merita, hostia, fiant quodammodo nostra opera,nostra merita, nostra hostia. Quo etiam vel sic consistat vniuersalis veritas illius,quod dicitur. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gesit,siue bonum,siue malum. Et alibi. Tu reddes vnicuiq; secundum opera sua, docẽte Augustin. in epist. ad Vitalem; vitam æternam (etiam dum paruulis datur propter Christi merita) simul dari propter ipsorum merita,ac opera. Nam Christi meritã efficiuntur ipsorum,dum regeneratione fiunt membra viua corporis eius,si quidem quæ capitis sunt, ea etiam sunt totius corporis,& per consequens omnium membrorum eius. His constitutis, quæ certissima sunt,procedamus ad disputationem grauissimã ad explicandũ per quid, & quomodo merita Christi nobis applicentur,& adiungantur,vt prosint.

Ephes.1. Esa.9.

Rom.5.

Vide quomodo Apostolus explicet similitudinẽ & dissimilitudinẽ Christi & Adam.

2. Cor. 5.

Augustin.

QVAESTIO GRAVIS

per quid,& quomodo fructus passionis Christi, & merita eiusdem applicentur,& adiungantur nobis, vt prosint in articulos diuisa.

ARticulus primus. Vtrũ fructus passionis Christi applicetur his, qui faciũt quantũ in se est,& taléto rationis internæ benèvtẽtibus absq; fide in Christũ Iesum, de quo nihil audierunt? A parte affirmatiua sic arguitur. Facienti quod in se est ex facultate naturæ, & liberi arbitrij viribus Deus nunquam denegat gratiam, ergo viribus naturæ possumus consequi fructus passionis Christi.

An fructus meritorum Christi redeãt ad eos qui ex viribus naturæ faciũt quod in se est, absque fide in Iesum.

Anto-

Argumen. partis affir matiuæ. Primum ar gumentũ. D. Thom. Alexander Alenſ. Altiſiodor. Gerſon. Gabr.

Antecedens aſſeritur à doctiſsimis Theologis,à D.Thom.de verit.q.14.art.11.ad 1.conſentit Alexander Alenſis 3.p.q.69.artic.3. Altiſiodorenſis 3 p.q.5.tracta. 2. Gerſon in regul.moral.alphabeto.24.litera.m.&Gabriel, & alij multi: imò D.Thom.in 2.diſt.28. q. 1. artic.4.ſcribit, quòd homo ex viribus liberi arbitrij,poteſt ſe ad gratiam, & iuſtificationem diſponere, & in huius rei confirmationem adducit illud veluti decãtatum axioma. Nam facienti quod in ſe eſt,Deus non denegat gratiam. Et diſtinctione præcedenti.q.1. artic.4.ad 4.dicit, quòd homo meretur de congruo primam iuſtificationem: & in comment.ſuper epiſtol.ad Heb.c.6.elucidans illam ſententiam,non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri,ſcribit, quòd homo meretur de congruo primam iuſtificatio-

Secundum.

nem.¶ Deinde ſic arguitur,puer cum peruenit ad vſum rationis, ſi proponat ex viribus naturæ ſequi bonum,& fugere malum,conti nuò infunditur ei gratia: ergo ex viribus naturæ poteſt conſequi fructus paſsionis Chri-

D.Thom.

ſti. Antecedens aſſeritur à D.Tho. 1.2.quæſt. 89.artic.6.& patet euidenti ratione. Nam ſi differatur gratiæ infuſio in illo temporis intermedio, poterit eſſe peccatum veniale cum ſolo originali ; quod exiſtimatur abſurdum ab omnibus Theologis.Ex hac doctrina D. Thom.colligitur fieri poſſe,vt primo tempore vſus rationis puer non modo Chriſtum, ſed ne Deum quidem agnoſcat, vtpotè apud barbaros ſine vlla religione, notitiaue diuini nominis educatus. Is ergo,vt faciat quod in ſe eſt,ſatis erit ſi ſe conuertat in honeſtum finem naturæ ratione comprehenſum.Sed rũc ille mortaliter nõ peccat,cùm benefaciat pro ætate,& inſtitutione,quam habet, nec eſt in ſolo originali,vt D.Thom.autore nos habemus, ergo conſequetur gratiam ſine cogni-

Tertium.

tione Dei,ac proinde ſine fide Chriſti.¶ Præterea, quoniam hæc vrgere anguſtius volumus,vt D.Thom 2.2.quæſt.10.artic.1.docet, infidelitas nullum peccatum eſt in ijs,qui de rebus fidei nihil penitus audierunt.Cognoſcat itaque puer prima deliberatione aliquid eſſe honeſtum,aliquid contra turpe, ſtatuatque ſeſe honeſtam viuendi rationem ſectaturum,inhoneſtam repudiaturum,quemadmodum de Hercule,in ſomnio ferunt fabulæ. Iam quæro,num ille peccet? Minimè vero gẽtium.Non enim peccatum infidelitatis, vt ex illa quæſt.10.patet,nec peccatum omiſsionis cùm conuertat ſe in honeſtum finem, quantum ei per ſcientiam,& ætatem licet. Eſt igitur in gratia,ſi D.Thom.autorem ſequimur.

Quartum.

¶ Præterea,vt vrgentius idem inſtantiuſque premamus,fides ex auditu eſt,auditusautem non eſt ſine prædicante,quod Apoſtolus ad Roman.cap.10.tradit. Non ergo poteſt puer ſtatim à principio vſus rationis fidem habere ſine prædicatore.At non eſt præſto, vt ſupponimus,prædicator,qui in ipſo videlicet tẽporis articulo credenda proponat,ergo iuxta D.Thom. puer ille citra fidei actum iuſtificabitur. ¶ Faciamus inſuper,vt primus actus pueri vtentis ratione ſit velle accipere baptiſmum:quia ſcilicet vidit pueros alios à ſacerdote baptizari,cuius rei exemplum habes 10. hiſt.eccl.lib.cap. 14. referturque à Gratiano 1.quæſt.1.c.Spiritus ſanctus de pueris baptizatis ab Athanaſio puero . Tunc ergo cum baptizatus non ponat obicem, recipit gratiã, recipit autem ſine fide. Nihil ergo vetat , vt homo citra fidem iuſtificetur, & vberrimos paſsionis Chriſti fructus conſequatur. ¶ Præ-

Rom.10.

Quintum.

Sextum.

tereà,in quocunque temporis puncto, atque momento poteſt homo iuſtificari , ſed non in quocunque poteſt cognoſcere Deum ſecundum ordinariam, & moralem poteſtatẽ. Igitur ſine Dei,& Chriſti fide poſſumus à peccato ſanari,ac remiſsionem peccatorum conſequi.¶ Adde huc,quòd vt Apoſtolus ad Ro-

Septimum. Rom.1.

man.2.dicit.Gentes,quæ legem non habent, naturaliter ea,quę legis ſunt,faciunt;qui oſtẽdunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Sed factores legis iuſtificabuntur, vt eodem c.Apoſto. ait, ergo ſola cognitione naturali poteſt homini obuenire iuſtificatio.Vnde & D.Thom.in comment.ſuper hunc ipſum locum,naturaliter,inquit,id eſt,per legem naturalem oſtendentem eis,quid ſit agendum, & tamen non excluditur gratia ad mouendũ affectum.Hactenus D.Thom.Non ergo exigitur gratia ad mouendum intellectum , vt homo iuſtificetur,ſed per ſolam naturę rationem poteſt iuſtificari. ¶ Præterea,non eſt ne-

Octauum.

ceſſaria alia cognitio , vt quis accedere poſsit ad Deum , niſi qua intelligitur Deus eſſe , & remunerator eſſe inquirentium ſe,iuxta illud D.Paul.Accedentem ad Deum oportet credere,quia eſt,& quòd inquirentibus ſe remunerator ſit,ad Heb.11. At verò vtraque iſtius rei cognitio haberi poteſt ex lumine naturali,ergo ſi quis iſthæc cognoſcat,& accedat ad Deum recto corde, vtique iuſtificabitur, & ſalutem æternam conſequetur.¶ Ad hæc,nõ

Heb.11.

Nonum.

ſolum in lege naturæ , verum etiam in lege ſcripta ſatis erat ad ſalutem ſeruare mandata. iuxta illud,quod dicit Dominus:ſi vis ad vitam ingredi,ſerua mandata,at decem mandata legis de quibus ſermo erat,naturali ratione continebantur,ergo ſi homo faciat, quod in ſe eſt ex talento rationis humanæ, & ex viribus

bus naturæ, poterit consequi gratiam, & gloriam, quæ sunt fructus Dominicæ passionis.

Confir. Hæc omnia confirmantur. Nam Deus, cuius misericordię nō est numerus ab exordio mūdi, etiam hominibus ignorantibus præparauit saluatorem Iesum, in cuius sanguine abstulit omnia peccata mundi. Si enim in paruulis operatur gratia Dei remissionem peccatorū etiā ipsis ignorantibus, cur non simili ratione eadē gratia per Christum operatur eandem peccatorum remissionem, præsertim in eos, qui secundum legem naturæ viuunt, qui nec cōtemnunt, nec contemnere possunt Christum, aut eius sacramentum, de quibus audire non potuerunt?

Decimum. ¶ Prætereà vsu venire potest quosdā homines gratiam Christi ignorantes sic esse affectos, vt non contemnerent, sed crederent in Christum, & magnificarent illum, quando ipsis esset reuelatus. Certè ex eo, quod scriptura docet omnes iustos esse iustificatos per grā tiam Iesu, id est, per misericordiam Iesu interpellantis etiam pro his, qui ignorant illum, nō videtur consequens esse, necessarium esse omnes iustos habere fidem in Iesum, sed eos solum, qui audierunt illum, iuxta illud quod dicit Dominus Ioan. 15. Si non veniſſem, & loquutus eis fuissem, peccatum non haberent.

Ioan. 15.

Mar. 16. Vnde Mar. 16. cum dixisset; Qui non credidit condemnabitur, iam præmiserat; Euntes in vniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ; Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit; Qui verò nō crediderit, condemnabitur. Quibus verbis planè indicatur, quòd is, qui prædicatione audita non credidit, condemnabitur, secus de eo, qui audire nō potuit. In cōtrarium est illud ad Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo, & illud Romanor. 3. Iustitia per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eum.

Hebr. 11.

Rom. 3.

De proposita quæstione varij errores. ¶ In hac quæstione exponenda si longior fuero, quàm soleo lector væniā præstabit, nam operæpretium est demonstrare, quæ nam iustitia in pretio sit apud Deum, per quam homo reputetur, & iustus sit apud illum, placeatque Deo, & vitam æternam consequatur, sine cuius rei notitia nemini vnquam potest contingere salus. De qua re diu multumq; in Ecclesia Christi cōtrouersum est.

Iudæi gratiā Christi Iesu ignorabant. ¶ Igitur Iudæi in gratiam Christi iniurij libero arbitrio, & suis operibus plus iusto tribuentes existimabant errātes se suis viribus sine gratia Christi posse ex obseruatione legis iustos esse corā Deo, contra quos D. Paulus acerrimus gratiæ Christi assertor pugnauit fortissimè in Epistola ad Rom. & in Epist. ad Galatas docēs omnes esse peccatores, & egere gratia Dei, & quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.

Pelagius in gratiā Dei iniurius. ¶ Hunc errorem post quadringentos annos suscitauit Pelagius, qui ausus est Deo dicere: Tu fecisti nos homines, nos verò facimus nos iustos. Atqui hic Pelagius distinguens tria tempora dicebat, in primo tēpore ante legem Moysi vixisse homines iustos ex naturæ vi, & facultate, tum enim ratione duce cognoscebatur creator omnium, & quemadmodum viuendum esset, insitum erat in cordibus hominum non lege literæ, sed naturæ. Et quidem in hoc statu ante legem, hanc gratiam Dei Pelagius agnoscebat, quòd fecerit nos homines libero arbitrio pollentes, verum iam facti homines ipsi per vires naturæ se faciebant iustos bonum operantes. Verum deprauatis moribus vbi cœpit deficere natura iam deprauata, lex Dei, inquit, adhibita est in præsidium naturæ iam deficientis. Porrò in hoc statu etiam agnoscebat Pelagius donum Dei fuisse legem diuinitus datam, & propositam, cæterum aiebat hæreticus, quòd homo lege diuina instructus poterat per naturæ vim & per facultatem liberi arbitrij vniuersam legem implere, & reputari, & fieri iustus ex operibus suis coram Deo. Nouissimè autē postquam præualuit nimia, inquit, peccandi consuetudo, cui sanandæ lex parum confert; Christus aduenit, & tanquam morbo desperatissimo non per discipulos, sed per seipsum medicus ipse subuenit; in quo quidē statu Pelagius etiam aiebat gratiam Dei esse, & eximiā quidē prædicasse, & proposuisse mortalibus Euangelium, proposito tamen, & prædicato Euangelio, aiebat hæreticus, in facultate liberi arbitrij esse positum credere, & fidem illi adhibere, omniaque eius præcepta obseruare, & amplecti; Vnde dicebat Christum venisse in carnem solum ad erudiendum, & docendū. Hæc dogmata, & alia id genus continet hæresis Pelagiana.

Scintillæ Pelagianæ hæresis. ¶ Post Pelagium insurrexerūt alij, huius sectæ reliquiæ, qui dixerunt fructum passionis Christi, quem isti autores agnoscunt; in quo & à Pelagio differūt; applicari omnibus, qui faciunt, quod in se est, & talento rationis internæ bene vtentibus absque fide in Iesum, de quo nihil audierunt. Aliud dogma ex officina Pelagianæ hæresis subortum esse audio nostra tempestate cuiusdam hominis asserentis homines, qui faciunt, quod in se est, & ex facultate naturæ rectè viuunt seruātes legem naturæ etiam si ignorent Christum non condemnari ad ignem inferni, quanquā non consequuntur vitam æternam. Sed neque in his erroribus desijt Pelagianæ sectæ scintilla, & pernicies, existimo enim ad hanc sectam pertinere opinionem aliam, si opinio est, quæ asserit fructum passionis Christi prodesse his, qui

ex vi naturæ cognoscunt Deum esse, & remuneratorem esse, & iuxta huius cognitionis regulam quærunt seruire Deo, licet Christum non agnoscant, neque aliquid supernaturale per reuelationem illis innotescat. Itaq; ait hæc opinio, quòd sola cognitione rerum naturalium potest homini obuenire iustificatio, est tamen necessarium auxilium gratię ad mouendum, & sanandum voluntatis affectum, atque etiam ad præstandam eam certitudinem, & immobilitatem ex parte intellectus, vt firmiter, & infallibiliter absque omni formidine veritatibus agnitis adhæreat. Contra istos errores veritas catholica stabilienda est, quę in his propositionibus consistit. ¶ Prima conclusio. Opera bona, quæ homines suis viribus adiuti doctrina legis naturalis, aut scripturæ præstare possunt, non sufficiunt; vt illis applicetur fructus passionis Christi; vt liberentur à peccatis, & iusti fiant. Itaque facientibus, quod in se est ex facultate, & vi naturæ non applicatur meritum Christi, vt prosit illis ad salutē. Hanc veritatem demonstrat D. Paulus in omnibus suis epistolis, præsertim in ea, quæ est ad Romanos, & in ea, quæ est ad Galatas. In his Epistolis hoc agit præcipuè, vt gratiam Iesu Christi super humanum genus commendet ostendens omnem hominem tam Iudæum, quam Gentilem iustificari non ex operibus, ne quis glorietur, sed per gratiam Dei, & fidē in Christum Iesum. Vnde sic pronuntiat Paulus ad Rom. 3. Quia ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram illo. ¶ Huius autem rei varias adducit D. Paulus demōstrationes. Prima est, quia nemo est qui facit legem, sed omnes sunt transgressores legis, & hoc est quod dicit D. Paulus; Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, peccatori autem non præmium iustitiæ, sed pœna debetur. Alteram demonstrationem affert D. Paulus, quoniā ex operibus legis, quæ faciunt homines, etiamsi vniuersa præstentur, nō poterit aliquis iustificari apud Deum, si quidem iustificatio coram Deo, de qua hic sermo est, prorsus est gratuita cum homine peccatore reconciliatio, ad quam efficiē dam inualida sunt omnia opera, quæ homo ex vi naturæ præstare potest. Hanc rationem insinuat Paulus ad Rom. 4. inquiens: Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriā, sed nō apud Deum, id est, si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, id est, laudem insignis viri, viri insigniter iusti, sed apud homines, non apud Deum, qui non habet pro insigni, nisi eum, quem ex sua gratia gratū habet, & pro amico, remittendo illi peccata sua. Eandem demonstrationē repetit ad Rom. 10. in illis verbis: Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Quibus verbis duplex iustitia designatur, vna quam homines suis viribus adiuti doctrina legis conantur præstare. Cui iustitiæ opponitur alia, quæ iustitia Dei dicitur, id est, quam Deus in homine efficit, quæ secundum August. in libro de spiritu, & litera complectitur non solum remissionem peccatorum, sed etiā opera iusta, & legis impletionem, & animi nostri interiorem renouationē per gratiam diffusam in cordibus nostris. Ad idem demonstrādum inducit D. Paulus aliud argumentum, cum inquit ad Rom. 3. Per legem cognitio peccati. Et iterum ad Rom. 4. Lex iram operatur. & ad Rom. 10. finis legis Christus est ad salutem omni credenti. Sensus istorum locorū est, lex in hoc data est, vt demonstraret peccatum, & iræ condemnationē, non vt vi sua, aut merito operum, quę præscribit aboleat peccatū. Certè finis ad quem omnia officia legis ducunt, & vocāt, Christus est ad iustitiam omni credenti, id est, non est data lex vt ex ea per vires suas iustificetur homo, sed vt per eam ducatur ad Christum, per cuius fidem iustificetur. Sed & aliud argumentum non minus euidens insinuat Paulus, cum inquit ad Galat. 2. Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est; ita sanè si per naturam iustitia, ergo etiam Christus gratis, & sine causa mortuus est. Huiusmodi argumenta sunt innumera in D. Paulo passim sparsa ad ostendendum quòd ex merito operum nostrorum non iustificamur coram Deo. Vnde est illud veluti prouerbium à D. Paulo decantatum: Non ex operibus ne quis glorietur. Et illud: non ex operibus, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. ¶ Sed est valde aduertendum, quòd cum D. Paulus demonstret ex operibus legis nemi nem coram Deo iustificari, potuisset omittere genitiuum, legis, & absolutè dixisse: Ex operibus nō iustificatur omnis caro: Verum adijcere voluit, vt magis vrgeret Iudæos, qui in lege sibi data acquiescebant, tanquam illa vim haberet iustificandi. Alij opera legis accipiūt, non solum ea, quæ legi Moysi propria sunt, verumetiam ea, quæ communia habet cum lege naturæ, vt sensus sit: Ex merito operum legis, non tantum cæremonialis, verum etiam decalogi non iustificabitur omnis caro, id est, nullus homo iustificabitur apud Deum. Hæc sententia est D. August. cap. 8. libro de spiritu & littera. Hæc veritas diffinita est in Concilio Mileuitano, & Arausicano & Tridentino. Sed Concilium Arausicanum præcipuè nostram sententiam confirmat. c. 7. inquiens: Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad

Prima conclusio.

Facientibus quod in se est ex viribus naturæ nō applicatur merita Christi, vt prosint.

Rom. 3.

Variæ demonstrationes ex D. Paulo excepta ad demōstrandū quod ex operibus legis non iustificatur homo coram Deo.

Rom. 4.

Rom. 10.

August.

Rom. 3. Rom. 4. Rom. 10.

Ad Gala. 2.

Quem sensum habet Paulus cū inquit, ex operibus legis non iustificatur homo.

August.

Con. Mile. Cōci. Arau. Conci. Tri.

ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare vt expedit, aut eligere, siue saluari, id est, euangelizantis prædicationi consentire posse confirmat absque illuminatione, & inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suauitatem in consentiendo, & credendo veritati, hæretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Euangelio dicentis: Sine me nihil potestis facere. Et illud Apostoli. 2. Corint. 3. Non quod idonei simus cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Sed desino amplius immorari in huius rei confirmatione, nam abundè confirmata est, & eius euidentior demonstratio non est præsentis loci, sed pertinet ad materiã de gratia. ¶ Secunda conclusio. Sine fide in Christum nemo vnquam salutem est consequutus. Itaque nisi credenti in Christum nunquam applicatur meritum Christi, vt liberetur à peccato, & iustus fiat, neque vnquam ab exordio mundi contigit salus sine fide in Christum. Hæc cõclusio probatur in primis euidentibus scripturis. Prima est. 2. ad Corint. 4. habentes eundem spiritum fidei, sicut scriptũ est: Credidi propter quod loquutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur. Secũda est 1. ad Corin. 10. Patres nostri omnes sub nube fuerũt, & omnes mare transierũt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundẽ potum biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra: Petra autẽ erat Christus. Tertia ad Rom. 5. Sicut per vnius delictũ in omnes homines in condemnationem; sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem. Quarta est ad Rom. 3. Omnes peccauerũt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quę est in Christo Iesu, quẽ proposuit Deus propitiatorem per fidem ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum, vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. Vnus est enim Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Quinta in eod. c. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. Et ne hoc solum putemus referendum ad tempus gratiæ iam sub Euangelio reuelatæ; subiungit Paulus, quòd Abraham per hanc fidem iustificatus est, & Pater credentium meruit appellari. Sexta Actorum. 15. Sic enim, inquit Petrus Apostolorũ princeps, per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi, Patres, videlicet, veteris testamẽti. Huic cõcinit alia scriptura Actor. 10. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius, quem & propterea desiderauerunt videre veteris legis Patres, & Prophetæ. Abraham, inquit Christus Ioan. 8. desiderauit videre diem meum, vidit, & gauisus est. Pro hoc Christo mittendo oratit Moyses Exod. 4. Obsecro Domine mitte, quem missurus es, tanquam dicat alium digniorem me es missurus, hunc obsecro mittas ad liberandum populum de seruitute infernalis Pharaonis. Ad hunc suspirabat olim iustorum synagoga in Canticis. 1. Osculetur me osculo oris sui. Sonet vox tua in auribus meis; tanquam dicat, Qui loquitur iam in Patribus, & Prophetis, loquatur mihi ore proprio in assumpta carne. Veteris ergo legis homines suo modo Christum cognouerunt, eademque saluati fide, qua nos facti sumus salui: sed nõdum erat modus redemptionis sic distinctim, & vniuersaliter declaratus. Sed illud est insigne testimonium, quod habetur Actorũ. 4. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos fieri saluos. Hoc est nomen Domini tetragrammaton, quod in scriptura veteris legis vocatur nomen Domini, & salutare, & misericordia, via, & veritas, & lumen, quod ex fide inuocabant omnes veteris legis iusti. Cui & Abel iustus obtulit munera, quod & Enos, & Abraham inuocauerunt. Enos inuocare cœpit nomen Domini, ædificauitque Abraham altare Domino, & inuocabant ibi nomen Domini. Vbi veritas Hebraica habet nomen Domini tetragrammaton, de quo nomine dicit Ieremias Propheta. Ecce dies venient, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & hoc est nomen quod vocabant eum, Dominus iustus noster, siue Dominus iustitia nostra. Vbi Hebraica veritas habet nomen Domini tetragrammaton. In nomine hoc salutẽ petiuerunt, quicunque sanati fuerunt, dicentes. Deus in nomine tuo saluum me fac. Propter gloriam nominis tui libera nos. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Vnde Abraham, Moyses, Iob, Dauid, Isaias, cæterique Prophetæ suis sæculis Christum nondum natum in lumine fidei viderunt viuentem, redemptorem, resurgentem, iudicantem, in quo & Gentes accipe rent benedictionem. Cunctis diebus, inquit Iob, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Credo quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & rursus circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & non alius quis, & oculi mei conspecturi sunt, & nõ alius. Reposita est hæc

Ioan. 15. 2. Cor. 3. 2. Conclus. Sine fide in Christum nunquam applicatur meritum Christi. 1. Corin. 4. 1. Corin. 10 Rom. 5. Rom. 3. Actor. 15. Actor. 10. Ioan. 8. Exo. 4. Can. 1. Actor. 4.

ſpes mea in ſinu meo. Cupiens autem hęc verba ſua in perpetuũ dare, ita vt non poſsint vlla vetuſtate à memoria humani cordis deleri, vult illa exarari in plumbi lamina, aut ſculpi in ſilice, docens ex ſpe reſurrectionis, & futuræ vitæ contemnere hoc præſens ſæculũ. Deinde & Chriſtum fuiſſe reuelatũ populo illi, docet Saluator in Euangelio. Si crederetis Moyſi, crederetis vtiq; & mihi, de me etenim ipſe ſcripſit. Quod & Stephanus iam lapidandus planè docet. Duræ ceruicis, inquit, & incircũciſi corde, vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut & Patres veſtri. Quem prophetarũ nõ eſtis perſequuti? & occidiſtis eos, qui pronunciabant de aduentu iuſti. Habes igitur Spiritum ſanctum ſufficienter illis reuelaſſe aduẽtum iuſti Meſsiæ, ſed eos reſtitiſſe ſpiritui ſug-
Hebr. 11. gerenti. Moyſes, inquit Paulus Heb. 11. maiores diuitias æſtimauit theſauro Ægyptiorum, improperiũ Chriſti, aſpiciebat enim in remunerationem. Item Apoſtolus Iudas, commonere vos, inquit, volo ſcientes ſemel omnia, quoniam Ieſus populum de terra Ægypti ſaluans, & eos, qui nõ crediderũt, perdidit. Omnes igitur ſancti veteris legis non ſiſi ſuis operibus, ſed ex fide ſalui facti ſunt, deſiderantes ſaluatorem, & aduentũ Meſsiæ, hoc eſt, Chriſti, non expectantes repromiſsionẽ temporalem in hac vita, vbi ſe peregrinos, & aduenas eſſe cognouerunt, demorãtes etiã, vt ait Apoſtolus, in terra ſancta, non tanquam in patria,
Sententiæ patrũ pro ſecũda cõc. Hierony. ſed tanquam in loco peregrinationis. ¶ Probatur etiam hæc ſententia autoritate Patrũ. Hieron. in. 2. c. epiſt. ad Galat. ſuper ea verba, ſciẽtes quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidẽ Ieſu Chriſti, admonere, inquit, debemus ſanctos, qui antiquitus fuerũt, ex fide Chriſti iuſtificatos. Siquidem Abrahã vidit diẽ Chriſti, & lætatus eſt. Et Moyſes maiores diuitias extimauit theſauro Ægyptiorũ improperiũ Chriſti, aſpiciebat enim in remunerationem. Et Eſaias vidit gloriam Chriſti, vt Ioannes Euangeliſta cõmemorat, & Iudas de omnibus generaliter. Item in. 4. c. eiuſdem epiſtolæ. Hæres iſte paruulus, qui nihil differt à ſeruo, ſed ſub tutoribus eſt, vſque ad præfinitum tempus à Patre, totum humanũ genus, inquit, vſque ad aduentum Chriſti ſignificat. Quomodo enim omnes in protoplaſto Adã necdum nati moriũtur, ita & omnes, & hi, qui in aduentu Chriſti nati ſunt, in ſecũdo Adam viuificãtur. Iſte intellectus Eccleſiæ catholicę cõuenit, quæ & veteris, & noui teſtamẽti vnã aſſerit prouidentiam, nec diſtinguit tempore, quos cõditione ſociauit. Omnes ædificati ſumus ſuper fundamentũ Apoſtolorum, & Prophetarũ continente nos angulari lapide Ieſu Chriſto, omnes vnus panis ſumus, & duo conſenſimus ſuper terrã. Et quomodo nos ſuper Prophetas fundati ſumus, ita & Patriarchæ in Apoſtolorum fundamine cõſtiterunt. Hactenus D. Hieronymus. Præclara certè, & tali viro digna interpretatio. Quemadmodũ enim paruulus hæres idem eſt, & adultus, ſic populus ille antiquus, & hic nouus eadem fide, & religione contentus, eadẽ quoq; Eccleſia eſt, ac ſicut in paruulo implicite cõtinetur, quod poſtea explicatur in adulto; ita fides illa antiquorum paruula fuit, & vi ſua continebat implicitè, quod deinde creſcẽs habuit explicitè.
Auguſt. Diuus itẽ Auguſt. hanc ſententiã frequentiſsimè repetit lib. 1. cõtra duas epiſt. Pelagianorũ. c. 21. & ſuper Ioan. tract. 45. & epiſt. 157. quæ ſcribitur ad Optatum, vt multa alia loca prætermittam. Illa ſit fides ſalua, inquit, qua credimus nullũ hominẽ ſiue maioris, ſiue paruulæ quamlibet, & recentis ætatis liberari à contagione mortis antiquæ, & obligatione peccati, quod prima natiuitate cõtraxit, niſi per vnum mediatorem Dei, & hominum Chriſtum Ieſum. Cuius hominis eiuſdemq; Dei ſaluberrima fide, etiã illi iuſti ſalui facti ſunt, qui priuſquàm veniret in carne, in carne crediderunt eſſe venturum. Eadem nanque fides eſt & noſtra, & illorum. Quoniam hoc crediderũt illi futurum, quod nos credimus factum: Et ſacramenta quidem potuerunt eſſe pro tẽporum diuerſitate diuerſa, ſed ad vnitatẽ tamen eiuſdem fidei cõcordiſsimè recurrentia. Proindè cũ omnes iuſti, ſiue ante incarnationem, ſiue poſt incarnationẽ Chriſti, nec vixerint, nec viuant, niſi ex fide incarnationis Chriſti: profecto quod ſcriptũ eſt, nõ eſſe aliud nomen ſub cœlo, in quo nos oporteat ſaluos fieri, ex illo tẽpore valet ad ſaluandũ genus humanum, ex quo in Adã vitiatũ eſt. Hactenus Auguſtinus.
Gregoriuus Gregorius quoq; hom. 17. in Ezechielẽ in huius rei figurã aſſerit, turbas, quæ prẽcedebant, & ſequebãtur, vtraſq; pariter acclamaſſe filio Dauid, Oſanna in excelſis.
3. Concluſ. ¶ Tertia cõcluſio. Cognoſcenti Deum eſſe, & remuneratorem eſſe ex facultate intellectus naturali non applicatur meritũ Chriſti; vt illi proſit ad ſalutem, ſed opus eſt, vt credat aliquid ſuper naturale, putà, apud Deũ eſſe propitiationẽ, & delictorũ cõdonationẽ, prẽmiũq; ſupernaturale pœnitentibus eſſe promiſſum. ¶ Volo dicere in
Semper fuit neceſſariũ ad ſalutem per gratiã obtinẽdã credere aliquid ſupernaturale. hac aſſertione eſſe dogma fidei certũ ſemper fuiſſe neceſſariũ ad ſaluté credere aliquid ſupernaturale, putà Deũ eſſe impij iuſtificatorem, & propitiatorem pro peccatis, & contrarium decerno eſſe dogma hæreticũ. Probatur hæc cõcluſio in primis ex ſcripturis diuinis ſuperius cõmemoratis, in quibus planè aſſeritur ſemper

ſemper fuiſſe neceſſarium credere in propitiatorem Chriſtum, credere autem in Chriſtum propitiatorem veritas eſt ſupernaturalis, nec cognitione naturali conſtare poteſt. Rurſus probatur ex diffinitione fidei, quã ſtatuit Paulus ad Heb. 11. Fides, inquit, eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium. Quòd ſi naturalis cognitio ad iuſtificationem ſatis eſt, iam profecto aliud fundamẽtum ponitur præter id, quod poſitum eſt. Ait ergo Paulus fidem eſſe rerum, quæ ſperantur, fundamẽtũ, ſine quo res, de qua eſt fides, neq; ſperari poteſt. Eſt rurſus notitia quædã, ſiue, vt in diffinitione dicitur, apprehẽſio nõ apparentium, hoc eſt, perſuaſio certa earum rerũ, quæ ratione humana cõprehendi non valent. Eſtq; omnium huiuſmodi ſola fides argumẽtum rapiens intellectum in certum, firmũque aſſenſum, licet non videat ratio, ſed nec videre poſsit earum rerum veritatẽ. Quod hic ſit ſenſus diffinitionis Paulinæ planè ſentiunt ferè vniuerſi Patres, præcipuè Ambroſius, Baſilius, Auguſtinus. Vnde D. Ambroſ. tractans dictam diffinitionem fidei loco vocis, Argumentum, ponit conuictionem, dicens: Fides eſt conuictio earum terum, quæ nõ videntur, quia fides quaſi cõpellit in aſſenſum eorum, quæ viribus rationis humanæ inueſtigari nequeunt, Vti pulcherrimè demonſtrant ex alijs ſcripturis D. Baſilius, & D. Auguſtinus. Diuus quidẽ Baſilius exponẽs Pſal. 115. ex illo Actorum. 3. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula, Fides, inquit, non Geometricis, aut neceſſarijs nititur probationibus. Dic, quæſo, quid ad fidem faciendam, veritatemq; perſuadendam vehementius, an Dialecticæ propoſitiones ſecum ſympераſmata cõſequẽtia trahentes? an potius tale, tantumque oſtentum ab omnibus clariſsimè viſum, omnemq; virtutẽ excedens? Diuus vero Auguſtinus ex illo Eſa. 7. Niſi crediderit is, non intelligetis, contra eos, qui dicunt fidem nõ adhibendam ante rationẽ, ſed primo ratione intelligendũ, quod proponitur, deinde credendũ, quemadmodũ impiè docuit Petrus Abailardus, cuius inſaniã depingit Bernardus epiſt. 190. Habet, inquit Auguſtinus, & fides ipſa lumẽ ſuum in ſcripturis, in Prophetia, in Euangelio, in Apoſtolicis lectionibus. Et paucis interpoſitis ſubdit: Videtis ergo fratres, quàm ſint peruerſi, & properando vitioſi, qui tanquã immaturi conceptus ante ortũ quærunt abortum, qui nobis dicũt, quid me iubes credere, quod nõ video? Videã ego aliquid vt credã. Iubes credẽdum, quod non videam? Ego vidẽre volo, & videndo credere, & non audiendo. Dicit Propheta: Niſi crediderit is, nõ intelligetis. Aſcẽdere vis, & gradus obliuiſceris. Vtiq; peruerſe homo, ſi iam tibi poſſem oſtendere, quid videres, non hortarer vt crederes, Quid enim eſt fides, niſi credere quod nõ vides? vt in myſterijs Dei cõcipiendis, fides debeat eſſe præambula: intelligẽtia verò pediſſequa. Quod ſi obijcias, Thomas Apoſtolus credidit, quia vidit, & palpauit, nec credere voluit, priuſquam vidiſſet, dicẽs: Niſi videro in manibus eius fixurã clauorũ, & mittã digitũ meũ in locũ clauorũ, & mittam manũ meã in latus eius, non credã. Dicendum eſt, quòd aliud vidit Thomas, aliud credidit. Hominẽ vidit, & Deũ cõfeſſus eſt, dicẽs: Dominus meus, & Deus meus, fide credendo hominẽ illũ, quẽ palpabat, & videbat, Deum ſuũ, ac Dominum eſſe: quod vtiq; videre, aut palpare non potuit. Vnde ſubdit Saluator. Quia vidiſti me Thoma, ſupple, ſurrexiſſe à mortuis, credidiſti: Beati, qui nõ viderũt (hoc ſcilicet, reſurrectionis meæ miraculũ) & crediderũt, ſcilicet, me eſſe Deũ ſuũ, ac Dominum. Certè fidẽ, quam laudat Paulus ad Rom. 4. Abrahã omniũ credẽtiũ Patre, eam cõmemorat fuiſſe, q̃ cõtra ſpem in ſpem credidit, hoc eſt, in rebus deſperatis ſecũdũ humanã cogitationẽ. Et præterea, cũ D. Paulus ad Heb. 11. in loco citato docere vellet proprietates fidei, & eius virtutẽ, per quam Patres antiqui operati ſunt iuſtitiã, ea tantũ recenſet, quæ ratione humana inueſtigari nõ poſſunt, ſi accuratè intelligãtur. Prætereà Sap. 9. Da mihi, inquit, ſediũ tuarũ aſsiſtricẽ ſapientiã, & noli me reprobare à pueris tuis. Quoniã homo infirmus ſum, & exigui tẽporis, & minor ad intellectũ iudicij, & legũ. Et ſi quis erit cõſummatus inter filios hominũ, ſi ab illo abfuerit ſapiẽtia tua in nihilum cõputabitur. Mitte illam de cœlis ſanctis tuis, vt mecũ ſit, & mecũ laboret. Et ſciã quid acceptũ ſit apud te omni tempore, & deducet me in operibus meis ſobriè, & erunt accepta opera mea. Quis enim hominum poterit ſcire cõſiliũ Dei? aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? Cogitationes enim mortaliũ timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Corpus enim, quod corrũpitur, aggrauat animã, & deprimit ſenſum multa cogitãtẽ terrena inhabitatio. Et difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cũ labore; quæ in cœlis ſunt autẽ quis inueſtigabit, niſi tu dederis ſapiẽtiã, & miſeris Spiritũ ſanctũ tuũ de altiſsimis? Nam per ſapiẽtiam ſanati ſunt quicũq; placuerunt tibi Domine à principio. Eſt ne igitur, qui poſt adeò clarũ, irrefragabileq; veritatis teſtimoniũ audeat veritati refragari? Ecce ſapiẽs quod nos aſſeruimus manifeſtiſsimè docet, nõ ſat eſſe mortaliũ cogitata, humanaq; cõſilia ad animi ſalutẽ niſi Spiritus ſancti

Hebr. 11.
Ambroſius
Baſilius.
Actor. 3.
Auguſt.
Bernardus.
Rom. 4.
Heb. 11.
Sap. 9.

dono, cœlestis homini scientia cõferatur, sciẽtia videlicet illa salutis plebi Dei data in remissionẽ peccatorum ipsius. Hoc ipsum cõfirma
Ambrosius tur autoritate Patrũ. Ambr. in primis in illud 1. ad Timoth. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, conditio, inquit, latet, si accedant ad eum; fides est enim, quæ dat salutẽ, quam nisi mens tota susceperit volũtate, nõ solum nihil proderit, sed & oberit. Fidei enim gratia hanc habet potestatẽ, vt deuotis sibi diuinam infundat medelam, indeuotis verò cõferat morbũ, per quẽ totus homo intereat. Et. 1. lib. off. fidem, ait, esse iustitiæ fundamẽtũ. Et ad Demetriadem epist. 84. lib. 10. quod sciẽtia naturali ingenio, & industria cõparata non sufficiat ad animi salutẽ ostẽdit ex illo: Vbi sapiens? Vbi scriba? Nonne stultã fecit Deus sapiẽtiã huius
1. Corint. 1. sæculi? 1. Cor. 1. & ex illo ad Rom. 1. Qui cum
Rom. 1. cognouissent Deũ, &c. Quòd autem scientia, quæ ad salutem animi satis est, à Dei gratia, &
Prouer. 2. munere proueniat, ostẽdit ibidẽ ex Prouer. 2. Dominus dat sapiẽtiã, & ex ore eius prudẽtia, & scientia, tunc intelliges iustitiã, & iudicium, æquitatẽ, & omnem semitam bonam. Et 1. ad
1. Cor. 12. Cor. 12. Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto, & diuisiones gratiarum
2. Cor. 3. sunt, &c. Et 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed
Hier. 9. sufficientia nostra ex Deo est. & Hier. 9. Non
Psal. 88. glorietur sapiẽs, &c. Et Psal. 88. Domine in lumine vultus tui ambulabũt, & in nomine tuo exultabunt tota die, quoniã gloria, &c. Et ne quis possit refragari legat librũ primũ de vocatione gẽtiũ, vbi hęc sentẽtia manifestissimè cõprobatur. Fides, inquit ca. penul. quæ bonæ voluntatis, & iustæ actionis est genitrix, quo ipsa fonte nascatur Apostol. Paulus exponat, &c. Probat autẽ multis ex locis fidem esse donum Dei, &c. & ca. vlt. Abunde, inquit, demõstratum est fidem, qua iustificatur impius, nisi ex Dei munere non haberi, & ad hoc donari vt principium possit esse meritorum. Subdit
Psal. 42. deinde illud ex Psal. 42. Emitte lucẽ tuã, & ve-
Prou. 8. ritatẽ tuam, ipsa me deduxerũt, &c. Et Pro. 8. Meum est consiliũ, & æquitas, mea est pruden-
Hiere. 10. tia, mea est fortitudo, & Hier. 10. Scio Domine, quia nõ est hominis via eius, nec viri est, vt dirigat gressus suos. Dirigere autẽ gressus ad intellectũ deliberantẽ pertinet, vel, vt verbis
Hiere. 24. Ambrosij vtar, ad rectã sapientiã. Et Hier. 24.
Ioan. 6. Dabo eis cor, vt sciãt me. & Ioan. 6. Erunt omnes docibiles Dei; omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me, &c. & lib. denique. 2. de voca. gent. c. 1. Dubitandũ inquit, non est ad ipsam cognitionẽ veritatis, & perceptionẽ salutis neminẽ nisi ope diuinæ gratiæ peruenire. &. c. 2. Cum nemo nisi gratia Dei iustificatus fuerit per spiritũ fidei, Quis ambigat eos, qui de quibuscũq; nationibus quibuslibet tẽporibus Deo placere potuerunt spiritu gratiæ Dei fuisse discretos? &c. Chrysost. hom. de fi- Chrysosto.
de, & lege naturæ, ante opera primũ, ait, fides inducẽda est. Eum enim, qui operatur iustitiã sine fide, non possum probare viuum fuisse. Nullus sine fide vitã habuit, &c. & hom. 32. in Ioan. Vbique fide nobis opus est, bonorũ mater, salutis medicina, sine qua nullã magnarũ rerum doctrinã percipere quisquam potest. Id ipsum in comment. quidem super Epist. ad Roman. sæpè tradit, sed hom. 2. vel maximè. D. August. disertissime eandem sentẽtiã profi Auguſt.
tetur lib. 83. quæst. q. 66. lib. de correct. & gra. c. 2. & 7. de gratia, & lib. arb. c. 7. de spiritu, & litera. c. 29. 30. 31. & lib. 1. retract. c. 23. & super Ioan. tract. 25. & 26. in illud nisi mãducaueritis, &c. & super Psal. 13. 31. & 67. ne Epistolæ ad Optatũ verba etiã, atque etiã resumamus. Hier. ad Ephes. 3. in illud: habitare Christum Hieronym.
per fidẽ in cordibus vestris, habitatio, inquit, ista per exordiũ fidei fabricatur. Et ad Gala. 3. in illud: Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, &c. Omnes enim filij Dei estis per fidem, Deo nos generat, ait, non lex abolita, sed mater fides. Hoc idẽ probatur autoritate cõci liorũ, & in primis autoritate Conc. Mileuit. c. Cõc. Mile.
4. vbi sic dicitur: Quicũq; dixerit gratiã Dei, in qua iustificamur, ob hoc nos iuuare ad non peccandũ, quia per ipsam nobis datur, vt sciamus quid appetere, quid fugere debeamus, nõ autẽ per illã nobis præstatur, vt quod faciẽdum cognouerimus, etiã diligere, & facere valeamus, anathema sit, cũ sit vtrũq; donũ Dei, & sciré quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus. Non ergo iuxta Cõcilij diffinitionẽ gratia Dei solũ requiritur admouẽdũ affectũ, sed ad mouendum etiam intellectũ. Quod ex
Psal. 93. Psal. 93. conciliũ probat, qui docet hominem scientiã, Dominus scit cogitationes hominũ, quoniã vanæ sunt; Beatus homo, quem tu eruderis Dñe, & de lege tua docueris eum. Concilium
Concilij verò Carthagi. in epist. ad Innocentiũ re- Carthagi.
fert in huius rei cõfirmationem illud ex 2. ad 2. Corin. 3.
Cor. 8. Nõ sumus sufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex Deo est. Item, Cœlestinus Papa in Epist. ad Celestinus
omnes Galliarũ Episcopos. c. 9. vbi de fide cõ Papa.
tra Pelagianos decernit. Ita Deus in cordibus hominũ, atque in ipso libero, inquit, operatur arbitrio, vt sancta cogitatio, piũ consiliũ, omnisq; motus bonæ voluntatis ex Deo sit. Ad hanc enim professionẽ Papa Zozimus nos instituit, inquiẽs: Quod tempus interuenit, quo Dei non egeamus auxilio. In omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus, adiutor, &

tor,& protector orãdus est. Superbũ est enim vt quicquã sibi humana natura præsumat. & ca. 12. Ecclesiasticis ex diuina sumptis autoritate documẽtis omniũ bonorũ affectũ, & omniũ studiorũ, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur,Deũ fatemur autorem, & nõ dubitamus ab ipsius gratia omnia hominis merita præueniri.Sed dicũt aduersarij, qui defendũt istam sentẽtiã, quam impugnamus,argumẽta proposita tam fuse dilatata contra illos minimè pugnare,nam ipsi nõ affirmãt,quòd cognitio naturalis sufficiat ad salutẽ,neq; inficiãtur fidẽ supernaturalem esse necessariã ad salutẽ, neq; vnquã negant istã fidẽ ex dono Dei hominibus cõtingere,sed tantũ affirmant, quòd cognitio, quam habẽt homines ex diuina reuelatione, & ex dono Dei, qua cognoscunt Deũ esse,& remuneratorẽ esse, quæ veritates naturali lumine sunt cognoscibiles, sufficiat ad salutẽ hominibus, qui ignorãt Euangeliũ, si tamen credantur ea firmitate,quæ ad vitam rectè confirmandã exigitur.Verũm isti nostra argumẽta non euadunt,nam,vt existimo,sufficienter probatum est in superioribus fidem de rebus,quæ humana ratione inuestigari nequeunt, necessariã esse ad salutẽ. Quod nunc euidentibus argumentis ex diuina Theologia adductis iterũ cõfirmo.Nam si ex parte intellectus non est necesse credere aliquid supernaturale, ergo ex parte voluntatis nõ est necesse amare aliquid supernaturale, cõsequẽtia inde probatur,nam nihil est amatum,& volitũ,nisi cognitum. Quod si ita est,necessum est concedatur,quòd ex parte voluntatis nõ est necesse virtus spei,qua speremus à Deo bona supernaturalia,quæ superant omnem intellectum, & captum,quæ oculus non vidit,nec auris audiuit,quæ nec in cor hominis ascenderũt. Rursus consequens est, quòd ex parte voluntatis non sit necessaria charitas infusa, qua bona supernaturalia diligamus. Ad hæc, semper fuit necessarium credere in Deum iustificatorem impij,& peccatorum condonatorem,sed hæc veritas per naturam cognoscibilis non est, ergo nõ satis est ad salutem veritates eas cognoscere, quæ ratione humana inuestigari possunt.¶ Quarta conclusio. Qui dicit, quòd seruantes legem naturalem sine fide Christi non condemnantur,hæretici sunt.Pro huius conclusionis intelligentia sciendũ est fuisse quosdam autores,qui aiebant homines ignorantes Christum,qui nihil de Euangelio audierunt, si rectè viuant secundum præscriptum legis naturæ non damnari. Dico istam sententiam esse hæreticam ex officina Pelagiana. Et quidem si isti sentiant,non condemnantur, id est saluantur,ipsissimi sunt Pelagiani, & contradicunt D. Paulo, & diuinis scripturis, vt suprà visum est. Si verò sentiunt, non damnari vllo modo, etiam sunt Pelagiani, nam saltem isti contraxere peccatum originale,à quo nisi per gratiam Dei, & Christi liberari non possunt, vt testatur vniuersa scriptura. Verum si sentiant non damnari pœna sensus, sicut nec paruuli, qui discedunt cum solo originali peccato, non adeò hæretica est eorum sententia. Nam inquiunt, si homo perueniens ad vsum rationis proponat sequi bonum, & viuere secundum rectam rationem, si illico moriatur non habet nisi peccatum originale, ergo non habebit nisi pœnam peccato originali debitam,quæ secundum veram Theologiam non est pœna sensus,sed damni,id est, carentia diuinæ visionis. Hoc ipsum confirmatur. Nam sententia illa D. Tho. quòd puer perueniens ad vsum rationis tenetur se in Deum conuertere non est certa secũdum fidem,vnde opposita est probabilis, poterit ergo homo perueniens ad vsum rationis per aliquod temporis spatium esse cum solo peccato originali,& viuere secundum rectam rationẽ, obidq; si statim moriatur, nõ condemnabitur pœna ignis æterni. Sed his nõ obstantibus ego existimo, quòd iste sensus etiam sit hæreticus, nam in sanctis scripturis apertè asseritur,quòd omnes adulti cõparere debeãt in die iudicij reddituri rationẽ de operibus proprijs, & qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternũ: non datur locus medius pro adultis,qui ex operibus sunt iudicãdi. Rursus in Euãgelicis literis planissimè habetur,quòd omnes adulti stabunt ante tribunal Christi,vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, & qui à sinistris stabunt in ignem æternum,qui verò à dextris benedictionem æternæ vitæ consequentur. Hæc est fides catholica,hæc est traditio Ecclesiæ, & cõmunis Christianorum sensus.Et quanquam illa sententia D.Tho.de puero perueniente ad vsum rationis sit tantum probabilis, illa tamen certa est, & indubitata, quòd homo adultus saltem semel in vita tenetur se conuertere in Deum, & diligere Deum super omnia, quæ opera si faciat homo,illuminabitur à Deo, vt Christum cognoscat,& illum diligat. ¶ Sed iam tempus est vt argumentis obiectis respondeamus.Ad primum dicendum in primis,quòd homo nõ potest facere quod in se est, nisi diuina gratia excitetur. Scriptum est enim: Sine me nihil potestis facere, ergo sine adiutorio diuinæ gratiæ non potest homo facere,quod in se est vt iustificetur. Hæc solutio est D. Tho. 1. 2. quæst.109.artic.6.ad secundum.Secundò dico esse probabilem sententiam Doctorum,

4. Concluſ. Qui dicũt nõ damnari eos qui viuũt secũdum legẽ naturalem etiãſi ignorent Chriſtum, & nõ habeãt fidẽ in illũ,hæretici ſunt.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

quòd facienti quod in se est ex facultate naturæ Deus ex sua misericordia non denegat gratiam. Atqui hæc sententia multis differt à sententia Pelagij, quam impugnauimus. Pelagius enim dicebat hominem ex facultate naturæ sine fide supernaturali, & sine infusione diuini amoris posse consequi gratiam, & gloriam. Sed catholici autores, quos in argumento citamus, fatentur, quòd homini facienti quod in se est ex facultate naturæ est necessaria fides supernaturalis, & amor desuper infusus, sine quo nemo viuit, quæ dona confert Deus facienti, quod in se est, vt ad gratiam præparetur. Vltimò dico esse probabilius, & magis cõsentaneum sanctis Patribus, præcipuè D. Augustino non esse legem infallibilem, quòd detur gratia facienti quod in se est ex facultate naturæ, cuius rei fecimus euidentem demonstrationem. 1.2. q. 109. artic. 6. idque probatur nunc efficaci argumẽto. Nam si esset lex infallibilis, certè initium, & bona pars iustificationis esset ex nobis, si quidem ex facultate naturæ facimus aliquid, ad quod infallibillter sequitur gratia, & hominis iustificatio. ¶ Ad secundum argumentũ, multa meditantur Theologi de puero perueniente ad vsum rationis, multaque discipuli D. Tho. in defensionem diuini Doctoris excogitauerũt, de quibus nos longum tractatum edidimus super. 1.2. q. 89. articu. 6. Inde poterit lector petere, quæ huic argumento confutando necessaria videbuntur. Nunc breuiter dico, quòd si puer perueniens ad vsum rationis proponat sequi bonũ, & fugere malum, certè illuminabitur à Deo, vt credat in Christum, & illũ diligat. Obidq; sine fide in Christum nũquam iustificabitur, nec vitam beatam cõsequetur. Qui plura desiderat de hac re, legat obsecro, in loco indicato. Ex eadem solutione patet confutatio tertij argumenti. ¶ Ad quartum argumẽtum dicendum Paulum Apostolum de fide explicita in Christum habere sermonem, hanc enim statuit Deus per homines ad ministros hominibus impartiri, vndè & subdit Apostolus: Nun quid non audierunt, & quidem in omnem terram, &c. Ex his itaque colligit, ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Cæterum fides, quæ in lege naturæ, & in hoc casu proposito de puero, qui nihil audiuit de Euangelio, homine extrinseco docente non indigebat, sed interius, vel inuisibiliter, vel visibiliter per Angelos administrabatur. ¶ Ad quintum dicẽdum, quòd Adrianus in. 4. q. 1. de baptismo, articulo. 3. tenet eiusmodi puerum non recipere gratiam nec satis esse velle suscipere baptismum, requiritur nanque conueniens dispositio in adultis. Vnde Actorũ. 8. cum Eunuchus Philippo dixisset: Quid prohibet me baptizari, ait: Si credis ex toto corde, &c. Itaque in homine adulto volente recipere sacrũ baptisma vt iustificetur, necessum est actus fidei in Christum, & in sacrum baptisma. ¶ Ad sextum respondetur, quòd in momento temporis potest Deus fidei lumen superinfundere ex gratuita sua misericordia, & subitò honestare pauperem, & iustificare hominem. ¶ Ad septimum D. Augustinum de spiritu, & litera capit. 26. & 27. exponit naturaliter quæ legis sunt, faciunt, id est, per naturam gratia sanatam, & perfectam. Respondere quoque possumus præcepta legis naturaliter cognosci à gentibus, & singula naturaliter etiam fieri, licet omnia sine auxilio Dei speciali impleri non valeant. Ob quam causam D. Tho. dixit opus esse gratia ad mouendum affectum, nec enim voluntas perficere naturalia omnia præcepta potest, quæ naturæ lumine intellectus antè cognouerit. Aliam solutionem possumus adhibere prædicto argumento dicentes, quòd non dixit Paulus, naturaliter omnia, quæ legis sunt, faciunt, sed ea, quæ legis sunt, faciunt, videlicet, aliqua bona opera, & fortasis plura, quàm Iudæi, quorum faustum, & arrogantiam Diuus Paulus deprimere volebat. ¶ Ad octauum, varijs solutionibus respondent Doctores. In primis Caietanus explicans illum locum Pauli, dicit, quòd Deum esse remuneratorem inquirentium se oportet fide teneri, quoniam nulla speculatiua scientia hoc pertingere potest. Et profecto Diuus Paulus de remuneratione supernaturali, & quæ sola fide tenetur sermonem facit, vt patebit textum scripturæ legenti. Adde aliam solutionem falsum esse non alterius rei fidem necessariam esse, quàm credere Deum esse, & remuneratorem esse. Oportebat nanque etiam credere Deum esse iustificatorem, cuius videlicet gratia peccata hominibus remitterentur. Oportebat item credere mortales à cœlesti regno peregrinos, & alienos effectos patriam illam, quam sperabant, non aliter adepturos, quàm per aliquod diuinæ prouidentiæ remedium præparatum. ¶ Ad nonum dicendum est, quòd inter præcepta decalogi, præcepta fidei, spei, & charitatis erga Deum continentur, quæ omnia ad cultum vnius Dei referuntur, quæ præcepta sine gratia Dei impleri non possunt. Possumus etiam dicere seruantem omnia præcepta naturalia vitam habiturum. Qui enim fecerit ea, viuet in eis, at non ex eis, sed ex fide, iuxta sententiam Apostoli ad Galatas. 3. Nam, vt superius dictum est, seruanti legem naturæ Deus non denegabit gratiam suam, qua adiutus & seruabit

Ad secũdũ.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad octauũ.

Ad nonũ.

seruabit ea, quæ naturam omnem excedunt,
Ad confir. fidem, spem, & charitatem. Ad confirmationē respondetur esse ex officina, & reliquijs Pelagianæ hæresis. Pelagius enim solus docere potest Deum præparasse salutem, & gratiā etiam hominibus ignorantibus illam, contra quem militat tota scriptura, dicens: Sine fide impossibile est placere Deo. Et iterum: iustitia per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. Vnde Iudæi, qui zelum erga vnum Deum creatorem cœli, & terræ habebant, supra modum studentes seruare legem, quia crediderūt ex operibus legis se fieri iustos, non fuerunt iustificati, quia gratiam hanc ignorauerūt, quemadmodum dicit Paulus: Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit, quia non ex fide, sed
Ad decimū quasi ex operibus. ¶ Ad decimum in quo dicitur, quosdam sic natura esse dispositos, vt non contemnerent fidem, si eis prædicaretur. Respondeo, neque illos sine fide saluos esse
Matth. 11. posse, dicit enim Saluator Matth. 11. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsayda, quia si in Tyro, & Sydone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. Quod tractans Augustinus
August. in lib. de prædestinatione Sanctorū docet homines ex Tyro, & Sydone fuisse crediturōs, si magna illa Christi opera vidissent, & audissent facta. Nihilominus propter sua peccata condemnati sunt. Quos sciebat Dominus crediturōs in ipsum, si Euangelium audijssent.
Ad confir. ¶ Ad vltimum argumentum concedendū est illos, qui nihil audierunt de Euangelio non teneri in crimine ex eo, quòd Euangelium contemsere, aut in Christum nō credidere. Horum enim infidelitas non imputatur illis ad peccatum, condēnabūtur tamen propter alia peccata, quæ in hac vita constituti commiserunt, à quibus nisi per fidem in Christum liberari non possunt. Et hæc de ista quæstione dixisse sufficiat.

Vtrùm per solā fidē in Christū applicētur nobis merita Christi. Argumēta pro affirmatione quæstionis.

ARTICVLVS Secundus, Vtrùm per solam fidem in Christum applicentur nobis merita Christi, vt prosint efficaciter ad salutem? A parte affirmatiua educūtur varia argumenta ex sanctis scripturis. In primis Christus Dominus in Euangelio nihil aliud ab homine peccatore exigere videtur, vt saluus fiat præter solam fidem, seu fiduciam in Iesum.
Primū arg. Ioan. 3. Ioan. 3. Nicodemo fidem commendans Christus, sic, inquit, Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam
Ambrosius æternam. Cum dicit, Omnis, inquit Ambrosius de pœnitentia capitulo. 10. nullus excluditur, hoc est, ex quocunque lapsu, ex quocunque statu, si credat, perire non timeat. Scriptum est enim; Omnis, qui credit in illum, nō confundetur. Rom. 10. & 1. Ioan. 4. Omnis spi Rom. 10.
ritus, qui confitetur Iesum in carne venisse, 1. Ioan. 4.
ex Deo est. ¶ Præterea, de adulto baptizando Secundum.
nihil exigit Saluator Mar. 16. nisi solā fidem. Mar. 16.
Qui crediderit, inquit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Item centurionis expetentis filium sanari solam commendauit fidem Christus,
Non inueni tantam fidem, inquit Matth. 8. Matt. 8.
in Israel, & pro mensura fidei sanitatem contulit, Vade, inquit, & sicut credidisti, fiat tibi. Insuper ad mulierem patientem sanguinis fluxum, inquit Matth. capit. 9. Fides tua te sal- Matth. 9.
uam fecit. Ad mulierem Chananæam Matth. Matth. 15.
15. O mulier magna est fides tua, fiat tibi, sicut vis. Cuidam petenti filium à dæmone liberari, respondet Mar. 9. Si credis, omnia possi- Mar. 9.
bilia credenti sunt. Ille respōdens cum lachrymis ait: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam, & quod petiuit, mox impetrauit. Magdalenā saluā fecit Christus non eo, quod staret retrò secus pedes eius, sed pro fide peccata remisit, Remittuntur, inquit, tibi peccata tua, fides tua te saluam fecit, vade in pace. Christus ergo si solam fidem exegerit, non veteris vitæ pœnitentiam, non gemitum, non planctum, non contritionem, aut sacramentū, non confessionē, non opus aliud; consequens videtur solam fidem in Iesum impijs iustificādis sufficere, vt participes fiant fructus passionis Christi. Si ergo omnis Christi actio, nostra sit instructio, & nusquam in Euangelio Christus peccata remittens iniunxerit iustificandis pœnitentiā, vel, opera, sed solam fidem exegerit: Neque enim Magdalenæ, neq; Matthæo publicano, neque adolescēti quid facerent, interrogantibus, neque adulteræ, neque Chananeæ mulieri legimus Christū quicquā operis adiunxisse, sed commendasse solam fidem, consequens igitur videtur, solam fidem sufficere ad hoc, vt participes efficiamur fructuum, seu meritorum passionis Christi. Illud etiam videtur istam sententiam confirmare. Nam Christus Dominus cum interrogaretur à Iudæis, quid facerent, vt operarentur opera Dei, hoc vnum præscribit eis, dicens: Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille, ergo sola fides sufficit ad salutem. Secundò Diuus Paulus in suis Epistolis, præsertim
ad Roman. 3. & 4. luce clarius affirmare vide- Rom. 3.
tur remissionem peccatorum, seu iustificatio- & 4.
nem impij esse non ex operibus, sed ex fide. Arbitramur, inquit, hominem iustificari per fidem sine operibus legis. & ad Rom. 4. Ait enim: Si Abrahā ex operibus legis iustificatus est, habet gloriā, sed nō apud Deū. Quid enim

dicit scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, ei verò qui non operatur, credéti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiã secundum propositum gratiæ Dei. Vnde & Dauid decantat beatitudinẽ hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus: Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Et paulo post: Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi. Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. ¶ Tertium argumentum. Certè Apostoli in primitiua Ecclesia nihil ab adultis baptizandis exigebant præter fidem, quemadmodum Philippus baptizaturus eunuchum reginæ Æthiopum, si credis, inquit, in toto corde tuo, nihil prohibet te baptizari, & eunuchus nihil plus dixit, quàm credo filiũ Dei esse Iesum Christum, & continuò baptizatus est. Habetur hæc historia Actorum. 8. Insuper latro, qui in cruce pendebat, ex sola fide iustificatus est, qua confessus est Christum esse saluatorem mundi. Huic rei astipulatur euidentissimè Paulus; dum inquit: Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus suscitauit eum à mortuis, saluus eris. Et iterum, finis legis Christus est ad iustitiam omni credéti, & antea adduxerat oraculum illud Prophetæ memorabile: Iustus ex fide viuit. Multæ aliæ sententiæ Euangeliorum, & Apostolorum poterant adduci, quæ idem sonare videntur, sed adductæ sufficiant pro instituta breuitate. ¶ Quartum argumentum est. Nam si quispiam asserat opera alia prẽter fidem esse necessaria ad salutem, & ad ea remittat hominem iustificãdum, profecto cogit illum ad desperationem; nam omnia opera hominis sunt culpabilia, peccata, & damnanda, iuxta illud Apost. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Et iterum, non est iustus, non est qui faciat bonum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Quare cuiuslibet Christiani prima cura esse debet, vt posita operum opinione sola fides magis, ac magis roboretur, & per eandem crescat in cognitione non operum, sed Christi Iesu pro ipso passi, & suscitati: in quem, vt ait Petrus, credentes exultabitis lætitia inenarrabili reportãtes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum. ¶ Vltimo produco in mediũ argumentum sophisticum, quo quidam hæretico spiritu vtuntur ad probandum, quòd per solam fidem satisfaciamus omnibus operibus, & cæremonijs, & vniuersis præceptis affirmatiuis diuinæ legis. Faciunt nanque scripturam bipartitã in præcepta, scilicet & promissa, & præcepta docere quidem à nobis facienda, quæ non possunt fieri, verum ad id ordinata, vt cognoscat homo impotentiam propriam, & de suis viribus desperet. Nam lex dicit, non concupisces, nemo tamen est, qui possit non concupiscere, & pari modo de alijs præceptis. Vnde cum moueatur de impotentia propria ad legem obseruandam, cuius vel minimũ iota, aut apex præteriri non debet nõ obseruatum, inde desperet, ad nihilmuq; redigatur in oculis proprijs necesse est, nec audeat accedere ad alterã partem scripturæ, quæ sunt promissa, quibus annunciatur gloria Dei, & ibi audiat: Si vis legem adimplere, vt ipsa exigit, vade ad Iesum, in quo promittitur tibi gratia, pax, iustitia, libertas, & omni. Quæ habebis, si credes, si non credis, carebis. Hinc promissa Dei donant, quòd præcepta exigunt, & implet ibi, quod lex iubet, & sicut tactu Christi sanabatur infirmus; sic verbo, & fide Christi tenerrimus in fide iustificatur, sanctificatur, viuificatur, pacificatur, liberatur, omni bono repletur, & efficitur filius Dei credens in nomine eius. Et hanc sententiam longo prosequuntur sermone, & persuasionibus repetentes, & affirmantes, alijs, & alijs verbis asseuerãtes id, quod sæpius dixerant. Nam & Abrahę, vt prosequuntur, fides reputata fuit ad iustitiam, non opus aliquod. Idem de alijs sentiendum adiudicant. ¶ In contrariũ est illa sententia Iacobi, fides sine operibus mortua est. & iterum: Dæmones credunt, & contremiscunt. Sed veniamus ad Euangelium, & ad sententiam Iesu Christi, qui est testis fidelis, Hic enim, qui dixit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, alibi quoque dixit, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, & quod maius est, totum negotium salutis, & beatitudinis concluſit in operibus, dicens: Ab his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ, non dixit à sola fide, sed à dilectione Dei, & proximi, quæ in opere consistunt, non in credulitate. De quæstione proposita breuiter edisseram, nam de ea fusissimè disputaui super 1.2. quæstione. 113. articulo. 4. Sciendum tamen est pro eius explicatione, quòd ex supradictis scripturis perperam intellectis hæretici in tres errores lapsi sunt. ¶ Primus, si Augustino credimus, olim etiã erat in veteri lege, & tẽporibus Apostolorũ. Aiebãt eñ quidã hęretici fructũ passionis Christi peruenire quidẽ in animas nostras per fidẽ in Iesum solã, id est, absq; operibus. Aiebant prętereà omnẽ hominẽ, qui tẽpore gratiæ crediderit, & baptizatus fuerit,

Tertium.

Acto. 8.

Quartum.

Vltimum.

De proposita quæstione hæreses variæ. Prima hęresis de sola fide.

fuerit, tandem esse saluandum, tametsi perseueret in peccatis quantumlibet grauibus vsq; in finem vitæ, modo fidem in Iesum in corde teneat, & caueat, ne vel schismate vllo, vel hęresi ab Ecclesia præscindatur. Ita, inquiũt, Paulus dicit 1. Cor. 3. Si quis supra hoc fundamentum, id est, fidem in Christum superædificauerit ligna, id est, grauiora peccata, fœnum, & stipulam, id est, leuiora peccata, saluus erit, sic tamen quasi per ignem, quia omnis, qui credit in eum, non cõfundetur in ęternũ. Nec recens est hic error, nam ante Christi aduentum iam pseudoprophetæ docebant huiusmodi hæresim, beatificantes populum, quemadmodũ habes Michęæ. 3. Principes eius in muneribus iudicabãt, & sacerdotes eius in pecunia diuinabant, & super Dominũ requiescebãt, dicẽtes: Nunquid non Dominus in medio nostrũ est? Non veniet super nos malum. Acsi dicãt: Nos sumus populus peculiaris, & Deus habitat in medio nostri, qui nos elegit de cunctis gentibus, non venient super nos mala. Sic ex sententijs aduersariorum docentium solam fidẽ sufficere, sumpserunt sibi causam errandi nõnulli pseudoprophetæ huius sæculi, dicentes: Vos estis populus, Christi sanguine redẽptus, ipse soluit pro omniũ hominum peccatis debita, ipse meruit regnum cœlorũ, non oportet facere opera, satis est in Deũ credere, & confidere. Huius quoque erroris meminerunt ante nos Ecclesiastici Patres, Hierony. super cap. 3. in Mich. Pseudo, inquit, prophetæ quondam populum Dei errore decipiebant, & accipientes munera, permittebãt eis pacem, & regna cœlestia dicẽtes: Non est necesse vt viuatis cõtinenter, & sancte; habetote fidẽ, quã docemus, & omnia promissa Domini cõsequemini. Eundem insuper errorem citat August. in Enchiridio. c. 67. dicens se de hac quæstione scripsisse librum de fide, & operibus, in quo hunc errorem prorsus contriuit. ¶ Secundus error est eorũ hominũ, qui dicunt ad accipiendum fructum passionis Christi, seu ad habendã remissionẽ peccatorũ, satis esse ex fide deinceps seruare mandata, & interiorem pœnitentiã, veteriq; vitæ dimicationem non esse necessariam ad remissionẽ peccatorũ, sed satis esse à peccatis cessare, & deinceps facere opera bona, & agere bonam vitã, etiamsi nunquam pœniteat veteris vitæ. ¶ Tertius error est Lutheranorũ, quia in hac ætate grassatur. Arbitrantur enim isti hæretici fidem per quam peruenit in vnũquemque fructus passionis Christi esse eam, qua quisque certissimè credit sibi per Christi meritum peccata esse remissa, vocantq; istam fidem specialem, quòd per eam credant nõ in genere tantum pœnitentibus remitti peccata per Christum, sed specialiter sibi iam remissa peccata, sibiq; Deũ propitiũ factum propter Christũ. ¶ Istos errores cõuellere, atq; destruere haud erit difficile, vnde in primi erroris cõfutationem erit prima cõclusio. Credenti nõ communicatur fructus passionis Christi, si diuina mãdata non obseruet, non inquam, communicatur, vt prosit efficaciter ad salutem. Probatur hæc in primis cõclusio ex illo Matthæi. 7. Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine intrabit in regnum cœlorũ, sed qui facit voluntatem Patris mei. Et Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata. Et Matth. 25. docet Dominus hædos à sinistris statuendos damnandos fore non propter fidem, sed propter neglecta pietatis opera. Vnde inquit: Ite maledicti in ignem æternum, esuriui enim, & nõ dedistis mãducare, &c. & Ioan. 13. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. & Ioan. 14. Qui diligit me diligetur à Patre meo. Et iterum. Qui diligit me, sermonem meum seruabit. Eandem veritatem demonstrant diuini Apostoli Paulus, Ioannes, Iacobus. Paulus quidem ad Rom. 2. Non enim auditores, sed factores legis iusti sunt apud Deum. & cap. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: & ibidem. Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quòd filij Dei sumus, si tamen compatimur, vt conregnemus: & 1. Corinth. 6. Nolite errare, nec fornicarij, nec idolis seruientes, nec masculorum concubitores regnum Dei possidebunt: & cap. 10. Nolo vos ignorare fratres, quòd patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, & tamen non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Ad idem pertinet illud 1. Corint. 13. Si habuero omnem fidem ita vt montes trãsferam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Eandem veritatem confirmat D. Ioan. dicens: Filioli nolite errare: qui facit iustitiam, iustus est: & cap. 2. dixerat; Qui facit iustitiam, ex Deo natus est. Quibus verbis subindicat apertè istum errorem de sola fide sua ætate iam fuisse subortum. Diuus Iacobus studiosius direxit suam Epistolam aduersus istum errorẽ, dicit enim, quòd fides sine operibus mortua est, & otiosa: Et ibidem demonstrat Abraham ex operibus iustificatum esse. ¶ Secunda conclusio ad confutandum secundum errorem sic habet. In homine peccatore, vt iustificetur, & vt ei communicetur fructus passionis Christi necessum est vitæ præteritæ pœniteat, & proponat deinceps rectè & ad normam diuinæ legis vitam instituere. Hæc cõclusio leuiter, & suspensa, quod aiunt, manu

1. Cor. 3.
Mich. 3.
Hierony.
August.
Secunda hæresis de sola fide.
Tertia hæresis Lutheranorũ de fide sola.
Prima conclusio.
Matt. 7.
Matt. 19.
Matt. 25.
Ioan. 13.
Ioan. 14.
Rom. 2.
Rom. 8.
1. Cor. 6.
1. Cor. 10.
1. Cor. 13.
2. Conclus.

manu hoc in loco demonstranda est, nam fusior eius demonstratio ad materiam de pœnitentia referenda est. Probatur hæc conclusio ex illo Ezech. 18. Si auerterit se impius ab impietate sua, si egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, & fecerit iudicium, & iustitiam ipse animam suam viuificabit, & secundum translationem septuaginta; Quacunque hora ingemueris, saluus eris. Vbi Deus per Prophetam suum ab impijs non fidem, sed pœnitentiam, & cõuersionem cordis exigit. Loquebatur enim tunc non ad Paganos, sed ad Iudæos credẽtes in Deum, quem colebant Abraham, & Prophetæ. Exceptis, inquit Augustinus, paucis, reliquis cæterorum hominum nullus transit ad Christum, vt incipiat esse, quod non erat, nisi eum pœniteat fuisse, quod erat. Nam & Petrus Acto. 2. dum Christum colendum annuntiaret, Iudæis interrogantibus quidnam facerent, respondit: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Accedẽtibus quoque ad baptismum Ioannes dixit Matth. 3. Pœnitentiam agite, ac si diceret: Pœniteat vos veteris vitæ, & baptizemini ex fide in Christum. Hic si dixeris, pœnitentiam agere, non est illud quod dicimus pœnitudinem veteris vitæ habere, sed id quod dicimus resipiscere, id est, cessare à peccato. Noua hæc adinuentio est, & Lutheranorum glossema, cui contradicit scriptura dicens Eccles. 21. Fili peccasti, nõ adijcias vltra, sed & deprecare de pristinis vt tibi remittantur. Si à peccato desistere; hoc esset quod non habere peccatum, sufficeret, inquit Augustinus, vt hoc nos moneret scriptura, Fili peccasti, non adijcias vltrà, & quia hoc non sufficit, continuo adiecit, & deprecare de pristinis, vt tibi remittantur. Nec habes in hac parte, quòd hunc librum Ecclesiasticum ab auctoritate canonica submoueas. Nam & ad Simonem Magum iam iam baptizatum, & iampridem credentem, & adhærentem Philippo, postea in dono gratiæ Spiritus sancti errantem, inquit Petrus Actor. 8. Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si fortè remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui. Exploditur etiam iste sensus Lutheranorum hæreticus, & demonstratur quemadmodum aduersetur & autoribus Latinæ, & Græcæ linguæ, & vniuersæ philosophiæ, & diuinę Theologiæ apertissimè. Cicero enim in epist. ad Atticum nõ semel ait. Me pœnitet, quòd te offenderim. Et in Tusculanis, Sapientis, inquit, est proprium nil quod pœnitere possit facere. & lib. de inuẽtione. Vtrum id facinus sit, quod pœnitere sit necesse. Quibus alijsque simillimis locis manifestè exprimitur respectus ad præteritum malum, cuius dolore, & tristitia affici eum oportet, quem facti pœnitet. Et Ausonius in illa parœmia, Nosce tempus, Metanœam ipsam inducit sic loquentem. Sum Dea, quæ facti, non factique exigo pœnas, Nempè vt pœniteat, sic Metanœa vocor. Nomen ergo Metanœa detestationem præteriti mali includit, ac subinde dolorem, & mœrorem gignit. Vnde non solum autor lib. de vera & falsa pœnitentia, verum & omnes Grammatici dicunt pœnitere idem esse, quod pœnam tenere. Certè diuini, & naturalis iuris est pro omni peccatore volente assequi misericordiam, vt agnoscat culpam, pœniteat de illa, & postulet væniam. Neque de his fuit vnquam quæstio, aut cõtrouersia inter Ecclesiæ Patres. Sic scriptum Isai. 43. Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc in memoriã, narra si quid habes, vt iustificeris, vbi translatio. 70. habet. Dic tu iniquitates tuas primus, vt iustificeris. Cæterum nihil prodesset, inquit Bernardus, pœnitere de culpa, & non supplicare pro vænia. Vnde & ab exordio nascentis Ecclesiæ ab hominibus baptizandis solet Ecclesiæ minister exigere, Abrenuntias Satanæ, & omnibus operibus eius? Quomodo placeret vitæ nouitas, cui non displicet peccati vetustas? Et hoc est, quod August. illis verbis sentit, Nemo voluntatis sũæ arbiter constitutus potest nouã vitã inchoare, nisi eum veteris pœnituerit. Atqui exemplum inter homines, ex quibus ad Deũ argumentum ducitur, id facit manifestum. Qui enim amicum iniuria affecerit, quauis dicat ei propositum habere non amplius eum iniuria afficiendi, nisi dicat se pœnitere illatæ iniuriæ, non facit satis, vt in eius redeat amicitiam. Haud enim satis est à malo cessare, nisi, quam iniuriam intuleris, satisfactione repenses. Vnde Lactantius libro. 6. diuin. instit. cap. 24. Metanœam, inquit, Græci eam vocant, quam nos resipiscentiam. Resipiscit autem ille, quem errati piget, & seipsum castigat dementiæ, & confirmat ad rectius viuendum. Et eleganter in Antonium Cicero, Optimus, inquit, portus pœnitenti mutatio cõsilij. Propositum ergo benè agendi non tota est pœnitentia, sed pœnitentiæ portus. ¶ Tertia cõclusio. Specialis illa fides, quam ponunt Lutherani, qua sola & merè gratis absque respectu bonorum operũ dicunt hominibus cõmunicari, & applicari fructus passionis Domini, non habet fundamentum in scripturis, imò eisdẽ aduersatur, & contradicit, fictitia est, & multorum errorum mater. Errant certè, & tota via errant, primo in particula exclusiua, sola, quam nunquã adiectã inuenies, quoties fidei in scripturis tribuitur iustificatio, sed neque addi

Ezech. 18.
Acto. 2.
Matth. 3.
Eccle. 21.
Acto. 8.
Cicero.
Ausonius.
Esa. 43.
Lactantius.
3. Conclus.

addi potest salua veritate aliarum scripturarũ, prout suprà palam fecimus. Secũdo errant in aduerbio, gratis, in sensu quo ipsi docent, dicunt enim nos ita gratis à Deo per Christum iustificationem, & salutem accipere, vt si quid nos ipsi ea in re, aut eius rei gratia nostrorum operum nostræ præparationis, nostri studij, aut conatus adiunxerimus, hoc ipsum ad diuinæ gratiæ iniuriã pertinere intelligant, atque ideo plerumq; addunt nos merè gratis iustificari per Christum. Hic sensus hæreticus est, vt ex dictis planè constare poterit, catholicus tamen sensus est nos iustificari gratis per Christum, iuxta illud: iustificati gratis per gratiam ipsius, gratis, id est, absq; meritis, non tamen in hoc sensu, quòd ex parte nostra nulla requiratur animi præparatio. Tertiò errant in eo quod addunt, absq; vllo respectu operũ, quasi non posset iustitia in nobis accrescere, & consummatior effici exercitio bonorum operũ, & virtutum meritis. Quartò errant in voce, fides, per fidem intelligentes non vtiq; fidẽ catholicam, ac veram, sed fidem quandã specialem, vt vocant, qua quis adeò certò, adeoque infallibiliter statuit sibi remissa esse peccata, atq; certò credit Christũ natũ, ac passum pro nobis, obidq; specialem vocãt, quòd per eam credant nõ in genere tantũ pœnitẽtibus remitti peccata per Christũ, sed specialiter esse iam sibi remissa, sibique Deum propitium factum propter Christum. Hanc fidẽ specialem dico esse fictitiam, & scripturis, & Patribus penitus incognitam. Quod sic demonstro. Id est credendum fide infallibili, & Christiana, quod à Deo est reuelatum, & illud solum, & credendum est, quia ita reuelatum est à Deo, vt legitimo testimonio matris Ecclesiæ nobis cõstat, sed nõ inuenitur reuelatum, mihi aut tibi, aut cuipiam nunc viuentium, quòd Deo gratiosi sumus, & accepti tãquam filij eius. Est enim certo certius neq; in scripturis, neq; in traditionibus Apostolicis, neq; in sacris cõcilijs factã esse talem reuelationem. Fuerunt quædã huc pertinẽtia olim reuelata Deiparæ virgini Angelo dicente, Aue gratia plena, &c. dixit & saluator de Nathanael: Ecce verè Israelita, in quo dolus non est, dixit insuper paralytico: confide fili, remittũtur tibi peccata tua, & de Magdalena; remittũtur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, & ad ipsam; Fides tua te saluam fecit, vade in pace, merito ergo potuerũt isti omnes credere fide indubitata, & infallibili sibi esse remissa peccata per Christum, de me autem, vel de te vbi quæso simile quid reuelatum inuenitur, vt fide speciali certò credam, & statuam me esse per Christũ iustificatum? His accedit aliud argumentum. Nam salus non offertur per Christum, nisi certo modo qualificatis, & affectis, sicut patet ex subiunctis scripturis. Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, nõ potest introire in regnum Dei. Matth. 4. pœnitentiam agite, appropinquabit regnum Dei. Luc. 13. nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Hebr. 5. factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ; at dato quòd sis verè credens, verè pœnitens, & voluntariè obtemperans non potes infallibili fide de te certò statuere, quòd verè, & sincerè credas, pœniteas, obtemperes, nisi per diuinã reuelationem, ergo citra illam nemo potest fidẽ talẽ habere. Poteris certè per coniecturas, & per nonnullã experiẽtiã hęc de te ipso cognoscere, sed per reuelationem diuinã non vtiq; tibi constat, sed hæc notitia ex proprio sensu, vel ex testimonio conscientiæ, infallibilis non est propterea q̃ cor hominis instabile est, & pariter inscrutabile, quemadmodũ dicit Apost. 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Quasi diceret, non testatur mihi cõsciẽcia, quòd aliquid eorũ omiserim, quæ requirit Deus, vt iustus sim, attamen propter hoc non audeo certò statuere, quòd corã Deo iustus existã. Quintò errant dicẽtes hominem non posse excidere à fide speciali semel obtenta. Vt autem falsitas huius rei appareat, constituamus quòd tibi sit reuelatũ te nunc iustificatum esse, vt fuit reuelatũ Magdalenæ verbo Christi non propterea securus eris, & citra omnem formidinẽ certus te semper talem mansurũ, ac saluũ fore, nam expressè tradunt scripturæ hominem excidere à veritate 2. ad Timoth. 2. excidere circa fidẽ. 1. ad Timoth. 6. excidere à gratia, excidere à simplicitate, excidere à propria firmitate, item euacuari à Christo, & naufragiũ facere circa fidẽ, hæc enim omnia habet scriptura sancta. Scribit Apostolus Galat. 1. semel Christo incorporatis: Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Sic Romanis credẽtibus Rom. 11. scribit: Tu autẽ fide stas, noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis nõ pepercit, nẽ fortè nec tibi parcat, ad Rom. 11. & rursum. 1. Corin. 10. Qui existimat se stare, videat ne cadat. Hinc hortatur Philip. 2. dicẽs: Itaq; charissimi mei, sicut semper obedistis, non in præsentia mea tantũ, sed multò magis nũc in absentia mea, cũ metu, & tremore vestram salutẽ operamini. Hinc saluator tam inculcat studiosè repetitis vicibus illud Euangelicum, Vigilate, dicens: Itaque vigilate, vigilate semper. Iterum dico vigilate. Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. Denique errant aientes hanc fidem specialem

Ioan. 3.
Matth. 4.
Luc. 13.
Hebr. 5.
1. Cor. 4.
2. ad Tim. 2.
1. ad Tim. 6.
Rom. 11.
1. Cor. 10.
Philip. 2.

nunquam

nunquam esse, nec posse esse sine charitate. Quem errorem vel vna sententia D. Pauli manifestè conuincit. Inquit enim 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferã, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. ¶ Sed de hoc in alio loco cómodius disputabimus, nunc satis fuerit confutasse hæresim Lutheranam de sola fide, & eius riuulos planè indicasse; reliquum est, vt argumentis in principio factis satisfaciamus. ¶ Ad primum argumentum dicendum est, quòd fides quam Christus in primis expostulat est fides per dilectionem operãs, quæ & includit odiũ peccati, pro quo tollendo Christus est mortuus: Christus à Iudæis impijs exigens fidem, simul & exegit veteris vitæ abrenuntiationẽ, displicentiam, & vitæ nouæ initiandæ in ipso voluntatem. Hoc planè significauit Petrus loquens Iudæis nondum credentibus, nondum baptizatis. Pœnitemini, inquit, & credite Euãgelio, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi in remissionẽ peccatorum. Alijs etiam plurimis verbis exhortabatur illos dicẽs: Saluamini à generatione ista praua. Homo igitur peccator iustificatur quidẽ gratis, id est, sine operum meritis incipiẽs sic habere fidem per dilectionem operantem, sed nõ manet iustificatus nisi ex percepta fide, visibili sacramento insitus corpori Christi operetur iustè dum tempus est operandi. De tali fide loquitur ipse Christus Ioan. 12. Ego lux, inquit, in hunc mundum veni, vt omnis qui credit in me, nõ maneat in tenebris, hoc est, nõ maneat in peccatis. Fides Abrahæ, quę reputata est illi ad iustitiã, cooperabatur (inquit Apost. Iacobus. 2. c.) operibus eius, & per ipsa opera est cõsummata. Ad habendã hanc intelligentiã non oportet multas limitationes, glossas, seu additiones adijcere scripturis de fide iustificãte loquẽtibus. Nam & Spiritus sanctus de huiusce modi fide sermonẽ sic vbiq; temperauit, vt ex his, quæ præmittũtur, & sequũtur planè indicet intellectũ, & de quadã fide scripturam loqui, vtpotè de ea, quæ est viua, & victoriosa, qua incipit is qui credit pugnare, & vincere mundũ, de qua Apost. Ioan. 1. Ioan. 5. Hæc est victoria, quæ vincit mundũ fides nostra. Esse autẽ alterã quandã fidẽ, ex qua nõ iustificatus est homo, indicat Apost. 1. Cor. 13. Si habuero omnẽ fidẽ, vt mõtes transferã, nihil mihi prodest. Secunda solutio huius argumẽti est, quã apud D. Augustinum lib. de fide, & operibus. c. 7. & lib. de vtilitate credẽdi. c. 13. planè inuenio, quæ sic habet. Ab his, qui religionẽ Christianam profiteri volebãt, ab ijs, inquam, primò, & præcipuè fides exigebatur, vt salutis ianua. Sed postquã in Christianismũ erãt recepti de operibus pœnitentiæ, & charitatis multus, & assiduus erat sermo. Christus ergo quoniam hoc præcipuè agebat, vt homines ad se traheret, in exordio fidẽ exposcebat, fidẽ prædicabat, fidẽ spirabat, totus deniq; in hoc incũbebat, vt à lege veteri homines abstraheret, & ad fidẽ Christi cõduceret: postquã vero se suscipiebãt, edocebat illos quemadmodũ oportebat illos ambulare in Ecclesia sua, & in operibus charitatis se se exercere deberent, vt remissionẽ peccatorũ, & iustitiã apud Deũ cõse querẽtur. Tertia solutio est, ex eodẽ Augustino qui sic inquit: Non omnia quæ in scripturis tacentur, negãtur. Christus nunc fidẽ cõmendabat, nũc voluntatẽ deinceps nõ peccãdi exigebat, nũc autẽ pœnitẽtiã, cordisq; cõuersionẽ. Ipse nouit accõmodare sermonẽ pro vtilitate eorum, ad quos loquebatur, quibus opus erat nũc fidẽ cõmendare tanquã fundamentũ, sine qua nihil valent cætera, nunc autẽ gemitũ, & pœnitentiã. Ab homine iam pœnitente & resipiscẽte de peccatis, remissionẽq; peccatorum postulante fidẽ exigebat Iesus, vt ostenderet pœnitentiã, gemitũ, & lachrymas sine fide in Iesum nõ posse saluare animas. Ab his autem qui talẽ iam fidẽ habebãt, sed adhuc delectabat eos hic mũdus secũdũ eam fidẽ nõ mutantes vitã in melius exigebat gemitũ, & pœnitentiã. Ex his patet solutio ad cõfirmationẽ argumenti. ¶ Ad secundũ argumẽtũ varijs modis solent respõdere Theologi, quos in 1. 2. q. 113. nos latissimè exposuimus, nũc breuiter, & in summa eos cõmemorabo. Si quis desiderat fusiorẽ tractatum ex illo loco petet. Primus modus dicendi est, quòd loquitur Paulus de fide perfecta, quæ per charitatẽ operatur: sic enim dicit ipse Paulus ad Galatas. 5. In Christo Iesu nec præputiũ aliquid valet, nec circũcisio, sed fides, quę per charitatẽ operatur. Secũdus est: Quando dicit Paulus, Fides iustificat; sensus est, lex fidei iustificat, id est, id quod docet fides iustificat. Explicatio est D. Aug. lib. de spiritu, & litera cap. 12. 13. 14. Tertius modus est, quãdo dicit Paulus, hominẽ iustificari per fidem sine operibus, loquitur de operibus ante fidẽ factis, nõ de operibus factis ex fide. Quartus modus est, quãdo dicit Paulus, q̃ fides iustificat; sensus est; fides est initium, & radix nostræ iustificationis. Sic explicat Cõcil. Tridẽt. Sess. 6. c. 8. Est etiam alius modus: fides iustificat, id est, fides ostẽdit, vnde sit petẽda vera iustitia, nimirũ ex misericordia Dei, & passione Christi. Vltimus modus (qui maximè probatur) est, quòd cũ dicit Paulus, fidẽ iustificare, nõ opera, sensus est, iustificari hominẽ gratis, & nõ ex meritis. ¶ Ad tertium argumentũ ex dictis in solutione. 1. patet euidens solutio.

¶ Ad

Ad argumẽta. Ad primũ. Ioan. 12. Iacob. 2. 1. Ioan. 5. 1. Cor. 13. Augustin. Ad secũdũ. Ad Gala. 5. Augustin. Conci. Trid. Ad tertiũ.

Ad quartũ. ¶ Ad quartum argumentum dicendum est, quòd quando non aliud suppeteret argumentum ad nostram fidem confirmandam, hoc abundè satis esset, quod aduersarij intentant. Nam si verum concluderet argumentũ, quid sequitur nisi excidium, & pernicies reipublicæ, & vt retrahantur fideles à bonis operibus, pro quibus vita, & salus promittitur. Certè apud omnes Christianos clarissimũ est, quòd salus non est data per legem, aut sanguinem animalium, aut per opera nostra, quę fecimus nos, sed per Christum, & Messiam, in quo cõplacuit patri omnem plenitudinem inhabitare facere, & per eum reconciliari omnia, dummodò nos adiuti gratia credamus in ipsum fide viua per charitatem, accipiamusq; nos crucem nostram laborantes, decertantes, operantes, & vim nobis inferentes, vt à vitijs abstineamus, & operemur bonũ pro virili nostra. Hæc certè est legitima præparatio, vt fructus passionis Domini nobis cõmunicetur, scimusq́ue quòd fornicatores, adulteri, masculorum concubitores, & omnes iniquitatem facientes regnum Dei non possidebunt. Et quanquã opera, quæ nos facimus quatenus à nostro libero arbitrio proficiscuntur parũ, aut nihil valeant coram Deo ad salutem æternam obtinẽdam, nihilosciùs tamen opera, quæ procedunt ex fide, & ex gratia Spiritus sancti in nobis habitantis certè sunt in magno pretio coram Deo, & valent vt fructus passionis Domini nobis applicentur, vt prosint. Atqui dicere omnia opera hominis esse culpabilia, & peccata hæresis est manifesta, quæ in Concilio Tridentino latissimè est cõfutata. Neq; ex hoc quòd omnes peccauerunt, infertur legitimè, quòd omnia opera hominis peccata sint, præcipuè si de

Ad vltimũ. homine iustificato sermo sit. ¶ Ad vltimũ argumẽtum dicendũ est illud esse sophisticũ, & hæretico spiritu excogitatum, neque aliquid affert, quod verum sit. In primis statuit, quòd Deus impossibilia dederit præcepta, cui contradicit scriptura, dicens: Præcepta eius grauia non sunt; & vniuersi sancti, qui dicunt anathema his, qui dicunt Deum aliquid impossibile præcipere. Deinde statuit argumentum pro certo, quòd non possimus implere illud præceptum legis; Non concupisces, quod est hæreticum, vt ex modo dictis facilè cõstat. Illud tamen quod proponit argumentum, quòd si debemus legem implere ad Christũ debemus recurrere, in quo promittitur gratia, pax, libertas, verum esse libenter concedo, sed ad Christum nõ accedimus nisi per fidem viuam operantem per charitatem, vt supra multis argumentis demonstratũ dedimus. Atque de hac quæstione tantum dictum sit.

ARTICVLVS Tertius, quæ nam sit vera præparatio, & causa per quã homini communicetur fructus passionis Christi, vt ad salutem prosit? Et videtur certè, quòd nullum opus ex parte hominis requiratur, quia vt Apost. dicit Rom. 4. ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: sed præparatio hominis per liberum arbitrium non est nisi per aliquã operationẽ, ergo tolleretur ratio gratiæ. ¶ Secũdò. Ille qui in peccato progreditur, nõ se præparat ad gratiã habendã: sed aliquibus in peccato progredientibus data est gratia, sicut patet de Paulo, qui gratiã cõsequutus est, dum esset spirãs minarũ, & cædis in discipulos Domini, vt dicitur Actorũ. 9. ergo nulla præparatio ad gratiã requiritur ex parte hominis. ¶ Tertiò. Agens infinitę virtutis nõ requirit dispositionẽ in materia, cũ nec ipsam materiã requirat, sicut in creatione apparet, cui collatio gratiæ cõparatur, quę dicitur noua creatura ad Galatas vlt. Sed solus Deus, qui est infinitę virtutis gratiã causat, ergo nulla præparatio requiritur ex parte hominis ad gratiã cõsequẽdã. ¶ Vltimò. Si per aliquod opus nostrũ cõmunicarentur nobis merita Christi Domini, & eorũ fructus vberrimi, consequẽs est, q̃ illud opus per quod fructus passionis Domini ad nos peruenit, non cadat sub merito Christi, siquidem ipsum opus est ratio per quam merita Christi nobis applicẽtur, vt prosint: hoc autẽ asserere ab omni Theologia alienũ est, si quidẽ veritas est irrefragabilis omninò, q̃ omnia bona nobis cõcessa propter Christũ, & eius merita nobis cõcedãtur, in quo omnia, per quẽ omnia, &c. In cõtrariũ est illud Ioã. 3. Sic Deus dilexit mũdũ, vt filiũ suũ vnigenitũ daret, vt omnis, qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat vitã æternã. In qua sentẽtia apertè significat, quid à nobis exigat Deus, vt vitã æternã consequamur, & nõ pereamus in æternũ, nẽpè credere in Christũ, per quod opus nobis datur Christus, & fructus meritorũ suorũ nobis cõmunicãtur. ¶ Pro explicatione huius quæstionis, ex cuius notitia, omnis nostra salus depẽdet scire oportet, q̃ in Ecclesia est ars quædã, & ministeriũ quo edocemur, quibus modis Christo incorporemur, eiq́ue vniamur, qui factus est nobis sapiẽtia, iustitia, sanctificatio, & redemptio his qui credũt in nomine eius, id est autor est, & causa sapiẽtiæ, iustitiæ, sanctificationis, & redẽptionis nostræ. Exponendũ itaq́ue nobis est quid facere debeamus, vt communicet nobis suam sapientiam, iustitiam, redemptionemq́ue vt illuminati à Deo sapientiam, iustitiam, & redemptionem Christi suscipientes in vitam æternam regnemus cum Iesu.

Quæ sit vera præparatio per quã applicẽtur nobis merita Christi.

Argumẽta ad probandum quod ex parte nostra nullũ opus requiratur.

Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

Vltimum.

Ioan. 3.

In Ecclesia est ministerium quo edocemur, quibus modis Christo incorporemur eiq́ue vniamur.

Vt autem hanc doctrinam probe perspectam habeamus, hæc documenta diuinæ Theologiæ animaduertenda sunt, quæ ferè omnia ex Concilio Tridentino Sess. 6. transcripta sunt.

Documẽta quædam præambula ad hanc doctrinam intelligendam.

¶ Est igitur primum documentum. Oportet in primis vt vnusquisque agnoscat, & fateatur, quòd cum omnes homines in præuaricatione Adæ innocẽtiam perdidissent facti immundi (& vt Apostolus inquit) natura filij iræ vsque adeo serui erant peccati, & sub diaboli ac mortis potestate, vt non modo gentes per vim naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam litteram legis Moysi inde liberari, aut surgere possent, tametsi in eis liberum arbitrium minimè extinctum esset, viribus, licet attenuatum, & inclinatũ. ¶ Secundum documẽtum. In remedium humani generis cœlestis Pater, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis Christum Iesum filium suum, & ante legem, & legis tempore multis sanctis patribus declaratum, ac promissum, cum venit plenitudo temporis ad homines misit, vt & Iudæos, qui sub lege erant redimeret, & gentes quæ non sectabantur iustitiam, iustitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorũ reciperent. Hunc proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi. ¶ Tertiũ documentũ. Etsi Christus pro omnibus mortuus est, non tamẽ omnes mortis eius beneficium recipiunt, sed hi duntaxat quibus meritũ passionis eius communicatur. Vt autem hæc veritas melius intelligatur, sciendum est, quòd sicut peccatum, & mors illata mundo per Adam non transeunt nisi in homines ex semine Adæ per generationem carnalem propagatos, adeo vt si Deus aut creatione, aut operatione Spiritus sancti produceret homines absque semine Adæ illi non haberent peccatum Adæ: ita salus, quam attulit mundo Christus, hominibus nisi in Christo renatis non communicatur, vt habetur Ioan. 3. eaque renascentia per meritũ passionis Christi, gratia qua iusti fiunt, illis tribuitur. Atqui pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarũ, transtulitque in regnũ filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. Etenim quanquam Christus passione mortis suæ sufficienter meruerit omnibus gratiam, & salutem sic quòd ex parte meriti eius nulla est insufficientia ad propitiandum Deum pro peccatis totius mundi, tamen hoc ipsum eius meritum non operatur actu salutem, nisi in his qui regenerantur in sanguine passionis eius, & regenerati manent in fide ipsius, & obedientia, iuxta has scripturas; Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in regnũ Dei. Ioan. 3. Qui verò crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, scilicet, per meritum passionis Christi. Matth. vltimo. Item, qui factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis, non quidẽ factus efficaciter causa salutis omnibus simpliciter, nec omnibus credentibus quocũque modo, sed omnibus obtemperantibus sibi, hoc est, omnibus sic credentibus, vt fides ad cor transeat, & in debitam obedientiam credentis affectum communicet, sicuti suprà demonstratum est. Vnde Ioan. Qui dicit se in Christo manere, hoc est, qui dicit se participem esse eorum, quæ Christi sunt, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. 1. Ioan. 2. Vt igitur probe intelligas ea, quæ Doctores de sufficiẽtia, & efficiẽtia meritorũ Christi dicũt, semper tibi præ oculis habendum est simile, quod posuimus de Adã. Nam etiamsi decies centena millia hominum nascerentur supra eos, qui vnquàm nascituri sunt, sufficeret ad damnationem vnum peccatum Adæ, tamen hoc non operatur effectiuè nisi in illis, qui generantur actu ex visceribus Adæ, nec diutius operatur in ipsis, quàm manent in Adam. Eodem modo etsi centies centena millia hominum nascerentur vltrà eos qui fuerũt, vel vnquam erunt, sufficienter tamen omnibus saluandis vnum vnius passionis Christi meritũ sufficeret, quia infinitum est: Infinitum vero neque vsu finiri potest, neque ablatione. Verum effectiuè non operatur salutem nisi in illis qui actu regenerantur in ipso, & hoc quãdiu manent fide, & obedientia conglutinati cum illo. Nam si rursum excidant à Christo conuersi ad opera tenebrarum & carnis iam iteratò computantur in veteri Adam expertes meritorum, quæ præparauit hominibus Christus; donec per pœnitentiam reconcilientur, vt rursum Christi, & meritorum eius participes fiant. Meritum enim passionis Domini, & pretium redemptionis eius, hostia insuper quam obtulit in odorem suauitatis, sunt velut immensus thesaurus quæsitus, & conseruatus in vtilitatem omnium nascentium in mundo. Verum hic thesaurus non incipit esse meus, aut tuus, vel alterius, vt saluemur per ipsum, nisi Christus fiat noster, nosque incipiamus reuera esse ipsius subditi, membra & filij familias. Nam ipsius merita actu non sunt communicãda, nisi suis qui, scilicet, facti sunt vnum corpus cum ipso, vt sic per fidei copulam ipsa Christi opera, merita, hostia, fiant quodammodo nostra opera, nostra merita,

nostra

nostra hostia. Quo etiam vel sic consistat vni uersalis veritas illius, quod dicitur 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gesit siue bonum, siue malum. Et alibi. Tu reddes vnicuique secundum opera sua docente August. in epist. ad Vitalem vitam æternam (etiam dum paruulis datur propter Christi merita) simul dari propter ipsorum merita, ac opera. Nam Christi merita efficiuntur ipsorum, dũ regeneratione fiunt viua membra corporis eius, si quidem quę capitis sunt, ea etiam totius sunt corporis, & per consequens omnium membrorũ eius. ¶ His constitutis est prima propositio. Vt beneficia à Christo Domino nobis præstita & magnis laboribus ab ipso promerita nobis communicentur, vt efficaciter prosint, necessum est, vt quisque se ad eorum susceptionem dignè præparet. De hac dispositione scriptũ est. Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. Et illud: Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Et, Omnis qui audit, & didicit, venit ad me. Et, quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs, qui credunt in nomine eius. Et, confide fili, remittuntur tibi peccata tua, &, Timor Domini expellit peccatum. Et, pœnitentiam agite. Et, baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorũ vestrorum. Et, accipietis donum Spiritus sancti. Et, euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus, docentes eos seruare quęcunque mandaui vobis. ¶ Secunda propositio. Exordium, & principium huius præparationis à Dei per Christum Iesum præueniente gratia sumendum est, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur. De hac vocatione scriptum est, quos prædestinauit, hos & vocauit. Rursus & illud: vocauit vos in admirabile lumen suum. Certè hac vocationis gratia misericorditer fit, vt qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertẽdum se ad suam ipsorum iustificationem eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando disponantur, ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, inspirationem illam liberè recipiat, quippè qui illam & abijcere potest. Nec tamen sine gratia Dei præparare se ad iustitiam libera suauoluntate potest; vnde in sacris literis cum dicitur. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis nostræ admonemur; cum respondemus; Conuerte nos domine ad te, & conuertemur, Dei nos gratia præueniri cõfitemur. ¶ Tertia propositio. Disponitur homo, vt fructus passionis Domini nostri Iesu Christi percipiat, dum excitatus diuina gratia, & adiutus fidem ex auditu concipiens liberè mouetur in Deum, credens vera esse quæ diuinitus reuelata, & promissa sunt. Asserimus ergo in hac assertione, quòd fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire. De hac fide Apostolus loquitur cum dicit, iustificari hominem per fidem. Per hanc fidem cognoscimus maxima Dei beneficia per Christum Dominum generi humano pręstita, prę cipuè illud, à Deo iustificari impium per gratiam eius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Atqui hoc lumen fidei donum Dei est diffusum per Spiritum sanctum in corda nostra. Nam sine Spiritu sancto quo instruimur, nec credere possumus Deum patrẽ misisse Messiam, nec Iesum esse Christum. Nullus enim, inquit Paulus, dicere potest, Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto. ¶ Quarta propositio. Disponitur etiam homo, vt sibi communicentur, & applicentur fructus passionis Christi per spẽ, quæ est certa vitæ æternæ expectatio, cuius est Spiritus sanctus arrabo, & pignus. Porrò hic affectus innascitur in nobis dum peccatores nos esse intelligentes à diuinæ iustitiæ timore, quo vtiliter concutimur, ad considerandam Dei misericordiam nos conuertendo in spem erigimur fidentes Deũ nobis propter Christum propitium fore. De hac spe, & confidentia est multus sermo in scripturis diuinis, ad Roma. 5. Spes autem nõ confundit. Et cap. 8. Spe salui facti sumus. Et 1. Ioan. 3. Omnis, qui habet spem hanc in eo sanctificat se, & illud ex Euangelio. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. ¶ Quinta propositio. Pœnitentia veteris vitæ, conuersio cordis ad Deum sunt in iustificatione tanquam media, quibus vtitur Deus faciẽdo cor hominis idoneum ad iustitiam susciendã. Scriptum est enim. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Item. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Et illud. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et iterum. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum. ¶ Sexta propositio. Charitas præcipuè disponit nos ad iustificationẽ nostram. Scriptum est enim 1. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte, & nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Et illud. Qui diligit me, diligetur à patre meo. Et, Ego diligen-

1. Cõclusio Præparatio quædã necessaria est, vt beneficia à Christo Dño nobis promerita, nobis cõmunicẽtur.

2. Cõclusio Exordiũ salutis vnde sumendũ.

3. Cõclusio Fides est humanæ salutis initium fundamẽtũ & radix.

4. Cõclusio Spes etiã in Deũ per Iesum necessaria est.

Rom. 5.
Rom. 8.
1. Ioan. 3.

5. Cõclusio Pœnitentia veteris vitę per necessaria est.

6. Cõclusio 1. Ioan. 3. De charitatis necessitate, vt merita Christi Dñi nobis cõmunicẽtur.

tes me diligo. Et, dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. ¶ Septima propositio. Sacramentis Ecclesiæ applicantur nobis fructus passionis Domini, & eius merita eximia. Illis enim Deus vtitur tanquã vasis gratiæ suæ transfundendæ, & sunt veluti instrumenta per quę agens principale Deus operatur in nobis iustitiam, & sanctitatem propter merita Christi. Quomodo autem sacramenta sint instrumenta quædam viuifica ad nostram iustitiam causandam, demonstratum est copiosè in materia de sacramentis, quapropter ab huius rei abundantiori demõstratione hoc in loco supersedendum est.

7. Cõclusio Sacramẽtis Ecclesiæ applicantur nobis fructus passionis Christi.

8. Cõclusio

¶ Octaua propositio. Hominibus sic præparatis, & dispositis Deus desuper infundit iustitiam suam, ad merita Christi respiciens, per quam sanctificatur homo, & renouatur interius, sitque ex iniusto, iustus, ex inimico, amicus, membrumque Christi viuum, & hæres secundum spem vitæ æternæ. Pro huius conclusionis explicatione animaduertendũ est, quòd causa iustificationis nostræ finalis est gloria Dei, ac Christi, ac vita æterna; efficiens verò misericors Deus, qui gratuito abluit, & sanctificat signans, & vngens spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Causa autem meritoria est dilectissimus vnigenitus filius Dei Dominus noster Iesus Christus, qui cum essemus inimici propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis Deo patri satisfecit. Instrumentales causæ nostrę iustificationis sunt sacramenta, quæ Christus instituit ad viuificandum nos. Præparatoriæ causæ ad iustitiam, & gratiam Dei suscipiendam in nobis sunt fides, spes, dilectio, veteris vitæ pœnitentia, conuersio cordis ad Deum, quibus vtitur Deus tanquam medijs ad faciendum cor hominis idoneum ad iustitiã Christi suscipiendam. Demum vnica causa formalis est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet à Deo donati renouamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundum cuiuscunque dispositionem, & cooperationem. Quod autem in iustificatione hominis fiat viuificatio, & renouatio hominis interioris, vt sit iustus, planè asserunt scripturæ diuinæ. Ad Galat. 3. sic habetur. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. Vbi notabis, quod viuificare est viuum facere, non sanè vita corporali, sed vita animæ, qua secundum Deum viuimus, qua & filij Dei nominamur; qua si quidem vita id quod potest viuificare, potest & iustificare, quod verò hac vita non potest viuificare, nec potest iustificare. Item Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Et iterum. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex spiritu, spiritus est. Et ad Titum. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quẽ effudit in nos abundè. Et Iaco. 1. voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius, quam scilicet destinauerat in gloriam beatitudinis. Et rursum Roman. 8. Spiritum accepistis adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abbà pater. Insuper & D. Petrus, per cognitionẽ, inquit, eius qui vocauit nos propria gloria, & virtute per quæ maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem. Possent adduci & infinitæ aliæ scripturæ huc pertinentes, vt illæ. Nos scimus quoniam translati sumus de morte advitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte, diligit, inquam, ea charitate, quæ ex Deo est, & diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Manet in morte, & per consequens lõgè extra illam rectitudinem, qua idonei sumus ad finem creationis nostræ. Et hæc quidem copiosissimè docẽt vniuersi patres, in primis D. Augustinus toto ferè lib. de spiritu, & litera. Itẽ de peccatorum meritis, & remissione dicens lib. 1. c. 10. Legimus iustificari hominem in Christo propter occultam communicationẽ, & inspirationem occultæ gratiæ spiritualis, qua quisquis adhæret Domino vnus spiritus est. Et lib. de nat. & grat. cap. 66. Qui scilicet Christus præstat Spiritum sanctum, qui datus est nobis per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, per quam iusti sunt, quicunque sunt iusti. Nam charitas spiritus Dei viuifica diffusa est in cordibus nostris, & reponit hominem eo, vnde aptus sit fini exactionis suę, & ordinem ponit in omnibus viribus, in omnibusque actibus eius. Quapropter charitas ab Augustino non incongruè vocatur ipsamet iustitia, qua iusti sumus coram Deo. Hæc autem per merita passionis Domini nostri Iesu Christi nobis communicantur, dum eiusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum sanctũ charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui iustificantur, atque ipsis inhæret. Vnde in ipsa iustificatione cum remissione

Causæ nostræ iustificationis diligenter enumerantur.

In iustificatione hois fit quędam viuificatio & renouatio interior per gratiã Christi. Gal. 3.

Ioan. 3.

Tit. 3.

Iac. 1.

Rom. 8.

Sententiæ patrum. D. August.

sione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseritur fidem, spem, & charitatem. Nam fides nisi ad eam spes accedat, & charitas, necvnit perfectè cum Christo, nec corporis eius viuum membrum efficit, qua ratione verissimè dicitur fidem sine operibus mortuam, & otiosam esse, & in Christo Iesu neque circuncisionem aliquid valere, neque præputium, sed fidem, quæ per charitatē operatur. Hæc omnia charismata, & dona impartitur nobis Spiritus sanctus propter merita Christi Domini. Insuper & ea, quæ commemorat Paulus ad Galat. 5. di
Gal. 5. cens: fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Per hæc dona diuinitus infusa iusti, & recti efficimur coram Deo, vt asserit proposita conclusio. Nunc ad aliam transeamus, quę sit nona propositio. ¶ Vt fructus
9. Cōclusio pasionis Domini purificatis, & sanctificatis à peccatis per gratiam Christi efficaciter prosint ad salutem æternam, necessum est vt voluntatem eius operibus bonis sectantes, quæ carnis sunt abnegemus, ac liberè seruiamus ei in iustitia, & sanctitate omnibus diebus nostris, vt per bona opera, quę pręparauit Deus, vt in illis ambularemus in obseruatione mandatorum Dei nos exerceamus, dicimus namque anathema his, qui dicunt Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia; nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, cuius mādata grauia non sunt, cuius iugum suaue est, & onus leue. Qui enim sunt filij Dei Christum diligunt, qui autem diligunt eum (vt ipsemet testatur) seruant sermones eius, quod vtique cū diuino auxilio prestare possunt, licet enim in hac mortali vita quantumuis sancti, & iusti in leuia saltim, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti. Nam iustorum illa vox est, & humilis, & verax. Dimitte nobis debita nostra, quo fit vt iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiæ sentire debent, quo liberati iam à peccato, serui autem facti Deo sobriè, iustè, & piè viuentes proficere possunt per Christum Iesum, per quem accessum habuerunt in gratiā istam. Deus namque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet putans se fide sola hæredem esse constitutum, hæreditatemq; consequuturum, etiā si Christo non compatiatur, vt conglorificetur. Nā & Christus ipse (vt inquit Apost.) cum esset filius Dei didicit ex ijs, quæ passus est, obediē tiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternę. Propterea Apostolus ipse monet iustificatos dicēs. Nescitis, quod ij qui in stadio currūt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, sic currite vt comprehendatis. Ego igitur sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aērem verberans, sed castigo corpus meū, & in seruitutem redigo, ne fortè cum alijs prę dicauerim, ipse reprobus efficiar. Item princeps Apostolorum Petrus. Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis, hæc enim facientes nō peccabitis aliquando. Vnde constat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt iustum in omni bono opere saltim venialiter peccare, aut, quod intolerabilius est, pœnas æternas mereri, atque etiam eos qui statuunt in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum excitando socordiam, & sese ad currendum in stadio cohortando cū hoc vt in primis glorificetur Christus, mercedem quoque intuentur æternam, cum scriptū sit: inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. ¶ Decima 10. Cōclusi.
propositio. Prosunt reuera fructus pasionis Domini ad augmentum iustitiæ, & perfectionis ijs qui postquam sunt iustificati in obseruatione mandatorum Dei, & bonorum operum exercitio gnauiter se exercent. Nā amici Dei, ac domestici facti euntes de virtute in virtutem renouātur (vt Apostolus ait) de die in diem, & mortificando membra carnis suę, & exhibendo ea arma iustitiæ in sanctificationem in ipsa iustitia per gratiam Christi accepta crescunt, atque magis iustificantur, vberiusque dona Christi participant, sicut scriptum est. Qui iustus est iustificetur adhuc. Et iterum. Ne verearis vsque ad mortem iustificari. ¶ Vndecima propositio. Prosunt certè 11. Cōclusi.
fructus eximij, & exuberantissimi pasionis Dñi, & dona gratiarum quæ ipse promeruit, & præstitit, generi humano ijs qui accedūt ad ipsum, & alacri animo ipsum sequuntur, vt illos doceat. Est enim magister noster mitis, & humilis corde, exemplar nostrū à quo discere oportet normam rectè viuendi. Noster prætereà Episcopus, & summus Pōtifex, qui suū ipse sanguinem pro nobis obtulit, vnus mediator Dei, & hominum, qui nunc ad dexterā Dei patris sedet nobis aduocatus factus orans, interpellansq; pro nobis, qui proculdubio impetrabit, quodvel ab ipso, vel ipsius nomine à patre petierimus, si modo petentes ita illum facturū esse crediderimus, sic enim promisit. Ne igitur dubitemus, si quando peccauerimus

uerimus tum pœnitentia, cumque fiducia accedere ad thronum gratiæ eius confidentes, quod misericordiam cõsequuturi sumus. Nã ideo venit in mundum, vt peccatores sua gratia saluos faceret. ¶ Duodecima propositio. Tandem ijs cõmunicatur gratia Christi, qui perseuerauerint vsque in finem, sicut scriptũ est. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit per Iesum Christum seruatorem nostrum. Præter hoc fundamentum nemo aliud potest ponere, optatq; Paulus anathema esse qui aliam fidem, & salutem annuntiauerit, quàm per Iesum Christum, etiam si fuerit angelus de cælo, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, cui cum Patre, & Spiritu sancto, honor, & gloria in sæcula sæculorũ Amẽ. Sed inquiet Theologus, poterit ne breui sermone comprehendi summa eorũ operum, quæ requirũtur; vt fructus passionis Domini nobis communicentur? Poterit sanè. Sũma est, si fidẽ habueris in Iesum per dilectionem operantem, fidem viuam, ac perfectam, & vsque in finem perseuerantem. De hac fide intelligitur illud Ioan. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs, qui credunt in nomine eius, videlicet, perfecta fide, & viuente per charitatem. Et illud ex c. 3. sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Et illud D. Pauli. In Christo Iesu nec circuncisio aliquid valet, nec præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante baptismi sacramentum ex Apostolorum traditione cathecumeni ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem vitam æternam præstantem, quam sine spe, & charitate fides præstare non potest. Hæc autem fides perfecta, & viua spem, & charitatem, & omnia charismata Spiritus sancti comprehendit, & obedientiam fidei in omnibus. Quam ob causam quando legimus apud D. Paulum, vel Euangelistas fidei tribui iustificationem, intelligere debemus de fide, quæ planè creditur mente, & corde, siue amore, & spontanea voluntate prosequendi, & præstandi omnia quæ fides docet, & præscribit. De hac fide scriptum est. Iustus ex fide viuit. De hac intelligo illud D. Pauli ad Rom. 1. inquientis, iustitia Dei in Euangelio reuelatur ex fide in fidem, id est, ex fide perfecta. Illa enim geminatio vocis Hebraismus est, quæ perfectionem fidei planè denotat. De hac loquuntur diuini Theologi cum dicunt merita Christi Domini nobis applicari per fidem in Iesum. Sed iam tẽpus est, vt argumenta in principio facta dissoluamus. ¶ Ad primum dicẽdum est, quòd

m. Cõclusi.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Rom. 1.

Ad argum. ad pri. arg.

præparatio hominis ad gratiam habendã quę dam est simul cum ipsa infusione gratiæ, & talis operatio est quidem meritoria, sed nõ gratiæ, quæ iam habetur, sed gloriæ quæ nondũ habetur. Est autem alia præparatio gratiæ imperfecta, quæ aliquando præcedit donũ gratiæ gratum facientis, quæ tamen est à Deo mouente, sed ista non sufficit ad meritũ, non dum homine per gratiã iustificato, quia nullum meritum potest esse nisi ex gratia, vt infrà dicetur. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd cum homo ad gratiam se præparare nõ possit, nisi Deo eum præueniente, & mouente ad bonum, non refert vtrùm subito, vel paulatim aliquis ad perfectam præparationẽ perueniat. Dicitur enim Eccl. 11. Facilè est in oculis Dei subito honestare pauperem. Contingit autem quandoque quòd Deus mouet hominem ad aliquod bonum non tamen perfectum, & talis præparatio præcedit gratiã, sed quandoque statim perfectè mouet ipsum ad bonum, & subitò gratiam homo accipit secũdum illud Ioan. 6 Omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me, & ita contigit Paulo, quod subito dum esset in progressu peccati perfectè motum est cor eius à Deo audiẽdo, & addiscendo, & veniendo, & omnino subito gratiam est consequutus. ¶ Ad tertium dicendum, quod agens infinitæ virtutis nõ exigit materiam, aut dispositionem materię, qua si suppositum ex alterius causę actione, sed tamen oportet, quod secundum conditionem rei causandæ in ipsa re causet & materiam, & dispositionem debitam ad formam. Et similiter ad hoc quòd Deus gratiam infundat animæ nulla præparatio exigitur, quam ipse nõ faciat. ¶ Ad vltimum argumentum dicendũ est rectissimè cohęrere, quòd merita Christi Domini applicentur per fidem vt prosint, & quòd fides etiam sit ex meritis Christi. Itaq; fides est veluti præparatio, quam nobis meruit Christus, quæ quidem non indiget alia præparatione, alioqui esset abitio in infinitũ, quemadmodum ad gratiam habendã requiritur præparatio, verum ad istam præparationem non requiritur alia præparatio, sed ipsa est qua mediante præparamur ad gratiam habendam. Sic fides applicatur immediatè per meritum Christi, & per fidem præparamur, vt Christus Dominus nobis communicetur.

Ad Secũdũ.

Ecc. 11.

Ioan. 6.

Ad tertium

Ad vltimũ.

ARticulus quartus. An indigeamus medio, vt in hunc Christũ mediatorem deueniamus? Ab hac quæstione breuiter me expediens dico, quod cum non sit mediator mediatoris, ne progrediamur in infinitum, non requiritur aliud medium, neque aliud nomẽ in quo nos oporteat saluos fieri. Dico tamen quòd

Quomodo non indigeamus medio, vt in Christũ Dominũ mediatorẽ deueniamus.

quòd benè exiguntur dispositiones præuiæ per quas ipsum suscipiamus, atque eidē vniamur, prout superius demonstratum est. Certè vt nobis Christus communicetur, necessum est, vt pro talentis nobis creditis fideliter laboremus, & sequamur vestigia ipsius mediatoris, qui dixit. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, quique ad ipsius sequelam nos hortatur, dicens. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, lumen certè illud, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, dum modo ne quis in tenebris peccatorum obuolutus sponte recusset hoc lumen, per quod stante diuina electione possumus vniri cum mediatore, & suscipere pro captu nostro omnia quæ explicauimus in præcedenti articulo communicari à supra mundano fonte omnibus membris Christiani corporis per caput, & mediatorē nostrum Christū, de cuius plenitudine vnusquisque accipit partem sibi conuenientem. Hæc de isto articulo.

Vtrū fiat iniuria meritis Christi, ex eo quod nō omnes saluantur. Argumen. pro affirmatione. Primum argumētū.

ARticulus quintus. Vtrùm meritis Christi fiat iniuria ex eo quòd non omnes homines saluantur? Ratio quærendi est, quoniā Christus Dominus meruit, redemptionisq; pretium posuit pro omnibus citra exceptionem nationis, vel personæ, iuxta illud Ioan. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Et illud: vnus est mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, at pereunt infiniti, alij in infidelitate sua, alij in peccatis suis, fit ergo iniuria Christo. Explicatur hoc.

Secundum.

ipsum. Nam Christus redemit omnes, ergo omnes sunt redempti, ergo si non omnes redimantur, & in libertatem asserantur, iniuria

Tertium.

fit meritis Christi. Augetur difficultas. Nam si non omnes saluantur per merita Christi, sed aliqui quos Christus Dominus nouerat esse saluandos, & non alios, quid est quòd posuerit infinitum pretium pro infinitis hominibus, quos sciebat non esse saluandos? Videtur hoc ad prodigalitatis vitium pertinere.

¶ Vt hæc quæstio exponatur, sciendū est posse versari in duplici sensu. Prior est, an pater æternus iniuriam irroget meritis Christi ex eo quod non omnes homines saluos faciat, & ad vitam perducat. Alter sensus est, vtrùm homines faciant iniuriam meritis Christi, eo quod tantum pretium redemptionis repellāt nolentes tanto thesauro vti, vt saluentur. Et quidem quæstio proposita in priori sensu sic expedienda est, vt dicamus patrem æternum nullam iniuriam irrogare Christo, licet multi homines nō saluentur. Cuius resolutionis duæ sunt causæ. Altera est, quòd licet Christus Dominus sufficiens dederit pretium pro omnibus hominibus saluandis, verum efficaciter noluit, vt prodesset, nisi illis qui actu regenerantur in ipso, manentque in fide, & charitate cum illo conglutinati. Altera ratio referenda est ad prædestinationis arcanum inuestigabile. Dicendum est ergo, quòd secundū regulam iuris certam, volenti, & scienti non fit iniuria. Christus Dominus Deus erat, & homo habens iuxta distinctionem naturarū duas etiam distinctas voluntates diuinam, scilicet & humanam. Estque diuina ipsius volūtas prorsus eadem cum Dei patris, sed voluntas eius humana nunquam se deflexit, aut deflectere potuit à beneplacito voluntatis diuinæ. Quod ex scripturis manifestè demonstratur. Descendi de cælo, inquit Christus, non vt faciam voluntatem meam, sed eius, qui misit me. Item. Amen, amen dico vobis, non potest filius à se facere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quæcunque enim ille facit, hæc & filius similiter facit. Deus autē non omnes ab æterno prædestinauit, vt salui fierent, neque omnes trahit pater ad Christū, sed cuius vult miseretur, & quem vult indurat, id est, deserit, vt sit sensus, cuius vult misereri trahendo ipsum ad Christum, vt meritis illius saluetur, illius miseretur, quē verò vult obdurari, illum obdurat relinquendo eum sine pulsu, tractu, aut inspiratione, quibus cōuertatur ad Christum. Dicit autem Christus. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit illum. Nemo enim potest saluari per Christum nisi incipiat esse vnum cum Christo, & membrum eius. Quanquam ergo omnibus sufficienter meruit Christus patiendo, non tamen ad omnes peruenit fructus meritorum eius, quia non omnes prædestinati sunt, vt salui fiant per Christum. Huic autem prædestinationi, & diuinæ voluntatis decreto semper mansit conformis voluntas Christi, ideoque non fit ei iniuria, si nō detur omnibus salus, quam omnibus patiendo meruit, quia noluit meritis suarum passionum finaliter saluari nisi illos, quibus ab æterno placuit Deo patri dare regnum, iuxta illud Matt. 20. Sedere autē ad dexterā meā, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratū est à patre meo. Cui cōsonat illud. Hic est sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur, indicans nō pro omnibus, sed pro multis effusum esse, nēpè pro illis, quibus ab æterno placuit Deo patri dare regnū. Sed ex hac ratione diuinæ Theologiæ, quæ certissima est, emergūt graues, & per difficiles quæstiones.

Duplex sensus quæstionis propositæ.

Meritis Christi pater æternus nullā irrogat iniuriā licet multi homines nō saluentur.

Mat. 20.

Graues quæstiones quę ad secretū diuinæ prædestinationis referendæ sunt.

nes. Prima est, nam videtur profecto quòd iniquitas sit apud Deum, si quidem eorum, quos finxit manus eius vnum trahit, & alium non trahit, vnius miseretur, alterius non miseretur, vnum diligit, alium verò odio habet. ¶ Altera quæstio enascitur, nã ex dictis videtur inferri, quòd Deus per Christum suum non dederit omnibus hominibus, ea quæ sunt necessaria, & sufficientia, vt salui fiant, si quidem vt salui fiant, necessum est, vt merita Christi Domini illis applicentur, quibus efficiantur membra Christi, ergo si Christus noluit efficaciter applicare sua merita omnibus hominibus ad salutem, non dedit certè omnibus ea, quæ sunt necessaria ad salutẽ. Ex quo aliud incommodum subsequitur, nẽpè quòd homines qui pereunt, possunt se excusare coram Deo, quòd ad eum non conuertantur dicentes se non habere gratiam Christi quæ est necessaria, vt ad eum conuertantur, ob idque ad peccatum nõ sibi imputari debere. ¶ Tertia quæstio emergit ex dictis. Nam si Deus nõ vult omnes homines saluare per Christũ, quomodo verum est id quod dicit Paulus 1. ad Timot. 2. Hoc bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo, qui vult omnes homines saluos facere, & ad agnitionem veritatis venire. ¶ Ad primam quæstionem sic respondet Apostolus in epist. ad Rom. vt dicat. Absit, vt apud Deum sit iniquitas, de quo dicit Psalmista. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Item. Iustus est Dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Sed altitudo est apud Deum inenarrabilis sapientiæ, qua sic moderatur mundum, vt reluceat in eius moderamine iustitia simul, & misericordia ipsius, non sola misericordia, nec sola iustitia, sed misericordia simul & iustitia. Quod vt perspicias saltim aliquo vsque cogitandum tibi est omnes homines, hoc est, Adã cum tota posteritate eius facere vnã massam perditionis propter peccatum originale, aliaque superaddita. Omnes enim sunt filij iræ, omnes digni morte. De hac autem massa perditionis quos eripit Deus misericorditer eripit, quos deserit, iusto iudicio suo deserit propter peccatum, quod habent; istos relinquens quia iustus ad ostensionem iustitiæ suæ, illos misericorditer eligens quia bonus, vt ostendat diuitias misericordiæ suæ in ipsis habens liberam, meram, & omnimodam potestatem vtrumque faciendi. Dicit enim Apostolus, an non habet potestatem figulus luti ex eadẽ massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Porrò sicut lutũ se habet ad manum figuli, ita se habet genus humanum venundatum sub peccato ad beneplacitum creatoris Dei habentis liberam potestatem eligendi ex hac massa quosdam vt sint sibi vasa misericordiæ, alijs relictis in massa perditionis, velut vasa iræ, & indignationis ad ostensionem iustitiæ suæ in eos qui malè agunt, vt sic secundum electionem propositum Dei maneat, prout loquitur Apostolus. Propositum, inquam, quo ab æterno, & ante secularia tempora quosdam prædestinauit in gloriam suam, alios verò reprobauit, vt hoc, dico, propositum maneat, non quidem secundum vllum vel Christi vel hominis meritum, sed secundum meram electionem voluntatis Dei liberè disponentis ab æterno conferre quibusdam auxilium gratiæ suæ præparando eis redemptorem Christũ, cuius meritis, & beneficijs perueniant ad futuram gloriam, quod est prædestinare, aut (vt scriptura dicit) eligere secundum propositũ gratiæ, vel diligere ab æterno, quibusdam verò non conferre opem gratiæ, sed ipsos sibi ipsis relinquere in illa massa perditionis, cui per peccatum annumerati sunt, quod est reprobare, aut odio habere priusquam aliquod bonum egissent, vel malum secundum Apostolum ad Roma. 9. adeò vt tam reprobationis, quam prædestinationis, prorsus nullum sit meritum, neque Christi, neque nostrum, sicut & illius liberalitatis qua nobis præparauit mediatorem, & redemptorem potentem instaurare omnia, nullum est meritum. Si quidem hoc, nec Christus pro nobis, neq; quisquam hominum ipse sibi promeruit. Verum enimuero, quòd reprobis nõ datur actu auxilium gratiæ, quo salui fiant, quòdque finaliter damnentur ad tormentum mortis æternæ, haud dubiè, hoc est, pro merito quia propter peccatum eorum vel originale, vel actuale, vel vtrumque simul, iuxta illud: stipendiũ peccati mors est. Item, quòd electus sic trahatur ad Christum, sicut Deus aptum nouit, vt veniat, quodque veniens purgetur à peccatis suis, & sanctificetur in peculiũ, & quod plus est, in filium Domino, hoc certè partim gratiæ Dei, partim gratiæ Dei simul & meritis nõ quidem nostris, sed Christi meritis acceptũ ferre oportet. Ad hæc, quòd exinde iustè viuendo perueniat ad gloriam, in quam ab æterno prædestinatus fuerat, hoc gratiæ Dei, insuper meritis Christi, simul ac nostris bonis operibus gratia Dei peractis imputari potest, vt sit verũ, gratia Dei vita æterna. Nihilominus sit etiam verum, id quod de se loquitur Christus: sine me nihil potestis facere. Tertiò sit & hoc verum, merces vestra multa est in cælis. Et hoc. Itaq; fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles abũdantes in opere Domini semper

Explicatio primę quæstionis.

Rom. 9.

1. Cor. 15.

semper scientes quòd labor vester nō est inanis in Domino, adeò vt in ipsa saluatione prę destinatorum non desit ostensio iustitiæ Dei reddentis meritis Christi ea, quibus iustificantur prædestinati, vt habes Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorē in sanguine ipsius ad ostēsionem iustitiæ suæ propter remissionē præcedentium delictorum in sustentatione Dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. Obserua singula, dicit enim gratis per gratiam ipsius, comparatione scilicet nostri. Addit, per redemptionem, quæ est in sanguine eius, ergo per meritum passionū Christi, idque ad ostensionem iustitiæ, &c. ergo iustè, & per iustitiam, quia propter condignum meritum Christi. ¶ Ad secundam quæstionem dicendum est, Christum quidē dedisse omnibus sufficiens, & necessarium auxilium gratiæ suæ, & infinitum thesaurum ad omnium hominum reparationem, & redemptionem præparasse, quod si homines preciū hoc vel repellunt, vel eo non vtuntur, non in Christum culpa reijcienda est, sed in hominum liberas voluntates. Quemadmodū qui resistunt lumini solis, & eius splendore nolūt illustrari, non possunt culpam suæ cæcitatis in solem refundere, sed in suā peruersam voluntatem. Sed de hac re quomodo Deus vniuersis hominibus dederit auxilium gratię suę sufficiens, quo possint salui fieri, alio in loco à nobis est diligentius demonstratum. ¶ Ad tertiam quęstionem tres solutiones solent adhiberi. Prima est, quòd illud signum vniuersalitatis faciat distributionem, non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum. Et ita in scripturis hoc passim obuiam habemus, vt in istis. Et erūt omnes docibiles Dei. Ioan. 6. Item, effundam de spiritu meo super omnem carnem. Act. 2. Item, omnia animalia fuerunt in arca Noe, quia de omni genere animalium aliqua fuerunt in arca. Ita hoc loco per omnes homines omne hominum genus quibuslibet differentijs distributum intelligimus, quia non est natio, qualitas, siue status hominum cui non velit Deus saluē impartiri, reges, principes, plebeios, nobiles, & ignobiles, doctos, & indoctos vult saluos fieri, ideoque pro omnibus statibus orandum, vt saluentur; sicut & Christus pro omnibus citra exceptionem nationis, vel personæ seipsum redemptionem dedit. Ista interpretatio est propria secundum literam. Nihilominus si velimus hoc loco esse distributionē pro singulis generum, hoc est, pro omni indiuiduo humanæ naturæ, oportet tunc dicere (& hæc est secunda solutio) hic sermonem esse non vtiq; de voluntate beneplaciti diuini, de qua scriptum est. Omnia quæcunq; voluit Deus fecit in cælo, & in terra. Itē, non est qui tuæ resistat volūtati. Certū est enim quod Esau, & Pharaonē, quòd gentes multas ab æterno reprobauerit, imò quòd ex vocatis multis paucos elegerit, iuxta illud: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Sed accipiendū est de volū tate signi, id est, de voluntate Dei, quatenus nobis præceptis eius, doctrinaq; fidei innotescit, quibus omnes homines citra exceptionē inuitat ad salutē, omnibusq; salutis media proponit, ideoq; præcepit, vt pro omnibus oremus quo saluētur. Siquidē attendēdo ad signa volūtatis eius de nullo scire possumus, nū à beneplacito Dei eligentis reiectus sit velut vas quoddā iræ, & indignationis diuinæ. Itaque pro omnibus orandū, vt saluentur. Tertia solutio est, quòd ibi sit sermo de volūtate optatiua, vt sit sensus, Deū velle quantū in se est omnes saluos facere, si ipsi nō cōtradicant. Et quòd hic actus voluntatis reperiatur in Deo absq; vlla imperfectione demonstratū est à nobis in 1. p. q. 19. Sed iā exponamus quæstionē principalē in secūdo sensu. In cuius elucidationē dicendū est, quod homines qui cognoscūt Christū, & eius infinitū pretiū pro genere humano, patre æterno oblatū, si nolunt eo vti in suā redemptionē, & liberationē, iniurij quodāmodo sunt Christo Dño, & eius meritis, copiosæq; redēptioni. De hac iniuria cō queritur Dñs in illis verbis. Pretiū meū cogitauerūt repellere. Et in illis. Tota die expandi manus meas ad populū nō credentē, & cōtra dicentē mihi. Itē in illis. Hierusalē, Hierusalē quoties volui cōgregare filios tuos, sicut gallina cōgregat pullos suos, & noluisti. Et Pro. 1. conqueritur sapientia se ab hominibus cōtemni. Quia vocaui, inquit, & renuistis, ego quoque in interitu vestro ridebo, &c.

Explicatio secūdę quæstionis.

Explicatio tertiæ quæstionis.

Rom. 3.

Ioan. 6. Act. 2.

ARticulus sextus. Potest ne legitima causa demōstrari cur in tā paucos perueniāt fructus passionis Christi? Certè cū Christus Dñs in omniū redemptionē sit traditus, dicēte Paulo, pro omnibus nobis tradidit illū; & Esaia: Positæ sunt in eo iniquitates omniū nostrū, & quòd eius liuore sanati sumus, nō mediocrē difficultatē affert nobis adinuestigādū quæ nā sit vera causa, cur nō omnes saluētur, imò cur tā pauci saluētur? An scilicet, hoc sit quia nō omnes sunt prædestinati, aut electi, aut quia nō cōmunicantur fructus passionis Christi, nisi volentibus? Sed assignare primā causam, videtur derogare clementiæ diuinę, quæ ait. Deus vult omnes homines saluos fieri,

Quę sit causa, cur in tā paucos perueniat fructus passionis Christi.

ri. Recurrere autem ad secundam causam, inferre videtur calumniam electioni diuinæ, dum dicimus eam dependere à consensu, & volũtate nostra. ¶ Sed, ni fallor, ad propositã quæstionem dicendum est, quòd ab vtraque causa procedit. Nam licet diuina electio à nostro consensu nõ depẽdeat, sed velit nos coperatores in his, quæ ad nostram salutem spectant, nam sicut corona regni parata est nobis à constitutione mundi, non tamen coronabitur, nisi qui legitimè certauerit, consimili modo, nec vitam suscipiunt omnes à Christo Domino fluuio vitæ existente, nisi qui se disposuerint ad ipsam vitam suscipiendam, quæ ideo clamat in Apocalypsi. Qui sitit, veniat ad me, & qui vult, accipiat aquã vitæ gratis. Nec solummodo cõsensum exquirit à nobis, sed strenuitatem nostram, qua bellando vincamus, sicut scriptum est. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei; & in carne mortali degens, clamabat in tẽplo. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui igitur non vult audire vocantẽ, neq; acquiescere attrahenti, neq; à donante munus suscipere, merito à tãto beneficio secluditur. Vnde Paulus & Barnabas constanter dixerũt ad Iudæos. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gentes. Et sanè quòd ex parte nostra sit impedimentũ, cur nõ proueniant in nos fructus passionis Christi, clarè discimus ex doctrina parabolica Saluatoris. Mat. 22. & Luc. 14. in qua docemur, quòd multi se indignos tanto conuiuio iudicauerunt contemnentes vocantẽ nũcium, & ideo repulsi sunt. Quod ergo talium hominum genus non percipiat fructus meritorum passionis Christi non est ob defectũ vocatiõnis diuinæ, quia studiosè, ac diligẽter inuitati erant, & vocati; non est etiã propter insufficientia meritorum Christi, quia dicit scriptura. Omnia parata sunt; sed est propter negligentiam, vel contemptum, aut malitiam eorum, qui vocati erant, quia vel neglexerũt, vel noluerũt se aptare ad percipiendũ fructũ passionis aliò affectu conuertentes. ¶ Sed ex hoc enascitur magna, & obscura quæstio. Nã facilè, & perspicuè intelligitur esse reijciendã culpam in eos, qui inuitati, & vocati nolunt venire; verum quæ culpa potest fingi in his, qui nunquam sunt attracti à patre, nunquam vocati, neque inuitati, qui nihil prorsus de Euangelio audierunt, cum nemo possit venire ad Christum nisi tractus à patre, vocatus, & inuitatus? Magna profecto quæstio est, quam vt ego dissoluam, in quatuor genera distribuo omnium hominum status. In primo genere sunt qui Christum per fidem accipere noluerunt, iuxta has scripturas: in propria venit, & sui eum non receperunt Ioan. 1. Hierusalem, Hierusalem quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Matt. 23. In secũdo genere sunt, qui postquam acceperunt, rursus repulerunt à se, de quibus Apostolus ad Galat. 5. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Tertij non habent, quia merentur non accipere, de quibus Roma. 1. Quòd illos tradidit Deus in reprobum sensum, & Psalmista dicit. Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua, appone iniquitatem super iniquitatem, & non intrent in iustitiam tuam, &c. Quarti denique non habent, quia Deus non dedit eis, vt acciperẽt, quemadmodum paruulis quibusdam non datur, vt perueniant ad lauacrum regenerationis, quibusdã etiam adultis nõ datur, vt possint audire Euãgelium, & esse Christiani. Itaque primi, secundi, & tertij generis homines non possunt prætexere vllam contra Deum querimoniã propria conscientia illos arguente, nimirum se iusta ratione derelictos esse propter suam ipsorum culpam. Quarti item generis homines, cum videbunt se iusto Dei iudicio, vel propter originale peccatum, quod Deus in eis nõ condidit, sed malitia naturæ superaddidit, vel propter originale simul, ac alia contra legem naturæ superaddita derelictos in massa perditionis, atq; damnatos, tunc & ipsi obmutescẽt nullum habentes iustæ defensionis prætextũ. Quia etsi non sit eis damnabile, siue imputabile quòd non habuerunt fructum passionis Domini, tamen imputabilia sunt illis ea peccata, cum quibus ad iudicium veniunt. Sed dices, nunquid iusta erit querela dicentium sibi non fuisse datam eam gratiam, qua resurgere potuissent à peccatis? Respondetur minimè, nam si inter duos vel tres ęquè reos vni fiat gratia, alteri vero non, iniuria non est. Itẽ possumus respondere illud Pauli Rom. 9. An non habet figulus potestatem ex eadem massa facere aliud vas in honorem, & aliud in cõtumeliam? Et illud Euangelicũ Mat. 20. Ami ce, tolle quod tuum est, id est, tibi pro meritis debitum. Postremò, vt omne os obstruatur dicimus Deũ omnibus hominibus quantũcunq; sceleratis dedisse auxiliũ sufficiẽs, quo possint saluari. De qua re alibi disputatũ est.

Hoc partim prouenit ex electione diuina, partim ex libera voluntate.

Mat. 22. Luc. 14.

Qui tract⁹ & inuitat⁹ non venit culpam habet. Sed qui non tractus non venit, quomodo culpa nõ caret? Grauis quæstio.

Ioan. 1.

Mat. 23.

Gal. 5.

Rom. 1.

Rom. 9.

Mat. 20.

QVAESTIO L.

De morte Christi, in sex articulos diuisa.

Deinde

DEinde considerandum est de morte Christi. ¶ Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm conueniens fuerit Christum mori. ¶ Secundò, vtrùm per mortem fuerit separata diuinitas à carne. ¶ Tertiò, vtrùm fuerit separata diuinitas ab anima. ¶ Quartò, vtrùm Christus in triduo mortis fuerit homo. ¶ Quintò, vtrùm corpus eius fuerit idem numero viuum & mortuum. ¶ Sextò, vtrùm mors eius sit aliquid operata ad nostram salutem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm conueniens fuerit Christum mori.

276 Inf. qõ. 52. ar. 1. cor. & 4. con. c. 55 ad 1. & quol. 2. art. 2. cor. & opus. 2. ca. 7. & opusc. 3. ca. 234. & 238. fin. & opusc. 60. cap. 19.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit conueniens Christum mori. Illud enim quod est primum principium in aliquo genere, non disponitur per illud quod est contrarium illi generi: sicut ignis, qui est principium caloris, nunquam potest esse frigidus. Sed filius Dei est fons & principium omnis vitæ: secundum illud Psalm. 35. Apud te est fons vitæ. Ergo videtur, quòd non fuerit conueniens Christum mori. ¶ 2. Præterea, Maior est defectus mortis, quàm morbi: quia per morbum peruenitur ad mortem. Sed non fuit conueniens Christum aliquo morbo languescere: vt Chrysost. dicit. Ergo etiam non fuit conueniens Christũ mori. ¶ 3. Præterea, Dominus dicit, Ioan. 10. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Sed oppositum non perducit ad oppositum. Ergo videtur, quòd non fuerit cõueniens Christum mori. ¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan. 11. Expedit nobis, vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Quod quidem Caiphas prophetice dixit, vt Euangelista testatur.

¶ Respondeo dicendum, quòd conueniens fuit Christum mori. Primò quidem ad satisfaciendum pro humano genere, quod erat mortiadindicatum propter peccatum: secundum illud Genes. 2. Quacunque die comederitis, morte moriemini. Est autem conueniens satisfaciendi pro alio modus, cùm aliquis se subijcit pœnæ, quã alius meruit. Et ideo Christus mori voluit, vt moriendo, pro nobis satisfaceret: secundum illud 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundò, ad ostendendum veritatem naturæ assumptæ: sicut enim Eusebius dicit. Si aliter post conuersationem cum hominibus, euanescens subitò euolaret fugiens mortem, ab omnibus compararetur phãtasmati. Tertiò, vt moriẽdo, nos à timore mortis liberaret: vnde dicitur ad Heb. 2. quòd cõmunicauit carni & sanguini, vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperiũ, id est, diabolũ, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitã obnoxij erant seruituti. Quartò, vt corporaliter moriendo similitudini peccãti, id est, pœnalitati, daret nobis exemplum moriẽdi spiritualiter peccato, vnde dicitur Rom. 6. Quòd enim mortuus est peccato: mortuus est semel: quòd autẽ viuit, viuit Deo: ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo. Quintò, vt à mortuis resurgẽdo, & virtutem suam ostenderet, qua mortem superauit, & nobis spem resurgendi à mortuis daret. Vnde Apostolus dicit 1. ad Cor. 15. Si Christus prædicatur, quòd resurrexit à mortuis, quomodo quidam in vobis dicũt, quòd resurrectio mortuorum non est?

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd Christus est fons vitæ secundum quod Deus, nõ autẽ secundum quod homo: mortuus est autem secundũ quod homo, nõ secũdũ quod Deus. Vnde Aug* dicit contra Felicia. Absit, quòd Christus sic senserit mortẽ, vt quantũ in se est vita, vitam perdiderit: si enim hoc ita esset, vitæ fons aruisset. Sensit ergo mortem participatione humani affe-

* li. cont. Felic. c. 14. in princ. to. 6.

ctus,quem ſponte ſuſceperat: non naturæ ſuæ perdidit potentiam, per quã cũcta viuificat. ¶ Ad ſecundũ dicẽdũ, quòd Chriſtus non ſuſtinuit mortẽ ex morbo prouenientem, ne videretur ex neceſsitate mori propter infirmitatem naturæ. Sed ſuſtinuit mortem ab exteriori illatam, cui ſe ſpontaneum obtulit,vt mors eius voluntaria oſtenderetur. ¶ Ad tertium dicendum, quòd vnum oppoſitum per ſe non ducit ad aliud, ſed quandoque per accidens: ſicut frigidum,quandoque per accidens calefacit. Et hoc modo Chriſtus per ſuam mortem nos perduxit ad vitam,dum ſua morte,mortem noſtrã deſtruxit: ſicut ille qui pœnã pro alio ſuſtinet,remouet pœnam eius.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio: Ioan.10. CONcluſio eſt affirmatiua.Et patet ex illo Ioãnis 10.expedit vt vnus homo moriatur pro populo,ne tota gens pereat. Quod quidem Cayphas Prophetice dixit, vt Euangeliſta teſtatur. Probatur inſuper rationibus Theologicis,quarum prima eſt. Vt ſatisfaceret pro genere humano,quod erat morti adiudicatum propter peccatum. Subiecit enim ſepœnę,quam merebatur homo.Secunda,ad oſtendendum ſe eſſe hominem verum: quia phantaſma eſſe credidiſſent,ſi fugiens mortẽ ſubito euolaſſet. Tertia,mortus eſt vt nos à mortis timore liberaret. Quarta vt corporaliter moriendo ſimilitudini peccati,id eſt,pœnalitati,daret nobis exemplum moriendi ſpiritualiter peccato: ita vt Deo viueremus. Quinta,vt à mortuis reſurgendo, virtutem ſuam oſtenderet, qua mortem ſuperauit, & nobis ſpem reſurgendi à mortuis daret. Remanſitque caro Chriſti poſt mortem vnita verbo Dei.

EXPOSITIO ARTICVLI.

NOn ſolum docet fides Catholica,Chriſtum Dominũ pro nobis paſſum,& crucifixum verum etiam mortuũ in cruce. Nam etiam contingit pati varijs modis etiam citra crucis ſuſpendium. Inſuper poſſet quis cruci affigi,& rurſus deponi,at Chriſtus ſic eſt paſſus,vt ſuſtinuerit ſimul illud ignominioſum crucis ſupplicium ad mortem vſque. Atque mortem ſuam Chriſtus in Euangelijs vocat conſummationem,non conſumptionem aut perditionem ſicut etiam vocat eam exitum & aſſumptionem & exaltationem, & baptiſmum. Per illam enim Dominus magis eſt perfectus,& conſummata ſunt omnia quæ de ipſo erant ſcripta,& charitas eius vſque ad ſummum peruenit faſtigium, iuxta illud: Maiorem charitatem nemo habet quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Et illud,cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo in finem dilexit eos. In finem. Id eſt, vſq; ad mortem,vel vſque ad vltimũ potentię. ¶ Sed certè difficile videtur ad intelligẽdum, quod Chriſtus mortuus fuerit. Nam filius Dei eſt fons vitæ,ſecundum illud Pſalm.35. apud te eſt fons vitæ, ergo mori non potuit. Ignis enim qui eſt principium caloris, nũquam poterit eſſe frigidus. ¶ Ad hæc euidens contradictio eſt,quod vita moriatur, ſicut euidens contradictio eſt, quod veritas mentiatur, & quod bonitas ſit mala, ſed Chriſtus eſt vita, ergo impoſsibile eſt vt moriatur. ¶ Certè,ſi Chriſtus peccaret,Deus peccaret, vt conſtat ex vera Theologia, ergo ſi Chriſtus moritur diuinitas ipſa moritur. Quod omnino eſſe impoſsibile manifeſtum eſt. ¶ Præterea Ioã. 10. dicit Dominus, ego veni vt vitam habeant,& abundantius habeant, ſed oppoſitum non perducit ad oppoſitum, ergo videtur quod non fuerit conueniens Chriſtum mori. Sed hæc argumenta non difficilem habent ſolutionem. Dicendum eſt enim quod Chriſtus eſt fons vitæ, imò ipſa vita ſecundum quod Deus,non autem ſecundum quod homo, mortuus eſt autem ſecundum quod homo. Vnde Auguſtin.lib. contra Felicianum cap.14. dicit, abſit quòd Chriſtus ſic ſenſerit mortem, vt quantum in ſe eſt vita,vitam perdiderit,ſi enim hoc ita eſſet fons vitæ aruiſſet. Senſit ergo mortem participatione humani affectus, quam ſponte ſuſceperat,non naturæ ſuæ perdidit potentiam per quam cuncta viuificat. Ex hoc patet ad primum, & ad ſecundum argumentum. Ad tertium dicendum, non eſſe eandem rationem de peccato & morte, cuius diſcriminis rationes variæ ſuprà ſunt demonſtratæ, & nunc breuiter dico, quod ſi Chriſtus peccaret,diuinitas ipſa peccaret, ſi quidem vellet peccare, & approbaret peccatum, at ex eo quod Chriſtus moritur in humana natura non eſt conſequens, quod diuinitas moriatur in ſeipſa. Satis enim eſt, quod in Chriſto vero homine ſeparetur anima à corpore, in qua re mors eſſentialiter conſiſtit, quam ex eo quod approbat diuinitas, non rectè deducitur; quod diuinitas in ſe ipſa moriatur. ¶ Ad quartum dicendum, quod vnum oppoſitum per ſe non ducit ad aliud oppoſi-

Obiectiones contra cõcluſionẽ

1. obiectio

2. obiectio

3. obiectio

4. obiectio Ioan.10.

Solutio obiectionũ

Ad primũ & ad ſecũdũ

Ad tertiam.

Ad quartũ

oppositum, sed quandoque per accidens. Sicut frigidum quandoque per accidens calefacit, & hoc modo Christus per suam mortem nos perduxit ad vitam, dum sua morte mortem nostram destruxit, sicut ille qui pœnam pro alio sustinet amouet pœnam eius.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm in morte Christi fuerit separata diuinitas à carne.

277 3.dist.2.q.2. art.1.q.1.& dist.21. q.1. art.1.q.1.& quol.2.ar.1. cor.& quo. 4.ar.6. cor. & opusc.3. cap.236. & 237. & opusc.60. ca. 29.fin. *libr.10.in Luc.in titu. de cõmẽd. spiritus Iesu, in med. 80.5.

AD secundũ sic proceditur. Videtur, quòd in morte Christi fuerit separata diuinitas à carne. Vt enim dicitur Matth. 27. Dominus in cruce pendens clamabat, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quod exponens Ambr*. dicit. Clamabat homo, separatione diuinitatis moriturus: nam cùm diuinitas à morte libera sit, vtique mors ibi esse non poterat, nisi vita discederet: quia vita diuinitas est. Et sic videtur, quòd in morte Christi sit diuinitas separata à carne.

¶ 2. Præterea, Remoto medio, separãtur extrema. Sed diuinitas vnita est carni mediante anima: vt suprà habitum est*. Ergo videtur, quòd cùm in morte Christi anima sit separata à carne, quòd per consequens diuinitas sit à carne separata. ¶ 3. Præterea, Maior est virtus viuificatiua Dei, quàm animæ. Sed corpus mori non poterat, nisi anima separata: ergo multò minus mori poterat nisi separata diuinitate. ¶ Sed contra est, quod ea quæ sunt humanæ naturę, non dicuntur de filio Dei, nisi ratione vnionis, vt suprà habitum est*. Sed de filio Dei dicitur id quod conuenit corpori Christi post mortem, scilicet esse sepultum: vt patet in Symbolo fidei, vbi dicitur, quòd filius Dei conceptus est, & natus ex Virgine, passus, mortuus, & sepultus. Ergo corpus Christi non fuit in morte à diuinitate separatum.

q.6.ar.1.

q.16.art.4.

¶ Respondeo dicendum, quòd illud, quod per gratiam Dei conceditur, nunquam absque culpa reuocatur, vnde dicitur Rom.11. quòd sine pœnitentia sunt dona Dei & vocatio. Multò autem maior est gratia vnionis, per quam diuinitas vnita est carni Christi in persona, quàm gratia adoptionis, per quã alij sanctificantur, & etiam magis permanens ex sui ratione: quia hæc gratia ordinatur ad vnionem personalẽ, gratia autem adoptionis ad quandã vnionem affectualem, & tamen videmus, quòd gratia adoptionis nunquam perditur sine culpa. Cùm igitur in Christo nullum fuerit peccatum, impossibile fuit, quòd solueretur vnio diuinitatis à carne ipsius. Et ideo sicut ante mortem caro Christi vnita fuit secundum personam & hypostasim verbo Dei, ita & remansit vnita post mortem, vt scilicet non esset alia hypostasis verbi Dei & carnis Christi post mortem, vt Damasc*. dicit in 3. lib.

lib.3. orth. fid. c.27. circa finem.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd derelictio illa non est referenda ad solutionem vnionis personalis: sed ad hoc quòd Deus pater eum exposuit passioni. Vnde derelinquere ibi, non est aliud, quàm non protegere à persequentibus. Vel dicit se derelictum quantum ad illam orationem, qua dixerat, Pater si fieri potest, transeat à me calix iste: vt Augustin*. exponit in libro de Gratia noui Testam.

in epi. 120. ex ca.6.& 10.to.2.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum Dei dicitur vnitum carni, mediante anima, in quãtum caro per animam pertinet ad humanam naturam, quam filius Dei assumere intendebat: non autẽ ita quòd anima sit quasi mediũ ligãs vnita. Habet autẽ caro ab anima quòd pertineat ad humanam naturam, etiã postquam anima separatur ab ea: in quãtum scilicet in carne mortua remanet ex diuina ordinatione quidam ordo ad resurrectionem. Et ideo non tollitur vnio diuinitatis ad carnem. ¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd anima habet vim viuificandi formaliter: & ideo ea præsente, & vnita formaliter, necesse est corpus esse viuum. Diuinitas autem nõ

habet

habet vim viuificandi formaliter, sed effectiuè: non enim potest esse corporis forma. Et ideo nō est necesse, quòd manente vnione diuinitatis ad carnē, caro sit viua: quia Deus non ex necessitate agit, sed ex voluntate.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio sic habet. Post mortem Christi caro eius mansit vnita verbo. Probationes huius conclusionis legitime procedūt.

Prima sic habet. Nam ea quæ sunt humanæ naturæ non dicuntur de filio Dei, nisi ratione vnionis, vt supra habitum est, sed de filio Dei dicitur, id quod conuenit corpori Christi post mortem, scilicet esse sepultum, vt patet ex symbolo, vbi dicitur de filio Dei, quod conceptus est, & natus est ex Maria Virgine, passus, mortuus, & sepultus, ergo corpus Christi non fuit in morte à diuinitate separatum.

Alia ratio. Quia donum à Deo cōcessum per gratiam, nunquam sine culpa reuocatur. Gratia autem vnionis maius, & permanentius donum est ex sua ratione, quam gratia adoptionis, quæ nunquā in sanctis amittitur sine culpa. Cum itaque in Christo nullum fuerit peccatum, impossibile erat solui vnionem diuinitatis à carne ipsius. Sed semper remānsit vnita, ita vt eadem esset hypostasis verbi Dei, & carnis Christi post mortem, quæ tamen non viuificabat carnem illam, vt animę presentia, quia anima est corporis forma. Deus autem etsi efficienter causet vitam, non tamen agit ex necessitate, sed ex voluntate.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumen. cōtra cōcl. Primum argumentū. D. August. VIdetur profecto, quod mors Christi diuiserit diuinitatē à carne, etenim verbū fuit vnitū carni, mediāte anima, ergo semota anima à carne, semota etiam fuit diuinitas à carne. Antecedens patet ex Augustino libro de agone Christiano, & in epistola ad Volusianum. Consequentia inde probatur, nam remoto medio remouentur extrema.

Secundum. ¶ Deīn de corpus Christi in sepulchro erat inanime, & irrationabile, creatura autem irrationabilis, secundum Theologorum sententiam, non potest eleuari ad vnionem hypostaticam, ergo corpus illud emortuum non mansit vnitum verbo hypostaticè.

Tertium. ¶ Præterea, si corpus illud emortuum & inanime, mansit vnitum verbo diuino, consequens est, quod verè prius potuisset dici, filium Dei esse illud corpus. Quod asserere ab omni Theologia videtur alienum & abhorrens. Quod rectè sequatur patet, Nam propter vnionem ad totū hominem filius Dei verè dicitur homo, ergo propter vnionem ad corpus illud verè dicetur filius Dei esse illud corp⁹.

Quartum. ¶ Ad hęc si vere dicitur corpus Christi mansisse vnitum diuinitati, maximè, vt verificaretur Christum & Deum fuisse mortuum, sed hęc causa non est sufficiens. Nam etiam si corpus Christi non remansisset vnitum diuinitati, vere diceretur quod Christus vere esset mortuus. Etenim ad huius rei veram demonstrationem satis erat, quod Christus ruperat vitam humanā, & quod in triduo iam non viuebat. Pro explanatione & istorum argumentorum confutatione sciendum est, quod ex diuina Theologia duo sunt in hac parte dogmata certissima. Primum est, Dei verbum in Christi morte fuit separatum à tota natura humana. Secundum, permansit nihilominus hypostaticè vnitum cum partibus essentialibus & integralibus naturæ humanæ seorsum, hoc est, cum anima & corpore. Primum dogma haud difficilè est demonstrare, namque Christus vere mortuus est, at mors separatio est animę à corpore, ergo vere anima reliquit corpus suum inanime, & natura humana Christi fuit dissoluta, & facta dissolutione naturæ totius, vnio diuinitatis cum tota humana natura nō poterat persistere. Secundum vero dogma satis esse probatum. existimo ex dictis. Quibus potest aliud argumētum accedere. Nam corpus Domini se excitauit à morte, vt patet ex illo Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam, id est, potestatē habeo me excitādi à mortuis, hæc autem potestas non erat corporis, sed diuinitatis, ergo illud corpus habuit vnitam diuinitatem.

Verbū Dei in triduo mortis non māsit vnitū toti humanæ naturæ.

Verbū mansit vnitū cū carne.

Ioan. 10.

Ad argum. Ad primū. ¶ Ad argumenta in contrarium satisfaciendum est. Ad primum dicendum, quod verbum Dei dicitur vnitum diuinitati mediāte anima in quantum caro per animam pertinet ad humanam naturam, quam filius Dei sibi copulare intendebat, non autem ita quod anima sit quasi medium ligans vnita. Habet autem caro ab anima, quod pertineat ad humanam naturam, etiam postquam anima separatur ab ea, in quantū scilicet in carne mortua manet ex diuina ordinatione quidam ordo resurrectionis; & ideo non tollitur vnio diuinitatis ad carnem.

Ad secūdū. ¶ Ad secundum dicendum, mihi videri esse omnino improbabile asserere, Deum non posse sibi copulare creaturam irrationabilem. De qua re supra ad plenum tractatum est. Et certè cōtra illud placitum omnino irrationabile, nō est omnino inualidum argumentum, quod fecimus de corpore Christi exanimi & emortuo, sed & alio modo potest confutari propositum argumētū. Si dicamus, quod hypostatica vnio cū corpore illo nō fuit omnino noua, sed exvi assūptionis,

tionis, quæ facta est cum tota natura humana, reliqua est. ¶ Ad tertium dicendum, quod verbum Dei propter vnionem ad humanam naturam non dicitur humana natura, sed homo, quod est habens naturam humanam. Anima autem & corpus sunt partes essentiales humanæ naturæ, vnde propter vnionem verbi ad vtrumque horum non sequitur, quod verbum Dei sit anima vel corpus, sed quod sit habens animam vel corpus. Certè vt constat ex vera Theologia, sanguis Christi fuit & est vnitus verbo diuino hypostaticè, at ex hoc non sequitur, quod sanguis sit Deus, nam vnitur sanguini tanquam parti. Sed de hoc aliàs. ¶ Ad quartum dicendũ, quod si non haberemus aliud argumentum ad persuadendum corpus mansisse vnitum diuinitati, nisi quod habemus ex scriptura Christum fuisse mortuum, non omnino videretur valens, & conuincens argumentum, quanquam & ex hoc possit probari, quod si pro instanti quo humanitas moriebatur, vel separabatur anima à corpore, corpus non erat vnitum diuinitati, non erat verum dicere Deus moritur, quandoquidem non morieba tur nisi ratione humanitatis propter vnionẽ. Sed quando argumentum validum non esset, alia argumenta superius commemorata id euidenter conuincunt.

Ad tertium

Ad quartũ.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm in morte Christi fuerit facta separatio diuinitatis ab anima.

278 3.di.21. q. 1.ar.1.q.2. & quol.2. art.1.cor. & opusc 3.ca. 236. & op. 60.c.19. fi. & Psal. 21. vol.2.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd in morte Christi fuerit facta separatio diuinitatis ab anima. Dicit enim Dominus Ioan. 10. Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam à meipso, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Non autem videtur, quòd corpus animam ponere possit, eam à se separando: quia anima non subijcitur potestati corporis, sed potius econuerso. Et sic videtur quòd Christo, secundum quod est verbũ Dei, cõueniat animam suã ponere. Hoc autem est eam à se separare. Ergo per mortem anima eius fuit à diuinitate separata.

Refertur 3. sentent. di. 3. paragrapho. 6.

¶ 2. Præterea, Athan*. dicit maledictũ, qui totum hominem quem assumpsit Dei filius, denuo assumptum vel liberatũ, tertia die à mortuis resurrexisse non cõfitetur. Sed non potuit totus homo denuo assumi, nisi aliquando fuerit totus homo à verbo Dei separatus. Totus autem homo componitur ex anima & corpore. Ergo aliquando fuit facta separatio diuinitatis & à corpore & ab anima. ¶ 3. Præterea, Propter vnionem ad totum hominẽ, filius Dei verè dicitur homo. Si ergo soluta vnione animæ & corporis per mortem, verbum Dei remãsit vnitũ animæ, sequeretur quòd verè dici potuisset, filiũ Dei esse animam. Hoc autem est falsum: quia cùm anima sit forma corporis, sequeretur, quòd verbũ Dei fuerit corporis forma, quod est impossibile, ergo in morte Christi anima fuit à verbo Dei separata. ¶ 4. Præterea, Anima & corpus ab inuicẽ separata, nõ sunt vna hypostasis, sed duæ. Si igitur verbum Dei remansit vnitum tã corpori, quàm animæ Christi, separatis eis ab inuicem per mortem Christi, videtur sequi, quòd verbũ Dei durãte morte Christi, fuerit duæ hypostases: quod est incõueniens. Nõ ergo post mortem Christi remansit anima verbo vnita. ¶ Sed contra est, quod dicit Damasce*. in lib. Etsi Christus mortuus est vt homo, & sancta eius anima ab incõtaminato diuisa est corpore: diuinitas tamen inseparabilis ab vtrisque permansit, ab anima dico & corpore.

lib.3.orth. fid.c.27. in medio.

¶ Respondeo dicendum, quòd anima vnita est verbo Dei immediatius & per prius, quàm corpus, cũ corpus vnitum sit verbo Dei mediante anima, vt suprà dictum est*. Cùm ergo verbum Dei non sit separatum in morte à corpore, multò minus separatum est ab anima. Vnde sicut de filio Dei prædicatur id quod conuenit corpori ab anima separato, scilicet esse sepultum; ita de eo in Symbolo dicitur, quòd descẽdit ad inferos, quia anima eius à corpore separata, descendit ad inferos.

ar.præce.in arg.2. & q. 6.art.1.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd Augu*. exponens illud verbum Ioan. inquirit, cùm Christus sit verbum anima & caro, vtrũ ex eo quod est verbũ,

Tra.47. in Ioãnẽ, post med. to.9.

ponat

ponat animam, an ex eo quod est anima, an iterum ex eo quod quod est caro. Et dicit, quod si dixerimus, quòd verbum Dei animam posuit, sequitur, quòd aliquando anima illa separata est à verbo, quod est falsum : mors enim corpus ab anima separauit, à verbo autem animam separatam esse non dico. Si verò dixerimus, quòd ipsa se anima ponat, sequitur, quòd anima ipsa à se separata sit: quod est absurdum. Relinquitur ergo, quòd ipsa caro animam suam ponit, & iterum eam sumit, non potestate sua, sed potestate Verbi inhabitantis carnem : quia sicut suprà dictum est *, per mortem non est separata diuinitas Verbi à carne. ¶ Ad secundum dicendum, quòd in verbis illis Athanasius non intellexit, quòd totus homo denuò sit assumptus, id est, omnes partes eius, quasi verbum Dei partes humanæ naturæ deposuerit per mortem : sed quòd iteratò totalitas naturæ assumptæ, sit in resurrectione redintegrata per iteratam vnionem animæ & corporis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd verbum Dei propter vnionem humanæ naturæ, non dicitur humana natura : sed dicitur homo, quod est habens humanam naturam. Anima autem & corpus sunt partes essentiales humanæ naturæ. Vnde propter vnionem Verbi ad vtrunque eorum, non sequitur, quòd verbum Dei sit anima vel corpus, sed quòd sit habens animam vel corpus. ¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Damasce*. dicit in 3. libro, quòd in morte Christi est separata anima à carne, non est vna hypostasis in duas hypostases diuisa, nam & corpus & anima Christi secundum idem ex principio in verbi hypostasi habuerunt existentiam, & in morte inuicem diuisa, singulum eorum mansit vnam hypostasim verbi habens. Quarè vna Verbi hypostasis, Verbi & animæ & corporis extitit hypostasis : nunquam enim neque anima, neque corpus propriam habuerunt hypostasim, præter Verbi hypostasim. Vna enim semper Verbi hypostasis & nunquam duæ.

In corp. ar.

lib. 3. orth. fid. ca. 27. à medio.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio.

COnclusio est negatiua. Quæ probatur primum autoritate Diui Damasceni libro. 3. cap. 27. dicentis, & si Christus mortuus est vt homo, & sancta eius anima ab incontaminato diuisa est corpore, diuinitas tamen inseparabilis ab vtrisque permansit, ab anima dico & corpore. Deinde probatur. Quia anima per prius & immediatius vnita est verbo Dei quam corpus, ergo si corpus mansit in morte vnitum diuinitati multo magis anima : vnde sicut de filio Dei prædicatur id, quod conuenit corpori ab anima separato, videlicet esse sepultum, ita dicitur de Deo, quod descendit ad inferos, quia anima eius à corpore separata, descendit ad inferos.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo nonnulla dubia sunt exponenda. Primum occurrit dubium, quod insinuat Diuus Thomas in solutione primi. Nam Dominus dicit Ioannis. 10. Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam, non autem videtur quod corpus animam ponere possit, eam à se separando, quia anima non subijcitur potestati corporis, sed potius è conuerso, & sic videtur, quod Christo secundum quod est verbum Dei, conueniat animam suam ponere, hoc autem est eam à se separare, ergo per mortem anima eius fuit à diuinitate separata. ¶ Vt hæc dubitatio exponatur, sciendum est, Dominum Iesum peculiari ratione dicere se ponere animam suam, cum alioqui secundum phrasim Hebraicam in scripturis, ponere animam omnibus conueniat hominibus, & sit idem quod mori. Vnde Petrus de se Domino dicit; animam meam pro te ponam, id est, pro te moriar, vel morti exponam. Et Ioannes nos exhortatur. Sicut Christus animam suam pro nobis posuit, ita & nos debemus pro fratribus nostris animas ponere, hoc est, mori, aut morti exponere. At Dominus singulariter de se dicit, potestatem habeo ponendi animam meã, quia ipse solus eã emittere potuit, quando voluit. Cæterũ hoc in loco præcipuè dubitatur, quomo-

Ioan. 10.

Quomodo dicatur Christus ponere animã & iterũ sumere eam.

quomodo nomen animæ hic debeat accipi, an pro ipso spiritu hominis, qui est altera hominis pars, an pro vita corporali, quomodo frequenter accipitur. Et quidem
D. Augusti. Diuus Augustinus accipit pro ipso spiritu, altera hominis parte, atque ex hoc loco docet refelli hæresim Apollinistarum, qui negabant Christum habuisse animam rationalem, sed ipsam diuinitatem illius suppleuisse in carne locum. Verum iam quærit idem Augustinus secundum quod Christus dicendus sit posuisse animam, an secundum suam diuinitatem, an secundum humanitatem, & si secundum humanitatem, num secundum animam, an ne secundum carnem? Et probat ipsum non secundum diuinitatem posuisse animam, quia illa à diuinitate etiam in morte non fuit separata. Dicit rursus ipsum secundum animam non posuisse animam, eo quod anima à se ipsa non potuit esse separata, proinde concludit ipsum secundum carnem posuisse animam, & iterum assumpsisse, non quod caro eam habuerit ex se potestatem, sed ex diuinitate carni
Caietan. vnita. Cæterum Caietanus, hoc in loco, & super Ioannem, animam sic accepit pro vita corporali, quemadmodum accipi videtur, cum dicitur, bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, quo in sensu potest dici, Christum filium Dei etiam secundum diuinitatem, aut hypostasim diuinam, posuisse animam suam, & iterum assumpsisse, quia diuinitas vitam corporalem, quam nascendo assumpserat in morte deposuit, dum spiritum à carne separauit, & eandem vitam rursus assumpsit, cum à mortuis resurrexit. Hæc explicatio Caietani germanior & literalior apparet. ¶ Sed & aliud dubium
An filius Dei possit dici in triduo corpus vel anima propter vnionē ad vtrāq; partem. non omnino facile, (quod iam ex parte explicatum est in præcedenti articulo) potest lectorem commouere, illud est, num posset dici filium Dei esse animam aut cadauer, si quidem mansit vnitus vtrique parti seorsum. A parte affirmatiua sic arguitur. ¶ Nam
Primum argumentū. Christus propter vnionem ad humanitatem dicitur homo, ergo propter vnionem ad corpus dicetur corpus, & propter vnionem
Confir. ad animam dicetur anima. ¶ Hoc ipsum confirmatur, nam filius Dei dicitur descendisse ad inferos, dicitur sepultus, ex eo quod anima eius sanctissima descendit ad inferos, & eius corpus sepultum fuerit, quæ vera non essent, nisi filius Dei esset in triduo, anima, & corpus sepultum. ¶ Præterea, si filius Dei seorsum copulasset sibi naturam
Secundum. cadaueris, profectò cadauer existeret, sicut si copularet sibi naturam lapidis, lapis esset, ergo si in triduo naturam cadaueris habuit sibi copulatam, vere cadauer fuit. Nec valet solutio huius argumenti, quam in superiori articulo ex Diuo Thoma insinuauimus, videlicet, quod ista communicatio idiomatum non est, in partibus naturæ humanæ, sed in homine, corpus autem & anima sunt partes essentiales humanæ naturę. Non inquam valet hæc solutio, nam cadauer pars hominis non est, sed compositum per se subsistens vt constat ex vniuersa philosophia. ¶ In expo-
Explicatio propositæ difficultatis. sitionem huius dubij dicendum est, nulla ratione posse concedi, quod in triduo filius Dei, aut fuerit anima, aut vero corpus emortuum, sed dicebatur habens animam,
Filius Dei in triduo non erat caro neque seorsum erat anima. & habens corpus sibi vnitum, sicut filius Dei non dicitur humanitas, sed habens humanitatem, communicatio namque idiomatum non est in partibus vnitis, sed in composito ex partibus. Cuius rei alterum argumentum est. Nam si filius Dei in triduo erat anima propter vnionem, item erat corpus propter eandem coniunctionem, consequens est, quod anima esset corpus, vel saltem res quæ est corpus, quod ita esse concedendum, conuincitur hoc syllogismo. Filius Dei est anima, & filius Dei est
Cōmunicatio idiomatū in quibus consistit. corpus, ergo corpus est anima. Certè syllogismus legitimus est, vnde si antecedens verum est, consequens verum esse debet. Certè omnes ferè Theologi in 3. distinctione. 22. nobiscum consentiunt. Sentit quo-
D. Thom. Bonauen. que Diuus Thomas in solutione tertij argumenti, & Diuus Bonauentura in commemorata distinctione quæstio. prima. Sed dubitatur, vtrùm aliquam denominationem dederit Christo, anima separata, vel corpus mortuum, præter commemoratas, quibus dicebatur habens animam vnitam, vel habens corpus. Certè Diuus Bonauentura videtur sentire, quod nullas præterea, vnde non dicebatur filius Dei rationalis. Ad hoc enim requiritur, quod habeat animam rationalem vnitam corpori, nec erat albus, quia communicatio partis, non tribuebatur filio Dei, itaque videtur in vniuersum esse asserendum, & pro regula habendum, quod istæ partes essentiales non communicant sua idiomata verbo, nisi mediante toto composito. Sicut si filius non supposita ret, nisi solam albedinem, vel solam quantitatem vel qualitatem, non diceretur albus, nec quantus, quia non communicant suas denominationes illa accidentia, nisi mediante subiecto. Sed videtur profecto, quod hæc regula non sit certa, nam anima & corpus cō municauere verbo, quod descenderit ad inferos,

feros,quodque sepultum fuerit, ergo potuit communicare alias denominationes præter eas quas commemorat prædicta regula. Præterea dicitur quod fuit sepultus propter corpus,ergo etiã potuit denominari albus,propter corpus,si quidem fuit album. Ad hæc si Christus ab exordio incarnationis habuisset solum corpus album,diceretur vtiq; albus,ergo cum in triduo filius Dei habuerit corpus album,albi denominationem sine dubio habuit. Insuper,in triduo intelligebat intellectione creata,& poterat ratiocinari,ergo erat rationalis:tum vltra filius Dei in triduo ita sustentabat animam rationalem, sicut quando viuebat,consimiliter & corpus,ergo si in vita communicabantur idiomata ratione animæ, & ratione corporis, sic etiam in mortis triduo.Certè videtur quod filius Dei tunc vere diceretur corporeus,vulneratus,figuratus, quantus, imò quòd vere diceretur corpus, nam quidquid ego habeo ratione cuius ego dicor corpus,habuit filius Dei in triduo, ego enim dicor corpus, quia sum substistens in corpore,& filius Dei idem habuit in triduo mortis, ergo poterat dici vere corpus. Nec est eadem ratio de anima,nam anima est altera pars compositi, corpus vero non sumitur in præsentia pro altera parte compositi, nam cadauer non est pars,sed totum per se substistens.Profecto hæc argumenta, aliquid persuadere videntur, nec enim sunt omnino infirma.Verum mihi omnino non persuadent. Nam licet corpus cadaueris non sit pars, vt euidenter probatum est,est tamen compositum,quod ex corpore viuente,quando moritur,naturali consequio deriuatur,estque veluti appẽdix eius. Et ideo quamuis habuerit illud filius sibi vnitum in triduo,non est consequens,quod debeat dici corpus, quemadmodum licet filius Dei habuerit sanguinem in cruce fusum diuinitati vnitum, non est cõsequens,quod Deus fuerit sanguis. Illud tamen animaduersione dignum est, quod licet Theologus concedat filium Dei in triduo fuisse corporeum vel corpus, nunquam debet concedere eas appellationes,quæ consequuntur coniunctionem animæ cum corpore,vnde nec erat homo,nec animal,nec sensibile. His ad hunc modum explicatis restat soluere argumenta adducta. ¶ Ad primum dicendum,quod cum anima & corpus sint partes essentiales hominis, communicatio idiomatum non fit in eis,vnde ista prædicatio vera non fuit,filius Dei est anima,aut filius Dei est corpus. ¶ Ad confirmationem dicendũ est,quod ex syne doche commemoratæ propositiones veræ sunt, Christus descendit ad inferos,Christus iacuit in sepulchro. Ex eadem locutionis figura istæ enuntiationes prædicant verum, S. Petrus Romæ sepultus est, S.Petrus est in cælo. ¶ Ad secundum argumentum dicendum est,quod licet filius Dei seorsum naturam cadaueris sibi copulasset hypostaticè, non esset vera hæc locutio, filius Dei est corpus,si quidem semper corpus cadaueris est veluti pars ad suppositum perfectum destinata, veluti etiam si filius Dei sibi copulasset seorsum sanguinem, nũquam me iudice,diceretur sanguis. Ex quo patet euidenter solutio tertij argumenti, quod in contrarium propositum fuit. ¶ Aliud dubium subsequitur, vtrùm filius Dei, aliquas partes humanæ naturæ assumpserit, quas postea dimisit?pro parte negatiua arguitur ex illo prouerbio ore omnium Theologorum decantato,quod Deus assumpsit, nunquam dimisit. Ad hoc dubium facilis est & prompta respõsio.Namque hoc prouerbium omniũ Theologorum suffragijs intelligendum est, de partibus essentialibus humanæ naturæ, & integralibus etiam, quæ pertinent ad perfectionem naturæ,in reliquis vero partibus verum non est. Nam sanguis vt habet sana doctrina, vnitus est in Christo hypostaticè, at non totus sanguis, qui effusus est, reassumptus fuit.Rursus capilli vniti sunt diuinitati hypostaticè,si quidem informantur rationali anima,vt physici dicunt, at non omnes capilli, quos habuit Christus ab ineunte ætate reassumpti sunt. Sed & partes quæ vi caloris naturalis, vel per sudorem resolutæ sunt, non fuere reassumptæ,aliâs deberemus ponere in Christo incredibilem quãtitatem, verum est tamen,quod prædictæ partes,non propriè dicuntur dimissæ.Ad hoc enim vt aliquid dicatur separari vel dimitti ab alio necessum est, vt illud sit,& quod non maneat vnitum,certum est tamen, quod aliquot partes fuerunt vnitæ diuinitati,quæ postmodum desierunt esse vnitæ, non tamen permanserunt in rerũ natura. ¶ Aliud dubium moueri solet, vtrũ fuerit noua vnio,qua verbum Dei in triduo mortis fuit vnitum animæ, & corpori seorsum?Certè non fuit noua vnio, sed antiqua, vel ex antiquę virtute.Quod his argumentis demonstro.In primis ad hoc valet illud prouerbium supra commemoratũ.Quod Deus assumpsit, nunquam dimisit,ergo antiqua assumptio semper perseuerauit.Deinde eadem subsistentia subsistebant illæ partes in triduo mortis,atque antea, & nunquam diuina subsistentia ab illis fuit separata, ergo noua vnio non fuit. Ad hæc, aliâs nouum esset miraculum, si in triduo denuo assumptæ fuissent.

Ad argum.
Ad primũ.
Ad confir.
Ad secũdũ.
Ad tertium
Explicatur prouerbiũ illud, Deus quodsemel assumpsit, nunquã dimisit.
Non fuit facta noua vnio in triduo mortis

Insuper,

Insuper, quãdo Deus partes essentiales humanæ naturæ assumpsit, ad hũc finem assumpsit, vt in triduo mortis eas sibi vnitas retineret, ergo denuo non assumpsit eas. Quod si dicat Theologus, corpus cadaueris assumpsit in triduo mortis, hoc autem à principio non assumperat, ergo noua fuit vnio vel assumptio. Respondeo, quod hæc assumptio non fuit facta ex principali destinato, sed veluti ex consequenti, & ex vi principalis assumptionis. Ex eo enim, quod à principio sibi naturam humanam & corpus copulauit; statuit, cum corpore etiam informato forma cadaueris vnitus permanere. Hæc de isto articulo dixisse sufficiat.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christus in triduo mortis fuerit homo.

279 3.dis. 22. q. 1. arti. 1: & quol. 2. art. 1. & quol. 3 ar. 4. cor. fi. & quol. 4. art. 1. & op. 3. c. 236. & opu. 60. ca. 20. fin. *li. 1. c. 13. circa princ. tom. 3. †lib. 9. c. 4. ante med. tom. 5.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Christus in triduo mortis fuerit homo. Dicit enim Aug.* in primo de Trinit. Talis erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum. Sed illa susceptio nõ cessauit per mortẽ. Ergo videtur, quòd per mortem non desierit esse homo. ¶ 2. Præterea, Philt. dicit in 9. Ethic. quòd vnusquisque homo est suus intellectus. vnde & post mortem, animam Petri alloquentes dicimus, Sancte Petre ora pro nobis. Sed post mortem filius Dei non fuit separatus ab anima intellectuali. Ergo in illo triduo filius Dei fuit homo. ¶ 3. Prẽterea, Omnis sacerdos est homo, Sed in illo triduo mortis, Christus fuit sacerdos: aliter enim non verum esset quod dicitur in Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum. Ergo Christus in illo triduo fuit homo. ¶ Sed contra, Remoto superiori, remouetur inferius. Sed viuum siue animatum est superius ad animal & ad hominem: nam animal est substãtia animata sensibilis. Sed in illo triduo mortis corpus Christi nõ fuit viuum neque animatum. Ergo non fuit homo.

Respondeo dicendum, quòd Christum verè fuisse mortuum, est articulus fidei. Vnde asserere omne illud, per quod tollitur veritas mortis Christi, est error cõtra fidem. Propter quod in epistola synodali* Cyrilli dicitur, Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, & quòd mortem gustauit carne, anathema sit. Pertinet autem ad veritatem mortis hominis vel animalis, quòd per mortem desinat esse homo vel animal: mors enim hominis vel animalis prouenit ex separatione animæ, quæ complet rationem animalis, vel hominis. Et ideo dicere Christum in triduo mortis hominem fuisse, simpliciter & absolutè loquẽdo, erroneum est. Potest tamen dici, quòd Christus in triduo fuit homo mortuus. Quidam tamen cõfessi sunt Christum in triduo hominem fuisse dicentes quidem verba erronea, sed sensum erroris non habẽtes in fide. Sicut Hugo de sancto Vict.* qui ea ratione dixit Christũ in triduo mortis fuisse hominem, quia dicebat animam esse hominem, quod tamẽ est falsum: vt in prima Parte ostensum est.† Magister etiam sententiarum in 22. dist*. tertij lib. posuit, quòd Christus in triduo mortis fuit homo alia ratione: quia credidit quod vnio animæ & carnis non esset de ratione hominis, sed sufficeret ad hoc, quòd aliquid sit homo, quod habeat animam humanã & corpus, siue coniuncta, siue non coniuncta. Quod etiam patet esse falsum ex his quæ* dicta sunt in 1. parte: & ex his quæ suprà dicta sunt† circa modum vnionis.

Habetur in Concil. 1. Ephe. c. 12.

In lib. 2. de sacra. 1. parte cap. 11.

q. 75. art. 4.

Lib. 3. sent. dist. 22. paragr. 1.

P. p. q. 75. artic. 4. †q. 2. ar. 5.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Dei suscepit animam & carnẽ vnitam, & ideo illa susceptio fecit Deũ hominem, & hominem Deum. Non autẽ cessauit illa susceptio per separationẽ Verbi ab anima vel à carne, cessauit tamen vnio carnis & animæ. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd homo dicitur esse suus intellectus, non quia intellectus sit totus homo, sed quia intellectus est principalior pars hominis, in quo virtualiter consistit tota dispositio homi-

nis. Sicut si rector ciuitatis dicatur tota ciuitas, quia in eo consistit tota dispositio ciuitatis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd esse sacerdotem, conuenit homini ratione animæ: in qua est ordinis character. Vnde per mortem homo non perdit ordinem sacerdotalem, & multo minus Christus, qui est totius sacerdotij origo.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio. PRima conclusio. In triduo mortis simpliciter & absolute loquendo, Christus dici nó poterat homo: quia mors consistit in separatione animæ, quæ complet rationem hominis & animalis. Asserere autem aliquid per quod tollatur veritas mortis Christi, est contra fidem. Propter quod in epistola Synodali Cyrilli dicitur; Si quis non confitetur, Dei verbum passum carne, & crucifixú carne, & quod mortem gustauit, anathema sit, pertinet autem ad veritatem mortis hominis vt per mortem desinat esse homo vel animal. ¶ Secunda conclusio. Potest dici, quod Christus in triduo mortis fuit homo mortuus. Et in promptu ratio est, quia hæc dictio, mortuus, est códitio diminuens, sicut cum dicitur, homo pictus aut lapideus. ¶ Tertia conclusio, fuit tamen eo tempore sacerdos: quia hoc conuenit homini ratione animæ in qua character consistit.

Cyrillus.

2. Conclus.

3. Conclus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumẽta contra conclusionem. NEcesse est soluere quædam argumenta, quæ fiunt ad probãdum, quod Christus in triduo mortis homo fuerit, nam his exagitatis quidam Theologi magni nominis in eum errorem inciderunt. Argumenta sunt huiusmodi. ¶ Primum, hæc propositio Christus est homo, est per se, sicut hæc Petrus est homo, ergo semper est & fuit verum Christum esse hominem. Consequentia inde probatur, nam propositiones per se necessitatem habent vt constat ex Aristot. 1. posterio. in principio. ¶ Deinde Christus in triduo fuit Christus, ergo fuit homo. Consequẽtia inde liquet. Nam Christus ex sua essentia est Deus & homo, & essentia rei nunquam potest separari. ¶ Præterea, totus Christus fuit in sepulchro, vt dicunt antiqui Theologi cum Magistro in. 3. dist. 22. sequentes doctrinam magni Augustini, ergo fuit homo cum in sepulchro iacebat, si quidẽ totus Christus nó solum denotat filium Dei, sed etiam verum hominem. ¶ Insuper, quod habet animam rationalem, & corpus humanum, homo est, at Christus in triduo mortis habuit animam rationalem, & corpus humanum, ergo homo fuit. ¶ Amplius si in triduo mortis nó fuisset verus homo, ergo resurgens à mortuis denuo fieret homo, & bis factus esset homo. Quod si admittas, iam bis incarnatus fuisset Deus, cum semel tantum legamus verbum caro factum est. ¶ Vltimo D. Augustinus lib. 1. de Trinit. c. 13. sic inquit, talis erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum, sed illa susceptio nó cessauit post mortem, ergo videtur quod per mortem non desierit esse homo. ¶ In cõtrariũ est conclusio prima articuli, quæ sine dubio vera est. Pro cuius rei expositione sciendum est, quod Magister Sententiarum in. 3. distin. 22. existimauit, quod Christus in triduo mortis fuit homo: quia arbitratus est, vnionem animæ cum corpore, non esse de ratione hominis, sufficereque vt aliquid sit homo, quòd habeat animam humanam & corpus siue coniuncta, siue non coniuncta. Hugo de sancto Victore. 1. parte de sacramentis capit. 11. alia via graditur, dicitque Christum sub triduo mortis fuisse hominem, existimat enim hominem esse animam rationalem, ex quo concludebat in illo tempore fuisse hominem, si quidem habuit animam vnitam diuinitati. Hanc sententiam fortasse hausit ex Philosophis Platonicis. Aiunt isti Philosophi, animam esse tanquam nautam, corpus vero tanquam nauim, vt testatur Aristot. 2. de anima, vel hausit eam ex Stoicis, qui crediderunt corpus non esse hominis partem, sed esse carcerem, & ergastulum animæ, in quod lapsa propter culpas prioris vitæ luebat pœnas. Ioannes VViclephus, vt autor est Thomas Vualdensis doctrinalis antiquæ fidei articu. 2. capit. 34. secutus Stoicum dogma, ait, animam seu immortalem spiritum esse Christum. Quibus omnibus subscripsit Aureolus, vt fertur. Horum autorum sententia catholica non est, veritas nanque fidei in contrarium est, quod in triduo mortis homo non fuerit. Nam homo mortuus simpliciter & absolutè homo non est, sed in triduo fuit homo mortuus, ergo simpliciter homo non fuit. Deinde remoto superiori necessum est vt inferius remoueatur, sed viuum siue animatum est superius ad hominem, sed in illo triduo mortis corpus Christi non fuit viuum, neque animatum, ergo nec homo. Præterea dicere, quod Christus in illo triduo mortis fuerit simpliciter & absolute homo, est asserere aliquid quod tollit veritatem mortis Christi, quam omnes ex fide tenemur confiteri. Nam ad veritatem mortis hominis vel animalis, necessum est, quod desinat esse homo vel animal: mors enim contingit ex separatione

Primũ arg.

Aristot.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Vltimum. Augustin.

Magister.

Hugo. li. 2.

Platonici.

Stoici.

VVicleph. art. 2. c. 34.

Aureolus.

In triduo mortis Christus homo non fuit.

ratione animæ, quæ cõplet rationem animalis vel hominis. Ad hęc, si homo fuit in triduo mortis, certè ille homo mortuus non fuit, neque morietur vnquam, ergo fuit homo immortalis. Tandem vbi non est humanitas, homo non est, sed sub illo triduo mortis non fuit humanitas, siquidem humanitas est dissoluta per separationem animæ, ergo homo non fuit. ¶ Sed non est opus amplius in hac re morari, quæ manifestissima est, ad argumentorum solutiones deueniamus. Ad primum argumentum confutandum multa afferunt Theologi, quæ mihi non videntur necessaria. Dico igitur breuiter, quòd in hac propositione Christus est homo, sicut in hac Petrus est homo, aut refertur prædicatum ad essentiam rei, & tunc dico vtramque propositionem esse per se, & necessitatem habere, esseq; perpetuæ veritatis, si vero referatur ad existentiã actualem, falsa est Christus est homo in triduo mortis, sicut mortuo Petro falsum dicit hęc propositio Petrus est homo, si verbũ est, dicat existentiã, nam quod nõ existit non existit homo. Quãdo autem quæritur, vtrum Christus sub triduo fuerit homo, de existentia loquimur, non de rerum essentijs, quę perpetuæ sunt, & secundum philosophiam non generantur, nec corrumpuntur. ¶ Ad secundum argumentum dicendum est, quod Durandus in. 3. dist. 22. quæstione. 2. propter hoc argumentum dixit, Christum non fuisse in triduo, vnde putat falsum esse id, quod dicitur à Magistro, & à D. Thom. & à plerisque Theologis, totum Christum iacuisse in sepulchro, totum Christum descendisse ad inferos, quia si non erat Christus in triduo, non erat totus Christus. Verum hæc solutio nisi exponatur recte, non consonat prædictis Theologis, atque potissime Diuo Augustino ex cuius sententia dixit Magister, totum Christum descẽdisse ad inferos, totumque iacuisse in sepulchro. Dicat ergo Theologus, quod si totum masculine vsurpetur, vt denotet personam, totus Christus iacuit in sepulchro, licet non secundum se totum, sed secundum corpus, totusque descendit ad inferos, licet non secundum totum, sed secundũ animam, totus tamen propter personæ totalitatem, ne diuidamus Christum in duas personas. Certum tamen est non descendisse, propter diuinitatem, sed ratione animæ, item non esse sepultum nisi ratione corporis. At vero postquam de re constat non litigemus de nomine. Exploratum enim est ex synecdoche esse veras, Christus descendit ad inferos, Christus iacuit in sepulchro, vt istæ veræ sunt Petrus, sepultus est Romę, Petrus est in cœlo. Verum si sumatur hoc nomen totum, Vt significet in neutro genere naturam, tunc falsum est, totum Christum descendisse ad inferos. Nam significat Christum secundum vtramque naturam descendisse. Ex hoc patet ad tertium. ¶ Ad quartum dicendum, non valere collectionem. Nam Christus Dominus licet in triduo habuerit animam, & corpus, at vero non coniuncta, sed diuisa, & ideo homo non erat, quandoquidem corpus & anima diuisa, homo non sunt. ¶ Ad quintum argumentum dicendum ex D. Athanasio, libro. 6. de beatitudine, anathema esse. dicentem, Christum resurgentem ex mortuis non fuisse factum denuo hominem. Itaque concedẽda est propositio, Christus resurgens ex mortuis factus est denuo homo. Et certè Hilarius exponens verba Psal. 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te, hæc retulit ad Christi resurrectionem. Non tamen concedendum est, Christum Dominum bis fuisse incarnatum. Nam incarnatio significat, primam humanitatis assumptionem. ¶ Ad sextum argumentum respondetur, quod verbum Dei susceptit animam & carnem vnitam, & ideo illa susceptio fecit hominem Deum, & Deum hominem, non autem cessauit illa susceptio per seperationem verbi ab anima vel à carne. cessauit verò vnio carnis, & animæ.

Ad argumẽta. Ad primũ. Ad secũdũ. Durandus. Augustin. Ad tertiũ. Ad quartũ. Ad quintũ. Athanasius Hilarius. Ad sextum.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm fuerit idẽ numero corpus Christi viuentis & mortui.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit idem numero corpus Christi viuentis & mortui. Christus enim verè mortuus fuit, sicut & alij homines moriuntur. Sed corpus cuiuscunque alterius hominis, non est simpliciter idem numero mortuum & viuum: quia differunt essentiali differentia. Ergo neque corpus Christi, est simpliciter idem numero mortuum & viuum. ¶ 2. Præterea, Secundum Philos.* in 5. Metaph. Quæcunque sunt diuersa specie, sunt etiam diuersa numero. Sed corpus Christi viuum & mortuum fuit diuersum specie, quia non dicitur oculus aut caro mortui, nisi æquiuocè: vt patet per Philosophum in 2. de Anima & 7. Meta*. Ergo corpus Christi non fuit simpli-

280 quol. 2. ar. 1 & quol. 3. art 4. ad 1. & quol. 4. q. 5.

Li. 5. meta. tex. 12. tomo. 3.

*lib. 2. de anima, tex. 9. & 7. meta. tex. 55. to. 2. & 3.

ter idem numero viuum & mortuum.

¶ 3. Præterea, Mors est corruptio quędam. Sed illud quod corrumpitur corruptione substantiali, postquam corruptum est, iam non est: quia corruptio est mutatio de esse in non esse. Corpus ergo Christi postquam mortuum fuit, non remansit idem numero, cùm mors sit substantialis corruptio. ¶ Sed contra est, quod Athanas.* dicit in Epistola ad Epictetum: Circunciso corpore, & potato, & manducante, & laborante, & in ligno affixo, erat impassibile & incorporeum Dei verbum, hoc erat in sepulchro positum. Sed corpus Christi viuum fuit circuncisum & in ligno affixum. Corpus autem Christi mortuum fuit positum in sepulchro. Ergo hoc idem corpus, quod fuit viuum, fuit etiam mortuum.

circa me. illius. Inci. Ego arbitrabar.

Respondeo dicendum, quòd hoc quod dico simpliciter, potest accipi dupliciter. Vno modo secundum quod simpliciter idem est quod absolutè: sicut simpliciter dicitur quod nullo addito dicitur, vt Philoso.* dicit. Et hoc modo corpus Christi mortuum & viuum simpliciter fuit idem numero: dicitur enim aliquid esse idem numero simpliciter, quia est suppositò idem. Corpus autem Christi viuum & mortuum, fuit suppositò idem: quia non habuit aliam hypostasim viuum & mortuum, præter hypostasim verbi Dei, vt suprà dictum est*. Et hoc modo loquitur Athan†. in auctoritate inducta. Alio modo simpliciter idem est, quod omnino vel totaliter: & sic corpus Christi mortuum & viuum non fuit simpliciter idem numero: quia non fuit totaliter idem, cùm vita sit aliquid de essentia corporis viuentis: est enim prædicatum essentiale, non accidentale. Vnde consequens est, quòd corpus, quod desinit esse viuum, non totaliter idem remaneat. Si autem diceretur, quòd corpus Christi mortuum totaliter idé remaneret, sequeretur quòd nó esset corruptũ, corruptione dico mortis: quod est hæresis Gaianitarum, vt Isido.* dicit, & habetur in Decretis† 24. q. 3. Et Dam.* dicit in 3. lib. quòd Corruptionis nomen duo significat: vno modo separationem animæ à corpore, & alia huiusmodi: alio modo perfectã dissolutionem in elemẽta. Ergo incorruptibile dicere corpus Domini (secundum Iulianum & Gaianum) secundũ primũ corruptionis modum ante resurrectionẽ, est impium, quia corpus Christi non esset consubstantiale nobis, nec in veritate mortuum esset, nec secundũ veritatẽ saluati essemus. Secundo autem modo corpus Christi fuit incorruptum.

lib. 2. Top. in fi. illius, to. 1.

Arti. 2. huius quæst. †In argu. Sed cõtra.

Isi. 8. etymo. cap. 5. †In Decre. 24. q. 3. ca. Quidã autem hæretici à medio. *Dam. l. 3. cap. 28. in princip.

Ad primum ergo dicendum, quòd corpus mortuum cuiuscunque alterius hominis, non remanet vnitum alicui hypostasi permanẽti, sicut corpus Christi mortuum. Et ideo corpus mortuum cuiuscunque alterius hominis, non est idem simpliciter, sed secundum quid: quia est idem secundum materiam, nõ autem idem secundum formam. Corpus autem Christi remanet idem simpliciter propter identitatem suppositi: vt dictum est. † ¶ Ad secundum dicendum, quòd quia idem numero dicitur aliquid secundum suppositum, idem autem specie est idem secundum formam, vbicunque suppositum subsistit in vna sola natura, oportet, quòd sublata vnitate speciei, auferatur vnitas numeralis. Sed hypostasis verbi Dei subsistit in duabus naturis, & ideo quanuis in Christo non remaneat corpus idem secundum speciem humanæ naturę, remanet tamen idem numero secundum suppositum verbi Dei. ¶ Ad tertium dicendum, quòd corruptio & mors non competit Christo ratione suppositi, secundum quod attenditur vnitas, sed ratione naturæ, secundum quam inuenitur differentia mortis & vitæ.

In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Simpliciter est idem numero corpus Christi viuentis & mortui, si

Prima conclusio.

hæc

hæc dictio simpliciter accipiatur absolute: quia viuum & mortuum non habuit aliam hypostasim, præter hypostasim verbi Dei. ¶ Secunda conclusio. Si vero hæc dictio simpliciter capiatur vt idem sit quod totaliter, sic corpus Christi viuum, & mortuum nõ fuit idem numero simpliciter: quia vita est aliquid de essentia corporis viuentis cum prædicetur essentialiter, & non accidentaliter. Vnde consequens est, corpus quod desiuit esse viuum, nõ totaliter idem remanere. Nam si diceretur totaliter idem remanere, sequeretur, quod non esset corruptum corruptione mortis, quod est hæresis Gaianitarum.

1. Concluſ.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Quomodo fuerit idẽ corpus viuẽs & mortuum variè exponitur. Durandus.

IN expositionem propositæ quęstionis Doctores Theologi varijs vijs incedunt. Durandus nanque in 3. distin. 21. quæstione. 1. sic procedit. In primis dicit, quod si in homine ponatur pluralitas formarum substantialium, ita quod corpus sit corpus per aliam formam ab anima, quæ manet eadem in corpore viuo & mortuo, secundum hanc opinionem corpus Christi viuum & mortuum fuit idem numero, non solum identitate suppositi sed etiam naturæ: quia mansit ante mortem, & post mortem eadem forma & eadem materia numero, per quam idem corpus Christi fuit idem numero, omni modo identitatis numeralis, & hæc opinio autore Durando, multum consonat cum dictis scripturæ, & cum omni modo loquendi fidelium, qui credunt & dicunt, quod idem corpus Christi, quod fuit natum de virgine, & passum in cruce, fuit positum mortuum in sepulchro. Deinde ait Durandus, quod si teneamus aliam opinionem, quod in homine non sit alia forma substantialis, præter animã rationalem, difficile videtur, imo videtur impossibile explicare, quomodo simpliciter sit idem corpus Domini mortuum & viuens, nam corpus dicit compositum ex materia & forma, sed non mansit idem compositum ex materia & forma, siquidem corpus emortuum aliam formam habet, ergo non mansit idem corpus simpliciter. Confirmat amplius hoc ipsum, nam re vera corpus & humanitas supposita vnitate formarum in homine sunt idem realiter, quanuis differant secundum rationem, ergo sicut non mansit humanitas in triduo sic certè non mansit idem corpus. Et confirmat iterũ. Nam sicut non mansit verbum vnitum humanitati in triduo, sic nec mansit eidem corpori compositum ex materia & forma substantiali, hæc Durandus. Henricus quolib. 1. quæstione. 4. alia via pergit, affirmat enim corpus Christi emortuum, non esse compositum ex materia & forma cadaueris, vt nostra cadauera, sed fuisse tantùm materiam primam, cum quantitate & accidentibus. Et hoc (inquit) probabile dogma videtur, si quidem si tunc corpus Domini cadaueris habuit formã, vtique fuisset corruptum, & incineratum. Etenim cadaueris forma, est forma corruptionis, cuius contrarium dicitur Psal. 15. non dabis sanctum tuum videre corruptionem, quæ verba à Diuo Petro Actorum. 2. & 13. de corpore Domini mortuo intelliguntur. Huius etiam opinionis est alterum argumentum. Quia si corpus Christi mortuum haberet formam cadaueris, & non corrumperetur, miraculum vtique esset, at miracula multiplicare in hac parte non est necesse. Idem Henricus quolib. 2. quæstione. 2. ad explicandam huius rei difficultatem non contentus prædicta solutione, recurrit ad formam corporeitatis. Existimat enim in corporibus mistis, præter formam specificam, esse formam corporeitatis substantialem, de qua supra meminimus commemorando Durandi placitum. ¶ Istam sententiam de forma corporeitatis amplectitur Scotus in. 4. distin. 11. quæstione. 3. & quod sit vera suadetur his argumentis. In primis arguitur ex sacra Theologia. Nam idem corpus Christi, quod viuebat iacuit in sepulchro, vt fides diuina docet, ergo eadem forma adest corporeitatis. Nam certè si idem corpus numero est, eandem formam substantialem habet, non rationalem, non sensitiuam, non vegetabilem, ergo corpoream. Hoc ipsum confirmatur. Nam id non est asserendum, ex quo sequitur aliquid periculosum contra fidem, sed si non asseratur hæc forma corporeitatis sequitur aliquid periculosum contra fidem, videlicet quod non fuerit idem corpus Christi mortuum & viuum, vt iam deductum est, ergo asserenda est hæc corporeitatis forma. ¶ Certè nõ videtur aliter posse defendi identitas viuentis corporis & mortui in Christo, nisi ex hac corporeitatis forma. Nanque dicere, quod est idem ex identitate suppositi hypostatice, non videtur sufficere. Nam si Christus dimisisset animam humanam, & aliam animam eidem materiæ copulasset, non esset idem homo, quanuis esset eadem hypostasis diuina, ergo si aliam formam corporeitatis in triduo habuit non debet dici idem corpus. ¶ Accedit his. Nam si noua forma cadaueris accesit materiæ primæ, quæ prius non erat, consequitur verbum Dei aliam fecisse vnionem de nouo cum cadauere Christi, si quidem erat nouum suppositum cadauer illud, cuius naturam Deus ante non sibi copulauerat. ¶ Sed ex physica hæc

Henricus.

Scoti sentẽtia de forma corporeitatis suadetur.

Primũ arg.

Confirm.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

sententia comprobari potest. Nam in hominis generatione, aliqua forma substantialis generatur, non rationalis, quæ de foris venit secundum veram philosophiam, ergo forma
Quintum. corporeitatis. ¶ Explicatur hoc euidentius. Si in homine non est nisi vnica forma rationalis sequitur, quod homo non generat hominem propriè. Probatur sequela. Anima rationalis producitur à Deo per creationem, & est terminus creationis, ergo non est terminus generationis ac subinde homo non generat hominem quia in omni generatione forma geSextum. niti est terminus generantis. ¶ Quod si dicas, quod ideo homo generat hominem, quia disponit materiam ad introductionem animæ rationalis, & ita homo dicetur generare totum compositum, contra, anima rationalis nõ est forma quæ producitur per generationem, ergo dispositio vltima illius formæ non potest fieri ab agẽte naturali: quia dispositio debet formæ proportionari. Et confirmatur.
Confir. Quoniam dispositio vltima est consequens creationem animæ, igitur si homo non concurrit ad creationem animæ nec vero ad vltimam dispositionem, & sic homo non dicetur
Septimum. generare hominem. ¶ Ad hęc, anima rationalis non introducitur in materiam nudam, ergo ante ipsam præcedit forma corporeitatis. Antecedens probatur, quia si in instanti introductionis formæ est materia nuda, quare magis introducitur ista forma quam alia. Nec sufficit dicere, quod maior est ratio, de forma cuius dispositiones præcesserunt propter prę-
Octauum. sentiam sui agentis, quia ante erãt dispositiones, & præsentia agentis & non erat introductio huius formæ. ¶ Ad hæc, anima rationalis est indiuisibilis & inextensa, ergo non potest tribuere homini esse corporeum & extẽsum,
Vltimum. ergo per aliam formam habet homo, quod sit extensus & diuisibilis. ¶ Vltimo, omnia cadauera sunt eiusdem speciei, ergo habent formã eandem in specie, & non aliam quam corporeitatis, ergo, &c. Sed illa nõ producitur recenter, quoniam forma eiusdem speciei non potest produci à diuersis corrumpentibus in spe-
Prima conclusio. cie, vt ab homine, aqua, igne, &c. ¶ Pro exposi-
Quomodo corp⁹ Christi viuũ & mortuum fuerit idẽ explicatur. tione veritatis est prima cõclusio. Secundum catholicam fidem asserẽdum est, corpus Christi viuum, & mortuum fuisse idem. Quæ conclusio ex euangelica lectione comprobatur.
Ioan. 20. Nam in Euãgelio habetur, quod corpus Christi, quod fuit vulneratum, & cruci affixum fuit in sepulchro. Etenim Ioan. 20. Thomæ incredulo dixit Dominus, infer digitũ tuum huc, & vide manus meas, & affer manũ tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredu-
Athanasius lus. Præterea Athanasius in Epistola ad Epictetum idem tradidit dicens, idem corpus pependisse in cruce, iacuisse in sepulchro, & resurrexisse. Et certè si aliud est Christi corpus nunc regnans in cœlo, quam sepultum, ergo corpus quod vulneratum & passum est, non fruitur gloria, imo sequitur, quod non verè resurrexit. Sequitur subinde, quod passio Christi non meruit sui corporis gloriam, quę omnia sunt dogmata contra fidem catholicam. Demum omnes sumus resurrecturi in carne & corpore, quod habuimus in vita mortali, alioquin non esset vera resurrectio, igitur & Christus resurrexit in eo corpore, quod vulneratũ iacuit in sepulchro. ¶ Secunda con- 2. Concluſ.
clusio. Non solùm materia prima Christi Domini iacuit in sepulchro. Hæc conclusio etiã est certissima, si prima rectè fuerit animaduersa. Nam corpus Christi, quod iacuit in sepulchro vulneratum erat, figuratumque, ergo formam substãtialem habebat, forma si quidem requirit certam figuram & quantitatẽ. Deinde, corpus illud frigidum erat, eratque subiectum aliorum accidentium, ergo non erat materia prima sola: siquidem materia prima sola non potest esse subiectum accidentium, & fortasis non potest esse sine forma etiam de potentia Dei absoluta, vel saltim est miraculum quod existat sine forma, & excogitare noua miracula, quando fides aut Ecclesiæ autoritas non cogit vana cogitatio est. Multis alijs argumentis poterat hæc veritas confirmari, sed adducta sufficiũt. ¶ Sed dicet Theo- Quod Christi corpus fuerit sub forma cadaueris indecẽs nõ fuit. Damasce.
logus indecens videtur, quod corpus Christi fuerit sub forma cadaueris, quia ista forma est corruptionis principium, & corpus Domini fuit illæsum à corruptione. Respondetur tamen secundum Damascenum libro. 3. de fide cap. 28. duplicem esse corruptionem, aliam ex separatione animæ, aliam vero esse resolutionem corporis in elemẽta, & priorem quidem corruptionem admittere catholica fides docet, quia omnis mors est corruptio substantialis, at vero Christus verè passus est mortẽ, ergo corruptionem. Verum non fuit corruptum corpus Domini ex corruptione secunda, de quo loquitur Psal. 15. Non dabis sanPsal 15. ctum tuum videre corruptionem. ¶ Sed iterAn fuerit noua vnio ad formam cadaueris.
rum obijciet Theologus, quia videtur esse concedendum, si fuit noua forma quod fuerit noua vnio, & noua copulatio verbi ad istã formam. Propter quod argumentũ Durãdus Durandus.
q. 1. distinctionis vicesimæ primæ, nouam fatetur vnionem diuini verbi cum corpore mortuo. Sed respõdetur, neq; concedendã esse nouam vnionem, neque nouam assumptionem, siquidẽ vt antea dictũ est, ex vi antiquæ assumptionis, facta est assumptio corporis mortui

siquidem

siquidem hæc ex illa priori dependebat, nam viuo non assumpto, nõ assumeretur mortuũ. Sed pergit dubitare Theologus. Nam quorsum assumpsit hanc formam cadaueris, quam statim dimissurus erat. Respodebimus, quod vt veritas corporis viuentis demonstraretur, vtque ostenderetur, corpus Christi emortuũ esse eiusdẽ rationis cum nostris quando mortui traduntur, corpora autem nostra emortua sine dubio habent formam cadaueris substan-
3. Conclus. tialem. ¶ Tertia conclusio. Non est opus ponere formam eandẽ corporeitatis in corpore viuente & mortuo, vt dicatur idem corpus viuens & mortuum, imo hæc forma corporeitatis secundum philosophiam non est constituenda. Probatur hæc assertio optimis, & quãtum ego iudico euidentibus argumentis. Pri-
De forma corporeitatis. mum argumentum est. Nam hæc forma corporeitatis tollit omnino generationem simpliciter. Ex eaque cõsequitur, quod nulla res generetur simpliciter. Generatio namque simpliciter ea est, quæ fit ex ente in potentia pura,
Aristot. quod est materia prima, vt plane docet Arist. 1. de generatione tex. 24 & 25. igitur fieri non potest, vt ex materia actuata forma substantiali corporeitatis generetur substantia, hoc est ens simpliciter, vt ignis, vel aqua, forma enim ignis aduenies aduenit enti in actu. nempe composito ex materia & forma corporeitatis. Vt autem vis huius argumenti expẽdatur,
D. Tho. allegatur obsecro D. Tho. 1. parte quæst. 76. art. 3. & 4. Secundum argumentum est. Nam hæc forma corporeitatis non saluat identitatem corporis Domini, cum viuum esset & mortuum: quia hæc forma cum sit generica non facit ens in actu completo, vnde oportet formam specificam, imo eandem numero demõstrare, vt ostendatur quod fuerit idem corpus viuens & mortuum. Tertium argumentũ est. Nam secundum autores huius opinionis de forma corporeitatis, etiam si corpus Christi esset combustum, & in cineres resolutum idem corpus maneret sicuti modo. Quartum argumẽtum est. Nam isti autores miraculum coguntur concedere, videlicet, quod fuit corruptio sine generatione, cum tamẽ corruptio vnius semper sit generatio alterius secundum veram philosophiam. Quod vero hoc cogantur fateri patet, etenim mortuo Domino non fuit generatio nouæ formæ substantialis. Forma enim corporeitatis secundum istorum placitum semper manet cum materia, & est illi coæua. His accedit aliud argumentum ex diuina Theologia. Nam hæc forma corporeitatis si est coæua materiæ, & semper illi coniuncta, non est corruptibilis, sicut nec materia prima. Quapropter non est opus aliquod miraculum excogitare, vt fateamur corpus Domini, non fuisse putredini obnoxium, quod asserere à veritate fidei alienum est. His opinionibus labefactatis, iam tempus est vt veritatem exponamus. Sciat ergo Theologus, quod corpus Christi mortuum erat eiusdem rationis cum nostris. Sicut enim viuens erat eiusdem rationis cum nostris, ita & in morte; vnde corpus Christi mortuum habuit nouam formam corporeitatis, & fuit assumpta à verbo. Illud etiam est iciendum, quod corpus varijs modis accipitur, tum vt est de prædicamẽto quãtitatis, tum vt est de prædicamento substantiæ, & hoc tripliciter, vel pro altera parte compositi, vel pro aggregato ex illa & forma substantiali, vltimo pro supposito de prædicamento substantiæ habente naturam corpoream. Vnde si loquamur de corpore spectante ad prædicamentum quantitatis non manet alio modo idẽ quàm in alijs hominibus mortuis, quia secũdum iuniores philosophos, manet eadem quantitas in corpore viuo, & mortuo, at si sequamur doctrinam D. Tho. non manent eadem accidentia in genito & corrupto, quia accidentia sunt in toto composito, vnde si mutatur subiectum, necessum est, vt accidentia omnia mutentur. Dicatur ergo secundum D. Tho. quod in corpore mortuo manet eadem quantitas, quia succedit in eodem situ, loco, figura, & mensura. Vt fluuius qui decurrit modo ex eodem fonte dicitur idem quia succedit in eodem situ, loco, figura, & ordine. Verum si loquamur de corpore, prout est altera pars compositi, certè mansit idem in Christo, atque in nobis. Nam eadem est materia geniti & corrupti, secundum documenta veræ philosophiæ. Atqui, si faciamus sermonem de corpore, prout est compositum ex materia & forma, eadem identitas est in Christo, atque in nobis, nam metaphysicè non manet idem, quia non habet eandem formam substantialem, vt probatum est, physice verò idem manet, quia est eadem materia, & succedit similis forma in eodem situ, & loco, figura, & mensura, sed in Christo plus est idem quam in alijs hominibus, quia idem suppositum permanet, verbum enim diuinum, quod antea naturam humanam sibi copulauerat, idem in persona manet vnitum corpori mortuo in sepulchro. ¶ Ad argumenta in contrarium. Ad argumentum Durandi non est necesse distinctè respõdere. Iam enim sufficienter explicatum est, quomodo etiam si nõ detur forma corporeitatis, saluatur identitas corporis Christi viuentis, & mortui sine aliquo fidei periculo. ¶ Ad argumenta Henrici contra formam cadaueris euidenter satis
Ad argumẽta Durãn.
Ad argumẽta Henrici.

factum est in superioribus, & ideo non oportet in eorum confutatione amplius immorari. Ad alia argumenta Henrici, & Scoti pro defensione formæ corporeitatis adducta, operæpretium est respondere. Ad primum argumentum cum sua confirmatione iam sufficiẽter expositum est, quemadmodum corpus Christi viuens & mortuum sit idem, triplici identitate, primum identitate suppositi, quia ei suppositum mansit vnitum, deinde identitate existentiæ diuinæ corpori emortuo communicatæ, & identitate materiæ. Non autem oportuit, quod esset omnino identitas formę, prout explicatum est. ¶ Ad secundum argumentum dicendum, quod tunc nõ esset idem corpus atque in triduo mortis, quia non successit similis forma in figura, situ, ordine, mensura. ¶ Ad tertium argumentum dicendum, iam à nobis ostensum esse, quemadmodum in mortis tempore nõ fuerit facta noua vnio, nec noua assumptio. ¶ Ad alia argumenta ex physica disciplina adducta. Ad primum respõdetur, quod homo generat hominem per hoc quod concurrit ad vnionem animæ cum corpore, & ita ipsa anima est terminus generationis, & creationis diuersa ratione. Nam creationis est secundum quod suscepit esse in se, & illud prius natura habet quam det cõposito, & ad hanc actionem consequuntur potentię, quæ manent in ipsa anima, scilicet voluntas, intellectus, memoria, &c. Generationis verò terminus est secundum quod vnitur corpori, & communicat suum esse corpori. Per quam vnionem & communicationem resultat totus homo, qui est terminus generationis, & non creationis. Attingit autem homo ad istã vnionem, quia disponit ipsam materiam secũdum vltimam & perfectissimam dispositionem, quam potest homo facere, quia habet animam rationalem, cuius virtus in semine relinquitur ad istum opus faciendum, dispositio vero ista nunquam cõsequeretur animam rationalem, nisi quia est vnita materiæ, & quoniam homo attingit ad istam vnionem, & ad corpus ipsum, productio dispositionis non debet tribui soli Deo. ¶ Et sic confutatur secundum argumentũ, & tertium cum sua confirmatione. Ad quartum argumentum respõdetur, quod aliud est loqui de materia nuda absolute, & aliud est de materia nuda immediate post tales dispositiones, materia siquidem nuda indifferẽs est ad omnes formas simpliciter & absolute, materia vero nuda post expoliationem formæ per dispositiones immediate præcedentes non est indifferens ad omnes formas, sed necessitatur & coarctatur ad talem formam, cuius dispositiones immediate præcesserunt, est enim natura necessitatis earum, vt necesitant pro instanti immediate sequente tempus earum. Secundo respõdetur. In tempore seu in instanti quo introducitur forma rationalis sunt dispositiones priores in genere causæ materialis, quæ determinant materiam ad istam formam, & non ad aliam. Tertio, agens in instanti introductionis formæ est in termino actionis suæ, quia quod in illo instanti generabatur, in tempore præcedenti generabatur, vt dicit Aristo. 6. Physi. text. 52. quare non requiritur, quod eo in instanti introducat dispositiones in materiam nudã, sed satis fuerit, quod immediate disposuerit materiam ad introductionem formæ substãtialis, quæ sequitur in termino actionis. ¶ Ad vltimum argumentũ respõdetur, quod inter formam pure indiuisibilem, qualis est angelus, & formam pure diuisibilem, vt sunt omnes formæ materiales, mediat forma media indiuisibilis formaliter, & diuisibilis virtualiter, cui formaliter competit, quod nõ sit quanta, sed virtualiter conuenit, quod faciat corpus formaliter extensum & figuratum. Et nota quod quando dicimus, quod anima humana dat esse extensum composito, intelligimus non de esse actualis existẽtiæ, sed de esse essentiæ. Illud enim indiuisibile & immateriale est, sicut ipsa anima, hoc vero diuisibile & materiale. Anima igitur rationalis indiuisibilis cum sit, quia corpori vnitur, corporeum facit hominem, sicut incorruptibilis cum sit, hominem facit corruptibilem.

Ad argumẽta pro forma corporeitatis.
Ad primũ.
Ad secũdũ.
Ad tertiũ.
Ad quartũ.
Ad quintum & sextum.
Ad septimũ.
Ad vltimũ.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm mors Christi aliquid operata sit ad nostram salutem.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd mors Christi nihil operata sit ad nostram salutem. Mors enim est quædam priuatio: est enim priuatio vitæ. Sed priuatio, cum non sit res aliqua, non habet aliquam virtutem agendi. Ergo non potuit aliquid operari ad nostram salutem. ¶ 2. Præterea, Passio Christi operata est ad nostram salutem per modum meriti. Sic autem non potuit operari mors Christi: nam in morte separatur anima à corpore, quæ est merendi principiũ. Ergo mors Christi non est operata aliquid ad nostram salutem. ¶ 3. Præterea, Corporale nõ est causa spiritualis: Sed mors Christi

781 Infr. q. 52. ar. 2. cor. & q. 56. art. 1. ad 4. & ad Gal. 1. col. 4.

fuit

fuit corporalis. nō ergo potuit esse causa spiritualis nostræ salutis. ¶ Sed cōtra
l.4.c.3.circa fi.to.3. est quod Aug*. dicit in 4. de Trin. Vna mors nostri Saluatoris (scilicet corporalis) duabus mortibus nostris (id est, animæ & corporis) saluti fuit.

Respondeo dicēdum, quòd de morte Christi dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum quod est in fieri: alio modo, secundum quod est in facto esse. Dicitur autem mors esse in fieri, quando aliquis per aliquam passionem, vel naturalem, vel violentam tendit in mortem. Et hoc modo idem est loqui de morte Christi & de passione ipsius. Et ita secundum hunc modum mors Christi causa est salutis nostræ secundum id quod est de passione
Quæst.49. suprà dictum est*. Sed in facto esse, mors Christi consideratur, secundum quod iam facta est separatio corporis & animæ: & sic nunc loquimur de morte Christi. Hoc autem modo mors Christi non potest esse causa salutis nostræ per modum meriti, sed solùm per modum efficientiæ: in quantum scilicet nec per mortem diuinitas separata fuit à Christi carne: & ideo quicquid contigit circa carnem Christi, etiā anima separata, fuit nobis salutiferum virtute diuinitatis vnitæ. Consideratur autem propriè alicuius causæ effectus secundum similitudinem causæ: vnde quia mors est quædam priuatio vitæ propriæ, effectus mortis Christi attenditur circa remotionem eorum quæ contrariantur nostræ saluti, quæ quidem sunt mors animæ & mors corporis, & ideo per mortem Christi dicitur esse destructa in nobis & mors animæ, quæ est per peccatum nostrum (secundum illud Rom. 4. Traditus est, scilicet in mortem, propter delicta nostra) & mors corporis quæ consistit in separatione animæ: secundum illud primæ ad Corint. 15. Absorpta est mors in victoria.

Ad primum ergo dicendum, quòd mors Christi est operata salutem nostram ex virtute diuinitatis vnitæ, & non ex sola ratione mortis. ¶ Ad secundum dicendum, quòd mors Christi secundum quod consideratur in facto esse, etsi non est ad nostram salutem operata per modum meriti: est tamen operata per modum efficientiæ: vt dictum est*. ¶ Ad tertium dicendum, quòd mors Christi fuit quidem corporalis: sed corpus illud fuit instrumētum diuinitatis sibi vnitę, operans in virtute eius etiam mortuum.
In corp. ar.

SVMMA TEXTVS

PRima conclusio. Mors Christi si consideretur in fieri aliquid operata est ad nostrā salutem, quia idē iudicium est, atque de eius passione. ¶ Secunda conclusio. Si consideretur in facto esse non potuit operari ad nostrā salutem per modum meriti, quia post mortem nullum est meritum, non enim est status merendi. ¶ Tertia conclusio. Mors Christi in facto esse operata est ad nostram salutem per modum efficientiæ, quia per mortem deitas non fuit separata à carne Christi. Vnde quidquid circa carnem Christi contigit fuit nobis salutiferum virtute diuinitatis vnitæ, & quia effectus alicuius causæ consideratur secūdum similitudinem causæ, ideo mors Christi operata est destructionē vtriusque mortis nostræ, videlicet animæ & corporis, prout mors est quædam priuatio vitæ. Quare dicitur 1. Corint. 15 absorpta est mors in victoria tua.
Prima conclusio. 2. Conclusio 3. Conclusio 1. Cor. 3.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo potest moueri quæstio prima, quid est quod Christus in morte sua si consideretur in facto esse non meruit. Ratio dubitandi est triplex, prima est. Quoniā martyres in morte merentur, tum præmium essentiale, tum laureolam, quod ad præmium accidentarium spectat. Dicunt enim Theologi, quod mors perpessa pro Christo, est de ratione martyrij, vnde ante mortem & emissionem spiritus, nemo verus martyr computatur. Altera ratio dubitandi est, quia vulnus lateris inflictum Christo post mortem, meritorium fuit, ex illo nanque fluxerunt sacramenta, & eorum vis sanctificatur. ¶ Tertia ratio est, quia cum moritur homo, vt physici dicunt, desinit esse in instanti per primum non esse, hoc modo nunc non est, & immediate antea fuit, sed in hoc instanti vltimo vitæ, multi concedunt meritum
Expenditur secunda conclusio articuli. Primū arg. Secundum. Tertium.

posse dari, prout videre est in martyribus de quibus paulo ante. Et conspicere licet hoc ipsum in hominibus iustis, qui moriũtur cum proposito peccandi venialiter, vel in peccatis venialibus, quæ antea admiserant, istis secundum Theologiã remittuntur hæc peccata venialia, quando emigrant à vita per feruorem charitatis in instanti quo moriũtur. ¶ Ad istã quæstionem dicendum est, esse certum, quod post mortem nullum est meritum. Patet, nam Christus Dominus fuit verus homo, & viator, ergo meritum eius non se extendit post mortem, meritum enim viatorum, vt habet sana doctrina, in morte finitur & terminum habet. Præterea, si Christus post mortẽ meruit, etiam modo in cœlo ad dexteram patris residens mereretur, & sic meritum illius nunquã terminaretur, quod asserere ab omni veritate abhorrens est, & alienum, vnde ipse in cruce dixit consummatum est. ¶ Sed iam respondeamus argumentis in contrarium. Nam veritas est manifesta. Ad primum dicendum, nõ esse huius instituti, disputare, quando martyres mereantur, & veri martyres computentur. Nam de hac re ex professo traditur in. 2. 2. in materia de martyrio. Nunc dico, quod quando dicit D. Tho. quod mors in facto esse nõ fuit meritoria, vult dicere, quod post mortem non meruit, huic autem nõ contradicit, quod in instanti mortis, quando misit spiritũ promeruerit. ¶ Ad secundum argumentum dicendum, quod Chrysostomus hom. 89. in Matthæum post expositionem horum verborum sequentia Matthæi verba in hunc modum subiungit. Putauerunt enim, inquit, Heliam ab eo vocari, & aceto illico ipsum potauerunt: alius autem accedens lancea latus eius aperuit. Deinde, apposita enarratione horum verborum, iterum ex eodem Euangelista subnectit: Iesus autem clamans voce magna, emisit spiritum. Hac lectione Chrysostomi abutitur incertus quidam Cornelij Agrippæ scholiastes ad confirmationem detestandi erroris, quem idem Cornelius in lib. de vanitate scientiarum capite. 100. scriptum reliquit, affirmans Matthæum Euangelistum errasse, cum dixerit, Christum lancea percussum ante quã expiraret, contra Ioannis autoritatem, qui eum post mortem lancea perfossum narrauit. Hanc Agrippæ vanitatem scholiastes ille tueri volens astruit ex proposita Chrysostomi lectione præsentem locum in Matthæi codicibus ita habuisse, & in hunc modum legisse eum, & exposuisse Chrysostomum. Cæterum, cum hæc lectio nusquã reperiatur apud Matthæum, neque in exemplaribus Græcorum, neque Latinorum, neque aliquis veterum expositorum vllam fecerit huius rei mentionem; fateri oportet verba hæc vnà cum expositione Chrysostomi scriptorũ incuria fuisse transposita, præsertim cum ipsemet autor hoc loco asseueret Christi prorsus exanimati latus fuisse vulneratum; atque id ipsum repetat hom. 84. in Ioannem, explicans illud, vnus militum lancea latus eius aperuit. Suspicor Agrippam, hæreticorum dogmatum studiosissimum accepisse ansam huiusce temerariæ assertionis non ex Matthæi Euangelio, vbi nulla rei huius extat mentio, sed ex deliramẽtis Petri Ioannis Minoritæ: qui, vt in libro aduersus hæreses testis est Guido Eluensis Episcopus, hunc errorẽ stulto zelo primus inuulgauit. Is enim, cum passionem & mortẽ Christi pro concione enarraret, finxit Christum adhuc viuentem lancea vulneratum; vt ex amplificatione dolorum Christi populum magis ac magis ad misericordiam, & fletum concitaret. Quam sententiam cum postea pertinaciter defendere perseueraret, demum in Concilio Vienensi damnatus est. Extat huius erroris damnatio libro primo Clementinarũ sanctionum titulo primo. Dicendum est igitur, quod vulnus lateris non fuit meritorium, nisi fortasse hac de causa, quia in vita fuit acceptatum sponte & voluntariè, fuit tamen causa nostræ salutis per modum efficientiæ, sicut hic dicit D. Tho. de morte Christi in facto esse. ¶ Ad tertium iam patet ex solutione primi. Altera quæstio poterat moueri in hoc articulo, quomodo mors Christi in facto esse, operata sit nostram salutem per modũ efficiẽtiæ, nisi quod hæc quæstio explicata est fusissime supra in materia de passione, proinde ad aliã quęstionem progrediamur. Si prius admonea mus, quod cum dicitur mortem Christi fuisse causam nostræ salutis effectiue sensus est, quod caro Christi ratione mortis operata sit ad nostram salutem efficienter, mors siquidẽ priuatio est, quæ non potest esse per se causa efficiens alicuius rei.

Post mortẽ non est meritum.

Ad argumẽta.

Ad primum.

Ad secũdũ. Chrysosto.

Cornelius Agrippa.

Guido.

Concilium Vienense.

Ad tertium?

QVAESTIO LI.

De sepultura Christi, in quatuor articulos diuisa.

¶ De qua commemorant vniuersi Euangelistæ Matth. 27. Marc. 15. Lucæ. 23. Ioãnis. 19.

DEinde considerandum est de sepultura Christi. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm cõueniens fuerit Christum sepeliri.

¶ Secundò

¶ Secundò, de modo sepulturæ eius. ¶ Tertiò, vtrùm corpus eius fuerit in sepulchro resolutũ. ¶ Quarto, de tempore quo iacuit in sepulchro.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm fuerit conueniens Christum sepeliri.

282 Inf. q. 52. arti. 4. cor. & opus. 3. cap. 241. & 242. & op. 60. ca. 20. prin. & 1. Co. 15. l. 1. cap. 33

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit conueniens Christum sepeliri. De Christo enim dicitur in Psal. 87. Factus est sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Sed in sepulchro includuntur corpora mortuorum, quod videtur esse contrarium libertati. Ergo non videtur fuisse conueniens, quòd corpus Christi sepeliretur. ¶ 2. Præterea, Nihil circa Christum fieri debuit, quòd non esset salutiferum nobis. Sed in nullo videtur ad salutem hominẽ pertinere, quòd Christus fuit sepultus. Ergo non fuit cõueniens Christum sepeliri. ¶ 3. Præterea, Inconueniens esse videtur, quòd Deus qui est super cælos excelsus, in terra sepeliretur. Sed illud quod conuenit corpori Christi mortuo, attribuitur Deo ratione vnionis. Ergo inconueniens videtur, Christum fuisse sepultum. ¶ Sed contra est, quod Dominus dicit Matth. 26. de muliere quæ eum inunxerat, Opus bonũ operata est in me. & postea subdit: Mittens enim hoc vnguentũ in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

Respondeo dicendum, quòd conueniẽs fuit Christum sepeliri. Primò quidem ad comprobandum veritatẽ mortis: non enim in sepulchro aliquis ponitur, nisi quando iam de veritate mortis constat. Vnde & Marc. 15. legitur, quòd Pilatus antequam cõcederet Christum sepeliri, diligenti inquisitione cognouit eum mortuum esse. Secundò, quia per hoc quod Christus de sepulchro resurrexit, datur spes resurgendi per ipsum, his qui sunt in sepulchro: secundum illud Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Tertiò, ad exemplum eorum qui per mortẽ Christi, spiritualiter moriũtur peccatis: qui scilicet abscõduntur à cõturbatione hominũ. Vnde dicitur Colos. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Vnde & baptizati, qui per mortem Christi moriũtur peccatis, quasi cõ sepeliuntur Christo per immersionem, secũdũ illud Rom. 6. Consepulti sumus cum Christo, per baptismũ in mortem.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus sepultus, se inter mortuos liberum fuisse ostendit, in hoc quòd per inclusionem sepulchri, non potuit impediri, quin ab eo resurgendo exiuerit. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut mors Christi efficienter operata est nostram salutem, ita etiam & eius sepultura. Vnde Hieron. dicit super Matth. Sepultura Christi resurgimus. Et Isa. 53. super illud, Dabit impios pro sepultura, dicit glo*. id est, Gentes, quæ sine pietate erant, Deo patriq́ dabit: quia mortuus & sepultus eos acquisiuit. gl. ord. ibi. id habet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in quodam sermone concilij Ephesini, nihil horum quæ saluant homines, iniuriam Deo facit quæ ostendunt eum non passibilem, sed clementem. Et in alio sermone eiusdem concilij legitur: Nihil putat iniuriam Deus, quod est occasio salutis hominibus: tu quidem non ita vilem Dei naturam arbitraberis, tãquam quæ aliquãdo subiecta possit esse iniurijs.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua. Patetq́; ex illo Matt. 26. de muliere, quæ eũ inunxerat, opus bonũ operata est in me, & postea subdit, mittẽs enim hæc vnguentũ in corpus meũ ad sepeliẽdũ me fecit, patetq́; rationibus Theologicis, quarũ prima est, vt veritas mortis comprobaretur: quia non sepelitur quis, nisi de mortis veritate constet. Secunda, vt detur spes resurgendi his, qui sunt in sepulchris, sicut & Christus resurrexit, secundũ illud Ioan. 5. Omnes, qui in monumẽtis sunt, &c. Tertia, ad exẽplum eorũ, qui per mortẽ Christi spiritualiter moriuntur Conclusio. Matt. 26. Ioan. 5.

moriuntur peccatis, qui abſconduntur à conturbatione hominum: vnde & baptizati, qui per mortem Chriſti moriũtur peccatis, quaſi conſepeliũtur Chriſto per immerſionem, ſecundum illud ad Roma. 6. Conſepulti ſumus Chriſto per baptiſmum in mortem. Rom. 6.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DE veritate huius concluſionis nullus relinquitur dubitandi locus, nam omnes Euangeliſtæ in locis citatis conſentiũt Ieſum ſepultum eſſe, narrantque diligenter gloriam ſepulturæ eius. Illud tamẽ ſcire oportet, quod hæc veritas ad corpus Chriſti refertur, quod verè ſepultum eſt, ſed quoniam diuinitas nunquã diuiſa fuit à corpore, quod in ſepulchro conditum eſt, recte confitemur, Deum ſepultum eſſe. Quemadmodum ex fidei catholicæ regula veriſimè etiam dicimus Deum mortuum & ex virgine natum eſſe. Illud etiã conſiderare oportet, quod hæc veritas de ſepultura Chriſti non nouam aliquam difficultatem habet præter ea, quæ iam de morte Chriſti dicta ſunt. Nam ſi Chriſtũ mortuum credimus facilè etiam nobis perſuaderi poteſt, eum ſepultum eſſe. Verum hoc additum eſt, primũ vt minus dubitare de morte liceat cum maximo argumento ſit, aliquem mortuum eſſe, ſi eius corpus ſepultum probemus. Deinde vt reſurrectionis miraculum magis declaretur atque eluceat, quibus ſi accedãt rationes, quas D. Tho. in articulo habet efficaciter demonſtratur, quã fuerit conueniẽs Chriſtũ ſepeliri.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm conuenienti modo Chriſtus fuerit ſepultus.

283 AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, non conuenienti modo Chriſtum fuiſſe ſepultum. Sepultura enim eius reſpondet morti ipſius. Sed Chriſtus fuit paſſus mortem abiectiſsimam: ſecundum illud Sapien. 2. Morte turpiſsima condemnemus eum. ergo inconueniens videtur fuiſſe, quòd Chriſto exhibita fuit honorabilis ſepultura: in quantum à magnatibus fuit tumulatus, ſcilicet à Ioſeph ab Arimathia, qui erat nobilis Decurio (vt habetur Mar. 15.) & à Nicodemo, qui erat princeps Iudæorũ: vt habetur Ioan. 3. ¶ 2. Præterea, Circa Chriſtũ non debuit aliquid fieri, quod eſſet ſuperfluitatis exẽplum. Videtur, autẽ ſuperfluitatis fuiſſe, quòd ad ſepeliendum Chriſtum Nicodemus venit ferẽs mixturam myrrhæ & aloes quaſi libras cẽtum (vt dicitur Ioan. 19.) præſertim cum mulier præuenerit corpus eius vngere in ſepulturam, vt dicitur Marc. 14. Non ergo fuit hoc conuenienter circa Chriſtum factũ. ¶ 3. Præterea, Non eſt conueniens vt aliquod factum ſibiipſi ſit diſſonum. Sed ſepultura Chriſti fuit ſimplex ex vna parte: quia ſcilicet Ioſeph inuoluit corpus eius in ſindone munda (vt dicitur Mat. 27.) non autem auro aut gemmis, aut ſerico, vt Hieron.* ibidem dicit: ex alia verò parte videtur, fuiſſe ambitioſa, in quantum eum cum aromatibus ſepelierunt. Ergo videtur, nõ fuiſſe cõueniens modus ſepulturæ Chriſti. ¶ 4. Præterea, Quæcunque ſcripta ſunt, præcipuè de Chriſto, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt dicitur Roman. 15. Sed quædam ſcribuntur in Euangelijs circa ſepulchrum Chriſti, quæ in nullo videtur ad noſtrã doctrinã pertinere: ſicut quòd fuit ſepultus in horto, & in monumẽto alieno, & nouo, & exciſo in petra. Incõueniẽs ergo fuit modus ſepulturæ Chriſti. ¶ Sed contra eſt, quod dicitur Iſa. 11. Et erit ſepulchrũ eius glorioſum.

* Super hoc ver. 6. Mat. 27. to. 9. & Beda ſup. Mar. ca. 44.

Reſpondeo dicẽdũ, quòd modus ſepulturæ Chriſti oſtẽditur eſſe cõueniẽs quãtũ ad tria. Primò quidẽ quãtũ ad cõfirmandã fidẽ mortis & reſurrectionis ipſius. Secũdò, ad cõmendandã pietatẽ eorũ, qui eum ſepelierunt. Vnde Aug.* dicit in 1. de Ciuita. Dei: Laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum, diligenter atque honorificè tegendum ſepeliendumque curarũt. Tertiò, quantum ad myſterium, per quod informantur illi qui Chriſto conſepeliuntur in mortẽ.

* Li. 1. ca. 13. circa med. tom. 5.

Ad primum ergo dicendum, quòd circa mortem Chriſti commendantur patientia & cõſtantia ipſius, qui mortẽ eſt paſſus: & tantò magis quanto mors fuit abiectior. Sed in ſepultura honorifica conſideratur virtus morientis, qui

contra

contra intentionem occidẽtium etiam mortuus honorificè sepelitur, & præfiguratur deuotio fideliũ qui erant Christo mortuo seruituri. ¶ Ad secundum dicendum, quòd in hoc, quòd Euangelista dicit, Quòd sepelierunt eum, sicut mos est Iudæis sepelire (sicut Aug*. dicit super Ioan.) admonuit in huiusmodi officijs, quæ mortuis exhibentur, morem cuiuslibet gentis esse seruandum. Erat autem istius gentis consuetudo, vt mortuorũ corpora varijs aromatibus condirentur, vt diutius seruarentur illæsa. Vnde & in tertio de doctrina Christiana dicitur*, quòd in omnibus talibus, non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est. Et postea subdit†, quòd in alijs personis plerunque flagitium est: in diuina vel prophetica persona, maximè cuiusdam rei signum est. Myrrha enim & aloës propter sui amaritudinẽ significant pœnitentiam, per quam aliquis in seipso Christum coseruat absq; corruptione peccati: odor autem aromatum significat bonam famam. ¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd myrrha & aloës adhibebantur corpori Christi, vt immune à corruptione seruaretur, quod videbatur ad quandam necessitatem pertinere. Vnde datur nobis exemplũ, quòd licitè possumus aliquibus pretiosis vti medicinaliter pro necessitate nostri corporis conseruandi. Sed inuolutio corporis pertinebat ad solam quandam decentiam honestatis: & in talibus, simplicibus debemus esse contenti. Per hoc tamen significabatur (vt Hieron y*. dicit) quòd ille in sindone munda inuoluit Iesum, qui mente pura eum susceperit. Et hinc, vt Beda dicit super Marc†. Ecclesiæ mos obtinuit, vt sacrificium altaris non in serico, neque in panno tincto, sed in lino terreno celebretur: sicut corpus Domini est in sindone munda sepultum. ¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus sepelitur in horto, ad significandum, quòd per mortem & sepulturam ipsius, liberamur à morte, quam incurrimus per peccatum Adæ in horto paradisi commissum. Ideo autem Saluator in aliena ponitur sepultura (vt Augustꝰ. dicit in quodam sermone) quia pro aliorum moriebatur salute: sepulchrum autem, mortis est habitaculum. Per hoc etiam considerari potest paupertatis abundantia pro nobis susceptæ: nam qui domum in vita non habuit, post mortem quoque in alieno sepulchro reconditur, & nudus existens, à Ioseph cooperitur. In nouo autem ponitur monumento (vt Hieronymus dicit*) ne post resurrectionem, cæteris corporibus remanentibus, surrexisse alius fingeretur. Potest autem & nouum sepulchrum, Mariæ virginalem vterum demonstrare. Per hoc etiam datur intelligi, quòd per Christi sepulturam omnes innouamur, morte & corruptione destructa. ¶ In monumento autem excisо in petra conditus est (vt Hieronyꝰ. dicit) ne si ex multis lapidibus ædificatum fuisset, tumuli fundamentis suffossis ablatus furto diceretur. Vnde & saxum magnum quod appositum fuit, ostendit quòd non absque auxilio plurimorum sepulchrum potuisset reserari. Si etiam sepultus fuisset in terra, dicere poterant, Suffoderunt terram, & furati sunt eum: sicut Augustꝰ. dicit. Significatur autem mystice per hoc, (vt Hilarꝰ. dicit) quòd per Apostolorum doctrinam in pectus duritiæ Gentilis quodam doctrinę opere excisum, Christus infertur, rude scilicet ac nouum, & nullo antea ingressu timori Dei peruium. Et quia nihil præter eum oportet in pectora nostra penetrare, lapis ostio aduoluitur. Et sicut Origꝰ. dicit, non fortuitò scriptum est, quòd Ioseph inuoluit corpus Christi sindone munda, & posuit in monumento nouo, & quòd aduoluit lapidem magnum: quia omnia quæ sunt circa corpus Iesu, munda sunt, & noua, & valde magna.

Tract. 120. in Euange. Ioã. à med. tom. 9.

lib. 3. cap. 12. parũ à principio, to. 3. teod. loco nũc dicto.

Super illud Matth. 27. tom. 9.

Beda in prædictum verb. Mar. c. 44. secũ. ord. Bedæ, nõ procul à fin.

Serm. 2. in vig. Paschę qui est 133 in ordine post med. tomo 10.

Super hoc verbũ Mat. 27. tom 9. & Beda ca. 24 super Lucam.

Super hoc ver. Matth. 27. to. 9. & Beda super Lucam.

In vig. Paschæ in ser. 2. à medio, tom. 10.

†Hila. can. vlt. in Mat. nõ multum procul à fi.

Hom. 35. in Matth. in vlt. fo. ho. tom. 3.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Isaiæ. 11.

CONclusio est affirmatiua. Demõstraturque efficaciter ex illo Isaiæ. 11. & erit sepulchrum eius gloriosum. Idq; fuit maximè conueniens. Primo, ad cõfirmandã fidẽ mortis, & resurrectionis ipsius. Secũdò, ad cõmendandam pietatem eorum, qui honorifice sepelierunt eum. Tertiò, quantum ad mysterium, per quod informantur illi, qui Christo consepeliuntur in mortem. Fuitq; honorifica sepultura, vt consideraretur virtus morientis, qui cõtra intentionẽ occidentiũ, etiã mortuus, est honorifice sepultus. Præfigurabaturq; deuotio fideliũ, qui Christo mortuo erãt seruituri.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Explicatur locus. Esaiæ. 11.

EXpositionẽ huius articuli cõmodissime auspicabimur ex illo Isaiæ. 11. in die illa radix Iesse, qui stat in signũ populorum ipsum gentes deprecabũtur, & erit sepulchrum eius gloriosum. In die inquit, illa, plane designans diẽ mortis Domini, erit radix Iesse, id est, Iesus Christus, qui secundũ naturã humanã fuit filius Dauid, qui in cruce eleuatus stat in signũ populorũ, quod vtiq; signũ omnes nationes & populi, qui desiderabũt salutẽ, conspicient, deprecabũturq; vt salutẽ æternam illis concedat, & erit sepulchrũ eius gloriosum, si quidẽ in se recondet nõ corpus mortuũ solum, sed corpus vnitũ & copulatũ diuinitati filij Dei. Obidq; omni gloria & splendore erit prorsus admirabile. ¶ Sed videamus quomodo illud corpus diuinissimũ fuerit sepulturæ traditũ. Certè sepulturæ traditus est Dominus & ab honorificis magnisq; personis & sumptu, modoq; honorifico. Personæ autẽ sepeliẽtes duæ fuerũt, ambo principes Iudæorũ magni apud Iudæos nominis. Prior Ioseph dictus est ab Arimathia ciuitate, nobilis decurio, vt habet Marcus Euãgelistã. Est autẽ pro dictione, decurio, Græcis alia vox, quę cõsiliariũ, aut senatorẽ significat. Non est ergo nomen, decurio, hoc loco nomẽ officij militaris, sed nomẽ dignitatis municipalis, vt hinc intelligere liceat, hunc Ioseph senatorẽ fuisse vrbis Hierusalẽ. Nam eum fuisse incolam ciuitatis Hierusalẽ, satis cõprobare videtur sepulchrũ, quod sibi exciderat extra muros Hierusalem in suo horto, fuitq; vir iste vir bonus & iustus, vt ait D. Lucas, & ipse discipulus, hoc est, auditor erat Iesu, licet occultus propter metũ Iudæorũ vt habet Ioannes, quod non est diuersum ab eo, quod Marcus & Lucas dicũt, etiam eum expectasse regnũ Dei. Cõmemorat etiã Lucas, hũc nõ cõsensisse cõsilio & actibus Iudæorũ. Hic itaq; qui prius metu Iudæorũ dissimulabat se discipulũ esse Iesu, nũc omni postposito metu, & pudore, quod virtutẽ crucifixi declarat, audacter accessit ad Pilatum petẽs, sibi donari corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset, quod multis nõ solum horis, sed etiã diebus crucifixi soleãt in cruce viuere. Cęterũ vbi ex Cẽturione, cui custodiẽdos crucifixos cõmisserat, intellexisset mortẽ Iesu, tũc demũ donauit corpus Iesu ipsi Ioseph. Ioseph, ergo donato sibi corpore, primo quidẽ illud deposuit de cruce, deinde depositũ inuoluit in sindone eaq; mũda, quã ad hoc mercatus fuerat, illudque sic inuolutum posuit in monumẽto, quod sibi recẽter parauerat, idq; magno sumptu, nimirum quod excisum fuerat in petra. Adiũctus est Iosepho teste Ioãne & alter, simi libus cũ Iosepho prędit us cõditionibus, Nicodemus nomine, quẽ principẽ Iudæorũ vocat Ioãnes. Dicitq; nõ cõsensisse ipsum actibus & cõsilio Iudęorũ, vt patet ex ca. 7. vbi illius pro Christo cõtra Pharisęos defensionẽ recensẽt. Colligiturq; ex. c. 3. eiusdẽ Euãgelij, discipulũ fuisse Iesu, occultũ licèt propter metũ Iudæorũ, & expectasse regnũ Dei. Hic similia pietatis officia cũ Iosepho erga Iesum exhibuit, vt enim ille sindonẽ, ita hic attulit mixturã myrrhæ, & aloes, vnguẽtum scilicet, magni pretij. Idq; in multo põdere ad libras, scilicet, ferme centũ, vt intelligere hinc liceat corpus Dñi nõ leuiter perunctum fuisse vnguento, sed in illo fuisse sepultũ, penitusq; immersum. Accipiẽs autẽ & ipse corpus Dñi ac linteis illud ligãs cũ suis aromatibus pro more Iudaico posuit sic ligatũ & vnctum in sepulchro cum Iosepho. Quod autem Iudæi corpora mortua aromatibus peruncta sepelirent, omnino verosimile est, eos feciss ob spẽ resurrectionis, ob quã & honore ea corpora afficiẽda iudicauerũt. Itaque & hũc morẽ in sepeliẽdo Christi corpore obseruauerũt. Ex quorum exẽplo monemur pium defunctis officium exhibere, iuxta illud Eccle. 7. mortuo nõ prohibeas gratiã. Nec reprehendendum esse quidquid iuxta regionis morẽ in mortuorum exequijs impẽditur, maximè si tale sit, vt fiat ex fide resurrectionis. Erat autẽ in lõco vbi crucifixus est Iesus hortus, & in horto monumẽtũ nouũ in quo nondum quisquã positus erat. Ibi ergo propter parasceuẽ Iudęorũ, quia iuxta erat monumẽtũ, posuerunt Iesum & aduoluit Ioseph saxum magnum ad ostium monumenti, quod ad Iudæorum petitionem ex mandato Pilati munitum fuit, idque duobus modis. Nam & adhibuerunt circa illud custodes, & lapidem, qui claudebat os sepulchri obsignauerũt, & sigillauerunt. Et ita dum resurrecturo conãtur exitum occludere, auxerũt miraculum & fidem resurrectionis. Hæc est historia admirabilis

Conclusio. Isaiæ. 11.

Modus sepulturæ Christi explicatur.

Ioã. 3. & 7.

de gloria

de gloria sepulturæ Christi circa quam duæ quæstiones moueri solent. ¶ Prior est, quomodo intelligatur illud, quod Nicodemus attulerit mixturam myrrhę & aloes quasi libras centum. Ratio dubitandi est. Nam centum libræ myrrhę & aloes satis erant ad corpora multorum hominũ inungenda, propter quã rationem quidam autores hic recurrunt ad libram nummariã, voluntq; his verbis significari mixturam myrrhæ & aloes emptam à Nicodemo fuisse pretio centũ librarũ nummi. Hoc enim genere mensuræ vtũtur multi populi in pecunijs connumerandis. Cæterum Budæus lib. 2. de asse, dicit, quod libra nũmaria mille æris valet, id est, mille dupondia, vt apud Hispanos consuetum est appellari. Quod si verum est istorum autorum sententia incommodum habet nõ ferendũ. Nam significat sumptũ fuisse tam magnum, vt in emenda mixtura hac centum millia æris fuerint consumpta. Quod videtur supra fidem veri consistere. Præstat ergo dicere, quod libra hoc in loco pro pondere myrrhæ & aloes vsurpanda sit, nusquam enim in scriptura pro libra nũmaria hoc vocabulum vsurpatum est. Sed est sciẽdum, quod libra non est eiusdem ponderis apud omnes, fortasis apud Iudæos libra vncia erat, sed secũdum communem cursum libra duodecim vncias habet, & tota quantitas centum librarum mixturæ myrrhæ & aloes insumpta fuit in corpore Christi vngendo, vt intelligamus corpus Domini non leuiter perunctum fuisse sed sepultũ fuisse in hac mixtura & pene immersum, vel fortasis erat cõsuetudo apud Iudæos vt obuoluerentur corpora mortuorum in sindone plena myrrha & aloes. ¶ Alia quæstio solet moueri hoc in loco de sepulchris & ritu sepulchrorũ, qui inter Christianos obseruatur. Sit ne licitus, an potius reprehendẽdus? vtpote qui gentilium fastum & vanitatẽ præseferre videatur. In huius rei expositione tria axiomata diuinæ Theologiæ edifferenda sunt, quæ ferè ex D. Augustin. de ciuit. Dei cap. 12. &. 13. transcripta sunt. Primum viris Christianis non multũ de sepultura corporũ curandũ est. Nam etiã si Christianis denegata fuerit, nihil admirẽ. Neque enim istud pia fides nimiũ reformidat, tenens prædictum, nec absumentes bestias resurrecturis corporibus obfuturas, quorum capillus capitis non peribit. Nec vllo modo diceret veritas, nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem nõ possunt occidere, si quicquã obesset futuræ vitæ quicquid inimici de corporibus occisorum facere voluissent. Nisi forte quispiam sic absurdus est, vt contendat eos qui corpus occidunt non debere timeri ante mortẽ ne corpus occidant, & timeri debere post mortem, ne corpus occisum sepeliri non sinant. Falsum est ergo, quod ait Christus, qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant: si habent tanta, quæ de cadaueribus faciant? absit vt falsum sit, quod veritas dixit. Dictũ est enim aliquid eos facere cum occidunt, qui in corpore sensus est occidendo: postea vero nihil habere quod faciant, quia nullus sensus est in corpore occiso. Multa itaque corpora Christianorũ terra non texit, sed nullum eorũ quisquam à cœlo & terra separauit, quam totam implet præsentia sui, qui nouit vnde resuscitet quod creauit. Dicitur quidem in Psalmo: Posuerunt morticina seruorum tuorum escam volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinẽ eorum sicut aquã in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret: sed magis ad exaggerandã crudelitatem eorũ, qui ista fecerunt, non ad eorum infelicitatem, qui ista perpessi sunt. Quanuis enim hæc in conspectu hominum dura & dira videantur: sed pretiosa in cõspectu Domini mors sanctorum eius. Proindè omnia ista, id est, curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum magis sunt viuorũ solatia, quam subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, obest pio vilis aut nulla. Præclaras exequias in conspectu hominũ exhibuit purpurato illi diuiti turba famulorum: sed multo clariores in conspectu Domini vlceroso illi pauperi ministerium præbuit Angelorũ, qui eum nõ extulerunt in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ gremium sustulerunt. Rident illi hæc contra quos defendendam suscepimus veritatem propositam. Certè, sepulturæ magna cura apud Romanos. Hinc multa de religione sepulchrorum & pœnæ legibus additæ, qui hoc vel illud commiserit, insepultus abijciatur: sicut illud apud declamatores, qui parentes in calamitatibus deseruerit, insepultus abijciatur. Sic ad popularem sensum pro Milone loquitur Cicero, cum infelicius dicit cadauer Publij Clodij fuisse, quod honore illo, & consueta funeris pompa caruerit. Verumtamen sepulturæ curam etiam philosophi contempsere, vt Diogenes Cynicus, qui se canibus auibusque exponi mortuum iussit: cumq; amici admonerẽt de laniatione cadaueris, apponite, inquit, mihi baculum, quo aues & canes abigam. Atqui nihil senties, inquiunt illi. Si nihil sentiam, respondit Diogenes, quid mihi obherit laniatio? Idem fecit Menippus, & pene fuit istud Cynicis omnibus commune. Theodorum Cyrenęum, Cicero in Tusculanis scribit Lysimacho crucẽ minanti respondisse. Terribilis sit hæc purpuratis tuis, mea nihil

Quomodo intelligatur, quod Nicodemus attulerit mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum.

Budæus.

Deritu sepulchrorũ tria axiomata.

Augustin. Primum axioma.

Cicero.

Diogenes.

nihil interest humi ne, an sublime putrescam? Eadem est Socratis sententia in Phædone Platonis. Sæpe vniuersi exercitus dū pro terrena patria morerētur, vbi postea iacerent, vel quibus bestijs esca fierent, non curarūt. Licuitq; de hac re Poetis plausibiliter dicere;

Cœlo tegitur, qui non habet vrnam.

Idem declamator ille apud Senecā, omnibus natura sepulturam dedit. Naufragorum idem fluctus, qui expulit: suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam defluunt: eos qui viui vruntur, pœna funerat. Et Virgilius, qui pœnas apud inferos insepultis statuit, tamen verbis Anchisæ facilem sepulchri iacturam esse dicit. Versiculus ille Mecænatis, in primis laudatur à veteribus.

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.

Secundum axioma. ¶Secundum axioma. Non sunt contemnēda & abijcienda corpora defunctorum, imo honorifice sepelienda maximè fidelium hominum & iustorum. Sic pronunciat D. Augustin. in loco citato, cuius verba libet hic fere ad literam cōmemorare. Certè sunt honoranda corpora mortuorum, quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona opera, sanctus vsus est spiritus. Si enim paterna vestis & annulus, ac si quid huiusmodi, tanto charius est posteris, quanto erga parētes maior affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtique multo familiarius atque cōiunctius, quā quælibet indumenta gestamus. Hæc enim non ad ornamētum vel adiutorium, quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturā hominis pertinent. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa, ipsique dum viuerent, de sepeliendis vel etiam transferēdis suis corporibus filijs mandauerunt. & Tobiæ. 2. & 12. Tobias sepeliēdo mortuos, Deum promeruisse, teste angelo, commendatur. Ipse quoq; Dominus die tertio resurrecturus religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandūque commendat, quòd vnguētum pretiosum super membra eius effuderit, atq; hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorātur in Euangelio, qui corpus eius de cruce acceptū diligenter, atque honorifice tegendum sepeliendumque curarunt. Verum istæ autoritates nō hoc admonēt, quod insit vllus cadaueribus sensus: sed ad Dei prouidentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoque mortuorū pertinere significant, propter fidem resurrectionis astruendam. Vbi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quas viuentibus & sentientibus exhibemus, si neque hoc apud Deum perit, quod exanimis hominum membris officij, diligentiæque persoluitur. Sunt quidem & alia, quæ sancti Patriarchæ de corporibus suis vel condendis, vel, transferendis prophetico spiritu dicta intelligi voluerunt. Iacob moriens iniunxit Ioseph filio, vt in monumentum maiorum suorum inferretur, nec relinqueretur in ÆgyptoGen. 47. Ipse quoq; Ioseph fratribus mādauit, vt ipsi meminissent & ita posteris traderent, cum migrarent in terram illam patribus à Deo promissam, ossa sua in eam vti transferrent. Genesis vltimo. ¶Tertium axioma. Omnis fastus & vanitas in struē dis sepulchris cauenda sunt. Certè pudere debet nostros Christianos præsertim sacerdotio dicatos funeris, ac sepulchri pompam expetere, cum Petri, & Pauli, præterea Stephani, Laurentij, Hieronymi, Gregorij, totque aliorum sanctorum, & martyrum corpora videamus humi Romæ iacere, nullis in aëre pendentibus mausolis. Sed ne hanc tātum nostris conuenire dicamus, videamus, quod Cyrus moriens apud Xenophontem loquitur. Meum corpus pueri cum decessero, nolite neque in auro, neque in argēto, neque in aliquo lapide collocare, sed terræ statim reddite. Marcus Æmilius Lepidus, qui princeps Senatus fuerat antequam spiraret, præcepit filijs, vt se sine linteis, sine purpura efferrēt, in reliquū funus ne plus quam æris denos consumerent, imaginum specie non sumptibus nobilitari maximorum virorum funera solere. Autor est Liuius Decada. 3. Cicero libro. 2. de legibus ad finem inquit, lege sancitum esse, ne quis sepulchrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo. Aliam commemorat legem, quæ in hunc modum statuit. Super terræ tumulum ne quid statuatur nisi columella tribus cubitis non altior aut mensa aut labellum. Sed & alia lex vetat strui sepulchrū altius, quam quod quinque diebus absoluerint, nec ex lapide excitari plus, neque imponi quā quod capiat laudem mortui incisam, neq; plus quatuor heroicis versibus. Hæc de sepulchrorum religione dixisse sufficiat.

Gen. 47.

Gen. vlti. Tertium axioma.

Liuius. Cicero.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm corpus Christi in sepulchro fuerit incineratum. 284

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd corpus Christi in sepulchro fuerit incineratū. Sicut enim mors est pœna peccati primi parentis, ita etiā & incineratio: dictum est enim primo homini post peccatum, Puluis es, & in puluerem reuerteris: vt dicitur Gene. 3.

Inf. q6. 53. ar. 1. cor. & ad 1. Et 3. dist. 21. q. 1. ar. 2. & q. 2. art. 1. ad 1. & opusc. 3. c. 241. & opus. 60. c. 20. co. 4.

Sed

Sed Christus mortem sustinuit, vt nos à morte liberaret. Ergo etiam incinerari debuit corpus eius, vt nos ab incineratione liberaret. ¶ 2. Prætereà, Corpus Christi fuit eiusdem naturæ cum corporibus nostris. Sed corpora nostra statim post mortem resolui incipiunt, & ad putredinem disponuntur: quia exhalante calido naturali, superuenit calor extraneus, qui putrefactionem causat. Ergo videtur, quòd similiter in corpore Christi acciderit.

Ar. 1. huius quæst. ¶ 3. Prætereà, Sicut dictum est*, Christus sepeliri voluit, vt daret hominibus spem resurgendi etiam de sepulchris. Ergo etiam incinerationē pati debuit, vt spem resurgendi incineratis post incinerationem, daret. ¶ Sed contra est, quod in Psal. 15. dicitur. Non dabis sanctum tuū videre corruptionem. Quod

li. 3. ortho. fid. c. 18. Dam*. exponit in 3. li. de Corruptione, quæ est per resolutionem in elementa.

¶ Respondeo dicendum, quòd non fuit conueniens corpus Christi putrefieri, vel quocunque modo incinerari: quia putrefactio cuiuscūque corporis prouenit ex infirmitate naturę illius corporis, quæ non potest amplius corpus continere in vnum. Mors autem

q. præc. art. 1. ad 2. Christi (sicut suprà dictum est*) nō debuit esse ex naturæ infirmitate, ne crederetur non esse voluntaria: & ideo nō ex morbo, sed ex passione illata voluit mori, cui se obtulit sponte. Et ideo Christus, ne mors eius naturæ infirmitati ascriberetur, noluit corpus suum qualitercunq; putrefieri, aut qualitercunq; resolui: sed ad ostensionem virtutis diuinæ voluit corpus illud incorrup

In trac: qui dicitur, Ad uersus gēti les demonstratio, quod Christus sit Deꝰ, parum ante med. to. 5. tum permanere. Vnde Chryso*. dicit, quòd viuentibus alijs hominibus, his scilicet qui egerunt strenuè, arridēt propria gesta: his autem pereuntibus, pereunt. Sed in Christo est totum cōtrarium: nam ante crucē omnia sunt mœsta & infirma: vt autem crucifixus est, omnia clariora sunt facta, vt noscas nō purum hominem crucifixum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus cum nō esset subiectus peccato, neque morti erat obnoxius, neque incinerationi: voluntariè tamē mortem sustinuit propter nostram salutem, secūdum rationes supradictas*. Si autem corpus eius fuisset putrefactum vel resolutum, magis hoc fuisset in detrimentum salutis humanæ: dum non crederetur in eo esse virtus diuina. Vnde ex persona eius in Psalmo 29. dicitur. Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? quasi dicat. Si corpus meum putrescat, perdetur effusi sanguinis vtilitas. ¶ Ad secundum dicendū, quòd corpus Christi quantum ad conditionem naturæ passibilis putrefactibile fuit: licet non quantum ad meritum putrefactionis, quod est peccatum. Sed virtus diuina corpus Christi à putrefactione præseruauit, sicut & resuscitauit à morte.

In corp. ar. & qō. 50. ar. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus de sepulchro resurrexit virtute diuina, quæ nullis terminis coarctatur. Et ideo hoc, quòd à sepulchro surrexit, sufficiens argumentum fuit, quòd homines erant resuscitandi virtute diuina non solùm de sepulchris, sed etiam de quibuscunque cineribus.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Pſal. 15. Damasce. COnclusio est negans. Et probatur ex illo Psal. 15. Non dabis sanctū tuū videre corruptionē. Quod Damas. exponit in 3. lib. de corruptione, quæ est per resolutionem in elemēta. Deinde probatur. Quia putrefactio cuiusq; corporis prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis, quæ non potest amplius corpus continere in vnum: sed sicut Christus nō debuit mori ex infirmitate, ne crederetur nō esse volūtaria mors illius, sed ex passione illata cui spōte se obtulit: ita etiā noluit corpus suū qualitercunq; putrefieri aut resolui, vt ostenderetur diuina virtus in conseruatione illius corporis. Vnde Chryso. viuentibus alijs hominibus arridēt propria gesta, & pereūtibus pereūt, sed in Christo est cōtrariū: quia ante crucem omnia sunt mœsta, & infirma, post crucem omnia sunt clariora facta, vt noscas non purum hominem crucifixum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Probatiões Durādi pro cōclusione articuli re probantur.

DE quæstione huius articuli disputant Theologi in 3.d. 21. & quidem Durandus q.2.aliter probat conclusionem huius articuli. Corpus Christi, inquit, non debuit incinerari, nec pati aliquam corruptionem putre factionis, quia talis defectus aut fuissent à Christo cōtracti, aut voluntariè assumpti, nō contracti, quia sicut non contraxit peccatum originale, sic etiam non contraxit defectus consequētes peccatum originale, de quorum numero sunt prędicti defectus. Item, nec eos voluntariè assumpsit, nec assumere debuit, tū propter dignitatem diuinitatis cui vniebatur, tum quia Christus nō assumpsit defectus humanæ naturæ, nisi quantum expediebat ad finem redemptionis nostræ, & ideo cum opus nostræ redemptionis fuerit in morte Christi completum, iuxta illud, quod dixit in cruce: Consummatum est. Propter hoc putrefactio vel incineratio, quæ sunt defectus mortem consequentes, non debuerunt esse in corpore Christi. Sed probatio Durandi mihi omnino non probatur, nam quanquā Christus non contraxit peccatum originale, ad quod mors consequebatur, contraxit quidē mortem. Vnde Christus si non violenter occisus fuisset, naturaliter moreretur, & in senium deueniret. Et profecto corpus Christi mortuum ex sua natura fuisset in puluerem soluendū, nisi diuina virtus obstitisset. Oportet ergo, vt vir Theologus demonstret veras causas, ob quas corpus Domini iacens in sepulchro nulli incinerationi, tabefactioni, aut corruptioni fuerit obnoxium, num virtute illius mixturæ ex myrrha & aloe confectæ, nū quia corpus incōtaminatum fuit & innocuū? num quia vnitum diuinitati? num quia modicas egit moras in sepulchro, vbi si diutius moraretur putresceret? In huius rei expositionē dico primo mixtura myrrhæ & aloes, non erat sufficiens causa, ob quam corpus Domini sepultum incorruptibile esset. Hoc manifestum est. Nam corpus ex elementis compositum, quantumcunq; à virtute naturali aromatum præseruetur, statim disponitur ad corruptionem, vt hic dicit D. Tho. in solutione secundi. Secundò dico, hoc factum fuisse diuina virtute. Hoc liquido colligitur ex prece dēti dicto. Tertiò dico, si corpus Christi fuit præseruatum à corruptione ex miraculo, hoc fuit ex nouo miraculo, & non solum ex virtute ipsius vnionis. Hoc est manifestum, quia prius erat vnitum, & erat passibile. Patet hoc ipsum. Nam vt ego existimo, corpus Christi suapte natura esset in puluerem resoluendum nisi diuina virtus obstitisset. Non quidē virtute illius maledictionis, puluis es, & in puluerē reuerteris. Nā hęc maledictio nos nō solū persequitur ex peccato primi parentis, sed ex natura corporis corruptibilis. Quartò dico, non fuisse causam ob quam non putresceret, quia erat corpus innocuum & immaculatū, si quidem tam innocuum erat viuum, quam defunctum, at viuum mortale erat, atq; passibile. Vnde certum habemus etiam si Domini defunctum corpus non perunctū fuisset aloe & myrrha, non putresceret ex diuina virtute, illud ab omni corruptione præseruante. Et hoc prę se fert illa sententia Psalmi. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Sed dicet Theologus ex hoc loco, non efficaciter ista sententia comprobatur. Etenim ex eo resurrectio Christi solum persuadetur, vt patet Actorum 2. vnde videtur, quod in illa sententia nullus sit sermo de tabefactione, & incineratione. Respondetur tamen, quod ex hac auctoritate simul cum ratione Theologica, dogma hoc confirmatur. Etenim quod illic sit sermo de corruptione in sepulchro euidens est, itaque sensus est, quod Christus Dominus nullam habuit in sepulchro corruptionem, idque suadet ratio ex Theologia deducta. Nam talis corruptio non erat meritoria, nec expediens ad finem nostræ redemptionis, vt suprà dictum est. Act.2.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christus fuerit in sepulchro solùm vna die & duabus noctibus.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit in sepulchro solùm vna die & duabus noctibus. Dicit enim ipse Matth. 12. sicut fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus; ita Filius hominis erit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Sed in corde terræ fuit in sepulchro existens. Non igitur fuit in sepulchro solùm vna die & duabus noctibus. ¶ 2. Prætereà, Gregor*. dicit in Hom. Paschali, quòd sicut Samson abstulit media nocte portas Gazæ, ita Christus media nocte auferens portas inferni, resurrexit. Sed postquam resurrexit, non fuit in sepulchro. Ergo non fuit in sepulchro duabus noctibus integris. ¶ 3. Prętereà, Per mortē Christi lux prævaluit tenebris. Sed nox ad tenebras pertinet, dies autē ad

285

Inf.qō.51. ar.4 cor. & q 53 art 2. co & opus. 3.c 143. & opu.60. ca. 20.cor.2.fi. & 1.cor.15. li.1.co.2.

hom.21. in Euāg.decli nādo ad fi.

ad lucē. Ergo conuenientius fuit, quòd corpus Christi fuerit in sepulchro duobus diebus & vna nocte, quàm ecōuerso. ¶ Sed contra est, quòd sicut Aug*. dicit in 4. de Trin. à vespere sepulturæ vsque ad diluculum resurrectionis, triginta sex horæ sunt, id est, nox tota cū die tota & nocte tota.

lib. 4. ca. 6. post mediū to. 3.

¶ Respondeo dicendum, quòd ipsum tempus, quo Christus in sepulchro mansit, effectum mortis eius repræsentat. Dictum est autem suprà*, quòd per mortem Christi liberati sumus à duplici morte, scilicet à morte animę & à morte corporis, & hoc significatur per duas noctes, quibus Christus in sepulchro permansit: Mors autē eius, quia non fuit ex peccato proueniens, sed ex charitate suscepta, non habuit rationem noctis, sed diei, & ideo significatur per diē integrum, quo Christus fuit in sepulchro. Et sic conueniens fuit, quòd Christus vna die & duabus noctibus esset in sepulchro.

ar. 6. q. præcedenti.

¶ Ad primum ergo dicendū, quòd sicut Augustin*. dicit in libro de Consensu Euangelistarum: Quidam modū loquutionis Scripturæ nescientes, noctem voluerunt annumerare tres illas horas, à sexta vsque ad nonam, quibus sol obscuratus est, & diem tres horas alias quibus iterum terris est redditus, id est, à nona vsque ad eius Occasum: sequitur enim nox futuri sabbati, qua cū suo die computata, erunt iam duæ noctes & duo dies. Porrò autem post sabbatum sequitur nox primi sabbati, id est, illucescentis diei Dominici, in qua tunc Dominus resurrexit, & ita adhuc non constabit ratio trium dierum, & triū noctium. Restat ergo, vt hoc inueniatur, illo Scripturarum vsitato loquē di modo, quo à parte totū intelligitur, ita scilicet, quòd vnam noctem, & vnā diem accipiamus pro vno die naturali. Et sic primus dies computatur ab extrema parte sui, qua Christus in sexta feria est mortuus & sepultus: secundus autē dies est integer cū 24. horis nocturnis & diurnis: nox autem sequens pertinet ad tertium diem. Sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum, à luce in noctē; ita isti propter hominis reparationem, à tenebris computātur in lucem. ¶ Ad secūdum dicendū, quòd sicut Augu*. dicit in 4. de Trinit. Christus in diluculo resurrexit, in quo aliquid lucis apparet, & adhuc tamen aliquid remanet tenebrarum noctis. Vnde de mulieribus dicitur, Ioā. 20. quòd cùm adhuc essent tenebræ, venerunt ad monumentum. Ratione ergo harū tenebrarum Gregor*. dicit Christum media nocte surrexisse: non quidem diuisa nocte in duas partes æquales, sed infra ipsam noctem. Illud enim diluculum, & pars noctis & pars diei dici potest propter conuenientiam, quam cum vtroque habet.

lib. 3. c. 24. in med. to. 4.

lib. 4. ca. 5. to. 3.

hom. 21. in Euang. non remotè à fine.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in tantum lux in morte Christi præualuit (quæ significatur per vnam diem) quòd tenebras duarum noctium, id est, duplicis mortis nostræ, remouit, vt dictum est*.

In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua. Probaturque in primis autoritate D. Aug. 4. li. de Trinit. c. 6. à vespere sepulturæ, vsq; ad diluculū resurrectionis, tringinta sex horæ sunt, id est, nox tota cū die tota & nocte tota. Patet rursus. Tempus enim sepulchri effectum mortis eius repræsentat. Per duas itaque noctes vtraque mors animæ & corporis, à quibus liberati sumus, figuratur. Mors vero eius, quia non fuit ex peccato proueniens, sed suscepta ex charitate non habet rationem noctis, sed diei: vnde significatur per diem integrum, quo fuit in sepulchro.

Conclusio. D. Augus.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Non facilè intelligitur, neque explicatur quidem, quomodo conclusionem huius articuli non labefactet & subuertat illud, quod dicit Dominus Matthæi. 12. sicut fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita Filius hominis erit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, sed in corde terræ fuit in sepulchro existens, quomodo ergo dicit D. Thom. quod fuit in se-

Explicatur locus difficilis scripturæ de tribus diebus & tribus noctibus quibus Christus fuit in sepulchro. Mat. 12.

pulchro ſolum vna die & duabus noctibus? cuius etiam aſſertioni cõtrariatur illud, quod
Mar.8. habetur Marci. 8. Oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus, & à ſummis ſacerdotibus, & ſcribis, & occidi, & poſt tres dies reſurgere, ergo amplius, quam per tres dies Chriſtus in ſepulchro commoratus
D. Auguſt. eſt. ¶ Ad hoc dubiũ variæ ſunt expoſitiones doctorum. In primis D. Auguſtinus libro 3. de conſenſu Euangeliſtarum ca. 24. in hunc modum ſcribit. Quidam modum loquutionis ſcripturæ neſcientes, noctem voluerunt annumerare tres illas horas à ſexta vſque ad nonam, quibus ſol obſcuratus eſt, & diem, tres horas alias, quibus iterum terris eſt redditus, id eſt, à nona vſque ad occaſum: ſequitur enim nox futuri Sabbathi, qua cum ſuo die computata erunt iam duę noctes & duo dies. Poſt Sabbathum autem ſequitur nox primi Sabbathi, id eſt, illuſceſcentis diei Dominici, in qua tunc Dominus reſurrexit, & ita adhuc non conſtabit ratio trium dierum, & trium noctium. Reſtat ergo, vt hoc inueniatur illo ſcripturarum vſitato loquendi modo, quo à parte totum intelligitur, ita ſcilicet quod vnã noctem, & vnam diem accipiamus pro vno die naturali. Et ſic primus dies computatur ab extrema parte ſui, qua Chriſtus in ſexta feria eſt mortuus & ſepultus: ſecundus autem dies eſt integer cum 24. horis nocturnis & diurnis, nox autem ſequens pertinet ad tertiũ diem: ſicut enim primi dies propter futurum hominis lapſum, à luce in noctẽ, ita iſti propter hominis reparationem, à tenebris computantur in lucem. Dominus Caietanus adhi-
Caietan. bet duas explicationes huius difficultatis. Prior eſt tropũ eſſe ſcripturæ ſanctæ, vt quoties exprimere velit diem naturalem continentem 24. horas ferè cõunctim dicat, diẽ & noctem veluti ſcriptura dicẽs, primo Moyſen, deinde Heliam, tertio Chriſtum ieiunaſſe quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, voluit indicare, eos ſpatio quadraginta dierum naturalium abſtinuiſſe ab alimento corporali. Eodem modo dicens, cum Ionam in ventre Ceti, tũm Chriſtum fuiſſe in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, ſignificat tribus diebus naturalibus, illum fuiſſe in ventre Ceti, Chriſtum vero in ſepulchro. Quod ſepoſita omni dubietate veriſimum eſt. Quia à die veneris ante occaſum ſolis fuit in ſepulchro, vſque ad diem Dominicum, mane circa ortum ſolis, ergo tribus diebus naturalibus. Vna die naturali, quæ incipit poſt occaſum ſolis diei Iouis, durans vſque ad occaſum ſolis diei Veneris, quo die ante ſolis occubitum ſepultus erat, altera die naturali, quæ incepit poſt occaſum ſolis diei Veneris, durans vſque ad occaſum ſolis diei Sabbathi, tertia quoque die naturali, quæ incepit poſt occaſum ſolis diei Sabbathi, durans vſque ad occaſum ſolis diei Dominicæ, qua die Dominica ab Euangeliſtis appellata prima Sabbathi, ſurrexit Dominus. Fuit igitur reuera in ſepulchro tribus diebus naturalibus. Altera explicatio eſt, quod licet Ieſus fuerit in corde terræ actu ab hora mortis tantum, fuit tamen in eodem ſecundum actionem inferentem ipſi mortem ab hora illa, qua captus eſt: dicente ipſo tunc. Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum. Ex tunc enim pro mortuo haberi poteſt: quia ad hoc tempus, captus ac vinctus eſt vt occideretur, & indeſinenter ad hoc opera data eſt efficax. Ab illa autem hora computando conſtat inueniri artificiales tres tam noctes quam dies. Nam interuenit nox paraſceues, nox Sabbathi, & nox Dominicæ, & interuenit dies paraſceues, dies Sabbathi, & dies Dominicus, in quo vt dicitur Marci vlti. Ieſus ſurrexit mane: ac per hoc interuenit prima pars diei Dominicæ. Mar.vlt.

QVAESTIO LII.

De deſcenſu Chriſti ad inferos, in octo articulos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de deſcenſu Chriſti ad inferos. ¶ Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, vtrùm fuerit conueniens Chriſtum ad inferos deſcendere. ¶ Secundò, in quem infernum deſcenderit. ¶ Tertiò, vtrùm totus fuerit in inferno. ¶ Quartò, vtrùm aliquam moram ibi traxerit. ¶ Quintò, vtrùm ſanctos Patres ab inferno liberauerit. ¶ Sextò, vtrùm damnatos ab inferno liberauerit. ¶ Septimò, vtrùm liberauerit pueros in peccato originali defunctos. ¶ Octauò, vtrùm liberauerit homines de purgatorio.

ARTICVLVS PRIMVS. 286

Vtrùm fuerit conueniẽs, Chriſtum ad infernum deſcendere.

3.di.22.q.1.ar.1.q.1. & opu.3.c.142. & op.60.cap.21. princip.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd non fuerit conueniens

uersiens Christum ad infernum descendere. Dicit enim Augustin.* in epist. ad Euodium. Nec ipsos quidem inferos vsquam scripturarum in bono appellatos potui reperire. Sed anima Christi non descendit ad aliquod malum: quia nec animæ iustorum ad aliquod malũ descendunt. Ergo videtur, quòd non fuerit conueniens, Christũ ad inferos descendere. ¶ 2. Prætereà, Descendere ad inferos, non potest Christo conuenire secundum diuinã naturam (quæ est omnino immobilis) sed solùm conuenire potest ei secũdum naturã assumptam. Ea verò quæ Christus fecit vel passus est in natura assumpta, ordinantur ad humanam salutem, ad quam non videtur necessarium fuisse, quòd Christus descẽderit ad inferos. quia per passionem suam, quam in hoc mundo sustinuit, nos liberauit à culpa & pœna, vt suprà dictum est *. Non igitur fuit conueniens, quòd Christus ad infernũ descenderet. ¶ 3. Prætereà, Per mortem Christi separata est anima à corpore eius, quod quidẽ in sepulchro positum fuit: vt suprà habitum est*. Nõ autem videtur, quòd secundum animam solam ad infernum descenderit: quia anima, cùm sit incorporea, nõ videtur, quòd localiter posit moueri: hoc enim est corporum, vt probatur in 6. Phys. to. 2. * descẽsus autem motum corporalem importat. Non ergo fuit conueniens, quòd Christus ad infernum descenderet. ¶ Sed contra est, quod dicitur in Symbolo. Descendit ad inferos. Et Apostolus dicit Ephe. 4. Quòd autẽ ascendit, quid est nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ? gl. id est, ad inferos.

Epi. 99. inter princ. & med. to. 2.

q. 50. art. 6.

quæst. præc.

lib. 6. Phys. textu 32. to. 2.

Glo. interl. ibidem.

¶ Respondeo dicendum, quòd conueniens fuit, Christum ad infernũ descendere. Primò, quidem: quia ipse venerat pœnam nostram portare, vt nos à pœna eriperet, secundũ illud Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ex peccato autem homo incurrerat non solùm mortem corporis, sed etiam descẽsum ad inferos. Et ideo sicut fuit conueniẽs eum mori, vt nos liberaret à morte; ita conueniens fuit, eum descendere ad inferos, vt nos à descensu ad inferos liberaret. Vnde dicitur Osęæ. 13. Ero mors tua ô mors, ero morsus tuus inferne. Secundò: quia conueniens erat, vt victo diabolo per passionem victos eius eriperet, qui detinebãtur in inferno, secũdum illud Zach. 9. Tu quoq; in sanguine Testamẽti tui emisisti victos tuos de lacu. Et Col. 2. dicitur. Expoliãs principatus & potestates, traduxit confidẽter. Tertiò, vt sicut potestatem suam ostendit in terra, viuendo & moriendo, ita etiam potestatem suam ostenderet in inferno, ipsum visitando & illuminando. Vnde dicitur in Psalm. 23. Attollite portas principes vestras, gloss.* id est, principes inferni auferte potestatem vestram, quavsque nunc homines in inferno detinebatis: & sic in nomine Iesu omne genu flectatur, non solum cælestium, sed etiam infernorum, vt dicitur Philip. 2.

Glo. ord. & interl. simul ibid. ex Aug.

¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd nomen inferorum sonat in malum pœnæ, non autem in malum culpæ. Vnde decuit Christum in infernum descẽdere, non tanquam ipse esset debitor pœnæ, sed vt eos qui erant pœnæ obnoxij, liberaret. ¶ Ad secundum dicẽdũ, quòd passio Christi fuit quasi quędam causa vniuersalis humanæ salutis, tam viuorum, quàm mortuorum. Causa autem vniuersalis applicatur ad singulares effectus per aliquid speciale. Vnde sicut virtus passionis Christi applicatur viuentibus per sacramenta cõfigurantia nos passioni Christi, ita etiã applicata est mortuis per descensum Christi ad inferos. Propter quod signãter dicitur Zachar. 9. quòd eduxit vinctos de lacu in sanguine Testamenti sui*, id est, per virtutem passionis suæ. ¶ Ad tertium dicendum, quòd anima

vt exponit Glo. interl. ibid.

Christi non descendit ad inferos eo genere motus, quo corpora mouentur, sed eo genere motus, quo Angeli mouentur, sicut in prima parte habitum

P.p.qō.53. est.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est affirmatiua, quæ probatur ex eo, quod habetur in Symbolo, descēdit ad inferos. Et ex eo quod habetur ad

Ephes.4. Ephesios 4. Descendit ad inferiores partes terræ. Et quod ita fuerit conueniens, probatur ex rationibus Theologicis, quarum prima est, quia ipse venerat portare langores nostros: vnde sicut nos liberauit à morte, ita descendit ad inferos, vt à pœnis eius nos eriperet. Secunda, quia conueniens erat, vt victo diabolo per passionem vinctos eius, qui detinebantur in inferno, liberaret, vt dicitur

Zach.9. Col.2. Zacha.9. & Colo.2. Tertia, vt ostenderet potestatem suam in inferno, ipsum visitando, & illum illuminando: sicut ostendit in terra viuendo, & moriendo, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, non solùm cælestium, sed etiam infernorum.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrū Christus secūdū animā realiter presentialiter ad inferos vsq; penetrauit. IN hoc articulo est grauis & perdifficilis quæstio. Vtrùm sit fides certa animam Christi descendisse ad inferos realiter & præsentialiter secundum substantiam suam, an solum secundum operationem vel virtutem? Et videtur, quod anima Christi non ad inferos peruenerit, sed solum eius virtus. Id quod potest ostendi hisce argumentis. ¶ In primis, animæ separatæ non potest cōuenire motus, nisi eo modo, quo reliquis substantijs spiritualibus, sed substantiæ spirituales & Angelicæ solum mouentur per operationem, vt nunc statuo pro certo ex 1.p.q. 52. ergo anima Christi solum descendit ad inferos per virtutem suæ operationis. ¶ Deinde in eodem instanti mortis anima Christi fuit apud inferos, ergo non secundum substantiam descendit ad inferos. Cōsequentia inde probatur, quia motus etiam in Angelis non potest fieri in instanti. Antecedens vero probatur. Nam animæ sanctorum in instanti mortis Christi viderunt eum, & habuerunt clarā diuinitatis visionem, anima autem Christi fuit causa illius visionis per suū descensum, ergo in eodē instanti mortis fuit apud inferos. ¶ Præterea, spiritus non potest esse in pluribus locis definitiue, sed anima Christi in die mortis fuit in paradiso cum anima latronis, cui dictum est. Hodie mecū eris in paradiso. Luc.23. ergo non fuit in inferno. Nec valet si quis dicat, quod paradisus potest accipi pro cælo empyreo, & pro visione diuinæ essentiæ, & quod anima Christi non fuit in paradiso, primo modo vsq; ad diē ascensionis, sed fuit in paradiso secundo modo, hoc inquam non obstat, imo confirmat id, quod conamur demonstrare. Nam similiter possemus dicere, quod anima Christi descendit ad inferos secundum suam operationem, & non secundum substantiam. In contrarium est articulus fidei, qui habetur in Symbolo, descēdit ad inferos. ¶ Vt hæc quæstio breuiter à nobis elucidetur, sit prima conclusio. Articulus fidei est, quem omnes explicite tenemur credere, Christum descēdisse ad inferos. Hęc conclusio sic certa est, vt de veritate ipsius nullus relinquatur dubitandi locus, cum sit expressus articulus fidei, quem in Symbolo confitemur, cum dicimus, descendit ad inferos. Cumq; hæc veritas sit definita in capitulo firmiter de summa Trinitate, & inueniatur in diuinis literis. Nam Psalm.15. habetur, non derelinques animam meam in inferno, quod de Christo intelligitur Act.2. & Psal.29. Domine eduxisti ab inferno animam meam. Et ad Ephe.4. Descendit ad inferiores partes terræ. Et Act.2. dicit Petrus, quod Deus suscitauit Christum solutis inferni doloribus, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Et Oseæ 13. Ero mors tua ô mors, ero morsus tuus ô inferne. Sed vt hęc veritas melius intelligatur libet aduersus eam nonnulla obijcere. ¶ In primis obijcio, quod hæc veritas non inuenitur expressè in sanctis scripturis. Sed hæc obiectio nullius ponderis existit. Nā vt aliqua veritas inter dogmata fidei recēseatur satis est, quòd in Symbolo Apostolorum, vel in sacris concilijs; aut vero in traditionibus Apostolicis inueniatur. Quamuis ergo hæc veritas in sanctis scripturis non inueniretur, non est consequens, quod fidei dogma non sit. Deinde dico cum D. Aug. quod quanquā hæc veritas in Euangelica historia non inueniatur, inuenitur tamē in Psalmis, Prophetis, & in literis Apostolicis prout suprà demonstratum est. ¶ Deinde obijcio aduersus eandem conclusionem. Nam in concilio Niceno primo, & in Symbolo fidei ibi cōpositō nulla huius articuli fit mentio aut commemoratio. ¶ Ad hāc obiectionem dicunt viri docti in Symbolo Niceno, nullam huius articuli factam fuisse mentionem, quoniā vsq; ad tēpus illius cōcilij super istum articulum nulla erat exorta hæresis, nullusue error, ad cuius labefactationem & extirpationē solent congregari concilia, & ideo absq; alia declaratione dereliquere hanc veritatem, vt iam satis determinatam in Apostolorum Symbolo. Cū nō esset

Argumen. partis negatiuæ.

Primum argumentū.

Secundum.

Tertium.

Luc.23.

1. Cōclusio

Symbolū Apostolorū Cap. firmiter.

Psal.15. Act.2. Psal.29. Ephe.4. Act.2.

Oseæ.13.

1. obiectio.

Solutio obiectiōis.

Augustin.

2. obiectio

Solutio.

esset opus istam veritatem amplius explicasse, cum de se esset manifesta, nullaq; occasio errandi ex ea nata esset. ¶ Altera solutio huius dubij est, hanc veritatem comprehensam fuisse à patribus concilij Niceni in illo verbo passus est. Nam in his verbis non solum comprehenditur id, quod pertinet ad corporis passionem, sed etiam ad passionem animę, cuius postrema & vltima fuit descensus ad inferos, in quo quomodo anima Christi passa fuerit in sequentibus explicabitur. Nunc sequitur tertia obiectio. ¶ Nam videtur prorsus impossibile, quod eadem persona Christi eodē temporis momento apud inferos fuerit, & in sepulchro iacuerit. ¶ Sed hæc obiectio non difficilem habet expositionem, quam habemus ex concilio Lateranensi sub Innocentio tertio celebrato. Nam in hoc articulo fidei confitemur Christum Dominum descendisse ad inferos ratione animæ, à qua diuinitas nunquam fuit separata. Itaque sensus articuli est, quod anima Christi descendit ad inferos, in quo declaratur, quid de anima Christi actū sit, cum à corpore in morte fuit separata: sicut alius articulus fidei de sepultura Christi, demonstrat plane quid actum sit de corpore Christi mortuo postquam à cruce depositū fuit, cui etiam diuinitas mansit vnita, ob idq; nulla est repugnantia aut impossibilitas eandem Christi personam in eodem temporis momento in sepulchro fuisse, & ad inferos descendisse. ¶ Secunda cōclusio. Certum est secundum fidem, animam Christi descendisse ad inferos re & præsentia secundum substantiam suam, & non solum secundum effectum suæ virtutis. Priusquam demonstrē huius conclusionis veritatem, præmittendū est, quid senserint doctores quidā de modo, quo anima Christi vel Christus descenderit ad inferos. Durandus in 3. d. 22. q. 3. discedens à cōmuni sententia Theologorum omnium, in huius rei expositionem sic procedit. Cum sit inquit, articulus fidei, Christum descendisse ad inferos, & non possit intelligi ratione diuinitatis, quæ vbique est, nec ratione corporis, secundum quod fuit in sepulchro, reliquum est vt intelligatur ratione animæ. Quo statuto videndum est, quomodo anima Christi ad infernos descenderit. Pro quo ponit conclusiones. ¶ Prima, non potest dici, quod anima Christi descendit ad inferos eo genere motus, quo corpora mouentur. Secunda, quod anima moueatur eo genere motus, quo Angeli mouentur, non clare patet. Angeli enim dicuntur moueri de loco ad locum, in quantum successiue operātur in diuersis locis. Anima autem separata non potest habere aliquā operationem circa locū, vel circa corpus existens in loco, quia cum ex natura sua sit determinata ad certum corpus, non potest mouere, nec agere in aliud, nisi mediante corpore proprio, sed illo caret dum est separata, ergo non potest moueri de loco ad locum ratione operationis, quam habet circa locū, vel circa corpus existens in loco. Tertia conclusio. Anima separata potest descendere ad infernum dupliciter. Vno modo per deputationem, & sic animæ damnatorum dicuntur esse in inferno, propterea quia deputatæ sunt ad illum locum post reassumptionem corporum. Animæ autem patrum propter deputationem conditionatam, quia nisi fuissent liberatæ, etiam reassumpto corpore permansissent in inferno, & hoc modo anima Christi non descēdit ad infernum, vt patet. Alio modo dicitur descendere anima quantum ad effectum, & hoc modo potest descendisse anima Christi ad infernum, propter duplicem effectum, quem habuit in illis, qui erant in inferno. Vnus effectus fuit exhibitio visionis diuinæ, qui effectus attribuitur animæ, quia meritum attribuitur animæ, tanquam principio merendi, per quod meritum animæ beatæ cōsecutæ sint visionem beatam. Item per appropriationem, quia sicut Christus secundū animam fuit beatus, sic secundum eam attribuitur ei fuisse causam beatitudinis in alijs. Alius effectus attribuitur ei secūdum quosdam ad quem se habuit anima Christi directè per modum agentis, scilicet illuminare de credendis ipsas animas patrum. Secundum enim Dionysium cap. 7. cælestis Hierarchiæ, Christus habet docere Angelos, & multo magis animas. Et ratione huius effectus dicitur ad infernum descendisse. Quarta conclusio Durandi. Licet hæc sint probabilia & videantur sufficienter saluare articulū fidei, tamen quia diuina virtus multa potest, quæ nos non intelligimus, ideo non est pertinaciter negandum, animam Christi alio modo nobis incognito descendisse ad infernum, nec nos negamus esse alium modum fortasis vetiorē, sed fatemur nos illum ignorare. Hæc Durandus, & sic videtur Durando, quod anima Christi non fuit in inferno per realem præsentiam, nisi eo modo, quo nūc possemus dicere, quod est apud nos, quia habet fortasse aliquem effectum in nobis. Istam sententiam Durandi amplexus est Picus Mirandulanus in sua Apologia. Cuius prima conclusio hæc erat. Christus non veraciter, nec quantum ad realem præsentiam, descendit ad inferos, vt posuit Thomas & communis via, sed solum quo ad effectum. Hanc sententiam Durandi

Altera solutio.

3. obiectio

Solutio.

Articulus fidei de descensu Christi ad inferos declaratur.

2. Cōclusio

Demōstratio quod Christi anima realiter præsentia ad inferos descēderit.

Durandus.

Durandi cōclusiones.

Dionys.

Picus Mirandulanus.

& Pici Mirandulani aio in conclusione esse hæreticam, quod sic demonstro. Primum ex definitione Ecclesiæ. Etenim in Symbolo Apostolorum apertè habetur, quod Christus descendit ad inferos, & cum hæc veritas constituatur inter alias de morte, & resurrectione Christi, facilè & verè intelligitur, quod sicut Christus verè mortuus est, & resurrexit, sic sane verè descendit ad inferos.

Symbolū Apostolorum.

Vnde in magno concilio Lateranensi sub Innocentio tertio, sicut refertur in capitulo firmiter, de summa Trinitate ad hunc modum hæc veritas declaratur. Descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, ascendit in cælum, sed descendit in anima, resurrexit in corpore, ascenditque pariter in vtroque. Vbi clare ponitur descensus in anima, & non solum in effectu. Quibus namque verbis patres in concilio definissent euidētius, & distinctius, descensum animæ ad infernum, secundum realem præsentiam, quam prædictis? Secundò idem probatur ex sanctis scripturis. Nam scripturæ diuinæ apertè dicunt, quod anima Christi fuit apud inferos, sicut animæ patrū. Nam Psalm. 15. secundum expositionem Petri Actorum. 2. dicitur, quod fuit liberatus, in illis verbis, non derelinques animam meam in inferno, vbi etiam Petrus dicit, solutis inferni doloribus, iuxta quod impossibile erat, teneri illum ab eo. Et in alio Psalmo eduxisti ab inferno animam meam, sed animæ patrum re & secundum præsentiam erant apud inferos, ergo etiam anima Christi. Tertiò probatur ex definitionibus patrum. Damascenus sic sentit libro 3. capit. vltimo. glossa super Psalmum 23. elucidans illud. Attollite portas principes vestras. Idem dicit Chrysostomus in homilijs paschalibus, refertque verbum illud Ioannis. 1. Et lux in tenebris lucet, vt dicat animam Domini esse lucem illustrantem tenebras inferi ex sua præsentia, subscribit Hieronymus in quæstionibus ad Algasiam, & illa verba. Tu es qui venturus est, an alium expectamus? refert ad hoc propositū. Nam Ioannes hoc discere volebat à Christo, an Christus ipse ad inferos descensurus esset, cui concinit Gregorius in homilia, & Athanasius in epistola ad Epictetum. His testimonijs accedunt rationes ex diuina Theologia, quarum prima est. Nam Ecclesia aperte definit, animam Christi fuisse triduo apud inferos, & hoc non propter effectum, illum enim subito operatus est, ergo fuit apud inferos secundum realem præsentiam. Vnde in benedictione cerei sic canit Ecclesia, hæc est illa dies quæ sola nouit tempus & horam, qua Christus surrexit ab inferis, ergo vsque ad tempus resurrectionis anima illa beatissima apud inferos commoratur. Secunda ratio. Nā si satis est vt dicatur animam Christi ad inferos descendisse, quod secundum virtutem & operationem eo peruenisset, sequitur apertè etiam corpus Domini ad inferna descendisse. Nam virtus corporis Domini & mortis eius vsque ad infernos penetrauit. Tertia ratio est. Nam si hoc sat est, quotidie anima Christi ad infernum descendit, si quidem eius virtus quotidie apud inferos operatur, & habet effectum. Quarta ratio. Quando proprietas sermonis diuini si seruata fuerit, nullum habet incommodum aut absurdum ea sine dubio amplectenda est ex regula Diui Augustini. 3. de doctrina Christiana, cap. 10. & 16. At vero si dicamus, animam Christi propriè descendisse ad infernum nihil absurdi sequitur, ergo ita asserendum est. Quinta ratio. Certè anima Christi sub illo triduo alicubi erat, nam si nusquam erat, ergo nō erat, quia quidquid est alicubi est, quod si alicubi erat quid obstat, quominus dicamus animam Domini apud inferos fuisse. Sexta ratio. Descensus ad inferos animabus sanctorum conueniebat olim, & modo ad purgatorium descendunt animæ, & contrarium asserere hæreticum dogma est, quid ergo miraculi est, animam Christi ad inferos descendisse? Vltima ratio. Nam si operatione tantum dicitur anima Christi ad inferos descendisse dicere quoque Durandus debet ad infernum damnatorum descendisse, quia illos exterruit, vt autor est Athanasius in epistola dudum citata. Dicēdum etiam erit ascendisse animam Domini in cælum, quia anima Christi in illo triduo angelos lætificabat ex celebrata per Christum humana salute, quæ tamen nemo dicit. Hæc sufficiant pro confutatione huius erroris.

Cōcil. Lateranense. Ca. firmiter

D. August.

Athanasius

¶ Ad argumenta in principio posita. Ad primum respondetur, quod licet anima separata non possit habere aliquem effectum circa corpus, vt bene probat D. Tho. 1. p. q. 117. art. 4. tamen potest operari in corpus diuina virtute, & maximè anima Christi, quæ est instrumentum diuinitatis, vt expressè dicit Diuus Thom. in illo 4. articulo. Et si quæras, quam operationem habuit anima Christi in inferno, dico, quod illuminauit corporali lumine locum illum, vt Sanctus Thomas dicit in 3. distinctione. 22. quæstione. 2. articulo. 2. quęstiuncula prima, quia ex quo tenebræ exteriores correspondent interioribus, & Christus expulit interiores tenebras, congruum fuit, vt etiam exteriores expelleret. Dico secundo, quod anima & quælibet substantia separata potest esse in loco sine hoc, quod opere-

Ad argumē Ad primū.

Pſal. 15. Act. 2.

Damaſce. Gloſſa.

Chryſoſt. Ioan. 1.

Hieron.

Gregor. Athanaſius

operetur in loco, sed sufficit, quod virtus eius contingat ipsum locum, vt dicit Sanctus Thomas quodlibeto primo, quæst. 3. & quodlibeto tertio, quæstione 10. dicit Diuus Thomas, quod angelus potest dici esse in loco per operationem, si quis vocet operationem contactum virtutis, ita quod per operationem non solum intelligamus motionem, sed quamcunque vnionem vel præsidendo, vel continendo, vel quocunque alio modo, vel sufficit, quod locus sua virtute contingat substantiam spiritualem, sicut anima alligatur igni in inferno secundum sanam doctrinam, & hoc licet non possit corpus sua virtute potest tamen superiori virtute, sicut anima est alligata corpori humano. Similia docet Diuus Thomas in 4. distinctione. 44. quæstione. 3. articulo. 3. quæstiuncula. 3. Item 4. contra Gentes capit. 90. Aduertat tamen Theologus, quod substantia spiritualis vbi operatur, ibi est eius substantia, sicut enim corpus est in loco per quantitatem, sic substantia spiritualis est in loco per suam operationē. Vnde vbi operatur angelus ibi est eius substantia, hoc intelligo secundum ordinem naturæ, nam ex super naturali ordine animæ separatæ sunt in inferno, aut in purgatorio etiā si in his locis nihil operentur, imò dicuntur esse in illis ex eo, quod à Deo ibidem violente detinentur. Illud etiam obseruet Theologus, quod animæ damnatorum vel sanctorum patrum non dicebantur descendere ad infernum vel esse in inferno solum per deputationem, vt imaginatur Durandus, sed secundum realem præsentiam & oppositum docere, me iudice, hæreticum dogma est.

Ad secūdū. Caietan. ¶ Ad secundum argumentum dominus Caietanus in hoc articulo videtur docere, quod in instanti anima Christi ad infernum descenderit, quod placitum ab alijs Theologis probari video. Quam sententiam si sequamur oportet dicere, quod transiuit de extremo ad extremum, non transeundo per medium, sicuti de corpore Christi in sacramento altaris tenent Theologi. Oportet etiam concedere, quod talis descensus ex quo fuit in instanti potius est dicendus indiuisibilis mutatio, quam motus proprius, quia omnis motus successiuus est. Illud tamen pro certo habendum est, illud instans primum non esse vitæ corporalis Domini fuisse primum instans beatitudinis sanctorum patrum. Verum fortasis non est necessarium dicere, quod in primo instanti mortis fuerit in inferno, neque hoc inuenio in Diuo Thoma, sed fuit subito & in tempore imperceptibili.

Ad tertiū ¶ Ad tertium argumentum nego antecedēs, & ad illam probationem, hodie mecum eris in paradiso, non de paradiso terreno intelligendum est, vt Augustinus docet ad Dardanum epistola. 57. neque de paradiso cælesti, sed tantum de paradiso spirituali, qui est beata Dei visio. Hæc de isto art. dixisse sufficiat. D. August.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Christus descenderit ad infernum damnatorum.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christus descenderit etiam ad infernum damnatorum: dicitur enim ex ore diuinæ Sapientiæ Eccl. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terræ. Sed inter partes inferiores terræ computatur etiam infernus damnatorum secundum illud Psalm. 62. Introibunt in inferiora terræ. Ergo Christus, qui est Dei sapientia, etiam vsque ad infernum damnatorum descendit. 287 3. di. 22. q. 2. art 1. q. 2. & opu. 60. ca 21. circa medium.

¶ 2. Præterea, Act. 2. dicit Petrus, quòd Deus Christum suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Sed dolores non sunt in inferno Patrum, neque etiam in inferno puerorum. qui non puniuntur pœna sensus propter peccatum actuale, sed solùm pœna damni propter peccatum originale. Ergo Christus descendit in infernum damnatorum: vel etiam purgatorium, vbi homines puniuntur pœna sensus pro peccatis actualibus.

¶ 3. Præterea, 1. Pet. 3. dicitur, quòd Christus his qui in carcere conclusi erant, Spiritu veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando. Quod, sicut Athanas.* dicit in Epistola ad Epictetum, intelligitur de descensu Christi ad inferos: dicit enim quòd corpus Christi fuit in sepulchro positum, quando ipse perrexit prędicare his, qui in custodia erant, spiritibus; sicut dixit Petrus. Constat autem quòd increduli erant in inferno damnatorum. Ergo Christus ad infernum damnatorū descendit. circa medium istius

¶ 4. Præterea, Augu*. dicit in Epistola ad Euodium. Si in illum est epi. 99. inter prin. & med. to. 2.

Abrahæ ſinum, Chriſtum mortuũ veniſſe ſacra Scriptura dixiſſet, non nominato inferno eiuſque doloribus, miror, ſi quiſquam ad inferos eum deſcẽdiſſe aſſerere auderet: ſed quia euidentia teſtimonia & infernum commemorant & dolores, nulla cauſa occurrit, cur illo credatur veniſſe Saluator: niſi vt ab eiſdem doloribus ſaluos faceret. Sed locus dolorum eſt infernus damnatorum. Ergo Chriſtus in infernum damnatorum deſcendit. ¶ 5. Præterea, Sicut Auguſtin.* dicit in quodam ſermone de reſurrectione, Chriſtus ad infernum deſcendens, omnes iuſtos, qui originali peccato aſtricti tenebantur, abſoluit. Sed inter illos erat etiam Iob, qui de ſeipſo dicit, Iob. 17. In profundiſsimum infernum deſcendent omnia mea. Ergo Chriſtus etiam vſque ad profundiſsimum infernum deſcendit. ¶ Sed contra eſt, quod de inferno damnatorum dicitur, Iob. 10. Antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Nulla autem eſt conuentio lucis ad tenebras, vt dicitur 2. ad Corinth. 6. Ergo Chriſtus qui eſt lux, ad illum infernum damnatorũ non deſcendit.

In ſer. 2. de reſurre. qui eſt in ordi. 137. paulò à prin. to. 10.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd dupliciter dicitur eſſe aliquid alicubi. Vno modo per ſuum effectum: & hoc modo Chriſtus in quemlibet infernorum deſcendit, aliter tamen & aliter. Nam in infernum damnatorũ habuit hunc effectum, quòd deſcendens ad inferos, eos de ſua incredulitate & malitia confutauit. Illis verò, qui detinebantur in purgatorio, ſpem gloriæ conſequendæ dedit. Sanctis autem Patribus, qui pro ſolo peccato originali detinebantur in inferno, lumen æternæ gloriæ infudit. Alio modo dicitur aliquid eſſe alicubi per ſuam eſſentiam, & hoc modo anima Chriſti deſcendit ſolùm ad locum inferni, in quo iuſti detinebantur; vt quos ipſe per gratiam interius viſitabat ſecundum diuinitatem, eos etiam ſecundum animam viſitaret & loco. Sic autem in vna parte inferni exiſtens effectum ſuum aliqualiter ad omnes inferni partes deriuauit, ſicut & in vno loco terræ paſſus, totum mundum ſua paſſione liberauit.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd Chriſtus qui eſt Dei ſapientia, penetrauit omnes inferiores partes terræ, non localiter ſecundum animam, omnes circumeundo, ſed effectum ſuæ potentiæ aliqualiter ad omnes extendendo. Ita tamen quod ſolos iuſtos illuminauit: ſequitur enim. Et illuminabo omnes ſperantes in Domino.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd duplex eſt dolor, vnus de paſsione pœnę, quem patiuntur homines pro peccato actuali: ſecundum illud Pſalm. 17. Dolores inferni circundederunt me. Alius autem dolor eſt de dilatione ſperatæ gloriæ: ſecundum illud Prouerb. 13. Spes quæ differtur, affligit animam. Quem quidem dolorem patiebantur ſancti Patres in inferno, ad quod ſignificandum Aug.* in ſermone de reſurrectione, dicit, quòd lacrymabili obſecratione Chriſtum orabant. Vtroſque autem dolores Chriſtus ſoluit ad inferos deſcendens: aliter tamen & aliter. Nam dolores pœnarum ſoluit, præſeruando ab eis: ſicut medicus dicitur ſoluere morbum, à quo præſeruat per medicinam: dolores autem cauſatos ex dilatione gloriæ, actualiter ſoluit, gloriam præbendo. ¶ Ad tertium dicendum, quòd illud quod ibi dicit Petrus, à quibuſdam refertur ad deſcenſum Chriſti ad inferos, ſic exponentes verbũ illud. His qui in carcere incluſi erant, id eſt, inferno; ſpiritu, id eſt, ſecundum animam, Chriſtus veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando. Vnde & Damaſ.* dicit in 3. li. quòd ſicut his, qui in terra ſunt, euãgelizauit: ita & his, qui in inferno. Non quidem vt incredulos

In ſer. 2. de reſurre. qui eſt 137. in ord. à med. to. 10.

li. 3. ortho. fid. cap. 29.

ad

ad fidem conuerteret, sed vt eorum infidelitatem confutaret. Quia ipsa prædicatio nihil aliud intelligi potest, quàm manifestatio diuinitatis eius, quæ manifestata est infernalibus per virtuosum descensum Christi ad inferos. August*. tamen melius exponit in Epistola ad Euodium, vt referatur non ad descensum Christi ad inferos: sed ad operationem diuinitatis eius, quam exercuit à principio mundi. Vt sit sensus, quòd his qui in carcere conclusi erant viuentes, scilicet in corpore mortali (quod est quasi quidam carcer animæ) spiritu suæ diuinitatis veniens prædicauit per internas inspirationes: & etiam exteriores admonitiones per ora iustorum. His inquam prædicauit, qui increduli fuerant aliquando. Noe scilicet prædicanti, quando expectabant Dei patientiam, per quam differebatur pœna diluuij: vnde subdit, in diebus Noe, cùm fabricaretur arca.

Epist. 99. à med. illius to. 2.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sinus Abrahæ potest secundum duo considerari: vno modo secundũ quietem quæ ibi erat à pœna sensibili: & quantum ad hoc non competit ei nec nomen inferni, nec sunt ibi aliqui dolores. Alio modo potest considerari quantum ad priuationem gloriæ speratæ: & secundum hoc habet rationem inferni, & doloris. Et ideo nunc dicitur sinus Abrahæ illa requies beatorum, non tamen dicitur infernus, nec dicuntur nunc in sinu Abrahæ esse dolores.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut Greg.* ibidem dicit, ipsa loca superiora inferni profundissimum inferni vocat. Si enim quantum ad celsitudinem cæli, aër iste caliginosus infernus est, quantum ad eiusdem aëris altitudinẽ, terra quę inferius iacet, & infernus intelligi & profundũ, potest. Quantũ verò ad eiusdẽ terræ altitudinẽ, & loca illa inferni, quę superiora sunt alijs receptaculis inferni, hoc modo inferni profundissimi appellatione significantur.

li. 13. Moral. 22. à med.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Conclusio sic habet. Descendit Christus in quemlibet infernum per suũ effectũ, aliter tamen & aliter. Nam in infernum damnatorum descendit confutans illos de sua malitia & incredulitate: illis vero, qui detinebantur in purgatorio spem gloriæ consequendæ dedit, sanctis autem patribus, qui solo peccato originali detinebantur in inferno, lumen æternæ gloriæ infudit. Sed secundum substãtiam anima Christi descendit solum ad infernum patrum. Nam quos per gratiam interius visitabat secundum diuinitatem, eos etiam secundum animam voluit visitare, & loco: sic autem in vna parte inferni existens effectum suum aliqualiter ad omnes inferni partes deriuauit, sicut & in vno loco terræ passus totum mundum sua passione liberauit.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Inferorum vocabulo quid significetur in præsentia. VT hæc veritas de descensu Christi ad inferos euidentius pateat operæpretiũ est docere quid hoc loco inferorum vocabulo intelligendum sit. Et in primis inferos hoc loco pro sepulchro non accipi, vt quidam nõ minus impie, quam imperite putauerunt, certum est. Nam in superioribus demonstratum est ex fide Catholica, Christum Dominum sepultum esse, ob idque cùm rursus docemus descendisse ad inferos liquido constat inferos in hoc tractatu pro sepulchro non accipi, vnde inferorum nomen abdita illa receptacula significat, in quibus sub terra animę detinentur, quæ cælestem beatitudinem nõ sunt consecutæ. Ita vero sacræ literæ hanc vocem multis in locis vsurparunt. Nam apud Apostolum ad Philip. 2. legimus, in nomine Iesu omne genu flecti cęlestium, terrestrium, & infernorum. Et in Actis Apostolorum cap. 2. Petrus testatur Christum Dominum suscitatum solutis inferni doloribus. Et ad Ephes. 4. dicitur, quod Christus descendit in inferiores partes terræ. Et Apoc. cap. 5. expressius habetur, quod inferna sunt sub terra, his verbis. Et nemo poterat neq; in cælo, neq; in terra, nec subtus terram aperire, &c. Hæc receptacula sunt in triplici differẽtia. Vnde in Symbolo dicitur, quod Christus descendit ad inferos plane indicans esse plura inferna. Et ità scriptura testatur esse infernũ superiorẽ & inferiorem. Est enim æternus & obscurissimus carcer, in quo perpetuo & inextinguibili igne damnatorũ animę simul cũ immundis spiritibus torquẽtur, & vocatur infernus inferior, ignis æternus, ignis inextinguibilis, gehenna ignis, locus supplicij sempiterni, lacus ignis & sulphu-

Phil. 2.

Act. 2.

Ephes. 4. Apoc. 5.

Varia esse inferna ex scripturis demonstratur.

Infernus triplex dānatorū, purgatorius, limbus patrū.

sulphuris. Præterea est purgatorius ignis, quo piorum animæ ad definitum tempus cruciatæ expiātur, vt eis in æternam patriam ingressus patere possit, in quam nihil coinquinatū ingreditur. Tertium receptaculi genus est, in quo animæ sanctorum ante Christi aduentum excipiebantur, ibiq; sine vllo doloris sensu beata redemptionis spe sustentatæ quieta habitatione fruebantur, atq; istum locū sancti patres limbum patrum & sinum Abrahæ appellitant, Hebræi vero solent appellare idē receptaculum patriarcharum apothecam cellariam, seu locum conseruatorium animarū iustorum hominum, quod ibi extra tormenta consolabantur expectātes beatam spem & aduentum Saluatoris nostri Dei. Hæc & non plura, nec pauciora sunt receptacula subtus terram, in quibus animę defunctorū detinentur. Quòd si in contrarium obijciat Theologus. Nam datur quartum receptaculum, scilicet limbus puerorū, qui sine sacro baptismate ex hac vita emigrarunt. Respondendū est statim, quod hic locus sub inferno damnatorum comprehenditur. Nā isti pueri in perpetua damnatione existent in perpetuū priuati visione diuinæ essentiæ & beatitudinis participatione, iuxta illud Ioānis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et quidem ad omnia inferna descendit Christus, iuxta illud Ecclesiastici 24. loquentis sub nomine sapiētiæ de filio Dei, Penetrabo, inquit, omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperātes in Domino Sed aliter & aliter, vt D. Tho. exponit in litera. Et hæc autoritas adducta in qua dicitur, quod Christus, qui est Dei sapientia penetrauit omnes inferiores partes terræ, plane iudicat nō localiter secūdū animā omnes circūeundo, sed effectū suę potentię aliqualiter ad omnes extendēdo penetrasse, ita tamē quod solos iustos illuminauit. Sequitur enim in scriptura citata: Et illuminabo omnes sperātes in Domino. Sed dicet Theologus vnde demōstrabit Theologus efficaciter, quod anima Christi non descēdit ad infernum damnatorum cum scriptura dicat expressè, quod penetrauerit omnes partes terræ. Nam interpretari scripturam, quod penetrauerit per effectū suæ virtutis, habet incommodum. Nam videtur, quod incidamus in sensum Durandi superius damnatum. Respondetur tamē, quod hæc veritas efficaciter comprobatur, tū quoniam de inferno damnatorū dicitur Iob. 10. Antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Nulla autem est conuentio lucis ad tenebras, vt dicitur 2. Corinth. 6. ergo Christus, qui lux est ad infernum damnatorum secundum substantiam non descendit. Hoc ipsum confirmatur. Nam videtur dedecere vt Christus Dominus in infernum damnatorum fuerit ingressus, quos virtute suæ potentiæ perterrefacere poterat. Accedit his, quòd ita sentiunt vniuersi Theologi & vniuersi Christiani, communis autem sensus populi Christiani fallax esse non potest. Illud autem obseruandum est illam argumentationem qua quidam vtuntur in huius rei confirmationem haud validam esse, dicunt enim, quòd si anima Christi in infernum damnatorum ingressa fuisset omnes visione gloriæ suæ beatificasset, hanc rationem dico non esse multum validam, nam omnes damnati in die iudicij conspicient euidenter humanitatem Christi, at non beatificabuntur, nam beatitudo non in visione humanitatis Christi, sed in visione diuinitatis consistit. Ex dictis ergo constat, quomodo & qua ratione sit dicēdum, quòd anima Christi pene trauerit partes inferni, secūdum effectum, & non secundum substantiam.

Limbꝰ puerorū qui sine baptismo discedunt, ad infernū dānatorū reduci debet. Ioan. 3.

Eccles. 24.

Iob. 10.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christus fuerit totus in inferno.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit totus in inferno. Corpus enim Christi est pars eius. Sed corpus Christi non fuit in inferno: ergo totus Christus non fuit in inferno. 288 opus. 3. cap. 236.

¶ 2. Prætereà, Nihil cuius partes ab inuicem separatæ sunt, potest dici totum. Sed corpus & anima quæ sunt partes humanæ naturæ, fuerunt ab inuicem separata post mortem: vt suprà dictum est. * Descendit autem ad infernum mortuus existens. Non ergo potuit esse totus in inferno. q. 50. art. 4.

¶ 3. Prætereà, Illud totum dicitur esse in aliquo loco, cuius nihil est extra locum illum. Sed aliquid Christi erat extra infernum: quia & corpus erat in sepulchro, & diuinitas vbique. Ergo Christus non fuit totus in inferno. ¶ Sed contra est, quòd Augustꝰ. * dicit in libro de Symbolo: li. 3. c. 7. circa prin. to.

bolo: Totus Filius apud Patrem, totus in cælo, totus in terra, totus in vtero Virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiso, quò Latronem introduxit.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut patet ex his, quæ in Prima * parte dicta sunt, masculinum genus refertur ad hypostasim vel personam, neutrum autem genus pertinet ad naturam. In morte autem Christi, licet anima fuerit separata à corpore, neutrum tamen fuit separatũ à persona filij Dei, vt suprà dictum est *. Et ideo in illo triduo mortis Christi, dicendum est, quòd totus Christus fuit in sepulchro: quia tota persona fuit ibi per corpus sibi vnitum: & similiter, totus fuit in inferno: quia tota persona Christi fuit ibi ratione animæ sibi vnitæ: totus etiam Christus tunc erat vbique ratione diuinæ naturæ.

p.p.q.31. art.2.ad 4. argum.

q.50.art.2. 3.&4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd corpus quod tunc erat in sepulchro, non est pars personæ increatæ, sed naturæ assumptæ. Et ideo per hoc quòd corpus Christi non fuit in inferno, nõ excluditur, quin totus Christus fuerit: sed ostenditur quòd non fuit ibi totum, quod pertinet ad humanam naturam. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ex anima & corpore vnitis, constituitur totalitas humanæ naturæ, nõ autem totalitas diuinæ personæ. Et ideo soluta vnione animæ & corporis per mortem, remansit totus Christus, sed non remansit humana natura in sua totalitate. ¶ Ad tertium dicendum, quòd persona Christi est tota in quolibet loco, sed non totaliter: quia nullo loco circunscribitur. Sed nec omnia loca simul accepta, eius immensitatem comprehendere possunt, quin imo ipse sua immensitate omnia comprehendit. Hoc autem locum habet in his, quæ corporaliter & circunscriptiuè sunt in loco: quòd si totum sit alicubi, nihil eius sit extrà: sed hoc in Deo locum non habet. Vnde Augu*. dicit in sermone de Symbolo. Non per diuersa tempora vel loca dicimus vbique Christum esse totum, vt modò ibi totus sit, & alio tempore alibi totus, sed vt semper vbique sit totus.

li.3.c.7.in med. to.9.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua, & probatur primo ex D. August. in loco citato à D. Thom. Deinde quia licet anima Christi fuerit ab eius corpore separata, neutrum tamen fuit separatum à persona filij Dei, quapropter in triduo mortis asserendum est totum Christum fuisse in inferno, quia tota persona fuit ibi per animam sibi vnitam.

Conclusio D. August.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Dvrandus in 3. distinctione 22. quæstio. 2. disputat quæstionem huius art. dicitque in huius rei expositionem esse duplicem modum. Vnus est quem hic habet Diuus Thomas, quòd Christus in triduo mortis fuit totus in sepulchro, & totus in inferno ratione personæ quæ vtrique parti mansit vnita. Sed non totum quod erat Christi fuit in inferno, nam caro Christi in sepulchro remansit. Alter modus dicendi est multo clarior, quod secundum veritatem quam omnes fideles tenemur fateri Christus secundum diuinitatem est vbique, secundum vero humanitatem quando viuebat fuit in determinato loco, in triduo autem mortis fuit secundum corpus in sepulchro, secundum vero animam in inferno. Vnde istæ solutiones, Christus fuit in sepulchro, Christus fuit in inferno per synecdochen sunt explicandæ, sicut istæ, Petrus est sepultus Romæ, Petrus est in cælo. Vnde dicit Durandus ad autoritatem August. citatam in articulo, quòd D. Augustinus vsus est nomine Christi pro nomine filij Dei. Vnde sic explicandus est: Totus filius est apud patrem, totus in inferno, imò sic dicit expresse. Certè in his quæ dicit Durand. nihil improbabile mihi videtur.

Explicatur quomodo totus Christus fuerit in inferno. Durandus.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christus aliquam moram traxerit in inferno.

289

3.di.22.q.2.ar.1.q.3. Etop.60.c.21.circa fi.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quòd Christus nullam moram traxerit in inferno. Christus enim

enim ad hoc in infernum descendit, vt ex eo homines liberaret. Sed hoc statim ab eo factum est in ipso suo descensu: facile enim est in conspectu Dei, subitò honestare pauperem: vt dicitur Eccles. 11. Ergo videtur, quòd nullam moram in inferno traxerit.

In ser. 2. de resurre. qui est in ordi. 137. de tẽp. à med. illi' to. 10.

¶ 2. Præterea, Augustinus * dicit in sermone de resurrectione, quòd sine aliqua mora, ad imperium Domini ac Saluatoris, omnes ferrei confracti sunt vectes: vnde ex persona Angelorum concomitantium Christum dicitur. Tollite portas principes vestras. Ad hoc autem Christus illuc descendit, vt vectes inferni confringeret. Ergo Christus in inferno nullam moram traxit. ¶ 3. Præterea, Luc. 23. dicitur, quòd Dominus in cruce pendens dixit Latroni. Hodie mecum eris in paradiso. Ex quo patet quòd eodem die Christus fuit in paradiso. Non autem secundum corpus, quod positum fuit in sepulchro, ergo secundum animam, quæ ad infernum descenderat. Et ita videtur, quòd non traxerit moram in inferno. ¶ Sed contra est, quod Petrus dicit Act. 2. Quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Ergo videtur, quòd vsque ad horam resurrectionis manserit in inferno.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut Christus vt nostras pœnas in se susciperet, voluit corpus suum in sepulchro poni, ita etiam voluit animam suam ad infernum descendere. Corpus autem eius mansit in sepulchro per diem integrum & duas noctes ad comprobandum veritatem mortis suæ. Vnde etiam tantundem credendum est, animam eius fuisse in inferno: vt simul anima eius educeretur de inferno, & corpus de sepulchro.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus statim ad infernum descendens, sanctos ibi existentes liberauit, non quidem statim educendo eos de loco inferni, sed in ipso inferno eos luce gloriæ illustrando. Et tamen conueniens fuit, vt tandiu anima eius remaneret in inferno quandiu corpus manebat in sepulchro.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vectes inferni dicuntur impedimenta, quibus sancti Patres de inferno exire prohibebantur, reatu culpæ primi parentis: quos Christus, statim descendens ad inferos, virtute suæ passionis & mortis confregit. Et tamen voluit in inferno aliquandiu remanere propter rationẽ prædictam*. In corp.ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud verbum Domini, est intelligendum non de paradiso terrestri corporeo, sed de paradiso spirituali: in quo esse dicuntur quicunque diuina gloria perfruuntur. Vnde Latro, loco quidem cum Christo ad infernum descendit, vt cum Christo esset: quia dictum est ei.*Mecũ eris in paradiso. Sed præmio in paradiso fuit: quia ibi diuinitate Christi fruebatur, sicut & alij Sancti. Luc. 22.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Credẽdum est animam Christi fuisse in inferno quandiu corpus eius fuit in sepulchro. Hæc conclusio colligitur ex Actuum 2. capit. Deinde probatur, Christus Dominus vt nostras pœnas in se susciperet, voluit corpus suum in sepulchro poni, & animam suam ad infernum descendere, ergo sicut voluit vt corpus maneret in sepulchro per duos dies, & duas noctes ad comprobandam veritatem mortis suæ, ita etiam credendum est animam eius tantundem fuisse in inferno, vt simul anima eius educeretur de inferno & corpus de sepulchro. Conclusio.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo est difficilis quæstio. Vtrùm anima Christi sanctissima apud inferos existens passa sit aliquam tristitiam vel cruciatum? In cuius rei expositionem non defuere doctores qui ausi sunt affirmare animam Christi voluisse An anima Christi in inferno existens passa sit cruciatũ

se pati pœnam quam damnati patiuntur, aliter tamen quam illi, nam damnati patiuntur illam pœnam inuiti, & reluctantes, & sine spe liberationis, at Christus patiebatur illam pœnam voluntariè, sicut passus est mortem, & tantum gustauit de illa, quantum voluit, & non propter peccata sua, sed propter nostra, & non solum cum certa spe liberationis, verum etiam cum potestate finiendi & terminandi cruciatum illum, quando sibi collibitum fuerit. Et mouentur ad istam sententiam tenendam. ¶ In primis ex illis verbis Diui Petri Actuum 2. Quem Deus suscitauit à mortuis solutis inferni doloribus iuxta quod impossibile erat illum teneri ab eo, quibus in verbis videtur significari, quòd Christus Dominus à doloribus inferni fuerit liberatus, & solutus, & sic quod in eisdem fuerit detentus. ¶ Idem confirmari potest ex Psalm. 17. vbi post cruciatus & dolores mortis dicit Christus se circundatum fuisse doloribus inferni & præoccupatum fuisse laqueis mortis, quibus verbis videtur significari, fuisse detentum & veluti ligatum in inferno, ita vt inde per triduum non posset exire. ¶ Aliũ locum adducunt ex Psalm. 87. in quo secundum expositionem D. Hieronym. continentur sacramenta passionis Domini, vbi sic dicitur, quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit, æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber; posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis, & in vmbra mortis. Certè his verbis describuntur varij dolores, & varij cruciatus, quos Christus Dominus passus est post mortem. Sed & ille locus ex Psalm. 141. istam videtur confirmare sententiam, vbi dicitur. Educ de custodia animam meam ad cõfitendum nomini tuo, me expectant iusti donec retribuas mihi, quibus verbis secundum expositionem Diui Hieronymi, precatur Christus vt liberetur à carcere inferni, quod quidem non fecisset, si aliquam tristitiam nõ afferret. ¶ Deindè sic arguitur, nam si Christus Dominus voluit mori, vt liberaret nos à morte prima, & donaret resurrectionem, & vitæ immortalitatem, quid est quòd dubitemus, voluisse inferni cruciatus sustinere, vt nos ab illo & à morte secunda eriperet? ¶ In patrocinium etiam huius sententiæ solent adduci aliæ rationes probabiles. Etenim Petrus meruit grauem reprehensionem, & notatur à Christo, vt ignarus secretorum diuinorum, & sathanas, quia sibi videbatur res Christo indigna pati pro nobis crucis mortem, similem profecto merentur reprehensionem, qui obstinate negant animam sanctissimam Christi Domini passam fuisse cruciatum inferni, quia vt sibi videtur, est res indigna Christo Domino talem pœnam sustinuisse, merentur vtique reprehensionem, vt ignorantes infinitam bonitatem & misericordiam Christi Domini. ¶ Adducunt præterea aliam rationem, nam quanto plura pro nobis Christus Dominus fecit & pertulit, tanto magis sumus obstricti ad cognoscendum, & confitendum grauitatem & abominationem nostrorum peccatorum, & ad Christum amandum, prostrandumque nos coram illius pedibus. ¶ Accedit his, quod Diuus Thomas in hoc articulo expressè docet, quod passiones & dolores Christi Domini non habuerint finem vsque in diem resurrectionis, & inter illius dolores numerat in hoc articulo existentiam Christi apud inferos. Et dominus Caietanus in hoc articulo, & expressius in secundo articulo affirmat, quod anima Christi in inferno patiebatur aliquam pœnalitatem. Et mouetur ex illo, quia inter beneficia Dei reputatur per Prophetam, quod non dereliquit animam Christi in inferno. Et in fauorem Caietani facit, quòd Sanctus Thomas dicit in principio articuli primi, quod quia Christus venerat portare pœnam, vt nos à pœna liberaret, ex peccato autem homo incurrerat, non solum mortem corporis, sed etiam descensum ad inferos, ideo conueniens fuit, vt Christus descenderit ad inferos. Ex quibus verbis videtur, quod quia nos ex peccato incurrimus illam pœnam inferni, Christus illam portauerit. ¶ Confirmatur hoc ipsum, quia non est magis inconueniens, quod anima pateretur, tunc quam ante mortem. Videtur enim quod anima fuerit passibilis ante resurrectionem. Et profecto non videtur maius inconueniens, quod anima pateretur in inferno, quam corpus in sepulchro, at corpus patiebatur in sepulchro, ergo & anima in inferno. ¶ De hac quæstione, an anima Christi Domini fuerit omnino impassibilis? disputant doctores in 3. distinctione 22. nominatim Bonauentura, Gabriel, Dionysius. In cuius rei elucidationem pro certo statuendum est, quod post mortem anima Christi nullam passa est tristitiam nec pœnam. Idque in primis confirmo ex illis verbis dictis ad latronem, hodie mecum eris in paradiso. In quibus apertè videtur significare, quod post mortem, neq; in Christo, neq; in latrone fuerit aliqua tristitiæ species; alioqui quomodo propriè dici posset, quod essent in paradiso? Sed & illa sententia scripturę consummatũ est,

eandem

Argumen. pro parte affirmatiua quæstionis. Primum argumentũ. Act. 2.

Secundum. Psal. 17.

Tertium. Psal. 87.

Psal. 141.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum D. Thom.

Caietanus.

Confir.

Bonauent. Gabr. Dionys.

Post mortẽ anima Christi nullã passa est tristitiã nullũq; cruciatum.

eandem veritatem declarat, nam non habet alium sensum, nisi quod erat finitum & consummatum totum mysterium Christi cruciatibus & doloribus coniunctum. Ad hæc anima Christi post mortem erat perfecte beata, ergo erat omnis doloris expers, secus in via quia erat vnita corpori passibili & nõ beato, & ideo patiebatur. Prætereà, nõ est maior ratio de anima Christi post mortem, quam de alijs animabus beatis, sed aliæ animæ beatæ nullum patiuntur dolorem, ergo neque anima Christi. Item anima illa sanctissima iam erat extra statum merendi, vt quid ergo cruciatus & dolores patiebatur? Deinde ille dolor non potest poni in anima beata, nisi per miraculum & extra legem. Nam secundũ legem anima beata expers omnis cruciatus & doloris est, miracula vero sine necessitate inducenda non sunt. Ampliùs tristitia est de ijs, quæ nobis nolentibus accidunt, sed anima Christi non detinebatur inuita & reluctans sed voluntariè, vt patet ex illo Actor. 2. soluAct. 2. tis inferni doloribus, iuxta quod impossibile erat illum detineri ab eo. Sane scriptura dicit, quod in descensu cõfregit vectes ferreos, vincula disrupit, aperuit carcerem, & sancti asserunt, quod descendit vt victor, triumphator, non vt captiuus. De qua re optime loquitur D. Augustinus sermone 137. de tempore. Ex D. August. his manet certum & exploratum, quòd Christus Dominus post mortem nullam passus est tristitiam aut pœnam, & existimo esse temerariam sententiam, asserere quod sustinuerit dolores inferni, quos patiuntur damnati. Nã hæc sententia cum sit stupẽda & inaudita nõ debet affirmari sine autoritate scripturæ aut Ecclesiæ. Et plusquam temerarium iudico dicere, quod Christus Dominus in inferno detentus fuerit inuitus. ¶ Sed iã respondeamus argumentis in cõtrarium adductis & in summa ad omnia illa argumenta responderi potest, quod Deus pater suscitauit Christum solutis inferni doloribus, id est, solutis doloribus mortis, vt habet alia lectio. Ita interpretatur Erasmus, Caietanus, Pagninus. Vt sit sensus, quod per resurrectionem liberatus sit à doloribus, quos passus est in morte. Secunda explicatio est, quam habet D. Thom. artic. 2. ad 2. quod duplex est dolor, vnus de passione pœnæ, quem patiuntur homines pro peccato actuali, secundum illud Psalm. 17. doPsal. 17. res inferni circundederunt me. Alius autem dolor est de dilatione speratæ gloriæ, secunProu. 13. dum illud Prouerb. 13. spes quæ differtur, affligit animam. Quem quidem dolorẽ patiebantur sancti patres in inferno, ad quod significandum Augustinus in sermone de resurrectioD. August.

Ad argum. Quomodo Christus sit liberatus solutis inferni doloribus varie explicatur. Erasmus. Caiet. Pagninus. D. Thom.

ne, dicit, quod lacrymabili obsecratione Christum orabant. Vtrosque autem dolores Christus soluit ad inferos descendens: aliter tamẽ & aliter. Nam dolores pœnarum soluit, præseruando ab eis; sicut medicus dicitur soluere morbum, à quo præseruat per medicinam. Dolores autem causatos ex dilatione gloriæ actualiter soluit, gloriam præbendo. Itaque sensus est, quod Christus Dominus liberauerit patres à doloribus inferni. Tertia explicatio est, quod Christus Dominus fuerit suscitatus à patre solutis doloribus & pœnalitatibus ipsius Christi. Tres namque pœnalitates habuit Christi anima apud inferos. Prima erat esse separatam à corpore. Secunda erat, quod esset in inferno loco vili & abiecto, & longè à beatorum patria disito. Tertia ad idem pertinebat, quod corpus iacebat exanime in sepulchro. Istæ omnes pœnalitates erãt pœnæ peccati nostri, non sui, quasi pse pro nobis voluntarie sustinuit. Ex eis vero nullã tristitiam patiebatur in anima, sicuti anima separata, quæ in vita beata consistit licet nonnulla pœnalitas sit, quod sit à corpore separata, nullam tamen inde tristitiam habet.

De pœnalitatib⁹ quas Christus apud inferos passus est.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm Christus descendens ad inferos, sanctos Patres inde liberauerit.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd Christus descendens ad inferos, sanctos Patres inde nõ liberauerit. Dicit enim Augu. in epistola ad Euodium*. Illis iustus qui in sinu erant Abrahæ, cùm Christus in inferna descenderet, nondum quid contulisset inueni: à quibus eum secundum beatificam præsentiam suæ diuinitatis, nunquam video recessisse. Multum autem eis contulisset, si eos ab inferis liberasset. Nõ ergo videtur, quòd Christus sanctos Patres ab inferis liberauerit. ¶ 2. Prætereà, Nullus in inferno detinetur, nisi propter peccatum. Sed sancti Patres dum adhuc viuerent, per fidem Christi iustificati fuerant à peccato. Ergo non indigebant liberari ab inferno, Christo ad inferos descendente. ¶ 3. Prætereà, Remota causa, remouetur effectus. Sed causa descendendi ad inferos est peccatum, quod fuit remotũ per passionẽ Christi,

290 3. di. 22. q. 2. ar. 2 q. 1ª Et op. 3 ca. 242.

Est epi. 99. declinando ad medium illius, to. 2.

q 50.art.6. Christi, vt suprà dictum est*. Non ergo per descensum Christi ad inferos, sancti Patres sunt de inferno educti. ¶ Sed

In ser.2.de resurr. qui est 137. in ord.post med.to. 10 contra est, quod Augustinus* dicit in sermone de resurrectione, quòd Christus quando ad inferos descendit, portam inferni & vectes confregit, & omnes iustos qui originali peccato astricti tenebantur, absoluit.

Respondeo dicendum, quòd (sicut

Arti. præc. ad 2. argu. suprà dictum est*) Christus descendens ad inferos, operatus est in virtute suæ passionis. Per passionẽ autem Christi liberatum est genus humanum, non solùm à peccato, sed etiam à reatu pœnæ, vt suprà dictum est.*

q.49 art.3. & q 50.artic.6. Dupliciter autem homines reatu pœnæ erant astricti. Vno modo pro peccato actuali, quod quilibet in sua persona commiserat. Alio modo pro peccato [illegible]us humanæ naturæ, quod à primo parente in omnes originaliter deuenit: vt dicitur Rom.5. Cuius quidem peccati pœna est mors corporalis, & exclusio à vita gloriæ (vt patet ex his quæ dicuntur Genes.2.&3.) nam Deus hominem de paradiso post peccatum eiecit, cui ante peccatum mortem fuerat cõminatus, si peccaret. Et ideo Christus descendens ad inferos, virtute suæ passionis ab hoc reatu Sanctos absoluit, quo erant à vita gloriæ exclusi, vt possent Deum per essentiam videre, in quo consistit perfecta hominis beatitudo, vt in Secũda par

P.2.q.3.artic.8. te dictũ est*. Per hoc autẽ sancti Patres detinebãtur in inferno, quòd eis ad vitam glorię, propter peccatũ primi parẽtis, aditus non patebat. Et sic Christus descẽdens ad inferos, sanctos Patres ab inferis liberauit. Et hoc est quod dicitur Zach.9. Tu verò in sanguine Testamenti tui, eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et Coloss.2. dicitur, quòd expolians principatus & potestates, scilicet infernales, auferendo Abra-

*gl.interlinea.& ord. simul. hã, Isaac & Iacob & cæteros iustos, traduxit eos, id est, lõgè ab hoc regno tenebrarũ, ad cęlũ duxit, vt glo. ibidẽ dicit.

Ad primum ergo dicendum, quòd Augustinus† ibi loquitur contra quosdam qui æstimabãt antiquos iustos ante aduentum Christi, in inferno doloribus pœnarum fuisse subiectos. Vnde parũ ante verba inducta præmittit dicens*, Addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam Sanctis fuisse concessum, vt Dominus cùm in infernum venisset, à doloribus soluerẽtur. Sed quonam modo intelligatur Abraham, in cuius sinũ etiam pauper ille susceptus est, in illis fuisse doloribus: ego quidẽ non video. Et ideo cùm postea subdit, se nondum inuenisse quid descensus Christi ad inferos, antiquis iustis contulerit, intelligendum est quãtum ad absolutionem à doloribus pœnarum: contulit tamen eis quantum ad adeptionem gloriæ: & per consequẽs soluit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriæ. Ex cuius tamen spe magnum gaudium habebant: secũdum illud Ioan.8. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum. Et ideo subdit, A quibus eum secundum beatificam præsentiam suæ diuinitatis, nunquam video recessisse: in quantum scilicet, ante aduentum Christi erant beati in spe, licet nondũ essent perfectè beati in re. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sancti Patres dum adhuc viuerent, liberati fuerunt per fidem Christi ab omni peccato tam originali, quàm actuali, & à reatu pœnæ actualium peccatorum: non tamen à reatu pœnæ originalis peccati per quem excludebãtur à gloria, nondum soluto pretio redẽptionis humanæ. Sicut etiam nunc fideles Christi liberantur per baptismum à reatu actualium peccatorum, & à reatu originalis quantum ad exclusionem à gloria: remanent tamẽ adhuc obligati reatu originalis peccati, quantum ad necessitatem corporaliter moriendi: quia renouantur secundum spiritũ, sed nondum secũdum carnem: secũdũ illud Rom.8. Corpus quidem mortuum est propter

Loco citato in arg.

Est Epist. 99. ante mediũ, to.2.

peccatum, ſpiritus vero viuit propter iuſtificationem. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ſtatim Chriſto mortem patiente, anima eius ad infernũ deſcendit, & ſuæ paſsionis fructum exhibuit Sanctis in inferno detentis, quãuis ex loco illo non exierint, Chriſto apud inferos commorante: quia ipſa Chriſti præſentia pertinebat ad cumulum gloriæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio. Auguſt. CONcluſio eſt affirmatiua. Quę probatur ex D. Aug. in ſermone de paſsione. Vbi dicit, quod Chriſtus quando ad inferos deſcẽdit portam inferni & vectes confregit, & omnes iuſtos qui originali peccato aſtricti tenebantur abſoluit. Deinde probatur, quia per paſsionem eius liberatum eſt genus humanũ non ſolum à peccato, ſed etiam à reatu pœnę, videlicet pro peccato actuali, quod quilibet in ſua perſona commiſerat, & pro peccato originali, quod à primo parente originaliter in omnes deuenit: cuius peccati pœna mors corporalis eſt, & excluſio à vita gloriæ. Quare deſcendens ad inferos Chriſtus virtute ſuæ paſsionis ab hoc reatu ſanctos abſoluit, quo erant à vita gloriæ excluſi, vt poſſent Deum per eſſentiam videre: in quo perfecta noſtra beatitudo conſiſtit: aditus enim ad vitam gloriæ illis nõ patebat. Vnde ſicut dicitur Zachariæ. 9. Tu vero in ſanguine teſtamenti, &c. & ad Coloſſenſes. 2. expoliãs poteſtates, & principatus, deſcendens Chriſtus ad inferos Sanctos liberauit.

Zach. 9. Ad Col. 2.

EXPOSITIO ARTICVLI.

De limbo Patrũ ſcripturæ. DE limbo Patrum ſiue de ſinu Abrahę in quo animæ ſanctorum Patrũ detinebantur expectantes aduentũ magni Saluatoris noſtri Dei, ſatis & abundè teſtatur nobis ſcriptura diuina Lucæ. 16. in quo ſit ſermo de ſinu Abrahæ. Vbi extra tormenta poſitus Lazarus conſolationem habebat. Deſcẽdit itaq; Chriſtus ad inferos vt ſanctos illos Patres, cæteroſq; pios ſecum adduceret in cœlum. Hanc vero piorum patrum liberationẽ Oſeas multo ante prædixerat in hũc modum ca. 13. Ero mors tua, ô mors, morſus tuus ero inferne. Quaſi dicat redẽptione, quæ eſt in ſanguine meo mors quidẽ ero totius mortis, ſed nõ niſi morſus inferni, quia non auferã totũ infernũ, ſed tantũmodo limbũ Patrũ. Nam certè limbum ſeu ſinũ Abrahæ prorſus abſtulit Chriſtus cõfringens illius portas, vectes ferreos, & vincula vniuerſa, hoc eſt, omnẽ vim & poteſtatẽ vltrà retinẽdi purgatas animas Sanctorum; vnde ſic canit Eccleſia. Inferni clauſtra penetrãs, tuos captiuos redimẽs, victor trium pho nobili, ad dexterã patris reſidẽs. Hoc etiã ſignificauit Zacharias Propheta cum ait: Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Id ipſum deniq; expreſsit Apoſtolus illis verbis: expolians principatus & poteſtates, traduxit cõfidẽter, palam triũphans illos in ſemetipſo. Verum, vt huius myſterij vim melius intelligamus, ſæpè illud memoria repetere debemus, pios homines, nõ ſolum qui poſt aduẽtũ Domini in lucẽ editi erant, ſed qui illum poſt Adã anteceſſerunt, vel qui vſq; ad finẽ ſæculi futuri ſunt, eius paſsionis beneficio ſalutẽ cõſecutos eſſe. Quamobrẽ, antequã ille moreretur ac reſurgeret, cœli portæ nemini vnquã patuerũt: ſed piorũ animę, cũ quibus exceſsiſſet, vel in ſinum Abrahæ deferebantur, vel quod etiã nũc ijs cõtingit, quibus aliquid diluendũ & perſoluendum eſt, Purgatorij igne expiabãtur. ¶ Eſt illa pręterea cauſa, cur deſcẽderit ad inferos Chriſtus Dominus vt ibi etiã (quemadmodũ in cœlo & in terris) vim ſuã, poteſtatẽq; declararet, & omnino vt in nomine eius omne genu flecteretur cœleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ. Quo loco quis ſummã Dei benignitatẽ in genus humanũ non admiretur & obſtupeſcat? qui nõ modo pro nobis acerbiſsimã mortẽ ſubire, ſed infimas etiam terræ partes penetrare voluerit, vt ſibi chariſsimas animas inde ereptas, ad beatitudinẽ traduceret? His ad hunc modum cõſtitutis eſt parua quæſtio, vtrum patres exiſtẽtes in limbo paterentur aliquã afflictionẽ & triſtitiã ex gloriæ dilatione, quã expectabant? Et videtur quod non. Nam Patres ſancti expectantes beatam ſpem non erant peioris cõditionis quã pueri decedẽtes cum ſolo peccato originali, ſed iſti pueri non habent triſtitiã aut afflictionem vt ſentiũt pleriq; Theologi ſed tantum pœnam damni, quæ in priuatione diuinæ viſionis cõſiſtit, ergo nec ſancti illi Patres aliquam afflictionẽ ſentiebant. Caietanus tamẽ in hoc articulo contrarium tenet, cuius hæc ſunt verba. Aduerte, quod cũ hoc, quod ſancti Patres in limbo immunes eſſent à pœna ſenſus, ſtat dolor ſeu afflictio ex ſpe dilata: quia huiuſmodi dolor ſpectat ad pœnã damni, contra quã diuiditur pœna ſenſus: ita quod cũ negatur ab eis pœna ſenſus, intelligitur de pœna ſenſu diſtincta cõtra pœnã damni & per ſe concomitantia illã. Nec eſt mirũ, quieté ſanctorum Patrum inquietudinẽ hanc habuiſſe admiſtam, cum ſanctorũ animæ in patria cœleſti, nõ nihil inquietudinis habeãt, qua ſuſpirant ad corporum reſurrectionem: ita vt dictum ſit illis.

Sũma Dei benignitas in deſcẽſu ad inferos declaratur.

Patres in limbo exiſtentes pœnam aliquã patiebantur. Caietanus.

Suſtinete

Apoc. 6. Sustinete adhuc modicũ tempus donec adimpleatur numerus fratrũ vestrorum. Apoc. 6. vtrorumq; siquidẽ inquietudo imperfectionis cuiusdã in eis existentis testis est. Hæc autem sententia Caietani quam consentanea sit 5. Tho. doctrinæ D. Tho. facilè est intelligere ex articulo. 2. huius quæstionis ex solutione secũdi. Vbi distinguit duplicẽ dolorem & cruciatũ. Vnum de passione pœnæ quem patiũtur homines pro peccato actuali. Alterũ de dilatione Prouer. 13. speratæ gloriæ secundum illud Prouer. 13. spes quæ differtur affligit animam, quem quidem dolorẽ patiebantur sancti Patres in inferno. ¶ Ad argumentũ in contrariũ respondetur, non esse absonũ neq; alienũ à vera Theologia asserere, quod pueri discedentes cum solo peccato originali tristentur de carentia diuinæ visionis. Neque ex hoc inferat Theologus, quod crucientur pœna sensus. Nam hæc tristitia ad pœnã damni refertur nõ ad pœnã sensus, quæ in cruciatu ignis consistit. Secundo respondetur non militare eandem rationem, quia pueri eiusmodi cum videant fieri non posse vt beatitudinem consequantur, de hac re non tristantur. Vident enim tristitiam nihil proficere. Verumtamen Patres sancti in limbo sperabant quotidie gloriam suæ beatitudinis, & spes quæ differtur affligit animam vt iam dictum est.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm Christus aliquos damnatos ab inferno liberauerit.

291 3. di. 22. q. 2. ar. 2 q. 2. Et opu. 3. c. 242. AD sextũ sic proceditur. Videtur, quòd Christus aliquos dãnatos ab inferno liberauit. Dicitur enim Isa. 24. Cõgregabitur cõgregatione vnius fascis in lacũ, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabũtur. Loquitur autem ibi de damnatis, qui militiam cæli adorauerant. Ergo videtur, quòd etiã damnati, Christo descẽdente ad inferos, sint visitati: quod ad eorum liberationẽ videtur pertinere. ¶ 2. Prẽterea, Super illud Zacha. 9. Tu autem in sanguine Testamenti tui, eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua, dicit glo. interlinear. ibid. glo*. Tu eos liberasti, qui tenebantur vincti carceribus, vbi nulla misericordia eos refrigerabat, quã diues ille petebat. Sed soli damnati includũtur carceribus absq; misericordia: ergo Christus liberauit aliquos de inferno damnatorum. ¶ 3. Prætera, Potentia Christi nõ fuit minor in inferno, quàm in hoc mũdo: vtrobiq; enim operatus est per potentiã suæ diuinitatis. Sed in hoc mũdo, de quolibet statu aliquos liberauit: ergo etiam in inferno liberauit aliquos etiam de statu damnatorũ. ¶ Sed contra est, quòd dicitur Oseæ 13. Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne, glo*. Electos educendo, reprobos ibidẽ relinquẽdo. Sed soli reprobi sunt in inferno damnatorum. Ergo per descensum Christi ad inferos, non sunt aliqui de inferno damnatorum liberati. glos. Interlinea. ibid.

Respondeo dicendũ, quòd (sicut suprà dictũ est) Christus descendens ad inferos, operatus est in virtute suæ passionis. Et ideo eius descensus ad inferos, illis solis liberationis cõtulit fructũ, qui fuerũt passioni Christi cõiuncti per fidem charitate formatã, per quam peccata tolluntur. Illi autẽ qui erãt in inferno damnatorũ, aut penitus fidẽ passionis Christi non habuerant sicut infideles: aut si fidẽ habuerant, nullam conformitatem habebant ad charitatem Christi patientis. Vnde nec à peccatis suis erant mundati. Et propter hoc, descensus Christi ad inferos non contulit eis liberationem à reatu pœnæ infernalis. arti. præce.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd Christo descendente ad inferos, omnes qui erant in quacũq; parte inferni sunt aliqualiter visitati: sed quidã ad suã consolationẽ, & liberationẽ, quidã autem ad suam confutationem & confusionem, sicut dãnati. Vnde ibidem subditur, Et erubescet luna, & confundetur sol, &c. ¶ Potest etiam hoc referri ad visitationem, qua visitabuntur in die iudicij: nõ vt liberẽtur, sed vt amplius cõdemnentur: secundum illud Sophoniæ. 1. Visitabo super viros defixos in fæcibus suis. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd cùm dicitur in glo*. Vnde nulla misericordia eos refrigerabat, intelligendum est quantũ ad refrigerium perfectæ liberationis: quia sancti Patres ab illis inferni Posita in argu. 2.

carceribus ante Christi aduentum non poterant liberari. ¶ Ad tertium dicendum, quòd non fuit propter Christi impotentiam, quòd non sunt aliqui liberati de quolibet statu infernalium, sicut de quolibet statu mundanorum: sed propter diuersam vtrorumque conditionem. Nam homines quandiu viuunt possunt ad fidem & charitatem conuerti: quia in hac vita non sunt homines confirmati in bono vel malo, sicut post exitum ab hac vita.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Osee. 13. CONclusio est negatiua. Quæ probatur ex eo quod dicitur Oseæ. 13. Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne, glo. Electos educēdo, reprobos ibidem relinquēdo: sed soli reprobi sunt in inferno damnati, ergo per descensum Christi ad inferos, nō sunt aliqui de inferno damnatorum liberati. Præterea, quia operatus est salutem in virtute suæ passionis. Vnde liberationis fructum illis solis contulit, qui passioni Christi cōiuncti fuerunt per fidem & charitatem, damnati autem fidē passionis non habebant, nec aliquam cōformitatem ad charitatem Christi patiētis: & ideo descensus Christi ad inferos nō cōtulit eis liberationem à reatu pœnæ infernalis.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumēta contra conclusionē. Primū arg. Isai. 24. CONtra conclusionem propositam sunt quatuor argumenta, quæ cuiq; Theologo possunt facessere negotium. Dicitur enim Isaiæ. 24. Congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. Loquitur autem ibi de damnatis, qui militiam cœli adorauerant, ergo videtur quod etiā damnati Christo descendente ad inferos sint visitati: quod ad eorum liberationem videtur pertinere. ¶ Præterea illud Zacha. 9. Tu autem in sanguine testamēti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua, dicit glo. Tu eos liberasti, qui tenebantur vincti carceribus, vbi nulla misericordia eos refrigerabat, quam diues ille petebat: sed soli damnati includuntur carceribus absque misericordia, ergo Christus liberauit aliquos de inferno dānatorū. ¶ Præterea, potentia Christi non fuit minor in inferno, quam in hoc mundo: vtrobiq; enim operatus est per potentiam suæ diuinitatis: sed in hoc mundo, de quolibet statu aliquos liberauit, ergo etiā in inferno liberauit aliquos etiā de statu dānatorū. ¶ Vltimo, suffragia Ecclesiæ prosunt damnatis ad salutem, ergo multo magis potuit prodesse descensus Christi ad inferos, vt inde eos eriperet. Antecedens probatur ex verbis Augustini. in Enchiridio ca. 110. dicentis, quod quibus valent suffragia, vel ad hoc prosunt vt sit plena remissio, vel ad hoc, vt tolerabilior sit eorum damnatio: sed plena remissio nō fit nisi in Purgatorio, & damnati nulli sunt nisi in inferno: ergo illis prodesse possunt, vt tolerabilius crucientur. Accedit, quod vt in historia quadam vitę Gregorij refertur, Traianus, qui magno annorum numero in inferno cruciabatur, precibus eiusdē dui inde fuit liberatus. Quinuero Damascenus in egregio illo sermone, de his qui in fide hinc migrarunt, id ipsum testatur dicēs, quod illius historiæ testis est Oriens omnis & Occidens. ¶ Ad hæc argumenta statim satisfacien dum est. Ad primum dicendū, quod Christo descendente ad inferos, omnes qui erant in quacunque parte inferni, sunt aliqualiter visitati: sed quidam ad suam consolationē, & liberationem, quidam autem ad suam cōfutationem & cōfusionem, sicut damnati. Vnde ibidem subditur, & erubescet luna, & confundetur sol, &c. Potest etiam hoc referri ad visitationem, qua visitabuntur in die iudicij nō vt liberentur, sed vt amplius condemnentur, secundum illud Sophoniæ. 1. Visitabo super viros defixos in fœcibus suis. ¶ Ad secundum dicēdum, quod cum dicitur in glo. Vbi nulla misericordia eos refrigerabat, intelligendum est, quantū ad refrigerium perfectæ liberationis: quia sancti Patres ab illis inferni carceribus ante Christi aduentum non poterant liberari. ¶ Ad tertium dicendum, quòd non fuit propter Christi impotentiam quod non sunt aliqui liberati de quolibet statu infernalium, sicut de quolibet statu mundanorū: sed propter diuersam vtrorumq; cōditionem. Nam homines quandiu viuunt possunt ad fidē & charitatem conuerti, quia in hac vita non sunt homines confirmati in bono vel malo, sicut post exitum ab hac vita. ¶ Ad vltimum prætermissis multis glosis interpretum iuris Canonici super capitulum tempus. 13. q. 2. dicendum est, antecedens argumenti falsum esse. Diuisio enim trimembris Augu. manifestè de tribus diuersis receptaculis intelligitur: appellat enim valde bonos cunctos felices in Paradiso existentes, & ideo ait, quod suffragia respectu illorū, qui illis non indigent, sunt gratiarum actiones: sed valde malos appellat per contrariū extremū vniuersos qui sunt in inferno, tam Christianos, quā infideles, etiamsi minimo peccato mortali discesserint: idem enim est valde mali, quod inimici Dei, & istis ait nullatenus suffragia nostra esse adiuméta, sed

Secundum. Zach. 9.

Tertium.

Vltimum.

Augus.

Gregorius.

Damasc.

Ad argumēta.

Ad primū.

Sophon. 1.

Ad secūdū.

Ad tertiū.

Ad vltimū.

sed sunt qualescunque viuorũ consolationes. Et idẽ est de existentibus in limbo puerorũ. Igitur per nõ valde malos, omnes, soloſq; intelligit existentes in Purgatorio, qui dicũtur esse & mediocriter boni & mediocriter mali: qui ita sunt amici Dei, vt tamẽ in tẽpus arceã tur ab eius cõspectu. Et de istis duntaxat subdit suffragia illis, vt propitiationes prodesse, vel vt sit plena remissio, vel vt tolerabilior sit damnatio: non enim loquitur de damnatione inferni, sed appellat damnationẽ illam condemnationẽ Purgatorij. Nam cum pœnæ illæ sint longè inæquales, & pariter suffragia, quãdoq; cõtingit, vt per vnum suffragiũ tota pœna tollatur, quandoq; vero non, nisi quod vna pars remittatur. ¶ Historia vero illa de Traiano D. Thomam, Altisiodorensem, & Theologorũ plerosq; non parũ mouet. Nam quãuis apud Gregoriũ ipsum nõ reperiatur, Damascenus tamen illi autoritatẽ adrogat. Et primũ omnes cõsentiunt non potuisse Traianum ab inferno eripi nisi per eius cõtritionẽ & conuersionẽ; repugnaret nanq; legi Dei aliter fieri. Et ideo aiunt precibus Gregorij resuscitatũ in paruulum tẽpus, quo conuersus iterũ defunctus est & saluus factus. Quin vero Altisiodorensis in illo capit. de damnatis lib. 4. plures existimat ab Apostolis ex damnatis infidelibus resuscitatos, qui ideo potuerũt salui fieri. Quod si ita est, necesse est subinde dicere conclusionẽ perpetuitatis inferni intelligi secundũ legẽ ordinariã, sed ex priuilegio posse inde animas erui. Sed de Traiano, an precibus beati Gregorij fuerit ab inferno liberatus in vita Gregorij legitur, quod orauit pro eo, & exauditus est, & in pœnã temeritatis, quia talia postulare ausus est, accepit optionẽ, vel quod esset duobus diebus in Purgatorio, vel quod duceret totã vitã in languoribus, & eligens secũdũ laborauit podagra & dolore stomachi. Sed ista nõ magnã fidem faciunt, cũ ipse Gregorius in suis operibus nullam huius rei faciat mentionẽ, cæterum Damascenus in quodã sermone testatur hoc idẽ, quod Gregorius orauit pro eo, & audiuit vocem dicẽtẽ sibi. Vocẽ tuã audiui, & veniã Traiano do. Et addit, quod huius rei testis est Oriens omnis & Occidẽs. Et Damascenus est magnæ autoritatis. Et S. Tho. hoc refert 4. d. 45. q. 2. art. 2. ad 5. Et iterũ in primo sententiarũ dist. 43. q. 2. art. 2. ad 5. Sed re vera Damascenus antiquior fuit Gregorio ducentis annis. Nam floruit sub Theodosio Imperatore & fuit illi à secretis. Gregorius vero sub Mauritio, ergo non potuit de eo talia scribere, sed necesse est illud opus alterius esse, & non magni Damasceni. Denique si vera est illa historia, cuiuscunq; sit, necessario videtur dicẽdũ, nõ quod translatus sit ex inferno ad gloriam, quod est omnino cõtra legẽ, sed quod est reuocatus ad vitã, & egit pœnitẽtiã sicut & alij multi Gentiles, qui susciti leguntur. Hoc enim non est cõtra legẽ. De Traiano quatuor sunt opiniones, sed nulla est tolerabilis præter istã. Vide quæstionẽ longissimè disputatã ab Abulensi super 4. Regum. 4. q. 57.

Historia de Traiano ab inferno liberato.

Gregorius

Damascẽ.

D. Thom.

Abulensis.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Vtrùm pueri qui cum originali peccato decesserãt, fuerint à Christo liberati.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd pueri qui cũ originali peccato decesserant, fuerint per descẽsum Christi, liberati ab inferno. Non enim tenebãtur in inferno, nisi pro peccato originali, sicut & sancti Patres: Sed sancti Patres sunt ab inferno liberati per Christũ, vt suprà dictũ est*. Ergo & pueri similiter per Christũ sunt ab inferno liberati. ¶ 2. Præterea, Apostolus dicit Roman. 5. Si vnius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei & donũ, in gratia vnius hominis Iesu Christi, in plures abũdauit. Sed propter peccatũ primi parẽtis, pueri cũ solo originali peccato decedentes, in inferno detinẽtur. Ergo multo magis per gratiã Christi sunt ab inferno liberati. ¶ 3. Præterea, Sicut baptismus operatur in virtute passionis Christi, ita & descensus eius ad inferos, vt ex dictis patet*. Sed pueri per baptismũ liberãtur à peccato originali & ab inferno. Ergo similiter liberati sunt per descẽsum Christi ad inferos. ¶ Sed cõtra est, quod Apostolus dicit Roman. 3. quòd Deus proposuit Christũ propitiatorẽ per fidẽ in sanguine eius. Sed pueri, qui cum solo peccato originali decesserãt, nullo modo fuerãt participes fidei Christi. Ergo non perceperunt fructum propitiationis Christi, vt per ipsum ab inferno liberarentur.

292

3. di. 22. q. 2. ar 2. q. 3. Et opu. 3. c. 242.

Arti. 4. huius q. 2. ad 2.

Art. 5. & 6. præc.

Respondeo dicendũ, quòd (sicut suprà dictũ est*) descensus Christi ad inferos, in illis solis effectũ liberationis habuit, qui per fidẽ & charitatẽ passioni

art. præce.

Christi coniungebãtur, in cuius virtute descẽsus Christi ad inferos liberatorius erat. Pueri autẽ, qui cum originali peccato decesserant, nullo modo fuerãt cõiuncti passioni Christi per fidem & dilectionẽ. Neque enim fidẽ propriam habere potuerãt, quia nõ habuerãt vsum liberi arbitrij: neque per fidem parẽtũ, aut per aliquod fidei sacramentum fuerãt à peccato originali mũdati. Et ideo descensus Christi ad inferos, huiusmodi pueros non liberauit ab inferno. Et præterea sancti Patres ab inferno sunt liberati, per hoc quòd sunt ad gloriã diuinæ visionis admissi, ad quam nullus potest peruenire nisi per gratiã, secũdũ illud Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Cùm igitur pueri cum originali peccato decedentes, gratiam non habuerint, non fuerunt ab inferno liberati.

Ad primũ ergo dicẽdũ, quòd sancti Patres, etsi adhuc tenerẽtur astricti reatu originalis peccati, in quantũ respicit humanã naturã, tamen liberati erãt per fidẽ Christi ab omni macula peccati. & ideo capaces erãt illius liberationis, quã Christus attulit descendens ad inferos. Sed hoc de pueris dici non potest, vt ex suprà dictis patet*. ¶ Ad secundum dicendum, quòd cùm Apostolus dicit, quòd Gratia Dei in plures abundauit, ly plures, non est accipiendũ comparatiuè: quasi plures numero sint saluati per gratiam Christi, quàm damnati per peccatum Adæ, sed absolutè: ac si diceret, quòd gratia vnius Christi abundauit in multos, sicut & peccatum vnius Adæ peruenit ad multos. Sed sicut peccatũ Adæ ad eos tãtum peruenit, qui per seminalem rationem carnaliter ab eo descenderũt, ita gratia Christi ad illos tantum peruenit, qui spirituali regeneratione, eius membra sunt facti, quod nõ competit pueris decedentibus cum originali peccato. ¶ Ad tertiũ dicendum, quòd baptismus adhibetur hominibus in hac vita, in qua homo potest trãsmutari de culpa in gratiã. sed descẽsus Christi ad inferos, exhibitus fuit animabus post hanc vitam, vbi non sunt capaces transmutationis prædictæ. Et ideo per baptismum pueri liberantur à peccato originali & ab inferno: non autem per descensum Christi ad inferos.

In corp. ar.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est negans. Et patet primo ex illo Roman. 3. vbi habetur, quod Deus proposuit Christũ propitiatorẽ per fidem in sanguine ipsius, sed pueri qui cũ solo peccato originali decesserant, nullo modo fuerũt participes fidei Christi, ergo non perceperũt fructum propitiationis Christi, vt per ipsum ab inferno liberarentur. Deinde probatur. Nam pueri illi nõ erant iuncti Christo, nec per fidẽ propriam, nec charitatem, nec in fide parentum, aut per aliquod fidei sacramentũ. Quod etiam patet, quia liberatio ab inferno est admissio ad gloriã, ad quam nullus potest peruenire nisi per gratiam, pueri autem cum originali discedentes ipsa carebant.

Conclusio. Rom. 3.

EXPOSITIO ARTICVLI.

DE limbo in quo pueri discedentes cum solo originali peccato detinentur, nõ loquitur expresse sancta scriptura, nec vero sancti Patres de hoc loco distinctè loquuntur, quippè qui istum locũ sub inferno damnatorũ cõprehendunt. Sunt enim illi pueri in perpetua damnatione, & in eodẽ carcere, quo alij detinentur damnati, quãuis sint eiusdẽ carceris diuersæ mãsiones, itaq; inferior pars inferni diuisa est in duas mansiones. In priori pueri isti detinẽtur, in posteriori damnati qui puniuntur, & pœna damni, quæ in carentia diuinæ visionis consistit, & pœna sensus, quæ est ignis perpetuo excruciantis. Et quidẽ quod isti pueri non fuerint à Christo liberati satis efficaciter demõstrant probationes D. Tho. quæ omnino sunt legitimæ, certè de vtraque parte inferni damnatorũ intelligitur illud, in inferno nulla est redemptio, & de pueris, qui emigrant ex hac vita cum solo peccato originali, loquitur illa scriptura Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnũ Dei. Quo autẽ pœnarũ genere illi pueri in perpetua damnatione existentes, puniantur, explicatũ est à nobis copiosè ac diligenter in 1. 2. in tractatu de peccato originali. Ex hoc loco poterũt peti, si quæ ad huius articuli expositionẽ videbũtur necessaria. Sed dubitari potest, num isti pueri saltem sciuerint vel cognouerint descensum Christi ad inferos? Illi autores, qui tenent, quod ne in iudicio quidem vniuersali debẽt comparere, ne cognos-

De limbo pueorum, & quid ibi egerit Christus.

Ioan. 3.

ne cognoscentes suam damnationem, inde tristentur, ex consequenti dicēt, eos non sciuisse aduentū Domini ad inferos. Verum mihi verosimile videtur, quod triūphum Christi cognouerint & tanti regis potentiam, vel ex inferni turbatione, trepidatione, & tremore. Vniuersus nanq; ille teterrimus carcer ex tam potētissimi regis aduētu cōterritus est. Quid quod supra cōmemorauimus illam sentētiam scripturæ, in qua Christus de se ipso dicit, Penetrabo omnes partes terræ. Et ipsemet articulus fidei dicit Christi animā descendisse ad inferos, videlicet ad omnes inferos, & ad omnes eorum partes. Sed hęc probabilia sunt.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrùm Christus suo descensu liberauerit animas à purgatorio.

293 3.di.22.q.1.ar.2.q.4. Et opu.3. cap.242.

AD octauū sic proceditur. Videtur, quòd Christus suo descensu ad inferos, liberauerit animas à purgatorio. Dicit enim Augustinus in Epistola ad Euodium*, Quia euidētia testimonia & infernum commemorant & dolores, nulla causa occurrit, cur illò credatur veniſſe Saluator, nisi vt ab eisdē doloribus saluos faceret. Sed vtrū omnes quos in eis inuenit, an quosdā quos illo beneficio dignos iudicauit, adhuc requiro, fuisse tamen Christū apud inferos, & in eorum doloribus constitutis hoc beneficium præstitisse nō dubito. Non autem præstitit beneficium liberationis damnatis: sicut suprà dictum est*. Præter eos autem nulli sunt in doloribus pœnalibus cōstituti, nisi illi, qui sunt in purgatorio. Ergo Christus animas de purgatorio liberauit. ¶ 2. Prętерea, Ipsa Christi præsentia non minorem effectum habuit, quam sacraméta ipsius. Sed per sacramenta Christi liberantur animę à purgatorio, & pręcipuè per Eucharistiæ sacramentum, vt infrà dicetur*. Ergo multo magis per præsentiam Christi ad inferos descēdētis sunt animæ à purgatorio liberatę. ¶ 3. Prętерea, Christus quoscunque curauit in hac vita, totaliter curauit, vt Aug*. dicit in lib. de Pœnitētia & Ioan. 7. Dominus dicit, Totū hominē saluū feci in sabbato. Sed Christus eos qui in purgatorio erant, liberauit à reatu pœnæ dāni, quo excludebātur à gloria. Ergo etiā liberauit eos à reatu pœnæ purgatorij. ¶ Sed cōtra est, quod Grego*. dicit in 13. Moral. Dum cōditor ac redemptor noster clausstra inferni penetrans, electorum exinde animas eduxit, nos illò ire non patitur, vnde iam alios descendendo liberauit. Patitur autem nos ire ad purgatorium: ergo descendens ad inferos, animas à purgatorio non liberauit.

art. 6. huius quæst.

q. 79. ar. 2.

* in lib. de vera & falsa pœnit. c. 9. post mediū tom. 4.

li. 13. c. 20. circa finē.

Respōdeo dicēdū, quòd (sicut sæpe dictum est*) descensus Christi ad inferos, liberatorius fuit in virtute passionis ipsius. Passio autem eius non habet temporalem virtutē & transitoriā, sed sempiternam, secundum illud Heb. 10. Vna oblatione consummauit in sempiternū sanctificatos. Et sicut patet, quòd non habuit tūc maiorē efficaciā passio Christi, quàm habeat nunc. Et ideo illi, qui fuerunt tales, quales nunc sunt, qui in purgatorio detinentur, non fuerūt à purgatorio liberati per descēsum Christi ad inferos. Si qui autem inuenti sunt tales quales etiā nunc virtute passionis Christi à purgatorio liberātur, tales nihil prohibet per descensum Christi ad inferos, à purgatorio esse liberatos.

arti. 4. 5. 6. & 7. huius quæst.

Ad primum ergo dicendum, quòd ex illa auctoritate Augusſt. non potest concludi, quòd omnes illi qui in purgatorio erant, fuerint à purgatorio liberati, sed quòd aliquibus eorū fuerit hoc beneficium collatum: illis scilicet qui iam sufficienter purgati erāt, vel etiam qui dum adhuc viuerent, meruerunt per fidem & deuotionem ad mortem Christi, vt eo descendente, liberarentur à temporali purgatorij pœna. ¶ Ad secundum dicēdum, quòd virtus Christi operatur in sacramētis per modum sanationis & expiationis cuiusdam, vnde sacramentum Eucharistię liberat hominem à purgatorio, in quantum est sacrificium quoddam satisfactoriū pro peccato. Descensus autem Christi ad

inferos, non fuit satisfactorius, operabatur tamen in virtute passionis, quæ fuit satisfactoria: vt suprà habitum est*. Sed erat satisfactoria in generali, cuius virtutem oportebat applicari ad vnumquémque per aliquid specialiter ad ipsum pertinens. Et ideo non oportet, quòd per descensum Christi ad inferos, omnes fuerint à purgatorio liberati. ¶ Ad tertium dicendum, quòd illi defectus, à quibus Christus in hoc mũdo simul homines liberabat, erant personales, propriè ad vnumquemque pertinẽtes; sed exclusio à gloria Dei, erat quidem defectus generalis, pertinẽs ad totam humanam naturã. Et ideo nihil prohibet eos, qui erant in purgatorio, per Christum esse liberatos ab exclusione à gloria: nõ autẽ à reatu pœnæ purgatorij, qui pertinet ad proprium defectum. Sicut econtrario sancti Patres ante Christi aduentum liberati sunt à proprijs defectibus: non autem à defectu communi, sicut suprà dictum est*.

¶.49. art. 3. & alijs eiusdem quæst.

¶.49. art. 5.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio.

PRima conclusio. Animæ quales sunt illæ, quæ nunc in purgatorio detinentur, non fuerunt per Christi aduentum liberatæ. Quia passio Christi non habet virtutem transitoriã

Hebræ. 10.

sed sempiternã vt habetur ad Hebr. 10. Vnde non habuit tunc maiorem efficaciam, quam

2. Conclus.

nunc passio Christi. ¶ Secunda conclusio. Si qui inuenti sunt tales, quales etiam nunc virtute passionis Christi à purgatorio liberãtur, nihil prohibet per descensum ipsius ad inferos, à purgatorio esse liberatos.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Pietissima opinio asserit Christũ Dominum suo descẽsu omnes animas existẽtes in purgatorio liberasse. Bonauen. Gabriel. Marsilius. Victoria.

PIentissima quædam opinio refertur, quod Christus Dominus suo descensu omnes animas existẽtes in purgatorio liberauerit, maximè eas, quæ feruentius Christi descensum exoptabant. Ita piè credẽdum esse existimant pientissimi Theologi. D. Bonau. in. 3. dist. 22. q. 5. Gabriel, Marsilius, Thomas de Argẽtina, & Ioannes Maior, & doctissimus pater Victoria, quem semper honoris causa nomino. Argumenta huius opinionis hæc sunt. In primis per indulgentias ex quibus applicatur meritum Christi & Sanctorum, educuntur animæ à Purgatorio. Quæ alioqui, si suffragia hęc nõ applicarentur illis, in eo loco diutius permanssissent, ergo cum dies descẽsus Domini fuerit triumphalis, & indulgentior dies, quam cæteri, imo dies indulgentissimus, rationi consentaneum videtur, quod omnes animas in purgatorio existentes in illo die liberauerit. Dein de principes in magna victoria & triumpho solent omnes captiuos & detentos in carcere inde eruere vt lætitiæ causæ ad omnes deriuẽtur. Certè glossa super illud Oseæ cap. 13. Ero mors tua ô mors, dicit, quod eduxit omnes electos, sed qui erãt in purgatorio electi erãt, ergo omnes illos eduxit ac liberauit. Verum opposita sententia, quam hic docet D. Tho. verior est. Et probationes D. Tho. in articulo videntur legitimæ. Quibus accedit alia. Nam animæ existẽtes in purgatorio ex debito proprio, tenebantur luere pœnas illas ignis purgatorij, cæterum istæ animæ non poterant habere actum meritorium, vel gratię, vel glorię, vel remissionis illius pœnæ: quia erant extra statum merendi, nec illis poterant sacramẽta prodesse, nec aderant suffragia Ecclesiæ vnde videtur, quod tunc non fuerint à pœnis purgatorij liberatæ. In cuius rei confirmationem adest alterũ argumẽtũ. Quia lex diuinæ iustitiæ præcipiebat, vt illę animæ suorum supplicioru iusta absoluissent spatia, & nobis nõ cõstat, Dominũ applicasse illis peculiariter vim suæ passionis, vt celerius liberarẽtur, ergo tũc non sunt liberatæ. Confirmatur hoc ipsum; nam non videtur cõuenire diuinæ iustitiæ, vt purgatorius locus tũc penitus euacuaretur, & tanto beneficio gauderẽt, quæ magnas debebant luere pœnas, & in longum tempus, imo quæ exiguas tenebantur persoluere pœnas. Hæc sententia D. Tho. secũdum communem doctrinam probabilior videtur.

Oseæ. 13.

Sententia D. Thomæ probabilior est.

QVAESTIO LIII.

De resurrectione Christi, in quatuor articulos diuisa.

¶ De qua Doctores in. 3. d. 21. & d. 22. & in 4. Sententiarum ad finem. Et interpretes diuinarum scripturarum super Matthæi. 28. Mar. 16. Luc. 24. Ioan. 20. cap.

COnsequenter cõsiderandum est de his quæ pertinẽt ad exaltationem Christi. Et primò, de eius resurrectione. Secũdò, de eius ascẽsione. Tertiò, de eius sessione ad dexteram Patris. Quartò, de iudiciaria potestate ipsius. ¶ Circa primum occurrit quadruplex cõsideratio. Quarũ prima est de ipsa Christi resurrectione. Secunda de qualitate resurgentis. Tertia de manife-

manifestatione resurrectionis. Quarta de eius causalitate. ¶ Circa primũ quæruntur quatuor. ¶ Primò, de necessitate resurrectionis eius. ¶ Secundò, de tempore. ¶ Tertio, de ordine. ¶ Quarto de causa.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm fuerit necessarium Christum resurgere.

294 3.di.21.q.2.arti.1.Et epu.60.ca.22.princ. *li.4.orth.fid.ca.vlti. in princi.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit necessarium Christũ resurgere. Dicit enim Damas*. in quarto lib. Resurrectio est secunda eius quod dissolutum est, & cecidit, animalis surrectio. Sed Christus non cecidit per peccatũ, nec corpus eius est dissolutum, vt ex suprà dictis patet. Non ergo propriè conuenit sibi resurgere.

q.51.art.3.

¶ 2. Prẽterea, Quicunque resurgit, ad aliquid altius promouetur: quia surgere est sursum moueri. Sed corpus Christi remãsit post mortem diuinitati vnitum, & ita non potuit in aliquid altius promoueri. Ergo non competebat sibi resurgere. ¶ 3. Præterea, Ea quæ circa humanitatem Christi sunt acta, ad nostram salutem ordinantur. Sed sufficiebat ad salutem nostram passio Christi, per quam simus liberati à pœna & culpa, vt ex suprà dictis patet*. Non ergo fuit necessarium quòd Christus à mortuis resurgeret. ¶ Sed contra est, quod dicitur Luc. vlti. Oportebat Christum pati & resurgere à mortuis.

q.44.ar.5. & per totã quæst.

Respondeo dicendum, quòd necessarium fuit Christũ resurgere propter quinque. Primò quidem, ad commendationem diuinæ iustitię, ad quam pertinet exaltare illos qui se propter Deũ humiliant: secundum illud Luc. 1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Quia igitur Christus propter charitatem & obedientiam Dei, se humiliauit vsque ad mortem crucis, oportebat quòd exaltaretur à Deo vsque ad gloriosam resurrectionẽ. Vnde ex eius persona dicitur in Psal. 138. Tu cognouisti, id est, approbasti, sessionẽ meã, id est humilitatẽ & passionẽ, & resurrectionẽ meam, id est glorificationem in resurrectione: sicut glos.* exponit. Secũdò, ad fidei nostræ instructionẽ: quia per eius resurrectionem cõfirmata est fides nostra circa diuinitatem Christi, quia vt dicitur 2. ad Corint. vlti. Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Et ideo primæ ad Corinth. 15. dicitur, Si Christus nõ resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra. Et in Psalm. 29. dicitur, Quæ vtilitas in sanguine meo, id est in effusione sanguinis mei, dum descẽdo, quasi per quosdam gradus malorum, in corruptionem? quasi dicat, nulla. Si enim statim non resurgo, corruptumque fuerit corpus meum, nemini annuntiabo, nullum lucrabor, vt glos.* exponit. Tertiò, ad subleuationem nostræ spei, quia dum videmus Christum resurgere, qui est caput nostrum, speramus & nos resurrecturos. Vnde dicitur primę ad Corinth. 15. Si Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis, quomodo quidã dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Et Iob. 19. dicitur, Scio, scilicet per certitudinẽ fidei, quòd redemptor meus, id est Christus, viuit, à mortuis resurgens, & ideo in nouissimo die de terra surrecturus sum, reposita est hæc spes mea in sinu meo. Quartò, ad informationem vitæ fidelium: secundũ illud Roma. 6. Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et infrà, Christus resurgẽs ex mortuis, iam nõ moritur: ita & vos existimate vos mortuos quidẽ esse peccato, viuentes autẽ Deo. Quintò, ad cõplementum nostræ salutis: quia sicut per hoc quòd mala sustinuit (humiliatus est) moriendo, vt nos liberaret à malis: ita glorificatus est resurgendo, vt nos promoueret ad bona: secũdũ illud Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit ppter iustificationẽ nostrã.

glo. interlinea. ibid.

Psal. 29. gl. ord. adiuncta & interlineari, ex Aug.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd licet Christus nõ ceciderit per peccatũ, cecidit tamẽ per mortẽ: quia sicut peccatũ est casus à iustitia, ita mors est casus à vita. Vnde ex persona Christi potest intelligi, quod dicitur Mich. 7. Ne lætetris inimica mea super me, quia cecidi, cõsurgam. Similiter etiam licet corpus Christi nõ fuerit dissolutũ per incinerationẽ, ipsa tamẽ separatio animæ à corpore, dissolutio quædam fuit. ¶ Ad secundũ dicẽdũ, quòd diuinitas erat carni Christi post mortẽ vnita vnione personali: nõ autẽ vnione naturæ, sicut anima vnitur corpori vt forma ad constituẽdã humanã naturã. Et ideo per hoc quòd corpus eius vnitũ est animæ, promotum est in altiorẽ statũ naturæ, non autẽ in altiorẽ statũ personæ. ¶ Ad tertium dicendũ, quòd passio Christi operata est nostram salutẽ, propriè loquendo, quantum ad remotionem malorũ: resurrectio autem, quantum ad inchoationem & exemplar bonorum.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Luc. vlti. CONclusio est affirmans. Patetque ex illo Lucę vltimo. Oportebat Christũ pati & resurgere à mortuis. Huius autem necessitatis quinq; causæ demõstrari solẽt. Prima, propter cõmendationẽ diuinæ iustitiæ, ad quã pertinet exaltare illos, qui se humiliant propter Deũ. Sed Christus propter obediẽtiã & charitatẽ humiliauit se vsq; ad mortẽ crucis, ideo oportet exaltari à Deo vsq; ad gloriosam resurrectionẽ. Secunda ad institutionem nostrę fidei, quæ cõfirmata est circa eius diuinitatẽ.

1. Cor. 15. Vnde 1. ad Corint. 15. dicitur, si Christus non resurrexit, inanis, &c. Tertia, ad subleuationẽ nostræ spei: quia dum videmus Christũ resurgere, qui est caput nostrũ, speramus & nos resurrecturos esse, vt dicitur Iob. 19. De terra resurrecturus sum. Quarta, ad informationẽ vitę fideliũ, secũdũ illud Apostoli ad Rom. 6. Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quinta, ad complementum nostræ salutis: quia sicut per hoc, quod mala sustinuit, humiliatus est moriẽdo, vt nos liberaret à malis, ita glorificatus est resurgendo, vt nos promoueret ad bona secũdum illud ad Rom. 6. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit & propter iustificationem nostram.

Iob. 19.

Rom. 6.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Resurrectionis mysteriũ difficile intellectu. Actor. 17.

HVcusq; tractauimus de crucis mysterio, quod à sapientibus huius mũdi stultitia reputatum est cum tamen sit Dei virtus & sapientia. Nunc vero aggredimur explicare resurrectionis verbũ de quo cum Paulus Athenis prædicasset à multis fuit reputatus vt stultus, & insanus. Alij vero paulo modestiores cum hoc verbũ audissent, dixerũt, audiemus te de hoc iterum. Quidam vero ei adhærẽtes crediderũt, in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis. Quidã autẽ Epicurei & Stoici Philosophi disputantes cum D. Paulo de verbo hoc iniuriã ei intulere dicẽtes. Quid vult seminiuerbius hic dicere, id est, seminator verborũ, & nouæ inauditæq; doctrinæ, & nõ defuerũt qui tanquam nouorũ dæmoniorum annunciatorem eum existimauerint: quia Iesum & resurrectionẽ annunciabat eis, arbitrantes talem tantamq; insaniã, quantam ipsi existimabant esse resurrectionem mortuorum, nõ posse ab alio quam à dęmone proficisci. Inuenio etiã quod cum D. Paulus de hoc verbo coram Agrippa Rege & Festo rectore Iudææ disputasset, dixit ei Festus. Insanis Paule, multæ literę ad insaniã te cõuertũt. Et certè inter ea, quæ in religione Christiana proponuntur credẽda nihil est, quod indigeat testimonio magis euidenti magis perpetuo atq; authentico, quã hoc de resurrectione verbum. ¶ Huic enim in principio ab omnibus cõtradictum est, & ex parte diaboli & Iudæorũ omnes machinæ sunt admotæ, vt nulla huic mysterio adhiberetur fides. Et quod ita sit patet. Nam nos legimus, quod Apostoli Dñi ordinati & electi à Deo vt testimoniũ redderẽt de Christi resurrectione, vt dicit D. Petrus, quiq; ne sacratus duodenus numerus Apostolorũ deficeret, elegerũt Matthiã in testẽ resurrectionis, in hac re in fide dubitarũt & grauiter sunt periclitati. Legimus quoq; quod verbũ hoc resurrectionis à mulieribus annũciatũ, imo ab Angelis, sed & à Christo visum est Apostolis vt stultũ & insanum. Legimus etiã in Euãgelio, quod cũ alij Apostoli dixissent Thomæ se vidisse Deum, respondit ipse. Nisi videro in manibus eius fixurã clauorũ & mittã digitũ meũ in locũ clauorũ & mittã manum meam in latus eius nõ credam. Nonne exploratum est, quod prius quam apparuisset Thomæ, apparuerat alijs discipulis, cumque eis locutus fuerat ostenderatque eis latus & manus, & tamẽ nonnulli illorum non crediderunt? nonne scriptum est apud D. Matthęũ ad finẽ sui Euangelij, quod Iudæi audito rumore de Christi resurrectione congregati cũ senioribus consilio accepto copiosam

Resurrectionis verbo ab omnibus in principio cõtradictũ est.

Actor. 26.

Actor. 1.

Ioan. 20.

Matth. vlt.

copiosam pecuniam dederũt militibus, vt dicerent quia discipuli eius nocte venerunt & furati sunt eum nobis dormientibus & ita factum est, & diuulgatum est verbũ hoc apud Iudæos vsq; in hodiernũ diem. Vniuersa hæc difficultatẽ huius verbi demõstrant ad quam tollendam sancti Patres in Symbolo Niceno hãc veritatẽ hisce verbis posuere, Resurrexit à mortuis secundũ scripturas. Quod quidem ab Apostolo acceptũ est qui Corinthios instruens in prima Epistola. c. 15. solicite addit eandẽ particulam dicens; Tradidi enim vobis quod & accepi, quoniã Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est & resurrexit secũdũ scripturas, ideo id facit Ecclesia sequẽs documẽtum Apostoli, ne velut figmentũ hominũ abijciat aliquis, potissimũ Iudæus, quod credimus de morte & resurrectione Christi. Demõstratur enim ex proprio suorũ prophetarũ testimonio. Secundo ideo facit, quod resurrectionis mysteriũ maximè necessariũ est. Quod idem Apostolus docuit his verbis; Si Christus non resurrexit, inanis ergo est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. Quare D. Aug. super Psal. 120. cũ hoc mysteriũ admiraretur, ita scripsit: non magnũ est credere, quia mortuus est Christus. Hoc & Pagani & Iudæi, & omnes iniqui credunt: hoc omnes credũt, quia mortuus est, fides Christianorũ resurrectio Christi est: hoc pro magno habemus, quia credimus eum resurrexisse. Ex quo factũ est, vt frequẽtissime Dominus de sua resurrectione locutus sit: ac nunquã ferè de passione suã cũ discipulis collocutus est, quin de resurrectione loqueretur. Quare cũ dixisset: filius hominis tradetur Gentibus, & illudetur, & flagellabitur & conspuetur, & postquam flagellauerint occidẽt eum: ad extremũ addidit: & tertia die resurget. Et cum Iudæi ab eo peterent, vt aliquo signo & miraculo doctrinã suã cõprobaret, respondit, nullũ aliud signũ eis datum iri, quã Ionæ Prophetę signũ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic futurũ affirmauit, filiũ hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

¶ Sed dicet Theologus, quæ nam sint scripturæ de resurrectione Christi testãtes? permultæ quidem. In primis est illa Psal. 3. & 70. Ego dormiui & soporatus sum & exsurrexi, quia Dominus suscepit me, conuersus viuificasti me, & de abysis terræ reuocasti me. Secunda est illa ex Psal. 15. Caro mea requiescet in spe, quoniã non derelinques animã meã in inferno nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. Hæc secũda scriptura certissima est ex verbis Petri Actor. 2. Applicantis dictã prophetiam hoc modo. Viri Israelitæ audite verba hæc: Iesum Nazarenũ virum approbatũ à Deo in vobis, virtute & prodigijs, & signis, quæ fecit Deus per illũ in medio vestri, sicut vos scitis, hunc definito consilio & præscientia Dei traditũ, per manus iniquorũ affligentes interemistis, quẽ Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illũ ab eo. Dauid enim dicit in eum, nota in eum, Prouidebã Dominum meũ in cõspectu meo semper, quoniã à dextris est mihi ne commouear. Propter quod lętatũ est cor meũ, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniã non derelinques animam meã in inferno, nec dabis sanctũ tuum videre corruptionẽ. Notas mihi fecisti vias vitæ, replebis me iucũditate cum facie tua. Addit Petrus: viri fratres liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha Dauid, quoniã & defunctus est, & sepultus est, & sepulchrũ eius manet apud vos vsq; in hodiernũ diẽ. Propheta igitur cũ esset, & sciret, quia iureiurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedẽ eius, præuidens locutus est de resurrectione Christi. Quia neq; derelictus est in inferno, neq; caro eius vidit corruptionẽ. Hũc Iesum resuscitauit Deus, cuius nos omnes testes sumus. Hucusq; Petrus Apostolus, cuius interpretatione nõ potest alia dari verior, aut certior. Tertia scriptura est Oseæ. c. 6. in quo depingit prophetice, & tempus resurrectionis & fructũ inde secuturũ in nobis. Nã dicit, viuificabit nos, id est, nostrã naturã post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Quoniã tertia die incepit in Christo & multis alijs cũ Christo resurrectio, quæ in nobis omnibus cõsummabitur, qui morimur in Christo. Quarta & manifesta scriptura est Ionę. 2. non solùm literis & syllabis prophetans, sed & historia rei gestæ in persona Ionæ, prout saluator testatur dicẽs; Generatio mala & adultera signũ quærit, & signũ nõ dabitur ei, nisi signũ Ionæ Prophetę. Sicut enim fuit Ionas in vẽtre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Matthæi. 12. Lucę. 11. Prętер hæc autẽ Christus sæpius prędixit suam resurrectionẽ tertia die futuram. Matth. 17. 20. Marci. 9. 10. Lucæ. 9. & 16. & ferè quoties mentionem facit imminentis mortis suæ & passionis, statim subiungit. Et tertia die resurget, vt scandalum passionis promissa temperetur resurrectione. ¶ His prædefinitis quæ præparãt discipulum ad veritatem huius mysterij intelligendã, quæstio proponitur, an resurrectio sit possibilis? A parte negãte sic arguitur. Nã veritas fidei nostræ nõ aduersatur veritati

Symbolũ Nicenum.

1. Cor. 15.

Augusti.

Matth. 12. Luc. 11.

Scripturæ diuinæ de resurrectione Christi loquentes. Psal. 3. Psal. 70. Psal. 15.

Actor. 2.

Oseæ. 6.

Ionæ. 2.

Matth. 12. Luc. 11. Matt. 17. & 20. Marci. 9. & 10. Luc. 9. & 16

Quæstio de possibilitate resurrectionis.

A parte negante.

Primũ arg.

veritati cognitæ lumine naturali, verum enim vero consonat, sed est veritas lumine naturæ cognita & veluti primum principium animis hominum insitum, quod à priuatione ad habitū non est regressio, de morte ad vitam, de cæcitate ad visum, ergo resurrectio possibilis non est. ¶ Deinde, cōmunis animi conceptio fallax esse non potest. Est enim à Deo animis omniū hominū impressa, veluti illa lex, quod tibi non vis alteri ne feceris, sed quod homo mortuus non possit resurgere, est communis animi cōceptio nō solum inter barbaros rerū ignaros sed etiā inter sapiētes, ergo fallax esse non potest. ¶ Tertio, vt sit resurrectio mortuorū possibilis oportet, vt sit possibile, quod idē homo, qui mortuus est ipse idē resurgat, sed hoc fieri nō potest: plures enim actiones nō possunt terminari ad eundē terminū, sed generatio hominis, & resurrectio, sunt diuersæ actiones, vt de se patet, ergo nō possunt terminari ad eundē terminū, ergo non est possibile quod homo genitus, & homo resurgens sit idē homo. ¶ Vltimo, Philosophus summus Arist. lib. 2. de generatione testatur, quod illa, quorū substantia deperit, nō redeunt eadem secundū numerū, sed substantia hominis deperit in eius morte, aliàs homo non esset verè mortuus, ergo nō videtur, quod possit idem homo resurgere. In cōtrariū est veritas catholicæ fidei, quæ docet Christū Dominū à mortuis resurrexisse, & cōfitetur, & credit omniū hominū resurrectionē esse futuram in vltimo die. ¶ Pro expositione veritatis est prima conclusio. Non potest rationibus naturalibus euidenter demōstrari, quod resurrectio sit possibilis. Patet, nam quod resurrectio sit possibilis pertinet ad dogmata religionis Christianę, quæ sola fide tenentur. Hoc enim mysterium superat omnē captū & intellectū humanum secūdū illud D. Pauli. Oculus nō vidit, neque auris audiuit, neq; in cor hominis ascēderūt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Vnde Paulus definiens fidē ad Hebræ. 11. sic inquit; Fides est substantia sperandarū rerū, argumētum non apparentiū. Id est, persuasio de his, quæ ratione humana videri & inuestigari nō possunt. Hinc est etiam, quod persuasio huius veritatis in sacris literis & in sanctis concilijs ad diuinas reuelationes refertur, obidque in symbolo sub his verbis ponitur. Christus resurrexit à mortuis secundū scripturas. Harum enim testimoniū duntaxat efficax, firmū, ac stabile est ad demonstrandā hanc veritatem vsq; in finē mūdi. Nam iam sunt mortui Apostoli, quibus Dominus sæpesæpius apparuit à morte suscitatus, & comedit cū illis. Sunt etiā defunctæ mulieres quibus Angeli resurrectionem Christi annūciauerunt & cū quibus collocutus est Christus, quibusq; præcepit, vt Euangeliū suæ resurrectionis ad Apostolos referrēt. Hinc etiā per mortē emigrarūt quingēti illi fratres, quibus ipse Christus apparuit vt testatur Paulus. Sunt etiā demortui illi qui in monte Oliueti viderūt Dominū ascendentē in cœlū. Mortuus est & D. Stephanus, qui cum pateretur vidit Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Mortuus est quoque abortiuus ille discipulus minimus Apostolorū indignus vocari Apostolus, cui apparere Dominus de cœlo dignatus est. Sed quāquā testes isti mortui sunt, reliquere nobis testimonium certissimum sanguine suo sigillatum & rubricatum. Sunt præterea diuina oracula, quæ hoc verbū resurrectionis expresse nobis patefaciunt, de quibus paulo ante dictū est. ¶ Secūda conclusio. Quod resurrectio sit possibilis potest probabiliter suaderi rationibus & exēplis humanitus consideratis. In cuius rei declarationem prius constituā modū, quo Theologi scholastici huius resurrectionis possibilitatē suadere nituntur. Deinde quid sancti Patres de hac re excogitauerūt in mediū adducā. Sunt em in hac disputatione longe diligētiores, vtpotè quibus cū Paganis erat acerrima, difficillimaq; cōcertatio de hoc verbo resurrectionis ex mortuis. Sed vt ad rē ipsam deueniamus. Durādus in. 4. d. 43. q. 1. sic lucidissime procedit, statuto primū, quod in homine nō sit alia forma, quam rationalis anima; tunc ponit huius rei primā persuasionē. Quia secūdū quod habetur octauo metaphysicæ, non est alia quęrenda causa seu ratio quare ex materia & forma fiat vnum, præter agens, quod introducit formā in materiā. Ex hoc sic arguitur, manentibus principijs essentialibus rei corruptæ, scilicet, materia & forma eisdē secundū numerū & agente, quod potest illa vnire, possibile est rem corruptā eandē numero reparari, sed corrupto homine remanent principia essentialia eius eadē quę prius, scilicet materia & forma, & Deus qui potest illa vnire, ergo homo corruptus potest idem numero reparari. Maior patet, quia sicut corruptio cōpositi est per separationē suarū partiū, siue post corruptionē partes remaneant siue non, ita eius repāratio est per hoc quod ab inuicē partes eius reuniatur, quæ si vt prius eædem sint, & compositū erit idem quod prius. Minor patet similiter, quia corrupto homine remanet māteria, quæ est ingenerabilis & incorruptibilis, sicut dicitur in fine primi Physicorum, remanet etiam anima rationalis, quæ supponitur incorruptibilis, & esse sola forma substantialis hominis, Deus etiam illa potest vnire, quia potest omne

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Prima conclusio. Possibilitas resurrectionis, rationibus doceri non potest euidentibus, sed sola fide tenetur.

Hebræ. 11.

2. Concluſ. Poſsibilitas reſurrectionis poteſt rationibus probabilibus ſuaderi.

Durandus.

Rationes quibus vtū tur ſcholaſtici pro reſurrectiōe.

1. Ratio.

omne quod non implicat contradictionem, formam autē vniri materiæ non implicat contradictionem, imo habet magnam aptitudinem, cum forma sit de se nata perficere materiam, & materia sit de se nata perfici à forma, ergo. ¶ Sed contra rationem istam instatur dupliciter. Primo, quia non est eadem res numero, vbi nō est idem esse numero, sed homo reparatus & prius existens nō habet idem esse numero, ergo non est idem homo numero. Maior de se patet, sed minor probatur, quia sicut generatio est de non esse ad esse ita corruptio est ab esse ad non esse, sed in generatione non esse tollitur & esse adquiritur, ergo in corruptione esse tollitur & non esse adquiritur, sed esse hominis corrupti non reparatur idem secundum numerum, vel saltē præcedens ratio hoc non probat, quia non dicit aliquid idē numero redire, nisi per hoc quod partes eius remaneant, ergo. ¶ Secundo sic, quia videtur quod si illa ratio esset bona, posset dici, quod refurrectio posset fieri sola virtute naturæ, nec requireretur ad eam aliqua actio Dei præter illam, qua Deus conseruat res in esse, quia maior est inclinatio formę ad materiam, quam inclinatio corporis naturalis ad locum suum, sed corpus naturale extra locum suum existens, puta graue existens sursum ad hoc quod descendat deorsum non requirit aliquid per se mouens, sed solum remouens prohibēs (vt apparet ex octauo Physicorum) quia ad naturam grauis cōseruatam in esse per se sequitur talis motus remoto prohibēte, ergo similiter ad hoc quod forma separata à materia, vt anima, reuniatur materiæ, non requiritur aliquod agens effectiue & per se, quod noua actione vniat ipsam materiæ, sed sufficit conseruatio naturæ eius ad quam sequitur talis vnio naturaliter remotis dispositionibus contrarijs à materia, quę prohibebant vnionem. Istæ autem remouentur in generatione singulorum hominum, ergo videtur, quod in generatione singulorum hominum animæ quę erant separatæ naturaliter materiæ vniantur. ¶ Ad primum argumētum istorum dicendum, quod non concludit siue esse sit aliquid additum supra essentiam siue vnum cum essentia. Si enim sit additum essentiæ, tunc non competit composito nisi ratione formæ, per materiam enim compositum non habet aliquod esse actuale de quo loquimur, sed tantum posse, ita vt materia primo recipiat formam, & mediante forma esse actu sic quod forma est immediatum receptiuum ipsius esse, & ratio recipiendi ipsi materiæ, & hoc modo corrupto homine non corrumpitur esse, sed manet in anima separata, & idem redit anima reunita. Et quod dicitur contra hoc quod per corruptionem esse amittitur, verum est, non tamen vt omnino non sit, sed vt non sit esse compositi quod corrumpitur. Quod si dicatur, quod oportet ipsum corrūpi omnino vt nō sit, sicut in generatione oportet esse adquiri, ita vt de nouo sit. Dicendum quod non valet, quia secundum Philos. 12. metaph. causæ formales non præexistunt generato: forma enim quæ est terminus generationis nullo modo præexistit generationi aut genito, post corruptionem tamen nihil prohibet aliquam formam remanere, vt ibidem dicitur, & idem est de esse consequente formam. Et sic patet, quod non oportet esse hominis simpliciter corrumpi corrupto homine. Dato etiam quod corrumperetur, nec iteraretur idem numero, non propter hoc sequeretur, quod nō rediret idem homo numero, quia secundum hanc viam esse non pertinet ad essentiam, sed est aliquid posterius consequens eam, & ideo facta variatione in esse nō oportet necessario variationem fieri in essentia. Si autem esse sit idē cum essentia, tūc per resurrectionem redibit idē numero, propter rationem prius factam, quia esse vel est idem cum materia, vel cum forma, vel cum toto composito. Sed quidquid istorum detur habetur propositum, quia tam materia, quam forma hominis remanēt, & cōpositū etiā idē redit propter idētitatem partiū, quare & esse similiter redit, si sit idem cum cōposito. ¶ Ad secundū dicendum cōcedēdo totum processum rationis vsq; ad illud, quod dicitur, quod in generatione singulorum hominum remouentur ea, quæ impediunt animam separatam vniri materiæ, hoc enim non est verum. Licet enim materia prima secundum se nata sit recipere omnem formam, non tamen vt subest virtuti talis motoris (scilicet virtuti formatiuæ, quæ est in semine) sic enim disponitur solum ad susceptionem animæ de nouo creatæ, quia in actionibus naturalibus semper disponitur materia ad formam recipiendā nondum existentem, sed de nouo producēdam. Cursus enim naturæ non habet quod forma, quæ est terminus generationis, vel cuiuslibet actionis naturalis prę existat generationi vt habetur. 12. metaph. Item si per agens naturale disponeretur materia ad susceptionem animę separatæ, qua ratione disponeretur ad vnam, eadem ratione disponeretur ad aliam & ad quamlibet, non est dicēdum quod ad quamlibet, quia qua ratione reciperetur vna, eadem ratione omnes, quod non est possibile, ergo ad nullā. ¶ Secunda ratio principalis talis est. Qui potest maius potest & minus in his saltem

Arg. 1. contra rationem.

Arg. 2.

Ad primū.

Ad secūdū.

Secunda ratio.

saltem in quibus minus includitur in maiori, sed maius est principia hominis producere,& producta vnire quam ipsa supponere producta,& ipsa vnire solũ, hoc enim includitur in primo, sed Deus potuit principia essentialia hominis producere,& producta vnire, sicut & fecit in prima rerũ creatione, ergo fortiori ratione potest principia essentialia hominis iam producta & manẽtia vnire, quod est hominẽ iam corruptũ reparare. ¶ Sed cõtra hoc diceret aliquis, quia videmus quod agens naturale potest producere formã,& producẽdo vnire, quam tamen productã & præexistentẽ non potest vnire materiæ. Si enim esset aliqua forma substantialis vel accidentalis separata à materia virtute diuina, agẽs naturale nõ posset eam vnire materiæ, ergo dato quod Deus posit principia essentialia hominis producere,& producendo vnire, non sequitur tamen quod posit ea producta & existẽtia vnire ad inuicẽ. ¶ Sed dicendũ ad hoc quod nõ est simile de Deo,& agente naturali, quia Deus habet virtutẽ super formam, siue sit in materia, siue separata, agens vero naturale non habet virtutẽ super formã separatam à materia, quia omnis actio agentis naturalis circa materiam est,& ideo ad ea, quæ sunt à materia separata nullo modo attingit. Ex quo potest sic argui. Nihil potest facere vnionẽ aliquorum cuius virtus & actio non attingunt ambo extrema vnionis, sed virtus seu actio naturalis agentis non attingit formã à materia separatã, siue sit separata ex natura propria (vt anima humana) siue virtute diuina, vt aliæ formæ immateriales siue substãtiales, siue accidẽtales, virtus autẽ & actio diuina se extẽdunt æqualiter ad formã separatam & non separatam, quare virtus diuina potest vnire formam separatã, non autem virtus naturalis agentis, quod ergo dictum fuit prius, quod maius est producere, & producta vnire, quã solum vnire præexistentia, verum est de agẽte, cuius virtus se extẽdit ad formã separatã sicut ad nõ separatam. Tũc enim vnũ includitur in altero, sicut minus in maiori. ¶ Tertia ratio principalis est illa. Non est difficilius animã intellectiuam reuniri corpori postquam fuit separata, quam si fuisset producta per se exists ante corpus, quia nõ minorem ordinem, nec minorem inclinationem habet ad corpus anima, quæ iam fuit corpori vnita, quam si nunquam fuisset corpori vnita, sed Deus potuit animam intellectiuam producere per se existentẽ antequam fuisset corpori coniuncta & postea corpori vnire. Hoc enim Aug. sensit de anima humana primi hominis, scilicet quod fuit producta cum Angelis, & sexta die in formatione hominis corpori fuisse vnitam, ergo multo fortius potest Deus animam à corpore separatã corpori reunire, quod est hominem corruptum reparare per resurrectionem. Patet, ergo quod si in homine non sit alia forma substantialis præter animam intellectiuam & illa sit incorruptibilis, quod Deus potest ipsum corruptum ipsum eundem numero reparare, & idẽ esset si in homine esset corporeitatis forma ingenerabilis & incorruptibilis, vt quidã posuerunt. Patet etiam, quod talis reparatio non esset naturalis, quãuis esset via ad naturam, quia esset via ad formam, quæ potissimè dicitur natura: tum quia non esset à principio actiuo naturali, tum quia non esset secundũ modum & ordinem naturalem. Hæc Durandus. ¶ Sed iam producamus in medium quæ Patres sancti de hac re excogitauerunt. Nam quanuis hoc mysterium de resurrectione ex fide certissimum sit, multũ tamen proderit, per rationes & exẽpla quæ sancti Patres excogitauere, ostendere id quod fides credendum proponit à natura & ab humanæ mentis intelligentia nõ abhorrere. Itaque Apostolus, quærenti quomodo resurgent mortui, sic respondit 1. Corinth. 15. Insipiens tu, quod seminas, nõ viuificatur, nisi prius moriatur: & quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, vt puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult. Et paulo post inquit: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Obserua tantam rem Apostolum solis à natura acceptis exemplis, ac similitudinibus probare, vt eos qui id non aduertunt insipiẽtes & stultos appellet, quasi rem ita patentem nõ intelligant. D. Augustinus in multis locis suorum operum resurrectionem carnis esse posibilem varijs argumẽtis demonstrat. Probat in primis libro. 12. super Genesim. c. 35. ex naturali animarũ appetitu his verbis. Si quẽ mouet, quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere, si potest eis etiam sine corporibus summa illa beatitudo præberi: difficilior quidẽ quæstio est, quam vt perfectè possit hoc sermone finiri. Sed tamen minimè dubitandum est, & raptam hominis à carnis sensibus mentem,& post mortẽ ipsa carne depositã,& transcẽsis etiam similitudinibus corporalium, nõ sic videre posse incommutabilem substantiam vt sancti angeli vident: siue alia latentiore causa, siue ideo, quia inest illi naturalis quidam appetitus corpus administrandi: quo appetitu retardatur quodammodo nè tota intentione pergat in illud summum cœlum, quãdiu non subest corpus eius administratione appetitus ille conquiescat.

¶ Idem

Arg: cõtra secundam rationem.

Solutio argumenti.

Tertia ratio.

Augusti.

Rationes quibus vtẽtur sancti pro resurrectione.

Ratio Dñi Pauli.

Rationes Augustini.

¶Idem etiam probat libro de catechismo, ser mone primo, non fuistis, & estis, & non resur gent mortui qui fuerunt? Si ergo potens est Deus facere quod non fuit, non potest repa rare quod fuit? non dubitet charitas, & si non apprehēdit infirmitas. Et lib. de verbis Domi ni, sermone vltimo. Puto quia cum dicitur, Deus mortuos suscitaturus est: non res incre dibilis dicitur, quia de Deo, non de homine dicitur. Magna res est & incredibilis, sed non sit incredibilis, quia Deus est qui facit. Ille suscitabit te qui creauit te. Non eras & es, & factus non eris? absit, ne credas. Mirabilius ali quid fecit Deus quando fecit quod non erat, quā faciet reparaturus quod fuerat. Et in Epi stola ad Consentium. Si Deus potest addere, quod non erat in vno semine, multo magis potest reparare quod fuerat in hominis cor pore. Libro de sex quęst. ad Deo gratias, quę stione prima. Christi corpus non dissolutum tabe atque putredine, die tertio resurrexit, no stra vero post longum tempus, ex ea inquam soluta discesserant confusione reparabuntur, humanæ facultati vtrumque impossibile est, diuinæ autem potestati facillimum est. Incre dibilia sunt hæc quibusdam, quia inexperta, cum omnis natura rerum tam sit plena mira culis, vt nō quasi facili peruestigatione ratio nis sed euidenti consuetudine, mira non sint, atque ob hoc, nec consideratione, nec inquisi tione digna videantur. Nam ego & quicūque mecum inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intelligere moliuntur, aut non minus aut am plius admiramur in vno seminis tam paruulo grano, omnia quæ laudamus in arbore tan quam mortua latuisse: quam mūdi huius tam ingentem sinum quę de corporibus humanis dum dilabuntur assumit, resurrectioni futurę tota & integra redditurum. Libro secūdo de consolatione mortuorum cap. 2. Si quis requi rit à me dubius & incredulus quomodo mor tui resurgent, quo autem corpore venient: re spōdebo ei ore atq; verbis Apostoli, insipiēs, tu quod seminas, nō viuificatur, nisi prius mo riatur: & quod seminas granum tritici aut al terum cuiusque seminis, mortuum & aridū, sine humore, cum putrefactum fuerit, fœcun dum surgit, fitq; vestitum folliculis, aristis armatū. Qui ergo granū tritici suscitat propter te non poterit te suscitare propter se? qui solē suū quotidie quasi de sepulchro noctiū suscita t, & lunā veluti de interitu reparat, & tēpora recedētia reuocat ad vtilitatem nostram: nos ipsos, propter quos omnia reparat, non requi ret, & cineres patietur extingui, quos suo fla tu accendit, & quos suo spiritu animauit, & non perpetuo iam viuat homo, qui illum pie & cognouit & coluit? Si iterū dubitas quomo do possis reparari post mortē, & restitui post cineres & ossa consumpta. O homo si dicere velimus, quid fuisti ante quam in matris vte ro cōpereris, nihil vtique. Deus ergo qui te creauit ex nihilo, nonne facilius poterit repa rare de aliquo? nonne facilius potest facere, quod ante iam fuit, qui potuit creare quod non fuit? qui te ex gutta informis liquoris in tuæ matris vtero in neruos, venas & ossa iuss sit excrescere, poterit mihi crede, de vtero ter ræ interim generare. Sed times ne forte tua arida pristina carne nō possint vestiri. Noli se cundū fragilitatē tuam Dei existimare maie statem. Deus ille omniū creator, qui vestit ar bores foliis, & arua floribus, poterit & tua ossa illo certo veris tempore in resurrectione vestire. Dubitauerat aliquando de hoc ipso propheta Ezechiel, & interrogatus à Domi- Ezech. 37.
no, vtrū viuerēt ossa arida quæ videbat dispersa per campū, respōdit, tu scis. Sed postquam Deo iubēte & ipso prophetante vidit ossa ad sua loca & ad iuncturas currētia, postquā vi dit ossa arida neruis ligari, venis intexi, carne cōtegi, cute vestiri, postea prophetauit de spiritu. Et veniēs spiritus vniuscuiusq; introiuit in corpora illa iacentia, & surrexerunt, & mox steterūt. Sic cōfirmatus de resurrectione Propheta, scripsit visionem, vt ad posteros tantæ rei cognitio perueniret. Merito ergo clamat Isaias. Exurgēt mortui, & resurgēt qui in mo- Isai. 26.
numētis sunt, & lætabuntur qui sunt in terra. Ros enim qui abs te est, sanitas est illis. Verè enim sicut rore madefacta semina germinant & exurgūt. Sic rore Spiritus sancti ossa fideliū visitata, cum suo corpore, & in æternā gloriā germinabūt. ¶Sed dubitas quomodo de par uis ossibus totus possit homo restitui. Reuera tu ex modica scintilla ignis, ingentē suscitas flammam. Deus nō poterit ex modico cineris ferméto totū corpusculi tui redintegrare con sperſum? nam si dicas. Nunquam cōparēt reli quiæ carnis ipsius. Forsitā enim aut igne com bustæ sunt, aut à bestijs deuoratæ sunt. Hoc primū scito, quia quidquid cōsumitur in ter ræ visceribus continetur, vnde rursus poterit Deo præcipiente produci. Nam & tu cū non appareat semen ignis, adhibes lapillum & mo dicum ferri, & excutis de visceribus lapilli quātum opus est ignis. Quod ergo per tuam industriam & sapiētiam, quam tibi Deus ipse concesit, tu facis vt producas quod nō appa ret: maiestas illa diuina facere sua virtute non poterit, vt quod interim non videtur, excu tiat? mihi crede, potest omnia Deus. Hoc tantum require, vtrum promisit se facere re surrectionem: & cum promissam tantorum

didiceris

didiceris testimonijs imo cum ipsius Christi Domini certissimam teneas cautionem, confirmatus fide mortē desine iam timere. Qui enim timet adhuc nō credit: qui enim nō credit, peccatum cōtrahit insanabile: quia sua incredulitate Dominū, aut impotentē, aut certè asseuerat mendacem, sed non ita beati Apostoli, non ita sancti martyres probant. Apostoli propter hanc prędicationem resurrectionis dum Christum resurrexisse prædicāt, & ipsos mortuos suscitaturos annunciant, nec mortē, nec tormenta recusauerūt, nec cruces. Si ergo in ore duorum & trium stat omne verbū resurrectio mortuorum, cui tot & tam idonei testes existunt, cui cum effusione sanguinis testimonium dicūt, quomodo potest in dubiū reuocari? Sancti enim martyres, si nō habuissent certam spem resurrectionis, non itaque per tantos cruciatus & pœnas mortem pro lucro maximo suscepissent. Non enim cogitabant supplicia prętentia, sed futura prętmia sequutura. Idem persequitur latissime libro de verbis Apostoli sermone. 34. idē libro de catechizandis rudibus ca. 27. & lib. de Symbolo versus finem. c. 11. Sed & D. Ambrosius in lib. de fide resurrectionis idem probat luculenter multis argumentis ex omni literatura adductis. Diuus quoque Gregorius libr. 14. moralium. c. 30. idem argumētum pertractat. Et vt in summa referantur istorum Patrū rationes omnes ferè ad istas reducūtur. In primis cum anima immortalis sit, & tanquam pars hominis ad humana corpora naturalem propēsionem habeat, eam à corpore seiunctam perpetuo manere, præter naturam existimandū est, quoniā vero, quod naturæ aduersatur ac violentum est, diuturnum esse non potest, cōsentaneum fore videtur, vt denuo cum corpore coniungatur, ex quo etiam sequitur, vt corporum resurrectio futura sit. Quo quidem argumentādi genere Saluator ipse noster vsus est, cum aduersus Saducæos disputans, ex animarum immortalitate corporum resurrectionē concluſit. Deinde cum malis supplicia, bonis præmia à iustissimo Deo sint proposita, ex illis vero quam plurimi, ante quam debitas pœnas persoluant ex his magna ex parte nullis affecti virtutis præmijs è vita decedāt: necesse est iterum animas cum corporibus coniungi, vt sceleribus, aut rectè factis, corpora, quibus veluti peccati socijs homines vtuntur, vna cū anima pœna aut præmio afficiantur. Qui locus diligentissimè tractatus est à sancto Chrysostomo in homilia. 50. ad populū Antiochenum. Quare Apostolus cum de resurrectione dissereret, si in hac vita, inquit, tātum in Christo sperātes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Quæ quidem verba nemo ad animæ miseriam referri existimabit, quæ cum immortalis sit, quanuis corpora non resurgerent in futura tamen vita beatitudine frui posset. Verum de toto homine intelligenda sunt. Nisi enim corpori debita pro laboribus præmia reddantur, necesse est, vt qui, quemadmodum Apostoli, tot ærumnas & calamitates in vita perpessi sunt, omnium sint miserrimi. Idē vero multo apertius docet ad Thessalonicēses his verbis: gloriamur in Ecclesijs Dei pro patientia vestra, & fide in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno Dei pro quo & patimini: si tamē iustum est apud Deū retribuere tribulationē ijs, qui vos tribulant, & vobis, qui tribulamini, requiem nobis cum in reuelatione Domini Iesu de cœlo, cum Angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam ijs, qui non nouerunt Deū, & qui non obediunt Euāgelio Domini nostri Iesu Christi. Adde etiam, non posse homines, quandiu anima à corpore seiuncta est, plenam felicitatem, & bonis omnibus cumulatam adipisci, vt enim quælibet pars à toto separata, imperfecta est: ita etiam anima, quæ corpori nō est adiuncta. Ex quo sequitur vt illi ad summam felicitatem nihil desit, corporum resurrectionem necessariā esse. ¶ Tertia concluſio, possibilitas resurrectionis ex diuinis scripturis efficaciter probatur. Hæc concluſio liquidò constat ex scripturis diuinis, quas in principio huius articuli adduximus ad probandam Christi resurrectionem. ¶ Sed iam tēpus est vt argumenta in principio posita euidenter dissoluamus. Ad primum, & ad secundum dicendum, quod resurrectio mortuorum non aduersatur neque his, quæ lumine naturali sunt nota, neque communi hominū conceptioni. Nam lumen rationis naturale & cōmunis omnium hominum consensus tantummodo docet, quod resurrectio mortuorum fieri nō potest per virtutem naturæ, huic autem nō contradicit, quod supernaturali virtute fieri possit. Multa enim Deus potest facere pro sua omnipotenti virtute, quæ humana mens capere non potest. Certè non esset Deus omnipotens ille, qui solum posset facere, quæ humana mens inuestigare possit. ¶ Ad tertium argumentum dicēdum, quod plures actiones per quarum quamlibet producitur terminus actionis, ita vt sit, & non solum vt sit in hoc, non possunt terminari ad eundem terminum numero, sed secundum multiplicationem talium actionum est multiplicatio terminorū, si autē sint tales actiones per quarū neutram acqui-

Rationes Ambrosij, & D. Gregorij.

Chrysosto. hom. 50.

3. Concluſ.

Ad argumēta.

Ad primū, & ad secundum.

Ad tertiū.

acquiratur terminus, vt sit per se, sed solum vt sit in alio, vel aliud in ipso, vel si per vnam illarum acquiratur terminus vt sit, per aliam vero non acquiratur vt sit, sed solum vt sit in hoc, vel aliud in ipso, tales actiones possunt esse ad eundem terminum numero, sicut patet in motibus localibus, quia enim per motum non acquiritur locus vt sit, sed solum vt mobile sit in loco, ideo plures motus possunt esse ad eundem locum, nunc est ita quod generatio & resurrectio sunt tales actiones, quod per generationem acquiritur terminus, vt sit siue completiue, siue dispositiue, per resurrectionem vero non acquiritur vt sit, sed solū vt sit in hoc, hoc est, vt anima sit in tali materia, & ideo hæ duæ actiones possunt ad eundem terminum numero terminari, illud autē magis patebit inferius. Secundo respondetur, quod generatio & resurrectio sunt duæ actiones diuersæ secundum speciem, quæ proinde habent duos terminos diuersos secūdum speciē. Prioris terminus est homo generatus, posteriorisvero est homo exsuscitatus.

Ad vltimū. ¶ Ad vltimum dicendum, quod dictum Philosophi veritatem habet in his, quorum substantia deperit, non solum quo ad totum cōpositum, sed etiam quo ad aliquam eius partem, scilicet quo ad formam, quæ per corruptionem cedit in potentiam materiæ, qualia sunt generabilia omnia & corruptibilia præter hominem, si autem habeat veritatē in omnibus generabilibus & corruptibilibus oportet, quod hoc intelligatur quo ad actionem naturæ, & nō quo ad virtutem diuinam, quæ præter cursum naturæ multa facere potest.

Testimonia resurrectionis Dñi ¶ Alia quæstio, num resurrectio Christi facta fuerit? Cuius rei veritas cum sit contingēs non potest probari, nisi ex testimonijs, & ex facti euidentia. Complures tamen testes habemus, qui testantur Christum resurrexisse ex mortuis, atque dedisse suæ veræ resurrectionis signa euidentissima, se enim visibilē præbuit, non tantum Apostolis & mulieribus, sed & quingentis simul fratribus, vt Paulus refert, & multis qui aderant quando cælū conscendit. Insuper se palpabilem Thomæ exhibuit manus & latus ei ostendens, vt esset fidelis, & non incredulus. Hinc ille Thomæ clamor maxima ratione obortus, quo ait, Dominus meus & Deus meus. Attestati sunt quoque ipsius Christi resurrectionem cælestes spiritus, qui mulieribus dixerunt. Iesus, quem quæritis, non est hic, surrexit & præcedet vos in Galilæam. Sed ne relatione mulierum tantummodo attestatio Angelorum nobis innotesceret, proinde ascendente Christo ijdem Angeli obstupescentem turbā his verbis sunt allocuti. Viri Galilæi quid admirami ni, aspicientes in cælum, hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælū. Atqui hoc verbum resurrectionis Christi, Apostoli prout viderant, non solum verbis, sed prodigijs multis, & tandem vitæ discrimine comprobarunt. Et ad tollendam omnem suspicionem temeritatis & fraudis, quæ ex hac attestatione Apostolis posset ascribi sapienter arguit Paulus dicens. Nisi Christus surrexisset, præbuisset que nobis resurrectionis spem certam, miserabiliores essemus cunctis hominibus. Verus etenim Christianus ab omnibus voluptatibus carnis se abstinet, vt illis fruatur bonis, quæ in alia vita iustis hominibus sunt præparata. Hinc merito Apostoli & Euangelici viri omnes, qui ab omnibus voluptatibus corporeis abstinent, vt incorruptibilem coronam illam accipiant, nisi ipsam post resurrectionem promissam plenissime à toto homine fruendam consequerentur, vere essent miserabiliores omnibus alijs creaturis, quæ saltem aliqua voluptate potiūtur. Nec parum firmitatis habet hæc veritas, quæ ab omnibus non deprauatis suscipitur, omni lege asseritur, ab omnibus expectatur, nisi sint aliqui tot sceleribus coinquinati, vt nullam sibi futuram vitam persuadeant, nullum tantorum scelerum iudicem. Horrida enim scelera, vt quidam Philosophus ait, omnem fidem, omnem Deum, omnem denique iudicem ab excæcatis mentibus auferunt. Ex his, quæ attulimus testimonijs, & ex euidentia facti satis probatum existimo resurrectionem Christi iam esse factam. Quanquam & alia præclara testimonia in sequentibus subijciemus. Sed dicet Theologus, quomodo verum est id, quod diximus fuisse euidens euidentia facti Christum Dominum resurrexisse, cum hæc sit veritas fidei, quæ sola fide tenetur? Huic percontationi duo respondeo. Alterum est, quod discipuli Domini qui viderunt Christum mortuum, & post modum à mortuis suscitatum, aliud viderunt, & aliud crediderunt. Viderunt quidem hominē illū, qui mortuus fuerat à mortuis exsuscitatum, crediderunt vero illum hominem esse verum Deum, & propria virtute à mortuis exsurrexisse. Hoc est primum responsum. Alterum est, esse quædam mysteria fidei nostræ, quæ antequā facta sunt fide sola tenētur, vt quod resurrectio sit futura, verum postquam facta sunt iam oculis videntur, sicut qui viderunt Lazarum mortuum, & postea vitæ restitutū, euidenter cognouerunt eum à mortuis resurrexisse. Hæc de isto articulo.

Quomodo sit euidens euidentia facti Christū surrexisse ex mortuis, & tamē sit articul⁹ fidei.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm fuerit conueniens Christum tertia die resurgere.

295 Supra q. 51 art. 4. Et 3. di. 21. q. 2. art. 2. Et di. 22. q. 2. art. 2. q. 2. ad 1. Et opu. 3. c. 243. Et op. 60. ca. 20. circa fin. Et Psa. 15. col. 6. Et Ioā. 2. lec. 2.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit conueniens, Christum tertia die resurgere. Membra enim debent capiti conformari. Sed nos qui sumus membra Christi, non resurgimus à morte tertia die, sed nostra resurrectio differtur vsque ad finem mundi. Ergo videtur, quòd Christus, qui est caput nostrum, non debuerit tertia die resurgere: sed debuerit eius resurrectio differri vsque ad finem mundi. ¶ 2. Præterea, Act. 2. dicit Petrus, quòd impossibile erat Christū detineri ab inferno & morte. Sed quandiu aliquis est mortuus, detinetur à morte. Ergo videtur, quòd Christi resurrectio non debuerit differri vsque ad tertiā diē, sed statim eadem die resurgere, præcipuè cùm glos. suprà* inducta, dicat, nullam esse vtilitatem in effusione sanguinis Christi, si non statim resurgeret. ¶ 3. Præterea, Dies incipere videtur ab ortu solis, qui sua præsentia diem causat. Sed ante ortum solis Christus resurrexit: dicitur enim Ioan. 20. Quòd vna Sabbathi Maria Magdalene venit mane, cùm adhuc tenebrę essent, ad monumentum, & tamen Christus iam resurrexerat: quia sequitur. Et vidit lapidem sublatum à monumento. Nō ergo resurrexit Christus tertia die.

art. præce. in cor.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 20. Tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendū, & tertia die resurget.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut dictum est*) resurrectio Christi necessaria fuit ad instructionem fidei nostræ. Est autem fides nostra & de diuinitate & humanitate Christi: non enim sufficit alterum sine altero credere, vt ex prædictis patet *. Et ideo ad hoc, quòd confirmaretur fides de veritate diuinitatis ipsius, oportuit, quòd citò resurgeret, & eius resurrectio nō differretur vsque ad finem mūdi. Ad hoc autem quòd confirmaretur fides de veritate humanitatis & mortis eius, oportuit moram esse inter mortem & resurrectionem, si enim statim post mortem resurrexisset, videri posset quòd eius mors vera non fuerit, & per consequens nec resurrectio vera. Ad veritatem autem mortis Christi manifestadam, sufficiebat quòd vsque ad tertiā diem eius resurrectio differretur: quia non contingit, quin infrà hoc tempus, in homine qui mortuus videtur cùm viuat, appareant aliqua indicia vitæ. Per hoc etiam quòd tertia die resurrexit, commendatur perfectio ternarij: qui est numerus omnis rei, vtpote habens principium, medium & finem: vt dicitur in primo de Cælo*. Ostenditur etiam secundum mysterium, quòd Christus vna sua morte corporali, quæ fuit lux propter iustitiam, duas nostras mortes destruxit, scilicet corporis & animæ: quæ sunt tenebrosæ propter peccatum. Et ideo die integra & duabus noctibus permansit in morte, vt Aug*. dicit in quarto de Trin. Per hoc etiā significatur, quòd per resurrectionem Christi, tertium tēpus incipiebat, nam primum fuit ante legem, secundū sub lege, tertiū sub gratia. Incepit etiā in Christi resurrectione, tertius status Sanctorum: nam primus fuit sub figuris legis: secundus sub veritate fidei: tertius erit in æternitate gloriæ, quā Christus inchoauit resurgendo.

li. 1. tex. 2. to. 2.

lib. 4. ca. 5. to. 3.

ar. præced.

2. 2. q. 2. ar. 7. & 8.

¶ Ad primum ergo dicendū, quòd caput & membra conformantur in natura, sed non in virtute: excellentior est enim virtus capitis, quàm membrorum. Et ideo ad demonstrandam excellentiam virtutis Christi, conueniens fuit, ipsum tertia die resurgere, aliorum resurrectione dilata vsque ad finē mūdi. ¶ Ad secundum dicendum, quòd detentio coactionem quandam importat: Christus autem nulla necessita-

te

te mortis tenebatur astrictus, sed erat inter mortuos liber. Et ideo aliquandiu in morte mansit: non quasi detentus, sed propria voluntate, quandiu iudicauit hoc esse necessarium ad instructionem fidei nostræ. Dicitur autem statim fieri quod fit breui interposito tempore. ¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est*) Christus resurrexit circa diluculum illucescente iam die, ad significandum, quòd per suam resurrectionem nos ad lucem gloriæ inducebat: sicut mortuus est aduesperascente iam die, & recedente in tenebras, ad ostendendum quòd per suam mortem destrueret tenebras culpæ & pœnæ. Et tamen dicitur tertia die resurrexisse, accipiendo diem pro die naturali, qui continet spatium 24. horarum. Et sicut dicit Augustᵒ in 4. de Trinit. nox vsque ad diluculum quo Domini resurrectio declarata est, ad tertium pertinet diem: quia Deus, qui dixit, de tenebris lucem claresce re, vt per gratiam noui Testamenti, & participationem resurrectionis Christi, audiremus: Fuistis aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in Domino: insinuat nobis quodammodo, quòd à nocte dies sumat initium. Sicut enim primi diei propter futurũ hominis lapsum à luce in noctem: ita isti propter hominis reparationem à tenebris ad lucem computantur. Et ita patet, quòd etiam si media nocte surrexisset, posset dici eum die tertia surrexisse, intelligẽdo de die naturali. Nunc autẽ cùm diluculo surrexerit, potest dici, quòd tertia die resurrexit, etiam accipiendo diẽ artificialem, quæ causatur ex præsentia solis: quia iam sol incipiebat aërem illustrare. Vnde & Marc. vltim. dicitur, quòd mulieres venerunt ad monumẽtum orto iam sole. Quod non est contrarium ei quod Ioan. dicit. Cũ adhuc tenebræ essent: vt Augᵘ. dicit in li. de consensu Euangelistarum: quia die surgente reliquiæ tenebrarum tantò magis extenuantur, quantò magis oritur lux. Quod autem dicitur Marci vltimo. Orto iam sole, non sic accipiendũ est, tanquam iam sol ipse videretur super terram, sed tanquam de proximo aduenientein has partes.

q. 51. art. 4. ad 3.

li. 4. c. 6. an te med. to. 3.

li. 3. c. 24. in ter prin. & med. to. 4.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua. Et patet ex illo Matthæi 20. Tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigẽdum, & tertia die resurget. Probatur etiam, quia ad confirmationẽ nostræ fidei oportuit cito resurgere, vt de veritate diuinitatis eius cõstaret. Sed aliquam moram esse oportebat inter mortem, & resurrectionem, vt veritas humanitatis etiam confirmaretur. Nam si statim resurrexisset, videretur, quod eius mors non fuisset vera: & per hoc, quod fuit tertia die commendatur perfectio ternarij, qui est numerus omnis rei, vt habens principiũ, medium, & finem. Ostenditur etiam mysteriũ, quod Christus vna morte sua, quæ lux fuit propter iustitiam duas nostras mortes destruxit, scilicet corporis, & animæ, quæ tenebrosæ sunt propter peccatum: vnde vna die integra & duabus noctibus in morte permansit. Per hoc etiam designatur, quod per Christi resurrectionem tertium tempus incipiebat. Nã primum fuit ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Incepit etiam in Christi resurrectione tertius status sanctorum. Nam primus fuit sub figuris legis, secundus sub veritate fidei, tertius erit in æternitate gloriæ quam Christus resurgendo inchoauit.

Conclusio Mat. 20.

EXPOSITIO ARTICVLI.

QVod Christus Dominus resurrexerit tertia die non solum patet ex Symbolo fidei, verum ex sanctis scripturis. Nam triduana mors Domini passim & prædicta est, & præsignata per Prophetas. Ionæ enim Prophetæ typus quo spectet, ipse Dominus indicauit, cum ait ad Iudæos: generatio hæc, generatio nequam est; signum quærit, & non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetę. Sicut enim Ionas fuit in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita oportet esse filium hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, quod per synecdochen intelligitur. Nã vt dictum est supra q. 51. art. vltimo. Christus solum fuit in sepulchro, vna die & duabus noctibus. Sed quomodo potest huic veritati quadrare, quod dicitur Matth. 27. videlicet quod principes sacerdotum conuenerunt ad Pilatum dicentes. Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit, adhuc viuẽs, post tres

Quomodo Christus resurrexit tertia die.

Quomodo fuerit Christus in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Mat. 27.

Quomodo verum sit quod Christus resurrexit post tres dies. Faber Stapulensis.

dies resurgã, ergo videtur quod resurrexerit post tres dies integros. ¶ In huius rei expositionem Faber Stapulensis fecit tractatum de resurrectione Christi, in quo per altissimas tenebras persuadere adnititur, quod surrexerit post tres dies completos. Verum iste turpiter errat, prout demonstratum est suprà quæst. 51. loco indicato. Et certè hic autor loquitur contra traditionem Ecclesiæ. Nam ex eius sententia sequitur euidenter, quod passus fuerit Dominus feria quarta. Græci autores alio modo explicant propositam difficultatem dicentes, quod Christus Dominus passus est feria quinta, & sic facilè explicant, quo modo post tres dies à mortuis resurrexit. Verum istorum sententiam in superioribus euidenter confutauimus. Sunt qui dicant, quod in illo loco Matthæi vbi nostra lectio habet post tres dies, debet legi per tres dies. Nam præpositio Græca, meta, non solum significat post, sed etiam per, vel in. Sed cum nostra lectio autentica sit & irrefragabilis, istud suffugium non habet locum. Et ideo alij dicunt quod illa verba non sunt Euangelistæ, neque Christi sed Iudæorum. Verum contra istam solutionem est argumentum in promptu. Nã

Mar. 8. Marci 8. ipse Dominus dicit, oportet filium hominis pati, & post tres dies resurgere. Et ideo dicendum est, idem esse post tres dies &

Mar. 27. tertia die. Vnde Iudæi Matth. 27. ad Pilatum dixerunt. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium. ¶ Aliud dubium est,

De tempore quo Christus resurrexit variæ sententiæ patrum. an surrexerit nocte, an vero die iam illucescente. Ratio dubitandi est diuersitas opinionum inter sanctos patres. In cuius rei expositionem dico primum, quando resurrexerit Christus, primo mane an nocte nullus Euangelista plane indicauit. Solus enim hoc nouit qui solus resurrexit vt voluit. Secundo dico certum esse, quod prima Sabbathi surrexit, quia tertia die resurrexit sicut prædixerat. Tertio dico certum etiam esse, quod resurrexit antequam ad sepulchrum peruenirent mulieres, & angelus descenderet, qui dixit mulieribus surrexit non est hic. Quarto dico, quanto tempore ante resurrexit, nõ patet ex Euãgelijs. Et in hoc est varietas opinionum.

D. August. D. August. 4. de Trinitate cap. 5. & 6. sentit Dominum surrexisse in ipso diluculo. Idem-

D. Thom. que docet D. Tho. in hoc articulo in solutione tertij, cui sententiæ apertè videtur conuenire, quod dicit postea Marcus. Surgens autem Iesus mane prima Sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalene. At D. Hieronymus in

Hieron. quæstionibus ad Hedibiam, similiter & Theo-

Theophyl. phylactus atq; Euthimius volunt illa verba, mane prima Sabbathi, separanda à præcedentibus, & iungenda cũ sequentibus. Non enim inquit Theophylactus, surrexit mane. Quis enim vidit quando surrexit? sed apparuit mane prima Sabbathi. Omnes autem, inquit Eu-

Euthimius thimius, vnanimiter sancti patres & doctores tempus resurrectionis eius fuisse dicunt circa primum gallicinium, qui iam Dominici diei lucem præferebat. Ideo quoque post sextam noctis horam virtutis sectatores soluto ieiunio lætitiam auspicantur. Est enim primum gallicinium non ita diu post medium noctis, hoc est, sextam noctis horam. Et D. Hieronymus loco prædicto significat Dominum surrexisse tempore mediæ noctis, atque gallorũ cantus. Confirmat hanc sententiam typus resurrectionis Dominicæ, qui in Samsone præcessit, vt interpretatur D. Gregorius in homilia paschali, cum enim Samson Gazam ciuitatem Philistinorum fuisset ingressus, Philistæi ingressu eius cognito, ciuitatem repente obsidionibus circundederunt, custodesque deputauerũt, fortissimum Samsonem se iam comprehendisse putantes. At is media nocte portas ciuitatis abstulit, & verticem montis ascendit. Quo facto redemptorem nostrum

Gregor. D. Gregorius cum alijs designatum intelligit, qui cum secundum animam infernum, secundum corpus sepulchrum esset ingressus, Iudæi custodes illico deputauerunt, eumque in inferni ac sepulchri claustris retentum, quasi Samsonem in Gaza se comprehendisse lætati sunt. Samson vero non solum media nocte exijt, sed etiam portas tulit, quia videlicet redemptor noster ante lucem surgens non solum liber de inferno exijt, sed & ipsa etiã inferni claustra destruxit. Eadem sententia videtur confirmari, quia in benedictione cærei & in præfatione Missæ, & in canone dicitur fuisse sacratissimam noctem in qua Christus resurrexit. Et olim in nocte resurrectionis celebrabatur Missa, vt in die Natiuitatis, vt au-

Sylvester. tor est Sylvester verbo, Missa 1. §. 6. Idem videtur sentire Ambrosius in illud, vespere autem Sabbathi, &c. Et potest confirmari ex illo Euangelij cum adhuc tenebræ essent. Ex his patet incertum esse, quo præcise tempore Dominus surrexerit. Quinto dico, omnium esse sententiam Dominum surrexisse post mediam noctem, & ante lucem. Vltimò dico, esse communem opinionem, quod surrexerit circa diluculũ illucescẽte iam die, ad significandum quod per suam resurrectionem nos ad lucem gloriæ inducebat, sicut mortuus est aduesperascente iam die, & recedente in tenebras, ad ostendẽdum quod per suam mortem destrueret tenebras culpæ & pœnæ. Conuenit etiam hoc tempus eius resur-

Cõmunis opinio est, Christũ Dominũ resurrexisse circa diluculũ illucescente iam die.

resurrectioni, vt sicut ante solis ortum natus est ex vtero Virginis, ita & ante solis ortum procederet è sepulchro, vt ratione vtriusque intelligi possit dictum de Christo, ex vtero ante luciferum genui te. Nam eius resurrectio veluti secunda fuit generatio, vnde resurrectionem scriptura vocat regenerationem. Et Paulus Actuum. 13. illud Psalmi. 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te, in Christi resurrectione interpretatur impletum. Christus ergo ante luciferum prodiens, & ex vtero Virginis, & ex claustris sepulchri, declaratit se nouum esse solem & veriorem vulgari sole, vt cuius ortum suo ortu præuenit, nouum adferens mundo diem nouamque lucem, propter quod non sine mysterio in prima Sabbathi resurrexit, vt sicut in mundi creatione, prima die formata est lux, ita in prima hebdomadæ die noua lux mundo est resuscitata, qua mundus est restitutus & renouatus, ob quam mundi innouationem Christi resurrectione perfectam in prima Sabbathi, religione Sabbathi ab Apostolis translata in hanc diem, cœpit ipsa vocari Dominicus dies, cuius meminit Ioannes Apocalypsis primo. ¶ Tertium dubium est, quid est illud quod dicitur, vespere autem Sabbathi quæ lucescit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalene, &c. Et Diuus Marcus dicit valde mane vna Sabbathorum veniunt ad monumentum orto iam sole, & alius Euangelista dicit, cum adhuc tenebræ essent. Videtur certè in his verbis esse contradictio. Sed reuera non est, vt hîc Diuus Thomas explicat in solutione tertij. Nam illud vespere autem Sabbathi, quæ lucescit in prima Sabbathi, significat totam noctem post Sabbathum, quæ lucescit in primam Sabbathi, id est, durat vsque ad diem Dominicum. Illud vero quod dicit Marcus, mulieres veniisse ad monumentum orto iam sole, non est contrariũ ei, quod Ioannes dicit. Cum adhuc tenebræ essent, vt Augustinus dicit in libro de consensu Euangelistarum: quia die surgente reliquiæ tenebrarum tanto magis extenuantur, quanto magis oritur lux. Quod autem Marcus ait, orto iam sole, non sic accipiendum est tanquam iam sol ipse videretur super terrã, sed tanquã de proximo aduenięte in has partes.

Act. 13. Psalm 2.

296 4. di. 42. ar. 3. q. 1. ad 3. Et op. 3. cap. 243. 246. & 247 fin. Et 1. Cor. 5. le. 3. in prin. Et ad Col. 1. le. 5. col. 1.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christus primò resurrexerit.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Christus non primò resurrexerit. Nam in veteri Testamento per Heliam & Helisæum aliqui resuscitati leguntur: secundum illud Hebræor. 11. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Similiter & Christus ante passionem suam tres mortuos suscitauit, non ergo Christus fuit primus resurgentium.

¶ 2. Præterea, Matth. 27. inter alia miracula quæ in passione Christi acciderũt, narratur quòd monumẽta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Non ergo Christus fuit primus resurgentium.

¶ 3. Præterea, Sicut Christus per suam resurrectionem est causa nostræ resurrectionis: ita per suam gratiam est causa nostræ gratiæ: secundum illud Ioã. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed alij priùs tempore gratiam habuerunt, quàm Christus: sicut omnes Patres veteris Testamenti. Ergo etiam aliqui prius ad resurrectionem corporalem peruenerunt, quàm Christus. ¶ Sed contra est, quod dicitur 1. ad Corinth. 15. Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiũ. gloss. *Quia prius tempore & dignitate surrexit.

glo. interlinearis, ibi.

¶ Respondeo dicendum, quòd resurrectio est reparatio à morte in vitam. Dupliciter autem aliquis eripitur à morte. Vno modo solùm à morte in actu, vt scilicet aliquis viuere incipiat qualitercunque postquã mortuus fuerat. Alio modo, vt aliquis liberetur non solùm à morte, sed etiam à necessitate: & quòd plus est, à possibilitate moriendi. Et hæc est vera & perfecta resurrectio: quia quandiu aliquis viuit subiectus necessitati moriendi, quodã modo mors ei dominatur: secundum illud Rom. 8. Corpus quidem mortuũ est propter peccatum. Illud etiam quod possibile est esse, secũdum quid dicitur esse, id est, potentialiter. Et sic patet, quòd illa resurrectio, qua quis eripitur solùm ab actuali morte, est resurrectio imperfecta. Loquẽdo igitur

de resurrectione perfecta, Christus est primus resurgentium : quia ipse resurgendo, primò peruenit ad vitam penitus immortalem, secundum illud Roman.6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Sed resurrectione imperfecta, quidam alij surrexerũt ante Christum, ad præmonstrandum quasi in quodam signo resurrectionẽ ipsius. ¶ Et sic patet responsio Ad primum : quia & isti qui suscitati in veteri Testamento sunt, & illi qui suscitati sunt à Christo, sic redierunt ad vitam, vt iterum morerentur. ¶ Ad secundum dicendum, quòd de illis qui resurrexerunt cum Christo, duplex est opinio : quidam enim asserunt, quòd redierunt ad vitam tanquam non iterum morituri: quoniam magis illis esset tormentum si iterum morerentur, quàm si non resurgerent. Et secundum hoc intelligendum erit, sicut Hiero*. dicit super Matth. quòd non ante surrexerunt, quàm resurgeret Dominus, vnde & Euãgelista dicit, quòd exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Sed Augustin*. in Epistola ad Euodiũ hanc opinionem commemorans dicit. Scio quibusdam videri morte Domini Christi iam talem resurrectionem præstitã iustis, qualis nobis in fine promittitur. Qui si non iterum repositis corporibus dormierunt, videndum est, quomodo intelligatur Christus primogenitus à mortuis si eum in illa resurrectione tot præcesserunt. Quod si respondetur, hoc esse dictum per anticipationem, vt monumenta illo terræ motu aperta intelligantur, cùm Christus in cruce penderet, resurrexisse autem iustorum corpora non tunc, sed cùm ille prior resurrexisset : illud adhuc restat quod moueat, quomodo Petrus non de Dauid, sed de Christo asseruit fuisse prædictum, carnem eius non vidisse corruptionẽ, per hoc quòd apud eos erat monumentum Dauid: & sic illos non conuincebat, si corpus Dauid ibi iam non erat : quia etsi antè in recenti sua morte resurrexisset, nec caro eius vidisset corruptionem, posset nihilominus illud monumentum manere. Durum autem videtur, vt Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorum, si eis iam æterna donata est, cuius Christus ex semine commendatur. Periclitabitur etiam illud quod ad Hebræos de iustis antiquis dicitur. Ne sine nobis consummarentur, si iam in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt, quę nobis perficiendis in fine promittitur. Sic ergo Augustin*. sentire videtur, quòd resurrexerint iterum morituri. Ad quod etiam videtur pertinere quod Hiero*. dicit super Matth. Quòd sicut Lazarus resurrexit, sic & multa corpora Sanctorum resurrexerunt, vt Dominum ostenderent resurgentem. Quamuis hoc in sermone de Assumpsione sub dubio relinquat, rationes tamen Augustin. multò efficaciores videntur. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut ea quæ præcesserunt Christi aduentũ, fuerunt præparatoria ad Christum, ita gratia est dispositio ad gloriam. Et ideo ea quæ sunt gloriæ siue quantum ad animam (sicut perfecta Dei fruitio) siue quãtũ ad corpus (sicut resurrectio glorioſa) prius tempore debuerunt esse in Christo sicut in autore gloriæ. gratiam verò conueniebat prius esse in his quæ ordinabantur ad Christum.

In illud Mat.27. Et multa corpora sancto rum, to.9.

Epi. 99. nõ longè ante med. to.2.

in prad. verbis, epi. 99 to.2.

eodẽ loco citato, circa prin. solutionis hu.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. 1.Cor.15.

COnclusio est affirmatiua. Et probatur ex illo 1. ad Corinth. 15. Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium. Glosa, quia prius tempore & dignitate resurrexit. Probatur deinde, quia alia est resurrectio perfecta & alia imperfecta, in imperfecta Lazarus & multi alij Christum præcesserunt, in resurrectione autem perfecta Christus primitiæ est resurgentium, quia primus venit ad vitam penitus immortalem secundum Apostolum ad Roma. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Rom.6.

EXPO-

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo dubium est, de eo quod dicitur Matth. 27. Nam inter alia miracula, quæ in passione Christi acciderunt narratur, quod monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerũt. Super quæ verba duplex oritur quæstio. Altera est, an surrexerunt in passione Domini? Nam Matthæus id videtur insinuare. Altera est, vtrùm isti qui iam resurrexisse dicuntur resurrexerint ad vitam immortalẽ sicut Christus, an surrexerint sicut Lazarus rursum morituri? Et quidem ad primam quæstionem dicunt ferè vniuersi, monumenta quidem aperta esse in ipsa morte Domini, cæterum in ipsa primum resurrectione Domini corpora illa sanctorum ex monumentis surrexisse, quia Matthæus dicit, quod exeuntes de monumẽtis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem. Non enim conueniebat, vt ante Christum resurgerẽt. Christus enim est primitiæ dormientium, & primogenitus ex mortuis. Horumque resurrectio in confirmationẽ resurrectionis Christi facta est. ¶ Ad secundam quæstionem, veteres fere omnes sentiunt eos rursum obdormisse postquam testimoniũ resuscitato Dño perhibuissent multis illis quibus apparuisse dicuntur. Hanc sententiam docet D. Augu. in epistola 99. ad Euodium, allegatq; in suum patrocinium, illud de Petro Actorũ 2. capit. Contendebat enim illic Apostolus illud Psalmi. 15. non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, non de ipso Dauide, sed de Christo intelligendum esse. Quod inde comprobat, quod Dauid mortuus est & sepultus, & sepulchrũ, inquit, eius apud nos est. Si autem non intelligeret ossa Prophetæ illic iacere, nihil vtiq; probasset, & tamen Dauid, inquit Augustinus, cum illis resurrexit. Deinde, cum illa resurrectio tantum fuerit, vt mortui testimonium Dominicæ resurrectionis præberent, profecto videtur illud priuilegium non fuisse illis indultum amplius quam ad id munerisnecessarium fuerit, & ideo illo munere perfecto ad mortẽ redierẽ. Quid quod concedere Christum paucos quosdam gratia resurrectionis in perpetuum donasse alijs relictis, non est facile ad credẽdum, postquam ad testificandam resurrectionem Domini non fuerat necessarium. Huic argumento alterum connectitur non leue, quia si surrexerunt nunquam amplius morituri, non est credendum mãsisse in terris, sed certissime in cælos cum Christo ascendisse. Sivero illuc ascenderunt, non est dubiũ quin Euangelistæ inter enarrandam Christi ascensionem tam præclaram historiam commemorassent. Accedit in confirmationem huius, quod Moyses in transfiguratione Domini resurrexit secũdum veriorem opinionem, quæ est D. Hieronymi super Matthæum ca. 17. & tamen nõ dubitatur, quin postea fuerit mortuus, absurdum enim esset concedere Moysen in vitam perpetuam prius Christo resurrexisse. Ad hæc sic arguitur. Nam si illi resurrexerunt nunquam morituri, facilè de alijs viris iustis noui Testamenti hoc idem credere tur, & tamen hæc tam ardua res est, vt etiam de beata Virgine non sit adhuc tanquam veritas fidei definita. Adde his, quod profecto Iob, qui quasi Euãgelicè resurrectionẽ Christi & vniuersalem omnium prænunciauit, pie credendus est inter alios sanctos resurrexisse, & tamẽ ait, quod in nouissimo die de terra surrecturus est. Imo & de Ioanne Baptista, qui Christi fuit præcursor aduentũ eius prænuncians, maximè fit credibile inter illos tũc resurgẽtes fuisse, cuius tamẽ caput postmodũ inuentũ est. Et sane hæc sententia videtur cõfirmari ex illo, quod legitur Ioan. 5. omnes, nemine excepto, qui in monumentis sunt, audiẽt vocẽ filij Dei, & loquitur de voce finalis iudicij, loquiturq; de hominibus qui cũ illo surrexerũt, siquidẽ tũc in monumentis iacebãt. Postremò adhibetur optima ratio ex illo quod ad Hebræ. 11. de iustis antiquis dicitur. Nondũ repromissionẽ, hoc est, resurrectionem eos suscepisse, Deo pro nobis melius aliquid prouidẽte, vt nõ sine nobis consumarẽtur. Quod verum esse nõ videtur, si iã in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt. Ad quod pertinere etiã videtur, quod Hiero. dicit super Mat. ca. 27. quod sicut Lazarus resurrexit sic & multa corpora sanctorũ resurrexerunt, vt Dñm ostenderent resurgentem. Qui hãc opinionẽ tenuerint, dicere proinde debent, nõ fuisse propriè resurrectionem sed suscitationẽ quandã, vt Lazari & aliorũ, & fortasis isti mãserunt cũ Christo vsq; ad eius ascensionẽ, & tũc relictis corporibus ascenderunt animæ cum illo simul cũ cæteris quę de limbo exierũt, iuxta verbũ Pauli, ascendens Christus in altũ captiuã duxit captiuitatẽ. Et profecto ad istã opinionẽ videtur esse conseqũs, quod nõ surrexerint nisi in corporibus corruptibilibus quale Christus habuit ante passionẽ. Nã cũ illa resurrectio nõ esset beatorũ, non erat opus dotes gloriæ diffundi in corpora. Præsertim cũ illa tã breui deberent relinquere. Itẽ quia alioqui sua claritate illos exterruissent quibus apparebãt, & Moysesnõ creditur in trãsfiguratione apparuisse in corpore glorioso alioqui perinde vt Christus resplen-

Mat. 27.

Multos resurrexisse cũ Christo, certum est.

Quod illi qui resurrexerunt cũ Christo rursum obdormierint, vetere spatres docuerunt. D. Augustin.

Argumẽta quibus anti qui patres suũ dogma cõprobabant.

D. Hieron.

Ioan. 5.

Heb. 11.

Hieron.

Caietanus & alij recẽtiores sentiunt, eos qui cũ Christo surrexere advitãim mortalẽ cõ surrexisse.

resplẽduisset. Opposita sententia placet recentioribus Theologis. Nominatim Caiet. in hoc artic. cuius opinionis hæc sunt argumẽta. Primũ, nã alioqui nõ fuissent certi, & firmi testes resurrectionis Christi, si iterũ morituri resurrexissent. Secundũ, quia nõ fuisset illis beneficium ipsorũ resurrectio, quia maiusillis fuisset tormentũ, si iterũ fuisset ipsis moriẽdum, quã si nõ resurrexissent. Tertiũ argumẽtum, quia nõ sunt visi nisi à paucis, at si resurrexissent, sicut Lazarus ad vitã mortalem, passim quibuslibet apparuissent sine discrimine, sicut Lazarus. Quartũ argumentũ, quia nõ surrexerunt ad conuictũ hominũ cõmunem, sicut illi, qui viuũt vitã mortalẽ. Quintũ argumentũ, quia si resurrexerũt ad vitã mortalẽ, iterũ morituri, ergo erãt viatores, & sic mereri & demereri potuerũt, potuerũtq; condemnari, etiã si ex sanctis viri essent, ex his qui ex limbo prodierũt. Nec leue argumentum est, quod hic cõmemorat Caiet. Minus enim corporalis fœlicitas habere videtur aliquid, si desit corporalis societas. Est enim homo secundũ vitã corporeã animal sociale, non solum propter indigentiã necessariorũ ad vitã, vt in hoc mũdo cõtingit, sed etiã propter naturalẽ

D.Hieron. delectationẽ in ipsa corporali societate consistentẽ. Et quidẽ D. Hieron. in sermone de assumptione Virginis, hanc quæstionẽ sub lite relinquit, quanquã ipse magis propendit in hoc, quod resurrexerint ad vitã immortalẽ.

D.Thom. Et D. Thom. in 4. d. 43. & in additionibus q. 77. huic sententiæ videtur fauere. Verum est tamen quod in hoc loco Augu. sequitur plane. Verũ si quis istã sententiã recentiorũ voluerit sequi, poterit respõdere ad illud

Act.2. Act. 2. quod in suum patrocinium adducit Augustinus, quod in eo loco nõ significat, quod tũc corpus Dauidis esset in sepulchro, sed quod vos vidistis sepulchrum eius, & corpus eius corruptum, ergo illa scriptura non dabis sanctum tuum videre corruptionem, non debet intelligi de Dauide, sed de Christo. Ad aliud quod adduxit in medium D. Aug. ex epist. ad Hebræos, scilicet patres antiquos nondũ adeptos esse repromissionem Deo pro nobis aliquid melius prouidẽte, ne sine nobis cõsummarentur, potest responderi in primis, quod sit intelligendũ de gloria animæ. Nam hanc non prius acceperunt patres veteris testamẽti. Secundò, quod hoc fuit priuilegiũ quibusdam cõcessum, sicut concessum est beatissimæ Mariæ, & beato Ioanni, vt quidã dicunt. Potest tertio dici, quod illi qui perfectè resurrexerunt cum Christo, non sunt sine nobis consummati, quia nostro tẽpore sunt cõsummati, s. tẽpore reuelatę grę & glorię inchoatę.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christus fuerit causa suæ resurrectionis.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit causa suæ resurrectionis. Quicunque enim suscitatur ab alio, non est suæ resurrectionis causa. Sed Christus suscitatus est ab alio, secundum illud Actuum. 2. Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, & Roman. 8. Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, &c. Ergo Christus non est causa suæ resurrectionis. ¶ 2. Præterea, Nullus dicitur mereri, qui ab alio petit aliquid, cuius ipse est causa. Sed Christus sua passione meruit resurrectionem (sicut Augustin.* dicit super Ioannem, quòd humilitas passionis meritum est gloriæ resurrectionis.) Ipse etiam petijt à Patre se resuscitari: secundum illud Psalm. 30. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me. Ergo non fuit causa suæ resurrectionis. ¶ 3. Præterea, Sicut Damasce.* probat in quarto libro, resurrectio non est animæ, sed corporis, quod per mortem cadit. Corpus autem non potest sibi animam vnire, quæ est eo nobilior. Ergo id quod resurrexit in Christo, non potuit esse causa suæ resurrectionis. ¶ Sed contra est, quod Dominus dicit Ioannis. 10. Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Sed nihil est aliud resurgere, quàm iteratò animam sumere, ergo videtur, quòd Christus propria virtute resurrexerit.

297 Psa. 40. co. 2. Et 105. 2. & 3. co. 2. & ad Rom. 4. fin.

tract. 104. in Io. nõ remote à fin.

lib. 4. orth. fid. ca. vlti.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut suprà dictum est*) per mortem non fuit separata diuinitas, nec ab anima Christi, nec ab eius carne. Potest igitur tam anima Christi mortui, quã eius caro, considerari dupliciter. Vno modo ratione diuinitatis. Alio modo

q. 50. art. 2. & 3.

ratione

ratione ipsius naturæ creatæ. Secundum igitur vnitę diuinitatis virtutem, & corpus resumpsit animã, quam deposuerat, & anima corpus resumpsit, quod dimiserat: & sic Christus propria virtute resurrexit. Et hoc est quod de Christo dicitur 2. ad Corinth. vltim. quòd etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei. Si autę consideremus corpus & animam Christi mortui secundum virtutem naturæ creatæ, sic non potuerunt sibi inuicem reuniri, sed oportuit Christum resuscitari à Deo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd eadem est diuina virtus & operatio Patris & Filij. Vnde hæc duo sese consequuntur, quòd Christus sit suscitatus diuina virtute Patris, & sui ipsius. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus orando petit & meruit suam resurrectionem in quantum homo: non autem in quantum Deus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus secundum naturam creatam non est potentius anima Christi, est tamen ea potentius secundum virtutem diuinam: quæ etiam rursus secundum diuinitatem vnitam est potentior corpore, secundum naturam creatam. Et ideo secundum virtutem diuinam corpus & anima mutuò se resumpserũt: non autem secundum virtutem naturæ creatæ.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio, Ioan 10. Conclusio est affirmatiua. Patet ex illo Ioannis decimo. Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam, sed nihil est aliud resurgere, quam iterato animam sumere, ergo videtur quod Christus propria virtute resurrexerit. Deinde probatur. Nam tam anima quam caro Christi mansit vnita diuinitati, & ideo tam anima, quam caro Christi ratione diuinitatis coniunctæ ex virtute propria resurrectionẽ causauit, ex virtute vero suæ naturæ, nec anima, nec caro causauit resurrectionem, sed oportuit Christum resuscitari à Deo.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Explicatur fusius quomodo Christus propria virtute resurrexerit,

OPeræpretium est hic, paulò fusius declarare, quomodo Christus sua virtute resurrexit siquidẽ iã mortuus erat. Certè Christus in morte Deus permanebat, neq; sua diuinitas vnquã dereliquit, quod semel assumpserat. Ipse quidẽ vt homo veraciter mortuus est per realem separationem corporis & animæ: sicut nos vere mortui sumus, dũ anima separata est à corpore nostro, tamen semper vnita est vt Deus, semper etiam vnitam habens suam diuinitatẽ, & cũ anima dũ esset in limbo, & cum corpore dum iaceret mortuũ in sepulchro. Et hac suæ diuinitatis virtute surrexit dum voluit, velut soporatus à somno. Vnde Christus de se per os Prophetæ dicit, ego dormiui & soporatus sum. Et ad Iudæos inquit, Soluite templũ hoc, loquens de templo corporis sui, sicut Ioannes testatur, & in tribus diebus excitabõ illud, ego inquit excitabo illud nõ alius, sed ego ipse. Ad idem pertinet, quod dicit Dominus. Propterea, inquit, me diligit pater, quia ego pono animã meam, & iterum sumam eam, nemo tollit eã à me, sed ego pono eam à me ipso, potestatem habens ponendi eam, & potestatem habens iterum sumendi eam. Verum est tamẽ, quod in multis locis scripturæ dicitur, quod Deus suscitauerit Christũ Iesum. Sic dicitur Actorũ. 2. & Psal. 15. Propheta in persona Christi sic alloquitur Deum. Non derelinques animã meã in inferno, & Apostolus; quod si spiritus eius, qui suscitauit Iesum habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christũ à mortuis viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantẽ spiritum eius in vobis. Hinc palam testamur, quod Deus suscitauit filiũ suũ Iesum à mortuis. Nihilominus scimus & cõfitemur quod Christus ipse cum voluit reassumpsit animã suã, ipseq; surrexit à mortuis seipsum viuificãs, neq; vlla est hic repugnantia. Nã cum in scripturis legamus Christũ Dñm à patre suscitatũ esse, hoc ad eũ, vt ad hominẽ referendũ est. Cũ vero legimus Christũ sua virtute resurrexisse, hoc ad eundẽ, vt Deũ omnino reducendũ est. Itaq; diuinitas Christi quæ non moritur, est quæ eadẽ cũ diuinitate Patris & Spiritus sancti excitauit ipsum secũdum humanitatem secundum quam mortuus fuit, vt verissime dicatur, Deus suscitauit illũ. Verissime etiã Christus suscitauit se ipsum. Sed hic est obseruandũ tres versari differentias inter resurrectionẽ Christi, & aliorũ hominũ. Primaria est. Nã Christus sua ipsius virtute, & potestate surrexit, vt dudum declaratum est, & hoc præsefert illud verbũ Symboli, resurrexit à mortuis. Cęteri nãq; homines aliena vir

Vtrũq; verũ est Deus suscitauit Christũ, & Christus suscitauit seipsum.

Differunt multis resurrectio Christi & aliorum.

tute resuscitati sunt vel resuscitabuntur. Secunda differentia est, quod exsuscitati ante eum, exsuscitati sunt ad vitam mortalem nó longe post denuo morituri, Christus vero suscitatus est ad vitam immortalé. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, ob idque D. Paulus appellat illum primogenitum ex mortuis. Fuit enim primus qui resurrexit in corpore beato, atque glorioso, non plus morti obnoxio, quin potius de morte triumphauit. Ob eandem causam D. Ioannes in Apocalypsi vocat illum viuentem per sæcula. Et angeli Domini in die resurrectionis dixere mulieribus. Quid quæritis viuentem cum mortuis, non est hic, sed surrexit. Tertia differentia est, nã alij resuscitati sunt, vt viuerent iterum in tali corpore, quale prius seminatum erat in corruptione, in ignobilitate, in infirmitate, vt Paulus explicat. 1. Cor. 15. At Christus surrexit in gloria, & in virtute, habens nunc corpus spiritale. Nam quod mortale fuerat in eo & corruptibile, iam induerat immortalitatem & incorruptionem, morte prorsus absorpta in victoria. 1. ad Cor. 15.

1. Cor. 15.

QVAESTIO LIIII.

De qualitate Christi resurgentis, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandũ est de qualitate Christi resurgentis. ¶ Et circa hoc quę runtur quatuor.

¶ Primò, vtrùm post resurrectionem, Christus habuerit verum corpus. ¶ Secundò, vtrùm resurrexerit cum corporis integritate. ¶ Tertiò, vtrũ corpus eius fuerit glorioſum. ¶ Quartò, de cicatricibus in corpore eius apparẽtibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christus post resurrectionem habuerit verum corpus.

298 Inf. ar. 3. co. Et opu. 60. c. 22. col. 4.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus. Verum enim corpus non potest simul esse cum alio corpore in eodẽ loco. Sed corpus Christi post resurrectionem fuit simul cum alio corpore in eodem loco: intrauit enim ad discipulos suos ianuis clausis, vt dicitur Ioan. 20. Ergo videtur, quod Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus. ¶ 2. Prætereà, Verum corpus nó euanescit ab aspectu intuentium, nisi fortè corrumpatur. Sed corpus Christi euanuit ab oculis discipulorum eũ intuentium, vt dicitur Luc. vltim. Ergo videtur, quòd Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus. ¶ 3. Prætereà, Cuiuslibet veri corporis est determinata figura. Sed corpus Christi apparuit discipulis in alia effigie, vt patet Marc. vltimo. Ergo videtur quòd Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus humanum. ¶ Sed contra est, quod dicitur Luc. vltimo, quòd Christo discipulis apparente, conturbati & conterriti, existimabant se spiritum videre, ac si non haberet verum corpus, sed phantasticum. Ad quod remouendum ipse postea subdidit, Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Non ergo habuit corpus phantasticũ, sed verum.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut Damascen*. dicit in 4. libro illud resurgere dicitur, quod cecidit. Corpus autem Christi per mortem cecidit, in quantum scilicet fuit ab eo anima separata, quę erat eius formalis perfectio. Vnde oportuit ad hoc quòd esset vera Christi resurrectio, vt idé corpus Christi iteratò eidem animæ vniretur. Et quia veritas naturæ corporis est ex forma, consequens est quòd corpus Christi post resurrectionem & verum corpus fuerit, & eiusdem naturę, cuius fuerat prius. Si autem eius corpus fuisset phantasticum, non fuisset vera resurrectio, sed apparens.

li. 4. c. 22 & est vlt. li. nõ multum à princ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd corpus Christi post resurrectionem, non ex miraculo, sed ex conditione gloriæ (sicut quidam dicunt) clausis ianuis ad discipulos introiuit, simul cum alio corpore in eodem loco existens.

existens. Sed vtrùm hoc habere possit corpus glorioſum ex aliqua proprietate ſibi indita, vt ſimul cum alio corpore in eodem loco exiſtat, inferius * diſcutietur, vbi agetur de reſurrectione communi. Nunc autem quantum ad propoſitum ſufficit dicendum eſſe, quòd non ex natura corporis, ſed potius ex virtute diuinitatis vnitæ, illud corpus ad diſcipulos (licet verũ eſſet) ianuis clauſis introiuit. Vnde Aug*. dicit in quodam ſermone Paſchali, quòd quidam ſic diſputant. Si corpus erat, ſi hoc ſurrexit de ſepulchro quod pepẽdit in ligno, quomodo per oſtia clauſa intrare potuit? Et reſpondet. Si comprehendis modum, non eſt miraculũ: vbi deficit ratio, ibi eſt fidei ædificatio. Et ſuper Ioan*. dicit. Moli corporis, vbi diuinitas erat, oſtia clauſa non obſtiterunt: ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo naſcente virginitas matris inuiolata permanſit. Et idem dicit Gregorius * in quadam Homilia de octaua Paſchæ. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut dictum * eſt, Chriſtus reſurrexit ad immortalem gloriæ vitam. Hæc eſt autem diſpoſitio corporis glorioſi, vt ſit ſpirituale, id eſt, ſubiectum ſpiritui, vt Apoſtolus dicit 1. ad Corinth. 15. Ad hoc autem quòd ſit omnino corpus ſubiectum ſpiritui, requiritur quòd omnis actio corporis, ſubdatur ſpiritus voluntati. Quod autem aliquid videatur, fit per actionem viſibilis in viſum, vt patet per Philoſophum * in 2. de Anima. Et ideo quicunque habet corpus glorificatum, in poteſtate ſua habet, videri quando vult: & quando non vult, non videri. Hoc tamen habuit Chriſtus non ſolum ex conditione corporis glorioſi: ſed etiam ex virtute diuinitatis, per quam fieri poteſt, vt etiam corpora non glorioſa miraculoſè non videantur: ſicut præſtitum fuit beato Bartholomæo miraculoſè, vt ſi vellet videretur: non autem videretur ſi non vellet. Dicitur ergo quòd Chriſtus ab oculis diſcipulorũ euanuit, nõ quia corrũperetur aut reſolueretur in aliqua inuiſibilia: ſed quia ſua voluntate deſijt ab eis videri, vel eo præſente, vel etiam eo abſcedente velociter per dotem agilitatis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut Seuerianus dicit in ſermone Paſchali. Nemo putet Chriſtum ſua reſurrectione ſui vultus effigiem commutaſſe. Quod eſt intelligendum quãtum ad lineamenta membrorum: quia nihil inordinatum & deforme fuerat in corpore Chriſti per Spiritum ſanctũ concepto, quod in reſurrectione corrigendum eſſet: accepit tamen in reſurrectione gloriam claritatis. Vnde idẽ ibidem ſubdit. Sed mutatur effigies, dum efficitur ex mortali immortalis: vt hoc ſit acquiſiuiſſe vultus gloriam, non vultus ſubſtantiã perdidiſſe. Nec tamen illis diſcipulis in ſpecie glorioſa apparuit: ſed ſicut in poteſtate eius erat, vt corpus ſuum videretur vel non videretur, ita in poteſtate eius erat, vt ex eius aſpectu formaretur in oculis intuentium, vel forma glorioſa vel non glorioſa, aut etiam commixta, vel qualitercunque ſe habens. Modica tamen differẽtia ſufficit ad hoc quòd aliquis videatur in aliena effigie apparere.

Nõ cõpleuit morte præuentus.

In ſer. 3. in Dñica in octaua Paſchę, eſt ſer. 149. in ordine to. 10.

tracta. 121. in Ioan. à med. to. 9.

Hom. 26. in Euãg. circa prin. illius.

quæ. præc. art. 3.

li. 2. tex. 74 & 75. & præce. to. 2.

SVMMA TEXTVS.

CONcluſio eſt affirmans. Probatur ex eo quod dicitur Luc. 24. vbi habetur, quod Chriſto diſcipulis apparente, conturbati & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre, ac ſi non haberet verum corpus ſed phantaſticum, ad quod remouendum Chriſtus ipſe ſubdit, palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habent, ſicut me videtis habere, non ergo habuit corpus phantaſticum ſed verum. Hoc ipſum probatur ſic. Nam illud reſurgere proprie dicitur, quod prius ceciderat, vnde ad hoc quod Chriſti reſurrectio vera eſſet, oportuit vt idem corpus iterum eidem animæ vniretur, veritas enim naturæ corporis ex forma eſt. Quod ſi eius corpus fuiſſet phantaſticũ, nõ eſſet vera reſurrectio ſed apparens. Fuit itaque eiuſdem naturæ corpus Chriſti, ſed alterius gloriæ.

Conclusio Luc. 24.

EXPO

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumen. cõtra cõcl. Primum ar gumentũ.

CONtra hanc conclusionem obijcit D. Tho. tribus argumentis quę oportet dis soluere. ¶ Primum argumentum est. Verum corpus non potest simul esse cum alio corpo re in eodem loco: sed corpus Christi post re surrectionem fuit simul cum alio corpore in eodem loco: intrauit enim ad discipulos suos

Ioan.20. ianuis clausis, vt dicitur Ioan.20. ergo videtur quod Christus post resurrectionem non ha-

Secundum. buerit verum corpus. ¶ Secundũ argumentũ est. Verũ corpus nõ euanescit à conspectu in tuẽtiũ, nisi forte corrũpatur: sed corpus Chri sti euanuit ab oculis discipulorum eum intuẽ

Luc.vlt. tium, vt dicitur Luc.vlti. ergo videtur quod Christus post resurrectionẽ non habuerit ve

Tertium. rum corpus. ¶ Tertium argumentum. Cuiuslibet veri corporis est determinata figura: sed corpus Christi apparuit discipulis in alia effi-

Mar.vlt. gie, vt patet Mar.vlt. ergo videtur quod Chri stus post resurrectionem non habuerit verũ

Hęreticum dogma quod corp' nostrũ in re surrectiõis gloria futu rũ sit impal pabile, & inuisibile. corpus humanũ. ¶ Pro explicatione istorũ ar gumentorũ sciendũ est fuisse antiquã hæresim, quæ docet corpus nostrũ in illa resurrectionis gloria futurũ impalpabile, & inuisibile. Huius hæresis autor fuit quidã Eutichius Cõstantinopolitanus Episcopus dicẽs, corpus post resurrectionis gloriã futurũ aẽre & vento subtilius, ita vt nec palpari, nec videri possit. Huius autẽ hæresis causa beatus Gregor. postea summus Põtifex, fuit à sede Apostolica missus legatus Cõstantinopolim, quo

Autor huius erroris Eutichius. perueniẽs, corã Tyberio Cõstantino tũc Imperatore, eundẽ Eutichiũ in fide nostrę resurrectionis erasse cõuicit. Quo facto, ipse Imperator librũ quẽ Eutichius de resurrectione ediderat cõburi iussit. Aduersus hũc errore

Gregor. confutauit istũ errorẽ. in primis arguitur ex eo quod redẽptor noster dubitãtibus de sua resurrectione discipulis ostendẽs manus & latus, palpãda ossa carnemq; præbuit, dicẽs, palpate & videte, quia spiritus carnẽ & ossa nõ habet, sicut me videtis habere. Aduersus eundẽ errorẽ est illud, quod ait Iob. Scio enim quod redẽptor meus viuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum. Et rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ. Quem visurus sũ ego ipse, & oculi mei cõspecturi sunt, & nõ alius. Si corpus quod modo palpabile & visibile est, postea nõ est palpabile, neq; visibile, sed aẽre & oĩvẽto subtilius: ergo alius erit homo, qui postea resurget, & alius qui modo viuit. Et hoc innuere videtur glossa super illum locũ Iob, quæ sic ait, expresse indicat veritatẽ resurrectionis. Nõ enim aliusmoritur, & alius resurgit (vt qui dicunt corpus inuisibile & impalpabile futurũ sicut Eutichius dixit) sed idem ipse. Hæc glossa quæ dicitur ordinaria. Qui de hac hæresi amplius nosse cupit, legat beatum Gregorium in moralibus super 19. caput Iob circa finẽ. ¶ Hac veritate cõstituta ad primum argumentum respondet D. Tho mas, quod corpus Christi post resurrectionẽ non ex miraculo, sed ex conditione gloriæ, sicut quidam dicunt, clausis ianuis ad discipulos introiuit, simul cum alio corpore in eodẽ loco existens. Sed vtrùm hoc habere possit corpus glorioſum ex aliqua proprietate sibi indita, vt simul cum alio corpore in eodem loco existat, inferius discutietur, vbi agetur de resurrectione communi: nunc autem quãtum ad propositũ sufficit, dicendũ est, quod nõ ex natura corporis, sed ex virtute diuinitatis vnitæ, illud corpus ad discipulos, licet verum esset, ianuis clausis introiuit. Vnde Au-

D. August. gustinus dicit in quodam sermone paschali, quod quidam sic disputant, si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro quod pependit in ligno, quomodo per ostia clausa intrare potuit? & respondet. Si comprehendis modum non est miraculum, vbi deficit ratio, ibi est fidei ædificatio. Et super Ioannem dicit, moli corporis, vbi diuinitas erat ostia clausa non obstiterũt: ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permãsit. Et idẽ dicit Grego. in quadam

Gregor. homilia de octaua paschæ. Vt hæc solutio D. Tho. euidentius exponatur hęc axiomata ex diuina Theologia sunt obseruanda. Primum

Duo corpora ex diuina virtute possunt in eodem loco cõsistere per diuinã omnipotentiã fieri potest, vt duo corpora in eodem loco consistãt Hæc cõclusio videtur esse certa secundũ fidẽ & secundũ cõmunẽ scripturæ sacræ interpretationẽ. Nã Christus illæsis clausisq; virgineis claustris natus est de Virgine Maria, & occluso sepulchro resurrexit & ad discipulos clausis ianuis ingressus est, & per cælorum corpora ascendens ad patrem absque eorum incisione penetrauit. Et similiter in die iudicij ascendent cum eo beati in corporibus glorioſis penetrãtes cælos vsque ad cælum empyreum. Verũ

Durand. Palud. est tamen quod Durand. in 4.d.44.q.6. cui Paludanus consentit q.3. dicit esse probabile, quod per nullam potentiam fieri potest, vt duo corpora in eodem loco se penetrent simul. Et quidẽ isti autores ad omnia illa quæ adduximus respondere nituntur quasi non sint de fide. Aiunt quippe quod forte latera vasis intemeratæ Virginis absq; ruptione poterant dilatari, & cæli scindi virtute diuina. Neq; expresse habetur, vt aiũt, in Euangelio, quod Christus clauso sepulchro resurrexerit aut quod per fores clausas fuerit ingressus, sed quod erant clausæ dum venit. Sunt autẽ istæ

Ad argum. Ad primũ.

istæ solutioues indignæ & textui scripturæ aduersariæ. Ob idque Damascenus libro 3. cap. 28. Corpus, inquit, glorioſum erit ſpirituale, quale fuit corpus Domini poſt reſurrectionem clauſis ianuis pertranſiens. Secundũ axioma. Quod corpus glorioſum cum alio ſe penetret, non habet virtute ſubtilitatis & ſpiritualis, qua corpus glorioſum præditum eſt. Pro huius axiomatis explicatione ſciendum eſt, quod de hac re duo extitere errores, & variæ opiniones Theologorũ verſantur. Vnus error eſt, quem ſupra retulimus illius Eutichij Conſtantinopolitani, quod corpora glorificata virtute dotis ſubtilitatis erunt aërea, atque adeò poterunt per poros cuiuſcunque alterius corporis penetrare. Hæc tamen abſurda hæreſis eſt, quæ veritatem humani corporis tollit. Sanè illud corpus tunc non eſſet palpabile, nec veram haberet carnem & oſſa, cuius contrarium Chriſtus diſcipulis perſuaſum curauit. Nam caro & oſſa aëream raritatem non ferunt. Sed alius fuit error, paulominus abſurdus, quod virtute ſubtilitatis habet corpus glorificatum poſſe ſuam figuram variare, & in quamcunque paruiſsimam quãtitatem trahere, vt poſsit per quemcunque porum quantumuis paruum ſeſe colare. Et ita dicunt natum fuiſſe Chriſtum, intraſſeque ianuis clauſis per orificium exiguum & rimulas, atque ita dicunt poſſe penetrare per cælũ. Sed tamen & hæc cogitatio veritatem tollit humani corporis: ſalua enim corporis cõſiſtentia nõ poteſt quãtitas niſi per condẽſationẽ minui, vt quãdo aqua congelatur, corpus autẽ humanũ tantã cõdenſationẽ nõ ſuffert: & multo minus glorioſum, quod cũ ſit incorruptibile, nõ eſt cõdenſabile. Imo licet fieret, vel per cõdenſationem, vel per ſubtractionẽ alia via quãtitatis, nõ poſſet humana figura ſub tam exigua quãtitate ſeruari, imo fieret mõſtrum hominis, vt formica, quod decẽtiam corporis glorioſi abſurdiſsime dedeceret. Præterquã quod cæli nõ habẽt poros per quos corpus poſſet beati trãſire. Sed hęc ſunt deliramẽta. Videamus iã opiniones doctorũ. Scotus in d. 49 q. 16. ait, penetrationem hãc ratione ſubtilitatis prouenire. At vero S. Th. d. 44 q. 2. ar. 2. id negat. Cũ quo Durand. conſentit d. 44. q. 5. Et Ricard. diſt. præſenti art. 4. q. 5. Alium modum refert Ricardus, neque omnino reputat improbabilem, nẽpe quod impoſsibilitas penetrationis non ſolum ex dimenſionibus proueniat, ſed ex debilitate virtutis ad ſubintrandum corpus alterius. Corpora autem nõ glorioſa ſunt ad hoc debilia: & ideo ſe nequeunt penetrare. Corpus vero glorioſum habet illam virtutem ſubtilitatis, & ideo intrat locum corporis non glorioſi, quod reſiſtere non poteſt, non tamen locum alterius corporis glorioſi: nam ſicut vnum habet virtutem intrandi, aliud habet virtutem reſiſtendi. Hæc autem inanis fictio eſt: nam ſe penetrare cum alio corpore, non eſt agere, & quantitas natura ſua reſiſtit, non tanquam virtus actiua, ſed quia locum replet. Sunt qui ſimilitudinem huius penetrationis ex coexiſtentia luminis cum aëre & ignis cum ferro ducunt. Hæc vero exempla licet ad explicandam rem vulgo conferant, non tamen reuera ſunt legitima, quoniam lumen non eſt corpus, neque in ferro ignito eſt ſubſtantia ignis: quippe quæ tam denſam materiam non ſecum permittat. Quapropter neque illic eſt tam intenſus calor quam in flamma candelæ: quia tanta intenſio non eſt niſi cum forma ignis. Veruntamen propter multitudinem & denſitatem materiæ ferri imbibitum illic eſt plus caloris, ob idque vehementius vrit, quam flamma candelæ. Alij fingunt, vt ipſe Scotus refert, quod dos ſubtilitatis quamuis quantitatem à corpore non adimat, facit tamen vt non occupet locum, & ideo poteſt cum alio ſe penetrare. Hæc tamen fictio vana eſt, tum quia natiuum eſt quantitati, & ab illa inſeparabile, locum occupare, tum quia vaniſsimum eſt dicere corpus glorioſum non occupare locum; tunc enim quodcunq; aliud corpus poſſet naturaliter eũdem locum intrare. Neque illa eſſet in corpore glorioſo penetrationis virtus, ſed euacuandi locum, cum tamen corpus glorioſum locum repleat, quare quando aliud eſt ſecum in eodem loco, vtrũque per ſe illud replet. Item ſequeretur, quod vnum corpus glorioſum poſſet ſe penetrare cum alio glorioſo, quod nullus Theologorũ admittit, nec admittendum eſt, quia eſt cõtra illorum corporum decentiam, & decorẽ. His ad hunc modum confutatis probatur noſtrũ axioma, quod aſſeritur hic expreſſe à D. Tho. Nulla virtus, quæ in corpore glorioſo exiſtit, poteſt illud facere cũ alio penetrabile, niſi tollẽdo penetrationis impedimentũ, quod eſt quantitatis dimẽſio: hoc autẽ virtus ſubtilitatis efficere nõ poteſt. Nã ſi ponatur eſſe qualitas ſiue corporalis, ſiue ſpiritualis nõ eſt actiua, vt ſic illã valeat quantitatem, corpulentiãque tollere, ratione cuius nequit cum alio ſe penetrare. Item quia illam tollere non poſſet niſi corrumpendo: nã quãtitas illa cõpoſitionẽ corporis ſequitur: eſt enim cõditio materię, quę vere eſt in corpore glorioſo, corp⁹ aũt illud nõ eſt corruptibile. Prętereà, quãuis fingereẽ poſſe citra corruptionẽ corporis quãtitas

Damaſce.

Vnde ſit quod corp⁹ glorioſum cũ alio corpore penetrare ſe poſſit.

Scotus.
D. Thom.
Durandus.
Ricardus.

tas

tas tolli, nihilominus ablatio illa defectus esset potius corporis, quam perfectio, dos autem subtilitatis ad perfectionem spectat. Et rationes istę, quamuis quomodolibet de hac dote loquamur, energiã habeant, efficaciorẽ tamẽ habebũt, si huiusmodi dos nõ ponatur esse qualitas & virtus adiecta corpori, quod Scotus concedit. Tertium axioma. Quanquam corpus glorificatum virtute diuina possit penetratiue se habere cum alio corpore, nihilominus corpori glorificato ratione sui status hoc debetur. Itaque penetratio illa corporis glorioſi cum non glorioſo, quamuis sit supernaturalis, nõ tamẽ est miraculosa, sicut si duo corpora non glorificata se penetrarẽr, sed potest dici naturalis illius status. Etenim sicut ratione status naturæ integræ homo virtute diuina tanquam illi statui debitum seruabatur, ne ei aliquod incommodũ posset accidere: ita ratione status beatorum conuenit corpori glorificato cũ alio se penetrare, quãuis hoc fiat virtute diuina, quæ non est in corpore. Et quia illi statui non necessarium est, neque vero condecens, vt corpus glorificatũ cum alio glorificato se penetret, non est eis hoc debitum ratione status. Et hoc ait Sanctus Thomas in 4. dist. 44. quæstio. 2. arti. 2. quæst. 4. Et ideo dicitur quod corpus glorificatum potest se penetrare cum non glorificato, non tamen cum alio glorificato. Quod si roges, vtrùm hoc quod ratione status possit se penetrare cum corpore non glorioso possit aliquo modo virtuti subtilitatis ascribi: respondetur eatenus id posse concedi, quod cum virtus subtilitatis sit illa habilitas corporis, qua subijcitur animæ in suscipiendis potentijs & viribus ad operandum & existendum in loco, dicere possumus illa ratione Deum pepigisse quotiescunque opus esset, concurrere, vt beatus se posset cum cælo penetrare, & cum illo existere. Nam penetratio cum corpore subtilitatem designat: qualis est in aëre & in igne, atque adeò spiritualitatem: quo ideo nomine Apostolus hãc designauit dotem, dicẽs. Seminatur animale, resurget spirituale. Est tamen annotandum discrimen inter penetrationes corporis Christi ante resurrectionem & post: nam penetratio illa dum exiuit ex clauso vtero matris, nullatenus fuit ratione dotis, quia corpus tunc neque erat impassibile, neque habebat dotẽ: sed fuit simpliciter miraculosa, veluti ambulatio super aquas & claritas transfigurationis. Etenim neq; illa fuit dos agilitatis, neq; hæc claritatis, sed ambo fuerũt miracula. Resurrectio autem clauso sepulchro, & ingressio ianuis clausis, fuit ratione corporis glorificati, atque adeò ad sensum expositum per dotem subtilitatis. Quamuis in Christo, vt suprà diximus, nõ fuerit ratio dotium. Vnde quod in homilia paschali ait Gregor. Corpus Domini intrauit ad discipulos ianuis clausis, quod ad humanos oculos per natiuitatẽ suã clauso exijt vtero Virginis non eadẽ prorsus ratione euenisse affirmat. Et hæc sufficiant pro expositione solutionis primi argumenti. ¶ Nũc ad secundum dicendum est cum D. Tho. quod Christus resurrexit ad immortalem gloriam & vitam, hæc est autem dispositio corporis glorioſi, vt sit spirituale, id est, subiectum spiritui, vt Apostolus dicit 1. ad Corin. 15. adhoc autem quod sit omnino corpus subiectũ spiritui, requiritur, quod omnis actio corporis subdatur spiritus voluntati: quod autem aliquid videatur fit per actionem visibilis in visum, vt patet per Philosop. in 2. de anima. Et ideo quicunq; habet corpus glorificatum, in potestate sua habet videri quãdo vult, & quã do non vult nõ videri: hoc tamẽ habuit Christus non solum ex conditione corporis glorioſi: sed etiam ex virtute diuinitatis, per quã fieri potest, vt etiam corpora nõ glorioſa miraculosè non videantur, sicut præstitum fuit beato Bartholomęo miraculosè, vt si velletvideretur, non autem videretur, si nõ vellet. Dicitur ergo quod Christus ab oculis discipulorum euanuit, nõ quia corrũperetur, aut resolueretur in aliqua inuisibilia: sed quia suauolũtate desijt ab eis videri, vel eo præsente, vel etiam eo abscedente velociter per dotem agilitatis. Hæc D. Tho. Verum eius solutio non probatur Scoto in 4. d. 49. q. 15. dicit enim nõ posse fieri, vt in potestate beati sit facere corpus suum visibile & inuisibile: quia actiones naturales non subduntur voluntati beati. Verum hæc obiectio nullas vires habet cõtra D. Tho. Nam D. Tho. dicit quod hoc conuenit beatis virtute diuina & supernaturali. ¶ Ad tertiũ argumentũ respõdetur, quod sicut Seuerianus dicit in sermone paschali. Nemo putet Christũ sua resurrectione sui vultus effigiem cõmutasse. Quod est intelligendũ quãtum ad lineamenta membrorum: quia nihil inordinatum & informe fuerat in corpore Christi per Spiritum sanctum concepto, quod in resurrectione corrigendum esset: accepit tamen in resurrectione gloriam claritatis. Vnde idem ibidem subdit, sed mutatur effigies; dum efficitur ex mortali immortalis, vt hoc sit acquisiuisse vultus gloriam, nõ vultus substantiam perdidisse: nec tamen illis discipulis in specie glorioſa apparuit: sed sicut in potestate eius erat, vt corpus suum videretur vel non videretur: ita in potestate

Quod possit corpus glorioſum cũ alio corpore penetratiuè se habere debetur ei ratione statꝰ beatifici.

D. Thom.

Ad secũdũ.

1. Cor. 15.

Arist.

Scotus.

Ad tertium

ſtate eius erat, vt ex eius aſpectu formaretur in oculis intuentium, vel forma glorioſa vel non glorioſa, aut etiam commixta, vel qualitercunque ſe habens: modica tamen differentia, ſufficit ad hoc quod aliquis videatur in aliena effigie apparere. Sed hic cauendus eſt error, iã à nobis prænotatus, qui aſſerit quod corpus glorioſum poteſt ſuam figuram variare, & in quamcunque paruiſsimam quantitatem contrahere. Sed contra hunc errorem iã ſupra dimicauimus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm Chriſti corpus reſurrexerit integrum.

299 Locis ſuprà in 1. induc.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd corpus Chriſti non reſurrexerit integrum. Sunt enim de integritate humani corporis caro & ſanguis, quę Chriſtus non videtur habuiſſe: dicitur enim 1. ad Corinth. 15. Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. Chriſtus autem reſurrexit in gloria regni Dei. Videtur ergo, quòd non habuerit carnem & ſanguinem.

¶ 2. Prætereà, Sanguis eſt vnus de quatuor humoribus. Si ergo Chriſtus habuit ſanguinem, pari ratione habuit alios humores, ex quibus cauſatur corruptio in corporibus animalium. Sic ergo ſequeretur, quòd corpus Chriſti fuerit corruptibile, quod eſt inconueniens. Non igitur Chriſtus habuit carnem & ſanguinem. ¶ 3. Prætereà, Corpus Chriſti quod reſurrexit, in cælum aſcendit. Sed aliquid de ſanguine eius in quibuſdam Eccleſijs reſeruatur pro reliquijs. Non ergo reſurrexit corpus Chriſti cum integritate omnium ſuarum partium. ¶ Sed contra eſt, quod Dominus dicit Lucę vltimo, poſt reſurrectionem diſcipulis loquens, Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd (ſicut ſuprà dictum eſt*) corpus Chriſti in reſurrectione fuit eiuſdem naturæ, ſed alterius gloriæ. Vnde quicquid ad naturam corporis humani pertinet, totum fuit in corpore Chriſti reſurgentis. Manifeſtum eſt autem, quòd ad naturam corporis humani pertinent carnes, & oſſa, & ſanguis, & alia huiuſmodi. Et ideo omnia iſta in corpore Chriſti reſurgentis fuerunt, & etiam integraliter abſque omni diminutione, alioquin non fuiſſet perfecta reſurrectio, ſi non fuiſſet redintegratum quicquid per mortem ceciderat. Vnde & Dominus fidelibus ſuis promittit dicens Mat. 10. Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt: & Luc. 21. dicitur. Capillus de capite veſtro non peribit. Dicere autem quòd corpus Chriſti carnem & oſſa non habuerit, & alias huiuſmodi partes humano corpori naturales, pertinet ad errorem Euthicij, Conſtantinopolitanæ vrbis Epiſcopi: qui dicebat quòd corpus noſtrum in illa reſurrectionis gloria erit impalpabile, & ventis aëreque ſubtilius: & quòd Dominus poſt confirmata corda diſcipulorum palpantium, omne illud quod in eo palpari potuit, in ſubtilitatem aliquam redegit. Quod ibidem improbat Gregor*. quia corpus Chriſti poſt reſurrectionem, immutatum non fuit, ſecundum illud Roma. 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur. Vnde & ille quæ dixerat, in morte retractauit. Si enim inconueniens eſt, vt Chriſtus alterius naturæ corpus in ſua conceptione acciperet, puta cæleſte, ſicut Valentinus aſſeruit, multò magis inconueniens eſt, quòd in reſurrectione alterius naturæ corpus reſumpſerit, quia corpus in reſurrectione, reſumpſit ad vitam immortalem, quod in conceptione aſſumpſerat ad vitam mortalem.

hom. 26. in Euang. non remotè à princip.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd caro & ſanguis ibi non accipitur pro natura carnis & ſanguinis, ſed vel pro culpa carnis & ſanguinis: ſicut Gre*. dicit in 14. Mor. Vel pro corruptione carnis & ſanguinis: quia (vt Aug. dicit ad Conſentiũ*, de reſurrectione carnis) nõ ibi erit corruptio & mortalitas carnis

li. 14. mor. c. 31. nõ procul à fine.

*Aug. epi. 146. to. 2.

ar. præced.

carnis & sanguinis. Caro igitur secundum substantiam possidet regnum
Luc.vlt. Dei: secundum quod dictum est*. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Caro autem cùm secundum corruptionem intelligitur, non possidebit, vnde continuò additũ est in verbis Apostoli. Neque corruptio incorruptelam. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustin. dicit
epi.146.nõ multũlõgè à prin. to.2 in eodem libro *, fortasis accepta occasione sanguinis, vrgebit nos molestior perscrutator, & dicet. Si sanguis in corpore Christi resurgentis fuit, cur non & pituita, id est, phlegma, cur non & fel flauum, id est cholera, & fel nigrum, id est melancholia, quibus quatuor humoribus naturam carnis temperari, etiam medicinæ disciplina testatur? Sed quod libet quisquis addat, corruptionem addere caueat, ne suæ fidei sanitatem, castitatemque corrumpat. Valet enim diuina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum, quibusdam manentibus auferre, quas voluerit qualitates, vt absit labes, scilicet corruptionis, asit effigies, asit motio, absit fatigatio, asit vescendi potestas, absit esuriendi necessitas.
¶ Ad tertium dicendum, quòd totus sanguis, qui de corpore Christi fluxit, cùm ad veritatem humanæ naturæ pertineat, in corpore Christi resurrexit: & eadem ratio est de omnibus particulis ad veritatem & integritatem humanæ naturæ pertinentibus. Sanguis autem ille, qui in quibusdam Ecclesijs pro reliquijs conseruatur, non fluxit de latere Christi, sed miraculosè dicitur effluxisse de quadã imagine Christi percussa.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. CONclusio est. Corpus Christi resurrexit integrum cum carnibus, ossibus, sanguine. Probatur conclusio ex illo, quod Dominus dicit Lucæ vltimo, post resurrectionem
Luc.vlt. discipulis loquẽs. Spiritus carnem & ossa nó habent, sicut me videtis habere. Probatur deinde. Nam corpus Christi in resurrectione fuit eiusdem naturæ, & alterius gloriæ, ergo totum habuit quod pertinet ad naturam corporis humani, ergo omnia ista fuerunt in corpore Christi: omnia siquidem hæc ad naturã humani corporis pertinent. Idem ostenditur alia via: quia alioqui non fuisset resurrectio perfecta, si non fuisset integratum quidquid per mortem ceciderat. Hoc ipsum confirmatur autoritate Domini Lucæ 21. capillus de ca- **Luc.21.**
pite vestro non peribit. Ad hæc probatur eadem veritas: quia dicere corpus Christi caruisse partibus naturalibus humani corporis pertinet ad errorem Eutichij aientis, corpus nostrum in resurrectionem futurum impalpabile ventis aëreque subtilius, qui rursus aiebat Christum post confirmata corda discipulorum palpantium omne quod erat in eo palpabile in subtilitatem corpus suum redegisse. Sanè si inconueniens est, vt Christus alterius naturæ corpus in sua conceptione acciperet, puta cæleste, sicut Valentinus asseruit multo magis inconueniens est, quod in resurrectione alterius naturæ corpus resumpserit: quia corpus in resurrectione resumpsit ad vitam immortalem, quod in conceptione assumpserat ad vitam mortalem.

EXPOSITIO ARTICVLI.

De sanguine Christi, variæ quæstiones. DE sanguine Christi quem in resurrectione Christum Dominum reassumpsisse testatur D. Thomas, & in articulo, & in solutionibus argumentorum varias solent Theologi mouere quæstiones, vtrùm ne sit pars humanæ naturę informata anima rationali? vtrũ fuerit in Christo vnitus diuinitati hypostaticę? vtrùm in morte à deitate fuerit separatus? vtrùm in resurrectione fuerit reassumptus? vtrùm repugnet veritati fidei aliquid de vero sanguine Christi in terra reperiri? vtrùm saltẽ hoc repugnet doctrinę D. Thomæ? vtrùm talis sanguis si reperiatur in terra sit adorandus adoratione latriæ? De his quæstionibus disputat copiosè Syluester in rosa aurea. q. 30. 31. 32. 33. quas omnes quæstiones volo sub breuitate perstringere, & referã eas in duas quæstiones, quas hic disputat Caietanus. Prima
Syluester: est, vtrùm Christus in resurrectione sanguinẽ reassumpserit? Secunda est, an totus sanguis in passione effusus resurrexerit cum eo? Et quidem primæ quæstionis non solus autor, sed communis & Theologorum, & Ecclesiæ sententia, partem tenet affirmatiuam. Sed in contrarium sunt magna argumenta, quę cuique Theologo possunt negotium facessere. Pro quorum introductione recolere oportet ex doctrina Diui Pauli 1. Corint. 15. quod corpus nostrũ hic est animale, resurget autẽ spiri-
Quæstio grauis. Vtrũ Christus sanguinẽ in resurrectione reassumpserit.
1.Cor.15.

ſpirituale, & ſecundum Auguſtinum tamdiu corpus eſt animale quandiu indiget alimẽto, & tunc eſt ſpirituale cum nõ amplius indiget alimento. ¶ Ex qua doctrina eruitur tale argumentũ. Corpus Chriſti ſurrexit non animale ſed ſpirituale, hoc eſt, non indigens alimẽto; at ſanguis in corpore humano nihil aliud eſt quam alimẽtum humani corporis, vt expreſſe Ariſt. affirmat lib. 2. de partibus animaliũ. c. 3. & 4. & lib. 2. de generatione animalium ca. 4. ergo corpus Chriſti reſurgens non indiguit ſanguine: eiuſdem enim rationis eſt indigere alimento exteriori & interiori. ¶ Deinde, alimentum quantumcunque vltimum non eſt actu pars animalis, ſed potentia tantum, ergo ſanguis non eſt pars animalis & conſequẽter neque hominis, ex quo conſequens eſt, quod ſanguis non eſt de integritate humanæ naturæ, atque adeo nec de veritate, Chriſtus autẽ in reſurrectione non reaſſumpſit niſi id quod eſt de integritate & de veritate humanæ naturæ. Neque obſtat quod exangues effecti morimur, nam ex hoc tantum colligitur ſanguinem eſſe de neceſsitate requiſitum ad vitam animalium habentium ſanguinem: quoniam vt docet Ariſt. in 2. de partibus animaliũ. c. 3. tamdiu viuunt, quandiu aluntur: vnde videtur, quod ſanguis pertinet ad neceſsitatẽ humani corporis ſecundum vitã animalem, quia eſt vltimum alimentum vitæ animalis, at non pertinet ad neceſsitatem humani corporis ſpiritualis, quale fuit corpus Chriſti in reſurrectione. Certè, quod ſanguis nõ ſit pars humanæ naturę aſſerũt Doctores Theologi in primis graues D. Tho. in 1. p. q. vltima art. 1. in ſolutione tertij dicit, quod ſanguis eſt in via ad ſuſcipiendam naturam ſpeciei, ergo ſi eſt in via, actu non informatur anima rationali, ac ſubinde non eſt actu pars humanæ naturæ, & in 3. p. q. 31. artic. 5. ad 1. probat D. Tho. quod caro Chriſti non fuit facta ex carne virginis aut ex alia parte corporis: quia talis pars demi non poterat ſine corruptione aut diminutione corporis virginei, quod non decebat Chriſtum, qui corrupta & deperdita venit reſtaurare, ſed facta eſt caro ex ſanguinibus puriſsimis beatiſsimæ virginis, ergo ſanguis non eſt pars humani corporis. Durandus in. 4. d. 10. apertè docet, quod ſanguis non eſt pars corporis humani. Idem habet Capreolus in. 2. d. 15. q. 1. in ſolutionibus argumentorum, & in 4. d. 10. q. 2. ad 4. contra primam concluſionem. Pater Soto in 4. d. 10. q. 1. arti. 2. in eandẽ deſcendit ſententiam. Abulenſis in paradoxa ſecunda capite. 40. expreſſe tenet, quod ſanguis non fuit in Chriſto vnitus hypoſtaticè neque in vita neq; in triduo mortis. Ob hanc cauſam quia cenſet ſanguinem non eſſe partẽ humanę naturę, ſed eius alimentum; vnde infert quod in triduo mortis ſi quis cõſecraſſet ſanguinem, non fuiſſet ibi verbum, ſed ſolum ſanguis, cui verbum vnitum non erat. Verum hæc ſententia, quod ſanguis non ſit pars humanæ naturæ placuit multis alijs viris doctiſsimis, & præter argumenta dudum cõmemorata habet pro ſe alia non omnino inualida, quæ ex diuina Theologia & ex phyſica diſciplina erui poſſunt. ¶ Primum ſic habet. Alimentum non eſt pars animalis donec ſit conuerſum in eius ſubſtantiam, ſed ſanguis eſt alimẽtum decoctum, quod in iocinore exiſtens conuertitur in neruos, carnem, & oſſa, quod ex Phyſicorum medicorumq; ſententia patet, ergo non eſt pars humanæ naturæ. ¶ Tum deinde, nam ſanguis non cõtinuatur alijs partibus, ſed per venas & arterias ſuũ habet motum, ergo non informatur anima rationali, habetque aliam formam. Conſequentia inde probatur: quia eandem animam duo corpora diſcontinua informare prorſus eſt impoſsibile. ¶ Tum tertio. Nam omnis pars abſciſſa cauſat dolorem, ſane ſi quis digitum, aut carnem ſibi abſcindat dolorem ſentit, at ſanguis ſine dolore fluit, ergo non eſt pars humanæ naturæ. ¶ Tum quarto. Sanguis qui diminutione cadit in patellam eiuſdem ſpeciei eſt cum ſanguine qui manet in venis: ſed ille nõ informatur anima rationali neque eſt pars humanę naturæ, ergo neque is qui manet in venis. Maior probatur. Nam non ſtatim fuſo ſanguine ſoluitur ſpecies, & certè cõtinuatur cum ſanguine corporis dum continuo motu ex brachio in patellam deſcendit. Minor probatur, quia non videtur quomodo anima poſsit informare corpus à ſe ſeparatum. Adducitur etiam in confirmationem huius ſententiæ Albertus Magnus, qui de partibus corporis materialibus & formalibus & medijs fecit longam diſtinctionem & ſanguinem non nominauit. Et in lib. 3. de animalibus dicit, quod ſanguis nõ eſt pars actu animalis ſed in potẽtia. ¶ Sed ex diuina Theologia fiunt alia argumenta. In primis aliqua particula ſanguinis corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti non erat informata anima rationali neque erat pars humanæ naturę: ſed omnes ſanguinis particulæ ſunt eiuſdem ſpeciei, vt conſtat, ergo ſanguis non informatur anima rationali, neq; eſt pars humanę naturæ. Maior probatur. Tum quia ſanguis qui effuſus eſt in die circunciſionis nõ erat vnitus verbo, nec vero animę rationali: vnde nec reaſſumptus eſt in die reſurrectionis. Tum etiã, quia multæ particulæ ſanguinis Saluatoris noſtri ſeruãtur adhuc apud nos, vt definit apertè

Primũ arg. partis negatiuæ.
Ariſtot.
Secundum.
Ariſtot.
D. Thom.
Durandus.
Capreolus.
Soto, Abulenſis.
Tertium.
Quartum.
Quintum.
Sextum.
Albertus.
Argumẽta alia ex diuina Theologia.
Primũ arg.

Pius II. Pius II. quam definitionem refert fideliter
Siluester. Siluester. q. 31. super Euãgelia. ¶ Itẽ, si omnes
Secundum. particulæ sanguinis fuerunt informatę anima
rationali ac subinde vnitæ verbo diuino in
Christo, cum istæ particulæ sanguinis in infi-
nitum fuerint diuisæ & separatæ, consequens
est, quod quælibet particula esset Deus, &
quod in triduo infinita fere entia deberent
Confir. dici Deus. ¶ Hoc idem cõfirmatur, quia mul-
tæ particulæ conuersæ sunt in lutum, cui sub-
inde vnita fuisset diuinitas, ac mox lutũ fuis-
Vltimum. set Deus. ¶ Vltimo sic confirmatur hæc sen-
tẽtia. Nam si sanguis in Christo Domino fuit
vnitus diuinitati, & etiam separatus à corpore
in triduo, consequens est, quod Deus esset san
guis & quod proprietates sanguinis de Deo
prædicarẽtur, dicereturque Christũ effusum
vel Christum esse in cruce propter sanguinẽ
ibi existentẽ, & sic de alijs. Quod rectè sequa
tur patet. Nam vbi est vnio diuinitatis, est cõ
Augusti. Damasce. municatio idiomatum: quia secundũ Augu-
stinum & Damascenũ eiusmodi vnio est cau-
Argumẽta quę probãt sanguinem esse partẽ humanæ naturæ. sa talis cõmunicationis. ¶ Cæterũ, quod san-
guis sit pars humanæ naturæ validiora demõ-
strant argumenta. In primis D. Tho. in. 4. dist.
44. q. 1. art. 2. quæstiuncula. 2. in corpore & in
solutione ad tertium, apertè docet quod san-
guis est pars, quæ pertinet ad veritatem & in-
tegritatem humanæ naturæ. Idem docet con
stanter in hoc articulo ad tertium. Atque etiã
quodlibeto. 5. art. 5. ex quo infert, quod san-
guis fuit vnitus verbo, & quod in corpore
Domini resurrexerit. Cuius rei alterum argu
mentum est & irrefragabile quidẽ. Nam san-
guis erat vnitus diuinitati in Christo, ergo
erat pars humanæ naturæ. Consequentia pa-
tet. Quia filius Dei non assumpsit nisi quod
pertinet ad humanam naturam. Antecedens
huius argumenti demonstratur in hunc mo-
dum. Tum quia guttula sanguinis effusi à Do
mino, erat infiniti valoris & pretij propter
Clemens Sextus. vnionem ad verbum diuinum vt definit Cle-
mens VI. in extrauaganti vnigenitus, de pœ-
nitentijs & remissionibus. Tum vero, quoniã
hæc veritas disputata est & inuestigata coram
Pio II. à magistris magni nominis: quorum
nomina sunt, Frater Iacobus de Brixia. Frater
Gabriel de Barchinona. Frater Vercelius de
Siluester. Bercellis. De qua re videndus est Siluester in
Rosa aurea. q. 30. Probatur idem antecedens
efficaciori argumento. Nam quidam prædi-
cator Anno Domini 1351. Barchinonæ præ-
dicauit cõtrarium. Et frater Nicolaus Roselli
Inquisitor processit contra eum & condem-
nauit illum de mandato Clementis VI. vt pa
tet per copiam literarum domini Cardinalis
Sabinensis, quam Siluester dicit se vidisse, &
est Brixiæ in archiuis Inquisitionis. Patet etiã
per Ioannem Dominici, & directoriũ Inqui-
sitorum, & processus delatus est postea Ro-
mam & examinatus est per dominum Bernar
dum Cardinalem cum plena autoritate per
Pium II. & eius autoritate processus fuit ap-
probatus, & approbatio habetur vbi supra, &
etiam Ioannes Dominici Cardinalis memi-
nit huius condemnationis, & in directorio
Inquisitionis etiam habetur, quod Clemens
Sextus illum articulum damnauit tanquam
hæreticum. Itaque sequendo determinatio-
nem illam ita tenendum est omnino, quod
sanguis Christi fuit hypostaticè vnitus verbo
diuino ante passionem & post passionem. In
cuius rei confirmationem, quando aliud ar-
gumentum nõ suppeteret, illud quod ex hoc
articulo eruitur irrefragabile est. Nam com-
munis & Theologorum & Ecclesiæ senten-
tia tenet Christum in resurrectione sanguinẽ
reassumpsisse. Ex quo euidens cõcluditur ar-
gumentum, quod sit de integritate & de ve-
ritate naturæ humanæ. His argumentis Theo
logicis accedit aliud ex Physica, nam sanguis
nutritur crescitque veluti capilli & vngues,
ergo est de integritate naturæ humanæ & ani
ma rationali informatur sicut illæ parte. Rur-
sus Arist. 3. de partibus animalium cap. 5. aper Aristot.
tè testatur, quod sanguis aliquando fluit cum
dolore & tristitia, quod si pars non esset, cer-
tè non causaret tristitiã. ¶ In hac quæstione
perdifficili explicanda in primis referã, quid
de hac re antiqui Theologi excogitauerint,
deinde explicabo distincte sententiã meam.
Durandus in loco dudum citato affirmat in- Durandus.
cunctanter, quod sanguis non est pars corpo-
ris humani, ac subinde, quod non fuerit vni-
tus verbo diuino hypostaticè. Sententiã istã
Durandi secuti sunt quidam Theologi no-
stræ ætatis, & vt verum fatear habet magnum
fundamẽtum in Physicis disciplinis. Sed iam
non scio quomodo possit sustineri, cum sit
aperta definitio Ecclesiæ condemnans talem
doctrinam erroris. Sed argumẽta quibus Du
randus & eius sectatores in huius opinionis
confirmationem vtebantur ista sunt. Sanguis
enim Christi non fuit illi magis vnitus quam
mihi, sed mihi non est vnitus hypostatice
cum habeat propriam subsistentiam & pro-
priam formam & distinctum suppositum ve-
lut alimẽtum corporis humani, vt supra pro-
batum est, ergo sanguis verbo diuino non
est vnitus hypostaticè. Deinde probatur,
nam alioqui sequitur, quod filius Dei assum-
psisset duas naturas distinctas, atque adeo
quod sanguis esset Deus, si quidem copulauit
sibi naturam sanguinis, imo quod sanguis

esset

esset homo. Quod isto syllogismo probatur. Filius Dei est sanguis, filius Dei est homo, ergo sanguis est homo. Pater Soto in loco iam indicato vt habet pro comperto, quod sanguis non est pars humani corporis, ita habet pro certo, quod vniatur verbo diuino hypostaticè, quod prius docuerat Capreolus in locis supra citatis. Et Caietanus hic reputat probabilius, quantum videtur quod non est pars, sentit tamen quod omnino est in corpore Christi, & fuit reassumptus, nihil tamen dicit, vtrum vnitus sit hypostaticè vel non. Sed ego non video, quomodo ista cohæreant. Etenim argumenta, quæ modo adduximus me conuincunt, quod si sanguis non est pars corporis humani, non vniebatur verbo diuino hypostaticè. Siluester, qui diligentissime hanc quæstionem est scrutatus distinguit geminum sanguinem, alter est nutrimentum vltimum, quod destinatur à natura, vt in neruos, ossa, carnem conuertatur, & tale non vnitur animæ rationali nec ea informatur, alter vero sanguis est, qui est de integritate humanæ naturæ & veritate, qui proinde necessarius est ad constitutionem hominis, etiam si nullo indigeret alimento, & iste informatur anima rationali & fuit vnitus verbo diuino hypostaticè. Idem sentiunt de bili, flegmate, melancholia. Ista solutio minora habet inconuenientia, sed re vera habet contra se omnia argumenta fere, quæ in principio quæstionis sunt posita, quæ probant de sanguine vero in vniuersum, quod non possit informari anima rationali. Item est aliud argumentum, quia ista diuisio de sanguine apud probatos autores nusquam reperitur, atque etiam dicere, quod sanguis in corpore humano omnis non sit continuus, nouum est, & absurditatem habet. ¶ Sed vt ego aliquid dicam ista mihi occurrunt scribenda. In primis firmiter tenendum est conformiter ad definitionem Ecclesiæ, quod sanguis Christi fuerit vnitus verbo diuino hypostaticè. Deinde ex necessario consequio dicendum est, quod sanguis est pars humanæ naturæ, & informatur anima rationali, à qua tantum habet esse corporeum vel ad summum vegetabile, quemadmodum capilli & vngues. Præterea dicendum est, quod sanguis vnitur reliquis partibus corporis permanentibus. In qua re explicanda non est mains negotium, quam explicare, quomodo cum ossibus partes carnis continuentur. Vnû tamen est hic obseruandum, quod sanguis non cum omnibus partibus quibus adhæret continuatur, sed solum cõtinuatur cum parte præcipua cui adiungitur, forte cum corde, quod vero non continuetur cum omnibus partibus, eius motus intra venas conuincit. Vltimo dicendum est cum Domino Caietano in hoc articulo, quod sanguis & reliqui humores non sunt tam perfectæ partes corporis humani, quam sunt partes solidæ & permanentes, quarum comparatione dixit D. Thom. quod sanguis non erat pars corporis humani. Quod explicat satis eleganter Dominus Caietanus sub his verbis, sanguis, inquit, licet sit pars in potentia respectu carnis & membrorum, est tamen cum hoc etiam pars in actu respectu totius animalis, ita quòd est & materia transiens partium posteriorũ, & materia permanens respectu totius: sicut elementa in mundo sunt partes in potentia & materia transiens respectu mistorum, & sunt partes in actu & materia permanens respectu vniuersi. Probaturq́; hoc ex eo, quod triplex compositio in animali inuenitur, vt habetur in 2. de partibus animalium. Prima est compositio ex elementis seu eorum virtutibus. Secunda est ex partibus similaribus puta carne, osse, neruo. Tertia est ex partibus heterogeneis, vt manu, capite, &c. Ad primam autem compositionem spectat compositio animalis ex humoribus, quorũ vnus est sanguis, & propterea quemadmodum componentia tam in secunda, quam in tertia compositione sunt partes in actu animalis, ita componentia in prima compositione affirmanda sunt quod sunt partes in actu animalis. Et ideo licet in resurrectione non sit opus sanguine vt est pars in potentia, est tamen opus illo, vt est pars in actu: alioquin non resurgeret homo integer, deficeret enim sibi aliqua partium eius in actu. Atqui ex hac doctrina facile confutantur omnia argumenta, quæ ex Physica disciplina adducta sunt in contrarium. Aduertat tamen Theologus, quod licet filius Dei copulauerit sibi hypostaticè sanguinem, non est consequens, quod filius Dei sit sanguis. Nam vniuit sibi sanguinem tanquam partem humanæ naturæ: sicut etiam vniuit sibi animam, at filius Dei anima non est. Hæc de prima quæstione.

¶ Secunda quæstio est, an totus sanguis Christi in passione effusus resurrexerit cum eo, an vero aliquis sanguis effusus perseueret in terra post resurrectionem? De hac quæstione Siluester vbi supra differit copiosè, & multas distinctiones ponit de sanguine. Sed tandem dicit, quod etiam de vero sanguine effuso in passione, aliquis sanguis manſit in terra, & citat determinationem Pij Secundi in diplomate ad Abbatem Sanctæ Mariæ Xantonensis diocesis. In qua sic habetur. Petitio

Soto.

Capreolus. Caietanus.

Siluester.

Sententia autoris explicatur.

An totus sanguis in passione effusus in resurrectione fuerit reassumptus. Siluester. Pius II.

exhibita continebat, quod licet tanto tempore cuius memoria non exiſtit, in Eccleſia dictæ domus, vt piè creditur, quædam particula pretioſiſsimi ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti in ligno crucis pro redemptione humani generis ſalubriter effuſi, &c. & infra; nos igitur attendentes, quod veritati fidei nullatenus repugnat affirmare redemptorem noſtrum de ſanguine præfato ob ipſius paſsionis memoriam aliquam partem in terra reliquiſſe, &c. Qua ſtatuta definitione difficile quibuſdam videtur ad defendendum, quod ſanguis fuit vnitus diuinitati, & tamen quod aliqua particula perſeuerauerit in terra: quia certum eſt quod illi non eſt diuinitas nunc vnita. Obidque Silueſter vertit ſe in omnem faciem ad concordandum hoc, dicitq; quod ſanguis neceſſarius ſolum ad vitam, erat vnitus, facitque alias diſtinctiones ſanguinis, quę profecto quam ſint abſurdæ & voluntariè aſſertæ facilè patebit legenti. Turrecremata in capit. inuitat de conſecratione diſtinct. 2. pro errore habet dicere, quod aliquis ſanguis effuſus in paſsione permanſerit in terra. Caietanus hic dubitat, an aliquis ſanguis ſaltem nutrimentalis permanſerit in terra, ſed dicit nihil pertinaciter eſſe de hoc neque aſſerendum nec negandum. Certum eſt autem, inquit, quod ſanguis nutrimentalis, qui in terra inuenitur etiamſi in paſsione effuſus ſit, nō eſt vnitus verbo perſonaliter, quia nunquam fuit actu pars humanæ naturæ. Sed vt veritatem dicam nunquam hæc quæ viros tantos commouerunt difficilia mihi viſa ſunt. Nam vt exiſtimo, per facilem habent explicationem. Dicendum nanque eſt, quod licet ſanguis Domini fuerit pars humanæ naturæ & totus vnitus verbo diuino, non tamen in totū fuit reaſſumptus in reſurrectione. ¶ Vnde ſine errore & abſurditate aliqua poteſt concedi, quod quædam particulæ ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti perſeuerent in terra apud nos, etiamſi modo non maneant vnitæ verbo perſonaliter. Et illa ſententia, quod Chriſtus aſſumpſit nunquam dimiſit, exponenda eſt de partibus quæ ſecundum ſe totas pertinent ad veritatem & integritatem humanæ naturæ, quemadmodum & capilli erāt partes humani corporis & vniebantur verbo diuino hypoſtaticè, at non omnes reaſſumpti ſunt, ſed tantum illi qui ad ornatum ſpectabant, vngues quoque partes erant humanæ naturæ in Chriſto, ſed non omnes vngues ſecti reaſſumpti ſunt. ¶ Sed reſtat dubium de alijs humoribus, vtrum fuerint vniti verbo perſonaliter, & vtrum aſſumpti poſt reſurrectionem? Caietanus hic de ſanguine apertè docet & indubie credit iuxta doctrinam Eccleſiæ, quod in corpore Chriſti poſt reſurrectionem exiſtit, de alijs humoribus nihil dicit. Sed quid de his ſit ſentiendum explicat optimè Diuus Thomas in ſolutione ſecundi ex D. Auguſt. Epiſtola 146. fortaſsis, inquit, accepta occaſione ſanguinis, vrgebit nos molestior perſcrutator, & dicet; Si ſanguis in corpore Chriſti reſurgentis fuit, cur non & pituita, id eſt, phlegma, cur non & fel flauum, id eſt, cholera, & fel nigrum, id eſt, melancholia, quibus quatuor humoribus naturam carnis temperari, etiam medicinæ diſciplina teſtatur? ſed quodlibet quiſquis addat, corruptionem addere caueat, ne ſuæ fidei ſanitatem caſtitatemque corrūpat. Valet enim diuina potentia de iſta viſibili atque tractabili natura corporum, quibuſdam manentibus auferre quas voluerit qualitates, vt abſit labes, ſcilicet corruptionis, adſit effigies, adſit motio, abſit fatigatio, adſit veſcendi poteſtas, abſit eſuriendi neceſsitas. ¶ Sed quid de præputio dicendum eſt, nam omnium iſtorum rationem oportet vt reddat Theologus. D. Bonauentura in 4. diſtin. 12. ſic reſpōdet vt dicat, quod fortè non fuit ablatum aliquid, quod propriè eſſet pars ſed aliqua pellicula, vel ſi fuit, quod id videtur, quod deſierit eſſe, & Chriſtus reſurrexerit integer eo aſſumpto: quanquam alij dicunt, quod omnes beati erunt ſine pręputio, de quo ipſe dicit eſſe dubium. Sed non videtur dubitandum, quin Chriſtus habeat pręputium in cœlo, quanuis Cardinalis Turrecremata videatur hoc relinquere ſub dubio in loco ſupra indicato. Silueſter in Roſa aurea in quæſtionibus ſuper Euangelia in die ſancto Paſchæ dicit ex Iacobo de Voragine, quod Angelus attulit præputium Chriſti Carolo Magno, qui illud poſuit Aquiſgrani, nunc eſt Romæ in Eccleſia quæ dicitur Sancta Sanctorum. Sed quidquid ſit de hoc habeo pro certo Chriſtum habere præputium in cœlo vel reaſſumptum idem, quod habuit in terra, vel formatum ex alia materia.

Turrecremata. Caietanus. Sine errore poteſt cōcedi quaſdā particulas ſanguinis Domini in terra ad huc permanere. De alijs humoribus corporis, vtrum fuerint reaſſumpti in reſurrectione. D. Thom. Auguſt. An fuerit præputium reaſſumptum. Bonauen. Turrecremata. Silueſter.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Chriſti corpus reſurrexit glorioſum.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd corpus Chriſti non reſurrexerit glorioſum. Corpora enim glorioſa ſunt fulgentia, ſecundum illud Matthæi. 13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum, ſed corpora fulgida

300 Infr. q. 15. art. 6. ad 4. Et quo. 5. q. 3. art. 1. Et op. 3. c. 245.

fulgida videntur secundum rationem lucis, non autem secundum rationem coloris. Cùm ergo corpus Christi visum fuerit sub coloris specie, sicut & prius videbatur, videtur quòd non fuerit glorioſum. ¶ 2. Præterea, Corpus glorioſum est incorruptibile. Sed corpus Christi non videtur fuisse incorruptibile: fuit enim palpabile, sicut & ipse dicit Lucæ vlti. Palpate, & videte. Dicit autem Gregorius in quadam Homilia*, quòd corrumpi necesse est quod palpatur, & palpari non potest quod non corrumpitur. Non ergo corpus Christi fuit glorioſum.

Hom. 26. in Euāge. paulò post princi.

¶ 3. Pręterea, Corpus glorioſum non est animale, sed spirituale: vt patet primæ ad Corinthios 15. Sed corpus Christi videtur fuisse animale post resurrectionem: quia cum discipulis manducauit & bibit: vt legitur Lucæ vltimo, & Ioannis vltimo. Ergo videtur, quòd corpus Christi non fuerit glorioſum. ¶ Sed contra est, quòd Apoſtolus dicit ad Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suę.

Respondeo dicendum, quòd corpus Christi in resurrectione fuit glorioſum, & hoc apparet triplici ratione. Primò quidē quia resurrectio Christi fuit exemplar & causa nostræ resurrectionis, vt habetur primæ ad Corinthios 15. Sancti autem in resurrectione habebunt corpora glorioſa, sicut ibidem dicitur, Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Vnde cùm causa sit potior causato, & exemplar exemplato, multò magis corpus Christi resurgentis fuit glorioſum. Secundò, quia per humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis. Vnde & ipse dicebat, Nunc anima mea turbata est: quod pertinet ad passionem. & postea subdit, Pater clarifica nomen tuum, in quo petit gloriam resurrectionis. Tertiò, quia sicut suprà habitum est, anima Christi à principio suæ conceptionis fuit glorioſa per fruitionem diuinitatis perfectam. Est autem dispensatiuè factum (sicut suprà dictum est*) vt ab anima gloria non redundaret in corpus, ad hoc quòd mysterium nostræ redemptionis sua passione impleret. Et ideo peracto hoc mysterio passionis & mortis Christi, statim anima in corpus in resurrectione resumptum, suam gloriam deriuauit: & ita factum est corpus illud glorioſum.

¶ 34. art. 4.

q. 14 art. 1. ad 2. arg.

Ad primum ergo dicendum, quòd omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo secundum modum recipientis. Quia igitur gloria corporis deriuatur ab anima (vt Auguſt*. dicit in Epiſtola ad Dioscorum) fulgor seu claritas corporis glorioſi est secundum colorem humano corpori naturalem: sicut vitrum diuersimodè coloratum recipit splendorem ex illustratione solis secundum modum sui coloris. Sicut autem in potestate hominis glorificati est, vt corpus eius videatur, vel non videatur (sicut dictum est*) ita in potestate eius est, quòd claritas eius videatur vel non videatur, vnde potest in suo colore sine aliqua claritate videri: & hoc modo Christus suis discipulis post resurrectionem suam apparuit. ¶ Ad secundum dicendum, quòd corpus aliquod dicitur esse palpabile, non solum ratione resistentiæ, sed ratione suæ spissitudinis. Ad rarum autem & spissum sequuntur graue & leue, calidum & frigidum, & alia huiusmodi contraria, quæ sunt principia corruptionis corporum elementarium. Vnde & corpus quod est palpabile humano tactu, est naturaliter corruptibile. Si autem sit aliquod corpus resistens tactui, quod non sit dispositum secundum prædictas qualitates, quæ sunt propria obiecta tactus humani (sicut est corpus cæleste) tale corpus non potest dici palpabile: Corpus autem Christi post resurrectionem

Epi. 56. ante mediū, to. 2.

Arti. 1. huius q. ad 2. arg.

verè fuit ex elementis compositum, habens in se tangibiles qualitates, secundum quod requirit natura corporis humani, & ideo naturaliter erat palpabile. Et si nihil aliud habuisset supra corporis humani naturam, fuisset etiã corruptibile. Habuit autem aliquid aliud quod ipsum incorruptibile reddidit, non quidem naturam cælestis corporis, vt quidam dicunt (de quo infrà * magis inquiretur) sed gloriam redundantem ab anima beata, quia vt Augustí. dicit in Epistola ad Dioscorum, Tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine, redundet in corpus plenitudo sanitatis, id est incorruptionis vigor. Et ideo sicut Greg*. dicit ibidé, Ostenditur corpus Christi post resurrectionem fuisse eiusdem naturæ, sed alterius gloriæ. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustí. dicit 13. de Ciuit. Dei. Saluator noster post resurrectionem, iam quidem in spirituali carne, sed tamen vera, cibum & potum cum discipulis sumpsit, non alimentorum indigentia, sed ea qua hoc poterat potestate. Vt enim Beda* dicit super Lucam, aliter absorbet aquam terra sitiés, aliter solis radius calens: illa indigentia, iste potentia. Manducauit ergo post resurrectionem, non quasi cibo indigés, sed vt eo modo naturã corporis resurgentis astrueret. Et propter hoc non sequitur quòd fuerit eius corpus animale, quod est indigens cibo.

Materiã dotibus videtur respicere, quam non cõpleuit.

†epi. 56. ante mediũ, tom. 2.

Ho. 26. in Euan. non remotè à prin.

lib. 13. cap. 22. circa fi. tom. 5.

Beda. c. 97. & est vlt. in Luc. super illud: Habetis aliquid vt manducetur?

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua. Et probatur ex eo, quod dicit Apostolus ad Philip. 3. reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Et hoc appareret esse verum triplici ex causa. Prima, quia resurrectio Christi fuit exemplar, & causa nostræ resurrectionis. Nos autem surgemus in gloria, vt ait Apostolus, ergo multo magis Christus. Secunda, quia per humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis, vnde postquam dixit, nunc anima mea turbata est, sequitur, pater clarifica nomen tuum, quod pertinet ad gloriam resurrectionis. Tertia, quia anima Christi à principio suæ conceptionis fuit glorioſa per fruitionem diuinitatis: sed per dispensationem factum est, vt ab anima non redundaret gloria in corpus propter mysterium nostræ redemptionis. Vnde peracta passione statim ab anima redundauit gloria in corpus.

Conclusio. Philip. 3.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo primum dubiũ est, vtrum corpus Domini nostri Iesu Christi gloriosum, sic fuerit lucidum & clarum, quod fuerit peruium & transparens vt crystallus? Ratio dubitandi est, nam Diuus Gregorius 18. moralium capit. 31. explicans illud, non comparabitur ei aurum, &c. inquit, quòd in auro intelligitur beatorum claritas & in vitro per lucentia seu transparentia. Quod verbum exponens Diuus Thomas in 4. distinct. 44. q. 2. credit, quod corpora beatorum erunt transparentia. Verum Scotus & Richardus contrarium tenent & non sine magna probabilitate. Dicunt enim corpora beata esse opaca eo, quod densitas corporis humani transparentiæ repugnat. Et certè Diuus Gregorius non loquitur in contrarium. Non enim ait corpora beatorum forè vt vitrum eo, quod sint trasparentia & peruia respectu oculi corporalis, sed quia est perlucens oculis mentis nempè quia vnus beatus videt alterius cor sub eius corpore latens. Ait quippè illam beatorum societatem esse vt aurum & vitrum, quorum corda sibi inuicem & claritate fulgent & puritate transluent. Nihilominus tamen opinio D. Thomæ in 4. probabilitate non caret: quia illa corpora erunt veluti spiritualia animis ad nutum obsequẽtia. Et ideo ait, quod sicut in potestate corporis glorioſi est ostendere se non glorioso vel se occultare, ita & occultare corpus post se existens, hoc pacto, quod quando ostendit se ipsum, tunc occultabit aliud: quia eius colores impedient ne per ipsum videatur alterum coloratum, eo quod duo diuersi colores per idem medium non videntur: sicut depicta vitrea non permittit, vt colores alieni trans ipsam videantur. Quando vero non se ostendit, tunc non occultabit aliud, quin possit per ipsum transuideri. Itaque, quando Christus ab oculis euntium in Emaus disparuit, si illic permansit, potuerunt discipuli trans ipsum videre alia corpora sicut per lucidã crystallũ. ¶ Alterum dubium est, vtrum Christus verè comederit post resurrectionem? Pro cuius dubij expositione libet hic referre, quid patres de hac re concordi sententia definiere. In primis Luc. 24. habetur expresse, quod Christus mandu-

Quomodo corpus Domini post resurrectionem lucidũ fuerit. Gregorius

D. Tho.

Scotus. Richardus.

De comestione Christi post resurrectionem, an verè fuerit. Luc. 24.

Actor. 1. manducauit cum discipulis suis. Et Actorũ 1. sic habetur, Et conuescens præcepit eis ab Concilium Toletanũ XI. Hierosolymis ne discederent. Et in Concilio Toletano Vndecimo decernitur, quod conuictus ille siue conuescentia erat vt Apostoli probatissimam haberet Domini resurrectionem. Et certè nullũ est euidentius argumentum hominis viui, quam cibũ capere, & ideo Dominus Iesus puellæ reuocatæ in vitã iussit Beda. dari cibum. Beda in homilia feriæ tertiæ Paschæ simpliciter, inquit, & pie sentiendum est resuscitatum à morte & immortale iam factum corpus Dominicum, nullam quidem necessitatem, & tamen facultatem habuisse vescendi. Ideoque vbi opportunitas probandæ substantiæ naturalis exigebat, cibis esse refectum, qui nimirum cibi nullum saginæ adiumentum, vt mortalium corporibus solent, illi præbuerint: sed quomodo in igne missa aqua, mox comesti, speciali eius sunt August. virtute absumpti. Hæc ille. Diuus Augustinus libro. 3. de mirabilibus sacræ scripturę cap. 14. de cibo Domini post resurrectionem sic loquitur. Hunc autem carnalem cibum qualiter post resurrectionem Dominus susceperit, docti requirunt, dum resurrectura corpora spiritualia esse cuncti fideles sciunt, vt resurget corpus spirituale. Quapropter resurrectura corpora & si non indigent, vt verè sano sensu creditur, posibilitatem tamen edendi cibos, & si necesse foret habere, hoc Domini exemplo minimè denegatur, vt Angeli iuxta ilicem Mambre. Sed hi, non vt ruminatos cibos stomacho & intestinis conferunt: sed statim vt velut videntur degustare, in spiritualem naturam, non ex parte sed ex toto transformantur. Et decimotertio de ciuitate Dei capitulo. 22. Idem Augustinus inquit, non potestas sed egestas edendi ac bibendi talibus corporibus immortalibus, scilicet aufertur. Et Epistola. 49. futuræ inquit, resurrectionis corpus imperfectæ potestatis erit si cibos sumere non potuerit, imperfectæ felicitatis si cibis eguerit. Sed aliter absorbet terra aquam sitiens, aliter Solis radius candens. Ambrosius Idem docet expresse Ambrosius in commentarijs super Lucam capitulo vltimo. Et eodẽ exemplo quo Augustinus vtitur, rem demõstrat. Damascus Damascenus libro. 4. de fide capitulo. 1. testatur Dominum post resurrectionem suã non lege naturæ edidisse sed dispensatione. Albertus Magnus. Albertus Magnus commentarijs ad Lucam capitulo vltimo, duplicem commentatur comestionem & potestatis & infirmitatis. Primam tribuit beatis corporibus, postremam mortalibus. D. Tho. Diuus Thomas quodlibeto. 3. articulo. 5. veram credens esse Christi post resurrectionem comestionem, veram etiam nonnunquam fuisse Angelorum, commemorat duplicem veritatem, & significationis & naturæ. Et quidem primo modo veram ait fuisse comestionem Angelorum. Genesis 18. & Tobiæ. 12. quia Angelorum institutum non erat verè comedere, sed solum familiares reddere se hominibus. At vero huiusmodi Angelica comestio non erat vera secundum veritatem naturæ, qualis fuit Christi qui palato gustabat, & dentibus alterabat cibaria quæ edebat naturalibus instrumentis ad hunc actum ordinatis. Quod autem cibus conuertatur in corpus, est quoddam consequens ad comestionem. Vnde etiam in nobis etiam si cibus non conuertatur, sed statim per vomitum eijciatur, est nihilominus vera comestio, quæ præcesit. Non autem conueniebat vt in corpus Christi cibus conuerteretur, quod iam erat extra statum generationis & corruptionis. Vnde cibus ille fuit virtute Christi resolutus in præcedẽtem siue præiacẽtem materiam. Idem Diuus Thomas 1. parte quæstione. 51. articulo. 3. ad 5. dicit, fuisse veram comestionem, quia quanuis cibus resolueretur in præiacentem materiam tamen corpus erat talis naturæ in cuius substantiam conuerti posset nisi esset extra indigentiæ statum. Angeli vero qui sæpè in corporibus assumptis apparuerunt licet comedere viderentur, non verè comedebant, quia quanuis cibum manderent, & traijcerent, corpus tamen assumptum non erat talis naturæ in quod posset alimentum conuerti. Quod Angelus reuelauit Tobiæ 12. cum essem, inquit, vobiscum videbar quidem manducare & bibere, sed ego potu inuisibili & cibo vtor. Eandem doctrinam habet D. Thomas hic in solutione tertij. Ex qua doctrina manifestè liquet, quomodo comestio Christi post resurrectionem vera fuerit, & rursus patet, quid factum fuerit de cibo quem edebat, cuius rei difficultas, quosdam sic absorbuit vt dixerint, quod fuerit cibus conuersus & transubstantiatus in corpus Christi gloriosum. Cuius sentẽtiæ est Thomas VValdensis Thomas libro de sacramentis capitulo. 71. Durandus VValdẽsis. quoque in. 3. distinct. 22. quæstione. 6. ad 2. Durandus. huic opinioni fauere videtur, à quibus non discedit Ioannes Maior. Sed hæc opinio delira est & insana, quæ proinde non meretur impugnationem.

Gen. 18. Tob. 12.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm corpus Christi debuerit cum cicatricibus resurgere.

301 3.di.21.q.2.ar.4.q.3. Et opu.3.c.245.Et op.60.ẽap.22.co.4.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd corpus Christi non debuerit cum cicatricibus resurgere. Dicitur enim primæ ad Corinthios. 15. quòd mortui resurgẽt incorrupti. Sed & cicatrices & vulnera ad quandam corruptionem pertinent & defectum. Non ergo fuit conueniens, vt Christus, qui est resurrectionis auctor, cum cicatricibus resurgeret. ¶ 2. Præterea, Corpus Christi integrum resurrexit: sicut dictum est*. Sed aperturæ vulnerum contrariantur integritati corporis: quia per eas discontinuatur corpus. Non ergo videtur fuisse conueniens, quòd in corpore Christi aperturæ vulnerum remanerent: etsi remanerent ibi quædam vulnerum insignia, quæ sufficiebant ad aspectum, ad quem Thomas credidit: cui dictum est, Quia vidisti me Thoma, credidisti. ¶ 3. Præterea, Damasc. dicit in quarto lib. quòd post resurrectionem de Christo dicuntur quædam verè, quæ non habuit secundum naturam, sed secundum dispensationem, ad certificandum quòd ipsum quod passum est corpus, resurrexit: vt cicatrices. Cessante autem causa, cessat effectus. Ergo videtur, q̃ certificatis discipulis de sua resurrectione, cicatrices vlterius non habuerit. Sed non conueniebat immutabilitati gloriæ quòd aliquid assumeret quod perpetuò in eo non remaneret. Ergo videtur, quòd non debuerit corpus cum cicatricibus in resurrectione resumere. ¶ Sed contra est, quod Dominus dicit Thomæ Ioan. 20. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manũ tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.

Ar.2.huius quæst.

lib.4.c.19. paulo ante finem.

Respondeo dicendum, quòd conueniens fuit, animam Christi in resurrectione corpus cum cicatricibus resumere. Primò quidem propter gloriam ipsius Christi. dicit enim Beda super* Lucam, quòd non ex impotentia curandi, cicatrices seruauit, sed vt in perpetuum victoriæ suæ circũferat triumphum. Vnde & Augustinus dicit in 22.† de Ciuitate Dei, Quod fortasis in illo regno in corporibus martyrum videbimus vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quædam quanuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit. Secundò, ad confirmandum corda discipulorum circa fidem suæ resurrectionis. Tertiò, vt Patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, semper ostendat. Quartò, vt sua morte redemptis, quàm misericorditer sint adiuti, propositis eiusdem mortis indicijs, insinuet. Postremò, vt in iudicio quàm iustè damnentur, ibidem denuntiet. Vnde sicut Augustinus dicit in libro. 2. de Symbolo, capit. 8. Sciebat Christus quare cicatrices in suo corpore seruaret: sicut enim demonstrauit Thomæ non credenti nisi tangeret & videret, ita etiam inimicis vulnera demonstraturus est sua, vt conuincens eos veritas dicat: Ecce hominem quem crucifixistis, videtis vulnera quæ infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis: quoniã per vos & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis.

*Super illud Luc. ostẽdit eis manus, ca. 97. in Luc. & est vltimum.

Lib.22.c.20.in principio,to.5. Has rationes omnes habet Beda loco citato.

Beda ca.97 in Lucã id innuit.

Ad primum ergo dicendum, quòd cicatrices illæ quæ in corpore Christi permanserunt, non pertinent ad corruptionem vel defectum: sed ad maiorem cumulum gloriæ, in quantum sunt quædam virtutis insignia, & in illis locis vulnerum quidam specialis decor apparebit. ¶ Ad secundum dicendum, quòd illa apertura vulnerum, quanuis sit cum quadam solutione cõtinuitatis, totum tamen hoc recompensatur per maiorem decorem gloriæ, vt corpus non sit minus integrum, sed magis perfectum: Thomas autem non solum vidit, sed etiam vulnera tetigit: quia (vt dicit Leo Papa) sufficit sibi ad fidem propriam, vidisse quod

viderat,

viderat, sed nobis operatus est, vt tangeret quem videbat. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus in suo corpore voluit cicatrices vulnerum remanere, non solum ad certificandum discipulorum fidem, sed etiam propter alias rationes. Ex quibus apparet, quòd semper in eius corpore cicatrices illæ remanebunt: quia (vt Augustinus * dicit ad Consentium, de resurrectione carnis) Domini corpus in cælo esse credo, vt erat quando ascendit in cælum. Et Gregor. 14. Moralium. dicit. Quòd si quid in corpore Christi post resurrectionē potuit immutari, contra veridicā Pauli sententiam, post resurrectionem Dominus redijt in mortem, quod quis dicere nisi stultus præsumat, qui veram carnis resurrectionem denegat? Vnde patet, quòd cicatrices, quas Christus post resurrectionē in suo corpore ostēdit, nunquam postmodum ab illo corpore sunt remotæ.

Aug. epist. 146. paulò à principio tom. 2.

lib. 14. moral. ca. 31. à medio.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Conclusio est affirmatiua. Et patet, nam Dominus post resurrectionem suam dicit Thomæ Ioannis. 20. Infer digitum tuum huc & vide manus meas & affer manū tuam & mitte in latus meum & noli esse incredulus sed fidelis. Idque fuit conueniens multis de causis. In primis propter gloriam eius: vt in perpetuum victoriæ suæ circunferat triumphum, vt dicunt Augustinus & Beda. Secunda causa fuit ad confirmādum discipulorum corda circa fidem suæ resurrectionis. Tertia vt patri pro nobis supplicans, semper ostendat quale mortis genus pro homine pertulerit. Quarta, vt sua morte redemptis, propositis eiusdem mortis indicijs insinuet, quam misericorditer sint adiuti. Postremo ad damnatorum confusionem, vt conuincens eos veritas dicat secundum Augustinum de Symb. ecce hominem quem crucifixistis, videtis vulnera, quæ infixistis.

Ioan. 20.

Augustin. Beda.

Augustin.

EXPOSITIO ARTICVLI.

De cicatricibus Domini, an fint vulnera patētia.

Abulensis.

DE his cicatricibus corporis Domini nostri Iesu Christi varias Theologi solent mouere dubitationes. ¶ Prima dubitatio est, num vulnera Christi Domini remanserint patentia, an potius pro vulneribus cicatrices relictæ fuerint? De hac re differit optime Abulensis paradoxa. 5. capit. 25. & 26. & tenet, quod manserunt patentia. Idque probat efficaciter ex verbis Domini Ioan. 20. Infer digitum huc & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis, cum ergo iusserit Dominus Thomæ in latus suū manum mittere, euidens est quod latus erat patēs, alioqui impossibile erat in latus Christi Domini manū immittere. Idē liquet de fixuris pedū & manuū. Etenim in locis citatis dicitur, & mitte digitū tuum in loca clauorum & nō dictū est à Domino, pone digitum tuū super cicatrices manuum, aut pedum relictas ex fixura clauorū. Ex his ergo infertur, quod vulnera redemptoris nostri post resurrectionem suam, ita aperta, patentiaque relicta sunt, vt in passione patuerant quando crucifixus fuit. Patet quoque id quod mirabile est, fixuras vulnerum ita manere in corpore Christi glorioso, vt per eas intuentibus lux & rerum species viderentur nulla carnis substantia interposita. Hoc autem mirabilius apparet in lateris fixura. Etenim profundus hiatus carnis substātiam penetrans vsq; ad præcordia viam facit intuēti. ¶ Aliud dubium est, quorsum hæc vulnera in Christi corpore glorioso, permaneāt, permansuraque sint in æternum? Huius rei varias demonstrat causas D. Thomas in articulo. Præcipuæ sunt istæ. Non certè vt calumniantur Gentiles, quod non valuerit ea curare sed per dispensationem quandam, vt his argumentis apud suos assereret assumpti corporis veritatem, atque nunc sedens in dextera patris, pijs fiduciæ maioris præberet occasionē, quod vultui patris se pro nobis exhibēs; atq; pro nobis patri supplicans, quale genus mortis pro nobis subierit semper ostēdat, simulq; olim in extremo die Iudæorum confutaret impietatem, quando iuxta Prophetiam; videbunt in quem transfixerunt, & omnium impiorum iustam denuntiaret condemnationē, per ostensionem eorum, quæ pro omnibus passus est. Beatus Augustinus Epistola. 49. ad Deogratias in solutione primæ quæstionis, pulchrè respondet pagani cuiusdam calumnijs, qui hinc calumniabatur futuram nostram resurrectionem. Sciat, inquit, qui has proposuit quæstiones, Christum post resurrectionem cicatrices non vulnera demonstrasse dubitantibus, propter quos etiam cibū ac potum sumere voluit, non semel, sed sæpius, ne illud nō corpus, sed spiritum esse arbitrarentur, & sibi nō solide sed imaginaliter apparere. ¶ Tertium dubiū est, vtrum Christus Dominus cum resurrexit habuerit vestes? Hoc dubium pertractat Abulensis in paradoxa. 5. per multa capita, à capite. 24. & deinceps

Mirabile de lateris vulnere.

Causæ ob quas vulnera in corpore Christi Dñi glorioso permaneant.

Augustin.

Christus, vtrū habuerit vestes in resurrectione.

Abulensis.

vsque ad cap. 34. & 35. & concludit, quod nō habuerit vestes. Sed doctissimus Pater Victoria tenet contrarium & probat. Nam saltem cum apparuit vt peregrinus, certum est quod habebat vestem. Itidem cum apparuit Magdalenæ sub specie hortulani. Sed de hac quæstione tantum dictū sit, nam de ea nihil explorati in diuinis literis, aut in sanctis habetur.

QVAESTIO LV.

De manifestatione resurrectionis, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de manifestatione resurrectionis Christi. ¶ Et circa hoc quæruntur sex. ¶ Primo, vtrùm Christi resurrectio omnibus manifestari debuerit, an solum quibusdam specialiter personis. ¶ Secundo, vtrùm fuisset conueniens, quod eis videntibus resurgeret. ¶ Tertio, vtrùm post resurrectionem debuerit cū suis discipulis cōuersari. ¶ Quarto, vtrùm fuerit conueniens, quòd suis discipulis in aliena effigie appareret. ¶ Quinto, vtrùm resurrectionem suam argumētis manifestare debuerit. ¶ Sexto, de sufficientia illorum argumētorū.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm resurrectio Christi debuerit omnibus manifestari.

302 Sup. q. 36. arti. 2. cor. Et opus. 3. ca. 245. Et 1. Cor. 15. col. 3.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd resurrectio Christi debuerit omnibus manifestari. Sicut em̄ publico peccato debetur pœna publica (secundum illud 1. ad Timoth. 5. Peccantes coram omnibus argue) ita merito publico debetur præmium publicū. Sed claritas resurrectionis est prę̄mium humilitatis passionis: vt Augustinus dicit super Ioan*. Cùm ergo passio Christi fuerit omnibus manifestata, eo publicè patiente, videtur, quòd gloria resurrectionis ipsius, omnibus manifestari debuerit. ¶ 2. Præterea, Sicut passio Christi ordinatur ad nostram salutem, ita & eius resurrectio: secundum illud Roma. 4. Resurrexit propter iustificationem nostrā. Sed illud quod ad communem vtilitatem pertinet, omnibus debet manifestari. Ergo resurrectio Christi omnibus debuit manifestari, & non specialiter quibusdam. ¶ 3. Præterea, Illi quibus manifestata est resurrectio Christi, fuerunt resurrectionis testes: vnde dicitur Actorum. 3. Quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Hoc autem testimonium ferebant publicè prædicādo. Quod quidem non conuenit mulieribus: secundum illud 1. ad Corinth. 14. Mulieres in Ecclesijs taceant: & 1. ad Timoth. 2. Docere mulieri non permitto. Ergo videtur, quòd inconuenienter resurrectio Christi manifestata fuerit primò mulieribus, quàm omnibus communiter. ¶ Sed contra est, quod dicitur Actor. 10. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo.

tract. 140. in Ioan. circa fin. to. 9.

Respondeo dicendum, quòd eorum, quæ cognoscuntur, quædam cognoscuntur cōmuni lege naturæ, quædam autem cognoscuntur ex speciali munere gratiæ, sicut ea quæ diuinitùs reuelantur. Quorum quidem, vt Diony. dicit in libro Cæl. hierar*. hæc est lex diuinitùs instituta, vt à Deo immediatè superioribus reuelentur, quibus mediantibus deferantur ad inferiores, sicut patet in ordinatione cælestium spirituum. Ea verò, quæ pertinent ad futuram gloriam, communem hominum cognitionem excedūt: secundum illud Isa. 64. Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te. Et ideo eiusmodi ab homine non cognoscuntur nisi diuinitùs reuelata, sicut Apostolus dicit primæ ad Corinthios 2. Nobis reuelauit Deus per spiritum suum. Quia igitur Christus resurrexit glorioſa resurrectione, ideo eius resurrectio non omni populo manifestata est, sed quibusdam quorum testimonio deferretur in aliorum notitiam.

cap. 4. Cæl. hier. à medio illius.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quòd passio Christi peracta est in corpore adhuc habente naturam passibilem, quæ cõmuni lege nota est omnibus. & ideo passio Christi omni populo immediatè manifestari potuit. Resurrectio autem Christi facta est per gloriã Patris: vt Apost. dicit Rom. 6. & ideò immediatè manifestata est, non omnibus, sed quibusdam. Quòd autem publicè peccantibus pœna publica imponitur, intelligendum est de pœna præsentis vitæ: & similiter publica merita publicè præmiari oportet, vt alij prouocentur. Sed pœnæ & præmia futuræ vitæ non publicè omnibus manifestãtur, sed specialiter illis, qui ad hoc præordinati sunt à Deo. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd resurrectio Christi sicut est ad communem omnium salutem, ita in notitiam omnium peruenit. Non quidem sic, quòd immediatè omnibus manifestaretur, sed quibusdam, per quorũ testimoniũ deferretur ad omnes. ¶ Ad tertium dicendum, quòd mulieri non permittitur publicè docere in Ecclesia: permittitur autem ei priuatim aliquos domestica admonitione instruere. Et ideò sicut Ambros. dicit super Luc*. Ad eos fœmina mittitur, qui domestici sunt, non autẽ mittitur ad hoc quòd resurrectionis testimonium ferat ad populum. ¶ Ideo autem primò mulieribus apparuit, vt mulier, quę primò nuntium mortis ad hominem detulit, primò etiam vitam resurgentis Christi in gloria nuntiaret. Vnde Cyrillus* dicit, Fœmina quæ quondam mortis fuit ministra, venerandum resurrectionis mysterium prima percipit, & nuntiat: adeptum est igitur fœmineum genus, & ignominiæ absolutionẽ, & maledictionis repudium. ¶ Similiter etiã per hoc ostenditur, quòd quantum ad statum gloriæ pertinet, nullum detrimentum patietur fœmineus sexus: sed si maiori charitate feruebunt, maiori etiã gloria ex visione diuina potietur, eò quòd mulieres quæ Dominũ arctius amauerunt, intantum, vt ab eius sepulchro, discipulis etiam recedentibus non recederent, primò viderũt Dominum in gloria resurgentem.

cap. vlti. in Lucam, nõ multum ante medium, tom. 5.

Lib. 12. in Ioan. c. 51. super illud, Vade ad fratres tuos, & dic eis.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est negatiua. Et patet ex illo Actorum. 10. quem Deus suscitauit tertia die & dedit eum manifestum fieri, nõ omni populo sed testibus præordinatis à Deo, hoc enim accidit in his, quæ diuinitus reuelantur, vt à Deo immediate superioribus patefiant, quibus mediantibus ad inferiores deueniant, sicut patet in ordinatione cœlestiũ spirituũ, cum ergo resurrectio Christi fuerit gloriosa ideo non omni populo manifestata est.

Conclusio. Actor. 10.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo primum dubium est, quid est quod mulieribus primum resurrectio Christi manifestata est? Secundũ dubium est de beata virgine, vtrum apparuerit ei & quando? Tertium dubiũ, quid est quod virgo mater non visitauerit solicite sepulchrum sicut aliæ mulieres? Hæc dubia breuiter explicanda sunt. Nam ad primum dubium dicendum est, quod ideo primo mulieribus apparuit, vt mulier, quæ primo nuncium mortis ad hominem detulit primo etiam vitam resurgentis Christi in gloria nũciaret. Vnde Cyrillus lib. 12. in Ioannẽ cap. 51. dicit; Fœmina quæ quondam mortis fuit ministra, venerandũ resurrectionis mysterium prima percipit, & nuntiat. Adeptũ est igitur fœmineum genus, & ignominię absolutionẽ, & maledictionis repudiũ. Similiter etiã per hoc ostenditur, quod quantum ad statum gloriæ pertinet, nullum detrimentum patietur fœmineus sexus: sed si maiori charitate feruebunt, maiori etiam gloria ex visione diuina potientur, eo quod mulieres quæ Dominum arctius amauerunt, in tantum, vt ab eius sepulchro discipulis etiam recedentibus non recederent, primo viderent Dominum in gloria resurgentem. ¶ Ad secundum dubium vt respondeatur sciẽdum est, quod Marci. 16. sic habetur. Surgens autem Iesus mane prima sabbathi apparuit primo Mariæ Magdalenę, de qua eiecerat septẽ dæmonia. Bene autem notandum est, quod inter mulieres ipsi Magdalenę primo Dominus apparuit, quæ olim fuerat in ciuitate peccatrix & dæmoniorũ habitaculũ. Sic enim factũ est vt vbi abundauit delictũ ibi superabũdaret & gratia. ¶ Cæterum quãquã Dominus primo dicatur apparuisse Magdalenę pietas tamen nõ parũ peruadet vt credamus Dominũ

Quid est, quod mulieribus primum resurrectio Christi manifestata est.

Cyrillus.

Marci. 16.

Beatissimę Marię, christus Dns primum in resurrectione apparuit.

prius

prius apparuisse dilectissimæ suæ matri, licet eam prætermiserint Euangelistæ, quod ad confirmandam filij resurrectionem in efficax esset matris testimoniũ. Ita factum esse testatur D.Ambrosius in libro.3.de Virginibus in prima parte. Id si verũ est, primo dicitur Magdalenę visus Dominus, quod inter omnes discipulos illa prima fuerit, quæ Dominum viderit; quanquam etiam videri possit, Dominũ ideo non apparuisse subito matri, quod illã in fide resurrectionis sciret non vacillare. Propter quod non ita cum reliquis sepulchrum adijt sicut cũ reliquis astitit cruci. Ex quo facile tertij dubij à nobis propositi patet solutio. ¶Sed ex his duplex nascitur quæstio nõ parua. Altera est, an hæc Maria Magdalene cui Dominus primo apparuit sit Maria soror Lazari, an altera Maria Magdalene. Nam Marcus Euangelista addit illud verbum, de qua eiecerat septem dæmonia ad distinctionem, vt quidam volunt, huius Magdalenæ ab alia. ¶Altera quæstio est, vtrùm omnes discipuli Domini in Christi passione perdiderint fidẽ? Ad primam quæstionem sic respondendum censeo, quod hæc Maria, quæ in Euangelijs vocatur Magdalena, sit ea Maria quæ fuit soror Marthæ & Lazari ex Euangelijs apertè probari nõ potest. Nam illis in locis in quibus fit mentio de Maria, quæ fuit soror Marthæ & Lazari, non vocatur illa Maria Magdalena, sed tantum Maria vt Lucæ. 10. & Ioan. 11. & 12. imo ex Euangelijs videri potest, quod nõ sit eadem mulier. Nam Maria, quæ dicitur Magdalena, fuit Galilæa, vt patet Marci. 15. Vbi numeratur inter mulieres, quæ secutæ erant Iesum ex Galilæa in Iudæam. Maria autem soror Marthæ videtur fuisse Iudæa, cum Bethania Iudææ Castellum dicatur Ioan. 11. quod erat Mariæ & Marthæ sororum Lazari. Cæterum cum sententia ab Ecclesia recepta teneat Mariam sororẽ Marthæ fuisse eam Mariam, quæ dicitur in Euãgelijs Magdalena, & eam etiam, quæ apud Lucam cap. 7. dicitur peccatrix, & de qua dicitur Marci. 16. quod eiecerat septem dæmonia, huicq; primo Dominus in resurrectione apparuit, ab hac sententia nulla ratione discedendum est, cui nõ obstat, quod ex Euangelijs obiectum est. Creditur enim Mariam sororem Marthæ ex progenie quidem fuisse Iudæam, ex paterna hæreditate simul cum sorore Martha & Lazaro fratre obtinuisse castellum Iudæę Bethaniam, sed eandem nupsisse marito cuius erat castellũ quoddam Galilææ nomine Magdalũ vbi habitauerit, Christo in Galilæa prædicante, & vnde accepit nomen vt diceretur Magdalena vel Magdalene, quæ Christum comitata in Iudæam, fecit eum etiã Marthæ & Lazaro familiarem. Quod autem dicitur à D.Luca capit.8. & à D. Marco capit. vltimo, Septem dæmonia Dominum eiecisse ab hac Maria Magdalena, Diuus Gregorius & post eum plerique de septem vitijs capitalibus intelligunt, à quibus Dominus hanc mulierem liberauit, remittendo ei peccata multa, vt dicitur à Luca in capite præcedenti. Verùm potius intelligendum esse de corporali dæmonum eiectione, patet satis ex eo, quod in Luca præcedit, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis. Illud enim non videtur Lucas dixisse, nisi de huiusmodi curatione & expulsione dæmonum, quales multę leguntur in Euangelijs; de quali intellexisse D.Ambrosiũ patet ex eo, quod scribit cap.5. de Salomone. Dum inquit, largum in sanguine fluxum siccat in Martha, dum dæmones pellit ex Maria, dum corpus rediuiui spiritus calore constringit, & quod mors sibi vendicauerat ad pœnam, lux denuo recepit ad vitã. Vbi D. Ambrosius inter reliqua corporalia Christi miracula, cõnumerat etiam dæmonũ expulsionem, vbi etiam dum Martham præmittit ante Mariam, & post miraculum in Maria factum, subiungit miraculum factũ in Lazaro, satis significat se putasse eam Mariã de qua Dominus eiecit dæmonia, & quæ dicitur Magdalena, fuisse sororem Marthę & Lazari. In qua sententia etiam fuisse D. Hieronymũ, patet ex eo, quod quæstione quarta ad Hedibiam quatuor vel tres dicit legi in Euangelijs Marias, sic scribẽs. Quatuor autem fuisse Marias, in Euangelijs legimus, vnam matrẽ Domini Saluatoris, alterã materteram eius, quæ appellãtã est Maria Cleophæ, tertiã Mariam matrem Iacobi & Ioseph, quartam Mariam Magdalenam. Licet alij matrem Iacobi & Ioseph, materteram eius fuisse contẽdant. Hæc ille. Quod si Maria soror Marthę diuersa fuisset secundum Hieronymum à Maria quæ dicitur Magdalene, debuisset quintam posuisse Mariam. Sed ad propositum, Cum, vt habet communis sentẽtia, eadẽ est Maria ista Magdalena cum Maria sorore Marthæ, & peccatrice ea, quæ vnxit Dominum vnguento, & eiectio ista dæmonum intelligenda sit de corporali eiectione, dicendũ videtur cũ Roffensi & alijs quibusdam, mulierem hanc demerito peccatorum suorum à diabolis aliquando possessam, ac postea quam à Domino fuisset liberata, peccatorum suorum magnitudinem cœpisse agnoscere, eorundemque remissionẽ lachrymarum profluuio impetrasse, ac tum deinceps indiuulsam Christo adhæsisse, & opes suas in illius ministerium & vsum, cum alijs

Quid est, quod beatissima virgo non visitauerit solicitè sepulchrũ sicut aliæ mulieres.

An fuerit vna Magdalena tantũ.

Luc.10.11. 12.

Mar.15.

Ioan.11.

Luc.7. Mar.16.

Luc.8. Luc.vlti.

Ambrosius

Hieronym.

alijs mulieribus quibus impendisse, pro dupli ci beneficio, corporali scilicet & spirituali, quo affecit eam Dominus. Porrò mulier secũ do nominata, nempe, Ioanna, cuius Lucas me
Luc. vlti. minit etiam in cap. vltimo inter eas, quæ se-
Luc. 8. pulchrum adierunt Dominum vnctura, dicitur à Luca fuisse vxor Chusæ procuratoris Herodis, vt significaret mulieris huius opes, & deuotionem non solum ipsius, sed etiã ma riti, qui permiserit vxorem suam in comitatu Iesu, in quo vtique eam Dominus non admisisset, nisi viro permittente. Sic & Susanna quædam nominatur, quod eo tempore esset
An Apostoli omnes tẽpore passionis Domini fidẽ perdiderint. mulier nota, & celebris nominis. ¶ Alia quæstio est, vtrum Apostoli omnes tempore passionis Domini fidem amiserint? De qua quæstione disputat fusissime Cardinalis Turrecremata lib. 3. suæ summæ cap. 61. Et probat partem affirmatiuam huius quæstionis complurimis argumentis. Et arguitur in patrocinium huius sententiæ in hunc modum. In primis
Turrecremata. Argumẽta pro parte affirmatiua. ex illo, quod per Matthæum Dominus dicit
Matt. 26. cap. 26. Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte, scriptum est enim percutiam pastorem & dispergentur oues gregis, id est, ab vnitate fidei soluentur, sic enim glossa in-
Luc. 24. terlinearis exponit. Deinde apud Lucam cap. 24. expresse habetur verba mulierum nuntiantium Christi resurrectionẽ visa esse Apostolis quasi deliramenta. ¶ Præterea idem cõ-
Marci. 16. firmatur ex eo, quod Marcus capit. 16. tradit Christũ exprobrasse omnibus Apostolis in-
Augustin. credulitatem & duritiam cordis. Ad hæc D. Augustin. in illud Psalmi. 68. Defecerunt oculi mei, inquit. Discipuli desperauerunt quod ipse esset Christus, à latrone Apostoli victi sunt, qui tunc credidit quando ipsi defecerunt. Adducit etiam in confirmationem hu-
Hierony. Ambrosius Gregorius. Isidorus. ius sententiæ Hieronymum, Ambrosiũ, Gregorium, Isidorum, Doctores quoque scholasticos atque etiam Doctores iuris Canonici. Illud etiam confirmat hanc doctrinam. Nam Guilielmus in rationali diuinorũ officiorũ te statur, quod cãdela quæ in diebus tenebrarũ hebdomadæ sanctæ per totã Christi Ecclesiã accẽsa relinquitur, designat Christi fidẽ, quæ in sola virgine remãsit, per quã omnes fideles docti & illuminati sunt. His argumẽtis Turre cremata in loco dudum indicato persuasum habet Apostos illo in tempore fuisse infideles, quanquam nõ audet concedere fuisse hæ-
Ad argumẽta in cõtrarium, quæ verum concludunt. reticos. ¶ Contrarium huius sententiæ esse verum hæc argumenta persuadent. Principiò argumẽtor ex illa Domini promissione, quæ fallax esse non potest, ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua, ergo Petrus post illã promissionem, fidem nunquã amisit. Deinde, Matthęi vltimo, habetur discipuli abierũt
Matt. vlti. in Galilęam in montem vbi constituerat illis Iesus & videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt, quidam ait, non omnes. Sed & illud confirmat istam sententiã, quod D. Marcus refert Christum Dominum increpasse incredulitatem & duritiam discipulorum, quia ijs qui viderant eum resurrexisse non crediderant, constat autem ex alijs Euangelistis hanc causam ad omnes Apostolos nõ pertinere. Petrus namque & Ioannes audito nuntio cucurrerũt ad monumẽtũ, & Iacobus ab hora qua biberat Domini calicẽ iurauit se non comesturũ panem donec Christum videret resurgentem, vt autor est Hieronymus
Hieronym. in chatalogo scriptorum Ecclesiasticorũ. Insuper absurdum est & iniuriosum in Apostolos Domini sentire aut dicere sine vrgentibus causis omnes Apostolos Domini fuisse infideles & perdidisse fidem, ex quo consequens est manifestè esse concedẽdum, quod fuerint hæretici vel apostatæ à Christi religione. Fides enim semel à Christiano fusce-
pta nõ amittitur nisi aut per hæresim aut apostasiam. Hæc omnia confirmantur, nam in literis Euangelicis apertè demonstratur causa, quare discipuli dubitauerunt aut vero nõ crediderunt, quia videlicet nondum intellexerãt scripturas, ergo non cõtradixere pertinaciter reuelationibus diuinis ac subinde fidem non perdiderunt. ¶ Argumenta in contrariũ obie-
Solutio argumẽtorũ. cta vno verbo cõfutãtur. Nam si aliquid probant id solum probant, Apostolos in fidei cõfessione defecisse aut etiã in fide viua, quę per dilectionem operatur. Et ad hoc significandũ referri potest cõsuetudo illa Ecclesiastica extinguendi omnes cæroes præter vnũ, quanquam Rupertus Abbas alio referat istam consuetudinem in libro de diuinis officijs.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm fuisset conueniens, quòd discipuli viderent Christum resurgere.

305 AD secundum sic proceditur. Videtur conueniens fuisse, quòd discipuli viderent Christum resurgere. Ad discipulos enim pertinebat resurrectionẽ Christi testificari: secũdum illud Act. 4. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri. Sed certissimũ est testimonium de visu. Ergo conueniens fuisset, vt ipsam resurrectionem Christi viderent. ¶ 2. Præterea, Ad

certitu-

certitudinem fidei habendam, discipuli ascensionem Christi viderunt, secundum illud Act.1. Videntibus illis, eleuatus est. Sed similiter oportet de resurrectione Christi certā fidē habere. Ergo videtur, quòd discipulis vidētibus, debuerit Christus resurgere. ¶ 3. Præterea, Resurrectio Lazari quoddam indicium fuit futuræ resurrectionis Christi. Sed discipulis videntibus, Dominus Lazarū suscitauit: ergo videtur, quòd etiam Christus resurgere debuerit, discipulis videntibus. ¶ Sed contra est quod dicitur Marc. vlti. Resurgens Dominus mane prima sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ. Sed Maria Magdalena nō vidit eum resurgere: sed cùm eum quæreret in sepulchro, audiuit ab angelo, Surrexit, nō est hîc. Ergo nullus vidit eum resurgere.

Respondeo dicendum, quòd sicut dicit Apost. Rom. 13. quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Est autem hic ordo diuinitùs institutus, vt ea quæ supra homines sunt, hominibus per angelos reuelentur, vt patet per Dion.* 4. cap. cęlest. hier. Christus autem resurgens non redijt ad vitam communiter hominibus notam, sed ad vitam quandam immortalem & Deo conformem: secundum illud Rom. 6. Quòd enim viuit, viuit Deo. Et ideo ipsa Christi resurrectio nō debuit immediatè ab hominibus videri, sed eis ab angelis nuntiari. Vnde Hilarius dicit super Matth†. quòd ideo angelus prior resurrectionis est index, vt quodam famulatu paternæ voluntatis resurrectio nuntiaretur.

*4. à med.

canone vlt. in Mat. circa finem Hilarius.

Ad primum ergo dicendum, quòd Apostoli potuerunt testificari Christi resurrectionē etiam de visu: quia Christum post resurrectionem viuentem, oculata fide viderunt, quem mortuum sciuerāt. Sed sicut ad visionem beatam peruenitur per auditum fidei: ita ad visionem Christi resurgentis, peruenerūt homines per ea, quæ prius ab angelis audierunt. ¶ Ad secundum dicēdum, quòd ascensio Christi quantum ad terminum à quo, non transcendebat hominum communem notitiam: sed solùm quantum ad terminum ad quem. Et ideo discipuli potuerunt videre ascēsionem Christi quantum ad terminum à quo, id est, secundum quod eleuabatur à terra: non autem viderunt ipsam, quantum ad terminum ad quem, quia non viderunt quomodo reciperetur in cælo. Sed resurrectio Christi transcendebat communem notitiam, & quantum ad terminum à quo (secundum quod anima redijt ab inferis, & corpus de sepulchro clauso exiuit) & quantum ad terminum ad quem, secundum quod est adeptus vitam gloriosam. Et ideo non debuit resurrectio fieri sic quòd ab homine videretur. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Lazarus resuscitatus est, vt rediret ad vitam qualem prius habuerat, quæ communem notitiam hominem non transcendit. Et ideo non est similis ratio.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Marci vlti.

COnclusio est negatiua. Et probatur sic ex eo, quod dicitur Marci vltimo, resurgens Dominus mane prima sabbathi apparuit primo Mariæ Magdalenæ, sed Maria Magdalena nō vidit eum resurgere, sed cum eum quæreret in sepulchro audiuit ab Angelo surrexit non est hic, ergo nullus vidit eum resurgere. Et sane ordo diuinitus institutus exigit vt ea, quæ sunt super homines cognoscibilia, hominibus per Angelos reuelentur vt patet ex Diuo Dionysio capitu. 4. cœlestis hierarchiæ: resurrectio autem Christi transcendebat omnem notitiam & quantum ad terminum à quo, secundum quod anima redijt ab inferis & corpus de clauso sepulchro exiuit; & quātum ad terminū ad quē secūdum quod est adeptus vitam gloriosam.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo faciles sunt dubitationes. Prima est, vtrum milites custodiētes sepulchrū viderint Christū resurgētē? Certè videtur quod non. Nam scriptura dicit, quod exterriti sunt custodes, & facti sunt veluti mortui strepitu videlicet Angeli descendentis & remouentis lapidem, & hic solum dixere principibus sacerdotum ea quæ facta sunt nimirum se vidisse Angelum & lapide à sepulchro

sublatum,

sublatũ, Christũ vero resurgentẽ nõ viderũt.

An Angeli ab hominibus erudiãtur.

¶ Alia dubitatio est, vtrum Angeli ab hominibus erudiantur & ab his etiam discant mysteria incarnationis Domini & eiusdem resurrectionis. Ratio dubitandi est. Nam multi patres ex antiquis tenent partem affirmatiuam huius quæstionis. Origenes homilia. 23. in Lucam apertè dicit Angelos ab hominibus erudiri & ab his etiam discere. Chrysostomus homilia. 1. siue in præfatione homiliarũ in Ioannem innuit Angelos ex Ioannis Euangelistæ prædicatione multa didicisse, quæ prius ignorabant, sic enim scribit. Ioannes nihil nobis humanum sed à Spiritus sancti profundis & abditis thesauris omnia proloquitur, quæ neque Angeli prius quam hic diceret nouerũt, nanque & ipsi nobiscum didicerunt per Ioannis vocem & per nos didicerunt, quæ cognouimus. Quod beatus etiam Paulus his verbis significauit: vt innotescat nunc principatibus & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Si igitur principatus & potestates Cherubim & Seraphim hæc per Ecclesiam didicerunt: planè constat ipsos Angelos summa cum attentione eius se se auditores exhibuisse. Quippè idcirco non parum honoris consequimur, quod nobiscum Angeli didicerunt, quæ nesciebant. Eiusdem sententiæ est Theodoretus in immutabili. Diuus quoque Hieronymus libro. 2. in Epistolam ad Ephesios elucidans illud, vt innotesceret nũc principatibus & potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, idem videtur definisse. Sedulius Hieronymo consentit explicans eundem locum Pauli. Et certè illa sententia Pauli quæ habetur ad Ephesios cap. 3. quæ nunc commemorata est, id videtur significare aperte. ¶ Istam dubitationẽ exponit luculenter Diuus Thomas explicans illum locum Pauli supra citatum, in cuius expositione sic procedit. Vnus, inquit, intellectus huius sententiæ potest esse, quod Angeli didicerunt ab Apostolis. Et hoc videtur quãdam rationem habere. Videmus enim quod in cœlo inter Angelos superiores qui immediate à Deo illuminantur, illuminant & docent inferiores Angelos, qui non immediate illuminantur à Deo. Non videtur ergo irrationabile, quod Apostoli qui immediate à Deo sunt edocti (secundum illud Ioan. 1. vnigenitus filius, qui est in sinu patris ipse enarrauit) doceant Angelos. Sed hoc quidem satis sufficienter dici posset nisi aliud occurreret. Cum enim in Christo sint duæ naturæ, diuina scilicet & humana, edocti quidẽ sunt Apostoli à Christo immediate, quantum ad humanam naturam. Angeli autem immediate naturam diuinam vident etiam inferiores: aliàs non essent beati, cum in sola visione diuinæ essentiæ rationalis creaturæ beatitudo consistat. Non est ergo conueniens nec ratio aliqua, vt dicamus sanctos qui sunt in patria doceri à quantumcunque perfectis viatoribus. Nam licet inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: tamen qui minor est in regno cœlorum maior est illo, vt dicitur Lucæ septimo. Dicere autem quod dæmones doceãtur ab hominibus, hoc absq; præiudicio credibile est. Sed quod beati, qui immediate verbum conspiciunt, quod est speculum sine macula in quo relucẽt omnia, à viatoribus doceantur, dici non debet nec conueniens videtur. Dicẽdum est ergo, quod innotuit Angelis per Ecclesiam, id est, per Apostolos prædicantes vt dicit glossa. Non quod Angeli hoc didicerunt ab eis, sed in eis. Nam sicut dicit Augustinus super Genesim ad literam, Deus antequam creaturas crearet, ante dico ordine naturæ, non ordine temporis, cum secundum tempus simul omnia creata sint, rationes rerũ naturalium indidit mentibus Angelorum: quo fit vt Angeli dupliciter res naturales cognoscerent: quia cognouerunt eas in verbo, & hæc cognitio dicitur matutina, item cognouerunt eas in naturis proprijs: & hæc dicitur cognitio vespertina. Vlterius notandum est, quod sunt quædam rationes mysteriorum gratiæ totam creaturam excedentes: & huiusmodi rationes non sunt inditæ mentibus Angelorum, sed in solo Deo sunt occultæ. Et ideo Angeli non cognoscunt eas in se ipsis, nec etiam in Deo, sed cognoscunt eas secundum quod in effectibus explicantur. Cum igitur rationes pertinentes ad multiformem sapientiam Dei sint huiusmodi, scilicet, in solo Deo absconditæ: & postmodum in istis forinsecis effectibus explicatæ, manifestum est quod Angeli eas nec in se ipsis nec in verbo ipso, nec etiam ab Apostolis, nec à viatoribus alijs cognouerunt, sed in ipsis Apostolis explicatas prius in mente diuina latentes cognouerunt. Sicut domum quæ est in mente artificis vel conceptum de domo facienda, nullus scire potest quandiu latet in mente, nisi solus ille, qui solus illabitur animabus, scilicet Deus, sed postquam conceptus est iam in effectu extrinseco explicatus, quia domus iam facta est: sic aliquis de domo iam facta, quæ prius latebat in mente artificis edocetur, non autem edocetur per domum, sed in domo. Vnde iam restat vt aliter exponatur hoc quod dicitur. Vt innotescat principibus, &c. vt illa coniunctio, vt, accipiatur non causaliter,

Origenes.

Chrysosto.

Luc. 7.

Augusti.

Theodoretus.

Hierony.

Sedulius.

Ephes. 3.

3. Tho.

Ioan. 1.

sed

sed quodammodo consecutiue vt legatur sic. Illuminare quę sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo qui omnia creauit: ita tamen absconditi vt innotescat principibus, &c. id est, istud sacramentum ità absconditum fuit in Deo, quod inde innotuit principibus & potestatibus non ab æterno, sed à sæculo; quia omnis creatura principium habet. Et hoc non per Ecclesiam terrenam, sed cœlestem: quia ibi est vera Ecclesia quæ est mater nostra, & ad quam tendimus, & à qua nostra Ecclesia militans est exemplata. Et sic dictio, per, designat ordinem naturæ tantũ, vt dicatur per Ecclesiam cœlestẽ, id est, de vno in aliud: sicut dicitur illud factum est notum per totum regnum vel ciuitatem: quia noua currunt ab vno in alium, secundum quod verba currunt. Sicut dicitur Actorum. 9. de suscitatione Thabitæ. Notum autem factũ est per vniuersam Iopem & crediderunt multi, &c. Magister tamen aliter recitat lecturam Augustini hoc modo. Illuminare quæ sit dispensatio, &c. & hoc per Ecclesiam, id est, omnes qui sunt in Ecclesia terrena, sed huiusmodi non est secundum intentionem Augustini.

Acto. 9.

An angeli à principio mysteria fidei nostrę cognouerint? Magister. Esai. 63. Dionysius.

¶ Hic posset quæri, vtrum Angeli à principio mundi cognouerint mysterium incarnationis. Respondet Magister dicens, quod Angelis maioribus notum fuit sed non minoribus. Vnde ipsi, scilicet, minores Angeli interrogant. Isa. 63. Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Sed opinio hæc est contra beatum Dionysium. Dionysius enim duas interrogationes Angelorum de Christo factas ex sacra scriptura accipit, vnam ex Psal. quis est iste rex gloriæ. Item accipit aliam ex Isa. 63. Quis est iste qui venit de Edom, &c. Prima autem interrogatio secundum eum est inferiorum Angelorum. Secunda supremorum. Quod patet, quia primæ non Deus respondet sed alius. Vnde dicitur, Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Secundæ vero respondet, ipse Deus immediate. Vnde dicitur; Ego qui loquor iustitiã & propugnator sum ad saluandum. Vult ergo Dionysius, quod vtrique aliquid ignorauerunt, & vtrique aliquid sciuerunt: quia à principio omnes sciuerunt mysterium incarnationis in generali, sed rationes in speciali didicerunt processu temporis secundum quod in effectibus extrinsecis explicabantur. Hæc Diuus Thomas. De quibus etima agit in 1. parte quæst. 57. arti. 5. & in opusculo. 1. capit. 26. Et 2. Sententiarum dist. 11. q. 1. artic. 4. quærit hanc eandem quæstionem, vtrum Angeli aliquid addiscant per homines. Et respondet neganter cum Augustino & Dionysio, nisi quãtum ad modum expletionis rerum quas videbant expleri prędicantibus Apostolis, non tamen sunt edocti ab illis. Sed dices si hæc vera sunt, consequẽs est, quod probatio D. Thomæ in hoc articulo non sit legitima. Ait enim, quod homines illuminantur à Deo mediantibus Angelis, cuius contrarium modo dictum est de quibusdam mysterijs, quæ immediatè sunt reuelata Apostolis, ex quorum prædicatione Angeli cognouerunt. Respondetur, id quod dicit D. Thomas in hoc articulo esse regulare & consuetum, huic autem non obstat quod aliquando Deus sua reuelet mysteria hominibus immediatè.

D. Tho.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christus post resurrectionem debuerit continuè cum discipulis conuersari.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Christus post resurrectionem debuerit continuè cum discipulis conuersari. Ad hoc enim discipulis post resurrectionem apparuit, vt eos de fide resurrectionis certificaret, & cõsolationem perturbatis adferret: secundum illud Ioan. 20. Gauisi sunt discipuli viso Domino. Sed magis fuissent certificati & consolati, si eis cõtinuè suam præsentiam exhibuisset. ergo videtur, quòd continuè cum eis debuerit conuersari. ¶ 2. Præterea, Christus resurgens à mortuis non statim ascendit in cælum, sed post dies quadraginta, vt habetur Act. primo. Illo autem tempore intermedio, in nullo alio loco potuit conuenientius esse, quàm vbi discipuli eius erant pariter congregati. ergo videtur, quòd continuè cum eis conuersari debuerit. ¶ 3. Præterea, Ipso die resurrectionis Dominicæ, quinquies Christus apparuisse legitur: vt Augu*. dicit in lib. de Consensu Euangelistarũ. Primò quidẽ mulieribus ad monumentum: secundò, eisdem regredientibus à monumento in itinere: tertiò, Petro: quartò, duobus discipulis euntibus in castellum: quintò, pluribus in Hierusalem, vbi non erat Thomas. Ergo etiam videtur, quòd & alijs diebus ante suam ascensio-

304

3. dist. 21. q. 2. arti. 3. cor. & dist. 22. q. 3. art. 2. q. 3. cor. Et Ioan. 20 l. 6. prin. & ca. 21. prin.

lib. 3. ca. vlt. in pag. 2. ante finẽ lib. tom. 4.

ascensionem, ad minus pluries debuerit apparere. ¶ 4. Præterea, Dominus ante passionem eis dixerat Matthæi.26. Postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam: quod etiam angelus & ipsemet Dominus post resurrectionem mulieribus dixit. Et tamen antea in Hierusalem ab eis visus est, & ipso die resurrectionis (vt dictum est*) & etiam die octauo, vt legitur Ioan.20. Non ergo videtur, quòd conuenienti modo post resurrectionem cùm discipulis fuerit conuersatus. ¶ Sed contra est, quod Ioan. 20. dicitur, quòd post dies octo, Christus discipulis apparuit. Non ergo continuè conuersabatur cum eis.

Argu. præced.

¶ Respondeo dicendum quòd circa resurrectionem Christi duo erat discipulis declaranda, scilicet ipsa veritas resurrectionis, & gloria resurgentis. Ad veritatem autem resurrectionis manifestandam, sufficit quòd pluries eis apparuit, & cum eis familiariter est locutus & comedit, & bibit, & se eis palpandum præbuit. Ad gloriam autem resurgentis manifestandam, noluit cõtinuè conuersari cum eis, sicut prius fecerat, ne videretur ad talem vitam resurrexisse, qualem prius habuerat. Vnde Luc. vltim. dicit eis. Hęc sunt verba, quæ locutus sum ad vos cùm adhuc essem vobiscum. Tunc quidem erat cũ eis præsentia corporali, sed ante cum eis fuerat non solum corporali præsentia, sed etiam per similitudinẽ mortalitatis. Vnde Beda * prædicta verba exponens dicit. Cùm adhuc essem vobiscum, id est, cùm adhuc essem in carne mortali, in qua estis & vos: tunc quidem in eadem carne resuscitatus erat, sed cum illis in eadem mortalitate non erat.

* cap. 97. in Luc. & est vltimũ parum ante medium.

¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd frequens Christi apparitio sufficiebat ad certificandum discipulos de veritate resurrectionis. Conuersatio autẽ cõtinua eos potuisset ducere in errorẽ, vt ad similẽ vitã eũ resurrexisse crederẽt, quam prius habuerat. Consolationẽ autem de cõtinua sui præsentia eis in alia vita repromisit: secundum illud Ioan. 16. Iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus non ideo non cõtinuè conuersabatur cum discipulis, quia reputaret se alibi cõuenientius esse: sed quia hoc discipulis instruendis conuenientius iudicabat, si non continuè conuersaretur cum eis ratione prędicta. Incognitum autem est quibus in locis intermedio tẽpore corporaliter esset: cum hoc scriptura non tradat, & in omni loco sit dominatio eius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ideo prima die frequentius apparuit: quia per plura indicia erant admonendi, vt à principio fidem resurrectionis reciperent. Postquam autem iam eam receperant, non oportebat eos iam certificatos, tam frequentibus apparitionibus instrui. Vnde in Euangelio non legitur, quòd post primũ diem eis apparuerit nisi quinquies: vt enim Augustꝰ*. dicit in lib. de Consensu Euãgelistarum, post primas quinque apparitiones sextò eis apparuit, vbi vidit eũm Thomas. Septimò, de mare Tyberiadis in captione piscium. Octauò, in monte Galilęæ, secundum Matthęum. Nonò, quod dicit Mar. Nouissimè recumbentibus: quia iã nõ erãt in terra cum illo conuiuaturi. Decimò, in ipso die Ascensionis, non iam in terra: sed eleuatus in nube, cùm in cælum ascenderet. Sed non omnia scripta sunt, sicut Ioan. fatetur. Crebra enim erat eius cum eis conuersatio, priusquam ascendisset in cælum, & hoc ad consolationem ipsorum. Vnde & 1. Corint. 15. dicitur, quòd visus est plusquam quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo, de quibus apparitionibus in Euangelio non habetur mẽtio. ¶ Ad quartum dicendum, quòd

* li 3. in pag. 2. ante finẽ lib. to. 4.

Hom.83.in Matt. ante med.to.2.

sicut Chrys.* dicit exponés illud quod dicitur Matt.26. Postquã resurrexero, præcedam vos in Galilæã. Non, inquit, in longinquam quandam regioné, vt eis appareat, vadit: sed in ipsa gente & in ipsis ferè regionibus, in quibus cum eo plurimum fuerant conuersati: vt & hinc crederent, quoniam qui crucifixus est, ipse est & qui resurrexit. Propter hoc etiam in Galilæam se ire dicit, vt à timore Iudæorum liberarétur. Sic ergo, vt Amb.* dicit super Luc. Dominus mandauerat discipulis, vt in Galilæa eum viderent: sed illis ob metũ intra conclaue residẽtibus, ipse primum se obtulit (nec hoc est promissi transgressio, sed potius festinata ex benigni tate impletio) postea verò confirmatis animis, illi Galilæam petierunt. Vel nihil obstat, si dicamus pauciores intra conclaue, & complures in monte fuisse. Vt enim Eusebius dicit, duo Euangelistę, scilicet Lucas & Ioannes solis vndecim hunc scribunt apparuisse in Hierusalem: cæteri verò duo in Galilæam properare, non solis vndecim, sed vniuersis discipulis & fratribus dixerunt angelum & Saluatoré iussisse. De quibus & Paulus meminit dicens. Deinde apparuit plusquam quingentis fratribus simul. Est autem verior solutio, quòd prius in Hierusalem latitantibus semel aut bis visus est, ad eorum consolationem: in Galilęa verò non clam aut semel aut bis, sed cum multa potestate ostensionem sui fecit, præbens se eis vi uentem, post passionem in signis multis: vt Lucas testatur in Actibus. Vel, si cut dicit Aug.* in lib. de Consensu Euã gelistarum, quòd ab angelo & Domino dictum est, quòd præcederet eos in Galilæam, propheticè accipiendũ est: in Galilæa enim secundum transmigra tionis significationem intelligendum occurrit, quod Christi gratia de populo Israel transmigratura erat ad Gentes, quibus Apostoli prædicantes non crederentur, nisi eis ipse Dominus viã in cordibus hominum præpararet: & hoc intelligitur. Præcedet vos in Galilęam. Secundum illud autem quod Galilæa interpretatur reuelatio, non iam in forma serui intelligendus est, sed in illa in qua æqualis est Patri, quam promisit dilectoribus suis: & quò nos præcedens non deseruit.

Ambr. in fine cõmentariorũ in Luc.to.5.

li.3. nõ procul ante finẽ li.to.4.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Ioan.20.

COnclusio est negatiua. Et patet nam Ioan.20. dicitur, quod post dies octo Christus discipulis apparuit, non ergo continue conuersabatur cum eis. Præterea, quia discipulis duo declaranda erant, veritas scilicet resurrectionis, & gloria resurgentis. Sed ad primam sufficiebat, quod pluries cum eis conuersatus fuerit bibendo & manducando, & pluries apparuerit: & ad secundam noluit cum eis, vt prius conuersari, ne videretur ad talem vitam resurrexisse, qualem prius habuerat.

EXPOSITIO ARTICVLI.

De locõ vbi Christ⁹ fuit cõmoratus illis quadraginta diebus ante ascensionem. D. Thom.

DVbitatur à plerisque, vbi nam Christus Dominus fuerit in illis quadraginta diebus ante ascensionem in cælum. Certè non fuit in cælo, nam ad Magdalenam ipse dixit, nondum ascendi ad patrem, & Diuus Thomas hic in solutione secundi ait, incertum est se quibus in locis inter medio tempore corporaliter esset, cum hoc scriptura non tradat, & in omni loco sit dominatio eius, & quidẽ ipsemet Diuus Thomas in 3. sententiarum d.22. dixerat in paradisum terrenum, cũ sanctis animabus consessisse. Sed probabiliuseſt in Iudæa Prouincia mansisse Dominum, cũ beatis animabus inuisibilem, & plane diuinã habentem consuetudinem, siquidem animæ sanctorum inuisibiles erant. At vero Domini corpus, vtpote glorioſum, latere poterat humanum conspectum, cum Christo placuisset. ¶ Aliud dubium est, quid est quod dixerit Dominus Ioan.20. ad Magdalenam noli me tangere nondum enim ascendi ad patrem. Attamen Matthæi vltimo dicitur aperte. Illæ autem mulieres accesserunt & tenuerunt pedes eius. Certè in his sententijs multiplex ratio dubitandi se offert, prima, quare Dominus se tangi noluit à Magdalena, cum se mox à mulieribus tangi permiserit, cum illis occurreret in via, & deinde Apostolis se tangendum obtulerit, dicens. Palpate & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habet. Alia etiam consurgit dubitatio, qualis esset illa ratio, nondum enim ascendi ad patrem, videtur enim his verbis significari non posse se

Explicatiõ illius loci Ioã.20. noli me tangere.

contingi

contingi prius quam ad patrem ascenderet. ¶ Ad primam rationem dubitandi dicendū est, Dominum noluisse tunc à Magdalena tangi, quod illa solita familiaritate ipsum tangere vellet ignara quod iam corpus haberet immortale maiore quam olim veneratione tractandum. Et fortasis Magdalena, non vt postea mulieres tantum tenere & osculari pedes Domini voluit, sed etiā præ nimio amore & gaudio amplecti, quod Dominus prohibuit. ¶ Ad secundam dubitationem D. Augustinus sic respondet. Noli me tangere, quia necdum in corde tuo ascendi ad patrē meū, hoc est, necdum de me dignam habes opinionem, necdum agnoscis me patri æqualē, necdum credis me diuinam assecutum secundū corpus vitam. Cæterum huic intelligētiæ nō rectè conuenit, quod statim iubet Dominus Apostolis nunciari se ascendere ad patrē significans se nondum verè ascendisse ad patrē secundum corpus, & non solum non ascēdisse in corde Magdalenę. Certè multo melius explicat Chrysostomus intelligens Dominū significasse per subiunctam rationem, se iam longe diuinioris esse secundum corpus vitæ quam erat olim, atq; ob id non se solita attrectandum familiaritate. Hanc autem rationē non significat solum per hæc verba, necdum enim ascendi ad patrem meum, sed per hæc simul cum sequentibus, quibus iubet renunciari fratribus suis se ascendere iam, hoc est, iam iam ascensurum. Hic ergo est sensus. Noli me tangere secundum pristinam corporalem consuetudinem, iam enim excellentioris sum conditionis quam olim. Nam quanquā necdum ascenderim ad patrem meū, sed adhuc in terris degam, tamen iam iam ascensurus sum ad illum: id quod te volo fratribus meis renunciare, vt sciant nōvt olim cum ipsis, & cum omnibus continuam me habiturū conuersationē. Sed simplicius exponitur iste locus, & explicatur vtraque ratio dubitandi proposita, vt sit sensus. Noli me tangere, &c. id est, ne sis occupata in me tangendo, nondum enim discedo, nam totos quadraginta dies apud vos futurus sum, quibus me per otium & contingere & amplecti poteris, sed potius festina ire ad Apostolos, & reuoca illis in memoriam, ea quæ ante supplicium illis dicebam ascensurum me ad patrem, quod tamen non faciam nisi prius videro eos. ¶ Aliud dubium occurrit, vnde probetur, quod ipso die resurrectionis Dominicę Christus quinquies apparuerit, sicut asserit Diuus Thomas in solutione tertij. Ad hoc respondetur, quod Diuus Augustinus libro 3. de consensu Euangelistarum capit. vltimo ex

Augustin.

Chrysost.

Vera explicatio illius sententiæ propositæ.

Christus Dñs in ipso die resurrectiōis quinquies apparuit.

D. Augustin.

sanctis Euangelijs efficaciter colligit, quod Christus Dominus in ipso resurrectionis die quinquies apparuerit. Primo Mariæ Magdalenæ, secundo sanctis mulieribus è sepulchro redeuntibus, tertio, Petro, vt Lucas capit. 24. significauit, quarto, duobus discipulis euntibus in castellum, quintò, pluribus in Hierusalem vbi non erat Thomas. Et ob id prima die frequentius apparuit, quia per plura indicia erant admonendi, vt à principio fidem resurrectionis reciperent. Postquam autem iam eam receperant, non oportebat eos iam certificatos, tam frequentibus apparitionibus instrui. Vnde in Euangelio non legitur, quod post primum diem eis apparuerit, nisi quinquies, vt enim Augustinus dicit in libro de consensu Euangelistarum, post primas quinque apparitiones, sexto, eis apparuit, vbi vidit eum Thomas, septimo, ad mare Tyberiadis in captione piscium, octauo, in monte Galilææ secundum Matthæum, nono, quod dicit Marc. Nouissimè recumbentibus: quia iam non erant in terra cum illo conuiuaturi, decimo, in ipso die ascensionis iā non in terra: sed eleuatus in nube cum in cælum ascenderet. Sed non omnia scripta sunt sicut Ioan. fatetur, crebra enim erat eius cum eis conuersatio, priusquam ascenderet in cælum, & hoc ad consolationem ipsorum. Vnde & 1. ad Corint. 15. dicitur, quod visus est plusquam quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo, de quibus apparitionibus in Euangelijs non habetur mentio. Sed dices quomodo verum est, quod visus est plusquam quingentis fratribus simul, cum Actorum 1. dicatur. Erat turba hominum ferè centum & viginti cum Apostolis scilicet à die Ascensionis vsque in diem Pentecostes in oratione vnanimiter perseuerantium. Ad hoc dicendum est, quod etiam si post ascensionem non erant in Hierusalem discipuli supra centum & viginti collecti cū Apostolis, multi tamen alij erant in Galilęa, & in alijs locis, quibus simul collectis potuit Christus ante Ascensionem apparere. Sed & illud probabiliter dici potest, quod Apostoli ex iussu Domini abeuntes in Galilæam etiam ex eiusdem iussu indicauerint plerisque quos in ea regione nouerunt Domino bene affectos resurrectionem eius, collegerintque eos ad montem quempiam, prout constituerat illis Iesus.

Luc. 24.

Dñs à resurrectione ad ascensionem vsque plusquā decies discipulis apparuit. Euangelia tamē, tantū decē apparitiones commemorāt. 1. Cor. 15. Act. 1.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christus debuerit discipulis in alia effigie apparere.

305 3.dist.21.q.2.ar.4.q.1.ad3.Et opu.60.cap.22.co.5.fi.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non debuerit discipulis in alia effigie apparere. Non enim potest apparere secundum veritatẽ nisi quod est. Sed in Christo non fuit nisi vna effigies. Si ergo Christus in alia effigie apparuit, non fuit apparitio vera, sed ficta: quod est inconueniens, quia vt Augu*. dicit in libro 83.q. Si fallit Christus, veritas nõ est, est autem veritas Christus. Ergo videtur quòd Christus non debuerit discipulis in alia effigie apparere. ¶ 2. Præterea, Nihil potest in alia effigie apparere, quàm habeat, nisi oculi intuentium aliquibus præstigijs detineantur. Huiusmodi autem præstigia cùm fiant magicis artibus, non conueniunt Christo, secundum illud 2.ad Cori.6. Quæ conuentio Christi ad Belial? Ergo videtur quod nõ debuerit in alia effigie apparere. ¶ 3. Præterea, Sicut per sacram scripturam nostra fides certificatur, ita discipuli certificati sunt de fide resurrectionis, per Christi apparitiones. Sed sicut Augusᵗ.* dicit in Epistola ad Hieronym. si vel vnum mendacium in sacra Scriptura recipiatur, infirmabitur tota sacræ Scripturæ autoritas. Ergo si vel in vna apparitione Christus discipulis apparuit aliter quàm esset, infirmabitur quicquid discipuli post resurrectionem viderunt in Christo, quod est inconueniens. Non ergo debuit in alia effigie apparere. ¶ Sed contra est, quod dicitur Marc. vltim. Post hæc duobus ex eis ambulantibus, ostẽsus est in alia effigie euntibus in villam.

li.83. quæ. q.14.to.4.

Epi.18,19. in ordine, to.4.

¶ Respondeo dicendum quòd (sicut dictum est*) resurrectio Christi manifestanda fuit hominibus per modum, quo eis diuina reuelantur. Innotescunt autem diuina hominibus diuersimodè, secundum quod diuersimodè sunt affecti. Nam illi, qui habent mentem bene dispositam, secundum veritatem diuina percipiunt. Illi autem, qui

ex art.1. & 2. huius q.

non habent mentem bene dispositam, diuina percipiunt cum quadam confusione dubietatis, vel erroris. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, vt dicitur 1. ad Cor.2, Et ideo Christus quibusdam ad credendum dispositis, post resurrectionem apparuit in sua effigie. Illis autem in alia effigie apparuit, qui iam videbãtur circa fidem tepescere. Vnde dicebant, Nos autem sperabamus, quia ipse esset redẽpturus Israel. Vnde Grego. dicit in hom.* quòd talem se exhibuit eis in corpore, qualis apud illos erat in mente: quia enim adhuc in eorũ cordibus peregrinus erat à fide, ire se lõgius finxit, scilicet ac si esset peregrinus.

Hom.23.in Euang.non procul à princip.

¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in lib. de Quæstionibus Euangelij.† Non omne quod fingimus, mẽdacium est: sed quando illud fingimus, quod nihil significat, tunc est mẽdacium, cùm autem fictio nostra refertur in aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Alioquin omnia quæ à sapientibus & sanctis viris, vel etiam ab ipso Domino figurate dicta sunt, mendacia deputabuntur: quia secundum vsitatum intellectum non consistit veritas in talibus dictis. Sicut autem dicta, ita etiam finguntur facta sine mendacio ad aliquam rem significãdam, & ita factum est hic: vt dictũ est†.

li.2.ca.vlt. in princip. to.4.

in istamet solutione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustin. dicit in libro de Consensu Euangel. † Dominus poterat transformare carnem suam, vt alia reuera esset effigies ab illa quam solebant illi intueri: quandoquidem & ante passionem suam transformatus est in monte, vt facies eius clarescceret sicut sol: sed non ita nunc factum est. Non autem incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuisse, ne agnosceretur Iesus. Vnde Luc. vlt. dicitur, quòd oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.

li.3.ca.26. in 2 pag.à prin.to.4

¶ Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa sequeretur, si ab alienæ effigiei aspectu non fuissent reducti ad verè videndum Christi effigiem. Sicut enim Augustinus dicit ibid*. Tantum à Christo facta est permissio, vt scilicet prædicto modo oculi eorum tenerentur vsque ad fractionem panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentū inimici vt Christus posit agnosci. Vnde ibidē subditur, quòd aperti sunt oculi eorū & cognouerunt eū: nō quòd antè clausis oculis ambularent: sed inerat aliquid quo non sinerentur agnoscere quod videbant, quod scilicet caligo & aliquis humor efficere solet.

li.3.cap.25. in pag. 2. à prin.to.4.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Mar.vlt.

CONclusio est affirmatiua. Et probatur ex eo quod dicitur Marci vltimo. Post hæc duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie euntibus in villam. Deinde probatur, quia habentibus mentem bene dispositam aliter diuina reuelantur, quam habentibus indispositam, cum animalis homo non percipiat ea quæ Dei sunt, sed cum quadam confusione dubietatis vel erroris. Et ideo Christus quibusdam ad credendum dispositis post resurrectionem apparuit in sua effigie, illis vero qui circa fidem tepescebant, in alia effigie apparuit, dicebant enim discipuli illi, Nos autem sperabamus, &c.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Vtrū in fractione panis dederit Dñs corpus suū duobus discipulis euntibus in castellum. Roffensis.

IN hoc articulo dubium est, vtrùm Christus Dominus dederit corpus suum discipulis euntibus in castellum in fractione panis? Ad hoc dubium Roffensis art.16. contra Lutherū tenet partem affirmatiuam his verbis. Lucas refert Christum duobus discipulis in castellum Emaus proficiscentibus se comitem adiunxisse, quorum oculi tenebantur ne Christum agnoscerent donec intrans ipse cum eis recumberet, tunc enim gustato pane quem ille prius suis manibus benedixit, fregitque atque porrexit illis, aperti sunt eorum oculi, at mox vt cognouerunt eum euanuit, & à conspectibus eorum subduxit se. Vides hic, inquit Roffensis, quod isti discipuli corpus Christi sub vna panis acceperint specie. Quæ res vt confirmatior fiat, Augustinus lib.3. de consensu Euangelistarum id ipsum testatur inquiens, non incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Sathana factum fuisse, ne agnosceretur Iesus, sed tamen à Christo facta est permissio vsque ad sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Christus posset agnosci. Hæc Augustinus. Similia dicit Chrysostomus hom.10. ex varijs in Matthæū locis, sed & Theophylact. in Lucam cap.24. ait. Sed & aliud innuit, quod scilicet, sumentibus sacrum panem aperiuntur oculi, vt eum agnoscant. Magnam enim & ineffabilem vim habet Domini caro. In eandem sententiā descendit Thomas VValdensis libro de sacramentis cap 89. Itaque vniuersi isti doctores sentiunt discipulos istos in fractione panis, hoc est, in administratione corporis Christi sub specie panis Dominum cognouisse. Simile locutionem habet sancta scriptura Act. 2. cum dicitur de fidelibus Christianis, quod erant perseuerantes in doctrina Apostolorū, & in cōmunicatione, & fractione panis. Vbi secundum sanctos patres de Eucharistia fit mentio. Sed si teneamus non dedisse illis discipulis suum corpus, exponere oportet illam sententiam apud Lucam cap. 24. & factum est dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis, & post pauca cognouerunt eum in fractione panis. Certè illud verbum, benedixit, hunc sensum habet, id est, gratias egit. In conuiuijs enim Hebræorum ante cibum gratias agebat Deo, qui inter conuiuas erat præcipuæ autoritatis, & ille deinde panem frangebat. Illud autem verbum, in fractione panis, istam habet intelligentiam, id est, ex cōsuetudine frāgendi panem, gratijs actis. Hæc sufficiāt pro hoc articulo. Nam illud de fictione qua Christus finxit se longius ire, quomodo sine mendacio sit factum, explicat optime D. Thom. in solutione primi, & D. Augustin. lib. 2. de quæstionibus Euangelij capit. vltimo. Illud etiam quod solet mouere dubitationē, quomodo Christus potuit apparere in alia effigie sine eo quod oculi intuentium aliquibus præstigijs detineantur, explicat etiam optimè Diuus Thomas in solutione secundi. Et dicēdum est huius rei duas esse rationes veridicas. Altera affertur ex parte videntis quæ tangitur ab Euangelista, oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent: & hæc attribuitur deceptioni diaboli ab Augustino 3.li. 9. de consensu Euangel. Altera est posita in quæstione 25. præcedente art.1. ad 3. & tenet se ex parte actionis obiecti: quia scilicet corpus glorioſum, eo quod spirituale est, in potestate sua habet agere in visum secundum aliquid sui, & secundum aliquid non: puta

Chrysost.

Theophyl.

Thomas VValdensis

Act.2.

Luc.24.

Exponitur illud Euangelij, fiaxit se longius ire.

D. Augustī.

Quomodo apparuit Christus in alia effigie

D. Thom.

D. Augustī.

D. Augustī.

immutare visum secundum quædam lineamenta sua,& secundum quædam non: & similiter secundum quendam colorem, & secundum quendam non, & sic facilè apparet visui,alia effigies corporis in se tamen immutati.Et hanc causam rationabile est fuisse in errore Magdalenę existimantis hortulanum, de qua non est scripta causa ex parte oculorum.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm Christus veritatem resurrectionis debuerit argumentis declarare.

306 3.di. 21. q. 2.ar.3. & 4. Et opu.3.c. 245. Et op. 60.cap. 22. co.4. *li.1.de fid. cap. 5. non procul à fine to.2.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd Christus veritatem resurrectionis non debuerit argumentis declarare. Dicit enim Ambros. * Tolle argumenta vbi fides quæritur, sed circa resurrectionem Christi quæritur fides. Non ergo habent ibi locum argumenta. ¶ 2. Præterea,Gregor.dicit. * Fides non habet meritum,vbi humana ratio præbet experimentum. Sed ad Christum non pertinebat meritum fidei euacuare.Ergo ad eum non pertinebat resurrectionem per argumenta confirmare. Hom.26.in Euang. in prin. illius.

¶ 3. Præterea, Christus in mundum venit, vt per eum homines beatitudinem adipiscantur:secundũ illud Ioan. 10.Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Sed per huiusmodi ostensiones argumẽtorum videtur humanæ beatitudini impedimentũ præstari:dicitur enim Ioan. 20. Beati qui non viderunt,& crediderunt.Ergo videtur,quòd Christus non debuerit per aliqua argumenta,resurrectionem suã manifestare. ¶ Sed contra est,quod dicitur Act. 1. quòd apparuerit discipulis Christus per dies quadraginta in multis argumentis, loquens de regno Dei.

¶ Respondeo dicendum, quòd argumentum dicitur dupliciter.Quandoque dicitur argumentum quæcunque ratio,rei dubiæ faciens fidẽ. Quandoque autem dicitur argumentum aliquod sensibile signũ, quod inducitur ad alicuius veritatis manifestationem; sicut etiam Arist.*in libris suis aliquando vtitur nomine argumẽti. Primo igitur modo accipiendo argumentum, Christus non probauit discipulis suam resurrectionem per argumẽta,quia talis probatio argumentatiua processisset ex aliquibus principijs, quæ si non essent nota discipulis,nihil per ea eisma nifestaretur: quia ex ignotis nõ potest aliquid fieri notum.Si autem essent eis nota,non transcenderent rationem humanam, & ita non essent efficacia ad fidem resurrectionis astruendam,quæ rationem humanam excedit. Oportet enim principia ex eodem genere assumi, vt dicitur in primo Posteriorum.* Probauit autem eis resurrectionem suam per autoritatem sacræ Scripturæ (quæ est fidei fundamentum) cùm dixit.Oportet impleri omniaquę scripta sunt in Lege & Psalmis & Prophetis de me,vt habetur Luc.vltim. Si autem accipiatur secundo modo argumentum, sic dicitur Christus suam resurrectionem argumentis declarasse, in quantum per quædam euidentia signa,se verè resurrexisse ostendit. Vnde in Græco,vbi nos habemus. In multis argumentis,loco argumenti, ponitur tecmirion, quod est signum euidens ad probandum. Quæ quidem signa resurrectionis,Christus ostendit discipulis propter dũo.primò quidem,quia non erant corda eorum disposita, ad hoc quòd de facili fidem resurrectionis acciperent,vnde ipse dicit eis Luc. vlt. O stulti & tardi corde ad credẽdũ. & Mar.vlt.exprobrauit illis incredulitatem eorum & duritiam cordis. Secũ dò,vt per huiusmodi signa eis ostensa, efficacius eorum testimonium redderetur:secundum illud 1. Ioan. 1. Quod vidimus,&audiuimus,&manus nostrę contrectauerunt,hoc testamur. In Rhetor. ad Alexandrũ,ca.14.à med. to.6. li.1.tex.28. to.1.

¶ Ad primum ergo dicendũ,quòd Ambros. ibi loquitur de argumentis secundum rationem humanam procedentibus, quæ inualida sunt ad ea

quæ

quæ sunt fidei ostendenda: sicut ostensum est. * ¶ Ad secundum dicendum, quòd meritum fidei est ex hoc, quòd homo ex mandato Dei credit quod non videt. Vnde illa sola ratio meritum excludit, quæ facit videri per scientiam id quod credendum proponitur, & talis est ratio demonstratiua. Huiusmodi autem rationes Christus non induxit ad resurrectionem suam declarandam. ¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut dictum est) * meritũ beatitudinis, quod causat fides, non totaliter excluditur, nisi homo nollet credere, nisi ea quæ videt, sed quòd aliquis ea quæ non videt, credat per aliqua signa visa, non totaliter fidem euacuat nec meritum eius. Sicut & Thomas, cui dictum est, Quia vidisti me, credidisti; aliud vidit & aliud credidit: vidit vulnera, & credidit Deum. Est autem perfectioris fidei qui non requirit huiusmodi auxilia ad credendum. Vnde ad arguendum defectum fidei in quibusdam Dominus dicit Ioan. 4. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Et secundum hoc potest intelligi, quòd illi qui sunt tam prompti animi, vt credant Deo, etiam signis nõ visis, sint beati per comparationem ad illos, qui non credunt nisi talia videant.

In corp. ar.

In solutiõe præco. ad 2.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Act. 1.

CONclusio est affirmatiua, demonstraturque ex illo Act. 1. vbi habetur, quod apparuit discipulis Christus per dies quadraginta, & in multis argumentis apparens eis, & loquens de regno Dei. Pro cuius euidentiori declaratione sciendum est, quod Christus non debuit declarare resurrectionem suã argumentis, prout argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem: quia talis probatio processisset ex aliquibus principijs, quæ si non essent nota discipulis, nihil per ea manifestaretur eis, cum ex ignotis non possit aliquid fieri notum. Quod si essent illis nota, non transcenderent rationem humanam: & sic nõ essent sufficientia ad astruendam fidem resurrectionis, quæ excedit rationem humanam. Sed per argumenta, vt euidentia signa designant, illam probauit: videlicet per autoritates sacræ scripturæ, quæ est fidei fundamentum, & per alia signa euidentia, quibus vsus est. Primò, vt de facili fidem resurrectionis acciperent: cum essent increduli & duri corde. Secundò, vt per hæc signa eorum testimonium efficacius redderetur. Vnde 1. Ioan. 1. quod vidimus & audiuimus, & manus nostræ contrectauerunt, testamur. 1. Ioan. 1.

EXPOSITIO ARTICVLI.

De signis euidẽtibus resurrectionis Dñi disceptatio.

VTrùm Christus Dominus dederit euidentia signa suæ resurrectionis, vt hic statuit D. Thomas pro certo, dubitationem habet. Nam mysterium resurrectionis sola fide tenetur, at ea quæ fide tenentur non demonstrantur euidenter, fides enim, autore D. Paulo, est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium, id est, persuasio de rebus quæ nec videntur, nec demonstrantur. ¶ Deinde, D. Ambrosius lib. 1. de fide cap. 5. sic inquit, tolle argumenta vbi fides quæritur, ergo fides resurrectionis ex argumentis euidentibus probari nõ potest. ¶ His accedit illud dictum D. Gregorij hom. 26. in Euangelia. Fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum, ergo meritum fidei euacuatur, si resurrectionis mysterium euidentibus argumentis confirmatur. ¶ Præterea, Christus in mundũ venit, vt per eum homines beatitudinem adipiscantur, secundum illud Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, sed per huiusmodi ostensiones argumentorum, videtur humanæ beatitudini impedimentum præstari. Dicitur enim Ioan. 20. Beati qui non viderunt & crediderunt, ergo videtur quod Christus non debuerit per aliqua argumenta resurrectionem suam manifestare. ¶ In contrarium est illud, quod habetur Act. 1. quod apparuit discipulis Christus per dies quadraginta in multis argumẽtis. Et in Græco, vbi nos habemus in multis argumentis, loco argumẽti ponitur, tecmirion, quod est signum euidens ad probandum. ¶ Certè hoc dubium libenter in medium produxi, vt demonstrarẽ ex D. Thoma, quemadmodum non sit impossibile aut repugnans, vt ea quæ fide tenentur signis euidentibus demonstrentur esse vera. Vnde illa sententia quæ ait, quod euidentia ex signis, & ex testificatione non repugnat fidei, semper mihi probata fuit, & eã D. Thomas omni dubio procul in hoc articulo in corpore, & in solutionibus argumentorum incunctanter affirmat. Dicat ergo Theologus, quod discipuli Domini qui cũ eo collocuti sunt, & conuersati post resurrectionem, euidentibus signis cognouere Christum ex mortuis resurrexisse. Quę autem fuerint

Secundum. Ambrosius

Tertium. Gregor.

Quartum. Ioan. 10.

Ioan. 20.

Argumẽta in cõtrariũ Act. 1.

Euidẽtia signa & testimonia non repugnant fidei.

rint signa & argumenta, quæ euidenter hoc demóstrauerint, in sequẽti art. sunt referẽda. Sed illud addo nobis etiã relicta esse argumẽta huius veritatis certissima. Nã vt prætermittã testimonia scripturarũ, prædicationẽ Apostolorũ, qui ad hãc rẽ testificandã à Dño sunt electi, illud argumentũ cómemorabo, quod valde amplificat D. Aug. li. 22. de ciuit. cap. 5. Ecce iã credidit mundus, sublatũ terrenum Christi corpus in cælũ, resurrectionẽ carnis, & ascensionẽ in supernas sedes, pauciſsimis remanẽtibus atq; stupentibus vel doctis vel indoctis, iã crediderũt & docti & indocti. Si rẽ credibilẽ crediderũt, videãt quã sint stolidi qui nõ credũt. Si autẽ res incredibilis credita est, etiã hocvtiq; incredibile est, sic creditũ esse, quod incredibile est. Et post pauca; ipse modus quo mundus credidit, si cõsideretur, incredibilior inuenitur, ineruditos liberalibus disciplinis, & omnino quantũ ad istorũ doctrinas attinet, impolitos, non peritos Grãmatica, nõ armatos Dialectica, nõ Rhetorica inflatos, piscatores, Christus cũ retibus fidei ad mare huius sæculi pauciſsimos misit, atq; ita ex omni genere tã multos pisces, & tãto mirabiliores, quãto rariores, etiã ipsos philosophos cepit. Duobus illis incredibilibus si placet, imo quia placere debet, addamus hoc tertiũ. Iã ergo tria sunt incredibilia, quæ tamẽ facta sunt. Incredibile est enim Christũ resurrexisse in carne, & in cælũ ascẽdisse cũ carne. Incredibile est mundũ rẽ tã incredibilem credidisse. Incredibile est, homines ignobiles, infimos, pauciſsimos, imperitos rẽ tã incredibilẽ, tam efficaciter mũdo, & in illo etiã doctis persuadere potuisse. Horũ triũ incredibilium primũ nolũt isti, cũ quibus agimus, credere: secundũ coguntur & cernere quod nõ inueniunt, vnde fit factũ, si non credunt tertiũ. Resurrectio certè Christi, & in cælum cũ carne in qua resurrexit ascensio, toto iam mũdo prædicatur & creditur: si credibilis nõ est, vnde toto terrarum orbe iã credita est? Si multi nobiles, sublimes, docti etiam se vidisse dixerunt, & quod viderunt diffamare curarũt, eis mundũ credidisse, nõ mirum est: sed istos adhuc credere nolle, perdurũ est. Si autẽ vt verũ est, paucis, obscuris, minimis, indoctis eã se vidisse dicẽtibus & scribẽtibus credidit mũdus, cur pauci obstinatiſsimi, qui remanserunt, ipsi mũdo iã credẽti adhuc vsq; nõ credũt? qui propterea numero exiguo ignobiliũ, infirmorũ, imperitorũ hominũ credidit, quia in tã contẽptibilibus testibus multo mirabilius diuinitas seipsa persuasit. Eloquia namq; persuadentiũ, quæ dicebant, mira fuerunt facta nõ verba. Qui enim Christũ in carne resurrexisse, & cũ illa in cælũ ascendisse nõ viderant, id sevidisse narrantibus, nõ loquentibus tantum, sed etiã mirifica signa facientibus credebãt. Homines quippe quos vnius, vel vt multum duarum linguarum fuisse nouerãt, repente linguis omniũ gentiũ loquentes mirabiliter, audiebãt claudũ ab vberibus matris ad eorum verbũ in Christi nomine post quadraginta annos incolumẽ constitisse. Sudaria de corporibus eorum ablata sanandis profuisse languẽtibus: in via, qua fuerant transituri positos in ordine innumerabiles morbis varijs laborãtes, vt ambulantiũ super eos vmbra trãsiret continuo salutẽ solere recipere: & alia multa stupẽda in Christi nomine per eos facta signa, postremò etiã mortuos surrexisse, cernebãt. Quæ si vt legũtur, gesta esse cõcedunt, ecce tot incredibilia tribus illis incredibilibus addimus, & vt credatur vnũ incredibile, quod de carnis resurrectione atq; in cælũ ascẽsione dicitur, multorũ incredibiliũ testimonia tãta cõgerimus, & nõdum ad credẽdũ horrẽda duritia incredulos flectimus. Si vero per Apostolos Christi, vt eis crederetur, resurrectionem atq; ascensionẽ prædicãtibus Christi, etiã ista miracula facta nõ esse credũt, hoc nobis vnũ grãde miraculũ sufficit, quod ea terrarũ orbis sine vllis miraculis credidit. Hæc Aug. Sed iã supereſt argumẽtis in contrarium positis satisfacere.

¶ Ad primũ argumentũ respondetur, quod ea quæ sunt fidei nõ probãtur argumẽtisque educũtur ex ratione humana, sed rectè probãtur ex signis & testimonijs euidẽtibus quę efficaciter ostendũt illa esse vera, & ex hoc patet ad secundũ argumentũ. ¶ Ad tertiũ respõdetur, quod illa sola ratio meritũ fidei excludit quæ facit videri per scientiã, id quod credendũ proponitur, & talis est ratio demõstratiuã, huiusmodi autẽ rationes Christus nõ induxit ad resurrectionẽ suã declarandã, alio qui vero meritũ fidei est ex hoc quod homo ex mãdato Dei credidit, quod nõ videt. ¶ Ad quartũ dicendũ, quod sicut dictũ est meritũ beatitudinis, quod causat fides, non totaliter excluditur nisi homo nollet credere nisi ea quæ videt, sed quod aliquis ea quæ nõ videt credat per aliqua signa visa, nõ totaliter fidẽ euacuat, neq; meritum eius, sicut & Thomas cui dictũ est, quia vidisti me, credidisti, aliud vidit, & aliud credidit. Vidit vulnera, & credidit Deũ. Est aũt perfectioris fidei q. nõ requirit huiusmodi auxilia ad credendũ, vnde ad arguendũ defectũ fidei in quibusdã dicit Dominus Ioã. 4. nisi signa & prodigia videritis nõ creditis. Et secundũ hoc potest intelligi, quod illi qui sunt tã prompti animi, vt credãt Deo,

Ad argum. Ad primũ. Ad secundũ. Ad tertium. Ad quartũ. Ioan. 4.

Deo etiam signis non visis sint beati per comparationem ad illos, qui non credunt, nisi talia videant.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm argumenta, quæ Christus induxit, sufficienter manifestauerint resurrectionem eius.

307 Locis suprà citatis, not.

AD sextũ sic proceditur. Videtur, quòd argumẽta quæ Christus induxit, nõ sufficiẽter manifestauerint veritatem resurrectionis eius. Nihil enim ostẽdit Christus discipulis post resurrectionẽ, quod etiã angeli hominibus apparẽtes, vel nõ ostẽderint, vel ostẽdere nõ potuerint: nam angeli frequẽter in humana effigie se hominibus ostenderũt: & cũ eis loquebãtur, & cõuersabãtur, & comedebãt, ac si essent homines veri: sicut patet Genes. 18. de angelis, quos Abrahã suscepit hospitio, & in libro Tobiæ, de angelo qui eũ duxit & reduxit. Et tamẽ angeli nõ habent vera corpora naturaliter sibi vnita, quod requiritur ad resurrectionem. Non ergo signa quæ Christus discipulis exhibuit, fuerunt sufficientia ad resurrectionem eius manifestandã. ¶ 2. Prætereà, Christus resurrexit resurrectione gloriosa, id est, habens simul humanam naturam cum gloria. Sed quædam Christus ostendit discipulis quę videntur esse contraria naturæ humanæ (sicut quòd ab oculis eorũ euanuit, & quòd ad eos ianuis clausis intrauit) quædam autem videntur esse contraria gloriæ: puta quòd mãducauit & bibit, & quòd habuit vulnerum cicatrices. Ergo videtur, quòd illa argumenta non fuerint sufficientia neque conuenientia ad fidem resurrectionis ostendendam.

¶ 3. Prætereà, Corpus Christi non erat tale post resurrectionem, vt tangi deberet ab homine mortali, vnde & ipse dixit Magdalenæ Ioan. 20. Noli me tãgere, nondum enim ascendi ad Patrẽ meum. Non ergo fuit conueniens, quod ad manifestandam veritatem resurrectionis suæ, seipsum discipulis palpandum exhiberet. ¶ 4. Prętereà, Inter dotes glorificati corporis, pręcipua videtur esse claritas, quam tamen in resurrectione nullo argumento ostẽdit. Ergo videtur, quòd insufficientia fuerint illa argumenta ad manifestandam qualitatem resurrectionis Christi.

¶ 5. Prætereà, *Angeli in testes resurrectionis inducti, ex ista dissonantia Euangelistarum, insufficientes videntur. Nam apud Matth. Angelus superlapidem reuolutum, apud Marcum verò, intus angelus describitur visus à mulieribus ingressis monumentum. Et rursus ab istis vnus, à Ioanne duo sedentes, à Luca verò duo stantes describuntur. Inconuenientia ergo videntur testimonia resurrectionis. Argumẽta suppletum.

¶ Sed contra est, quòd Christus, qui est Dei sapientia, suauiter & conuenienter disponit omnia: vt dicitur Sapient. 8.

¶ Respondeo dicendum, quòd Christus resurrectionem suam dupliciter manifestauit, scilicet testimonio & argumento, siue signo. Et vtraque manifestatio in suo genere fuit sufficiens. Est enim vsus duplici testimonio ad manifestandam suam resurrectionem discipulis: quorum neutrum potest refelli. Quorum primum est testimonium angelorum, qui mulieribus resurrectionem annũtiauerunt, vt patet per omnes Euangelistas. Aliud autem est testimonium Scripturarum, quas ipse proposuit ad ostensionem suæ resurrectionis: vt dicitur Lucæ vltimo. Argumenta etiam fuerunt sufficientia ad ostendendam veram resurrectionem, & glorioſam. Quòd autem fuerit vera resurrectio, ostendit vno modo ex parte corporis. Circa quod tria ostẽdit, primò quidem quòd esset corpus verum & solidum, non corpus phantasticum vel rarum, sicut est aër. Et hoc ostendit per hoc, quòd corpus suũ palpabile præbuit. Vnde ipse dicit Luc. vltimo. Palpate & videte, quia spiritus

carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Secundò, ostendit quòd esset corpus humanum, ostendendo eis veram effigiem, quam oculis intuerentur. Tertiò, ostendit eis quòd esset idem numero corpus, quod prius habuerat, ostendendo eis vulnerum cicatrices. Vnde vt legitur Luc. vlt. dixit eis. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Alio modo ostendit eis veritatem suæ resurrectionis ex parte animæ, iteratò corpori vnitæ. Et hoc ostendit per opera triplicis vitæ. Primò quidem per opus vitæ nutritiuæ, in hoc quòd cum discipulis manducauit & bibit: vt legitur Luc. vlt. Secundò, per opera vitæ sensitiuæ, in hoc quòd discipulis ad interrogata respondebat, & præsentes salutabat, in quo ostendebat se & videre & audire. Tertiò, per opera vitæ intellectiuæ, in hoc quod eis loquebatur & de Scripturis disserebat. Et ne quid deesset ad perfectionem manifestationis, ostendit etiã se habere diuinam naturam, per miraculum quod fecit in piscibus capiendis, & vlterius per hoc quòd eis videntibus ascendit in cælum: quia vt dicitur Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo Filius hominis qui est in cælo. Gloriam etiam suæ resurrectionis ostendit discipulis, per hoc quòd ad eos ianuis clausis intrauit: secundum enim quod Gregor.* dicit in Homil. palpandam carnem Dominus præbuit, quam ianuis clausis introduxit. vt esse post resurrectionẽ ostenderet corpus suum, & eiusdem naturæ & alterius gloriæ. Similiter etiam ad proprietatem gloriæ pertinebat, quòd subitò ab oculis eorum euanuit, vt dicitur Luc. vlt. quia per hoc ostendebatur quòd in potestate eius erat videri & non videri: quod pertinet ad conditionem corporis glorioſi, vt suprà * dictum est.

Hom. 26. in Euãg. nõ remotè à principio.

q. 54. art. 1. ad 2. arg. & arti. 3. ad 1. arg.

¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd licet singula argumentorum non sufficerent ad manifestandã perfectè Christi resurrectionem, tamẽ omnia simul accepta perfectè Christi resurrectionẽ manifestãt: maximè propter scripturæ testimoniũ & angelorũ dicta, & etiam ipsius Christi assertionem miraculis cõfirmatã. Angeli autem apparentes non asserebãt se homines esse: sicut asseruit Christus verè se hominẽ esse. Et tamen aliter Christus manducauit, & aliter angeli. Nam quia corpora ab angelis assumpta, non erant corpora viua vel animata, nõ erat vera comestio, licet esset vera cibi contritio, & traiectio in interiorem partem corporis assumpti. Vnde & angelus dixit Tob. 10. Cũ essem vobiscum, videbar quidem vobiscum manducare & bibere: sed ego cibo inuisibili vtor. Sed quia corpus Christi verè fuit animatum, vera fuit eius comestio. Vt enim Augu.* dicit 13. de Ciuit. Dei, non potestas, sed egestas edendi, corporibus resurgentium aufertur. Vnde sicut Beda* dicit, Christus manducauit potestate, non egestate. ¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut dictũ est) argumenta quædam inducebantur à Christo ad probandam veritatẽ humanæ naturæ, quædam verò ad probandam gloriam resurgentis. Conditio autem naturæ humanæ secundum quod in se consideratur (quantũ scilicet ad statum præsentem) contrariatur conditioni gloriæ: secundum illud 1. Cor. 15. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Et ideo ea quę inducuntur ad ostendendam conditionem gloriæ, videntur habere cõtrarietatem ad naturam, non simpliciter, sed secundũ statum præsentem: & econuerso. Vnde Grego.* dicit in hom. quòd duo mira & iuxta humanam rationem sibi valde contraria, Dominus ostendit, dum post resurrectionem corpus suum, & incorruptibile & tamen palpabile demonstrauit. ¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut Augustꝰ. dicit super Ioan.) hoc quod Dominus dixit. Noli me tã-

li. 13. ca. 22. circa fi. to. 5.

cap. 97. in Luc. parum ante mediũ to. 2.

hom. 26. in Euãg. paulò à princi.

Tract. 121. à med. illi. to. 9.

gere

gere: nondum enim ascendi ad Patrem meum: sic dictum est, vt in illa fœmina figuraretur Ecclesia de Gentibus, quæ in Christum non credidit, nisi cũ ascendisset ad Patrem: aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est, sic se spiritualiter tangi, quòd ipse & pater vnum sunt. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad Patrem, qui sic in eo profecerit, vt Patri agnoscat æqualem, hæc autem carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat. Quòd autem Maria alibi legitur Christum tetigisse, quando simul cum alijs mulieribus accessit, & tenuit pedes eius, quæstionem non facit, vt Seuerianus dicit. Si quidem illud de figura est, hoc de sexu: illud de diuina gratia, hoc de humana natura. Vel sicut Chrysost.* dicit, volebat hæc mulier adhuc cum Christo conuersari, sicut & ante passionem, & præ gaudio nihil magnum cogitabat: quamuis caro Christi multo melior facta fuerit resurgendo. Et ideo dixit. Nondum ascẽdi ad Patrem meum: quasi dicat. Non æstimes me iam terrenam vitam agere: quòd enim in terris me vides, hoc est, quia nondum ascendi ad Patrem meũ, sed in promptu est quòd ascendam, vnde subditur, Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum. ¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Aug*. dicit in Dial. ad Orosium, Clarificata carne Dominus resurrexit: sed noluit in ea clarificatione discipulis suis apparere, quia non possent oculis suis talem claritatem prospicere. Si enim antequam moreretur pro nobis, & resurgeret, quando transfiguratus est in mõte, discipuli sui eum videre non potuerunt, quanto magis glorificata carne Domini, eum videre non potuerunt? Est etiã considerãdum, quòd post resurrectionem Dominus hoc præcipuè volebat ostendere, quòd idẽ ipse esset, qui mortuus fuerat, quod multum poterat impedire, si eis sui corporis claritatẽ ostẽderet. Nam immutatio quæ fit secundum aspectum maximè ostẽdit diuersitatẽ eius quod videtur: quia sensibilia communia (inter quæ est vnum & multa, vel idem & diuersum) maximè dijudicat visus. Sed ante passionem, ne infirmitatem passionis eius discipuli despicerent, intendebat Christus eis gloriã maiestatis suæ ostendere: quam maximè demonstrat claritas corporis. Et ideo ante passionem, gloriam suam demonstrauit discipulis per claritatem: post resurrectionem autem per alia indicia. ¶ Ad quintum dicẽdum, quòd sicut Augustꝰ.* dicit in libro de Consensu Euangel. possumus intelligere vnum angelum visum à mulieribus, secundum Matth. & Marc. vt eas ingressas in monumentum accipiamus: in aliquod scilicet spatium, quod erat aliqua maceria communitum, atque ibi vidisse angelum *sedentem à dextris: quod dicit Marcus. Deinde dum intro spicerent locum in quo iacuerat corpus Domini, visos ab eis alios duos angelos, primo quidem sedentes (vt dicit Ioan.) & postea eos surrexisse: vt stãtes viderentur, vt dicit Lucas.

Hom. 85. in Ioan. super illud, Noli me tangere to. 3.

In dialo. 65 quæst. q. 14 in prin. to. 4

II. 3. ca. 24 to. 4.

Supra lapidẽ reuolutũ à monumẽto, sicut dicit Matt. vt hoc sit sedentem.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmatiua, & patet, nam Christus qui est Dei sapientia, suauiter & conuenienter disponit omnia, vt habetur Sap. 8. Et in primis adfuit testimonium angelorum resurrectionem annuntiantiũ, & etiã scripturarum testificatio, vt dicitur Luc. vlt. ostenditurq; resurrectio ex parte corporis, quod erat solidũ, & palpabile, veráq; effigiẽ humanã habebat, quam oculis intuebantur, idemq; corpus cũ cicatricibus videbatur, & ex parte animæ iterato corpori vnitæ ostendebatur opus vitæ nutritiuæ mãducando, vitæ sensitiuæ ad interrogata discipulis respondẽdo, atq; vitæ intellectiuæ de scripturis differẽdo. Ostẽditq; diuinã naturã per miraculũ pisces capiendo, & gloriam, ianuis clausis ad discipulos intrando, proprietatẽ vero gloriæ, prout ab oculis eorum euanuit.

Conclusio.

Sap. 8.

Luc. vlt.

EXPOSITIO ARTICVLI.

ADeò minutatim & euidẽter persequitur D. Tho. argumẽta resurrectionis Dñicæ atq; si fuisset eorũ oculatus testis, & ideo ea euiden-

Vtrũ discipuli Dñi corpus eius palpauerint, cum Dñs se obtulit palpãdum. Abulensis.

euidentius explicare opus non est. Vnũ tamẽ dubium supereſt. Vtrùm discipuli corpus Domini palpauerint cum Dominus se obtulit palpandum dicens, palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habent, sicut me videtis habere. Abulensis paradoxa. 5. capit. 37. pro euidẽti habet quod non tetigerũt carnem eius, quod celsit in magnum eorũ meritum. Quod probat efficaciter, nam si palpassent, & ideo credidissent, fides sua ex experimento humano ortum habuisset, sicque minimi meriti esset coram Deo atque eos Christus reprehendisset, sicut Thomam discipulum, quem his verbis increpauit Dominus, quia vidisti me Thoma credidisti, beati qui me non viderunt & crediderunt, vt patet Ioan. 20. alios autem discipulos quibus Christus apparuit dicens, palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habent, sicut me videtis habere, non reprehendit. Efficaciter ergo concluditur eos simpliciter credidisse nihil manibus attrectantes. Ob id autẽ Christus, alterum eis resurrectionis suæ argumentum demonstrare dignatus est, vnde coram eis comedit dicens: habetis aliquid quod mãducetur? at illi obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis, & cum mãducasset coram eis sumens reliquias, dedit eis, vt habetur Luc. 24. hoc autem demonstrabat ipsum viuere. Nam cibum sumere solis animalibus competit. Hoc autem etsi conueniens fuerit argumentum resurrectionis, minoris tamen efficaciæ est quam palpare, & manibus attrectare. Nam angeli hominibus apparentes cum eis loquebantur & conuersabantur, & comedebant atque si essent homines veri, vt patet Genes. 18. & Tobiæ 12.

Ioan. 20.

Luc. 24.

Gen. 18. Tob. 12.

QVAESTIO LVI.

De Resurrectionis Christi causalitate, in duos articulos diuisa.

DEinde considerandum est de causalitate resurrectionis Christi. ¶ Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, vtrùm resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis. ¶ Secundò, vtrùm resurrectio Christi sit causa nostræ iustificationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd resurrectio Christi non sit causa resurrectionis corporũ. Posita enim causa sufficienti, necesse est effectum poni. Si ergo resurrectio Christi est causa sufficiens resurrectionis corporum, statim eo resurgente omnes mortui resurgere debuerunt. ¶ 2. Præterea, Causa resurrectionis mortuorum est diuina iustitia, vt scilicet corpora simul præmientur vel puniantur cum animabus, sicut communicauerunt in merito vel peccato: vt dicit Dionys. vltim. ca. Cæles. hier. & etiam Damasce.* in 3. lib. Sed iustitiam Dei necesse esset impleri, etiam si Christus non resurrexisset. Ergo etiam Christo non resurgente, mortui resurgerent. Non ergo resurrectio Christi est causa resurrectionis corporum. ¶ 3. Præterea, Si resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporũ, aut esset causa exẽplaris, aut causa effectiua, aut meritoria. Sed non est causa exemplaris: quia resurrectionem corporũ Deus operabitur: secundum illud Ioan. 5. Sicut pater suscitat mortuos, Deus autẽ non indiget inspicere ad aliquod exẽplar extra se. Similiter etiam non est causa effectiua: quia causa efficiens nõ agit nisi per contactum vel spirituale vel corporale, manifestum est autem quòd resurrectio Christi nõ habet contactum corporalem ad mortuos, qui resurgent, propter distantiã temporis & loci. similiter etiã nec contactum spiritualem, qui est per fidem & charitatem: quia etiam infideles & peccatores resurgent. Neque etiam est causa meritoria: quia Christus resurgens iam non erat viator, & ita nõ erat in statu merendi. Et ita nullo modo resurrectio Christi videtur esse causa nostræ resurrectionis. ¶ 4. Præterea, Cũ mors sit priuatio vitæ, nihil videtur esse aliud destruere mortem, quàm reducere vitam: quod pertinet ad resurrectionẽ. Sed Christus moriendo, mortem

308

4. dist. 43. ar. 2. q. 1. Et 4. cõ. ca. 78 Et ver. q. 27. art. 3. ad 7. & opu. 3. ca. 246. Et opu. 60. c. 22. co. 7. Et 1. co. 15. lect. 1. co. 2

c. vlt par. 3. à med.

Dam. lib. 4. cap. 28.

tem noſtram deſtruxit. Ergo mors Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis, non ergo eius reſurrectio. ¶ Sed contra eſt, quod ſuper illud 1. ad Corinth. 15. Si Chriſtus prædicatur, quòd reſurrexit à mortuis, &c. dicit gloſſ*. Qui eſt cauſa efficiens reſurrectionis noſtræ.

Gloſſ. interl. ibidē.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd illud, quod eſt primum in quolibet genere, eſt cauſa omnium, quæ ſunt poſt, vt dicitur in 2. Metaph.* Primum autem in genere veræ reſurrectionis fuit reſurrectio Chriſti, ſicut ex ſuprà dictis* patet. Vnde oportet, quòd reſurrectio Chriſti ſit cauſa noſtræ reſurrectionis. Et hoc eſt quod Apoſtolus dicit 1. ad Corinth. 15. Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominē mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et hoc rationabiliter: nam principium humanæ viuificationis eſt verbū Dei, de quo dicitur in Pſalm. 35. Apud te eſt fons vitæ. Vnde & ipſe dicit Ioā. 5. Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & Filius quos vult viuificat. Habet autem hoc naturalis ordo rerum diuinitùs inſtitutus, vt quælibet cauſa primò operetur in id quod eſt ſibi propinquius, & per illud operetur in alia magis remota: ſicut ignis primò calefacit aërem ſibi propinquum, per quem calefacit corpora diſtantia, & ipſe Deus primò illuminat ſubſtantias ſibi magis propinquas, per quas illuminat magis remotas, vt Dionyſ.* dicit 13. cap. Cæleſt. hierarch. Et ideo verbum Dei primò tribuit vitam immortalem corpori ſibi naturaliter vnito, & per ipſum operatur reſurrectionem in omnibus alijs.

lib. 2. com. 4. to. 3.

quæſt. 53. ar. 3.

cap. 13. non multū pro cul à princ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd (ſicut dictum eſt†) reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis per virtutem Verbi vniti, quod quidē operatur ſecundum voluntatem. Et ideo non oportet, quòd ſtatim ſequatur effectus: ſed ſecundum diſpoſitionem verbi Dei: vt ſcilicet primò conformemur Chriſto patienti & morienti in hac vita paſsibili & mortali, deinde perueniamus ad participandum ſimilitudinem reſurrectionis ipſius.

In corp. art.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd iuſtitia Dei eſt cauſa prima reſurrectionis noſtræ: reſurrectio autem Chriſti eſt cauſa ſecundaria & quaſi inſtrumentalis. Licet autem virtus principalis agentis non determinetur ad hoc inſtrumentum determinatè: tamen ex quo per hoc inſtrumentum operatur, inſtrumentum illud eſt cauſa efficiens. Sic ergo diuina iuſtitia, quantum eſt de ſe, non eſt obligata ad reſurrectionem noſtram cauſandam per reſurrectionem Chriſti: potuit enim alio modo nos Deus liberare, quàm per Chriſti paſsionem & reſurrectionem, vt ſuprà † dictum eſt. Ex quo tamen decreuit hoc modo nos liberare, manifeſtum eſt, quòd reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd reſurrectio Chriſti non eſt propriè loquendo, cauſa meritoria noſtræ reſurrectionis: ſed eſt cauſa efficiens & exemplaris. Efficiens quidem, in quantum humanitas Chriſti ſecundum quam reſurrexit, eſt quodammodo inſtrumentū diuinitatis ipſius, & operatur in virtute eius: vt ſuprà dictum eſt†. Et ideo ſicut alia quæ Chriſtus in ſua humanitate fecit, vel paſſus eſt, ex virtute diuinitatis eius ſunt nobis ſalutaria (vt ſuprà dictum eſt†) ita & reſurrectio Chriſti eſt cauſa efficiens noſtræ reſurrectionis virtute diuina: cuius proprium eſt mortuos viuificare. Quæ quidē virtus præſentialiter attingit omnia loca & tempora, & talis contactus virtualis ſufficit ad rationem huius efficientiæ. Et quia (vt dictū eſt†) primordialis cauſa reſurrectionis humanæ eſt diuina iuſtitia, ex qua Chriſtus habet poteſtatem iudicium facere, in quantum filius

quæſt. 46. ar. 2. & 3.

quæſt. 13. ar. 2. & 3.

quæſt. 48. ar. 6.

In ſolu. præced. ad 2.

homi-

hominis est, virtus effectiua resurrectionis eius se extendit, non solùm ad bonos, sed etiam ad malos, qui sunt eius iudicio subiecti. Sicut autem resurrectio corporis Christi, ex eo quòd corpus illud est personaliter Verbo vnitũ, est prima tempore, ita etiam est prima dignitate & perfectione: vt dicit glos.* 1. ad Corinth. 15. Semper autem id quod est perfectissimum, est exemplar eius quod est minus perfectum secundum suum modum: & ideo resurrectio Christi est causa exemplaris nostræ resurrectionis. Quod quidem necessarium est, non ex parte resuscitantis, qui non indiget exemplari, sed ex parte resuscitatorum, quos oportet illi resurrectioni conformari: secundũ illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Licet autem efficiétia resurrectionis Christi se extendat ad resurrectionem tam bonorum, quàm malorum: exemplaritas tamen eius se extendit propriè solùm ad bonos, qui sunt facti conformes filiationis ipsius, vt dicitur Rom. 8. ¶ Ad quartum dicendum, quòd secundum rationem efficientiæ, quæ dependet ex virtute diuina, communiter tam mors Christi, quàm etiã resurrectio, est causa tam destructionis mortis, quàm reparationis vitæ. Sed secundum rationem exẽplaritatis, mors Christi, per quam recessit à vita mortali, est causa destructionis mortis nostræ: resurrectio verò eius, per quam inchoauit vitam immortalem, est causa reparationis vitæ nostræ. Passio tamẽ Christi est insuper causa meritoria: vt suprà dictum est*.

Glo. interl. super illud 1. Cor. 15. Primitiæ Christus.

q. 48. art. 1.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Conclusio est affirmatiua. Probatur, quia primum in quolibet genere est causa omnium, quæ sunt postea, sed in genere resurrectionis nostræ, primum fuit resurrectio Christi. Vnde oportet, quod resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis, & hoc est quòd dicit Apostolus 1. Corinth. 15. Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum, & hoc rationabiliter. Principium enim viuificationis nostræ, est verbum Dei fons vitæ, qui ad similitudinem ordinis naturalis, primo tribuit vitam immortalem corpori sibi naturaliter vnito, & postea per ipsum operatur resurrectionem in omnibus alijs.

1. Cor. 15.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm resurrectio Christi sit causa resurrectionis animarum.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd resurrectio Christi non sit causa resurrectionis animarũ. Dicit enim Augustin*. super Ioannem quòd corpora resurgunt per dispensationem humanam, sed animæ resurgunt per substantiam Dei. Sed resurrectio Christi non pertinet ad substantiam Dei, sed ad dispensationem humanam. Ergo resurrectio Christi, & si sit causa resurrectionis corporũ, non tamen videtur esse causa resurrectionis animarum. ¶ 2. Prætereà, Corpus non agit in spiritum. Sed resurrectio Christi pertinet ad corpus eius, quod cecidit per mortem. Ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum. ¶ 3. Prætereà, Quia resurrectio Christi est causa resurrectionis corporum, omnium corpora resurgent: secundum illud 1. ad Corinth. 15. Omnes quidem resurgemus. Sed non omnium animæ resurgent: quia quidam ibunt in supplicium æternum, vt dicitur Matth. 25. Ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum. ¶ 4. Prætereà, Resurrectio animarum fit per remissionem peccatorum. Sed hoc factum est per Christi passionem: secundum illud Apocal. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Ergo resurrectionis animarum, magis est causa Christi passio, quàm eius resurrectio. ¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit Rom. 4. Resurrexit propter iustificationẽ nostrã.

309 Locis suprà ar. 1. not.

Tract. 23. in Euang. Ioã. ante med. to. 9.

Quæ

Quæ nihil aliud est quàm resurrectio animarum. Et super illud Psalm. 29. Ad vesperum demorabitur fletus, dicit gloss. quòd resurrectio Christi est causa resurrectionis nostrę & animę in prę senti, & corporis in futuro.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut dictum est*) resurrectio Christi agit in virtute diuinitatis, quæ quidem se extendit, non solum ad resurrectionem corporum, sed etiam ad resurrectionem animarum: à Deo enim est, & quòd anima viuat per gratiam, & quòd corpus viuat per animã. Et ideo resurrectio Christi habet instrumentaliter virtutem effectiuam, non solùm respectu resurrectionis corporum, sed etiã respectu resurrectionis animarũ*. Similiter etiam habet rationem exemplaritatis respectu resurrectionis animarum: quia Christo resurgenti debemus etiam secundum animam conformari, vt sicut, secundũ Apost. Rom. 6. Christus surrexit à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: & sicut ipse resurgẽs ex mortuis, iam non moritur, ita & nos existimemus nos mortuos esse peccato, vt iterũ viuamus cum illo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Aug*. dicit resurrectionem animarum fieri per Dei substantiam, quãtum ad participationem: quia scilicet participando diuinam bonitatem, animæ fiunt bonæ & iustę, non autem participãdo quancunq; creaturam. Vnde cũ dixisset*, Animæ resurgunt per substantiã Dei, subdit, Participatione enim Dei fit anima beata, nõ participatione animæ sanctæ. Sed participando gloriam corporis Christi, efficiuntur corpora nostra glorioſa. ¶ Ad secundum dicendum, quòd efficiẽtia resurrectionis Christi pertingit ad animas, nõ per propriam virtutem ipsius corporis resurgentis: sed per virtutem diuinitatis, cui personaliter vnitur. ¶ Ad tertium dicendum, quòd resurrectio animarum pertinet ad meritum, quod est effectus iustificationis: sed resurrectio corporum ordinatur ad pœnam vel præmium, quæ sunt effectus iudicantis. Ad Christum autem non pertinet iustificare omnes, sed iudicare: & ideo omnes resuscitat secũdum corpus, sed non omnes secundum animam. ¶ Ad quartum dicendum, quòd in iustificatione animarum duo concurrunt, scilicet remissio culpæ, & nouitas vitæ per gratiam. Quantum ergo ad efficientiam, quæ est per virtutem diuinam, tam passio Christi quàm resurrectio est causa iustificationis quo ad vtrunque. Sed quantum ad exemplaritatem, propriè passio & mors Christi, est causa remissionis culpæ, per quam morimur peccato; resurrectio autem Christi, est causa nouitatis vitæ, quæ est per gratiam siue iustitiam. Et ideo Apostolus dicit Rom. 4. quòd traditus est (scilicet in mortẽ) propter delicta nostra (scilicet tollẽda) & resurrexit propter iustificationem nostram, sed passio Christi est etiam causa meritoria: vt dictum est*.

ar. præced. ad 3.

ar. præced. ad 3. arg.

Tract. 23. in Ioan. inter principiũ & med. to. 9.

Eodẽ loco aũc dicto.

ar. præced. ad 3.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio est affirmatiua. Et probatur ex illo Rom. 4. resurrexit propter iustificationẽ nostrã, quæ nihil aliud est quã resurrectio animarũ. Et super illud Psal. 29. Ad vesperũ demorabitur flectus, dicit glossa. Quod resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ, & animæ in præsenti & corporis in futuro. Habet nãque resurrectio Christi virtutem instrumentaliter effectiuam respectu resurrectionis, tum corporis, tũ animæ, quia agit in virtute deitatis ad omnia se extendentis. Est etiam causa exemplaris resurrectionis animarũ vt ipsi resurgẽti secundũ animã conformemur. Sicut enim mors Christi est causa remissionis culpæ, per quam morimur peccato, ita resurrectio est causa nouitatis vitæ, quæ est per gratiam siue iustitiam.

Conclusio Rom. 4.

Psal. 29.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Nonest facile explicare, quomodo resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis, quapropter vt hæc veritas explicetur arguitur in hũc modũ. Posita vera causa ponitur effect⁹, posita aũt resurrectiõe Christi nõ dum

Argumen. cõtra cõclu. Primum argumentũ.

dū subsecuta est hominū resurrectio, ergo illa nō est causa. ¶ Præterea, si resurrectio Christi sit causa resurrectionis, tum corporis, tum animæ, aut esset causa exemplaris, aut effectiua, aut meritoria, sed non est causa exemplaris: etenim resurrectionem corporum Deus operabitur, secundum illud Ioan. 5. Sicut pater suscitat mortuos, Deus autem non indiget inspicere ad aliquod exemplar extra se; si militer etiam non est causa effectiua: quia causa efficiens, non agit nisi per contactum, vel spiritualem, vel corporalem. Manifestum est autem, quod resurrectio Christi non habet contactum corporalem ad mortuos, qui resurgent propter distantiam temporis & loci. Similiter etiam nec contactum spirituale, qui est per fidem & charitatem, quia etiam infideles & peccatores resurgent. Neque etiā est causa meritoria, quia Christus resurgēs iā nō erat viator & ita nō erat in statu merendi, vnde nullo modo resurrectio Christi videtur esse causa resurrectionis nostrę. ¶ Explicatur hoc euidentius, nā D. Tho. non solū asserit in conclusione, quod Christus resurgens sit causa nostræ resurrectionis efficiēs, quod facile est intellectu, sed etiam quod resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis efficiens, quod ferè non intelligitur. Nam id quod præterijt, & iam non est à multo tēporis spatio, non operatur: sed resurrectio Christi iam præterijt, & non est, ergo non operatur tanquam efficiens causa. ¶ In huius rei expositionem est prima conclusio. Deus sua autoritate est causa prima gratiæ & glorię nostræ atque omnium quæ ad nostram salutē pertinent. Hæc conclusio apertissima est. Nā omnia à Deo procedunt, & per ipsum sunt omnia, ob idque, & ipsius Christi incarnationis Deus fuit causa atque adeò omnium beneficiorum quæ per Christum humano generi sunt præstita. Vnde illud Ioā. 3. sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, &c. ¶ Secunda conclusio. Christus etiā quatenus redemptor est causa eorundem beneficiorum per potestatem sibi à patre diuinitus collatam. Hæc conclusio inde efficaciter probatur, quia Christus Deus & homo nostram operatus est redemptionem copiosę, vnde constat regem fuisse regni cælorum, hoc est, iure sibi competere rationem nostrarum actionum exigere, præmiaque & supplicia decernere, iuxta illud Ioan. 5. Omne iudicium dedit pater filio, dedit enim ei iudiciū facere, quia filius hominis est. Et Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Et Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius omnes accepimus. ¶ Tertia conclusio. Certissimè asserendum est, quod resurrectio Christi nostræ resurrectionis sit causa. Patet ex illo Roman. 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrā. Vbi notandum est discrimen inter passionē & resurrectionem. Nam resurrectio non eodem modo fuit causa salutis nostræ, quo passio: hæc enim fuit causa meritoria, illa vero nequaquam, quoniam meritum non est nisi viatoris opus, terminus autem viæ in Christo mors fuit. Igitur cum ait Apostolus, traditum Christum propter delicta, & resurrexisse propter iustificationem nostram, non idē genus causæ vtrobique designat illa præpositio propter, siquidem passio nō modo vt instrumentum, sed vt meritum fuit causa remissionis culpæ & iustificationis, resurrectio vero Christi non potest operari nostram resurrectionem, vt meritum, bene tamen vt instrumentum diuinitatis, & vt causa exemplaris, quod iam iam explicare paramus. Et vt de causa exemplari aliquid statim dicam, sciēdum est quod quia iustificatio motus est quodammodo inter duo extrema, puta, quia ex peccatis extinctis in nouam resurgimus vitam, & terminus ille à quo similitudinem gerit mortis Christi, qua crucifixa sunt & abolita nostra peccata, resurrectio vero effigies est termini ad quem, scilicet nouæ vitæ; appositissimè dixit Apostolus, traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Fuit enim Christi resurrectio exemplaris causa nostræ à delictis resipiscentię, iuxta illud, quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quanquā Hieronymus nihil hic amplius mysterij speculatus est, quam quod resurrectio Christi fuit necessaria, vt confirmaretur iustitia credentium. Et certè cum Apostolus 1. Corint. ca. 15. tribuat non modo iustificationem, sed etiam remissionem peccatorum ipsi resurrectioni, dum inquit, si Christus non resurrexit adhuc estis in peccatis vestris, intelligentia D. Hieronymi videtur amplectenda. Vt videlicet abolitio peccati, & iustificatio tribuatur morti Christi tanquam causæ sufficienti quippe qui tantum dependit in carne sua, quantum peccatis nostris debebatur, sed resurrectioni tribuatur consecutio remissionis peccati, vtpote per quam ad fidem perducti sumus, qua virtutis passionis & mortis Christi nobis fieret applicatio. Sed profecto plus videtur tribuere D. Paulus resurrectioni Christi. ¶ Quarta conclusio. Resurrectio Christi est

Secundum.

Ioan. 5.

Tertium.

1. Cōclusio Deus prima causa gratię & gloriæ, & omniū beneficiorum

Ioan. 3.

2. Cōclusio Christ⁹ quatenus redēptor est causa gratiæ & gloriæ, & omniū beneficiorum quæ ad salutem æternā ordinantur

Ioan. 5.

Mat. 28.

Ioan. 1.

3. Cōclusio Resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis, & quo modo.

Rom. 4.

Hieron.

1. Cor. 15.

4. Cōclusio

est causa exẽplaris nostræ resurrectionis. Hæc cõclusio ex dictis vtcũque patere potest. Sed probatur distinctè. Etenim corpora nostra instar sui corporis suscitanda sunt, iuxta illud Philip. 3. D. Pauli ad Philip. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Quod verbum Ecclesia in die Trãsfigurationis canit, propterea quod illic Dominus & viuis, & defuncto Moysi & seruato Eliæ ostendit quemadmodum ad eius exemplum omnes debeamus resurgere. Quomodo autem sit exemplar resurrectionis & iustificationis animæ insuperiori conclusione tactum est. Hoc autẽ exemplar non est necessarium ex parte resuscitãtis, qui non indiget exemplari, sed ex parte resuscitatorum, quos oportet illi resurrectioni conformari. 5. Concluſ. ¶ Quinta cõclusio. Resurrectio Christi nõ est causa meritoria nostræ resurrectionis. Hæc conclusio sufficienter probatur ex argumento, quod in litera insinuat D. Tho. nam Christus resurgens iam nõ erat viator, eratq; extra statum merendi, ergo in resurrectione sua nihil nobis promeruit. 6. Concluſ. Quomodo resurrectio Christi sit causa efficiẽs nostræ resurrectionis difficilem habet explicationem. Caietanus. ¶ Sexta conclusio. Resurrectio Christi fuit & erit causa efficiens nostræ resurrectionis. Hanc conclusionẽ affirmat hic apertè D. Thomas. Sed eius veritatẽ ostendere arduum opus est. Dominus Caietanus in primo articulo in huius rei expositionem sic procedit. Aduerte, inquit, quod humanitas Christi, quia est organũ coniunctum personaliter verbo Dei, est velut vniuersale instrumentum Dei ad miracula faciẽda, vt ex superius dictis habetur. Determinatur autem ad esse instrumẽtum adhoc vel illud opus miraculosum, per aliquam ipsius conditionẽ: ita quod ex hoc quod passa est, intelligimus cõmunicatam sibi per quandam appropriationẽ virtutem remissiuam peccatorum, & ex hoc quod resurrexit, cõmunicata similiter est sibi virtus resuscitatiua mortuorum, & sic de alijs similibus instrumẽtalibus actionibus, quæ humanitati Christi tribuuntur instrumẽtaliter, Deo autem principaliter: sic enim resurrectio Christi dicitur causa nostræ resurrectionis: quoniam per ipsam, vt dictum est, Christus homo instrumentum efficax constitutus est ad resuscitandos homines in vitam æternam. Aliam expositionẽ huius adhibet Caietanus in secundo articulo aiens in hũc modum. Vt intelligatur quomodo resurrectio Christi sit causa efficiens nostræ resurrectionis oportet ex superioribus recolere, quod potentia seu omnipotetia humanitatis Christi licet instrumentaria sit, extendit se ad quæcunque mirabilia opera exceptis his quæ spectant ad primam rerum creationem. Vnde si virtus Deitatis principalis extendit se ad vitam corporum & animarum, extendit etiam se virtus instrumentalis humanitatis Christi. Rectæ vidẽtur esse istæ expositiones Caietani. Verũ, vt mea fert opinio, in hoc deficiunt, exponunt siquidem, quomodo humanitas Christi resurgentis sit causa nostræ resurrectionis efficiens, de quo nihil in præsentia inquiritur, at nõ exponunt id quod desiderabatur, quomodo resurrectio Christi quæ iam præterijt, sit causa efficiens nostræ resurrectionis. Pro cuius explicatione sciendum est, quod si sit sermo de causa agenti & principali nõ est nisi diuinitas vnita in Christo. Eadem enim quæ fuit causa resurrectionis suæ, erit & nostræ. Et certũ est, quod humanitas quæ in triduo non habuit partes coniunctas non fuit causa suæ resurrectionis, sed diuina virtus Christo communicata, qui & animam habebat diuinitati coniunctam & simul corpus, quare eadem virtute easdẽ partes coniunxit & eadem virtute nos quoque resuscitabit. Et hoc est, quod ait Paulus ad Rom. 7. qui suscitauit Christũ à mortuis viuificabit mortalia corpora nostra. Si vero de causa instrumẽtali fiat sermo, resurrectio ipsa Christi, hoc est, cõiunctio corporis & animæ suæ est instrumentum coniunctum eius diuinitati, quo mediãte nostræ resurrectionis erit causa. Quemadmodum, vt lib. 3. c. 15. ait Damascenus, tactu corporali mũdauit leprosum & linitione oculos aperuit cæco. Et cum sit instrumentum diuinæ virtutis, quæ ad omnia se se extendit, potest operari ad distans loco & tempore; & per contactum, quẽ habuit ad humanitatẽ Christi cum resurrexit à mortuis assumpta est à diuina virtute vt habeat vim exuscitandi mortuos in fine dierum. ¶ Sed quomodo actiones omnes Christi fuerint nobis salutiferæ, & quomodo sint causæ efficientes nostræ salutis explicatũ est fusissime supra q. 48. art. 6. Nunc ad argumenta in principio facta satisfaciendum est. ¶ Ad primũ respondetur, quod resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis per virtutem verbi vniti, quod quidem operatur secundum voluntatem, & ideo non oportet quod statim sequatur effectus, sed secundum dispositionẽ verbi Dei & secundum definitionem & decretum diuinæ sapientiæ, vt scilicet, primo conformemur Christo patienti & morienti in hac vita mortali, deinde perueniamus ad participandam similitudinẽ resurrectionis ipsius. ¶ Ad secundum argumentum iam expositum est à nobis quemadmodũ resurrectio Christi propriè loquendo non sit causa meritoria nostræ resurrectionis sed efficiens & exẽplaris. Efficiens

Vera expositio difficultatis propositæ. Rom. 7. Damasc. Ad argumenta. Ad primũ. Ad secũdũ.

ciens quidem virtute diuina cuius proprium est mortuos viuificare, quæ quidē virtus præsentialiter attingit omnia loca & tempora; & talis contactus virtualis sufficit ad rationem huius efficientiæ. Et quia primordialis causa resurrectionis humanæ est diuina iustitia ex qua Christus habet potestatem iudicium facere in quantum filius hominis est, virtus effectiua resurrectionis eius se extendit non solum ad bonos, sed etiam ad malos qui sunt eius iudicio subiecti. Licet autem efficientia resurrectionis Christi se extendat ad resurrectionem tam bonorum quam malorū, exemplaritas tamen eius se extendit propriè solum ad bonos, qui sunt facti conformes filiationis ipsius vt dicitur Rom. 8. ¶ Ad tertium argumentum ex dictis patet solutio. Nam cum sit instrumentum diuinæ virtutis nihil efficientiæ perdit resurrectio Christi iam facta & præterita: siquidem diuina virtus præsentialiter attingit omnia loca & tempora.

Rom. 8. Ad tertiū.

QVAESTIO LVII.

De Ascensione Christi, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de ascensione Christi. ¶ Et circa hoc quæruntur sex. ¶ Primò, vtrùm fuerit conueniens Christū ascendere. ¶ Secundò, secundum quam naturam conueniat sibi ascēsio. ¶ Tertiò, vtrū propria virtute ascēderit. ¶ Quartò, vtrùm ascenderit super omnes cælos corporeos. ¶ Quintò, vtrùm ascenderit super omnes spirituales creaturas. ¶ Sextò, de effectu ascensionis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm fuerit cōueniens Christū ascendere.

310 3. dist. 22. q. 3. arti. 1. Et opus. 3. ca. 247. Et opus. 60. c. 23. princi. * lib. 2. cō. 64. 65. 66. tomo. 2.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit conueniens Christum ascendere. Dicit enim Philosophus* in 2. de Cæl. quòd illa quæ optimo modo se habēt, possident suum bonum sine motu. Sed Christus optimè se habuit: quia & secundum diuinam naturam est summum bonum, & secundum humanam naturā, est summè glorificatus: ergo suum bonum habet sine motu. Sed ascensio est quidam motus. ergo non fuit conueniens, quòd Christus ascenderet. ¶ 2. Præterea, Omne quod mouetur, mouetur propter aliquid melius. Sed Christo non fuit melius esse in cælo, quàm in terra: nihil enim accreuit sibi per hoc quòd fuit in cælo: neque quantum ad animā, neque quātum ad corpus. Ergo videtur, quòd Christus non debuerit in cælum ascendere. ¶ 3. Præterea, Filius Dei humanam naturam assumpsit ad nostram salutem. Sed magis fuisset salutare hominibus, quòd semper conuersaretur nobiscum in terris: vnde ipse dixit discipulis suis Luc. 17. Venient dies, quādo desiderabitis videre vnum diem Filij hominis: & nō videbitis. Videtur ergo, quòd non fuerit conueniens Christum ascendere in cælum. ¶ 4. Præterea, Sicut Gregor*. dicit 14. Moral. Corpus Christi in nullo mutatum fuit post resurrectionem. Sed non immediatè post resurrectionem ascendit in cælum: quia ipse dicit post resurrectionem Ioan. 20. Nondum ascendi ad Patrē meum. Ergo videtur, quòd nec post quadraginta dies ascendere debuerit. ¶ Sed contra est, quod Dominus dicit Ioā. 20. Ascendo ad Patrē meum, & Patrem vestrum.

lib. 14. cap. 31. à med.

Respondeo dicendum, quòd locus debet esse proportionatus locato. Christus autem post resurrectionem, vitam immortalem & incorruptibilē inchoauit. Locus autē, in quo nos habitamus, est locus generationis & corruptionis, sed locus cælestis est locus incorruptionis. Et ideo non fuit conueniens, quòd Christus post resurrectionem remaneret in terris, sed conueniens fuit, quòd ascenderet in cælum.

Ad primum ergo dicendum, quòd illud optimè se habens, quod sine motu possidet suum bonum, est ipse Deus: quia est omnino immutabilis, secundū illud Malach. 3. Ego Dominus, & non mutor. Quælibet autem creatura est mutabilis, aliquo modo: vt patet per Aug*. 8. super Genes. ad litera. Et quia natura assumpta à filio Dei, remansit

lib. 8. c. 14. tomo. 3.

creatura

Quæst. 1. art. 1. creatura (vt patet ex his quæ suprà dicta sunt) non est inconueniens, si ei aliquis motus attribuatur. ¶ Ad secundũ dicendum, quòd per hoc, quòd Christus ascendit in cælum, nil ei accreuit, quãtum ad ea quæ sunt de essentia gloriæ, siue secundum corpus, siue secundum animam, tamẽ accreuit ei aliquid quantum ad loci decentiam: quod est ad bene esse gloriæ: non quòd corpus eius aliquid aut perfectionis aut consernationis acquireret ex corpore cælesti, sed solum modo propter quãdam decentiam, hoc autem aliquo modo pertinebat ad eius gloriam. Et de hac decentia gaudium quoddam habuit, nõ quidẽ quod tunc de nouo de hoc gaudere inciperet, quando in cælum ascendit: sed quia nouo modo de hoc gauisus est, sicut de re impleta. Vnde super illud Psal. 15. Delectationes in dextera Gloss. ordi. tua vsque in finem, dicit* gloss. Delectatio & lætitia erit mihi in conspectu tuo, humanis obtutibus subtracto. ¶ Ad tertium dicendum, quòd licet præsentia corporalis Christi fuerit subtracta fidelibus per ascensionem, præsentia tamen diuinitatis ipsius semper adest fidelibus: secũdũ quod ipse dicit Matth. vlti. Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Qui enim ascendit in cælos, non deserit adoptatos: vt Leo Papa dicit. Sed ipsa ascensio Christi in cælum, qua corporalem suam præsentiã nobis subtraxit, magis fuit vtilis nobis, quàm præsentia corporalis fuisset. Primò quidem propter fidei augmentum, quę est de non visis. Vnde ipse Dominus dicit discipulis suis Ioã. 16. quòd Spiritus sanctus aduenies arguet mundum de iustitia, scilicet eorum qui credunt: vt Trac. 95. in Ioann. ante medium. to. 9. Augustinus* dicit super Ioã. Ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est vituperatio. Vnde subdit, Quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me: beati enim qui non vident & credunt. Erit igitur vestra iustitia, de qua mundus arguetur, quoniam in me quẽ non videbitis, credetis. Secundò, ad spei subleuationẽ. Vnde ipse dicit Ioan. 14. Si abiero & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Per hoc enim, quòd Christus humanam naturam assumptam, in cælo collocauit, dedit nobis spem illuc perueniendi: quia vbi fuerit corpus, illuc congregabũtur & aquilæ: vt dicitur Matt. 24. Vnde & Mich. 2. dicitur, Ascendit pandens iter ante eos. Tertiò, ad erigendum charitatis affectum in cælestia. Vnde dicit Apost. Coloss. 3. Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: vt enim dicitur Matt. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et quia Spiritus sanctus est amor, nos in cælestia rapiens, ideo Dominus dicit discipulis Ioan. 16. Expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Quod exponens Augustꝰ. super Ioan. dicit, Non potestis capere spiritum, quamdiu secundum carnem persistitis nosse Christum. Christo autem discedente corporaliter, non solùm Spiritus sanctus, sed & Pater, & Filius illis affuit spiritaliter. ¶ Ad quartum dicendum, quòd licet Christo resurgenti in vitam immortalem, cõgrueret locus cælestis: tamen ascensionem distulit, vt veritas resurrectionis comprobaretur. Vnde dicitur Act. 1. quòd post passionem suam præbuit seipsum viuum discipulis, in multis argumentis per dies quadraginta. Vbi dicit quædã gloss.* quòd quia per quadraginta horas mortuus fuerat, quadraginta diebus se viuere cõfirmat. Vel per quadraginta dies tempus præsentis seculi, quo Christus in Ecclesia cõuersatur, potest intelligi: quia homo cõstat ex quatuor elementis, & eruditur cõtra transgressionem decalogi.

Trac. 94. in Ioann. post medium. to. 9.

Glos. ordinaria ibid.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Ioan. 20. Conclusio est affirmatiua. Et probatur ex illo Ioan. 20. Ascendo ad patrē meū & patrem vestrum. Et certè conueniens non erat Christum post resurrectionem in terris remanere, quia locus debet esse proportionatus locato, ipse autem post resurrectionē, immortalem & incorruptibilem vitā inchoauit, locus vero in quo nos habitamus est locus generationis & corruptionis vnde secundum decentiam locus cœlestis ei cōpetebat.

EXPOSITIO ARTICVLI.

INdubitata fide credendum est, quod Christus post resurrectionem suam à mortuis non manserit in hoc mundo aut paradiso aliquo terrestri, sed ascenderit corpore in cœlos ad thronum vsque gloriæ Dei siquidem consummato redemptionis nostræ mysterio & animabus sanctis de limbi captiuitate liberatis ascēdit Christus cum triumpho in cœlos. Quæ quidē veritas in scripturis habetur expresse; dicit enim apud Ioannem, Ascendo ad patrem meū. Marcus dicit, Eleuatus est in cœlum. Lucas, Ferebatur in cœlum. Paulus, Penetrauit cœlos, quibus addit Marcus, Et sedet à dextris Dei. Et quidem ex verbis Euangelistarum ad coronidem suorum Euangeliorum
Acto. 1. & ex Actorum ca. 1. licet clare deducere quæcunque spectant ad hanc materiam, quando ascenderit, quo ascenderit, & quomodo ascenderit, quid ante, quid post, quid in ipsa factū sit ascensione, ex his enim facilè intelligitur,
Quando ascenderit Christus. Actor. 1. quando Christus ascenderit. Ascendit certè quadragesimo post resurrectionem suam die vt habetur Actor. 1. Non vtique statim à resurrectione, sed debuit mora temporis intercedere, quo præberet seipsum viuū post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, loquens ad consolationem eorum de regno Dei, scilicet, quale esset, in quibus consisteret, & quibus medijs primò ius in illud, deinde possessionem eius obtinemus. Disposuit quoque in hoc temporis interstitio quæ pertinent ad hierarchiam Ecclesiæ. Constituit nanque Petrum pastorem
Ioan. 21. vniuersalem totius gregis sui Ioan. 21. Quod est munus & officium summi sacerdotis & Pontificis vsque nunc perseuerans in Ecclesia catholica. Omnes autem Apostolos misit cum potestate, qua ipse venerat docendi, regendi, plantandi, euellendi, ligandi atque soluendi, remittendi denique & retinendi
Ioan. 20. peccata hominum, Ioan. 20. Quod similiter est munus Episcopale & sacerdotale perseuerans in Ecclesia vsque in hodiernum diē. Ad quæ munera rite peragenda aperuit eis tunc sensum, vt intelligerent scripturas, ne, scilicet, indocti ad gubernandā Ecclesiā deuenirent. Inter alia etiam hoc præcepit Apostolis suis iam ascensurus, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarēt promissum patris, & hęc omnia cum dixisset videntibus illis eleuatus est. ¶ Sed interrogabit discipulus, ex quo loco ascenderit Dominus. Nam D. Matthæus videtur dicere, quod ex Galilæa ex monte Thabor. Marcus vero, quod ex Hierusalem. Dicit enim, quod recumbentibus illis vndecim, videlicet, in ciuitate Hierusalem apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderant, & Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis assumptus est in cœlum. Sed Lucas apertè dicit, Eduxit autē eos foras in Bethaniam in montem qui est Olueti sabbathi iter habens à ciuitate, & eleuatis manibus benedixit eis, & factum est dum benediceret illis recessit ab eis & ferebatur in cœlum. Itaque certissimè asserendum est, quod Christus ascensurus ad Patrem eduxit discipulos foras in Bethaniam vt vnde perrexit ad passionem, inde & pergeret ad patrem, locumque sibi ob Magdalenam, Martham, & Lazarum charissimum sua honoraret ascensione, ac designaret ad quem locum descensurus sit, cum venturus est ad iudicandum viuos & mortuos. Is enim locus videtur ex Ioelis. 3. futurus vallis Iosaphat, qui est in pede montis Olueti, cui & adiacet atque coniuncta est Bethania, vnde è monte Olueti in Actis Lucas Dominum indicat ascendisse, cum Apostolos post ascensionem narrat à monte Olueti reuersos Hierosolymam. ¶ Sed & illud solet quæri, vtrum ascenderit in multorum præsentia. Et quidem certum est ibidem fuisse præsentes numero plures. Quia dicitur Actorum. 1. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum dicentes; Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Præterea est certum ibi fuisse vndecim Apostolos præsentes. Nam Lucas dicit; Eduxit autem eos, scilicet, vndecim Apostolos in Bethaniam, &c. Insuper vix dubium esse potest, quin fuerint ibi præsentes, plusquam quingenti fratres, hoc est Christi fideles. Nam illos, de quibus Paulus dicit 1. ad Corinthios. 15. Deinde, visus est plusquam quingentis fratribus, verisimile est in ascensione Domini fuisse, eo quod eisdem se tam amicè tamque familiariter spectandum præbuerat. Imo quidam sancti Doctores intelligunt præfata verba Pauli, de ea apparitione qua apparuit Christus suis in die ascensionis, eo quod particula, Deinde, tertio repetita, nō

Ex quo loco ascendit Christus.

Ioel. 3.

Ascendit Christus in præsentia multorū. Actor. 1.

1. Cor. 15.

indicet

indicet eo loco ordinem rei gestæ, sed magis seriem narrationis, qua articulatim narrantur quæ antea gesta fuerant. Omnibus itaque cõgregatis circa montem Oliueti, venit eò Iesus cum vndecim Apostolis velut ducibus ac capitibus Ecclesiæ & religionis. Quod autem venerit cum illis in montem Oliueti ambulans cum eis, certum est quia Lucas ait: & eduxit illos foras in Bethaniã. ¶ Sed quomodo ipsa ascensio facta sit in sequentibus articulis eleganter in primis explicat Diuus Thomas. Nunc tantum commemorandum est, quod ascensurus ad Patrem benedixit suis, id est, bene precatus est & pacem & salutem illis precatus est. Dicere autem Dei semper efficax est. Quare & benedicere eius non potuit non esse efficax, vt eo signo benedictionis verba penitiùs discipulorum cordibus insiderent, ac benedictionis gratia ipsis veluti imparti retur & infunderetur. Qui ritus & in veteri Ecclesia vsitatus fuit, siquidem de Aaron dicitur Leuitici. 9. quod expleto sacrificio extendens manum ad populum benedixit ei: vnde & Christiana respublica hunc morem suscepit, vt in benedictionibus sacerdos manum eleuet signum crucis formans, vnde omnis pendet benedictionis efficacia. An vero Christus benedicendo, hoc est, bona illis imprecando vsus fuerit signo crucis tacet Euangelium. Sed verosimile est Christum hoc signo vsum fuisse, maximè tũc post triumphum victoriæ per agonem crucis, ad declarandum Deum Patrem nos benedicere omni benedictione in cœlestibus per triumphum crucis. ¶ De illo etiam verbo, quod commemoratur in Actis Apostolicis & conuescens præcepit eis, solet moueri quæstio, an rectè hoc dictũ & interpretatum sit. Valla, Erasmus, Caietanus & multi alij græcizantes dicunt, quod in Græco non habetur conuescens, sed conuersans siue congregans illos. Sed Hieronymus Chrysostomus, & ferè omnes Patres sequuntur nostram lectionem, quæ certè nullum incommodum habet, quin potius significat quod in discessu comedit cum illis ad ostendendam suæ resurrectionis & ascensionis veritatem. ¶ Sed vtrum solus ascenderit Christus interrogant nonnulli Theologi. Certè non solus ascendit sed simul alij cum ipso. Nam Matth. 27. post narrationem passionis legitur sic; Et multa corpora Sanctorum surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem & apparuerunt multis. Et hæc sanè corpora Sanctorum verosimile est ascendisse simul cum Christo, & præterea infinitus numerus animarum sanctarum, quas de limbo eduxerat afferens secum primitias ex omni genere nationis humanæ ex Patriarchis, Prophetis, ex Regibus, ex sacerdotibus, ex plebæis, ex martyribus, ex eis etiam qui mundo quidem incogniti tamen eximiè fuerunt sancti. Quod ita factum esse testatur scriptura ad Ephesios. 4. cum inquit, Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem. In cruce quidem Christus omnes cepit captiuos, quos redemit, ascendens vero è terris ad Patrem spolia cepit inferni, hoc est Sanctorum animas quæ ibi tenebantur inclusæ quas secum in cœlum victor adduxit. ¶ Postremo dubitatur, vtrùm postquam ascendit in cœlum descenderit ad terram, vt cum apparuit Paulo, vel Petro Romæ. Actorum enim. 9. sic habetur, Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Et infra Dominus Iesus misit me, qui apparuit tibi in via. Et Actorum. 26. ad hoc enim apparui tibi. Ad hoc dicẽdum est, quod Christus semel ascendens in cœlum, adeptus est sibi & nobis in perpetuum ius & dignitatem mansionis cœlestis: cui tamen dignitati non derogat, si ex aliqua dispensatione Christus quandoque corporaliter ad terram descendat, vel vt ostendat se omnibus, sicut in iudicio, velut ostendat se alicui specialiter sicut Paulo vt habetur Actorum. 9. Et ne quis credat hoc factum fuisse non Christo ibi corporaliter præsente, sed aliqualiter apparente, contrarium apparet per hoc, quod ipse Apostolus dicit 1. ad Corinthios. 15. ad confirmandam resurrectionis fidem, nouissimè omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. Quæ quidem visio veritatem resurrectionis non probaret, nisi verum Christi corpus visum fuisset ab eo.

Ascendens Christus in cœlũ benedixit suis.

Leui. 19.

Explicatur illud Euangelij & cõuelcẽs præcepit eis.

Probatur quod Christus non ascenderit solus.

Ephe. 4.

Christus post ascensionem ali quãdo descendit ad terram. Acto. 9. Actor. 26.

1. Cor. 15.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm cõueniat Christo ascendere in cœlum secundum diuinam naturam.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd ascendere in cælum conueniat Christo secundum diuinam naturam. Dicitur enim in Psalmo. 46. Ascendit Deus in iubilatione. & Deuteronomio. 33. Ascensor cæli, auxiliator tuus. Sed ista dicũtur de Deo etiam ante Christi incarnationem. Ergo Christo conuenit ascendere in cælum, secundum quod Deus. ¶ 2. Præterea, Eiusdem est ascendere in cælum, cuius est descendere de cælo: secundum illud

311 3. dist. 22. q. 3. ar. 1. ad 2. Et opus. 3. c. 247.

Ioan.3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit. & Ephes.4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit. Sed Christus descendit de cælo, non secundum quod homo, sed secundũ quod Deus: non enim humana eius natura antè in cælo fuerat, sed diuina. ergo videtur, quòd Christus ascenderit in cælum, secundũ quod Deus. ¶ 3. Præterea, Christus sua ascensione ascendit ad Patrem: Sed ad Patris æqualitatem non peruenit, secundum quod homo, sic enim dicit, Pater maior me est, vt habetur Ioan.14. ergo videtur, quòd Christus ascendit secundũ quod Deus. ¶ Sed contra est, quod Ephes. 4. super illud, Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit? dicit glos.* Constat quòd secundum humanitatẽ Christus descendit & ascendit.

Ex glo. interlinear.

Respondeo dicendum, quòd ly secundum, duo potest notare, scilicet conditionem ascendentis, & causam ascensionis. Et si quidem designet conditionem ascendentis, tunc ascendere non potest conuenire Christo secundum conditionem diuinæ naturæ, tum quia nihil est diuinitate altius, quo possit ascendere: tum etiam quia ascensio est motus localis, qui diuinæ naturæ non competit, quæ est immobilis & inlocalis. Sed per hunc modum, ascensio competit Christo secundum humanam naturam, quæ continetur loco, & motui subijci potest. Vnde sub hoc sensu poterimus dicere, quòd Christus ascendit in cælum secundũ quod homo, non secundum quod Deus. Si verò ly secundum, designet causam ascensionis, cùm Christus ex virtute diuinitatis in cælum ascenderit, non autem ex virtute humanæ naturæ, dicendum est quòd Christus ascendit in cælum, non secundum quod homo, sed secũdum quod Deus. Vnde Aug†. dicit in serm. de Ascensione, De nostro fuit, quòd filius Dei pependit in cruce, sed de suo, quòd ascendit.

In ser. 3. & est 176. in ordine 2 med. to. 10.

Ad primum ergo dicendum, quòd auctoritates illæ propheticè dicuntur de Deo, secundum quod erat incarnandus. Potest tamen dici, quòd ascendere, etsi non propriè conueniat diuinæ naturæ, potest tamen ei metaphoricè conuenire, prout scilicet dicitur in cor hominis ascendere, quando cor hominis se subijcit, & humiliat Deo. Et eodem modo metaphoricè dicitur ascendere, respectu cuiuslibet creaturæ, ex eo quòd eam subijcit sibi. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ipse idem est qui ascendit & qui descendit (dicit enim August.† in libro de Symbolo, Quis est qui descendit? Deus homo. quis est qui ascendit? idem ipse Deus homo.) Descensus tamen duplex attribuitur Christo: vnus quidem, quo dicitur descendisse de cælo, qui quidem attribuitur Deo homini, secundum quod Deus. Non enim est iste descensus intelligendus secundum motum localem, sed secundum exinanitionem, qua cùm in forma Dei esset, serui formam suscepit. Sicut enim dicitur exinanitus non ex eo, quòd suam plenitudinem amiserit, sed ex eo, quòd nostram paruitatem suscepit: ita dicitur descendisse de cælo, non quòd cælum deseruerit, sed quia naturam terrenam assumpsit in vnitatem personæ. Alius autem est descensus, quo descendit in inferiores partes terræ: vt dicitur Ephes. 4. Qui quidem est descensus localis. vnde competit Christo secũdum conditionem humanæ naturæ. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus dicitur ad Patrem ascendere, in quantum ascendit ad consessum paternæ dexteræ: quod quidem conuenit Christo aliqualiter secundum diuinam naturam, aliqualiter autem secũdum humanam, secundum quod infrà dicetur*.

lib. 4. c. 7. circa principiũ, to. 9.

q. 58. art. 2. & 3.

SVMMA TEXTVS.

PRima conclusio. Ascendere, si dictio, secũdum, designat conditionem ascendentis non conuenit Christo secundum diuinam naturam,

Prima conclusio.

naturam, quia nihil est diuinitate altius, quo posſit ascendere, nec diuinitati motus loca-
1. Conclus. lis competit. ¶Secunda conclusio. Secũdum istum modum conuenit Christo ascensio secundum humanam naturam, quæ loco continetur & moueri potest. Vnde in hoc sensu Christus dicitur ascendisse in cœlum secundum quod homo, & hoc est quod dicit glos-
Ephe. 4. sa super illud ad Ephesios. 4. quod autẽ ascendit, quid est nisi quia & descendit; glossa inquit. Constat, quod secundum humanitatem
3. Conclus. Christus descendit & ascendit. ¶Tertia conclusio. Si agitur de causa ascensionis, dicendum est, Christum in cœlum ascendisse non vt homo, quia ex virtute diuinitatis ascendit
August. & non ex virtute humanæ naturæ. Quare Augustinus dicit in sermone de ascensione, de nostro fuit, quod filius Dei pepẽdit in cruce, sed de suo quod ascendit.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo Diuus Thomas explicat dubium, quod hominibus occurrit de ascẽsione Domini, nam Christus erat Deus, Deus autem vbique est, neque vsquam absens esse potest, quomodo igitur credi poterit ipsum ascendisse de loco inferiori ad locum superiorem? Huic percontationi respondet Diuus Thomas, quod Christus etiam verus homo erat, cuius natura humana non vbique est, sed certo loco præsens existit. Vt Deus igitur & secundum diuinam naturam non ascendit, sic enim implet cœlum & terram & nusquam absens est, verum vt homo & secundum humanam naturam ascendit, quia in illa natus hic de virgine Maria nondum fuerat in cœlo. Hinc dicit ad Magdalenam, noli me tangere sed vade ad fratres meos & dic illis, Ascẽdo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deũ meum & Deum vestrum, quasi diceret. Ego qui loquor tecum, & secundum naturam qua loquor tecum, qua mortuus sum, & resurrexi qua & illis frater sum ego homo, & in hac natura ascendo nõ in natura qua Deus sum, quia in diuinitate vniuersum mundum impleo cum Deo Patre, sumque Alpha, & O, principiũ & finis. ¶Sed dices valde mirabile est personam vnam eandemque secundum vnam naturam ascendere, & secundum aliam non ascendere imo manere immotam. Respondetur id neque esse impossibile nec mirabile omnino. Simile nanque exemplum in omnibus hominibus reperitur. Siquidẽ constamus ex duabus naturis anima & corpore, anima intelligimus, ratiocinamur, nihil horum facientes corpore, rursum corpore nutrimur, crescimus, & decrescimus, cum nihil horum fiat in anima, & sæpè mouemur vna parte corporis manentes immoti in reliqua parte totius vt puta dum sedentes aut lingua loquimur aut manibus operamur. Et certè album & nigrum possunt esse simul in eodem homine in diuersis corporis partibus. Album enim & nigrum, & ascendere & non ascendere respectu diuersarum naturarum nullam habent oppositionem. Etenim oppositio est affirmatio & negatio eiusdem de eodem respectu eiusdem & pro eodem tempore, &c. Sed hic obseruandum est, quod aliter Christus dicitur ascendisse in cœlum, quam de cœlo descendisse, quanuis qui descendit ipse est & qui ascendit, vt dicit Paulus ad Ephesios. 4. descensus siquidem du- Ephe. 4.
plex attribuitur Christo: vnus quidem quo dicitur descendisse de cœlo, qui quidem attribuitur Deo homini, secundum quod Deus, non enim est iste descensus intelligendus secundum motum localem, sed secundum exinanitionem, qua cum in forma Dei esset serui formam susscepit: sicut enim dicitur exinanitus non ex eo, quod suam plenitudinem amiserit, sed ex eo quod nostram paruitatem susscepit. Ita dicitur, descendisse de cœlo, non quod cœlum deseruerit, sed quia naturam terrenam assumpsit in vnitatẽ personæ. Alius autem est descensus, quo descendit in inferiores partes terræ, vt dicitur Ephesiorum. 4. qui quidem est descensus localis, vnde competit Christo secundum conditionem humanæ naturæ. ¶Aliud dubium solet moueri in præsentia, vtrum Deus possit moueri? Et certè si Deus non esset extra cœlum difficilè explicaretur, quomodo Deus non posset moueri, nam si creet aliud cœlum antea non erat in illo loco & modo est, ergo acquisiuit locum de nouo. Sed quia nos incunctanter asserimus, quod Deus existit extra cœlum in infinitis spatijs imaginarijs facilè confutamus propositam argumentationem dicẽtes, quod Deus antea erat in illo loco. Quod si quis sentiat oppositum esse verum ipse confutabit argumentum, & vt existimo haud facilè.

Vna & eadem persona secundũ vnam naturam ascendit, & secũdum aliam immota perstitit.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christus ascenderit propria virtute.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Christus non ascenderit propria virtute. Dicitur enim Marc. vlti. quòd Dominus Iesus postquam locutus est discipulis, assumptus est in cælum. Et Actor. 1. dicitur, Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum 312 Opusc. 3. c. 247. Et opus. 60. c. 23. co. 2.

ab oculis eorum. Sed illud quod assumitur & eleuatur, ab alio videtur moueri. Ergo Christus nō propria virtute, sed aliena ferebatur in cælū. ¶ 2. Præterea, Corpus Christi fuit terrenum, sicut & corpora nostra. Corpori autem terreno, contra naturam est ferri sursum. Nullus autem motus est ex propria virtute eius, quod contra naturam mouetur. Ergo Christus non ascendit propria virtute in cælum. ¶ 3. Præterea, Propria virtus Christi est virtus diuina. Sed motus ille non videtur fuisse ex virtute diuina: quia cùm virtus diuina sit infinita, motus ille fuisset in instanti, & sic non potuisset videntibus discipulis eleuari in cælum: vt dicitur Actorum. 1. Ergo videtur, quòd Christus non ascenderit propria virtute.

¶ Sed contra est, quod dicitur Isa. 63. Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Et Gregorius* dicit in Homil. Ascēsionis, Notandum est, quòd Helias in curru legitur ascendisse: vt videlicet apertè demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Redemptor autem noster non curru, non angelis subleuatus legitur: quia qui fecerat omnia, super omnia, sua virtute ferebatur.

Homil. 29. in Euang. circa med.

Respondeo dicēdum, quòd in Christo est duplex natura, diuina scilicet & humana, vnde secundum vtranque naturā potest accipi propria virtus eius. Sed secundum humanam naturam potest accipi duplex virtus Christi. Vna quidem naturalis, quæ procedit ex principijs naturæ, & tali virtute manifestum est, quòd Christus in cælum non ascendit. Alia autem virtus in humana natura Christi, est virtus gloriæ, secundum quam Christus in cælum ascendit. Cuius quidem virtutis rationem quidam accipiunt ex natura quintæ essentiæ, quæ est lux, vt dicūt, quam ponunt esse de compositione humani corporis, & per eam elementa contraria conciliari in vnum: Ita quòd in statu huius mortalitatis natura elementaris in corporibus humanis dominatur: & ideo secundum naturam elementi prædominantis, corpus humanum naturali virtute deorsum fertur. In statu autem gloriæ prædominabitur natura cælestis: per cuius inclinationem & virtutem corpus Christi & alia Sanctorum corpora feruntur in cælum. Sed de hac opinione & in Prima parte* habitum est, & infrà magis agetur in tractatu de Resurrectione cōmuni. ¶ Hac autem opinione prætermissa, alij assignant rationem prædictæ virtutis ex parte animæ glorificatæ, ex cuius redundantia glorificabitur corpus, vt Augustinus* dicit ad Diosc. Erit enim tanta obedientia corporis glorioſi ad animam beatam (vt sicut Augustinus† dicit 22. de Ciuitate Dei.) Vbi volet spiritus, ibi protinus erit corpus, nec volet aliquid spiritus. quod nec spiritum possit decere, nec corpus. Decet autem corpus glorioſum & immortale esse in loco cælesti, sicut dictum est*. Et ideo ex virtute animæ volentis, corpus Christi ascendit in cælum. Sicut autem corpus efficitur glorioſum participatione animæ, ita vt Augustinus† dicit super Ioan. participatione Dei fit anima beata. Vnde prima origo ascensionis in cælum est virtus diuina. Sic igitur Christus ascendit in cælum propria virtute, primo quidem virtute diuina, secundò virtute animæ glorificatæ mouētis corpus, prout vult.

P. p. quæst. 76. art. 7.

Non compleuit.

Epist. 56. ante med. tomo. 2.

† lib. 22. ca. vlt. non remotè à princ. to. 5.

Arti. 1.

Tract. 23. in Ioan. inter prin. & med. to. 9.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Christus dicitur propria virtute surrexisse, & tamen est suscitatus à Patre, eò quòd eadem est virtus Patris & Filij: ita etiam Christus ex propria virtute ascendit in cælum, & tamen à Patre est eleuatus & assumptus. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa probat quòd Christus non ascendit in cælum propria virtute, quæ est naturæ humanæ naturalis: ascendit tamen in cælum propria virtute, quæ est virtus diuina;

diuina; & propria virtute, quæ est animæ beatæ. Et licet ascẽdere sursum, sit contra naturam humani corporis secundum statum præsentem, in quo corpus non est omnino subiectum spiritui: tamen non erit contra naturam neque violentum corpori glorioso, cuius tota natura est omnino subiecta spiritui. ¶ Ad tertium dicendum, quòd etsi virtus diuina sit infinita, & infinitè operetur quantum est ex parte operantis, tamen effectus virtutis eius recipitur in rebus secundum earum capacitatem, & secundum Dei dispositionẽ. Corpus autem non est capax, vt in instanti localiter moueatur: quia oportet, quòd commetiatur se spatio, secundum cuius diuisionem diuiditur tempus: vt dicitur 6.* Physicorum. Et ideo non oportet, quòd corpus motũ à Deo, moueatur in instanti: sed moueatur ea velocitate, qua Deus disponit.

li.6.tex.37 38. & 39. tom.2.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Esai. 63. Gregorius

COnclusio est affirmatiua. Probaturque ex eo, quod dicitur Isaiæ.63. Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Et ex Gregorio homilia. 29. in Euangelia. Et quidem propria virtute ascendit. Primò vt Deus erat, secundo ex parte animæ glorificatæ ex cuius redundantia corpus redditur glorioſum, tanta est enim obedientia corporis glorioſi ad animam beatam, sicut dicit Augustinus. 22. de Ciuit. capit. vltimo, quod protinus ibi est corpus vbi vult spiritus, neque aliquid vult spiritus quod no possit decere spiritum & corpus.

Augusti.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumẽta contra conclusionẽ. Primũ arg. Marci vlti. Actor. 1. Luc. 24. Secundum.

VIdetur certè, quod Christus Dominus non ascenderit in cœlum propria virtute. Nam Marci vltimo habetur, quod Dominus Iesus postquam locutus est discipulis suis assumptus est in cœlum. Et Actuum. 1. dicitur, Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Et Lucas ca. 24. quod ferebatur in cœlum; id autẽ quod assumitur, eleuatur, fertur, ab alio videtur moueri & portari, ergo Christus non ascendit propria virtute. ¶ Secundò precipuè sic arguitur. Anima non potest ascendere, ergo corpus Christi non habuit à virtute animæ vt ascenderet. Antecedens probatur. Tum, quoniam actiones vnicuique rei competunt iuxta naturam propriam, cum igitur anima non sit suppositum, sed forma suppositi, videtur esse consequens, quod quanuis anima separata possit per se intelligere, & velle, quia illæ sunt actiones à corpore non dependentes, non tamen posset secundum locũ moueri, eo quod motus localis corporalis sit. Tum deinde, nã si anima separata posset localiter se ipsam mouere, consequens fieret vt posset mouere corpus aliquod, quemadmodum angelus postquam spiritus est, cui corpora subsunt, hoc autem esse falsum ostendit D. Thomas 1. p. q.117.art.4. ob id nanque, quia suapte natura est actus corporis, non habet nisi vnicum modum ipsum mouendi, scilicet animando, viuificando, quare nec membrum emortuum dum est in corpore mouere potest, nec dum è corpore emigrauit, potest suum mouere cadauer. Tum tertio, nã si posset mouere ipsum consequeretur, quod posset dum vellet corpus relinquere & abire nuda. Tum quarto, quia animæ beatorum deferuntur in cœlum ab angelis, & quę descendunt ad inferos à dæmonibus, ergo animæ separatæ non possunt se mouere localiter. ¶ Tertio arguitur principaliter. Nam propria virtus Christi est virtus diuina, sed ascensus ille non videtur fuisse ex virtute diuina, quia cum virtus diuina sit infinita, motus ille fuisset in instanti, & sic non potuisset videntibus discipulis eleuari, cuius contrarium dicitur Actorũ. 1. ¶ Quartò, vt Christus dicatur verè conscendisse in cœlum propria virtute, oportet omnino vt propria virtute penetrauerit cœlos, sed hoc non potuit facere propria virtute, ergo non ascendit in cœlum propria virtute. ¶ Quintò, tametsi Christus suis suffultus viribus ascendere potuisset, rationabile tamen valde erat, quod à creaturis subseruientibus in tanto triumpho adiuuaretur. Etenim magnatum & nobilium hominum habet consuetudo, vt quanquam plurima possent per se ipsos facere, nihilominus tamen à suis seruis ea effici demandant. Deus quoq; ipse quanquam omnia opera ipse solus valeat perficere, suis tamen creaturis mediãtibus mundum gubernat: non ergo alienũ à ratione videtur dicere, quod quanquã Christus propria virtute in cœlũ potuerit ascẽdere, tamen ab aliquo angelo vel nube, honoris ergo sit portatus, debitũ obsequiũ à creatura suscipiẽs nõ quasi alieno præsidio egens. ¶ Sexto arguitur, nam motus corporis terreni sursum violẽtus est, nõ naturalis, ergo nõ propria virtute Christus ascẽdit, sed ab alio eleuatus siue portatus. ¶ Ad explicandũ hoc dubium, & ad hæc argumenta cõfutanda sciendum est breuiter, quod lapis fertur sursum ab extrinseco

Tertium. Actor.1. Quartum. Quintum. Sextum. Demonstratur, quod Christus propria virtute ascenderit.

natura lapidis non conferente vim, sic ferebatur Abacuc in Babylonem manibus angeli, & Elias in aera curru igneo, feruntur & aues sursum non quidem ab extrinseco, sed virtute propria per alas & plumas: nubes item tẽdunt versus cœlum propria leuitate sibi inhærente, & oleum positum sub aquis fertur statim supra aquas, eo quod plus habent de natura aëris & ignis quam de natura aquæ vel terræ. Hoc modo Christus Dominus ferebatur in cœlum suauissimè à propria virtute inhærente, cuius rei quatuor demonstrationes afferũt Theologi. Quarum prima est, quoniã Deus verus erat & ideo quodcunque facere voluisset facillimũ erat executioni dare nullo egens alieno subsidio. Secunda demonstratio id ipsum ostendit de Christo quatenus homo est. Quanuis enim naturali vi non potuerit in cœlum ascendere, tamen virtus illa, qua beata Christi anima prædita erat, corpus vt libuit mouere potuit, corpus vero quod iam gloriam adeptum erat mouentis animæ imperio facilè parebat. Hanc demonstrationem elucidat amplius D. Tho. in articulo ex autoritate D. Augustini. Tertiam demonstrationem adducunt quidam ex conditione corporis glorificati. Est enim conditio corporis beati & glorificati vt in momẽto vbicũque voluerit, esse possit, hac ergo agilitate Christi corpus donatum potuit in cœlum propria virtute conscẽdere. Aliam rationem meditãtur quidã Theologi non omnino malam ex parte termini ad quem. Sicut enim lapis dum fertur deorsum naturaliter illuc fertur nulla parte lapidis renitente, quin potius viribus omnibus vim conferentibus, quoniã in terra est proprius locus eius, indeque sumpsit præcipuam qualitatem naturæ suæ, sic Christus dum ferebatur in cœlum ferebatur facillimè & naturalissimè secũdum naturam corporis glorificati, quoniam in cœlo est proprius locus hominis glorificati, inde dotes, inde habet proprietates gloriæ ac spirituum, quæ longè ac latè dominantur super vniuersas qualitates acceptas à parentibus carnis nostræ. Ferebatur autem Christus in cœlum non raptim aut imperceptibiliter, sed sensim vt intuerentur euntem eum in cœlum donec nubes lucida susciperet eum ab oculis eorum Actor. 1. non dicit & nubes suscepit eum, quoniam nullum fuit ibi nubis adminiculum, sed nubes susceptit eum ab oculis eorum, quia subduxit eum ab oculis eorũ. Neque aliam intellige nubem, quam nubem splendoris, quam proprium corpus Iesu cum longius versus cœlum ijsset, genuit. Cuius similitudinem videmus in cœlo in ea, quæ vocatur via lactea. Quem sensum si intellexisset Abulensis liberatus fuisset à labore magno, quo premitur in paradoxa. 5. cap. 8. 9. & 10. ad explicandum, quæ fuerit ista nubes, quæve officia habuerit in Domini ascensione. In primis dicit Christum voluisse, vt ei tanquã creatura suo creatori aliquem famulatum exhiberet circũdando corpus eius dum ascendebat. Deinde dicit, quod cum nubes per se solam hoc efficere nequiret, iussit Christus angelis suis vt eam de loco aliarum nubium deducerent. Præterea dicit, quod angeli eam vsque ad Christi pedes humiliauerunt, cum autem Christus ascendere cœpit angeli quoque illã nubem mouerũt vt ei coniuncta foret sub eo posita quasi sedes & circunstans corpus eius, alioqui enim nubes ista directè ascendere ne quiuisset in cœlum vt ascendit. Insuper addit hanc nubem non portasse Christũ in cœlum neque ideo ad pedes Christi stantis in montem Oliuarum descendisse, vt inde Christum ad cœlos deferret, tum quoniam cum ad regionem ignis perueniisset, eam cõburi necesse erat nisi Deus eam miraculosè cõseruaret, miraculum autem sine necessitate non est ponẽdum: tum deinde, quoniam & si Deus custodisset nubem illam per aeream regionem ne flammis cederet, corpora tamen cœlestia penetrare non poterat, si quidem corpora cœlestia duntaxat à corporibus cœlestibus penetrantur. Ex prędictis infert iste autor hanc nubem à Christo non ob hoc assumptam fuisse vt in ea tãquam in sede gestatoria portaretur, sed vt ea ascendens circundatus foret. Christus nanque in cœlum ascendens vt amplius teneriusque ad dulcedinem quandam & ad amorem sui promoueret, non instantanea eleuatione penetrauit cœlos, sed successiuis progressibus ferebatur, vt discipuli qui eum ascẽdentem in cœlum intuebãtur, paulisper eum cernerent eleuari. Hoc autem tandiu factum est, quousq; discipulorũ oculi cõspicere ascẽdentem suffecerũt. Et quoniã honestius Christus ascendens in hac nube videretur, quasi in gestatoria sede portaretur, quã si cunctæ eius superficiales corporis partes viderẽtur, conueniẽs valde fuit vt hac nube circumamictus foret. Cum vero aereæ regionis magna parte trãsmissa, Christus Apostolorũ oculis subductus esset, nubẽ quam assumpserat in proprio aeris elemẽto reliquit, cœlosq; ascẽdit, nubes autẽ nullũ cœlestiũ attigit orbẽ neq; ad igneã sphęrã peruenit neq; cæterarũ nubiũ regionẽ excesit. Hęc Abulẽsis alioqui vir doctus, sed nugæ sunt & fabulæ. Veritas est, quam supra elucidauimus ex Domino Caietano. Certè nubes susceptit eum ab oculis discipulorũ vt par in honore patri videatur. De quo scriptũ est

Abulensis.

Caietanus.

Act. 1. Quę fuerit nubes, quæ ascendentẽ Christũ susceptit ab oculis discipulorũ.

Ad argumenta. Ad primū. est nubes & caligo in circuitu eius. ¶ Sed iam tempus est vt argumentis initio positis satisfaciamus. Ad primum, quod sicut Christus dicitur propria virtute surrexisse, & tamen est suscitatus à patre, eo quod eadem est virtus patris & filij, ita etiā Christus ex propria virtute ascēdit in cœlum & tamen à patre est Ad secūdū. eleuatus & assumptus. ¶ Ad secundum argumentum dicēdum est in primis, quod anima separata potest se mouere secundum locum, id quod persuadeo hisce argumentis, tū quoniam anima separata est per se subsistens, ergo si secluso auxilio gratiæ & gloriæ consideretur, & non posset se mouere localiter, cōsequens esset, quod eodem loco quo è corpore egreditur deberet perpetuo manere, quod asAristot. serere absurdissimum apparet. Arist. nanque summus Philosophus animalia, quæ de loco ad locum deferri nequeunt, imperfectissima iudicauit. Tum deinde, quoniam animæ separatæ possunt gregatim vitam ducere, & rempublicā suo ordine constituere ac gubernare, possunt ergo mouere se secundū quod earū prudentia ordinauerit, possetque vnaquæq; incommodum fugere ab eo loco in quo sibi immineret & inde discedere. Tum tertio, nā anima ipsa corpori proprio virtutem motricē impartitur, ergo postquam motus localis non repugnat spiritui separato, non est cur hanc vim mouendi separata à corpore nō retineat. Ad hęc, diuini Theologi cōcedunt, quod animæ separatæ possunt de suis receptaculis exiAugust. re, & viuis apparere, ita asserit D. August. lib. de cura pro mortuis habenda, & D. Tho. 1. p. q. 89. arti. 8. Et ad probationes in contrarium breuiter dicendum est. Ad primam dicendū, quod licet anima non sit suppositum, est tamen per se subsistens, & ideo potest se ipsam mouere localiter, quemadmodum cæteri spiritus solent. Ad secundam respondetur, non esse cōsequens, quod si anima separata potest seipsam mouere, posset quoque alia corpora mouere. Etenim angeli qui sunt substātiæ spirituales, quorum virtutes non determinantur per ordinē ad corpus, habent vt corpora quęcunque obediant eis ad motum localem, animæ vero non habent virtutem motricem corporum nisi determinatam ad certum corpus, & ad certum modum, & ideo nō possunt mouere corpora nisi viuificando, animandoque. Ad tertiam dicēdū, multo minus posse deserere propriū corpus, & ex illo emigrare quoties sibi collibitum fuerit: quia cum suapte natura sit actus corporis, sicut non potest illud ingredi nisi per generationē hominis: ita non potest abire nisi per hominis corruptionem. Ad quartam dicendum, quod animæ defunctorum ab angelis in sua receptacula deferuntur, non quidem necessitate, quasi nō valeant propria virtute illuc deferri, sed alijs de causis. Animæ nanque beatæ, quæ nihil purgandum iam habent, per se ipsas possunt in cœlum euolare, nihilominus angelico ministerio euehuntur honoris gratia, & præsertim vnaquæque anima à suo angelo custode eleuatur. Animæ vero damnatę à dæmonibus in barathrum damnatorum rapiuntur, quia nec viam sciūt & renuunt illuc ire. Animæ quoq; puerorum sine baptismo discedentium eorundem dæmonum ministerio ad limbum asportantur. Dæmones nanque sunt executores diuinæ iustitiæ, & illius sententiæ contra Adam latæ. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Cæterum animæ purgatorio destinatæ, vt ego existimo, ab angelis suis custodibus deferuntur, quanquam & ipsæ quia obedientes sunt diuinis mandatis, & scientes ad patriam cui destinatæ sunt, non nisi per purgatorium ignem posse ascendere absque alio spiritu qui eas deferret, sponte sua irent. Sed iam adhibeamus secundam solutionem argumento secundo, vt dicamus, quod licet anima separata vel coniuncta nō haberet vim ad mouendum corpus suum in locum superū, eandem tamē vim habuit anima Christi, quippè quæ erat prædita diuina virtute, & dotibus gloriæ exornata. ¶ Ad tertium dicēdū, quod Ad tertiū. licet virtus diuina sit infinita, & infinitè operetur quantum est ex parte operantis, tamen effectus virtutis eius recipitur in rebus secundum earum capacitatem, & secundum Dei dispositionem, corpus autem non est capax, vt in instanti localiter moueatur, quia oportet quod cōmensuretur spatio, & secūdū eius diuisionē diuidetur tempus, & ideo nō oportet quod corpus motū à Deo moueatur in infinitū, sed mouetur ea velocitate qua Deus disponit. Quāta vero in cœlos ascēdit in sequēti articulo cōmodius elucidabitur. ¶ Ad quar Ad quartū. tum dicendū, quod corpora glorioſa propria virtute possunt cœlos penetrare, corpus autē Christi in cœlum ascendens gloriosum erat. ¶ Ad quintum respōdet latissime vt de more Ad quintū. habet Abulēsis paradoxa. 5. c. 10. & 11. in sum- Abulensis. ma dicit, quod cum accidit, actiones aliquas illaboriosas esse, nihilq; indignitatis prę ferēntes, nequaquam oportet qui præsunt, subditis hoc iniungant, si ipsi per se ipsos satis efficere valēt, huiusmodi autē erat ascēsionis in cœlū actio. Christo nanq; plena erat in cœlū ascendendi facultas ex animæ corporisq; glorioſi virtute & ideo nō oportuit aliūde petere ascēsionis subsidium. Deinde, Christus erat verus

Deus,

Deus, & ipsius velle erat efficere, nec quidquam velle potest quod efficere presto non sit. Hæc autē ascendendi actio in cœlum nullam indignitatē, aut neglecti status abiectionem importat, quin potius magnam præpotentemque virtutem demonstrat: hanc autē excellentiam nequaquam ostenderet, si alterius præsidio eleuatus ascenderet. Ad hæc, cū Dominus Iesus ascendere in cœlum in promptu haberet, si ab alio eleuatus ascenderet, potius ex hoc suam ostenderet infirmitatē. Veluti si quispiam principum, qui progressiuam haberet virtutem per se, nec duobus quidem passibus moueri vellet, aliorū auxilium semper poscens, inde suam infirmitatem euidenter declararet. ¶ Per hæc ad vltimum argumē tum cum suis confirmationibus satis arbitror satisfactum est.

Ad vltimū.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christus ascenderit super omnes cælos.

313 3.di.11.q. 3.ar.3 q.1. & 4.contra cap. 87. Et opu. 6.c.9.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Christus non ascenderit super omnes cælos. Dicitur enim in Psalmo. 10. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius. Quod autem est in cælo, non est supra cælum, ergo Christus non ascendit super omnes cælos. ¶ 2. Præterea, Super omnes cælos non est aliquis locus, vt probatur in primo de Cælo.* Sed omne corpus oportet esse in loco. Ergo corpus Christi non ascendit super omnes cælos. ¶ 3. Præterea, Duo corpora nō possunt esse in eodem loco. Cùm igitur non sit transitus de extremo in extremum, nisi per medium, videtur, quòd Christus non potuisset ascendere super omnes cælos, nisi cælū diuideretur, quod est impossibile. ¶ 4. Præterea, Act. 1. dicitur, quòd nubes suscepit eum ab oculis eorum. Sed nubes nō possunt eleuari supra cælum, ergo Christus non ascendit super omnes cælos. ¶ 5. Præterea, Ibi credimus Christum in perpetuum permansurum, quò ascēdit. Sed quod contra naturam est, non potest esse sempiternum: quia id quod est secundum naturam, est vt in pluribus, & vt frequentius. Cùm ergo cōtra naturam sit corpori terreno, esse supra cælum, videtur, quòd corpus Christi supra cælum non ascenderit. ¶ Sed cōtra est, quod dicitur Ephe. 3. Ascēdit super omnes cælos, vt adimpleret omnia.

lib. 1. tex. 69. to. 2.

Respondeo dicendum, quòd quanto aliqua corpora perfectius participāt bonitatem diuinam, tantò sunt superiora corporali ordine, qui est ordo localis. Vnde videmus quòd corpora quæ sunt magis formalia, sunt naturaliter superiora (vt patet per Philosophū in quarto Physi. & in secūdo* de Cælo) per formam enim vnum quodque corpus participat diuinum esse, vt patet in 1. Physic†. Plus autem participat de diuina bonitate corpus per gloriā, quàm quodcunque corpus naturale per formam suæ naturæ. Et inter cætera corpora glorioſa, manifestum est, quòd corpus Christi maiori refulget gloria. vnde conuenientissimum est sibi, quòd sit supra omnia corpora cōstitutum in alto. Et ideo super illud Eph. 4. Ascēdēs in altū, dicit glos‖. Loco & dignitate.

li. 2. de cælo, text. 30.

lib. 1. tex. 81. tom. 2.

glos. interlinear. ibi.

Ad primum ergo dicendum, quòd sedes Dei dicitur esse in cælo, non sicut in continente, sed magis sicut in contento. Vnde non oportet aliquam partem cæli eo superiorem esse: sed ipsum esse super omnes cælos, sicut & in Psal. 8. dicitur, Eleuata est magnificentia tua, super cælos, Deus. ¶ Ad secundum dicendum, quòd locus habet rationē continentis. vnde primum continens habet rationem primi locantis, quod est primum cælum. Intantū igitur corpora indigent esse in loco per se, in quantum indigent contineri à corpore cælesti. Corpora autē glorioſa, & maximè corpus Christi, non indiget tali continentia: quia nihil recipit à corporibus cælestibus, sed à Deo mediante anima. Vnde nihil prohibet, corpus Christi esse extra totam continentiā cælestium corporum, & non esse in loco cōtinēte. Nec tamen oportet, quòd extra cælum sit vacuum: quia non est ibi locus. Nec

est

est ibi aliqua potentia susceptiua alicuius corporis: sed potentia illuc perueniendi, est in Christo. Quod autem Aristoteles* probat 1. de Cælo. quòd extra cælum non est corpus, intelligendum est de corporibus in solis naturalibus constitutis: vt per probationes apparet. ¶ Ad tertium dicendum, quòd quantuis de natura corporis non sit, quòd possit esse in eodem loco cum alio corpore: tamen potest hoc Deus facere per miraculum: quod in eodem loco possit esse simul cum alio corpore: sicut & fecit vt corpus Christi de clauso vtero beatæ Virginis exiret, & quòd intrauit ianuis clausis ad discipulos: sicut dicit beatus Gregor. † Corpus ergo Christi simul potest esse cum alio corpore in eodem loco, non ex proprietate corporis: sed per virtutem diuinam assistentem, & hoc operantem. ¶ Ad quartum dicendum, quòd nubes illa non præbuit adminiculum Christo ascendenti per modum vehiculi*: sed apparuit in signum diuinitatis, secũdum quod gloria Dei Israel apparebat super tabernaculum in nube. ¶ Ad quintum dicendum, quòd corpus glorioſum non habet ex principijs suæ naturæ, quòd possit in cælo aut supra cælum esse: sed habet hoc ex anima beata, ex qua recipit gloriam. Et sicut motus glorioſi corporis sursum non est violentus, ita nec quies est violenta: vnde nihil prohibet eam esse sempiternam.

li. 1. co. 69. tom. 2.

Hom. 26. in Euã. nõ procul à princi.

Vide Gregor. ho. 29. in Euang. in med.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. Ephes. 4.

CONclusio est affirmatiua. Patet ex illo Ephes. 4. Ascẽdit super omnes cœlos vt adimpleret omnia. Patet rursus optima ratione, quia quanto aliqua corpora perfectius diuinam bonitatem participant, tanto localiter sunt superiora, sed corpus Christi inter corpora glorioſa excellentiori gloria refulget, vnde cõuenit ei super omnia in alto cõstitui. Quare gloſſa super illud ad Ephes. 4. Ascendens in altum, dicit, loco & dignitate.

EXPOSITIO ARTICVLI.

CONtra cõclusionem huius articuli varia solent obijci, quæ facillimè à me confutabuntur. In primis obijcitur, quod nõ sit nisi tantum vnum cœlum. Chryſostomus enim hom. 4. in Genesim asserit, eos qui multos cœlos esse docent, non ex diuina scriptura, sed contra diuinam scripturam & Ecclesiastica dogmata ex suo capite & ex suis violentis opinionibus ad id dicendum impelli. Moyses enim vnum tantum esse cœlum nos docuit. Id vero, quod in Psalmo legitur, Laudate eum cœli cœlorum, non idcirco dictum est, quia multi sunt cœli, sed quia mos sit linguæ Hebraicæ cœlum, aquam multasque alias singulares res, numero plurali nominare. Deinde, obijcitur contra id quod dicit D. Tho. ex Ecclesiastica doctrina, quod Christus Dominus sic est supra cœlos omnes, quod planta pedis eius sit supra superficiem conuexam supremi cœli, quod est empyreum. Obijcitur contra hoc dupliciter. Tum, quoniã hoc cœlum empyreum sine autoritate scripturæ aut Philosophiæ asseritur, imo quidam Augustinus Chisamẽsis Episcopus in sua cosmopeia explicans illum locum, In principio creauit Deus cœlum & terram ait, cœlum empyreũ non esse creatum. Tum deinde, obijcitur à Durando in. 3. d. 22. art. vltimo, quia sequeretur inquit, quod Christus nec se nec alia videret corporali visione. Quia visio fit per diaphanum medium & per multiplicatas species visibiles, at tale medium diaphanum supra conuexum supremi cœli non inuenitur. Certè D. Tho. quodlibeto. 6. ar. 2. & Siluester in rosa aurea super Euangelium de Domini ascẽsione planè docẽt, quod Christus Dominus sit intra cœlum, itaque censent corpus Christi Domini collocatum esse super omnes cœlos mobiles & esse in suprema parte cœli immobilis, quod est cœlum empyreum. ¶ Pro explicatione veritatis catholicæ est prima conclusio. Certissimè asserendũ est Christum Dominũ ascendisse super omnes cœlos. Ita enim asserit scriptura ad Ephes. 4. Quod Christus ascẽdit supra omnes cœlos vt adimpleret omnia. Quia nimirũ tam imè seu profundè descẽdit, vt nõ potuerit profundiùs, ita tam altè ascendit, vt non potuerit altiùs. Hinc summa & infima cõpleuit, & per cõsequẽs intermedia quæq; atq; adeo omnia. Eadẽ sentẽtia probatur ex illo ad Hebr. 7. Excelsior cœlis factus. Et Ecclesia sic canit, Qui ascẽdẽs super omnes cœlos promissum Spiritũ sanctũ, &c. ¶ Secũda cõclusio. Certissimè tenẽdũ est esse plures cœlos. Sic testatur omniũ Philosophorũ cõsensus, licet fortasis in numero cœlorũ cõstituẽdo differãt. Idẽ testatur scriptura vtriusq; testamẽti. Nam affirmat Paulus se raptũ fuisse in tertiũ cœlũ. 2. Corint. 12. & Ioãni

Durandus.

Prima conclusio.

Ad Eph. 4.

Hebr. 7.

2. Conclus. Quod multi sunt cœli.

2. Cor. 12.

Baptistæ

Baptistæ aperti sunt cœli & vidit gloriá Dei,
Matt.3. Matth.3. Sed & Ezechiel Propheta cap. 1. in-
Ezech.1. quit, aperti sunt cœli & vidi. Et Stephanus
Acto.7. Actorum.7. Ecce video cœlos apertos, &c.
Hebr.4. cui consonat Paulus ad Hebræos. 4. dicens;
Nos habere aduocatum Pontificem magnũ,
qui penetrauit cœlos Iesum filiũ Dei. Verisi-
mum est igitur Christum ascẽdisse supra om
nes cœlos, ésseque constitutum super eminẽ-
tisimum illud cœlorum vbi est sedes Dei &
thronus gloriæ eius. Quando autem Marcus
& Lucas dicunt Christum ascendisse in cœlũ
loquẽtes singulariter, tunc per cœlum intelli
gunt vniuersum corpus omnium cœlorum.
3. Concluſ. ¶ Tertia conclusio. Christus Dominus est in
loco dignissimo & in suprema parte illius cœ
li vbi est thronus Dei, & hoc est certissimè
tenendum. Hoc autem cœlum lucidissimum
& splendidissimum vocatur ab antiquis cœ-
Strabo. lum empyreũ, ab Strabone, Basilio, & Beda.
Basilius. De qua re D. Tho. 1. p. q. 66. ¶ Quarta con-
Beda. clusio. Christus secundum corpus est supra
D. Tho. cœlos omnes, sic quod planta pedis eius est
4. Concluſ. supra superficiem conuexã supremi cœli. Ita
asserit D. Tho. in hoc articulo, præcipuè in so
lutione secundi. Hoc ipsum ratio à D. Tho. in
articulo allata sufficienter persuadet. Quod
quanto corpus est perfectius, tanto est supe-
rius secundum locũ. Hoc autem esse satis con
sentaneum diuinis literis in superioribus satis
Ad argu- est demonstratum. ¶ Ad argumenta in princi
menta. pio facta. Ad autoritatem Chrysostomi re-
Ad primũ. spondet D. Thomas. 1. p. q. 68. art. 4. non dam
nari Theologos ac Philosophos, qui cœlum
sidereum, hoc est, totum illud cœleste cor-
pus, quod hunc inferiorem mundum & ele-
mentorum globum complectitur, in multos
particulares cœlos distinguunt, sed hæreticos
quosdam ac Philosophos, qui extra hunc to-
tum sidereum globum alios sidereos cœlos
Ad secũdũ. & mundos alios esse tradiderunt. ¶ Ad secun
dum argumentum de cœlo empyreo respon
detur, quod hoc cœlum empyreum tenent
autores Ecclesiastici autoritate Strabonis, Ba
silij, & Bedæ, vt iam dictum est. Sed de hac re
non digladietur Theologus, dummodo asse-
ratur Christum Dominum super omnes cœ-
los ascendisse, & esse constitutum in suprema
parte cœli supremi vbi est sedes & thronus
gloriæ Dei. Id vero, quod dicit iste autor cœ-
lum empyreum non esse creatum, hęreticum
dogma est. Nam fides docet omne, quod est
Ad tertiũ. in rerum vniuersitate à Deo esse creatũ. ¶ Ad
tertium argumentum dicitur, quod sicut su-
pra naturæ ordinem corpus Christi locatur
supra conuexum cœli supremi, ita supra natu
ræ ordinẽ exercetur ibi visio corporalis absq;
diaphano medio continuo vsque ad oculum.
Et mirandum est certè de Durãdo & de alijs
obijcientibus cõtra D. Thomam. Nam inter-
rogo illos, quomodo tam Christus quam alij
sancti post resurrectionem si intra cõuexum
cœli continentur, auditionẽ corporalem exer
cebunt, cum auditus fiat per medium aërem,
quoniam ibi nõ est, nec cœlum supplet vicẽ
aeris, nec percuti poterit? Sed mittamus hæc
supernaturalia futuri seculi scientiæ futuri se-
culi, vt rectè admonet Caietanus. ¶ Aliud du Caietanus.
bium solet hic moueri, vtrum Christus ascen Christus
dens super omnes cœlos totum mediũ per- ascendens
transierit, id est, totum spatium interiectum in cœlũ to
inter montem Oliueti, & cœlum empyreum tum me-
in quo nunc etherea sede permanet. Hoc du- diũ pertrã-
bium tractat Abulensis paradoxa. 5. à cap. 13. siuit.
vsq; ad 16. & in summa dicit ascensionis Chri Abulensis.
sti hunc fuisse modum. Ipse enim in monte
Oliuarum prope Hierosolymam cum beata
Virgine matre discipulisq; & alijs qui aderãt
multa locutus est, consolatus illos, ne de suo
discessu secundum carnem tristarentur. Ipse
enim illis parare locũ ibat & nisi ipse ab eis tol
leretur non veniret spiritus paracletus. Cum
autem huic consolationi terminũ imponeret,
descendit de aërea regione quædã nubecula
vsq; ad pedes Saluatoris factaq; est in modũ
throni aut gestatoriæ sedis, vt sic Christus in
ea sessurus videretur, quanquã vt prælibatum
est, hæc nubecula Christum nõ tollebat, quin
potius suis ipse viribus nitebatur. Tollebatur
autem illa nubes paulatim in excelsum, Chri-
stus quoq; in ea ascendebat acsi in ea sederet.
Maior tamen pars corporis Saluatoris nostri
nube velata nõ erat vt sic discipulis vultus ille
videndus concederetur, corporis quoque re-
liqua præcipua portio. Hæc autem successi-
ua per aëris primum interstitium facta ascen-
sio, tandiu durauit, quousq; ab intuentiũ ob-
tutibus frustraretur, tũc autẽ hunc aeris locũ
adeptus, non vt prius successiua eleuatione
vsus est: sed simul in instanti in ethereis sedi-
bus vbi permansurus foret collocatus est. Si
autem Christus ab illo aereæ regionis loco in
empyreas sedes in instãti cõscendit, potuisset
quoq; à monte Oliuarũ in quo matri & disci-
pulis collocutus fuerat, in instanti ascendisse.
Conueniẽs tamẽ non extitit propter alias cau
sas. Sed hic modus dicẽdi Abulensis totus fal
sus est. Nam illud de nube iam supra labefa-
ctatũ est, id vero quod dicit corpus posse mo
ueri in instanti, etiam in superioribus euiden-
ter est confutatum. Similiter & illud corpus
posse moueri de extremo ad extremum sine
medio, impossibile iudicat D. Tho. in 3. art. in
solutione vltimi. Sed de hoc satis.

ARTI-

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm corpus Christi ascēderit super omnem creaturam spiritualem.

314 Infr. q. 58. arti. 3. cor. Et Psal. 8. fin. Et Eph. 1. lec. 7. fi. & c. 4. le. 3. fi.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd corpus Christi non ascenderit super omnem creaturam spiritualem. Eorum enim quæ non dicuntur secundum vnam rationem, non potest cōuenienter fieri comparatio. Sed locus nō eadem ratione attribuitur corporibus & spiritualibus creaturis, vt patet ex his quæ dicta sunt in prima parte†. Ergo videtur, quòd non possit dici corpus Christi ascēdisse super omnem creaturā spiritualem. ¶ 2. Præterea, Augu*. dicit in lib. de Vera relig. quòd omni corpori spiritus præfertur. Sed nobiliori rei sublimior debetur locus. Ergo videtur, quòd Christus non ascenderit super omnem spiritualem creaturam. ¶ 3. Præterea, In omni loco est aliquod corpus, cùm nihil sit vacuum in natura. Si ergo nullum corpus obtinet altiorem locum, quàm spiritus in ordine naturalium corporum, nullus locus erit super omnem spiritualē creaturam. Non ergo corpus Christi potuit ascendere super omnē spiritualem creaturam. ¶ Sed contra est, quod dicitur Ephe. 1. Constituit illum supra omnem principatum & potestatē, & supra omne nomen quod nominatur siue in hoc seculo, siue in futuro.

Quæst. 52. cap. 55. aliquantulū à princ. to. 1.

Respondeo dicendum, quòd tanto alicui rei debetur altior locus, quanto est nobilior: siue debeatur ei locus per modum contactus corporalis, sicut corporibus: siue per modum contactus spiritualis, sicut spiritualibus substantijs. Exinde enim spiritualibus substantijs debetur secundum quandam cōgruentiam locus cælestis, qui est supremus locorum, quia illæ substantiæ sunt supremæ in ordine substātiarum. Corpus autem Christi, licet considerando conditiones naturæ corporeæ, sit infra spirituales substantias, considerando tamen dignitatem vnionis, qua est personaliter Deo coniunctum, excellit dignitatē omnium spiritualium substantiarum. Et ideo secundum prædictæ congruentiæ rationem debetur sibi locus altior vltra omnem creaturam etiam spiritualem. Vnde & Grego.* dicit in homil. Ascensionis, quòd qui fecerat omnia, super omnia sua virtute ferebatur.

Homil. 29. in Euāg. in med.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet alia ratione attribuatur locus corporali & spirituali substantiæ: tamen hoc est in vtraque ratione commune, quòd digniori rei attribuitur superior locus. ¶ Ad secundum dicendū, quòd ratio illa procedit de corpore Christi secundum conditionem naturæ corporeæ, non autem secūdum rationē vnionis. ¶ Ad tertium dicēdum, quòd comparatio ista potest attendi vel secūdum rationem locorum: & sic nullus locus est tam altus, qui excedat dignitatem spiritualis substantiæ, secundum quod procedit obiectio. Vel secūdum dignitatem eorum, quibus attribuitur locus: & sic corpori Christi debetur, vt sit supra spirituales creaturas.

SVMMA TEXTVS.

CONclusio est affirmans. Et patet ex illo Ephes. 1. Constituit illum supra omnem principatum & potestatem, & supra omne nomen, quod nominatur siue in hoc sęculo siue in futuro. Probatur rursus. Quia tanto altior locus rei debetur, quanto nobilior existit; sed corpus Christi secundū personalē dignitatē excellit omnes substātias spirituales, ergo cōstituitur super omnē creaturā etiā spiritualē.

Conclusio. Ephes. 1.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo mouet dubium perfacile Dominus Caietanus. Etenim quæstio huius articuli vana videtur. Nam supra conuexū cœli empyrei non datur locus altior, aut minus altus cum sit perfectè sphæricum, constat autē illic esse angelos beatos, & corpus Christi illic esse cōclusum est in præcedēti articulo, ergo quæstio præsentis articuli vana est. Respōdetur tamen cum Domino Caietano, quod licet secūdū longitudinē diametri à centro ad circūferētiā, nulla pars cōuexæ superficiei corporis perfectè sphęrici, sit altior alia, vt patet ex eo quod omnes lineæ ductæ à cētro ad

Caietanus. Quomodo in corpore perfectè sphærico posit altior pars inueniri.

ad circunferentiam sunt æquales. Si tamẽ eadem superficies conuexa consideretur vt ordinata ad aliquid vnum in ea agendum. v. g. ad exercendum actum iudicij, sic vnus locus siue vna pars eius inuenietur altior altera iuxta approximationem ad solium principis. Sumitur enim pars illa solij vt altior, & reliquæ vt inferiores. Et sic diuina sapientia superficiem cœli empyrei, quanuis secundum se fecerit æqualem, secundum tamen quod venit in vsum habitationis creaturarum beatarum disposuit vnam partem quasi solium, & reliquas in ordine ad illam superiores vel inferiores. Et sic Christus secundum corpus in parte illa solij stans, in suprema parte, supremoque loco residere dicitur. Et reliquæ creaturæ beatæ hinc & inde inferiores partes obtinent.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm ascẽsio Christi sit causa nostræ salutis.

315 AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd ascensio Christi nõ sit causa nostræ salutis: Christus enim fuit causa nostræ salutis, in quãtum salutem nostram meruit. Sed per ascensionem nihil nobis meruit: quia ascensio pertinet ad præmium exaltationis eius. Non est autem idem meritum & præmium, sicut nec via & terminus, ergo videtur, quòd ascensio Christi non sit causa nostræ salutis. ¶ 2. Præterea, Si ascensio Christi est causa nostræ salutis, maximè hoc videtur quantũ ad hoc, quòd ascẽsio eius sit causa nostræ ascensionis. sed hoc collatum est nobis per eius passionem: quia, vt dicitur Heb. 10. habemus fiduciam in introitu Sanctorũ per sanguinem ipsius. Ergo videtur, quòd ascẽsio Christi non fuerit causa nostrę salutis. ¶ 3. Præterea, Salus nobis per Christum collata, est sempiterna: secundum illud Isa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Sed Christus non ascendit in cælum, vt ibi in sempiternum esset: dicitur enim Act. 1. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, ita veniet. Legitur etiam, multis Sanctis se demonstrasse in terris post suam ascensionem: sicut de Paulo legitur Actor. 9. Ergo videtur, quòd eius ascensio nõ sit causa nostræ salutis. ¶ Sed contra est, quod ipse dicit Ioan. 16. Expedit vobis, vt ego vadam, id est, vt recedam à vobis per ascensionem.

Respondeo dicendum, quòd ascensio Christi est causa nostræ salutis dupliciter. Vno modo ex parte nostra: alio modo ex parte ipsius. Ex parte quidem nostra, in quantum per Christi ascẽsionem mens nostra mouetur in ipsum: quia per eius ascensionem (sicut suprà* dictum est) primò quidem datur locus fidei, secũdò spei, tertiò charitati. Quartò etiam per hoc reuerentia nostra augetur ad ipsum, dum iam non existimamus eum sicut hominem terrenũ, sed sicut Deum cælestem, sicut & Apostolus dicit 2. ad Corinth. 5. Et si cognouimus secundum carnem Christũ, (id est mortalem, per quod putauimus eum tantum hominem: vt gloss.* exponit) sed nunc iam non nouimus. Ex parte autem sua quantum ad ea quæ ipse fecit, ascendens propter nostram salutẽ: primò quidem viam nobis præparauit ascendendi in cælum, secundum quod ipse dicit Ioan. 14. Vado parare vobis locum: & Mich. 2. Ascendit, pandens iter ante eos. Quia enim ipse est caput nostrum, oportet illuc sequi membra, quò caput pręcesserit. vnde dicitur Ioan. 14. Vt vbi ego sum, & vos sitis. Et in huius signum, animas Sanctorum, quas de inferno eduxerat, in cælum traduxit: secundũ illud Psal. 67. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem: quia scilicet eos, qui fuerant à diabolo captiuati, secum duxit in cælum, quasi in locum peregrinũ humanæ naturæ, bona captione captiuos, vtpote per victoriam acquisitos. Secũdò, quia sicut Pontifex in veteri Testamento, intrabat Sanctuarium, vt assisteret Deo pro populo: ita & Christus intrauit cælum ad interpellandum pro nobis, vt dicitur Heb. 7. Ipsa enim repręsentatio sui ex natura humana, quam in cælum intulit, est quædam interpellatio pro nobis:

Ar. 1. huius quæst. ad 3.

gloss. ordinaria & interlinearis ibi.

nobis:vt ex quo Deus humanam naturam sic exaltauit in Christo, etiam eorum misereatur, pro quibus filius Dei humanam naturam assumpsit. Tertiò, vt in cælorum sede quasi Deus & Dominus constitutus, exinde diuina dona hominibus mitteret, secundum illud Ephes. 4. Ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia, scilicet donis suis, secundum glossam*.

Glossa interlin. ibid.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd ascensio Christi est causa nostræ salutis, non per modum meriti, sed per modum efficientiæ: sicut suprà* de Resurrectione dictum est. ¶ Ad secundum dicendum, quòd passio Christi est causa nostræ ascensionis in cælum, propriè loquendo, per remotionem peccati prohibentis, & per modum meriti, ascensio autem Christi est directè causa ascensionis nostræ, quasi inchoando ipsam in capite nostro, cui oportet membra coniungi. ¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus semel ascendens in cælum, adeptus est sibi & nobis in perpetuum, ius & dignitatem mansionis cælestis. Cui tamen dignitati non derogat, si ex aliqua dispensatione Christus quandoque corporaliter ad terram descendat, vel vt ostendat se omnibus, sicut in iudicio: vel vt ostendat se alicui specialiter, sicut Paulo, vt habetur Act. 9. Et ne quis credat hoc factum fuisse, non Christo ibi corporaliter præsente, sed aliqualiter apparente, contrarium apparet per hoc quod ipse Apostolus dicit primæ ad Corinth. 15. ad confirmandam resurrectionis fidem. Nouissimè omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. Quæ quidem visio veritatem resurrectionis nõ probaret, nisi verum Christi corpus visum fuisset ab eo.

quæst. 16. ar. 1. ad 3.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio, Ioan. 16.

CONclusio est affirmans. Et patet ex illo Ioan. 16. expedit vobis vt ego vadam, id est, vt discedam à vobis per meam ascensionem. Huius autem rei variæ demonstrantur causæ à D. Tho. quarum quædá se tenẽt ex parte nostra, quædam vero ex parte ipsius Christi, ex parte nostra quidem in quantum per eius ascensionem, mens nostra in ipsum mouetur, ex quo datur locus fidei, spei, & charitati, & ad maiorem reuerentiam inclinamur, dum existimamus eum non iam vt hominem, sed Deum cœlestem. Sed & ex parte Christi salutifera nobis fuit eius ascensio, in quantum ascendit propter nostram salutẽ, parando nobis viam, vt dicitur Ioan. 14. Etvt vbi est nostrum caput, ibi & nos simus. Atq; in cælum ingressus est ad interpellandũ pro nobis, vt pater nostri misereatur, pro quibus filius humanam sibi copulauit naturam. Cuius figura erat in veteri testamento Pontifex sanctuarium intrans, vt dicit Apostolus ad Hebræos 7. Ob id etiam ascẽdit in cælum, vt in cælorum sede constitutus Deus & Dominus inde dona hominibus mittat.

Ioan. 14.

Hebr. 7.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumen. cõtra cõcl.

CErtè diligentissimus fuit D. Thomas in enarrandis causis ascensionis Domini. Sed non erit abs re eas paulò vberius extendere & amplificare. Vt autem hoc commodius fiat, arguitur sic. ¶ Nã filius Dei naturã humanam assumpsit ad nostram salutem, sed magis fuisset salutare hominibus, quod semper conuersaretur nobiscum in terris, vnde ipse dixit discipulis suis Lucæ 17. Veniẽt dies quando desideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis, videtur ergo quod nobis non fuerit salutiferum Christum ascendisse in cælum. ¶ Deinde, si Christus pro nobis ascendit in cælum, maximè vt interpellaret pro nobis apud patrem cælestem, & vt officio aduocati fungeretur, vt dicit D. Ioannes 1. Ioan. 2. Filioli mei, inquit D. Ioannes, hæc scribo vobis, vt nõ peccetis, sed & si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Sed videtur profectò quod Christus Dominus in die carnis suæ supplicationes, precesque obtulit Deo patri, modo vero accepta iam potestate à patre super omnia, & ad dexteram patris residens nulla ratione sinat pater, vt gloria & honore iam coronatus deinceps sese humiliet. Ita ratiocinatur Chrysost. elucidans illud ad Rom. 8. qui etiam interpellat pro nobis. ¶ In gratiam dubitationis propositæ operæpretium erit persequi diligenter causas ascensionis Domini in cælum, & quæ inde beneficia nobis subsecuta sint. Primum ascẽdit propterea, quod eius corpori quod iam per gloriam resurrectionis erat immortale, non terrenæ habitationis locus, sed altissimum & splendidissimum

Primum argumentũ.

Secundum.

I. Ioan. 2.

Chrysost. Rom. 8.

De causis & fructibus ascensionis Domini.

mum cæli domicilium conueniret. Deinde, vt etiam ea quæ ad salutem nostram pertinebant curaret. Est enim societas quædam inter Christum Iesum, & eius corpus mysticũ, cuius societatis negotia & lucra ex cælo à patre cœlesti expediuntur, propter quod cõueniẽs fuit Christum nostrũ caput illuc cõscendere, vt negotia nostra & lucra, inde curaret & expedita redderet. Præterea, vt regnũ suũ non esse ex hoc mũdo re ipsa comprobaret. Nã mundi regna terrena & fluxa sunt, Christi vero regnum spirituale & æternum est, eiusq; opes & diuitiæ spirituales sunt. Quod ipse palàm ostendit cum sedem suam in cælis collocauit. Sed & illa causa ascensionis Domini cõmemoratur, vt nos eum ascendentẽ mente & desiderio prosequeremur. Nã ascẽsu suo nos docet, vt in terris positi in cælum nos cogitatione cõferamus, confitentes nos peregrinos & hospites esse super terrã, ac patriam inquirentes ciues esse sanctorũ & domesticos Dei: nostra enim, vt inquit Apostolus, cõuersatio in cælis est. Ad hæc ex Christi Domini ascẽsu inexplicabilia bona in nos deriuata sunt. Vnde dictũ est illud, ascendens in altũ captiuã duxit captiuitatẽ dedit dona hominibus. Nã decimo die Spiritũ sanctũ dedit, & verè tũc magnifica illa promissa persoluit, expedit vobis vt ego vadam, si enim nõ abiero paracletus nõ veniet ad vos, si autem abiero mittam eum ad vos. Ascendit etiã in cælum ex Apostoli sentẽtia ad Heb. 9. vt appareat nunc vultui Dei pro nobis, & apud patrẽ aduocati officio fungatur, vt dicitur 1. Ioã. 2. Ascẽdit alia de causa, parauit namque nobis locũ, quod etiã se facturũ promiserat: atque omnium nostrũ nomine caput ipse Iesus Christus venit in cælestis gloriæ possessionẽ. ¶ Iã verò ex ascensione Domini mirabiles nobis fructus sunt subsecuti. Nam fides est earũ rerũ quę sub aspectũ non cadũt, atque ab hominis ratione ac intelligentia remotæ sunt. Quare si Dñs à nobis nõ discessisset, fidei nostræ meritum minueretur: siquidem à Christo Dño beati prædicantur, qui non viderũt & crediderunt. Præterea, Christi in cælum ascensus ad confirmandam spem in cordibus nostris magnum momentum habet. Nam quoniam Christum hominem in cælum ascendisse & humanam naturam in dextera Dei patris collocasse credimus, magna in spe sumus vt nos etiam eius membra illuc ascendamus, atque ibi cum capite nostro coniungamur, quod ipse Dominus his verbis testatus est, pater quos dedisti mihi, volo, vt vbi sum ego, & illi sint mecum. Hoc quoque beneficium consecuti sumus, quod amorem nostrum ad cælum rapuit: Nam verissime dictum est, ibi cor nostrum esse, vbi thesaurus noster est, nam profecto si Christus Dominus in terris versaretur omnis nostra cogitatio in ipso hominis aspectu, & consuetudine defixa esset, eumque terrena quadam beneuolentia prosequeremur, id autem intelligimus Apostolorum exemplo, quibus dum præsens adfuit Dominus humano fere sensu de illo iudicare videbantur, idque ipsius Domini testimonio confirmatum est, cum inquit, expedit vobis vt ego vadam. Nam imperfectus ille amor quo Christum Iesum præsentem diligebant, diuino amore perficiendus erat, idque Spiritus sancti aduentu, quare statim addit, si enim non abiero paracletus non veniet ad vos. ¶ Ad extremum illud obseruet Theologus, quod ante de mortis & resurrectionis mysterio docuimus, idem etiam de ascensu sentiendum, quamuis enim Christi passioni salutem & redemptionem nostram debeamus qui merito suo aperuit nobis in cælum ianuam, tamen eius ascensio non solum veluti exemplar nobis propositum est, quo cælum ascendere discamus, sed diuinam etiam virtutem qua id efficere possimus largitus est. Sed dicet Theologus, quo modo est intelligendum illud quod dicit Dominus Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo. Quæ igitur spes relicta est nobis qui non descendimus de cælo? Hæc sententia Domini varias habet expositiones, duas tantum in medium adducam. Prior est. Nemo nouit res cælestes præter me qui descendi de cælo, cui consonat illud, vnigenitus qui est in sinu patris ipse narrauit. Sed aduertat Theologus, quod ascendit, & descendit, sunt præteriti temporis. Altera explicatio est, quod nemo mortalium ascendet in cælum, nisi prius genus ducat & originem ex cælo, adeò vt verè sit, & nominetur filius Dei, viuatque cum Christo in cælis, primo conuersatione, iuxta illud Apostoli ad Philip. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Secundo, affectu quia existit in charitate, Deus autem charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 1. Ioan. 4. Sed de cau-
sis & vtilitatibus ascensionis Domini satis dictum sit. ¶ Nunc respondeamus duobus argumentis in principio propositis. Ad primum dicendum est, quod licet præsentia corporalis Christi fuerit subtracta fidelibus per ascensionem, præsentia tamen diuinitatis ipsius semper adest fidelibus, secundum quod ipse dicit Matthæi vltimo. Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem

Heb. 9.

1. Ioan. 2.

Ioan. 3.

Phil. 3.

1. Ioan. 4.

Ad argumenta in cõtrarium.

Ad primũ

Mat. vlt.

nem sæculi. Quod autem ascensio Domini multas vtilitates nobis attulerit, iam suprà à nobis expositum est. ¶ Ad secundum argumentum dicendum est, quod Christus Dominus dicitur interpellare pro nobis apud patrem cœlestem, non quod modo se humiliet & veluti genibus flexis submissa postulatione orationes & supplicationes offerat. Interpellat itaque pro nobis per victimam suam quæ patri semper est præsentissima, in quam pater aspiciens largitur nobis remissionem peccatorum, & alia quæ ad salutem nobis sunt necessaria.

Ad secũdũ.

QVAESTIO LVIII.

De sessione Christi ad dexteram Patris, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandũ est de sessione Christi ad dexteram Patris. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrùm Christus sedeat ad dexteram Dei Patris. ¶ Secundò, vtrùm hoc conueniat sibi secundum diuinam naturam. ¶ Tertiò, vtrùm conueniat sibi secundum humanam naturam. ¶ Quartò, vtrùm hoc sit proprium Christi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm Christo cõueniat sedere ad dexteram Dei patris.

316 3.di.32.q.3.ar.3.q.2. Et opu.3.c.247. Et op.6.cap.9. Et ad Hebr.8. lec.1.co.1.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Christo non conueniat sedere à dextris Dei patris. Dextera enim & sinistra sunt differentiæ positionum corporalium. Sed nihil corporale conuenit Deo: quia Deus spiritus est, vt habetur Ioannis 4. Ergo videtur, quòd Christus non sedeat ad dexteram Patris. ¶ 2. Præterea, Si aliquis sedet ad dexteram alicuius, ille sedet ad sinistram eius. Si ergo Christus sedet ad dexteram Patris, sequitur quod Pater sedeat ad sinistram Filij: quod est inconueniens. ¶ 3. Præterea, Sedere & stare videntur oppositionem habere. Sed Stephanus dicit Act. 7. Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei, ergo videtur, quòd Christus non sedeat ad dexteram Patris. ¶ Sed contra est, quod dicitur Marci vltimo. Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, ascendit in cęlum, & sedet à dexteris Dei.

¶ Respondeo dicendum, quòd in nomine Sessionis possumus duo considerare, videlicet quietem, secundum illud Lucæ vltim. Sedete hic in ciuitate: Et etiam regiam vel iudiciariam potestatem, secundum illud Prouer. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Vtroque ergo modo Christo conuenit sedere ad dexteram Patris. Vno quidem modo in quãtum æternaliter manet incorruptibilis in beatitudine Patris, quæ eius dextera dicitur: secundum illud Psalm. 15. Delectationes in dextera tua vsque in finem. Vnde Augustin.* dicit in libro de Symbolo, Sedet ad dexteram Patris:

Summa articulorum. I. II. III. & IIII.

Conclusio. Mar. vlt.

COnclusio articuli primi est affirmãs. Et patet ex illo Marci vlti. Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, ascendit in cælũ, & sedet à dextris Dei. Probatur deinde, quia nomine Sessionis hîc quietem, atq; iudiciariã potestatem intelligimus. Ista enim quies beatitudo æterna est, quæ competit filio Dei, vnde in Psalmo, delectationes in dextera tua vsque ad finem. Sic etiam dicitur sedere in dextera Dei patris, prout patri conregnat, & ab eo iudiciariam potestatẽ habet: qui venturus est ad iudicandum, vt venit iudicandus.

Conclusio: Damasce.

CConclusio articuli secundi est affirmatiua. Et probatur autoritate Damasceni libr. 4. capit. 2. vbi dicit, quod dexteram patris dicim⁹ gloriam & honorem diuinitatis in qua filius Dei extitit ante sæculã, vt Deus & patri consubstantialis. Patet triplex. Nam nihil aliud est istud sedere, quam simul cum patre gloriã deitatis, beatitudinem atq; iudiciariã potesta-

*li. 1. ca. 4. in princ. to. 9.

tem immutabiliter & regulariter habere, hæc autem conueniunt Christo, vt Deus est. Ita tamen quod hæc præpositio, Ad, quæ transitiua est, solam distinctionem personarum importat, & ordinem originis, non autem gradum naturæ vel dignitatis qui nullus est in diuinis personis.

Sedere, habitare intelligite, quomodo dicimus de quocunque homine, in illa patria sedit per tres annos. Sic ergo credite Christum habitare in dextera Dei patris: beatus enim est, & ipsius beatitudinis nomen est dextera patris. Alio modo dicitur Christus sedere ad dexterã Dei patris, in quantũ patricor regnat, & ab eo habet iudiciariã potestatẽ: sicut ille qui cõsidet Regi ad dexterã, assidet ei in regnãdo, & iudicãdo. Vnde Aug.* dicit in alio serm. de Symbolo. Ipsam dexterã, intelligite potestatẽ quã accepit ille homo susceptus à Deo, vt veniat iudicatur⁹, qui pri⁹ venerat iudicandus.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd (sicut Damasc.* dicit in 4. libro) non localem dexteram patris dicimus: qualiter enim qui incircunscriptibilis est, localem adipiscetur dexteram? Dextera enim & sinistra eorum quę circunscribuntur sunt. Dexteram autem patris dicimus gloriam & honorem diuinitatis. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit, secundum quod sedere ad dexterã, intelligit corporaliter.

Conclusio. Conclusio artic. tertij est affirmãs. Probaturq; ex

D. Augst. Augustino in lib. 2. de Symbolo cap. 7. Explicatur euidẽtius hæc cõclusio. Nam hæc præpositio, ad, quendam ad dexteram accessum designat, in quo significatur conuenientia cum quadam distinctione. Vno modo, vt sit cõuenientia in natura, & distinctio in persona, & sic Christus secundum quod filiꝰ Dei sedet ad dexterã patris, quia habet eandem naturam cum patre. Vnde prædicta conueniunt essentialiter filio sicut patri, quod est esse æqualem patri. Alio modo secundum gratiam vnionis, quæ importat ecõuersõ distinctionem naturæ & vnitatem personæ, & secundum hoc, Christus, vt homo, est filius Dei, & per consequens sedens ad dexteram patris, ita tamen quod, ly secundum quod, non designet conditionem naturæ, sed vnitatem suppositi. Tertio modo potest prædictus accessus intelligi secundum gratiam habitualem, quæ abũdantior est in Christo prę omnibus alijs creaturis, in tantum quod ipsa natura humana in Christo bẽatior est cæteris creaturis super omnes iudiciariã habens potestatem. Vnde Christus secundum quod Deus dicitur sedere ad dexteram patris, id est, in æqualitate patris: secundum quod homo sedet ad dexteram patris, id est, in maiori beatitudine præ cæteris creaturis. Ratione etiam suppositi secundum quod homo sedet ad dexteram patris, secundum æqualitatẽ honoris, prout eodem honore veneramur ipsum filium Dei cum eadem natura assumpta.

Vnde Augst.* dicit in quodã sermone de Symbolo. Si carnaliter acceperimus quòd Christus sedet ad dexterã patris, ille erit ad sinistram. Ibi autem, scilicet in æterna beatitudine, omnis dextera est: quia nulla est ibi miseria. ¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut Gregor.* dicit in homil. ascensionis) sedere iudicantis est: stare verò pugnantis, vel adiuuantis. Stephanus ergo in labore certaminis positus, stantem vidit, quẽ adiutorem habuit. Sed hunc post ascensionem Marc. sedere scribit, quia post ascensionis suæ gloriam, iudex in fine videbitur.

*lib. 1. de Symbo. ca. 7. võ lõgè à princ. to. 9.

*li. 4. orth. fid. cap. 2.

*lib. 1. de Symb. ca. 4 circa med. to. 9.

*ho. 29. in Euãg. post med. illius.

ARTICVLVS II.

Vtrùm sedere ad dexteram patris, conueniat Christo secundũ quod Deus.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd sedere ad dexteram patris, non conueniat Christo, secundum quod Deus. Christus enim, secundum quod est Deus, est dextera patris. Sed non videtur idẽ esse dextera alicuius, & ille qui sedet ad dexteram eius. Ergo Christus secundũ quod est Deus, non sedet ad dexteram patris. ¶ 2. Præterea,

317

*Heb. 1. lect. 3. co. 1. & lect. 6. prin. & c. 8. lect. 7. co. 1. & 1. col. 4.

Conclusio. Conclusio articuli quarti est affirmans. Et colligitur aperte ex illo ad Hebræos 1. Ad Heb. 1.

quem

quem angelorum dixit aliquando, sede à dextris meis: in qua sententia apertè significatur, hoc soli Christo conuenire, & quidem hoc illi conuenit in primis propter diuinarum naturam secundum quam est æqualis patri, propter naturam vero humanam est in excellenti possessione diuinorum bonorum præ cęteris alijs creaturis. Et quia caput est nostrum, id quod collatū est ei, nobis etiam in ipso est collatum. Vnde dicit Apostolus ad Ephesios 2. quod Deus cōresuscitauit nos & consedere fecit in cœlestibus in Christo.

Ephes.2.

EXPOSITIO QVAESTIONIS.

IN gratiam huius quæstionis solet dubium moueri, quid est quod cū apud omnes nationes vsitatissima sit consuetudo, vt qui sedet siue qui incedit ad dexterā alicuius obtineat locum priorem, Christus in varijs scripturæ locis dicatur sedere ad dexterā patris cum quatenus filius & homo est, cedere debeat patri primam sedē. Item cum in Psalm. 109. iuxta Marc. vlt. dicitur, quòd Dominus Iesus assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. Christus autē non est assumptus in cælū, secūdum quod Deus, ergo etiam neq;, secundū quod Deus, sedet à dextris Dei. ¶ 3. Præterea, Christus, secundum quod Deus, est æqualis patri & Spiritui sancto. Ergo si Christus, secundum quod Deus, sedet ad dexteram Patris, pari ratione & Spiritus sanctus sedebit ad dexteram Patris & Filij, & ipse Pater ad dexteram Filij & Spiritus sancti, quod nusquam inuenitur.

*li.4.ca.2.

Vtrū sedere ad dexterā fit honorificētius quā ad sinistrā.

*ar. præce.

*li.4.ca.2.

*lib. 1. de Sym. cap. 4. to. 9.

*ar. præce.

Psalm.109.

¶ Sed contra est, quod Damas. dicit, quod dexterā Patris dicimus gloriam & honorem diuinitatis, in qua filius Dei extitit ante sæcula, vt Deus & patri consubstantialis.

¶ Respondeo dicendum, quòd vt ex prædictis* patet, nomine dexteræ tria intelligi possunt. Vno modo, secundum Damas.* gloria diuinitatis: alio modo, secundum Augustū* beatitudo Patris: tertio modo, secundum eundem, iudiciaria potestas. Sessio autem, vt dictū est*, vel habitationem, vel regiā seu iudiciariā dignitatem designat. Vnde sedere ad dexterā Patris nihil aliud est, quā simul cū patre habere gloriā diuinitatis, & beatitudinem, iudiciariā potestatē: & hoc immutabiliter & regaliter. Hoc autem conuenit filio Dei, secūdum quod Deus. Vnde manifestum est, quòd Christus, secundū quod Deus, sedet ad dexterā Patris. Ita tamen quòd hęc propositio, ad, quæ transitiua est, solā distinctionem personalē importat, & originis ordinē non autē gradū naturę, vel dignitatis, qui nullus est in diuinis personis: vt in prima parte habitum est*.

*P.p.quęst. 42.ar.3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd filius Dei dicitur dextera Patris appropriatē, per modum, quo etiam dicitur virtus Patris. Sed dextera Patris secundum tres significationes prædictas*, est aliquid cōmune tribus personis. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus secundū quod homo, est assumptus ad diuinum honorem, qui in prædicta sessione designatur. Sed tamen ille honor diuinus cōuenit Christo, in quā tum est Deus, non per aliquam assumptionem beatur Christus sedere ad dexteram patris, tamen in eodem etiam Dominus dicitur esse à dextris Christi. Item cum honorificentius sit sedere ad dexteram, quomodo Salomon iam tanquam rex sedens super thronum suū iussit matri thronū poni ad dexterā suam, vt est. 3. Regū. 2. Rursus quomodo dicitur Psal. 44. Astitit regina à dexteris tuis in vestitu deaurato, cū priorē locū nō debeat filius matri iā publico fungēs magistratu aut sponsus sponsæ suæ. Antonius Nebrissensis in libello annotationū in quinquaginta sacræ scripturę locos hę accurate secūm reputans & inquirens, ostēdit, antiquis temporibus alium fuisse ordinē, quam qui est iam apud nos receptus, nempe vt qui sedet ad sinistram, fuerit potior eo, qui sedebat ad dexteram. Antiquitus em qui potentiores affectabantur, siue armati, siue inermes, tum satellites, tum stipatores, tū latrones siue latrones dicti fuerunt, eidemq; apud autores dicebantur, tegere latus aut cingere latus, aut claudere latus.

3 Reg. 2.

Psal. 44.

Antonius Nebrissensis.

*In cor. 11.

tus. Latus quoque intectum siue nudum dicebatur illius, quem nemo comitabatur. Vnde Ambrosius in sermone de obitu fratris: quod si quando sine altero prodeundum fuit, intectum latus putares. Is prętereà, qui alium comitabatur, dictus erat ire exterior, cui vero præstaretur comitatus, ire interior. Vnde Ouidius. Ouid. li. 5. Fastorũ loquens de sene, cui debetur honos à iuuenibus: & medi° iuuenũ, nõ indignantibus ipsis, Ibat, & interior, si comes vnus erat. Quod aũt is qui exterior dicebatur, ad dexteram erat alterius: & interior, qui ad sinistram, ex varijs ostendit. Et inter alia ex illo Vergilij. 5. Æneidos. Radit iter læuum interior; vbi Seruius interior exponit, pro sinisterior. Hinc factum putat, vt in diplomatis Pontificum sigillo munitis Paulus semper sit Petro dexter, quemadmodum & pictores fere obseruant in illorum imaginibus disponendis. Itaque iuxta hanc antiquitatem respondet tandẽ, quod & pater tanquam sed per æternam originem. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd nullo modo potest dici, quòd pater sedeat ad dexteram Filij vel Spiritus sancti: quia Filius & Spiritus sanctus trahunt originem à Patre, & non econuerso. Sed Spiritus sanctus propriè potest dici sedere ad dexterã Patris vel Filij, secũdũ sensum* prę dictum: licet secundum quandam appropriatione attribuatur Filio, cui appropriatur æqualitas: sicut dicit Augu.* quòd in Patre est vnitas, in Filio ęqualitas, in Spiritu sancto vnitatis æqualitatisque connexio.

*In corp. art.

*lib. 1. de doct. Christia c. 5. circa finem.

Ambrosius.

Ouidius.

Vergilius.

318 Locis suprà arti. 2. inductis.

*li. 4. ca. 2. à med.

ARTICVLVS III.

Vtrùm sedere ad dexteram patris, conueniat Christo secundũ quod homo.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd sedere ad dexteram patris, non conueniat Christo, secundum quod homo. Vt enim Damasc.* dicit, dexterã Patris dicimus gloriã & honorẽ diuinitatis. Sed honor & gloria diuinitatis non conuenit Christo, secundum quod homo. Ergo videtur, quòd Christus, secundũ quod homo, nõ sedeat ad dexteram Patris. ¶ 2. Prætereà, Sedere ad dexteram regnantis, subiectionem excludere videtur: quia qui sedet ad dexteram regnantis, quodammodo illi conregnat. Christus autẽ, secundũ quod homo, est subiectus Patri: vt dicitur primæ ad Corinth. 15. Ergo videtur, quòd Christus secũdum quod homo, nõ sit ad dexterã Patris. ¶ 3. Præterea, Rom. 8. super illud, Qui est ad dexteram Dei, exponit gloss.† id est æqualis Patri in honore, quo Deus Pater est: vel ad dexterã Patris, id est in potioribus bonis Dei. Et super illud Hebræ. 1. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis gloss.* id est ad ęqualitatẽ Patris, super omnia, & loco, & dignitate. Sed esse æqualem Deo, non cõuenit Christo, secundum quod homo: nã secũdũ hoc ipse dicit Ioan. 14. Pater maior me est. Ergo videtur, quòd sedere ad dexterã Patris, nõ cõueniat Christo, secundum quod homo. ¶ Sed contra est, quod Augustus.† dicit in sermone de Symbolo, Ipsam dexteram, intelligite potestatem, quam accepit ille homo susceptus à Deo, vt veniat iudicaturus, qui prius venerat iudicandus.

dens in throno maiestatis suæ iubet filium sibi sedere à dextris, hoc est, secundo loco sedere, & idem tanquam se præstans filio quasi stipatorem, & protectorem, dicitur illi esse à dexteris. Vnde subditur, confregit in die iræ suæ reges. Et Prophe ta dicit: prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. ¶ Secundum dubium est, quomodo dicatur Christus sedere ad dexteram Dei cum Deus nec dextrum nec sinistrum habeat. Respondetur vtrumque & sedere & ad dexteram Patris, dictum esse per figuram & metaphoram secũdum quam sedere ad dexteram idẽ est, quod accipere potestatem super omnem principatũ & potestatem vel super omnes subditos. Nam qui sedet ad dexteram regis, videtur eadem aut certè secunda ab eo potestate pollere. Quid sit sedere ad dexteram Patris declarat Paulus ad Ephesios primo. Subiecit omnia sub pedibus eius. Sedet igitur ad dexte-

An dextrũ & sinistrum sint in Deo.

†gl. Ambr. in hoc loco, tom. 5.

*glo. interlinea. ibid.

†lib. 2. de symbolo, ca. 7. nõ longè à princ. to. 9.

Ephes. 1.

dexteram Dei, quoniam in summo honore est receptus super omnia, quæ nominari possunt, & eo collocatus, vnde omnem potestatem, omneque iudicium exercere potest in quiete & cum maiestate citra laborem & contradictionem. Sedere enim est vel iudicantis ex tribunali vel regnantis pacifice, iuxta phrasim scripturæ, stare autem præparare ad prælium, vel auxilium. Sedet igitur Christus à dextris virtutis Dei: quia eo exaltatus est, vt primas habeat in summo, in optimo, in fœliciſsimo regno Dei, adeò vt omnes in cęloacclament ei dicentes, dignus est accipere virtutem & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Imo audiuit Ioannes Euangelista omnẽ creaturam dicentem sedenti in throno, & agno, benedictio & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum, Amen. Hæc fusiſsime in Apocalypsi Ioannis ca. 5. ¶ Tertiũ dubiũ, an Christus Dominus sedeat iuxta positionem corporis, quomodo nos sedemus? Respondetur Christum non sedere iuxta positionem corporis. Non enim in sedendo, sed in stando est naturalis situs corporis secundum Philosophum. Nam sedere est imbecillitatis, in statu autẽ beatitudinis, vt optime diſpositũ ita & naturaliſsime collocatũ esse oportet corpus hominis. Itaque beati non sedent, nec iacent, sed stant. ¶ Quartum dubiũ est, quid est quod solus Marcus Euangelista asseritChristũ sedere à dextris Dei? Respõdetur, & si solus asseret satis esset ad testificãdam infallibilem veritatem, quoniam non loquitur niſi verbum Dei, verumtamen idem asserunt aliæ scripturæ. Christus adiuratus à Caypha summo Pontifice dixit assertiue. Ego sum filius Dei & àmodo videbitis filiũ hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientẽ in nubibus cęli. Insuper B. Stephanus ait, ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Est etiam illa insignis sententia ex Psalmo. 109. quam commemorat Paulus

*Act. præce.

Sedere à dextris, & sedere à dextris virtutis Dei, idẽ est,

*Quæst. 25. ar. 1.

*li. 4. ca. 2. à medio. Psal. 109.

¶ Respondeo dicendum, quòd (sicut dictũ est*) nomine dexteræ Patris, intelligitur vel ipsa gloria deitatis ipsius, vel beatitudo æterna eius, vel potestas iudiciaria & regalis. Hęc autem præpositio, Ad, quandã accessum ad dexteram designat, in quo designatur cõuenientia cũ quadã distinctione, vt suprà dictũ est*. Quod quidẽ potest esse tripliciter. Vno modo, vt sit cõuenientia in natura, & distinctio in persona: & sic Christus, secundũ quod filius Dei, sedet ad dexterã Patris quia habet eandẽ naturã cũ Patre. Vnde prædicta* cõueniunt essentialiter Filio, sicut & Patri, & hoc est esse in æqualitate Patris. Alio modo secundum gratiã vnionis, quæ importat ecõuerso distinctionem naturę & vnitatẽ personę. Et secundũ hoc Christus, secundũ quod homo, est filius Dei, & per cõsequens sedẽs ad dexterã Patris: ita tamẽ q; ly secundũ quod, nõ designet conditionẽ naturæ, sed vnitatẽ suppositi: vt suprà expositum est*. Tertio modo potest prędictus accessus intelligi secundũ gratiã habitualẽ, quæ abundantior est in Christo præ omnibus alijs creaturis, in tantum quòd ipsa natura humana in Christo, est beatior cæteris creaturis, & super omnes alias creaturas habẽs regiã & iudiciariã potestatẽ. Sic igitur si ly secundũ quod, designet conditionem naturæ, Christus, secundũ quod Deus, sedet ad dexterã Patris, id est, in ęqualitate Patris: secundum autem quod homo, sedet ad dexteram Patris, id est, in bonis paternis potioribus, præ cæteris creaturis, id est, in maiori beatitudine, & habens iudiciariam potestatẽ. Si verò ly secundũ quod, designet vnitatem suppositi, sic etiam secundũ quod homo, sedet ad dexterã Patris secundum ęqualitatem honoris: in quantum scilicet, eodẽ honore veneramur ipsum filium Dei cum natura assumpta, vt suprà dictum est.*

¶ Ad primũ ergo dicẽdum, quòd humanitas Christi secundũ conditiones suæ naturę nõ habet gloriã vel honorem deitatis: quã tamen habet ratione personæ, cui vnitur. Vnde ibidẽ Damas.* subdit. In qua scilicet gloria deitatis, Dei filiꝰ existẽs ante ęcula, vt

*Apoc. 5. Sedere quo modo conueniat Christo.

*Quæst. 16. ar. 10. & 11.

Heb.1. ad Hebræos 1. Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. ¶ Quintum dubium, quid faciat Dominus Iesus ad dexteram patris, iam constitutus & quodnam est Christi regnum post ascensionem eius in cælum.

Quid agat Christus ad dexterã patris residẽs

In huius rei expositionem libet producere in medium illud Actorum 1. cumque intuerentur Apostoli eun tem illum in cælum quasi luminibus & affectu sequen tes eo quo cor pore insequi non potuerũt: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vesti bus albis, qui & dixerunt. Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælum sic veniet, quemadmodũ vidistis eum euntem in cælum. Viri isti qui astiterunt Apostolis indubie angeli erant missi de cælo stantes erecto corpore in aëre, tam propinqui Apostolis, vt recte scribat Lucas, astiterunt iuxta illos. Quod autem astiterint in aëre non super terram ex eo colligitur, quoniam si astitissent super terram suspicio oriri potuisset illos fuisse homines aduentitios subito superuenientes ipsis oculis intentis in cælum, minusq; certum fuisset testimonium quod attulerunt. In vesteve ro alba apparuerunt, vt & habitu exprimerẽt triumphum festiuitatis, quã peperérat angelis ascẽsio Domini. Causæ autem ob quas apparuerunt angeli, ex ipsis eorũ verbis colligũtur. Nempe ne Apostoli vltra quã oportuit, Deus & Patri consubstã tialis, sedet conglorificata ei carne eius: adoratur enim vna hypostasis vna adoratione cum carne sua, ab omni creatura. ¶ Ad secundũ dicendũ, quòd Christus secundũ quòd homo, subiectus est Patri, prout ly secun dũ quod, designat conditionem naturæ, & secundũ hoc nõ competit ei sedere ad dexterã Patris, secundũ rationẽ æqualitatis, secundum quod est homo. Sic autẽ cõpetit ei sedere ad dexterã Patris, secũdũ quod per hoc designatur excellẽtia beatitudinis & iudiciaria potestas super omnẽ creaturam. ¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd esse in æqualitate Patris, nõ pertinet ad ipsam naturã humanam Christi, sed solùm ad personam assumentem: sed esse in potioribus bonis Dei, secũdum quod importat excessum aliarum creaturarum, conuenit etiã ipsi naturæ assumptæ.

ARTICVLVS IIII.
Vtrũ sedere ad dexterã Patris, sit proprium Christi.

AD quartũ sic proceditur. Videtur, quòd sedere ad dexterã Patris, nõ sit proprium Christi. Dicit enim Apostol' Ephe. 2. quòd Deus cõresuscitauit nos, & cõsedere fecit in cælestibus in Christo Iesu. Sed resuscitari nõ est propriũ Christi. Ergo etiã pari ratione nec sedere ad dexteram Dei in excelsis. ¶ 2. Præterea, Sicut Augu. dicit in li.* de Symbolo, Christũ sedere ad dexterã Patris, hoc est, habitare in eius beatitudine. Sed hoc multis alijs cõuenit. Ergo videtur, quòd sedere ad dexterã Patris, nõ sit proprium Christi. ¶ 3. Prætereà, Ipse dicit Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius. Sed hoc non competit Christo secundum quod homo. Ergo videtur, quòd sedere ad dexterã Patris, nõ sit proprium Christi. ¶ Sed contra est, quod dicit Damascenus. Sedere ad dexterã Patris, nihil aliud est, quàm diuinitatis claritatem, & naturæ humanæ in diuinitate honorem, & regnum, & imperium, & manifestam omnium adorationem, quam habet Christus, ostendere. ¶ Respondeo dicendum, quòd sedere ad dexterã Patris, proprium est Christi secundum diuinam naturam. Cuius ratio est, quia sedere ad dexterã Patris, importat quandam beatitudinem, & gloriam. Beatitudo autem & gloria Christi secundum humanam naturam, non est ab æterno, sed habuit principium in tempore. Vnde sedere ad dexterã Patris, secundum humanam naturam, non competit Christo ab æterno, sed in tempore. Et hoc modo loquitur Damascenus, dicens, quòd sedere ad dexterã Patris, nihil aliud est, quàm diuinitatis claritatem, & naturæ humanæ in diuinitate honorem, & regnum, & imperium, & manifestam omnium adorationem, quam habet Christus, ostendere. Sed secundum diuinam naturam, sedere ad dexterã Patris, competit Christo ab æterno. Et hoc modo loquitur Augustinus, dicens, quòd sedere ad dexterã Patris, est habitare in eius beatitudine. Et hoc modo loquitur Apostolus, dicens, quòd Deus cõresuscitauit nos, & cõsedere fecit in cælestibus in Christo Iesu. Et hoc modo loquitur Christus, dicens, quòd qui vicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius. Sed hoc non competit Christo secundum quod homo. Ergo videtur, quòd sedere ad dexterã Patris, nõ sit proprium Christi. ¶ Sed contra est, quod dicit Damascenus. Sedere ad dexterã Patris, nihil aliud est, quàm diuinitatis claritatem, & naturæ humanæ in diuinitate honorem, & regnum, & imperium, & manifestam omnium adorationem, quam habet Christus, ostendere. ¶ Respondeo dicendum, quòd sedere ad dexterã Patris, proprium est Christi secundum diuinam naturam. Cuius ratio est, quia sedere ad dexterã Patris, importat quandam beatitudinem, & gloriam. Beatitudo autem & gloria Christi secundum humanam naturam, non est ab æterno, sed habuit principium in tempore. Vnde sedere ad dexterã Patris, secundum humanam naturam, non competit Christo ab æterno, sed in tempore. Et hoc modo loquitur Damascenus, dicens, quòd sedere ad dexterã Patris, nihil aliud est, quàm diuinitatis claritatem, & naturæ humanæ in diuinitate honorem, & regnum, & imperium, & manifestam omnium adorationem, quam habet Christus, ostendere. Sed secundum diuinam naturam, sedere ad dexterã Patris, competit Christo ab æterno. Et hoc modo loquitur Augustinus, dicens, quòd sedere ad dexterã Patris, est habitare in eius beatitudine. Et hoc modo loquitur Apostolus, dicens, quòd Deus cõresuscitauit nos, & cõsedere fecit in cælestibus in Christo Iesu. Et hoc modo loquitur Christus, dicens, quòd qui vicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.

Act. 1.

319 *3. dist. 22. quæst. 3. ar. 3. q. 3.

*lib. 1. de symbolo cap. 4. ante medi. to. 9.

Mat. 24.

& benedicentes Deum. Quanquam videri posit non improbabiliter hanc partem referendam non ad tempus, quod erat inter ascensionem & spiritus missionem. Sed ad tẽpus post spiritus missionem. Post hanc enim Lucas Actuũ 2. & alijs aliquot capitibus dicit Apostolos quotidie perduraſſe in templo vnanimiter collaudantes Deum, & euangelizantes Iesum Christum, cũ post ascensionẽ eos dicat reuersos ascẽdisse in cœnaculum, ibique mansisse perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu. Quod autẽ dicitur, erãt semper in templo, intelligendum est omni die, & temporibus diei opportunis, quomodo & Paulus iubet semper orare. Marcus autem paucis commemorãs Domini ascensionem claudit suum Euãgelium conuenienter, clausula qua breuiter complexus est Apostolorum vitam extra Hierusalem post digressionem & dispersionem eorum. Illi autem, inquit, profecti prædicauerunt vbique, hoc est, non in Iudæa tantum, sed & in Samaria, & in omnibus gentibus, omnibusque locis nullum locum declinãtes, sed sine exceptione vbiuis gẽtium prædicantes. Sic enim intelligitur illud, prædicauerunt vbique, cum alioqui eorum prædicatio, tunc nec dum ad omnia peruenisset loca, sed vbique prędicauerunt, qui in omnibus præcipuis, & tunc notis mundi partibus prædicauerunt, neque aliquem locum dedita opera declinauerunt. Vt autem sic vbique prædicarent non illorum virtute factum est, sed per cooperationem Domini: quia vbique eis aperuit ostium sermonis, & dedit eis os, & sapientiam, cui non poterant efficaciter resistere omnes Euangelij hostes, vimque suam per spiritum suum demonstrauit in Apostolis, & denique sermonẽ eorũ, hoc est, prædicationẽ cõfirmauit per signa sequentia, quę per eos sicut promiserat operabatur. His enim modis Dominus eis cooperabatur. Vnde Paulus gloriatur prædicationem suam non fuisse in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. Sic ergo progrediebatur & proficiebat regnum Christi qui ex cęlo Ecclesiam suam regebat gubernabatque. Illud enim sciat Theologus, & tanquam compertum habeat. Est enim certissimum nihil in Ecclesia fieri, quod ad finem redemptionis spectet, quod à Christo Domino in cælis existente non ordinetur, disponatur, præcipiatur, expediatur; per ipsum enim fiunt omnia. Sed in Psalmo. 109. in primis eleganter Christi regnum post ascensionem describitur, cuius Psalmi duos aut tres versus breuiter elucidabo, sequarque in huius rei expositione Vatablum, cuius elucidatio mihi in hac parte maximè probatur. Sic

Act. 2.

tre meo in throno eius. Sed per hoc sedet Christus ad dexterã Patris, q̃ sedet in throno eius, ergo etiã & alij quiuincũt, sedẽt ad dexterã Patris. ¶ 4. Præterea, Matt. 20. Dñs dicit, Sedere ad dexterã meã vel siniſtrã, nõ est meũ dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Hoc autem frustrà diceretur, nisi esset aliquibus paratũ. Nõ ergo sedere ad dexterã, cõuenit soli Christo. ¶ Sed cõtra est, quod dicitur ad Heb. 1. Ad quẽ angelorũ dixit aliquãdo, Sede à dextris meis? id est, in meis bonis potioribus, vel mihi secundũ diuinitarẽ æqualis? quasi dicat, ad nullũ. Sed angeli sunt superiores alijs creaturis, ergo multò magis nulli alij cõuenit sedere ad dexterã Patris q̃ã Christo.

¶ Respõdeo dicendũ, quòd (sicut dictũ est *) Christus dicitur sedere ad dexterã Patris in quã tũ secundũ diuinã naturã est in æqualitate Patris, secundũ autẽ humanã naturã in excellenti possessione diuinorum bonorũ præ cæteris alijs creaturis. Vtrunq; autẽ soli Christo cõuenit. Vnde nulli alij, nec angelo, nec homini cõuenit sedere ad dexterã Patris, nisi soli Christo.

¶ Ad primũ ergo dicendũ, quòd quia Christus est caput nostrũ, illud quod collatum est Christo, est etiã nobis in ipso collatũ. Et propter hoc quia ipse iã resuscitatus est, dicit Apostolus, quòd Deus nos quodãmodo ei cõresuscitauit, qui tamẽ in nobis ipsis nondũ sumus resuscitati, sed resuscitãdi: secũdum illud Ro. 8. Qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra. Et secũdum eundẽ modum loquendi subdit Apostolo-

* art. 1. 2. & 3. huius qu.

Psal. 109.

habet Psalmus. Dixit Dominus Dominō meo, sede à dextris meis, id est, dicet Dominus Christo suo in ascensione. Nam est Prophetia de futuro per præteritum more Prophetarum, Sede à dextris meis, id est, do tibi potestatem super omnem principatū & potestatem vel super omnes subditos. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorum, id est, donec conijciantur reprobi in tenebras exteriores, per te dicentem, ite maledicti in ignem æternum. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, id est, efficiet Dominus, vt Euangelium, quod est robur Christi, prædicetur vndique ducto initio à Hierosolymis, vt dicitur Lucæ 24. In hoc versu Euangeliū dicitur virga. Nam est virtus & potentia Dei Romanorum primo. Dominare in medio inimicorum tuorum, id est, dominaberis, futurum pro imperatiuo, phrasis est Hebrææ linguæ. Habes promptissimum populum, cum educes tuas copias. Hic versus non habetur sic in editione vulgata. Dicunt tamen Hebræorum periti sic haberi in textu Hebræo. Et profecto hic versus optimè explicat progressum regni Christi post eius ascensionem. Vnde sensus est, ac si dicat, ô Christe Apostoli tui sponte sua non coacti volentes prædicabunt Euangelium, & hoc eo tempore, quo quasi virtute bellica mundum, & Sathanam tibi subiugabis, & hoc in splendoribus sanctitatis, id est, in Hierusalem vrbe splendida, vbi primum illucescere cœpit Euangelij splendor. His omnibus insignem fore Christi victoriam, prædicat Propheta, propter quam victoriā multum attolletur, & euadet clarissimus Christus. ¶ Vltimū dubium est, quem sensum habeat illa sententia ex Psalmo 109. iam commemorata, quam etiam commemorat D. Paulus ad Hebræos ca. 1. Sede à dextris meis, quoad vsque ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorum, nunquid postquā Dominus subiecerit sibi omnes inimicos suos, non amplius sedebit à dextris virtutis Dei? Certè illud quoad vsq;, vel donec, & si terminum quendam statuere videatur, non tamen eā habet vim, vt excludat id, quod posteā sequitur, sed ob eam dūtaxat causam ponitur, vt illud tutū reddatur, de quo suspicari quis posset, nam post subactos hostes nō metuit quis, ne de sede ejiciatur, sed si timēdum est, id ante, quam subacti sint, est faciendum. Securus ergo iubetur esse, qua parte vereri quis posset, post periculum vero, nihil est necesse ista cōmemorare. Sic dictū est, nō cognouit eā, donec peperit, vt, quo tempore suspicari quis posset, illud omne quauis suspicione liberetur, nā post editū filiū, nō fuerat hac de re cogitādum, cum iam ex Virgine natus esset.

Luc. 24.

Rom. 1.

Ho. 66. in Matt. inter principiū & med. super illa verba Mat. Calicē quidē tuū.

Psal. 109.

Heb. 1.

QVAESTIO LIX.

De iudiciaria potestate Christi, in sex articulos diuisa.

DEinde cõsiderandũ est de iudiciaria potestate Christi. ¶ Et circa hoc quærun tur sex. ¶ Primò, vtrùm iudiciaria potestas sit attribuẽda Christo. ¶ Secundò, vtrùm conueniat sibi, secundum quod est homo. ¶ Tertiò, vtrùm eam fuerit ex meritis adeptus. ¶ Quartò, vtrùm eius potestas iudiciaria, sit vniuersalis respectu omnium hominum. ¶ Quintò, vtrùm præter iudicium, quod agit in hoc tempore, sit expectandum aliud vniuersale iudicium futurum per ipsum. ¶ Sextò, vtrùm eius iudiciaria potestas etiam ad Angelos se extendat.

Non cõpleuit morte præuētus. ¶ De executione autem finalis iudicij* conuenientius agetur, cùm considerabimus de his quæ pertinent ad finem mundi: nunc autem sufficit ea sola tangere, quæ pertinent ad Christi dignitatem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm iudiciaria potestas sit specialiter Christo attribuenda.

320 AD primum sic proceditur. Videtur, quòd iudiciaria potestas non sit specialiter attribuenda Christo. Iudicium enim aliquorum videtur pertinere ad Dominum. vnde dicitur Romanorum. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Sed esse Dominum creaturarum, est commune toti Trinitati. Non ergo specialiter debet attribui Christo iudiciaria potestas. ¶ 2. Præterea, Daniel. 7. dicitur, Antiquus dierum sedit, & postea subditur, Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Sed antiquus dierum intelligitur Pater: quia vt Hilarius* dicit in Patre est æternitas. Ergo iudiciaria potestas magis est attribuẽda Patri, quàm Christo. ¶ 3. Præterea, Eiusdem videtur esse iudicare, cuius est arguere. Sed arguere, pertinet ad Spiritum sanctum. dicit enim Dominus Ioan. 16. Cùm autem venerit ille (scilicet Spiritus sanctus) arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Ergo iudiciaria potestas magis debet attribui Spiritui sancto, quàm Christo. ¶ Sed contra est, quod dicitur Actuum 10. de Christo, Hic est, qui constitutus est à Deo, iudex viuorum & mortuorum.

Respondeo dicendum, quòd ad iudicium faciendum tria requiruntur. Primò quidem potestas subditos coërcendi. vnde dicitur Eccles. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Secundò requiritur rectitudinis zelus: vt scilicet aliquis non ex odio vel liuore, sed ex amore iustitiæ iudicium proferat: secundum illud Prouer. 3. Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Tertiò requiritur sapientia, secundum quam formatur iudicium. vnde dicitur Ecclesiast. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum. ¶ Prima autem duo præexiguntur ad iudicium. sed propriè tertium est, secundum quod accipitur forma iudicij: quia ipsa ratio iudicij, est lex sapientiæ vel veritatis, secundum quam iudicatur. Et quia Filius est sapientia genita, & veritas à Patre procedens, & ipsum perfectè repræsentans, ideo propriè iudiciaria potestas attribuitur filio Dei. Vnde Augustdicit in libro de Vera religione. Hæc est incommutabilis illa veritas, quæ lex omnium artium rectè dicitur, & ars omnipotentis artificis. Vt autem nos & omnes animæ rationales, secundum veritatem de inferioribus rectè iudicamus, sic de nobis quando eidem cohæremus, sola ipsa veritas iudicat. De ipsa verò nec Pater: non enim

cap. 31. in princ. to. 1.

Hil. de Trin. paulò à prin. & lib. de synodis, paulò post princip.

minor est,quã ipse. Et ideo quæ pater iudicat , per ipsam iudicat. Et postea concludit,Pater ergo non iudicat quẽquam : sed omne iudicium dedit Filio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ex illa ratione probatur quòd iudiciaria potestas sit communis toti Trinitati:quod verum est. Sed tamen per quandam appropriationem ,iudiciaria potestas attribuitur Filio , vt dictum est*. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd sicut Aug.* dicit in sexto de Trinit.Patri attribuitur æternitas propter commendationem principij:quod importatur in ratione æternitatis . Ibidẽ etiam Aug.* dicit,quòd Filius est ars Patris.Sic igitur autoritas iudicandi attribuitur Patri,in quantum est principiũ Filij.Sed ipsa ratio iudicij attribuitur Filio,qui est ars & sapientia Patris:vt scilicet,sicut Pater facit omnia per Filiũ, in quãtũ est ars eius,ita etiã iudicet omnia per Filiũ,in quantũ est sapiẽtia & veritas eius.Et hoc significatur in Daniele: vbi primò dicitur,quòd Antiquus dierum sedit:& postea subditur,quòd Filius hominis peruenit vsq; ad Antiquũ dierum , & dedit ei potestatem & honorem & regnum.Per quod datur intelligi , quòd autoritas iudicandi est apud Patrem,à quo Filius accepit potestatem iudicandi. ¶ Ad tertium dicendum,quòd(sicut Augustꝰ dicit super Ioan.)ita dixit Christus,quòd Spiritus sanctus arguet mundum de peccato: tanquam diceret,ille diffundet in cordibus vestris charitatem , sic enim timore depulso,arguendi habebitis libertatem. Sic ergo Spiritui sancto attribuitur iudicium, non quantum ad iudicij rationem,sed quantum ad effectum iudicandi quem homines habẽt.

In corp. ar. lib.6.ca.10 circa prin. to.3.

eodem nũc dicto ca.10 to.3.

Trac.95. in Ioan. inter prin.& me. to.9.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. COnclusio est affirmatiua. Tria enim ad iudicium requiruntur. Primò quidem, Potẽstas coercendi subditos ad irrumpendas iniquitates. Secundò, rectitudinis zelus, vt scilicet non ex odio,sed ex amore iustitiæ iudicium proferat.Tertiò,requiritur sapientia secundum quam formatur iudicium,& quia filius est sapiẽtia genita,& veritas à patre procedens,& ipsum perfectè repręsentans, ideo propriè iudiciaria potestas attribuitur filio; vt dicit Augu.lib.de vera religione c.31. D. August.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo illud habet dubitationem. Vtrũ cõclusio arti.intelligatur de Christo secundũ diuinitatẽ,nã videtur quòd nõ. Etenim quis nesciat scripturã dicentẽ,omnium iudicẽ esse Deũ,quia Deus est Dñs omniũ?& vera est illa scriptura,eos qui foris sunt Deus iudicabit,& exploratum est in diuina Theologia,omnia opera ad extra esse cõmunia toti Trinitati.Pater ergo iudicat,Filius iudicat, Spiritus sanctus iudicat.Cõtrarium esse verũ probat illud Ioan.5.Pater non iudicat quenquam,sed omne iudicium dedit filio , quod certè de diuinitate intelligendũ est . Nã hæc dixit Christus vt intelligerẽt nihil ad æqualitatẽ cũ patre illi deesse. ¶ Pro explicatiõe veritatis sciendũ est,ex scripturis diuinis liquidò cõstare,quod Christus Dñs iudicabit tanquã iudex legitime cõstitutus potestatẽ habens & iurisdictionẽ,nõ ab homine, aut per hominẽ,sed à Deo patre,& iudicabit non ciuitatem vnã,aut alterã,sed orbẽ terrarum,nõ populũ Christianum tantum,sed omnes populos,vnde est illud Psal.97. Iudicabit orbẽ terrarum in iustitia & populos in ęquitate.Et Psal.95.Iudicabit orbem terrę in æquitate,& populos in veritate sua. Hanc etiam potestatem iudicandi explicat Dauid Psal.2.Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & possessionem tuã,terminos terræ. Reges eos in virga ferrea , & tanquã vas figuli confringes eos,&c.Et Ioan.5.c.Pater nõ iudicat quẽquam,sed omne iudiciũ dedit filio . Et Act. 10.Hic est qui cõstitutus est à Deo,iudex viuorũ & mortuorũ.Iudicabit ergo Christus filius Dei nõ semel atq; iterum, sed semper & in æternũ,& tandem in nouissimo die semel vniuersa iudicabit per semetipsum , etiã eos per quosnũc iudicat alios,quoniã ipse iudicabit iudices terræ, & euacuabit tandẽ omnem principatum & potestatem & virtutẽ. ¶ Sed videamus quispropriè dicatur iudex,quid sit iudicare,quid vero iudiciũ.Iudex est qui ius dicit,si iuris dicẽdi potestatẽ habet,vel ex se, quia Dñs aut superior,vel ab alio,quia in hoc constitutus est legatus,aut à superiore delegatus.Iudicare autẽ est iusdicere super cõtrouersijs

Christus vniuersorũ iudex.

Ioan.5.

Psal.97.

Psal.95.

Psal.2.

Ioan.5.

Act.10.

Quid sit iudex , quid iudicare, quid iudicium.

uersijs, iudicium vero est iuris iustique definitio. His constitutis, quæ facillima sunt, dicendum est ad propositam dubitationē, quòd D. Tho. in hoc articulo loquitur de Christo secundum diuinitatem, cui asserit specialiter inter diuinas personas attribui iudicandi potestatem. Qua in re apertè sequitur D. Aug. in loco citato. Vnde in solutione primi, sic inquit, iudicaria potestas cōmunis est toti Trinitati, sed tamen per quandam appropriationem iudiciaria potestas attribuitur filio. In cuius rei confirmationem adducit D. Aug. illud Ioan. 5. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, quod indubie de filio secundum diuinitatem intelligendū est. Reseruabitque D. Thom. illam quæstionem difficilem; Vtrùm iudiciaria potestas conueniat Christo, secundum quod est homo ad sequentem articulum, vnde euidēs est, quòd conclusio præsentis articuli de Christo secūdum diuinitatem est intelligenda. Argumenta vero in contrarium posita facillima sunt, namq; concedēdum est, quod pater iudicat, & filius iudicat, & Spiritus sanctus similiter iudicat. Sed potestas iudicandi specialiter attribuitur filio, quia est sapientia genita, & veritas à patre procedens.

Christo secundū diuinitatem specialiter tributur iudiciaria potestas.

Ioan. 5.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrùm iudiciaria potestas conueniat Christo secundum quod est homo.

321 AD secundū sic proceditur. Videtur, quòd iudiciaria potestas nō conueniat Christo, secundū quod est homo. Dicit enim Aug.* in li. de Vera religione: quòd iudiciū attribuitur filio: in quantū est ipsa lex primæ veritatis. Sed hoc pertinet ad Christum, secūdum quod est Deus. Ergo iudiciaria potestas nō cōuenit Christo, secūdū quod est homo, sed secundū quod est Deus. ¶ 2. Præterea, Ad iudiciariam potestatē pertinet præmiare bene agētes, sicut & punire malos. Sed præmiū bonorū operū est beatitudo æterna, quæ nō datur nisi à Deo: dicit enim Augu.* super Ioā. quòd participatione Dei fit anima beata, nō aūt participatione animæ sanctę. Ergo videtur, quòd iudiciaria potestas non cōueniat Christo, secundum quòd est homo, sed secundū quod est Deus. ¶ 3. Præterea, Ad iudiciariā Christi potestatem pertinet iudicare occulta cordium: secundum illud primæ ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, quo ad vsque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Sed hoc pertinet ad solam virtutem diuinam: secundum illud Hier. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? ego Dominus scrutans corda, & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam. Ergo iudiciaria potestas nō cōuenit Christo, secundum quod est homo, sed secundum quod est Deus. ¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.

ca. 31. circa prin. to. 1.

Trac. 23. in Ioan. inter prin. & me. to. 9.

¶ Respondeo dicendum, quòd Chrysosto*. super Ioan. sentire videtur, quòd iudiciaria potestas non conueniat Christo, secundum quod est homo, sed solùm secundum quod est Deus. Vnde autoritatem Ioan. inductam, sic exponit*. Potestatem dedit ei iudicium facere, (& postea subditur) quia filius hominis est; nolite mirari hoc, non enim propterea suscepit iudicium, quoniam homo est: sed quia ineffabilis Dei filius est, propterea iudex est: quia verò ea quæ dicebantur, erant maiora, quàm secundum hominem, ideo hanc opinionem soluens dixit. Ne miremini, quia filius hominis est: etenim ipse est etiam filius Dei. Quod quidem probat per resurrectionis effectū. Vnde subdit. Quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audiēt vocē filij Dei. Sciendū tamen, quòd quanuis apud Deum remaneat primæua autoritas iudicandi, hominibus tamen committitur à Deo iudiciaria potestas respectu eorum, qui eorum iurisdictioni subijciuntur. Vnde dicitur Deuterono. 1. Quod iustum est iudicate, & postea subditur. Quia Dei est iudicium, cuius scilicet autoritate vos iudicatis. Dictum est

Ho. 38. in Ioan. parū ante mediū to. 3.

loco iam citato.

autem

Quæst.8. autem suprà * quòd Christus etiam in natura humana est caput totius Ecclesiæ,& quòd sub pedibus eius Deus omnia subiecit . Vnde ad eum pertinet, etiam secundum naturam humanam, habere iudiciariam potestatem. Propter quod Augustꝰ.* autoritatem prædictam Euangelij sic dicit esse intelligendam. Potestatem dedit ei iudicium facere,quia Filius hominis est,non quidē propter conditionem naturę:quia omnes homines huiusmodi potestatē haberēt(vt Chrysoꝰ.* obijcit)sed hoc pertinet ad gratiā capitis , quā Christus in humana natura accepit. Cōpetit autē Christo hoc modo secūdum humanā naturam iudiciaria potestas , propter tria.Primò quidem propter conuenientiam & affinitatem ipsius ad homines: sicut enim Deus per causas medias,tanquam proquinquiores effectibus operatur,ita iudicat per hominē Christum homines, vt sit suauius iudicium hominibus. Vnde Apostolus dicit Heb. 4. Non habemus pontificem , qui non possit cōpati infirmitatibus nostris,tētatum per omnia pro similitudine absque peccato. adeamus ergo cū fiducia ad thronū gratiæ eius. Secūdò,quia in finali iudicio(vt Augꝰ.* dicit super Ioā.) erit resurrectio corpōrū mortuorum, quę suscitat Deus per Filium hominis, sicut per eundē Christum suscitat animas,in quantum est filius Dei. Tertiò, quia,vt Augustꝰ.* dicit in lib. de verbis Domini,rectum erat vt iudicandi viderent iudicem,iudicandi autē erant boni & mali:restabat vt in iudicio,forma serui & bonis & malis ostenderetur: forma Dei solis bonis seruaretur.

Trac.19. in Io.post me diū tom. 9.

Hom.38.in Io.parū ante medium to.3.

Trac. 23.in Ioan. ante med.to. 9.

In ser. 64. &est vltimꝰ à medio illius,to. 10.

¶ Ad primū ergo dicendum,quòd iudiciū pertinet ad veritatē, sicut ad regulā iudicij.sed ad hominē,qui est veritate imbutus pertinet secūdū quod est vnū quodāmodo cū ipsa veritate, quasi quædā lex & quędā iustitia animata. Vnde & ibidē Augꝰ.† introducit quod dicitur 1.Cor.2.Spiritualis iudicat omnia. Anima autē Christi prę cęteris creaturis magis fuit vnita veritati,& magis ea repleta:secundū illud Ioan.1. Vidimus eū plenū gratiæ & veritatis. Et secundū hoc ad animā Christi maximè pertinet omnia iudicare. ¶ Ad secūdū dicendū,quòd solius Dei est,sui participatione animas beatas facere.Sed adducere homines ad beatitudinē ,cōuenit Christo,in quantū est caput &autor salutis eorum:secundū illud Heb.2. Qui multos filios in gloriā adduxerat,autorē salutis eorū per passionē cōsummari. ¶ Ad tertiū dicendū,quòd cognoscere occulta cordiū,& dijudicare , per se quidē pertinet ad solū Deū.Sed ex re fluentia diuinitatis ad animā Christi, conuenit etiam ei cognoscere & iudicare occulta cordium. vt suprà † dictū est,cùm de scientia Christi ageretur.Et ideo dicitur Rom.2. In die cùm iudicabit Deus occulta hominum per Iesum Christum.

li.de ver.relig.ca. 31.à med.to. 4.

q.10.art.2.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio.

COnclusio est.Ad Christum etiam secūdum humanam naturam pertinet habere iudiciariam potestatē, quod patet ex hac demonstratione,quia ista potestas committitur hominibus à Deo respectu eorum qui illorum iurisdictioni subduntur remanente primaria potestate iudicandi apud ipsum Deum , Christus autem etiam in natura humana,est caput totius Ecclesiæ , & sub pedibus suis Deus omnia subiecit,vnde ad ipsum pertinet,etiam secundum humanam naturā iudiciariam potestatem habere. Primo,propter conuenientiam & affinitatem ipsius ad hominem. Sicut enim Deus per causas medias tanquam propinquiores effectibus cooperatur,ita iudicat homines per Christum hominem,vt sit suauius iudicium hominibus, vt dicit Paulus ad Hebræos 4. Non habemus Pontificē,qui non possit compati infirmitatibus nostris.Secundò, quia in finali iudicio (vt Augustꝰ. dicit super Ioannem tracta. 19.) erit resurrectio corporum mortuorum quæ suscitat Deus per filium hominis, sicut per eundem Christum suscitat animas,in quantū est filius Dei.Tertiò,quia,vt dicit Aug. in li. de verbis Domini , rectum erat vt iudicandi viderent iudicem.Iudicādi erant enim boni &

Heb.4.

D. Augustꝰ.

& mali. Quare restabat, vt in iudicio forma serui, & bonis, & malis ostenderetur, forma autem Dei solis bonis reseruaretur. Probat etiã eandem conclusionẽ D. Tho. ex illo Ioan. 5. Potestatẽ dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est, quẽ locũ explicãs D. Chryso. ho. 38. arbitratus est Christo hãc iudicis facultatẽ nõ quatenus homini, sed quatenus Deo, per generationẽ æternã esse cõmunicatã, & ideo autoritatẽ inductã Ioãnis sic legit. Potestatẽ dedit ei iudicium facere, & postea subditur, quia filius hominis est, nolite mirari hoc. At verò profectò lectio hæc, nõ tam textui quadrat quã alia D. Aug. quæ cõmunis est, vnde D. Aug. tract. 19. in Ioan. autoritatẽ prædictã sic dicit esse intelligendã. Potestatem dedit ei iudiciũ facere, quia filius hominis est, nõ quidẽ propter conditionẽ naturæ, quia omnes homines huiusmodi potestatẽ haberent (vt Chrysost. obijcit) sed hoc pertinet ad gratiã capitis, quã Chrs in humana natura accepit.

Ioan. 5.
Chrysost.
August.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Scotus.
Argumẽta cõtra cõcl.

SCotus in 4. d. 48. q. 1. impugnat cõclusionem huius articuli. Nam inquit, si hæc dictio, in quantũ homo, dicat concomitantiã, tunc nihil aliud est dicere, nisi quòd tũc Christus erit homo. Si vero dicat causalitatẽ, conclusio in hoc sensu assertã falsum dicit, nam causa illius autoritatis est diuinitas, & certe illud iudiciũ nõ potest cõuenire humanitati, qa ad iudiciũ requirit primo determinatio, & dictamẽ secundum intellectũ, quid cuiq; est reddendũ, secũdo, velle efficax ad redditionẽ præmij: at secundũ humanitatẽ, hoc posterius nõ cõuenit Christo, ergo nec iudiciũ. Verũ istę obiectiones Scoti (vt bonavenia dicã) friuolæ sunt & inanes, & veritas cõclusionis D. Tho. est cõstitutissima. Christus siquidẽ ea ratione qua filius Dei est, habuit indubie per essentiã ac per ęternã generationẽ iudicij potestatẽ, cæterũ vt homo, & secundũ humanã naturã, nõ habet eã nisi donatione, siue cõstitutione Dei patris. Hinc Petrus Act. 10. sic loquitur. Qui cõstitutus est à Deo, iudex viuorũ, & mortuorũ: si cõstitutus, ergo nõ ex naturæ qualitate, sed à cõstituente habet iudicij potestatẽ, & sic ratione diuinitatis tantũ hęc autoritas ei nõ cõpetit. Habet igitur per constitutionem ratione naturæ humanæ assumptæ. Hæc eadẽ veritas patet ex illo Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam & possessionem tuam, terminos terræ, reges eos in virga ferrea, &c. quibus verbis duo ad nostrũ propositũ spectantia, insinuantur. Alterũ est, Christum iudicẽ esse cõstitutum à Deo patre, alterũ est, hanc iudicãdi potestatẽ Christo cõpetere secundum humanitatem, quod significatur in illo verbo, Postula à me. Per istam postulationem, intelige orationem & meritũ Christi, quibus à Deo patre, hanc autoritatem obtinuit. Dicat ergo Theologus & pro indubitato habeat, quòd Christo homini qui natus est de Virgine Maria, Pater omne iudiciũ dedit, & cuncta posuerit in manu eius, omneq; iudiciũ, particulare, vniuersale, interlocutoriũ, definitum, discussiõis, dãnationis, ante mortẽ, post mortẽ positum est in eius potestate, vt ipse exerceat illud circa hominẽ tanquã homo, hominumq; frater, & Dñs. Siquidẽ diuina prouidẽtia, ne exercendũ iudiciũ videri posset durũ, (durũ enim est iudicari ab extero, q; qualitatẽ populi ac regionis ignorat) ideo voluit illud fieri per eũ qui habitauit in nobis, & in medio nostri, in hac regione vmbræ mortis. Ne etiã ipse iudex videri posset implacabilis, ideo per eũ fieri voluit, qui nouit cõpati infirmitatibus nostris, per omnia tẽtatus & passus vt nos, imo magis quã nos, aut suspectus, ideo per eũ qui proprius pastor est animarũ nostrarũ, insuper redẽptor & saluator, qui propter nos, nostrãq; salutẽ, semetipsum dedit, nedũ sua. Ne deniq; suspicari queat iudiciũ illud fuisse superficiale, minusq; exactũ ideo fieri voluit per eum qui vt homo, ita esset & Deus, scrutãs corda & renes. Quẽ nullũ latet secretũ, eo quod omnia nuda sunt, & aperta in cõspectu eius. ¶ Ad argumẽta Scoti, ad primũ dico, quod illa dictio, in quantũ, nõ dicit concomitantiã, sed causalitatẽ, nõ primariam sed secundariã. Apud Deũ itaq; manet primęua autoritas iudicãdi, apud Christũ verò manet potestas iudicãdi ex cõmissione diuinitatis. ¶ Ad secundũ argumentũ dicendum est, quod anima Christi ex cõiunctione ad diuinitatẽ cognoscit & iudicat occulta cordiũ, vt supra dictũ est, cũ de sciẽtia Christi ageretur, & ideo dicitur Rom. 2. in die cum iudicabit Deus occulta hominũ per Iesum Christũ. Illud etiã addendũ est quod licet solius Dei sit sui participatione animas beatas efficere, sed adducere homines ad beatitudinẽ conuenit Christo in quantũ est caput & autor salutis eorum. Secundum illud ad Heb. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat autorem salutis eorum per passionem consummari.

Ad argumẽta Ad primũ.
Ad secũdũ.
Rom. 2.
Heb. 2.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrùm Christus ex meritis adeptus fuerit iudiciariam potestatem.

322
4. di. 48. q. 1 ar. 1 Et 4. cõtra c. 95. prin. Et op. 3. c. 4 p. 249.

ADtertium sic proceditur. Videtur, quòd Christus non ex meritis fuerit adeptus iudiciariam potestatem,

ſtatem. Iudiciaria enim poteſtas aſſequitur regiam dignitatem, ſecundum illud Prouerb. 20. Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Sed regiam dignitatem Chriſtus obtinuit abſque meritis: competit enim ei ex hoc ipſo, quòd eſt vnigenitus Dei, dicitur enim Luc. 1. Dabit ei Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Ergo Chriſtus iudiciariam poteſtatem non obtinuit ex meritis.

ſer. præced. ¶ 2. Præterea, Sicut dictum eſt*, iudiciaria poteſtas competit Chriſto, in quantum eſt caput noſtrum. Sed gratia capitis non competit Chriſto ex meritis, ſed conſequitur perſonalem vnionem diuinæ & humanæ naturæ: ſecundum illud. Vidimus gloriam eius quaſi Vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus: quod pertinet ad rationem capitis. Ergo videtur quòd Chriſtus non habuerit ex meritis iudiciariam poteſtatem. ¶ 3. Præterea, Apoſtolus dicit primæ ad Corinth. 2. Spiritualis iudicat omnia. Sed homo efficitur ſpiritualis per gratiam, quæ non eſt ex meritis: alioquin iam non eſſet gratia, vt dicitur Romano. 11. Ergo videtur, quòd iudiciaria poteſtas non conueniat, nec Chriſto, nec alijs ex meritis, ſed ex ſola gratia.

¶ Sed contra eſt, quòd dicitur Iob 36. Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, cauſam iudicium que recipies, & Auguſtin.* dicit in libro de verbis Domini. Sedebit iudex, qui ſtetit ſub iudice: damnabit verò reos, qui falſò factus eſt reus.

In ſer. vlt. aliquātulū à med. to. 10.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd nihil prohibet vnum & idem deberi alicui ex cauſis diuerſis, ſicut gloria corporis reſurgentis debita fuit Chriſto, non ſolùm propter congruentiam diuinitatis, & propter gloriam animæ, ſed etiam ex merito humilitatis paſſionis. Et ſimiliter dicendum eſt, quòd iudiciaria poteſtas homini Chriſto competit, & propter diuinam perſonã, & propter capitis dignitatem, & propter plenitudinem gratiæ habitualis: & tamen etiam ex merito eam obtinuit, vt ſcilicet ſecundum Dei iuſtitiam iudex eſſet, qui pro Dei iuſtitia pugnauit & vicit, & iniuſtè iudicatus eſt. Vnde ipſe dicit Apoc. 3. Ego vici, & ſedi in throno Patris mei. In throno autem intelligitur iudiciaria poteſtas, * ſecundum illud Pſalm. 9. Sediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam.

Gloſſ. ord. ibi. ex Caſſ. exponit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de iudiciaria poteſtate, ſecundum quod debetur Chriſto ex ipſa vnione ad verbum Dei.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte gratiæ capitis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte gratiæ habitualis, quæ eſt perfectiua animæ Chriſti. Per hoc tamen quòd his modis debetur Chriſto iudiciaria poteſtas, non excluditur quin debeatur ei ex merito.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio.

COnclusio eſt affirmatiua. Chriſto namque homini cõpetit iudiciaria poteſtas, & propter diuinam perſonam, & propter capitis dignitatẽ, & propter plenitudinem gratiæ habitualis. Et vltra hæc ex merito eã obtinuit, vt ſecundũ Dei iuſtitiã iudex eſſet qui pro Dei iuſtitia pugnauit & vicit atq; iniuſtè iudicatus eſt, vnde dicitur Apo. 3. Ego vici & cõſedi in throno, nihil enim prohibet vnũ & idẽ alicui deberi ex pluribus cauſis, vt dictũ eſt de gloria corporis reſurgentis.

Apoc. 3.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Explicãtur cauſæ ob quas Chriſto homini conueniat iudiciaria, poteſtas.

IN hoc articulo D. Tho. explicat cauſas vniuerſas, propter quas Chriſto homini competit iudiciaria poteſtas. Prima eſt ex ipſa vnione ad verbum Dei. Iudiciaria enim poteſtas conſequitur regiã dignitatẽ. Secundũ illud Pro. 20. Rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo, ſed regiam dignitatem Chriſtus habet, ex hoc ipſo quod eſt vnigenitus Dei. Dicitur enim Luc. 1. Dabit ei Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum,

Pro. 20.

Luc. 1.

hæc

hæc causa magnam de se mouebat quæstionem, num Christus Dominus secundũ quod homo habuerit regiã potestatem. Sed de hac quæstione commodius differetur in articulo sequenti. Secunda causa est ex eo, quod Christus est caput nostrum, vnde etiam iudiciaria potestas conuenit Christo, propter quod dicitur Ioã. 1. Vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius omnes accepimus, quod pertinet ad rationem capitis. Tertia causa est, ex gratia habituali, dicitur enim ad Corint. 1. cap. 2. spiritualis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur, Christus autem habuit gratiæ plenitudinem. Quarta causa est ex meritis, & colligitur ex illo Iob. 36. Causa tua quasi impij iudicata est, iudicium causamque recipies. Vnde Augu. dicit in sermone vltimo de Verbis Domini, sedebit iudex qui stetit sub iudice, damnabit vero reos, qui falso factus est reus. Hæc eadem veritas, quòd Christus ex meritis obtinuerit iudiciariam potestatẽ demonstratur apertè ex duobus testimonijs sanctæ scripturæ. Primum est illud ex Psalmo. 2. Postula me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, &c. Ecce in eo, quod dicit, postula, significat, quòd meritis & orationibus eam potestatem obtinuit. Secundum testimoniũ est ad Rom. 14. In hoc Christus mortuus est & resurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur, siquidẽ filius Dei quoniam exinaniuit se, formã serui accipiens, propter seruos qui perierant factus obediens patri pro homine vsque ad mortem, mortem autem crucis, reuiuiscensque ex mortuis idq; omnibus hominibus in spem viuam futuræ resurrectionis, ideo sanè donatũ est illi à Deo, vt sit Dominus & iudex viuorum & mortuorum hoc est omnium hominum.

Joan. 1. 1. Corin. 2. Iob. 36. August. Psal. 2. Rom. 14.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrùm Christo conueniat iudiciaria potestas quãtũ ad omnes res humanas.

323 Quoli. 10. arti. 2. cor.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd ad Christum nõ pertineat iudiciaria potestas quantum ad omnes res humanas. Vt enim legitur Luc. 12. Cùm quidam de turba Christo diceret, Dic fratri meo, vt diuidat mecũ hæreditatem: ille respõdit, Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? Non ergo habet iudicium super omnes res humanas. ¶ 2. Præterea, Nullus habet iudicium, nisi super ea quæ sunt sibi subiecta. Sed Christo nondum videmus omnia esse subiecta: vt dicitur Hebr. 2. Ergo videtur, quòd Christus non habeat super omnes res humanas iudiciũ. ¶ 3. Præterea, Augustin. dicit 20. de Ciuit. Dei*, quòd ad iudicium diuinum pertinet hoc, quòd interdum boni affliguntur in hoc mundo, & interdum prosperantur, & similiter mali. Sed hoc fuit etiam ante Christi incarnationem. Ergo non omnia iudicia Dei circa res humanas pertinent ad iudiciariam potestatẽ Christi. ¶ Sed contra est quod dicitur Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio.

li. 20. ca. 2. tom. 5.

Respondeo dicendum, quòd si de Christo loquamur secundum diuinam naturam, manifestum est, quòd omne iudicium Patris pertinet ad Filiũ: sicut enim Pater facit omnia verbo suo, ita & omnia iudicat verbo suo. Si verò loquamur de Christo secundũ naturam humanam, sic etiam manifestum est, quòd omnes res humanæ subduntur eius iudicio. Et hoc manifestum est primò quidem si consideremus habitudinem animæ Christi ad verbum Dei: Si enim spiritualis iudicat omnia (vt dicitur primæ ad Corinth. 2.) inquantum mens eius verbo Dei inhæret, multò magis anima Christi, quæ est plena veritate Verbi Dei, super omnia iudicium habet. ¶ Secundò apparet idem ex merito mortis eius: quia vt dicitur Ro. 14. in hoc Christus mortuus est & resurrexit, vt viuorum & mortuorum dominetur. Et ideo super omnes habet iudicium: propter quod & Apostolus ibi subdit, quòd omnes stabimus ante tribunal Christi. Et Dani. 7. dicitur, quòd dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. ¶ Tertiò apparet idem ex comparatione rerum humanarum ad finem humanæ salutis. Cuicunque enim cõmittitur principale, committitur & accessorium. Omnes autem res

humanæ, ordinantur in finē beatitudinis, quæ est salus æterna, ad quam homines admittuntur, vel etiam repelluntur iudicio Christi: vt patet Mat. 25. Et ideo manifestū est, q̄ ad iudiciariā potestatē Christi pertinent omnes res humanæ.

Art. præco. in arg. 1.

Ad primū ergo dicendū, quòd sicut dictū est, * iudiciaria potestas consequitur regiā dignitatē. Christus autē quāuis esset rex cōstitutus à Deo: nō tamen in terris viuens, terrenū regnū tēporaliter administrare voluit: vnde ipse dicit Ioā. 18. Regnū meū nō est de hoc mundo. Similiter etiā iudiciariā potestatem exercere noluit super res tēporales, qui venerat homines ad diuina transferre: vnde Ambr. ibidē dicit, * Bene terrena declinat qui propter diuina descendérat: nec iudex dignatur esse litiū, & arbiter facultatū, viuorum habēs mortuorumq́; iudiciū, arbitriūq́; meritorum. ¶ Ad secundū dicendū, quòd Christo sunt omnia subiecta quantū ad potestatem, quā à Patre super omnia accepit: secūdū illud Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Nondū tamē sunt omnia ei subiecta quantū ad executionē suæ potestatis, quod quidē erit in futuro: quando de omnibus voluntatē suā adimplebit, quosdā quidē saluādo, quosdā autem puniēdo. ¶ Ad tertiū dicendū, quòd ante Incarnationē huiusmodi iudicia exercebātur per Christū, in quantū Dei verbū est, cuius potestatis facta est particeps per Incarnationē anima, ei personaliter vnita.

li. 7. in Lu. super illud: Quis me constituit iudicē inter vos? tom. 5.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclusio.

Ioan. 5. 2. Concluſ.

PRima conclusio, secundū diuinam naturā omniū iudiciū cōuenit Christo. Quia Pater omnia facit per verbū, vnde Ioā. 5. dicitur, Pater omne iudiciū dedit filio. ¶ Secūda conclusio. Secundū humanā naturā etiā subduntur Christo omnes res humanæ. Primo propter habitudinē animæ Christi ad verbū, nam si spiritualis omnia iudicat propter mētē eius verbo Dei inhærentem, multo magis anima Christi plena veritate omnia iudicat. Secūdò, apparet idem ex meritis mortis eius, quia in hoc Christus mortuus est & resurrexit vt viuorū & mortuorū dominetur, vnde Dan. 7. dicitur, Dedit ei potestatē honorē & regnū, &c. Tertiò, patet ex cōparatione rerū humanarum ad finem humanæ salutis, quia cui cōmittitur principale, committitur & accessorium, sed omnes res humanæ ordinantur ad beatitudinem ad quam homines admittūtur vel repelluntur iudicio Christi.

Daniel. 7.

EXPOSITIO ARTICVLI.

IN hoc articulo D. Tho. in solutione primi vltra cōclusiones positas ponit vnam, quæ de se magnam mouet quęstionē. Cōclusio sic habet, Christus quāuis esset rex constitutus à Deo, nō tamē in terris viuens terrenū regnū administrare voluit. Prima pars huius conclusionis probatur à D. Tho. quia iudiciaria potestas cōsequitur regiam dignitatē, sed Christus habuit iudiciariā potestatē super omnes homines, vt iam dictū est, ergo etiam habuit regiā dignitatē. Secūda pars assertionis, patet ex illo Ioan. 18. Regnū meum non est de hoc mūdo, vnde etiā iudiciariā potestatē exercere noluit super res tēporales, qui venerat homines ad diuina transferre. ¶ Hæc sententia D. Tho. magnam de se mouet quæstionem, Vtrum Christus Dñs fuerit rex tēporalis habueritq́; regiā dignitatē? A parte affirmante hæc sunt argumēta. In primis D. Tho. in opusculo. 2. de regimine principum lib. 3. ca. 12. & deinceps vsq; ad 15. hanc sententiam expresse docere videtur. Idem docet hoc in loco, vt patet euidēter ex litera in solutione primi. Hoc ipsum cōfirmat in solutione secundi, si attēte legatur. Hanc eandē sententiā tenent alij autores graues, nominatim Burgensis additione. 2. super ca. 1. Matthæi & Ioannes Faber super lege, cunctos Populos. C. de summa Trinitate. Atqui illi autores postremo citati nō mouentur alia ratione, nisi quia erat Deus, alij vero qui modo profitentur doctrinam D. Tho. alia via incedunt, & probant Christo Dño regiā dignitatē ex vnione hypostatica verè cōpetere, habereq́; regnū & dominiū tēporale supra totū orbē. ¶ Et ad confirmandā istam sententiā vtūtur istis rationibus, quarū prima est, quæ ex sanctis scripturis educitur, in quibus sæpè dicitur, quòd Christus Dominus, sit nasciturus de stirpe regia Dauid, & quod regnaturus est in populo Iudæorū: scriptū est enim in Psal. 131. Iurauit Dominus Dauid veritatē & nō frustrabitur eum, de fructu vētris tui ponā super sedē tuā, & hoc promisit per Nathan Prophetā. 2. Reg. 7. vbi dicitur, Cuq́; completi fuerint diēs tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. Hoc tamē promissum primo fuit impletum

Quæstio grauis, Vtrū Christus fuerit rex temporalis.

Burgensis. Ioannes Faber.

Primū arg.

Psal. 131.

2. Reg. 2.

impletum in Salomone filio Dauid, qui in regno ei succesſit, & multo perfectius in Chriſto, deſcẽdente à Dauid ſecundũ carnẽ, cuius Salomõ figura fuit & in quo Dauid regni accepit perpetuitatẽ, vt dicit Lyranus, exponẽs locũ illius prophetiæ. Angelus etiã dixit Virgini Mariæ, cum eam exoptatiſsima benedictione ſalutaſſet: Ne timeas Maria inueniſti enim gratiã apud Deũ, Ecce cõcipies in vtero tuo, & paries filiũ, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſsimi vocabitur. Et dabit illi Dñs ſedẽ Dauid Patris eius & regni eius nõ erit finis. ¶ Secunda probatio ſumitur ex dictis D. Aug. nam D. Auguſt. in multis locis ſuæ doctrinæ videtur hoc ſignificaſſe, ſignanter lib. 1. de conſenſu Euãgeliſtarum. c. 2. & ca. 3. & lib. 83. quęſtionum q. 61. & ſecunda parte quæſtionũ ex nouo Teſtamento q. 49. & ſuper Pſal. 62. exponens illud, partes vulpium erunt. In his locis affirmat Aug. quòd Chriſtus Dñs fuit rex Iudæorũ. Vnde arcano inſtinctu in titulo qui cruci ſuperfixus erat, præcepit ſcribi, rex Iudæorũ. ¶ Tertia ratio ſumitur ex doctrina D. Tho. 3. p. q. 13. art. 2. vbi conceditanimæ Chriſti omnipotentiã, ad res naturales immutandas omni mutatione, pręterquam creatione & annihilatione, ſed poteſtas hæc gubernandi orbẽ dominio temporali, poteſtas quædã eſt, & quidem eximia, ergo cõmunicata eſt animæ Chriſti. ¶ Quarta ratio. Nulla perfectio denegãda eſt animæ Chriſti, ex his quæ cõmunicari ei potuerunt, ſed gubernare & regere orbẽ terrarũ dominio tẽporali, perfectio quædam eſt, tum quoniã hæc poteſtas deſignat ſuperioritatẽ, & dignitatẽ in gubernante. Tum vero, nam actus huius poteſtatis, ſunt maximè perfecti, videlicet editis legibus promouere ſubditos ad officia virtutũ, auocare illos à vitijs, diſtribuere benemeritis præmia & punire reos. Tũ vltimo, quoniã hæc poteſtas dominij tẽporalis verè & formaliter cõpetit Deo, ergo dicit perfectionẽ. Conſequẽtia inde probatur, nam id quod nõ dicit perfectionẽ non prædicatur de Deo, vt docet D. Tho. 1. p. q. 4. ¶ In huius quæſtionis explicationẽ eſt prima concluſio. Chriſtus in quantũ Deus, Dñs eſt vniuerſorum, tam in ſpiritualibus, quã temporalibus, cuncta ſiquidẽ ex nihilo condidit & in nihilũ redigere poteſt. ¶ Secũda concluſio. Chriſtus Dominus, quatenus homo, iure redẽptionis vnicus eſt rex regni cœlorum, vnde ei ex officio incũbit, cuncta diſpẽſare, & adminiſtrare, quæ ad ſempiternã hæreditatẽ expectant. Nimirum Eccleſiã fundare, ſacramẽta inſtituere, magiſtratus Eccleſiaſticos creare, leges condere, ademum omnes iudicare, & cuiq; pro-

Secundum Auguſt.

Tertium.

Quartum.

Prima concluſio.

2. Concluſ. Chriſtus vnicus rex regni cœlorum.

meritis præmia æterna, ac ſupplicia decernere, Regeſq; vniuerſos, vt ſuis legibus pareant cogere, eorũq; leges qua parte ſuis aduerſantur, abrogare, & vniuerſa tẽporalia quoties ad vitæ ſpiritualis finem opus eſſet, in ſuum aſſumere. Hæc concluſio patet ex illo Pſal. 2. Ego autẽ cõſtitutus ſum rex ab eo, ſuper Siõ montem ſanctũ eius, prædicãs præceptũ eius. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, Ego hodie genui te, poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã & poſſeſsionẽ tuã terminos terræ. Pſal. 2.

Et Matth. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, euntes ergo docete omnes gentes, &c. quibus verbis plane indicat regnũ eius ſpirituale eſſe, & in prædicatione & doctrina fidei conſiſtere. Vnde ad Pilatũ reſpondit Dñs; Regnũ meũ non eſt de hoc mundo, docens, vt Eſai. c. 9. prædixerat, regnum ſuũ in ſempiternũ duraturum, & vt eſt in Pſalmo. Regnũ tuum Regnum omniũ ſæculorum, & Ioan. dixit in Apocaly. Rex regum & Dominus dominantiũ, quia ſpirituale eius regnum omnibus regnis temporalibus ſõgè præminet. Vnde in ſacris eloquijs cum fit mẽtio de regno Chriſti, nunquã cõmemoratur niſi regnũ ſpirituale, vnde Eſai. 33. ſic habetur, Dominus iudex noſter Dominus legifer noſter Dominus rex noſter, ſtatim vero ſubditur, ipſe ſaluabit nos. Et Eſai. 44. hæc dicit Dominus rex Iſrael & redemptor eius Dominus exercituum. Et hac de cauſa Chriſtus Dominus, ſimul fuit Rex & Sacerdos, vt dicit Paulus in Epiſt. ad Hebrę. Rex itaq; eſt Chriſtus, & paſtor noſter, qui regit nos & paſcit in ſpiritualibus ad cœleſtia tendentes, idèq; fuit ſacerdos vt nos ſanctificaret, & interpellaret pro nobis. Certè ſi in mediũ vellem afferre loca quibus aſſeritur regnũ Chriſti futurũ eſſe ſpirituale, & duraturũ vſque in ſempiternum nunquã eſſet finis. Et ideo ne immoremur in re apertiſsima cõſtituitur tertia concluſio. ¶ Chriſtus Dominus nõ habuit regnũ hęreditariũ, ex eo quod deſcẽdebat ex Dauidis Proſapia. Patet, tum quoniã illud regnũ peculiare erat ſuper tribus Iſrael, tum verò, quoniam hoc regnum, iam ceſſauerat in Ioachim filio Iechoniæ ſeu in eius patruo Sedechia, iuxta vaticinium Ierem. c. 22. hæc dicit Dominus; Scribe virũ iſtũ ſterilem, virum qui in diebus ſuis nõ proſperabitur. Neq; enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatẽ habeat vltra in Iuda. Poſt captiuitatem Babylonicã nemo fuit de ſemine Dauid, qui libere regnũ adminiſtraret in Iuda, ſed parebant exteris gentibus nũc Medis, nũc Græcis, donec Machabæi, qui erant de genere ſacerdotali, excuſſerunt iugũ Græcorũ, quibus

3. Concluſ.

Ierem. 22.

domus Herodis subrepsit nullus, ergo fuit post Ioachin, qui regnū libere administraret, & ob id vocathic Propheta Ioachin orbatū. Nec his dictis aduersatur id quod habetur
Gene.49. Genes.49. non auferetur sceptrū de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mitten dus est. Nam in libris Machabæorū scriptum est, quod principes fuerūt de stirpe Iuda, qui censurā habebāt in populū, præsertim senatus qui vocabatur Sanhedrin, sed nato Christo omnis potestas fuit illis adempta. Ex his cōcluditur argumentū, nam regnū Iudæorū hæreditariū iam cessauerat, & planè extinctū fuerat, ergo iure hæreditario hoc titulo quia descēdebat ex Dauidis prosapia Christus Dominus nō habuit. Ad cuius rei confirmationem alterū argumētū adnectitur, nam quāuis regnum illud nō cessasset, vnde colligitur legitima probatio, quòd beatissimę virgini, & eius proli deberetur ista succesio? Profecto hoc voluntarie asseritur & sine fundamēto introducitur. ¶ Quarta cōclusio. Christus Dns secundū quod homo non habuit dominiū temporale, supra totū orbē. Hæc cōclusio sic demonstratur. Prima demōstratio, quotiescūq; in diuinis eloquijs fit sermo, de regno Messię, & de eius principatu, cōmemoratio fit, vt de regno spirituali, vt patet in illo Psal.2. Ego autem cōstitutus sum rex ab eo super Sion mōtem sanctū eius prædicās præceptum eius. Et
Ierem.23. Ierem.23. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustū, & regnabit rex & sapiēs erit, & faciet iudiciū & iustitiā in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidēter, & hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Et populus Iudæorū, vt honorificētius, & excellentius, reciperet Christū, Hierusalem ingredientem, clamabat dicens, Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini Osanna in altissimis. Veniebat vtiq; Saluator & rector in spiritualibus saluū facere populū suū
Ephe.1. à peccatis eorū. Vnde Ephesiorū.1. dicit Paulus, Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, (ne quis existimaret regnū tēporale) in cœlestibus in Christo. Vnde Chri
Ioan.18. stus Dns Ioan.18. præclare dixit, Regnū meū nō est de hoc mundo. Et Matth. vlti. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, euntes ergo docete omnes gentes. Secūda demōstratio, potestas quæ ad actū nūquā reducitur otiosa est & inutilis prorsus, vt patet ex omni philosophia, sed nō decuit vt Christus haberet actum potestatis temporalis, vnde quādo populus volebat illū regē constituere fugit, & cuidam roganti vt cōponeret litem, dixit, homo quis me cōstituit iudicem inter vos, ergo non habuit talē potestatē. Hic si dicat aliquis, quòd habere talem potestatem spectabat ad Christi perfectionē: In contrariū hic argumētor, & est tertia demonstratio, nam multo maior dignitas & perfectio est abijcere & flocci pendere regnū temporale, simul & vsum, quā vsum tantū. Vnde Christus Dns Matth. 19. Matt. 19.
dixit cuidam, Si vis perfectus esse, vade, & vēde omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, & sic apertissimè docuit ad perfectionē Euangelicā pertinere, nihil proprium possidere. Vnde hæc quarta conclusio, videtur mihi certa, quam etiā docent viri doctissimi Victoria in relectione prima de potestate Victoria.
Ecclesiæ, & pater Soto, lib.4. de iustitia & iu- Soto.
re.q.4.art.1. ¶ Ad argumenta in aduersum posita. Ad primū dicendū, quod ex sanctis scripturis adductis in argumento, haud obscure colligitur nostra sentētia, quod Christus non fuit rex temporalis. Theophilactus enarrās lo Theophilactus.
cum illū ex Luca, Dabit ei Dominus sedē Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob, in æternū &c. Sedē Dauid, inquit, nō putes sensibile regnū, sed diuinum, quo regnabit super omnes gētes per prædicationē. Domus enim Iacob sunt ij, qui ex Hebræis crediderūt, atq; etiam qui ex alijs gentibus. Illi tamen propriè Iacob & Israel, & ex eo sedet super sedem Dauid. Quia sicut Dauid per mansuetudinē vicit & regnauit, ita Dominus per mansuetudinem susceptā cruce regnauit, & sicut Dauid sensibile regnū susceptit, ita & Dominus spirituale. Astipulatur & Theophilacto venerabilis Beda eundē locū explicans, vbi dicit Do- Beda.
minum Deū dedisse Christo Israeliticam plebem, cui Dauid & filij eius temporalis regni gubernacula præbuerunt. Huius regnū spirituale datum est Christo quando dispositum est à Deo, vt de semine Dauid incarnaretur, qui illā gentē in perpetuum vocaret regnum, & nō solum in vna gente Iudæorū, sed regnabit in domo Iacob in æternum hoc est in tota Ecclesia, quæ per fidē & confessionē Christi ad Patriarcharū pertinet sortem. Nec diuersæ est sententiæ Lyranus, dicens Christum non Lyranus.
sedisse temporali regno super thronum Dauid, nec regnū Christi habiturū esse finē, quia Christus non solum quatenus Deus, sed quatenus homo regnabit in æternum non solum super homines, sed etiā super Angelos. Nam cùm resurrexit accepit etiam quatenus homo potestatē & imperiū super omnē creaturam, dicit enim in Euāgelio Matthæi; Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. ¶ Ad se- Ad secūdū Augustin.
cundū argumentū dicendum, quòd D. Aug. apertè pronuntiat Christū Dominum fuisse

Iudæorum

4. Concluſ. Christus Dominus ſecundum quod homo nō fuit rex temporalis.
Pſal. 2.

Iudæorum regē, quod nos neutiquam inficiamur, sed tamen ex hoc nō concluditur quod fuerit rex tēporalis. ¶ Ad tertiū dicēdū, quòd Christus Dominus secundū quod homo, habuit omnipotentiā ad immutādas omnes res naturales, & vniuersas respublicas quādo expediens esset & cōmodum ad finē redemptionis, & ista vsus est potestate, subuertit nanque patrias leges, consuetudines omniū populorum inuertit, & doctrinā crucis vbiq; plantauit. ¶ Ad quartū dicendū, quod omnis potestas & autoritas tribuēda est Christo, si tamē decens sit ad officium redemptionis, at quod fuerit rex tēporalis totius orbis minime decuit Christū obidq; istā autoritatē non accepit. Certē magna perfectio esset habere beatitudinē corporis & eius mortalitatē, at in hac vita mortalis fuit & passibilis carne, vt pro nobis pateretur in cruce. Id vero quod adducitur à quibusdam Christū fuisse Dominum totius orbis temporaliter, ratione vnionis hypostaticæ friuolum est & sine fundameto. Nam Deus non assumpsit hominē, vt regnaret temporaliter, sed vt regnaret in iustos spiritualiter, restauraretq; omnia siueq̄ quæ in cœlis, siueq̄ quæ in terris sunt, quæ per peccatum fuere deperdita.

Ad tertiū.

Ad quartū.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrùm post iudicium quod agitur in præsenti tēpore, restet aliud iudiciū.

324 4.di.47.q.1.ar.1.q.1. Et 4. cōtra c.95. prin. Et opus. 3. c.249. Et ep.10. arti. 27. Et Isa. 30.lec. 3. prino.

AD quintū sic proceditur. Videtur, quòd post iudicium, quod in præsenti tēpore agitur, non restet aliud iudiciū generale. Post vltima enim retributionē præmiorū & pœnarum, frustrà adhibetur iudiciū. Sed in hoc præsenti tēpore fit retributio præmiorū & pœnarū: dixit enim Dominus Latroni in cruce Luc.23. Hodie mecū eris in paradiso, & Lucæ.16. dicitur, quòd mortuus est diues & sepultus est in inferno. Ergo frustrà expectatur finale iudiciū. ¶ 2. Præterea, Nahum primo dicitur secundū aliā literā, Non iudicabit Deus bis in idipsum. Sed in hoc tempore Dei iudiciū exercetur, & quantū ad tēporalia, & quantū ad spiritualia. Ergo videtur, quòd non sit expectandum aliud finale iudiciū. ¶ 3. Præterea, Præmiū & pœna respōdent merito & demerito. Sed meritū & demeritū nō pertinēt ad corpus, nisi in quantū est animæ instrumentū, ergo nec præmiū seu pœna debetur corpori, nisi propter animam. Non ergo requiritur aliud iudicium in fine, ad hoc quòd homo præmietur, aut puniatur in corpore, præter illud, quo nūc puniuntur aut præmiantur animæ. ¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan.12. Sermo quē locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Erit ergo quoddam iudicium in nouissimo die præter iudicium quod nunc agitur.

Respōdeo dicendū, quòd iudicium de aliqua re mutabili, perfectè dari non potest ante eius consummationē: sicut iudiciū de aliqua actione, qualis sit perfectè dari nō potest, antequā sit cōsummata, & in se & in suis effectibus: quia multæ actiones videtur esse vtiles quæ ex effectibus demōstrantur nociuæ. Et similiter de homine aliquo iudicium perfectè dari nō potest, quoad eius vita terminetur, eò quòd multipliciter potest mutari de bono in malū, aut è conuerso: vel de bono in melius, aut de malo in peius. Vnde Apostolus dicit Heb. 9. quòd hominibus statutum est semel mori, post hoc autē, iudiciū. ¶ Sciendū tamē, quòd licet per mortē vita hominis tēporalis terminetur secundū se, remanet tamē ex futuris, secundum quid dependēs. Vno quidē modo, secūdum quod adhuc viuit in memorijs hominum, in quibus quādoq; cōtra veritatē remanet bonæ famæ vel malę. Alio modo in filijs, qui sunt quasi aliquid patris (secundū illud Eccle.30. Mortuus est pater eius, & quasi nō est mortuus: similē enim reliquit sibi post se) & tamē multorū bonorū sunt mali filij, & econtrario. ¶ Tertio modo, quantū ad effectū suorū operū, sicut ex deceptione Arrij & aliorū seductorū, pullulat infidelitas vsq; ad finē mundi: & vsque tunc profi cit fides ex prædicatione Apostolorū. Quarto modo, quātū ad corpus, quòd quandoq; honorificè traditur sepulturæ, quandoque vero relinquitur insepultum,

pultum, & tandē incineratum omnino resoluitur. Quinto modo quātū ad ea, in quibus homo suū affectū defixit: puta in quibuscunq; temporalibus rebus, quarū quædā citius finiuntur, quædam diutius durāt. Omnia autē hæc subduntur existimationi iudicij diuini. Et ideo de his omnibus perfectū & manifestū iudiciū haberi nō potest, quādiu huius temporis cursus durat. Et propter hoc oportet esse finale iudiciū in nouissimo die, in quo perfectè id quod ad vnumquenq; hominē pertinet, quocunque modo, perfectè & manifestè iudicetur.

Ad primū ergo dicendū, quòd opinio quorundam fuit, quòd animæ Sanctorū nō præmiātur in cælo, nec animę dānatorum puniātur in inferno vsque ad diē Iudicij. Quod quidē apparet falsum ex hoc, quod Apostolus 2. ad Cor. 5. dicit, Audemus, & bonā voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominū: quod est iam non ambulare per fidē, sed per speciē, vt patet ex his quæ subsequuntur. Hoc autē est videre Deū per essentiā, in quo cōsistit vita æterna: vt patet Ioan. 17. Vnde manifestū est animas à corporibus separatas esse in vita æterna*. Et ideo dicendū est, quòd post mortē quantum ad ea quæ sunt animæ, homo sortitur quendā immutabilē statum. Et ideo quantū ad præmiū animæ, non oportet vlterius differri iudiciū. Sed quia quædam alia sunt ad hominem pertinētia, quæ toto tēporis cursu agūtur, quæ nō sunt aliena à diuino iudicio, oportet iterum in fine tēporis, omnia hæc in iudiciū adduci. Licet enim homo secūdum hæc nō mereatur neq; demereatur: tamen pertinent ad aliquod eius præmiū vel pœnam. Vnde oportet hæc omnia ęstimari in finali iudicio. ¶ Ad secundū dicēdum, quòd Deus non iudicabit bis in idipsum, id est secundū idē: sed secūdum diuersa, nō est inconueniēs Deum bis iudicare. ¶ Ad tertiū dicēdū, quòd licet præmium vel pœna corporis depēdeat ex præmio vel pœna animæ: tamē quia anima nō est mutabilis nisi per accidens propter corpus, statum separata à corpore, habet statum immutabilem, & accipit suum iudicium. Sed corpus remanet mutabilitati subiectum vsque ad finē temporis. Et ideo oportet quod tunc recipiat suum præmium vel pœnam in finali iudicio.

Idē ex eodem loco colligit Lyranus ibid.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio.

CONclusio sic habet, vltra iudiciū quod in cuiuslibet hominis morte fit, oportet esse finale iudiciū in nouissimo die. Hæc conclusio probatur, in primis ex illo Ioan. 12. Sermo quē locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die, ergo erit quoddam iudiciū in nouissimo die, præter iudiciū quod nūc agitur. Idē patet alia ratione, nam iudiciū de aliqua re mutabili, dari nō potest perfectè, ante eius cōsummationē, sed vita hominis licet sit per mortē terminata secundū se, remanet tamen secundū quid subiecta mutabilitati vsque ad finē mundi ex futuris dependēs, vnde nō potest secundū id quod quomodolibet ad vnūquenq; pertinet perfectè iudicari ante finem mundi. Viuit enim aliquis in memorijs hominum in quibus quādoq; cōtra veritatē remanet bonæ famæ vel malæ. Viuit etiā in filijs, qui sunt aliquid patris, & tamen multorū bonorum sunt mali filij, & econtra. Tertio, viuit aliquis quantū ad effectum suorum operum: vt ex deceptione Arrij, & similiū pullulat infidelitas, vsq; ad finem mundi, & vsque nunc proficit fides ex Apostolorum prædicatione. Quarto quātum ad corpus, quod quādoque honorifice sepelitur, & quādoq; insepultum relinquitur, & incineratum resoluitur. Quinto, quātum ad ea, in quibus homo suū affectū defixit, putà in temporalibus rebus, quarum quædā citius finiuntur, alia diutius durāt, quę omnia diuini iudicij existimationi subdūtur. Vnde perfectū, & manifestum iudiciū de his haberi non potest, quamdiu huius temporis cursus durat: ideò finale iudicium expectatur in quo id, quod ad vnumquenque hominem pertinet quocūque modo, perfectè, & manifestè dijudicetur.

Ioan. 12.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Argumēta contra conclusionē. Primū arg.

IN hoc articulo nonnulla dubia explicanda sunt breui tamē sermone, si tamē res tanta breuiter cōprehēdi potest. Est ergo primum dubiū, cur additur vniuersale iudicium post particulare cuiusquā? nam de quolibet iudicatur per sententiā definitiuam in morte, quorsum ergo opus est super addere iudiciū vniuersale

uersale, nunquid vt prior sententia reuocetur?

Secundum Naum. 1.

¶ Deinde, Naum. 1. legitur, Non consurget duplex tribulatio, & secundū septuaginta interpretes, nō iudicabit Dominus bis in idipsum, vnusquisque autem in morte iudicatur, & secundū merita retributionē suscipit, vt habet sana doctrina, ergo superadderetur aliud iudiciū vniuersale non est necesse.

Tertium.

¶ Præterea, si necessariū esset vniuersale iudicium, maximè propter corpora, quæ in vltima resurrectione retributionē suā suscipient, sed ad hoc minimè est necessariū vniuersale iudiciū, nam ad corpora non pertinet meritū aut demeritum, cum non sint nisi animarū instrumenta, ergo cum iudicium futurum sit vt pro meritorum ratione præmia aut supplicia reddantur, non est necesse, vt vsque ad nouissimū diē differatur.

Ioan. 12.

Quod videtur cōfirmari ex illo Ioan. 12.

Quartum.

nunc iudicium est mundi.

¶ Vltimo, ratio D. Tho. in hoc articulo proposita non omnino rem ita fore persuadet, nam inquit, iudicium de aliqua re mutabili, perfectè nō potest ante eius consummationē proferri. Hæc probatio inualida videtur, nam Deus æterno iudicio singula perfectissimè iudicat antequam fiant, Christus etiā secundū quod homo ab instāti conceptionis suæ perfectissimè cognouit omnes has reliquias, antequam fiant, ergo ratio D. Tho. nō efficaciter procedit. In cōtrarium

Ioan. 12.

est illud Ioan. 12. Sermo quem locutus sum iudicabit eum in nouissimo die.

¶ Pro expositione veritatis catholicæ sciendum est fuisse quosdam hæreticos qui iudicium vllum forè negabant. Quem errorē tribuit Philaster Borborianis hæreticis, quæ hæresis manifestis testimonijs sanctarū scripturarum facillime cōfutatur. Ioan. 12. ille iudicabit eum in nouissimo die. Et Ioan. 5. procedent qui bona fecerunt in resurrectionē vitæ, qui vero mala fecerunt in resurrectionē iudicij. Et Matth. 11. Væ tibi Chorozain, dico vobis remissius erit terræ Sodomorū in die iudicij quam vobis. Et apud eundem ca. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista & cōdemnabunt eam. Et Matth. 13. In zizaniorū parabola ait, quod in consummatione sæculi mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno suo omnia scandala & eos qui faciunt iniquitatē, & mittent eos in caminū ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium, tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris corū. Et Matth. 19. dicit Dominus discipulis, Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me in regeneratione, cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel. Et 1. ad Cor. 4. ait Apostol. Nolite ante tēpus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Et 2. ad Corinth. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malū. Vnde D. Aug. 20. de ciuitate cap. 5. euidentissime, inquit, testimonia sacra diem iudicij prædicant esse venturū. Et cap. 30. eiusdem lib. recensitis oraculis diuinis iam cōmemoratis, sic concludit, nullus igitur vel negat, vel dubitat per Iesum Christum tale, quale istis sacris literis prænuntiatur, futurum esse nouissimum iudicium, nisi qui eisdem literis incredula animositate seu cæcitate, nō credit.

Borboriani hæretici negant iudicium vniuersale futurum.

Ioan. 5. & 12.

Matt. 11.

Matt. 12.

Matt. 13.

Matt. 19.

1. Cor. 4.

2. Cor. 5.

Augustin.

Sed in Symbolo Niceno sic dicitur, Venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in Symbolo facto in Concilio Constātinopolitano, Sedet ad dexteram patris, inde venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos. Id est, vniuersitatem omniū hominum qui fuerunt, sunt, & erunt.

Symbolū Niceanum.

Symbolū Constantinopolitanum.

¶ Hæc ergo veritas certissima est in consummatione sæculi venturū Christum, qui generali iudicio iudicaturus est viuos & mortuos. Neque verò rationes desunt optimæ ex diuina Theologia, quibus demonstratur conuenientissimum esse vt post particulare iudicium cuiusquam, vniuersale superaddatur. Quarum prima est, quia licet per mortem, vita hominis temporaliter terminetur secundum se, remanet tamen ex futuris, secundum quid dependens. Vno modo secūdum quod adhuc viuit in memorijs hominum, in quibus, quandoq; contra veritatem bonæ famæ remanet vel malæ. Alio modo in filijs qui sunt aliquid patris, secundum illud Eccles. 30. Mortuus est pater illius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit post se: & tamē multorū bonorū sunt mali filij, & ecōtrario. Tertio, quantū ad effectū operum suorū, sicut ex deceptione Arrij, & aliorū seductorū pullulat error infidelitatis vsq; ad finem mūdi, & vsq; tūc proficit fides ex prædicatione Apostolorū. Quarto modo, quātum ad corpus, quod quādoq; traditur honorificæ sepulturæ: quādoq; vero remanet insepultū, & tādem intumulatū resoluitur omnino. Quinto modo, quātū ad ea, in quibus homo suū affectū defixit, putā in quibusdam temporalibus rebus, quarū quædā citius finiuntur, quædā diutius durāt. Omnia autē hæc subdūtur existimationi diuini iudicij & ideo de his omnibus perfectū & manifestū iudicium haberi nō potest, quādiu huius temporis cursus durat, & propter hoc oportet esse finale iudiciū in nouissimo die. In quo perfectè id quod ad vnumquēq; hominē pertinet quocunque modo, perfectè & manifeste dijudicetur.

Veritas de vniuersali iudicio futuro, est irrefragabilis.

Eccles. 30.

Explicatur probatio D. Tho.

¶ Sed vt vis huius demonstrationis intelliga-

tur, sciendum est, quod licet Deus Opt. Max. singularia omnia perfectissimè cognoscat antequã fiant, & Christus etiã secundũ animam ab instanti suæ conceptionis, perfectissimè & plenissimè cognouerit omnes has reliquias priusquã fiant, ratio tamen D. Tho. legitime procedit, nam hæc quæ dicta sunt de cognitione Dei, aut Christi, procedũt ex parte cognoscẽtis, probatio autẽ D. Tho. ex parte rei cognitæ vires habet, & id assumit quod est per se notũ, videlicet quod rei mutabilis perfectũ iudiciũ dari nõ possit ante illius cõsummationẽ. Et si adiungas quod diuina sapiẽtia disponit omnia suauiter, videbis apertè, quam sapiens quãq; cõueniẽs dispositio fuerit præstituere die nouissimũ ad hoc iudiciũ celebrãdum, suauis enim dispositio iudicij rei mutabilis existit vt discutiatur secundũ modũ naturæ suę. His accedit, quod reddere præmium vel suppliciũ, perfectè præsupponit consummationẽ operis puniendi vel præmiãdi, & secundũ istum sensum, præclarissime procedit prima probatio superius posita. Sed & illud animaduersione dignum videtur, quod licet apud nostra iudicia reliquiæ, quas hic cõmemorat D. Tho. videantur per accidens, & consequenter alienæ ab examinatione iudicij, tamen apud diuinũ iudicium, omnia hæc existi manda esse, ex sacris literis potest colligi. Legimus enim Nabuchodonosor præmiatum à Deo ob seruitiũ sibi præstitũ satis per accidẽs in oppugnatione Tyri, vt patet Ezech. 28. Da uid quoq; punitũ legimus, ob effectum satis per accidẽs, quia inquit Nathan Propheta inimicos feciſti blasphemare nomen Domini, filius qui natus est ex te morietur 2. Reg. 12. Vnde patet ad ea etiã, quæ per accidens sunt diuina iudicia se se extẽdere. Secũda ratio est, quia confusio est hominis pœna, & laus propriũ præmium, quia inter creaturas corporeas solus homo est capax vtriusque, vt autẽ recipiat plene vt gesit, siue bonũ, siue malũ, oportet vt in publico laudetur de bono, vel vituperetur de malo. Tertia ratio est, vt Christus Dñs de vniuersis triũphet, victoriãq; admirandã in cõspectu orbis demõstret, vt quæ iustificẽtur ab omnibus. Sanè triũphum Christi esse reseruatũ in nouissimũ iudiciũ, planè testãtur diuinæ literæ, vt illa, Dixit Dñs Domino meo sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ, illa dictio, donec, tẽpus intermediũ inter ascẽsionẽ Dñi & finale iudiciũ designat in quo Christus regnaturus est, etiam sensibiliter in toto vniuerso. Sed & alia scriptura triumphum eũdem designat ad Phil. 2. Phil. 2. Factus est obediẽs vsq; ad mortẽ, mortem autẽ crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiũ terrestriũ & infernorũ, & omnis lingua confiteatur, quia Dñs Iesus in gloria est Dei patris, hoc est vt omnes ipsum adorẽt & ei diuinos honores impendant, omneſq; velint, nolint, cõfiteãtur diuinã maiestatẽ in Christo, quod in finali iudicio plenè adimplẽdũ est. Huc etiam pertinet illa scriptura 1. Cor. 15. Deinde finis, cũ tradiderit regnum 1. Cor. 15. Deo & patri, cũ euacuauerit omnẽ principatũ & potestatẽ & virtutẽ, oportet eũ illũ regnare donec ponat inimicos omnes sub pedibus eius, nouissime autẽ inimica destruetur mors, omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cũ autem dicat omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia, cum autem subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus, omnia in omnibus. Describitur hic Christus quasi dux à patre missus sit, ad subigendũ regnũ aliquod, deinde regressus à certamine, vires suas patri ostenter, & subactos principes ante se agat, & generose actã prouinciã profiteatur, quã susciperе iussus fuerit, & tũc, inquit, inimica destruetur mors, quasi hostilis exercitus dux, & signum certè victoriæ vsq; in sempiternũ. Quarta ratio inde colligitur, quod legitimũ operũ pretiũ ex intẽtione, quæ intus in corde latet expẽdẽdũ est, ex quo vt ait Dñs exeunt cogitationes siue bonæ, siue malæ, quo fit, vt quã plurimũ insit fallaciæ in iudicãdis hominibus ex operũ exteriorum specie. Sunt enim quã plurimi, qui in vestimẽtis ouiũ sunt lupi rapaces, & viceuersa, multi vitę sanctitatẽ, & egregia alioqui facinora externè dissimulant, ne videãtur ab hominibus sed à patre cœlesti, qui videt in abscõdito. Vnde fuit apprimè necessarium, vt in generali hominũ angelorũq; cõspectu arcana cordiũ patefiant, & tunc sit laus vnicuiq; à Deo. Vnde Paulus 1. Cor. c. 4. Nolite, inquit, ante tẽpus iudicare quoadusq; veniat Dñs, qui & illuminabit abscõdita tenebrarũ & manifestabit cõsilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; à Deo. 1. Cor. 4. Quinta ratio eruitur ex similitudine semẽtis, & messis. Tẽpus eũ prẽsentis sæculi, tẽpus semẽtis est, vbi grana cũ paleis admista concrescũt, & zizania simul cũ tritico. Expedit eũ, vt ait Aug. super Psal. 54. probos in hoc sæculo cũ reprobis cõmixtim viuere, vt mali cõsilijs, exẽplisq; bonorũ in viam redeãt, & boni peruersa iniquorũ opera caueant. Est igit ope ræpretiũ, vt Dñs messis quemadmodũ ait Baptista Matt. 3. vẽtilabro suo, hoc est, discretionis iudicio, permundet aream suã, triticũq; in horreũ suũ cõgreget, & paleas igne comburat inextinguibili. ¶ Ad argumenta in principio posita. Ad primũ iam dictum, ob quas causas vniuersale

Ezec. 28.

2. Reg. 12.

Ad Phil. 2.

Augustꝰ

Matth. 3.

Ad argumẽta.

Ad primũ.

vniuersale iudiciũ futurũ sit, quas nõ oportet
Ad secũdũ iterũ repetere. ¶ Ad secũdũ argumentũ dicẽdũ est, quod Deus nõ iudicat bis in id ipsum ad sensum Prophetæ. Sensus enim prophetæ est, quod pro eodẽ delicto nõ cõgeminat pœnas, at vero secũdũ diuersas rationes ac causas repetere iudiciũ, nõ est iniquum, videlicet, vt qui occulte tanquã singularis persona iudicatus fuit, publicitus quasi pars reipublicæ iudicetur iterũ, & præmiũ aut suppliciũ, quod secũdũ animã suscepit, suscipiat etiã in corpore, nihil iniustitiæ præsefert, sed plurimũ sapiẽtię & æquitatis lumẽ, nõ tamẽ dicimus in cõfutationẽ huius argumẽti, animas ante diẽ iudicij, nec donari præmijs, nec supplicijs plecti. Nã hãc sentẽtiã esse hæreticã in alio loco demon
Ad tertiũ. strauimus. ¶ Ad tertiũ argumẽtũ dicendũ, q̃ corpus nõ est vt instrumẽtũ animę separatũ, sed cõiunctum tanquã pars suppositi. Et ideo sicut fuit particeps laboris, & voluptatis, debet esse præmij, & supplicij, atq; adeo licet anima quæ per se subsistit in ipso statim exitu à corpore, retributionẽ suscipiat, corpus tñ quia manet mutabilitati obnoxiũ, in fine mũ-
Ioan. 12. di est illã recepturũ. Illud autẽ Ioã. 12. Nũc iudiciũ est mundi, hunc habet sensum, loquebatur certè Dñs de iudicio, quod fecit, dum per suã passionẽ de diabolica tyrannide liberauit
Augustin. genus humanũ. Sic explicat D. Aug. tract. 52.
Ad vltimũ. super Ioãnẽ. ¶ Ad vltimũ argumẽtũ iam satisfecimus supra explicãtes vim demõstrationis
De loco iudicij vniuersalis. D. Tho. & quã rectè procedat. ¶ Dubiũ aliud est vbi locorũ fiet vniuersale iudicium? est ne certũ, quod fiet in valle Iosaphat, quæ est me-
An sit futurũ iudiciũ in valle Iosaphat. dia inter mõtẽ Oliueti? Ratio dubitãdi est duplex. Prior est, quia ille locus Ioelis. 3. qui solet adduci in huius rei cõfirmationẽ, cõgregabo omnes gentes & educã eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi super populo meo, nõ videtur esse efficax ad id probandũ; quãdo quidẽ Iosaphat sonat Hebræis iudiciũ Dñi, vt sit sensus, deducam eos in vallem Iosaphat, id est, in vallẽ iudicij Dñi, ex quo nõ infertur, ergo illa pars terræ media inter montẽ Sió & Hierusalẽ erit locus iudicij extremi. Posterior ratio est, nã iudicãdorũ vniuersitas erit ferè innumerabilis, & copiosior quã vallis vna possit tãtã multitudinẽ capere, præcipuè damnatorũ, quorũ corpora non habebũt subtilitatis dotẽ qua se valeãt penetrare nec dotẽ agilitatis vt eleuẽtur in aerẽ sed omnes stabunt in
Prima conclusio. terra. In cõtrariũ est pia omniũ Christianorũ intelligẽtia. ¶ Pro explicatione huius dubitationis est prima cõclusio. Certũ est secũdum fidẽ iudiciũ futurũ nõ in cœlo aut throno gloriæ magni Dei, sed in parte mũdi inferioris futurum vniuersale iudiciũ. Patet ex articulo fidei, ascẽdit in cœlũ & inde vẽturus est iudicare viuos & mortuos, inde, hoc est, de cœlo. Sic insuper dicit scriptura Actor. 1. Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlũ, sic veniet, quemadmodũ vidistis eum eũtẽ in cœlũ. Huius rei etiam est ratio euidens, quia vniuersale erit omnibus corã tribunali astãtibus. Mortui autẽ siue dãnãdi, maliq; dæmones, limina cœlorũ, & thronũ gloriæ cõtingere non possunt. Ratio est in prõptu. Quoniã, vt inquit Ioannes: foris canes & venefici, & impudici, & homicidę, & idolis seruiẽtes, & omnis, qui amat, & facit mẽdaciũ. Nõ emi intrabit in illã sanctã ciuitatẽ aliquid coinquinatũ, aut abominationẽ faciẽs, & mẽdaciũ, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni. Alia etiã ratio assignari potest ob quã cõuenit fieri sub cœlo, quia ibi merita & demerita hominum peracta sunt, ibi Christus omnia mysteria redẽptionis nostræ peregit, ibi deniq; & ipse & omnes sui impiè iudicati sunt à malis atq; impijs hominibus. ¶ Se-
2. Conclus. cũda propositio. Pie creditur iudiciũ vniuersale in valle Iosaphat esset futurũ, nõ tñ necessario sic habẽdum est. Vnde Magist. Sentent. in
Magistr. 4. d. 48. referẽs quãdã glossam in locũ citatũ Ioelis, quæ ait, pueriliter eũdẽ locũ à quibusdã sic intelligi, quod in valle Iosaphat sit celebrandũ iudiciũ, cũ tamẽ Dñs non in terra, sed in aeris spatio ad iudicandũ sedebit, opinatus est cũ illa glossa locũ Prophetæ nõ esse intelligẽdũ in sensu literali de illa valle, sed secundũ nominis etymologiã. Iosaphat, quippe interpretatur domus iudicij. Et ideo tãtum sonat, deducã eos in vallem Iosaphat, ac si dixisset in domũ iudicij quicũq; ille fuerit locus. Sed nostra secũda cõclusio longè probabiliorẽ continet sententiã, quã etiam docet D. Tho. in opu-
D. Thom. sculo. 60. de humanitate Christi. c. vltimo de aduẽtu Christi, probabiliter, inquit, creditur Christus vẽturus ad iudiciũ, circa locũ mõtis Oliueti & vallis Iosaphat, quæ subiacet mõti Oliueti, secũdũ illud Ioelis. 3. Cõgregabo om-
Ioelis. 3. nes gentes & educam eas in vallẽ Iosaphat, & disceptabo cũ eis, tum vt idẽ ostendatur esse qui descẽdit, & qui ascendit, tum quia conueniẽs est, vt ibi veniat cum gloria iudicaturus, vbi fuerat cũ ignominia iudicatus. Possumus etiã rationẽ huius cõuenientię sumere ex nominibus locorum. Mons enim Oliueti misericordiã designat, Iosaphat quod interpretatur iudiciũ, iustitiã indicat: quia vero in extremo iudicio tractãdũ est opus misericordię, & prę cipuè iustitię, cõuenienter dicitur Christus vẽturus ad iudicãdũ in valle Iosaphat. Probatur rursus cõclusio ex loco citato Ioelis. Nã quãdo locus scripturæ in sensu literali explicari potest, non est ad metaphorã vel etymologiã recurrẽdũ, propheta vero loquitur illic quasi

futurã hiſtoriã prænuncians & locum iudicij deſignans. Alioqui nõ fuiſſet opus latine tranſcribere in valle Ioſaphat, ſed in domo iudicij, & profecto cõtextus verborũ, cõgregabo eos & deducã in vallẽ, indicat planè locũ ſingularẽ deſignari. ¶ Ad argumẽta in cõtrariũ. Ad primũ ex his, quæ modo dicta ſunt patet ſolutio euidẽs. Ad ſecundũ dicendũ, quod de corporibus electorum nulla eſt difficultas. Cum enim per dotem agilitatis ſint in aerem ſubleuãdi, poterũt alij alijs ſublimius eleuari, qua vtiq; ratione in paruo ſpatio reſpectu terræ poſſunt omnes aerẽ replẽtes exiſtere, dãnatos vero nõ eſt neceſſe omnes intra vallis ſpatium cõtineri, ſed erit vallis plena & circumiacentia loca quanta illis capiẽdis ſufficiãt. Nam quãuis humanitatẽ Chriſti viſuri ſint omnes, tantus tamẽ erit ſplẽdor ſupernaturalis Chriſti, vt à quam maxima diſtantia videri poſsit. ¶ Aliud dubiũ ſubſequitur, vtrùm Chriſtus Dñs in forma humana gloriosa veniat ad iudicium maxima cũ maieſtate? A parte negatiua hæc ſunt argumẽta. In primis Ioan. 5. ſic legitur, omne iudiciũ dedit filio vt omnes honorificent filiũ ſicut honorificãt patrẽ, honor autem æqualis nõ debetur patri & filio niſi ſecũdum diuinitatem filij, ergo iudicabit non in forma humana ſed in diuina. Cui alludere videtur illud Daniel. 7. Aſpiciebã donec throni poſiti ſunt & antiquus dierũ ſedit, nam throni iudicandi poteſtatẽ ſignificant, & dierum antiquitas Deo ratione æternitatis conuenit, vt in libro de diuinis nominibus ait Dionyſius. ¶ Deinde, forma humana eſt forma ſerui, quod patet ex illo ad Philip. 2. Formam ſerui accipiens, ergo non iudicabit niſi in forma Dei quæ eſt inuincibilis. Probatur cõſequentia argumenti. Nam iudiciũ & potiſsimè illud ſupremũ autoritatem in iudice requirit, iuxta illud Eccleſiaſtici. 7. Noli fieri iudex niſi valeas virtute rumpere iniquitatẽ. ¶ Præterea, ſi Chriſtus nõ iudicabit in forma Dei cõſpicua, maximè, quia diuinitas Chriſti ab iniquis nõ eſt cõſpicienda, alioqui eſſent beati, cum beatitudo in viſione diuinæ eſſentiæ cõſiſtat, ſed hæc ratio non eſt multũ valens, quoniam ea, quæ ſunt in affectu non de neceſsitate, ad ea, quæ ſunt in intellectu conſequuntur. Solet enim, vt ait Auguſtinus, præcedere intellectus, vbi ſequitur aut tardus, aut nullus affectus. Imo videtur poſſe illã videre, & de viſu triſtari: nam vt ſenſus ad ſenſibile, ita ſe habet intellectus ad intelligibile: ſed in ſenſibus, vt inquit Auguſtinus, palato non ſano pœna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis, ergo pari modo dãnati Deitatẽ intuẽtes poſſunt ob eius odium triſtari: quidquid enim recipitur ad modum recipientis aptatur. Quare licet viſio per ſe ſit effectrix lætitiæ, poteſt in odiẽte ipſam mœſtitiã gignere: nulla ergo eſt ratio cur non illã videant. ¶ Confirmatur hæc ratio. Damnati euidẽter cognoſcũt Chriſtũ eſſe Dei filiũ, ergo videbunt eius diuinitatẽ poſtquã præſens eſt. ¶ Confirmatur hoc ipſum. Etenim damnati videbũt humanitatẽ Chriſti glorioſam, quæ ſuapte natura maximę voluptatis eſt cauſa, & tamẽ nullã inde voluptatẽ capient, ergo ſimiliter res diſpẽſari poſſunt, vt diuinitatem vidẽtes nulla afficiãtur lætitia, imo ingentiori mœrore quã ſolã humanitatẽ intuẽtes, ſiquidem maiori odio Chriſtum quatenus Deum proſequũtur iniqui, quã quatenus hominem vnde colligitur diuinitatẽ viſuros. ¶ Præterea, in eiuſdẽ rei confirmationem poteſt adduci aliud argumentũ. Nam damnati omni dubio procul habebũt lumẽ ſupernaturale, quo mediante intuebũtur omnia occulta cordium, & omnia illa, quæ in illo diuino iudicio geruntur, idq; in momento tẽporis, ergo mediante hoc lumine ſupernaturali poterũt Deum videre. ¶ Vltimo arguitur ad probandũ, quod non veniet in forma glorioſa. Legitur enim Ioan. 19. Videbunt in quem transfixerunt. Et Matth. 24. habetur quod apparebit ſignum filij hominis in cœlo, id eſt, ſignũ crucis. Vbi ait Chryſoſtomus, quod veniet nõ ſolũ vulnerũ cicatrices, ſed etiã ipſam mortem expro bratiſsimã oſtendẽs, quæ omnia formæ glorioſæ cõpetere nõ valent, præſertim, quod eſt etiã à malis cõſpiciẽdus, & tamen oculus non glorificatus ineptus videtur, vt ſplendorẽ glorioſi corporis intueri valeat. In contrariũ eſt illud Lucæ. 21. Videbunt filiũ hominis, id eſt, in humanitate, venientẽ in nube cũ poteſtate magna & maieſtate. ¶ In gratiam huius quæſtionis ſit prima cõcluſio. Chriſtus veniet ad iudicium in forma humana. Hæc cõcluſio liquido colligitur & demonſtrata eſt euidẽter ex his, quæ diximus in primo articulo huius quęſtionis. Certè, vt in ſumma dicã, Chriſto Dño non ſolũ vt Deo, ſed etiã vt homini hoc iudiciũ datũ eſſe, ſacræ literæ declarant. Quãuis enim iudicandi poteſtas omnibus ſanctæ Trinitatis perſonis cõmunis ſit: præcipuè tamẽ filio eam tribuimus, quod ipſi quoque ſapiẽtiã cõuenire dicimus. Quod autẽ vt homo mundum iudicaturus ſit, Domini teſtimonio cõfirmatur, qui inquit: ſicut pater habet vitã in ſemetipſo ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo, & poteſtatẽ dedit ei iudiciũ facere, quia filius hominis eſt. Decebat autem maxime à Chriſto Domino hoc iudiciũ exerceri, vt cum de hominibus decernendũ eſſet, illi corporeis oculis iudicẽ videre, & auribus ſententiam, quæ proferebatur audire poſſent, & omnino iudicium illud ſenſibus percipere ac

præterea

Ad argumẽta in cõtrarium.

De forma & maieſtate qua veniet Chriſtus ad iudicium.

Argumẽta ad probandum quod non veniet in forma humana.

Ioan. 5.

Daniel. 7.

Secundum.

Phil. 2.

Eccle. 7.

Tertium.

Auguſt.

Auguſt.

Confirmatio argumenti.

Secũda confirmatio.

Tertia confirmatio.

Vltimum argumẽtũ.

Ioan. 19.

Matth. 24.

Chryſoſto.

Lucæ. 21.

Prima concluſio. Chriſtus veniet ad iudiciũ in forma humana.

præterea æquissimũ erat, vt homo ille, qui ini quissimis hominũ sententijs condenatus fuerat, omniũ deinde iudex sedere ab omnibus cõspiceretur. Quamobrẽ Apostolorum princeps, cũ in Cornelij domo summa Christianę religionis capita exposuisset, docuissetq; Christũ à Iudæis in ligno suspẽsum atq; occitum, tertia vero die ad vitã resurrexisse, subiunxit: & præcepit nobis, prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui cõstitutus est à Deo iudex viuorũ, & mortuorũ. ¶ Secũda cõclusio. Christus tunc apparebit iudex in forma gloriosa. Hanc cõclusionem asserit Aug. lib. 1. de Trinitate. c. 13. proculdubio Christum videre nõ poterunt mali, nisi secundũ formã qua filius hominis est, sed tamẽ in claritate, qua iudicabit, nõ in humilitate in qua iudicatus est. Eadẽ veritas demonstratur ex Symbolo Niceno, ex quo sic profitemur: inde vẽturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos. Sacræ enim literæ duos filij Dei aduentus esse testãtur, alterũ humilitatis cum salutis nostræ causa carnẽ assumpsit, & homo in vtero virginis effectus est, alterũ cum in cõsummatione sæculi cum gloria ad iudicãdos omnes homines veniet. Hic aduentus in sacris literis dies Domini appellatur, in quo quia descensurus est, vt iustitiam patris atq; adeo eius potestatẽ in nos exerceat, necessum est vt suã humanitatẽ diuina maiestate vestitã iudicãdorum oculis obijciat. Atqui hoc est, quod Matth. 26. legitur, nam cum sub articulũ mortis iam Iudæi trepidassent suspicãtes illũ esse Messiam, adiurauit eum Princeps sacerdotum, vt responderet si esset Christus filius Dei viui, cui respondens Christus, tu dixisti, subiunxit. Verumtamen dico vobis amodo videbitis filiũ hominis sedentẽ à dextris virtutis Dei, & venientẽ in nubibus cœli, quasi diceret, ob id non me cognoscitis, quia sub habitu infirmitatis humanæ me cernitis, videbitis me tamen posteà in eo habitu, vt in filio hominis filiũ Dei latere confiteamini. ¶ Tertia conclusio. Christus Iesus veniet ad iudicandũ maiestate summa, maxima, & ineffabili. Quia sic ipse futurum promittit, dicens ita. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, vtiq; illa, quam habuit ab initio prius quã mũdus fieret, & nũc possidet in corpore glorificato super omne id, quod nominari potest. Maiestas à magnitudine dicitur autore Festo. Est autẽ maiestas eximiũ decus, honor, & amplitudo imperatoris, magistratus, aut populi. Videbunt autem omnes venientẽ Christũ cum virtute multa & maiestate secũdũ Matthæũ: cum potestate magna & maiestate, secundũ Lucã: cum virtute multa & gloria, secundũ Marcum. Sed dices, ergo non est maxima maiestas, qua veniet, quia Euãgelistæ loquuntur gradu positiuo nõ superlatiuo. Respõdetur ideo Euangelistas dicere per positiuũ, quoniã virtus, potestas, gloria, maiestas vt sunt in Christo, cõparationem recipere non possunt ad vllã aliam. Excedunt enim infinitis modis. Imperatoria maiestas, si illi comparetur, fit obscura, euanescit. Quidquid enim in hac miramur, ex parte est, finẽ habet, perit cito: quidquid vero in illa spectare lubet, vt plenitudine superabundat, ita finẽ nescit quaqua versum spectas; sine fine ditionis, sine fine potestatis, sine fine durationis gloriæ diuitiarũ, dulcedinis felicitatis. Necdũ dixi totũ. Excedit enim lõgè nostrã dicentiũ facultatẽ, venientis Dñi diuina maiestas. Interim scio, quod alij pro maiestate legũt gloriã Matth. 24. & 25. quo etiã loco addit Saluator. Tũc sedebit super sedẽ maiestatis suæ. Quod si iterũ percõteris, quid est quod saluator addit, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ? Respõdetur id tropice dictũ esse, ad similitudinẽ iudicantiũ inter homines, quorũ est sedere pro tribunali, eo quod & paccatos esse oporteat iudices, & autoritate fungi. Quorũ alterũ in sessione, alterũ per tribunal intelligitur. Sedes ergo maiestatis Christi, autoritas eius est, super qua sedebit. Quia citra affectionem & perturbationẽ, cũ plenitudine potestatis iudicabit. Quod si pergat iterũ discipulus interrogare, quid est quod dicitur in Euangelio, quod veniet Christus in nubibus cœli? Respõdetur, quod inter autores est disceptatio, tam de substãtia nubiũ, an erũt naturales ex vaporibus, an vero supernaturales, quàm de necessitate & officio earũ. Et re vera quãuis qui miraculũ excusare cõtenderint, asserere cogitauerint, nubes illas fore naturales, vix tamen id defendi potest. Nam illo resurrectionis momẽto motus cœli cessabũt: quare neq; vapores eleuari poterunt. Vnde verosimilius est, quod Dei virtute cõdensabũtur, vt diuina filij Dei virtus illustrior appareat, & maiori sit videntibus admirationi. Sic enim in transfiguratione nubes lucida apparuit, vt habetur Matthæi. 17. Atqui si sequamur istam sententiam dicendum est, quod necessitas istarum nubium non est sustinere aut euehere seu Christi seu aliorum Sanctorum corpora, quippe quæ per dotem agilitatis propria virtute per aerem mouentur, imo virtus Christi nubes ipsas sustinebit. Quocirca illæ nubes nõ erunt ex solo splendore Christi manãtes, sed ex condensatione aeris factæ vt sint quodammodo sedilia iudicantiũ honoris gratia, & quasi vehicula eorũ, qui assurgent Christo obuiã. Quidã opinantur nõ incõgrue per nubes

2. Concluſ. Christus veniet ad iudiciũ in forma gloriosa. Auguſt.

Matth. 26.

3. Concluſ. De maiestate qua veniet Christus ad iudicandum.

Maiestas quid sit.

Matth. 24. & 25. Quomodo Christus sedeat super sedem maiestatis.

De nubibus cœli in quibus veniet Christus.

Matt. 17.

bes cœli in præfatis scripturis intelligi corpora glorificata sanctorũ, quæ neutiquã obnubilabunt, sed mirũ in modũ decorabunt veniẽtis Christi gloriã, ad plenioré confusioné eorum qui nõ crediderunt. Et profecto apparet esse certissimũ, quod non erunt nubes in media aeris regione cõdensatæ. Nam & ignis cõflagrationis præcedẽs faciẽ Domini aerem & omnia inferiora reddet purgatissima, gloria quoq; Dñi faciet serenũ quale nũquã visum est in mũdo inferiori. Non ergo tũc erũt nu-
4. Conclus. bes in aere suspẽsæ. ¶ Quarta cõclusio. Nõ solum in corporis glorioso splẽdore demõstrabit Christus se esse Deũ, & filiũ Dei, sed etiam in maiestate & apparatu, qualis decet filium Dei ad iudiciũ omniũ hominũ vniuersale venientẽ. Hæc cõclusio patet ex dictis. Et certè hoc designat verbum illud, àmodo videbitis filiũ hominis sedẽtem à dextris virtutis Dei, quibus verbis expressit ineffabilem apparitionis Dominicæ maiestatẽ, quæ nulla verborũ
Ad argumẽta. facundia explicari potest. ¶ Ad argumenta in principio facta. Ad primũ argumentũ dicẽdũ
Ad primũ. est, quod ex hoc quod Christus genus humanũ fuit redimere sufficiẽs, efficaciter demonstrauit suã diuinitatẽ, quia purus homo id efficere non poterat, & ideo quia iudicaturus est tanquã redẽptor, & vniuersorũ rex, æqualis ei debetur honor atq; patri. Quod vero ex Daniele adductũ est hãc habet intelligẽtiã. Aspiciebam donec throni positi sunt, id est, donec sedilia posita sunt, & antiquus dierum sedit. Christus Dñs vt antiquus dierũ significatur, quia senes multa experiẽtia edocti melius iudicãt: & merito antiquus dierũ introducitur, quoniã & agnus dicitur ab origine mũdi occisus, atque adeo in principio erat apud Deum. Quod autẽ postea dicitur, eum vsq; ad antiquũ dierũ peruenisse, pulchre subindicat coæternũ patri filiũ. Illud vero, quod sequitur, iudicium insedit & libri aperti sunt, significat, quod iudex cũ assessoribus cognoscet causas singulorũ, & veluti ex aperto libro proferet hominum malefacta. Subdit vero propheta, Aspiciebã ego in visione noctis, nẽpè appropinquãte aurora. Tũc enim celebrãdũ iudiciũ creditur, & ecce cũ nubibus cœli, id est, cum angelis illũ stipãtibus, quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierũ peruenit, & dedit ei potestatẽ, scilicet, pater filio & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient, scilicet, quatenus redẽptor, & potestas eius potestas æterna, quæ nõ auferetur. ¶ Ad secundum respõdetur, quod licet
Ad secũdũ Christus Dñs, quatenus Deus est, primæuum idẽq; habeat naturale rerũ dominiũ, nihilominus & quatenus homo habet participatũ acquisitũq; dominiũ, quia vt 1. Corin. c. 15. Et ad Hebr. 2. dicit Paulus, Omnia subiecta sunt pedibus eius: & eadẽ ratione, habet inuincibilem iudicãdi potestatẽ, quã nemo subterfugere valet. ¶ Ad tertiũ cõcedo potissimã rationem, ob quã non iudicabit Christus in forma Dei esse eam, ne diuina essentia ab iniquis hominibus videretur, quæ sine gaudio beatitudinis videri nõ potest. Quod si dicas, Deũ posse sua omnipotẽti virtute suũ cõcursum suspendere, ne visio diuinæ essentiæ gaudiũ aliquod in dãnatis pareret. Respondetur id fieri posse de potẽtia Dei absoluta, sed illud esset miraculum extra ordinariũ, nos loquimur de his rebus, quæ secũdũ legẽ ordinariã fieri solent, & quid natura diuinæ visionis suapte natura pariat, parit autẽ de se summã delectationẽ, quæ nullã tristitiã admittit. Sed operæpretium est respõdere sigillatim ad argumẽta, quæ probabant nõ esse incõmodũ cõcedere, quòd mali viderẽt diuinã essentiã. ¶ Ad primũ nego, q̃ posit videri diuina essentia sine gaudio, & fruitione beatæ vitæ. Quod enim ait Aug. intellectũ quãdoq; præuolare, quẽ affectus non subsequitur, intelligitur in rebus tẽporalibus, quæ licet sub aliqua ratione delectabiles apprehendãtur, habẽt nihilominus alias propter quas nõ delectant. Præterea respectu bonorũ tẽporaliũ sæpè potẽtia proportione caret, vt illa possit satis percipere; & ideo palatum nõ sanum nequit dulce gustare. Sed tamen dispositio praua damnatorũ nõ tollit proportionẽ ad essentiam diuinam, quæ est per se bona, ad quam idcirco natura inclinatur, obidq; si illã viderent, non possent non oblectari, neque odiũ quo illã prosequuntur, vim tũc haberet ad generandum tristitiam, quia odium est finitæ efficaciæ; essentia verò diuina infinitæ ad illud deuincẽdum. Item dico, quòd si quis videret diuinam essentiam, non posset non amare illam super omnia, vt in alio loco est à nobis demonstratũ, & ideo impossibile iudico, quòd quis videns diuinã essentiã odio illã
Ad secũdæ confir. prosequatur. ¶ Ad secũdã confirmationẽ respõdetur, quòd dãnati ex effectibus, scilicet, ex splendore gloriæ, & maiestate cognoscent euidẽter Christũ esse Deũ, verũtamen ex hoc nõ est cõsequens, q̃ videãt diuinitatẽ eius, sicut ex rebus creatis cognoscimus Deum esse rectorẽ, & primam causam huius mũdi, at per res creatas nõ videmus Dei quidditatẽ, & essentiã. ¶ Ad tertiã cõfirmationẽ respondetur,
Ad tertiã. nõ eũe eandẽ rationẽ de humanitate, & diuinitate Christi, tum quoniã sine lumine gloriæ potest naturaliter videri, tum quòd nõ fit ipsa ratio bonitatis, quæ de se possit rapere corda hominũ in sui amorẽ, sicut est diuinitas; tum tertio,

tertio, nam non est infinitæ actiuitatis, sed res participata, & finita, & ideo non valet odium
Ad quartã. damnatorũ extinguere. ¶ Ad quartã cõfirmationẽ respõdetur, quòd licet dãnati aliquo lumine desuper infuso vtãtur, vt argumẽtũ efficaciter persuadet, at nõ habẽt lumen gloriæ, quod est necessariũ ad videndã Dei essentiã.
Ad vltimũ argum. ¶ Ad vltimũ argumentũ respondetur, quòd quãuis crucifixores Christi visuri sint formã, quã transfixerũt, non tamẽ in illa ignominia qua illã affecerũt, sed in gloria, per quã confusione repleãtur. Gloria enim quæ amicos delectat, inimicos contristat, & mœrore replet.
De iudicio vltimo an sit peragendum vocaliter. ¶ Est aliud dubiũ, Vtrùm iudicium illud sit peragendũ vocaliter, an nõ nisi mentaliter? & præcipuè hoc quæritur de pronũtiatione sententiæ. De hac dubitatione nihil ex sacris literis habetur exploratũ: itaq; res ex coniecturis
Magister. est inuestigãda. Certè Magist. in 4. d. 47. hoc tanquã problema anceps in vtrãq; partem disputãdũ reliquit. Dicũt enim quidã quòd iudiciũ mentaliter sit peragendũ propter verbũ
1. Cor. 15. Apost. 1. Cor. 15. in momẽto, & in ictu oculi. Sed hoc argumẽtũ nõ multũ probat, nam ibi
Rom. 2. Apost. nõ loquitur de iudicio, sed de resurrectione. Magis fauet illud verbum Rom. 2. vbi
Augustin. ait, Testimoniũ illis reddẽte cõscientia ipsorũ, &c. Verũtamẽ D. Aug. 20. de ciuit. Dei videtur asserere iudiciũ hoc voce esse celebrandũ.
Gregorius. Et Greg. 26. lib. mor. ait, Quòd illi saltem verba iudicis audient, qui eius verbo fidẽ tenuerunt. Theologi scholastici verè, & sapiẽter rẽ diffiniunt dicentes, quòd sicut Christus est Deus, & homo, ita partim mentaliter, partim vocaliter iudicabit. Itaq; discussio, & examinatio operũ, accusatio, & defensio mentaliter duntaxat peragetur, nam si hæc negotia vocaliter examinãda essent, & excutienda, immensum tẽporis spatiũ exigeretur. Verũtamẽ sen-
Matt. 25. tentiæ illæ Christi, quæ Matt. 25. referuntur, Venite benedicti patris mei, &c. & ite maledicti, &c. voce proferẽtur. Opinio hæc est Abu-
Abulensis. lens. super eundẽ locũ Matth. q. 333. & probatur, quoniã textus Euangelicus sine incõmodo aliquo habet istũ sensum, ergo sic interpretandus. Consequentia probatur ex illa regula certa, quòd quãdo textus scripturæ potest ad literã explicari, non debemus ad tropũ, aut figurã recurrere. Deinde, Christus iudicare debet in quãtum homo venturusq; est in forma humana visibili, & vniuersi in suis corporibus ad iudiciũ sunt cõuocãdi, voce & sono tubæ; & reuera sunt ad dexterã, & ad sinistram loco separandi, ergo pari ratione audibili voce per sentẽtiã approbandi, vel reprobandi. Certè si mẽte essent omnia peragenda, nõ tãta appareret celebritas, & solennitas illius concilij.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrùm iudiciaria potestas Christi se extendat ad Angelos.

AD sextũ sic proceditur. Videtur, 325
quòd potestas Christi iudiciaria nõ se extẽdat ad Angelos. Angeli enim tã boni quàm mali iudicati sunt à principio mũdi, quãdo quibusdã cadẽtibus per peccatũ, alij sunt in beatitudine confirmati. Sed illi qui iudicati sunt, nõ indigẽt iterũ iudicari. Ergo potestas iudiciaria Christi nõ se extẽdit ad Angelos. ¶ 2. Præterea, Nõ est eiusdẽ iudicare & iudicari. Sed angeli veniẽt cum Christo iudicaturi: secũdum illud Matt. 25. Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo. Ergo videtur q̃ angeli nõ sint iudicandi à Christo. ¶ 3. Præterea, Angeli sunt superiores alijs creaturis. Si ergo Christus est iudex nõ solũ hominũ, sed etiã angelorũ, pari ratione erit iudex omniũ creaturarũ. Quod videtur esse falsum, cùm hoc sit propriũ prouidentiæ Dei. Vnde dicitur Iob. 34. Quẽ cõstituit aliũ super terrã, aut quẽ posuit super orbẽ, quẽ fabricatus est? nõ ergo Christus est iudex angelorum. ¶ Sed cõtra est, quod Apostolus dicit 1. Cor. 6. An nescitis quoniã angelos iudicabimus? Sed sancti non iudicabunt nisi auctoritate Christi. Ergo multò magis Christus habet iudiciariã potestatem super angelos.

Respondeo dicendum, quòd angeli subsunt iudiciariæ potestati Christi, nõ solùm quantum ad diuinam naturam, prout est verbum Dei, sed etiam ratione humanæ naturæ. Quod patet ex tribus. Primò quidem, ex propinquitate naturæ assumptæ ad Deũ, quia, vt dicitur Hebr. 2. nusquã Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Et ideo anima Christi magis est repleta virtute verbi Dei, quã aliquis angelorum, vnde & angelos illuminat: sicut Dion. Ca. 7. à me-
dicit 7. ca. Cæle. hierar. Vnde de eis habet iudicare. Secũdò, quia per humilita-
dio.

tem

tem passionis, humana natura in Christo, meruit exaltari super angelos: ita sicut dicitur Philip. 2. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestriũ, & infernorũ. Et ideo Christus habet iudiciariã potestatẽ, etiã super omnes angelos, & bonos & malos. In cuius signum dicitur Apocal. 7. quod omnes angeli stabant in circuitu throni. Tertiò ratione eorum quæ circa homines operantur: quorũ Christus speciali quodam modo est caput. Vnde dicitur Hebræ. 1. Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. ¶ Subsunt autem iudicio Christi, vno quidẽ modo quãtũ ad dispensationem eorũ, quæ per ipsos agũtur, quæ quidẽ dispẽsatio fit etiã per hominẽ Christũ: cui angeli ministrabãt, vt dicitur Matt. 4. & à quo dæmones petebãt, vt in porcos mitterentur: vt dicitur Matthæi. 8. ¶ Secundò, quantũ ad alia accidentalia præmia bonorũ angelorum, quæ sunt gaudia, quæ habẽt de salute hominum: secundũ illud Luc. 15. Gaudiũ erit corã angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agente: & etiã quantũ ad pœnas accidentales dæmonũ, quibus torquentur vel hic, vel recludũtur in inferno. Et hoc etiã pertinet ad hominẽ Christũ. Vnde Marc. 1. dicitur, quòd dæmõ clamauit: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? veniſti ante tempus perdere nos. ¶ Tertiò, quantũ ad præmiũ essentiale bonorũ angelorũ, quod est beatitudo æterna: & quãtũ ad pœnã essentialẽ angelorũ malorũ, quæ est dãnatio ęterna. Sed hoc factũ est per Christum in quantum est verbũ Dei, à principio mundi.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd ratio illa procedit de iudicio quantũ ad præmium essentiale, & pœnã principalem. ¶ Ad secundũ dicendũ, quòd sicut dicit† Augustin. in lib. de Vera religione, licet spiritualis iudicet omnia: tamẽ iudicatur ab ipsa veritate. Et ideo licet angeli, ex eo quòd sunt spirituales, iudicent; iudicãtur tamen à Christo, in quantum est veritas. ¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd Christus habet iudiciũ nõ solum super angelos: sed etiã super administrationẽ totius creaturæ. Si enim (vt* Aug. dicit in 3. de Trin.) inferiora quodam ordine reguntur à Deo per superiora, oportet dicere, quòd omnia regũtur per animã Christi, quæ est supra omnẽ creaturam. Vnde & Apostolus dicit Hebr. 2. Non enim angelis subiecit Deus orbẽ terræ futurũ (scilicet subiectum ei, de quo loquimur, id est Christo.) Nec tamẽ propter hoc alium cõstituit Deus super terram: quia vnus & idem est & Deus & homo, dominus Iesus Christus. De cuius Incarnationis mysterio ad præsens dicta sufficiant.

Capit. 31. tom. 2.

† Li. 3. ca. 4. tom. 3.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio. 1. Cor. 6.

COnclusio est affirmatiua, & patet ex illo 1. Cor. 6. An nescitis, quoniã angelos iudicabimus? Sed sancti nõ iudicabũt nisi autoritate Christi, ergo multò magis Christus habet iudiciariã potestatẽ super angelos. Certè subdũtur angeli iudiciariæ potestati Christi etiã in quãtũ homo est. Primò, ex propinquitate naturæ assumptæ ad Deum, quia repleta anima illa virtute verbi Dei angelos illuminat, vnde & de eis iudicare habet. Secundò, quia per humilitatem passionis meruit natura humana exaltari super angelos, vt dicitur Apoc. 7. Stabãt omnes angeli in circuitu throni. Tertiò, ratione eorum, quæ circa homines operãtur, quorũ Christus speciali quodã modo est caput, omnes enim sunt administratorij spiritus. Subsunt ergo iudicio Christi primo quãtũ ad dispẽsationẽ eorũ, quę per ipsos agũtur, quæ dispẽsatio fit per hominem Christũ, cui angeli ministrabãt, vt dicitur Matt. 4. & dæmones in porcos mitti petebãt, Matt. 8. Secũdò, quantum ad accidẽtalia præmia, quæ gaudia sunt de salute hominum, vt habetur Luc. 15. Tertio, quantum ad præmium essentiale bonorum angelorũ, & pœnam malorũ, quod factum est per Christum, vt Dei verbũ est à principio mundi.

Apoc. 7.

Matth. 4. Matt. 8.

Luc. 15.

EXPOSITIO ARTICVLI.

Peracto iudicio vniuersali duo sequentur finis mũdi, & perfectio regni Christi.

VLtimum dubiũ in hac materia est, quid futurũ sit iudicio extremo iam peracto? Certè duo sequentur post iudicium Dei peractum, vt cõstat ex scripturis, finis mundi, & perfectio regni Christi. Dicit enim D. Paulus 1. Cor. 15. Deinde finis: cũ tradiderit regnum

1. Cor. 15.

Deo,

Deo,& patri,cum euacuauerit omnem principatũ,& potestatẽ, & virtutem. Oportet enim illum regnare, donec ponat inimicos omnes sub pedibus suis. Nouissimè autẽ inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat; Omnia subiecta sunt ei; sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia. Cum autẽ subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt Deus omnia in omnibus.

Finis mundi. Hæc verba D.Pauli, quæ plena mysteriorum existũt, breuiter à nobis sunt exponẽda. Tum finis, inquit Apostolus, vltra quẽ nihil est expectandũ. Res omnis terminatur initio, medio, & fine. Post initiũ restat mediũ, post mediũ finis, post finẽ deniq; nihil. Finis enim est vltimus gradus, vltimus status, postremaque vel abolitio, vel cõsummatio rerũ, cuiusq; in sua qualitate. Nunc proficiunt, deficiũtur alij in bono, alij in malo, alij in honoribus, alij in sordibus, vt sit verum ad extremũ vsq; iudicium: Qui iustus est, iustificetur adhuc, qui in sordibus est, sordescat adhuc. At tũc finis, nõ quidẽ huius, vel illius rei, sed finis simpliciter, quia omniũ rerũ finis. Omnia enim tũc accipient aut finẽ cõsumptionis suæ, aut finẽ consummationis suæ. Finem consumptionis, vel abolitionis suæ accipiẽt principatus, potestates, ac ministrationes, merita, & demerita, accessus, & recessus, generationes, & corruptiones, motiones, & tẽpora. Finẽ vero cõsummationis, hoc est, statũ æternitatis accipiẽt, quæcunq; permanebunt vel ad ornatũ regni Dei, vt mundi partes, vel ad ostensionem iustitiæ eius, vt infernus, & quæ illius sunt. Quẽ finẽ consummationis pereleganter explicat Ioan. Apocaly. c. 10. dicens: Et Angelus, quem vidi stantẽ super mare, & super terrã, leuauit manum suã ad cœlũ, & iurauit per viuentẽ in sæcula sæculorũ, qui creauit cœlũ, & ea quæ in eo sunt, & terrã, & ea quæ in ea sunt, & mare, & ea quæ in eo sunt, quia tẽpus non erit amplius, sed in diebus vocis septimi angeli, cum cœperit tuba canere consummabitur mysteriũ Dei, sicut Euangelizauit per seruos suos prophetas. Hæc Ioannes. Igitur cõpleto hoc tẽpore per iudiciũ vniuersale nõ erit amplius tẽpus, quare nec motiones. Quia tempus est mensura motionũ. Si nõ amplius, ergo motiones, ergo nec generationes, neque corruptiones, & cætera huiusmodi, quæ tẽpore fieri solent. Iterũ tunc cõsummabitur mysteriũ Dei, nõ hoc quidẽ, vel illud, sed quicquid nomine mysteriorũ Dei intelligi potest. Sicut Euãgelizauit per seruos suos Prophetas, id est, per sanctos Dei homines prænũtiãtes de futuris. Ergo quicquid prænuntiatũ est de vindicta, & supplicijs iniquorũ, hoc tũc consummabitur, id est, ponetur in esse pleno, & cõsummato cũ statu perenni æternitatis. Sic quicquid vsquàm prænũtiatũ est siue in veteri, siue in nouo testamento de felicitate, gloria, & dotibus sanctorũ, de regno Christi, de elementorum, & mũdi trãsitu, de morte, de vita, totum prorsus consummabitur per iudiciũ extremũ Christi, nihilq; prorsus expectandũ erit. Nulla omninò rerum mutatio fiet postea. Hinc scriptura sancta appellat finẽ mũdi cõsummationem sæculi Matt. 13. 24. & 28. Sic erit in cõsummatione sæculi, &c. Ego vobiscum sum vsq; ad consummationẽ sæculi. Et Christum quia via iuris, & iustitiæ, ac iudicij deducit in hanc consummationẽ, vocat consummatorẽ dicens; Ideoq; & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circũstans nos peccatũ, per patientiam curramus ad propositũ nobis certamen, aspicientes autorẽ fidei, & consummatorẽ Iesum. Hebr. 12. Valde obseruãda sunt hæc in scriptu- Heb. 12. ris, scilicet plenitudo legis, plenitudo tẽporũ, tẽpus regenerationis, cõsummatio sanctorũ, cõsummatio sæculi, finis præcepti, finis legis, finis simpliciter. Quoniã plenitudo legis est dilectio implẽs opus, & præceptũ, & modum qui erat in voto præcipiẽtis. Plenitudo tẽporũ est tẽpus reuelatæ gratiæ, in quo est inuenire omnia illa, quæ vllis vnquã tẽporibus expectata sunt, aut expectari possunt in hoc mundo. Post plenitudinem nulla amplius est expectanda immutatio religionis, vel doctrinæ de Deo. Regeneratio, siue cursus regenerationis est ille status, qui durat à Christo baptizante vsq; in diẽ iudicij. Pro quo statu promisit, & dedit Christus Apostolis suis, eorũq; successoribus cathedras, tribunalia in quibus præsideant, & ius dicant super credẽtes, Matth. 19. Matt. 19. Consummatio sanctorum est extrema perfectio, seu beatitudo eorũ secũdũ animã, & corpus. Consummatio sæculi est finis mundi terminãs quidẽ, & abolẽs peritura, alia vero cõsumminãs statu perpetuo, & immutabili. Finis legis Christus. Finis præcepti charitas. Finis charitatis vnũ, seu vnio cum Deo, & Christo in amplexibus felicitatis. Finis vitiorũ mors. Finis simpliciter, status rerũ æternitatis. Hæc & alia huiusmodi qui nõ obseruãt, hallucinãtur in scripturis, sæpè nõ intelligentes, neque quid dicãt, neq; de quo loquantur. Ex his, vt existimo, facile intelligitur, quomodo peracto iudicio vniuersali finis mundi erit. ¶ Sed iam operæpretiũ est explicare, quomodo tũc subsequetur perfectio regni Christi. Quam quotidiè petimus dicẽtes, & orãtes, adueniat regnũ tuũ. Fortassis quispiã dicet, quomodo

Quid est, quod finis mundi appelletur in scripturis consummatio sæculi. Christus consummator appellatur.

Perfectio regni Christi peracto iudicio.

tunc

tunc aduenier regnũ Dei, & Christi? nũquid modò nõ regnat Deus, & Christus eius? regnat certè. Sed hoc regnũ vehemẽter ab hostibus impugnatur, non solũ ab hominibus peruersis, & à carne, & sanguine, sed etiã à malignis spiritibus, fortioribus, & potentioribus, quàm nos simus. Cæterum in illa perfectione regni Dei nõ amplius erũt, neq; cõsistent huius regni inimici, & hostes; si quidem omnes destructi erũt vsq; ad mortẽ, & tãdẽ inimica destructa erit mors, & sic omnia erũt subiecta Iesu Christo Dño nostro, & sub pedibus eius cõstituta. Cum autẽ dico omnia subiecta esse Christo Dño, sine dubio præter eum, qui ei subiecit omnia, quin potius Christus ipse subiectus erit ei, qui subiecit ei omnia, à quo suscepit imperiũ, & dominiũ super omnia, & vt vno verbo, & simplici rem cõcludam dico cum D. Paulo, perfectionẽ illius regni in hoc esse cõstitutã, vt Deus sit omnia in omnibus. Quod verbum dignum omnia acceptione in corde est insculpẽdum, & memoria perpetua recolendũ, quãdo dicimus illud verbũ; Adueniat regnũ tuũ, volumus siquidẽ dicere. Concede pater æterne Deus Opt. Max. vt tu sis omnia in omnibus. Quæ sententia vt rectè intelligatur scire oportet nullã rẽ in orbe terrarũ existere, in qua interdũ aliqua imperfectio nõ inueniatur, quę imperfectio, siue defectus nõ debet in Deum refundi, neq; enim potest verè dici, quòd Deus huius defectus, & imperfectionis causa existat, & sic Deus non est omnia in omnibus, si quidẽ nõ est causa, neq; ratio imperfectionũ, & defectuum, qui in rebus vniuersis creatis inueniuntur. Verũ in regno Dei, quãdo ad vltimã perfectionẽ fuerit adductũ, & omnibus numeris absolutũ, atq; perfectũ, verè dici poterit, q; Deus est omnia in omnibus. Nihil enim in regno illo inuenietur, cuius Deus ratio, & causa nõ sit, & quod nõ possit in Deũ ipsum referri. Non erit imperfectio, non defectus in illo felici statu. Quod quidẽ exẽplis adductis fiet illustrius. In hac vita caduca, & mortali interdũ Solis lumen deficit, interdũ verò obscuratur & Luna, & Stellæ lumẽ nõ dant. Ex quo fit, quòd homines lucernæ lumine aliquando indigeant. Vnde rogo isti defectus? imperfectiones istę, & penuriæ? Certè quia Deus nõ est omnia in omnibus, quia nõdũ regnũ Dei ad suã perfectionẽ est deductũ. Cæterum in perfectione regni Dei sicut in Esaia scriptũ est, & in reuelationibus Ioãnis Euãgelistæ non deficiet sol noster, nec luna perdet lumẽ suũ, neq; extinguetur lucerna eius amplius. Nã claritas Dei illuminabit illud, & lucerna eius est agnus. In hac vita per singulos dies peccatũ committitur, & præualescit. Vnde rogo, hæc imperfectio manat, & originẽ trahit? Certè, quia nondum Deus est omnia in omnibus, nec regnũ Dei vndiq; perfectionẽ accepit. Verumtamẽ post vniuersale iudiciũ peractũ, quãdo Deus erit causa, & ratio omniũ nostrorũ operũ, peccatũ amplius nõ committetur, tũcq; perfectè verificabitur promissio illa, quæ legitur apud Mich. quòd erunt submersæ in abyssum omnes iniquitates nostræ, quia nõ solum obtinebitur remissio peccatorũ, verum etiã amplius peccatũ in regno Christi nõ videbitur. In hac vita varijs ex causis planctus, dolor, suspiriũ, mors, quarũ omniũ ærumnarũ origo ex Deo nõ est, sed quia nõ est Deus omnia in omnibus; at in perfectione regni Dei, ô magna felicitas, ô immẽsa lætitiæ ratio, Deus erit omnia in omnibus, & regnũ Dei erit perfectum, iam non erit amplius neq; luctus, neq; lachrymæ, neq; labor, nõ suspiria, non mors. Nam in illo felici regno, & statu vox illa suauissima audietur: Ecce ego noua facio omnia, & antiqua cum omni vetustate peccati iam transierũt, & sic erit perfectio regni Dei, & finis. Hæc habui, quæ de mysterio Dominicæ incarnationis, de vita Iesu sacrosancta, de eius conuersatione planè diuina, de eius morte, & passione, resurrectione, in cœlos ascẽsione, deq; aduentu eius ad iudiciũ, & de regno eius sempiterno vobis scriberem, Lectores candidissimi, si vtilitati vestræ, aut Reipublicę Christianæ aliquid cõmodi allatũ est; benedictus Deus; sin minus; etiã benedictus Deus, qui dedit mihi & loqui, & scribere de Christo Iesu, nihil emẽ legitur, auditur, prædicatur, canitur suauius, ac dulcius, & vt cum D. Bernardo dicam, Hęc meditari dixi sapiẽtiã, in his iustitiæ mihi perfectionẽ cõstitui, in his plenitudinẽ scientiæ, in his diuitias salutis, in his copias meritorũ. Hæc mihi in ore frequẽter, hæc in corde semper, hæc stylo meo admodum familiaria, hæc mea sublimior interim philosophia scire Iesum, & hunc crucifixum.

Perfectio regni Christi in hoc consistit vt Deus sit omnia in omnibus.

Loqui & scribere de Christo suauissimum.

Iesu Christo crucifixo, qui autor atque consummator est sapientiæ, iustitiæque nostræ, gloria sempiterna. Amen.

INDEX QVAESTIONVM D. THOMAE, QVAE IN HIS commentarijs ediſſeruntur.

De conuenientia incarnationis. quæſt.1.
De modo vnionis verbi incarnati, quo ad ipſam vnionem. q.2
De modo vnionis ex parte perſonæ aſſumentis. q.3
De modo vnionis ex parte naturæ humanæ aſſumptæ. q.4
De modo vnionis ex parte partium humanæ naturæ. q.5
De modo aſſumptionis quantum ad ordinem. q.6
De aſſumptis à filio Dei in humana natura pertinentibus ad perfectionẽ, ſcilicet, de gratia Chriſti, prout eſt ſingularis homo. q.7
De gratia Chriſti, ſecundum quod eſt caput Eccleſiæ. q.8
De coaſſumptis à filio Dei in natura humana pertinentibus ad perfectionem, ſcilicet de ſcientia Chriſti in cõmuni. q.9
De ſcientia beata, quæ pertinet ad animam Chriſti. q.10
De ſcientia indita, vel infuſa animæ Chriſti. q.11
De ſcientia animæ Chriſti acquiſita, vel experimentali. q.12
De potentia animæ Chriſti. q.13
De defectibus, quos Chriſtus in humana natura aſſumpſit quantum ad corpus. q.14
De defectibus, quos Chriſtus aſſũpſit in humana natura q̃tũ ad animã. q.15
De his, quæ conſequuntur vnionẽ quãtum ad ea, quæ conueniunt Chriſto ſecundum ſe. q.16
De his, quæ pertinẽt ad vnitatem Chriſti, quantum ad eſſe. q.17
De his, quæ pertinent ad vnitatẽ Chriſti quantum ad voluntatem. q.18
De his, quæ pertinent ad vnitatẽ quãtum ad operationem Chriſti. q.19
De his, quæ conueniunt Chriſto ſecundum ſubiectionẽ eius ad patrẽ. q.20
De oratione Chriſti q.21
De ſacerdotio Chriſti. q.22
De adoptione Chriſti. q.23
De prædeſtinatione Chriſti. q.24
De adoratione Chriſti. q.25
De hoc, quòd Chriſtus dicitur Dei, & hominum mediator. q.26
De ſanctificatione B. Virginis. q.27
De virginitate B. Mariæ. q.28
De deſponſatione matris Dei. q.29
De annunciatione B. Virginis. q.30
De conceptione Saluatoris, quantum ad materiam, de qua corpus eius eſt conceptum. q.31
De conceptione Chriſti, quantum ad principium actiuum. q.32
De modo, & ordine conceptionis Chriſti. q.33
De perfectione prolis conceptæ. q.34
De natiuitate Saluatoris. q.35
De manifeſtatione Chriſti nati. q.36
De legalibus circa puerum Ieſum obſeruatis. q.37
De baptiſmo Ioannis. q.38

De baptizatione Christi. q.39
De modo cõuersationis Christi. quæst. 40
De tentatione Christi. q.41
De doctrina Christi. q.42
De miraculis à Christo factis in generali. q.43
De miraculis Christi in speciali. quæ. 44
De transfiguratione Christi. q.45
De passione Christi. q.46
De causa efficiente passionis Christi. q.47
De modo efficiendi passionem Christi. q.48
De effectibus passionis Christi. q.49
De morte Christi. q.50
De sepultura Christi. q.51
De descensu Christi ad inferos. quæst. 52
De resurrectione Christi. q.53
De qualitate Christi resurgentis. q.54
De manifestatione resurrectionis. q.55
De causalitate resurrectionis Christi. q.56
De ascensione Christi. q.57
De sessione Christi ad dexteram patris. q.58
De iudiciaria potestate Christi. quæst. q.59

INDEX HAERETICORVM, QVORVM IN HOC opere errores confutantur, & reprobantur.

APollinarij error, quo asseruit, Christum Dominũ non assumpsisse carnem ex Virgine Maria, quinimo aliquid diuinitatis in carnem fuisse conuersum. 34.a
Apollinarij error asserentis in Christo solam animam sensitiuam sine intellectu, & mente, dicentisq; diuinitatem esse in eo loco intellectus, & mẽtis. 116.a.205.a
Arrij error, quo negabat, Christum esse Deum, & asserebat, eum esse creaturam. 31.b
Arrij error, in Christo non fuisse animam, sed carnem dũtaxat assumptam, cui diuinitas erat loco animæ. 116.a.205.a
Basilides, & Marcus negauerunt, Christum passum in cruce, sed loco eius dixerunt fuisse crucifixum Simonẽ Cyreneum. 848.b
Borboriani negabant, futurum iudiciũ vniuersale. 1123.a
Caluini error, Christum nihil sibi promeruisse. 462.b
Cerdo, Manichæus, Valentinus, Apelles circa veram carnem Christi impugnantur. 41.a
Durandi, & Pici Mirandulani error circa descensum Christi ad inferos. 1011.b
Eutichetis error, quòd Christus cõstat ex duabus naturis, sed nõ in duabus naturis. 93.b
Eutichi Episcopi Constantinopolitani error, quòd corpus post resurrectionis gloriam futurum sit aëre, & vento subtilius, ita vt nec palpari, nec videri possit. 1048.a
Erasmi error, quòd non licet viro Christiano passionem Christi flere, mortemque

temque ipsius prosequi lachrymis. 863.b
Erasmi error circa partum beatæ Virginis. 619.b
Feliciani, Ichonoclasti, & Lutherani existimant cultum imaginum, esse meram idololatriam. 552.a
Fotini error, quod Christus Dominus per bona opera diuinitatem sibi promeruit. 141.b
Guido Heluensis Episcopus asseruit, Christum viuentem lancea vulneratum. 998.b
Heluidij error, quòd mater Christi post partum fuit à Ioseph carnaliter cognita, & alios filios genuit. 626.a
Iulianus, Gailus, Iustinianus asseruerũt, Christum assumpsisse corpus impassibile. 371.a.b
Lutheranorum error, circa hominum iustificationem describitur. 967.a
Lutherani sunt infestissimi in signum crucis. 570.a
Lutherani execrantur reliquiarum sanctarum venerationem. 575.a
Lutheranorum error, quo negant sanctos esse mediatores, seu aduocatos pro nobis apud Deum. 577.b
Manichæorum error, ponentium in Christo Domino corpus phantasticum. 33.b.198.a.b.371.a
Marcionistæ idipsum asseruerũt, ibid.
Melchisedechianorũ error, asserentiũ, Melchisedech fuisse quandam virtutem Dei Christo superiorem. 507.a
Nestorij error, ponentis duplicem personam in Christo. 99.a
Nestorij error, quòd caro Christi prius fuit concepta, & animata, quam à verbo assumpta. 682.a
Origenis error, quòd Christus venerit ad reparandos Angelos. 84.b
Origenis error, vniuersas animas à principio creaturæ esse conditas. 214.a
Pauli Samosatheni error, quod caro Christi prius fuit cõcepta, & animata, quam à verbo assumpta. 682.a
Pelagij errores, circa iustificationem referuntur. 957.b
Pelagiani asseruerunt, Christum Dominum nullam gratiam nobis promeruisse. 470.b
Pelagianorum error, quòd in Christo fuerint motus inordinati appetitus sensitiui. 383.a
Petri Abaylardi error, quòd Christus non venerit ad redimendum genus humanum. 77.b.471.a
Petri Abaylardi error, quòd in Christo non fuerit donum timoris. 239.a
Simonis Magi error, quòd Christus Dominus nõ suffecerit ad reconciliandũ genus humanũ cum Deo. 471.a
Valentini error, quòd Christus habuit corpus cæleste, & p̃ per Virginẽ veluti p̃ fistulã trãsiuit. 33.b.371.a.619.b
VVitcleff error, quod humanitas Christi secundum se sit adoranda cultu latriæ. 549.a
VVitcleff error, quòd inter Ioseph, & beatam Virginem non fuit verũ matrimonium. 639.b

LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE QVAE SPARSIM ab autore explicantur & citantur index secundum ordinem librorum veteris ac noui Testamenti.

A, primam columnam, B, secundam denotat.

EX GENESI.

1. FAciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. pa. 484. b
Vidit Deus cūcta quæ fecerat, & erāt valde bona. pa. 14. a. 48. b
3. Ipsa conteret caput tuum. 589. b
4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. 70. a
6. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. 6. b
Omnis quippe caro corruperat viā suā. ibid.
9. Carnem cum sanguine non comedetis. 919. a
14. Melchisedech rex Salem proferens panē & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit, &c. 508. a
18. Adorauit Abrahā Angelos pronus in terram. 545. a
19. Adorauit Abraham filios Heth. 545. a. 537. b
20. Nūc ergo redde viro suo vxorē, quia Prophēta est, & orabit pro te, & viues. 244. a
22. Per memetipsum iuraui, dicit Dñs, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi. 40. b
33. Sic vidi faciem tuam quasi viderim vultū Dei. 545. a
49. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij fratris tui, quia non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est. 25. b. 545. a. 653. a. 722. a

EX EXODO.

3. Ecce rubus ardens in igne, & rubus non cōburebatur. 616. b
Hoc habebis signum, quod miserim. Cū eduxeris populum meum ex Ægypto immolabis Deo super montem istum. 771. a
4. Primogenitus meus Israel. 37. b. 516. b
7. Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aarō frater tuus erit Propheta tuus. 243. b
20. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, vt adores ea. 552. a
25. Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi. 554. a
28. Applica Aaron fratrem tuum, vt sacerdotio fungatur mihi. 497. a

EX LEVITICO.

5. Anima quæ iurauerit, & protulerit labijs suis, vt vel male quid faceret, vel bene, & nō fecerit, & id ipsum iuramento, & sermone confirmauerit, oblitaque postea intellexerit delictum suum agat pœnitentiā pro peccato suo, &c. 756. a
12. Mulier si suscepto semine pepererit masculum, &c. 616. b. 748. b
Cumq; expleti fuerint dies purificationis, siue pro filio, siue pro filia deferent agnum agniculum in holocaustum. 747. b
13. Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur. 747. b
23. Omne opus seruile nō facietis in eo. 546. a
Numerabis septem hebdomadas plenas vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ. 723. b
25. Numerabis septem hebdomadas annorū, qui faciunt annos quadraginta nouem. 16. b. 723. b
26. Non facietis vobis idolum, vel sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra. 552. a

EX NVMERIS.

5. Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiā transgressi fuerint mandatum Domini, atq; deliquerint, confitebuntur peccatum suum. 756. b
12. Si quis fuerit inter vos Propheta Dñi in visione apparebo ei, vel per somniū loquar ad illū, at nō talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. 244. a
21. Fecit Moyses serpentē æneū, posuitq; eū pro signo, & quicūq; percussi à serpētibus aspiciebāt illud sculptile sanabantur. 554. a

EX DEVTERON.

5 Ego sequester, & medius fui inter Dñm, & vos in tempore illo. 579. a
12. Non facies Deo tuo abominationes omnes, quas gentes faciunt dijs suis sacrificantes filios suos, & filias suas in igne. 499. b
17. Si difficile, & ambiguum iudicium apud te esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, &c. ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & quæres ab eis.

Qui

Qui iudicabunt tibi iudicij veritatẽ.495.a
18.Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrũ ſuorum,&c. 25.b
20.Si exieris ad bellũ cõtra hoſtes tuos, & videris equitatus,& currus,& maiorem,quã tu habeas aduerſarij exercitusmultitudinẽ nõ timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum in medio veſtri. 495.a
21.Maledictus omnis qui pendet in ligno. 849.a
32.De quorum victimis comedebant adipẽ, & bibebant vinum libaminum. 919.a

EX LIBRO IVDICVM.

6 Si ros fuerit ſuper vellus tantum, & ſuper totam terram ſiccitas,tunc ſciam quod ſaluabis in manu mea Iſrael. 616.b

EX 1. REG.

10. Obuium habebis gregem Prophetarum deſcendentium de excelſo,&ante eos pſalterium & cytharam,&tympanum,&tibiã, ipſoſq; prophetantes,& inſiliet in te ſpiritus Domini,& prophetabis cum eis,&mutaberis in virum alium. 244.b
15.Caput in tribubus Iſrael factus es. 288.a
18.Inuaſit ſpiritus Dei malus Saul,& prophetabat in medio domus. 244.b

EX 2. REG.

7.Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis,ſuſcitabo ſemen tuum poſt te. 1118.b
7.Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. 38.a
Et fidelis erit domus tua,& regnum tuũ vſq; in æternum ante faciem tuam. 39.a

EX 3. REG.

10.ReginaSabba dixit ad regem,veruseſt ſermo quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis,& ſuper ſapientia tua. 718.a

EX 4. REG.

11.Athalia occidit omne ſemen regum.652.b
18. Ezechias confregit ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes. 552.a
22.Colligam te ad patres tuos,&colligẽris ad ſepulchrum tuum in pace,vt non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus ſum ſuper iſtum locum. 578.a

EX 1. PARALIP.

21.Conſurrexit Sathan contra Iſrael,& incitauit Dauid,vt numeraret Iſrael. 785.b
29.Benedixit omnis Eccleſia Domino Deo patrum ſuorum,& adorauit populusDeũ, deinde regem. 545.b
Vltim. Quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi. 63.a

EX LIB. TOBIÆ.

12.Cum eſſem vobiſcum videbar comedere, ſed ego cibo inuiſibili vtor. 151.a

EX LIB. IVDITH.

4.Et induerunt ſe ſacerdotes cilicijs,&infantes proſtrauerunt coram facie templiDñi, & altare Domini operuerunt cilicio,& clamauerunt ad Dominum Deum Iſrael vnanimiter. 488.b

EX LIB. IOB.

2.Cum quadam die veniſſent filij Dei,& ſtarent coram Domino, affuit & Sathan inter eos. 515.b
9.Verè ſcio ita eſſe, quòd non iuſtificabitur homo compoſitus Deo, ſi voluerit contẽdere cum eo,non reſpõdebit ei vnum pro mille. 60.b
14.Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?Nonne tu,qui ſolus es? 60.a.358.a
17.Libera me,& pone me iuxta te & cuiuſuis manus pugnet contra me. 73.b
19.Scio,quòd redemptor meus viuit,&in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſus circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Quem viſurus ſum ego ipſe,& oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. 959.b
25. Stellæ non ſunt mundæ coram ipſo. 279.b
33.Semel loquitur Deus,& ſecundò id ipſum non repetit. 37.b
36.Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt. 1117.a
37.Ab interioribus egreditur tempeſtas &ab arcturo frigus. 334.b
38.Cum me laudarent aſtra matutina,& iubilarent omnes filij Dei. 515.b
41. Ipſe rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. 290.a

EX PSALMIS.

2.Quare fremuerunt gentes. 28.a
Dominus dixit ad me,filius meus es tu, ego hodie genui te.27.a.37.a.354.b.355.b.484.b.746.a
Poſtula à me,& dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam. 1117.a.1112.b.1115.a.1119.a
3.Ego dormiui,& ſoporatus ſum, & exſurrexi,quia Dominus ſuſcepit me. 131.a
4.Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. 25.a.717.a
8.Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. 80.a
15.Non derelinques animam meam in inferno,nec dabis ſanctum tuumvidere corruptionẽ.697.a.841.b.994.b.1006.b.1010.b.1031.a
17.Conſtituit me in caput gentium. 288.a
21.Longe à ſalute mea verba delictorũ meorum. 73.a.74.a
Spes mea ab vberibus matris meæ. 697.a
23.Quis eſt iſte rex gloriæ? 283.b

24. Dirige me in veritate tua & doce me, quia tu es Deus saluator meus. 40.a
Omnes viæ Dñi misericordia, & veritas. 57.b
29. Domine eduxisti ab inferno animã meã. 1010. b
30. Accede, vt eruas me. 88. a
42. Emitte lucem tuam, & veritatem tuã ipsa me deduxerunt, &c. 662.a
44. Speciosus forma præ filijs hominum. 376.a
Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. 456.b
Thronus tuus in sæculum sæculi, virga directionis virga regni tui. 39.b. 140.b. 697.a 905.a
Astitit regina à dextris tuis. 1105.b
50. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. 85.a
54. Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtiq;, & si is, qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscõdissem me forsitã ab eo. Tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus, &c. 900.b
61. Ipse Deus, & saluator meus. 40.a
68. Quæ non rapui tunc exsoluebam. 359. a
Extraneus factus sum fratribus meis. 31.b
71. Et adorabunt eum omnes reges, omnes gẽtes seruient ei. 37.a
81. Nescierunt, neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. 902.b
87. Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. 1019.a
88. Quis similis Deo in filijs Dei? 36.b
Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die. 962.a
Ponam in sæculum sæculi semen eius, &c. 29.b
Si dereliquerint filij eius legem meam, &c. 144. a
95. Qui docet hominem scientiam, Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. 962.b
96. Adorate eum omnes angeli eius. 37. a. 39.a
97. Iudicabit orbem terrarum in iustitia. 1112. b
98. Adorate scabellum pedum eius. 554.a
101. Et tu domine in principio terrã fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. 39. b
103. Omnia in sapientia fecisti. 48.b
105. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarũ suarum quas sacrificauerũt sculptilibus Chanaam. 499.b. 914.a
109. Dixit Dominus domino meo sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. 40.a. 1105.a. 1119.a.b
Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. 495.b
De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. 456.b
110. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. 108.b
122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. 484.a
126. Ecce hæreditas Domini filij, merces fructus ventris. 926.a
129. Copiosa apud eum redemptio. 68.b.
131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. 653.a. 1118.b
Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. 266. b
134. Simulachra gentium argentum, & aurũ: opera manuum hominum. 552.b
141. Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat, qui cognosceret me. 860.a
144. Miserationes eius super omnia opera eius. 55.a
149. Educ de custodia animam meam ad cõfitendum nomini tuo. 1019.a

EX PROVERBIIS.

2. Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia, & scientia, tunc intelliges iustitiam, & iudicium, æquitatem, & omnem semitã bonam. 962.a
4. Ego fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea. 654.b
Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant. 902.b
5. Vbera eius inebrient te omni tempore, in amore eius delectare iugiter. 717.a
Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. 902.a
8. Meum est cõsilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. 962. a
Dominus possedit me in initio viarum suarum. 32.b
Cum eo eram cuncta componens. 36.b
Delitiæ meæ esse cum filijs hominum. 176.a
12. Qui negligit damnum propter amicum, iustus est. 181.b
16. Omnia propter semetipsum operatus est Deus. 100.a. 358.b
25. Scrutator maiestatis opprimet à gloria. 2.a

EX CANTICO CANTIC.

1. Osculetur me osculo oris sui. 959.b
4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. 589.b.
5. Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex milibus. 376.a
8. Fortis est vt mors dilectio. 57.a

EX LIBRO SAPIEN.

3. Iustorũ aũt animæ in manu Dei sunt. 581. b

7. Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei. 460.a.717.a
8. Sapientia attingit à fine vsq; ad finem fortiter, disponit omnia suauiter. 48.b
9. Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis, quoniam homo infirmus sum, & exigui tẽporis, & minor ad intellectum iudicij, & legum, &c. 961.b
11. Omnia in numero, & pondere, & mensura disposuisti. 246.b
12. Quis tibi imputabit si perierint omnes nationes terræ? 838.a
15. Quoniam omnia idola nationum deos existimauerunt, quibus neque oculorũ vsus est ad videndum, neque nares ad percipiẽdum spiritum, neque aures ad audiendũ, neq; digiti manuum ad tractandũ, sed & pedes eorũ pigri ad ambulandũ, &c. 553.a
20. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. 1116.b

EX ECCLESIASTICO.

3. Altiora te ne quæsieris. 1.b
4. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subijcias te omni homini pro peccato. 756.b
7. Noli fieri iudex, nisi valeas virtute rumpere iniquitatem. 1126.a
11. Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem. 976.b
21. Fili peccasti, non adijcias vltra, sed & deprecare de pristinis, vt tibi remittantur. 968.a
24. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnes creaturas. 33.a.37.b
Ab initio, & ante sæcula creata sum. 33.a
Dicit mihi creator omnium, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. 33.a
Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. 1016.a
27. Propter inopiam multi deliquerũt. 776.a
30. Mortuus est pater illius, & quasi non est mortuus. 1123.b
42. Gloria Domini plenũ est opus eius. 358.b

EX ISAIA.

1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. 902.b
2. Erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus Domini. 29.a.90.a
Exaltabit Dominus solium suum, & idola penitus conterentur. 18.b
4. Apprehendent septem mulieres virũ vnũ. 237.a
7. Ecce Virgo concipiet & pariet filium. 27.a. 40.a.619.b
8. Accelera, spolia detrahe. 88.a
9. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. 27.a.40.b.463.b.955.a
10. Consummatio abbreuiata inundauit iustitiam. 68.b
11. Egredietur virga de radice Iesse. 29.a.622.b.653.a
Requiescet super eum spiritus Domini. 225.b.237.a.295.b.302.b
Repleuit eum spiritu timoris Domini. 239.a
Non secundum visionem oculorum iudicabit, neq; secũdũ auditũ auriũ audiet. 302.b
Fides cinctorium renum eius. 697.a
In die illa erit radix Iesse, qui stat in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. 28.b.1002.a
26. Ciuitatem sublimem conculcabit, humiliabit eam pes pauperis, & gressus egenorum. 19.a.720.b
33. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Deus noster, ipse veniet, & saluabit nos. 55.b.497.a.1119.b
35. Lætabitur deserta, & inuia, & florebit quasi lilium germinans germinabit, & exultabit lætabunda. 715.a
Confortamini, & nolite timere, ecce Deus vester, ipse veniet, & saluabit vos. 40.a
Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. 27.b
37. Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter puerum meum Dauid. 579.a
40. Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit & ostendet nobis? 85.b
41. Annunciate quæ ventura sunt nobis, & dicemus, quia dij estis vos. 800.a
43. Non est absque me saluator. 358.a
Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, peccatorum tuorum non recordabor. 908.b
45. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum. 88.a
49. Seruus meus es tu Israel in te gloriabor. 479.a
Hæc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi. 479.a
Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Iacob. 479.a
50. Iuxta est qui me iustificat, quis contradicet mihi? stemus simul, qui est aduersarius meus, accedat ad me. 73.b
53. Desiderauimus eum, despectum, & nouissimum virorum. 376.a.892.a
Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. 929.a

Posuit in eo Dominus iniquitatem omnium nostrum. 84.b.359.a
Oblatus est, quia ipse voluit. 884.a
Sicut ouis ad occisionem ductus est. 28.a
Generationem eius quis enarrabit? 9.a. 27.a
Propter scelus populi mei percussi eum. 57.b
Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. 29.b.32.b.359.a. 456.b.467.a
Pro eo quòd laborauit, videbit, & saturabitur. 359.a.456.b.697.a
Iustificabit ipse seruus meus multos. 479.a
55. Et feriã vobiscum pactum sempiternum misericordias Dauid fideles. Ecce testem in populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. 55.b.495.b
56. Et non dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui custodierint sabbatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius filijs, & filiabus. 630.b
57. Iustus perit, & nõ est qui recogitet in corde suo. 860.b
59. Peccata vestra diuiserunt inter vos, & Deũ vestrum. 901.b
60. Ecce tenebræ operient terram. 29.b
61. Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me, ad annunciandum mansuetis, misit me. 27.b
62. Vocabitur tibi nomen nouum. 28.b
63. Quis est iste, qui venit de Edom? 280.a. 283.b.1068.a
Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. 280.a
Abrahã nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. 578.a
64. Vtinam dirumperes cælos, & descẽderes à facie tua montes defluerent. 8.b
Omnes iustitiæ nostræ sicut pannus mẽstruatæ. 61.b
66. Antequam parturiret peperit, antequam veniret partus peperit masculum. 715.a
Ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero? 48.a

EX HIEREMIA.

2. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frõdoso tu prosternebaris meretrix. 4.a
3. In tempore illo vocabunt Hierusalem solium Domini. 29.b
10. Scio Domine quia non est hominis via eius, nec viri est, vt dirigat gressus suos. 962.a
14. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? 399.b
15. Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. 579.a
22. Scribe virum istum sterilem, neque enim erit de semine eius, qui sedeat super solio Dauid. 652.b.722.b.1119.b
23. In diebus illis saluabitur Iuda & Israel habitabit confidenter. 27.a.40.b.1120.a
Cælum & terram ego impleo. 44.a
31. Nouum creauit Dñs super terrã; fœmina circundabit virum. 298.b.616.b.692.a
Ecce dies venient dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouũ. 32.a
Dabo legem meam in visceribus eorum. 497.a
32. Deus fortis incomprehensibilis cogitatu. 309.a

EX BARVCH.

3. Hic est Deus noster, non æstimabitur alius aduersus eum. 27.a
In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. 44.b.122.a

EX EZECHIELE.

14. Tu signaculum similitudinis plenus sapiẽtia, & perfectus decore, in delicijs paradisi fuisti. 717.b
16. Ad omne caput viæ ædificasti signũ prostitutionis tuæ. 4.a.902.a
17. Ego Dominus humiliaui lignũ sublime. 28.b
18. Si auerterit se impius ab impietate sua, & si egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis suis, & fecerit iudicium, & iustitiam, ipse animam suam viuificabit. 968.a
34. Et suscitabo super eas pastorẽ vnũ, seruũ meum Dauid ipse pascet eas. 479.a
38. Et iudicabo eũ peste, & sanguine, & imbre vehemẽti, & lapidibus immensis, ignem, & sulphur pluam super eum. 295.a
39. Et congregabo super eos terram suã, non relinquam ex eis quenquam. 31.b
44. Hæc porta clausa erit, & non aperietur, non transiet vir per eam. 589.b.616.b. 622.b

EX DANIELE.

3. Deos tuos non colimus, & statuam quam erexisti non adoramus. 552.a
7. Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. 1126.a
9. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam vt consumetur præuaricatio. 26.b. 723.a

Et post 70. hebdomadas occidetur Christus. 18.a.31.b
10. Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus. 723.b

EX OSÆA.

1. Ponent sibimet caput vnum. 288.a
3. Dies multos expectabis me. 28.b
6. Viuificabit nos post duos dies, die tertia suscitabit nos. 1031.b
9. Abominabiles facti sunt sicut ea quæ dilexerunt. 902.a
Abijciet dominus eos, qui non audierunt eũ & erunt vagi in nationibus. 18.a
11. Ex Ægypto vocaui filium meum. 516.b
13. Saluator non est præter me. 358.a
Perditio tua ex te, tantummodo in me auxilium tuum. 60.a
Ero mors tua ô mors, ero morsus tuus inferne. 1010.b. 1022.a

EX IOELE.

3. Congregabo gentes & educam eas in vallẽ Iosaphat. 1125.b

EX MICHÆA.

2. Congregatione congregabo Iacob totum. 9.b
3. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eiꝰ in pecunia diuinabãt. 967.a
5. Et tu Bethleem Ephrata paruulꝰ es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. 27.a. 495.a

EX ABACVC.

3. Opus tuum in medio annorum viuifica illud, in medio annorum notũ facies. 90.b

EX SOPHONIA.

1. Visitabo super viros defixos in fæcibꝰ suis. 1024.b
2. Exterminabit omnes Deos gentium terræ, & adorabunt eum. 18.b
3. Dominus Deus in medio tui fortis ipse te saluabit. 40.a

EX AGGÆO.

2. Interroga sacerdotem legem. 494.b

EX ZACHARIA.

1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. 62.b
3. Adducam seruum meum orientem. 479.a
6. Sic dixit Deus exercituum, germen est nomen eius. 32.a
9. Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator. 27.b. 463.b
Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. 1022.b. 1024.a
12. Plangent eum omnes tribus terræ. 863.b
13. In die illa cõfundentꝰ Prophetę vnusquisq; ex visiõe sua cũ prophetauerint, nec operiẽtur pallio saccino, vt mentiantur. 244.b

EX MALACHIA.

1. In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. 18.b, 82.b. 502.a
2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. 494.b
Conuertimini, & videbitis, quid sit inter iustum, & impium. 25.a

EX. II. MACHAB.

15. Hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ieremias propheta. 579.a

EX D. MATTHÆO.

1. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. 41.a
Cum esset sponsata mater Iesu Maria Ioseph antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. 616.a
Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. 79.a
Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur, quod dictum est à domino per Prophetam dicentem, Ecce virgo in vtero habebit, &c. 616.a
Peperit filium suum primogenitum. 198.b. 619.b
2. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda. 719.b
3. Veniebant ad Ioannem confitentes peccata sua. 750.b
Hic est filius meus dilectus. 226.a
4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. 545.a
Accesserunt Angeli, & ministrabant ei. 341.b
5. Nolite putare quoniã veni soluere legẽ, aut Prophetas. Non veni soluere, sed adimplere. 480.a
Ne forte tradat te aduersarius tuus iudici, & iudex tradat te ministro. 926.a
7. Non omnis qui dicit mihi Domine domine intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei. 967.b
8. Vade, & sicut credidisti fiat tibi. 965.b
Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. 778.a
9. Vt sciatis quia filius hominis potestatem habet in terris dimittendi peccata, &c. 353.a
Cepit autem omnes timor, & glorificabant Deum, qui dedit talem potestatem hominibus. 240.a
Fides tua te saluam fecit. 965.b
10. Dedit potestatem apostolis super omnes spiritus immundos, vt eos eijcerent, & omnem langorem curarent. 348.a

11. Væ tibi Corozaín , væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro,& Sydone factæ essent virtutes,quæ factæ sunt in vobis,olim in cinere,& cilicio pœnitentiam egissent. 965.a. 1123.a
12.Filius hominis Dominus est etiam Sabbathi. 739.b
Generatio peruersa,& adultera signum quærit,& signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. 807.b
Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus , ita filius hominis erit in corde terræ tribus diebus , & tribus noctibus. 1007.b
Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista , & condemnabunt eam. 1123.a
13.Simile est regnum cælorum sagenæ missę in mare , & ex omni genere piscium congreganti. 274.a
Et docebat eos in synagoga eorum in patria sua ita vt stuperent,& dicerent.Nonne hic est filius fabri? 626.b
14.Pater omnia sunt tibi possibilia. 493.a
15.Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. 517.a
O mulier magna est fides tua , fiat tibi sicut vis. 961.b
17.Hic est filius meusdilectus, ipsum audite. 38.a.55.b
18. Filius hominis venit saluare quod perierat. 914.a
19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 967.b
Si vis perfectus esse , vade , & vende omnia quæ habes,& da pauperibus.778.a.1120.b
20.Sedere ad dexteram meam, vel sinistram non est meum dare vobis,sed quibus paratum est à patre meo. 977.b
Filius hominis non venit ministrari , sed ministrare. 479.b
Filius hominis venit dare animam suam in redemptionem pro multis. 55.b.359.b. 928.b
21.Hic est hęres,venite occidamuseum.788. a.896.a
23.Hierusalem , Hierusalem , quoties volui congregare filios tuos , quemadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alis, & noluisti. 980.b
24.Amen dico vobis, non manebit lapis super lapidem. 18.a
Fulgur exit ab Oriente , & apparet vsque in occidentem. 334.a
De die illa & hora, nemo scit, neque Angeli in cælo,neque filius,nisi pater. 33.a. 1108.b
25.Simile est regnum cælorum decem virginibus,quarum quinque erant fatuæ, quinque prudentes. 274.a
Euge serue bone, & fidelis,intra in gaudium Domini tui. 518.b
Ite maledicti in ignem æternũ. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare,&c. 967. b.1129.a
26.Prima die azymorum accesserũt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere pascha? 873.a
Omnes vos scãdalum patiemini in me in ista nocte.Scriptum est enim;Percutiã pastorẽ & dispergentur oues gregis. 1065.a
Cœpit cõtristari & mœstus esse. 388.b.352.b
Tristis est anima meavsque ad mortem.205. a.388.b
Pater mi,si non potest hic calix transire , nisi bibam illum,fiat voluntas tua. 836.a
Non sicut ego volo,sed sicut tu. 438.a
27.Multa corpora sanctorum,qui dormierãt surrexerunt. 1043.a
Erant autem ibi & mulieres multæ à longè expectantes. 626.b
Principes sacerdotum conuenerunt ad Pilatũ dicẽtes.Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens. Post tres dies resurgam. 1039.b
28.Data est mihi omnis potestas in cælo &in terra. 322.b.348.a.352.a.360.a.486.b. 1084.a.1119.b
Ite & docete oẽs gẽtes baptizantes eos in nomine Patris,& Filij,& Spiritussancti. 36.a

EX D. MARCO.

1.Ioannes baptizabat in deserto,prędicãs baptismũ pœnitẽtiæ in remissionẽ peccatorũ. 750.b
Expulit eum spiritus in desertum. 237.b
Quid tibi & nobis Iesu Nazarene venisti ante tempus torquere nos?Scio quòd sis sanctus Dei. 787.b
2.Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? 358.a
3.Circunspiciens eos cum ira tristatus est super cæcitate cordis eorum. 388.b
8.Oportet filium hominis multa pati , & reprobari à senioribus,& à summis sacerdotibus,& scribis,& occidi, & post tres dies resurgere. 835.b.1008.a
11.Multi vestimenta sua strauerũt in via.Alij frõdes cædebãt de arboribus,& qui præibat,& qui sequebãtur,clamabant, Osanna benedictus qui venit in nomineDñi,benedictũ quodvenit regnũ pñsnriDauid.39.a
13.De die illa,& hora,nemo scit,neque Angeli in cęlo,neque filius,nisi pater.33.a.313.b. 387.a.697.a

14.Primo die azimorum quando pascha immolabant. 872.b
Tristis est anima mea vsque ad mortem. 388.b
16.Surgens Iesus manè prima Sabbathi,apparuit primo Mariæ Magdalenæ,de qua eiecerat septem dæmonia. 1063.b
Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. 957.a. 965.b

EX D. LVCA.

1.Ecce concipies,& paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. 41.a
Dabit ei Dominus Deus sedemDauid patris eius. 1116.b
Spiritus sanctus superueniet in te. 146.b
Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. 39.a.140.b.523.a
Vnde hoc mihi,vt veniat materDomini mei ad me? 240.a
Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. 56.a. 141.b
2.Natus est vobis hodie Saluator. 281.b. 463.b
Iesus proficiebat sapientia, ætate, & gratia apud Deum & homines. 336.a
3.Hic est filius meus dilectus. 771.b
Ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli. 654.b
4.Agebatur ab spiritu. 237.b
Christus non sinebat dæmonia loqui, quoniam sciebant eum esse Christum. 787.b
Exi à meDomine,quia homo peccator sum. 239.b
6.Erat pernoctans in oratione Dei. 492.b
Virtus de illo exibat,& sanabat omnes. 348.a.353.b
7.Ite renunciate Ioanni quæ audistis,& vidistis,cæci vident,claudi ambulãt,&c.810.b
Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. 64.a
8.Ecce mater eius,& frater stabant foris quę rentes loqui cum eo. 626.b
Sentio de me virtutem exisse. 348.a.353.b
12.Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor,donec baptizer illo. 852.a
13.Nisi pœnitentiam habueritis,omnesimul peribitis. 969.b
Ite dicite vulpi illi.Ecce dæmonia eijcio, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consumor. 243.b
17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. 61.b
Venient dies quando desideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis. 1101.b
18.Cum filius hominisveniet,putas inueniet fidem in terra? 88.a
Duo homines ascenderunt in templum vt orarent,vnus Pharisæus, alter Publicanus. 607.b
19.Filius hominis venit saluare quod perierat. 77.b
22.Ego in medio vestrum sum,sicut qui ministrat. 479.b
Ego dispono vobis,sicut disposuit mihi pater meus regnum. 355.b
Non mea voluntas,sed tua fiat. 438.a
Apparuit ei Angelus confortans eum. 340.b
24. De Iesu Nazareno qui fuit vir Prophe-ta potens in opere & sermone. 243.b
Incipiens à Moyse,&omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. 17.a
Oportebat Christũ pati,& ita intrare in gloriam suam. 467.b
Finxit se longius ire. 1073.b
Accepit panem & benedixit ac fregit & porrigebat illis. 1073.b
Palpate & videte,quia spiritus carnem & ossa non habent, sicut me videtis habere. 198.a & b
Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum. Quoniam necesse est impleri omnia,quę scripta sunt in lege Moysi,& Prophetis, & Psalmis de me. 841.a
Eduxit autem eos foras in Bethaniam & eleuatis manibus benedixit eis. 1088.b

EX D. IOANNE.

1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum,& Deus erat verbum. 34.a
Omnia per ipsum facta sunt. 100.a
Dedit eis potestatem filios Dei fieri. 510.b. 516.a.519.b.976.a
Verbum caro factum est. 7.a.16.b.34.a.100.a.122.a.198.b.412.b.532.a
Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ, & veritatis. 221.b.226.a.353.a.357.a.298.b.456.a.463.a.523.a.1117.a
Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. 140.b.299.a.353.a.697.b.1084.a
Deum nemo vidit vnquã,vnigenitus qui est in sinu patris,ipse enarrauit. 299.a
Ego baptizo in aqua, sed ille qui me misit baptizare,dixit mihi. Super quem videris spiritum descendentem,& manentem super eum,hic est qui baptizat inSpiritu sancto. 753.b

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mũ di. 84.b.85.a
2. Vt gustauit Architiclinus aquam vinum fa ctam. 34.a
Post hæc descendit Capharnaum ipse,& ma ter eius,& fratres eius. 626.b
Soluite templum hoc,& tribus diebus reædi ficabo illud. 99.a
Ipse sciebat quid esset in homine. 311.a
3. Scimus quia à Deo venisti magister. 55.b. 809.a
Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu san cto, non potest introire in regnum Dei. 156.b.954.a.969.b.974.b
Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis, qui est in cælo. 34. a.697.b.1102.b
Sicut Moyses exaltauit serpentem in deser to, ita exaltari oportet filiũ hominis. 835.b
Sic Deus dilexit mundum, vt filium suũ vni genitum daret. 50.b.56.a.77.b.138.a.141. b.181.a.954.a.965.a.971.b.976.a.1084.a
4. Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. 607.b
Discipuli ibant in ciuitatem, vt cibos emerẽt. 775.b
Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. 552.a
Nã & pater tales quærit adoratores, qui ado rent eum in spiritu & veritate. 545.a
Nisi signa & prodigia videritis non creditis. 807.a
5. Pater meus vsq; modo operatur,& ego ope ror. 352.b.739.b
Quærebant eũ Iudęi interficere, quia non so lum soluebat Sabbathum, sed & patrẽ suũ dicebat Deum. 36.b
Quæcunq; pater facit, hæc & filius similiter facit. 36.b.513.a
Omnia pater demonstrat filio quę ipse facit, & maiora demonstrabit opera. 697.a
Pater non iudicat quenquam, sed omne iudi cium dedit filio. 1112.b
Omnes honorificent filium, sicut honorifi cant patrem. 37.a.1126.a
Sicut pater habet vitam in semetipso, sic de dit filio vitam habere in semetipso. 36.b
Omnes qui in monumento sunt, audient vo cem filij Dei. 1043.b
Procedent qui bona fecerunt in resurrectio nem vitæ. 1123.a
Ego habeo testimonium maius Ioanne. 16.b
Scrutamini scripturas. Ipsę enim testimoniũ perhibent de me. 17.a
6. Descendi de cælo, non vt faciam volun tatem meam, sed eius, qui misit me. 34.a. 438.a
Nemo potest venire ad me nisi pater, qui mi sit me, traxerit eum. 25.a.470.a
Omnis qui audit à patre, & discit, venit ad me. 470.a
Qui manducat meam carnem,& bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. 108.b. 945.b.954.a
7. Dixerũt fratres eius ad eum, transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videãt opera tua, quæ tu facis. 626.b
Quomodo hic literas scit, cum non didice rit? 302.b
8. Etsi ego testimonium perhibeo de meip so, verum est testimonium meum. 299.a
Principium qui & loquor vobis. 35.a
Ille homicida erat ab initio & in veritate non stetit. 280.b
Ego cognosco eum, & mandata eius obser uo. 296.a
Abraham desiderauit videre diem meum, vi dit,& gauisus est. 959.b
Antequam Abraham fieret, ego sum. 420.b
10. Ego veni vt vitam habeant, & abundan tius habeant. 56.a
Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas,& cognoscunt me meæ. 273.a
Animam meam nemo tollit à me. 852.a.884 a.888.a.986.b
Potestatem habeo ponendi animam meam. 205.b.984.b
Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonium perhibent de me. 17.b
Pater quod dedit mihi, maius omnibus est. 35.b
Ego & pater vnum sumus. 35.a.94.a.100.a
Sustulerunt lapides Iudæi, vt lapidarent eũ. 35.b
Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei fa ctus est: quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas. 33.b.37.b.226.a
11. Qui credit in me non morietur in ęternũ. 42.b
12. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit ipsum solũ manet. 836.a
Volo pater, vt vbi ego sum, illic sit minister meus. 492.b
Nunc iudicium est mundi. 1125.a
13. Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. 57.a.180.b.181.a
Exemplum dedi vobis, vt sicut & ego fecivo bis, ita & vos faciatis. 55.b.77.b
Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. 967.b
14. Pater in me manens, ipse facit opera. 352.b

Qui credit in me opera quæ ego facio,& ipſe faciet. 808.a
Ego rogabo patrem,& alium paracletum dabit vobis. 138.b.487.a
Qui diligit me,diligetur à patre meo. 967.b
Vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio.Surgite,eamus hinc. 888.a
15.Sine me nihil poteſtis facere. 959.a
Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem,ſicut dilexi vos. 480.a
Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animã ſuã ponat quis pro amicis ſuis.56.a
Iã non dicam vos ſeruos,ſed amicos. 517.b
Si opera nõ feciſſem in eis,quæ nemo aliusfecit,peccatum non haberent. 16.b.957.a
16.Omnia quæ habet pater,mea ſunt. 36.a
In illo die in nomine meo petetis. 487.a
17.Pater venit hora,clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. 484.b
Hæc eſt vita æterna,vt cognoſcant te verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. 33.a.37.a
Nõ pro mũdo rogo,ſed pro ijs, quos dediſti mihi,quia tui ſunt. 68.a 904.b.918.b
Mea,omnia tua ſunt,& tua,mea ſunt. 36.b
Pater ſerua eos in nomine tuo,vt ſint vnum, ſicut & nos. 33.b
Sicut tu pater in me,& ego in te,vt & ipſi in nobis vnum ſint. 35.a
18. Et ipſi non introierunt in prætorium ne contaminarentur,ſed vt manducarent paſcha. 873.a
Regnum meum non eſt de hoc mundo.1118 b.1119.b
Ego ad hoc natus ſum,& ad hoc veni vt teſtimonium perhibeam veritati. 77.b
20.Noli me tangere. 1070.b
Aſcendo ad patrem meum,&patrem veſtrũ. 513.b
Accipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. 360.a
Infer digitum tuũ hûc,& vide manus meas, & affer manum tuã, & mitte in latus meũ, & noli eſſe incredulus,ſed fidelis. 41.b. 1061.b
21.Si omnia opera,quæ fecit Ieſus ſcribenda eſſent per ſingula, neque ipſum arbitror mundum poſſe capere eos,qui ſcriberentur libros. 16.b.807.a

EX ACTIS APOSTOLORVM.

1.Cœpit Ieſus facere,& docere. 55.b
Quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumẽtis per dies quadraginta apparens eis,& loquẽs de regno Dei. 41.b.1075.b
Conueſcens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent. 1059.a
Videntibus illis eleuatus eſt. 1093.a
Nubes ſuſcepit eũ ab oculis eorum. 1094.a
Hi omnes erant ſtantes vnanimes in oratione cum mulieribus,& Maria matre Ieſu,& fratribus ipſius. 626.b
2.Effundam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem. 979.a
Viri Iſraelitæ, audite verba hæc. Ieſum Nazarenum virum approbatum à Deo in verbis,virtutibus,& prodigijs,quæ fecit Deus per illum in medio veſtri,ſicut ſcitis,hunc definito conſilio, & præſcientia Dei traditum per manus iniquorum affigentes interemiſtis. 848.b.1031.b
Sciat igitur omnis domus Iſrael,quia Dñm ipſum,& Chriſtum fecit Deus hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis. 33.a.848.b
Pœnitentiam agite,& baptizetur vnuſquiſq; veſtrum. 968.a
3.Quod habeo,hoc tibi do,ſurge,& ambula. 350.b
4.Neque aliud nomen eſt ſub cælo datũ hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri. 822.a.959.b
Domine tu es,qui Spiritu ſancto per os patris noſtri Dauid dixiſti. Quare fremuerunt gentes,& populi meditati ſunt inania? &c. 37.a
Facere quæ manus tua,& conſilium tuũ decreuerunt fieri. 528.a
Erat cor credentium vnum, & anima vna. 35.b
7.Ecce video cælos apertos. 1098.a
8.Pœnitentiam age ab hac nequitia tua,& roga Deum ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. 968.a
9. Ego ſum Ieſus quem tu perſequeris. 1089.b
10.Hic eſt conſtitutus à Deo iudex viuorum & mortuorum. 1112.b
Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent remiſsionem peccatorum accipere per nomen eius. 959.a
15.Per gratiã Dñi noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari,quemadmodum & illi. 959.a
19.Multi credentiũ veniebãt ad Paulũ cõfitẽtes,& annunciantes actus ſuos. 755.b
20.Attendite vobis,& vniuerſo gregi,in quo vos poſuit Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. 34.b

EX EPIST. AD ROMANOS.

1.Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus ſegregatus in Euangelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis. 40.b.42.a.88.a

Qui prædeſtinatus eſt filius Dei. 33.a.67.a. 82.a.527.b
Iuſtitia Dei in Euangelio reuelatur ex fide in fidem. 976.a
Inuiſibilia ipſius à creatura mũdi per ea,quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. 9.b
2.Gentes,quæ legem non habent, naturaliter ea,quæ legis ſunt faciunt. 956.b
Teſtimonium illis reddente conſcientia ipſorum. 1129.a
3.Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Abſit. Eſt autem Deus verax. 144.b
Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. 6.b.958.a
Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes,qui credunt in eum.959.a
Omnes peccauerunt,& egent gloria Dei.60. a.141.a
Iuſtificati gratis per gratiam ipſius.54.a.61.a. 63.b.65.a.141.a.473.b
Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. 55.b.68.a.79.a. 360.a.537.b.905.a.959.a.979.a
Arbitramur hominem iuſtificari ex fide ſine operibus legis. 965.b
4.Si Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt,habet gloriam,ſed non apud Deum. 958.a.966.a
Ei qui operatur merces non imputatur ſecũdum gratiam,ſed ſecundum debitum. 65. a.470.a.976.a
Non enim per legem promiſsio Abrahæ, & ſemini eius,vt hæres eſſet mundi. 144.b
Si enim qui ex lege hæredes ſunt, exinanita eſt fides,abolita eſt promiſsio. 516.b
Ideo ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſsio. 144.b
Traditus eſt propter delicta noſtra,reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. 1084.b
Per Chriſtum acceſſum habemus in gratiam iſtam,& gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. 517.b
Spes autem non confundit. 973.b
Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis. 138.b
Cõmendat autẽ charitatẽ ſuã Deus in nobis, quòd cũ adhuc inimici eſſemus, ſecũdum tẽpus,Chriſtus pro nobis mortuꝰ eſt. 56.a
Non ſolum hoc,ſed & gloriamur in Deo per Ieſum Chriſtum. 57.a
Sicut per vnum hominem peccatum in hũc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita per vnum hominem iuſtitia intrauit in hunc mundum, & per iuſtitiam vita. 359.a
Nõ ſicut delictum ita & donum.68.b.69.b. 84.a
Vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia. 68.b.82.a
Si enim vnius delicto multi mortui ſunt,multo magis abundantiam gratiæ,& donationis,& iuſtitiæ accipientes,in vita regnabũt per Ieſum Chriſtum. 69.a.472.b
Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationẽ,ſic per vnius iuſtitiã in oẽs hominesin ſanctificationẽ.359.a.959.a
6.Peccatum in vobis non dominabitur.Non enim ſub lege eſtis,ſed ſub gratia. 746.b. 949.a
7.Qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis viuificabit mortalia corpora noſtra. 1085.b
8.Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati. 33.b
Si quis ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. 273.a.926.a
Si ſecundum carnem vixeritis,moriemini, ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. 967.b
Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ. 516.a.974.b
Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro,quòd filij Dei ſumus. 967.b
Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam,quę reuelabitur in nobis. 61.b
Nos ipſi primitias ſpiritus habentes intra nos gemimus adoptionẽ filiorũ Dei expectãtes redemptionem corporis noſtri. 510.a
Quod videt quis quid ſperat? 235.b.697.a
Spiritus ſanctus orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. 484.b.486.b
Quos pręſciuit,& prędeſtinauit,cõformes fieri imaginis filij ſui. 79.a.357.a.519.a.537.b
Quos vocauit,hos & iuſtificauit. 358.a
Si Deus pro nobis,quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit,ſed pro nobis tradidit illum, quomodo non etiam omnia cum illo nobis donabit? 73.b.485.b
Optabam ego ipſe anathema eſſe pro fratribus meis,qui ſunt cognati mei ſecundum carnem,qui ſunt Iſraelitæ. 627.b
Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſęcula. 7.b.34.b
Moyſi dicit Dominus.Miſerebor cuius miſereor,& miſericordiam præſtabo cuius miſerebor. 541.a.838.a
Non eſt volentis,neque currentis,ſed Dei miſerentis. 540.b
Deus cuius vult miſeretur,&quem vult indurat. 838.a

An non habet figulus potestatem ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam? 980.b
Deus reprobauit vasa apta in interitum ad ostensionem gloriæ gratiæ suæ in vasa misericordiæ. 58.a
10. Testimonium enim illis perhibeo, quòd æmulationem quidem Dei habent, sed nō secundum scientiam. 896.b
Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. 958.a
Finis legis Christus est ad iustitiam omni credenti. 958.b
Omnis qui credit in illum non cōfundetur. 965.b
11. Si ex operibus, iam non est gratia. 61.b
Si radix sancta, & rami. Quod si delibatio sancta & massa. 589.b
O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei. 48.b
Quis cognouit sensum Domini, aut quis cōsiliarius eius fuit? 48.b
Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? 60.b
Quoniā per ipsum, & in ipso, & ex ipso sunt omnia. 353.b.471.b
12. Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. 2.a
13. Oia quæ à Deo sunt, ordinata sunt. 48.b
14. In hoc Christus mortuus est & resurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur. 1117.a
15. Vnanimes vno ore honorificemus Deum. 43.a

EX I. AD CORINT. I.

1. Id ipsum dicamus omnes, & non sint in vobis schismata. 403.a
Nūquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? 578.b
Vbi sapiens? vbi scriba? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius sæculi? 962.a
Videte fratres vocationem vestrā, quòd non multi potētes secundum carnem, nō multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes. 17.b
Qui factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio. 55.b.68.a.357.b.280.b.281.b
2. Non iudicaui me scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. 2.b
Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiā vero nō huius sæculi, nec principū huius sæculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio. 525.b.528.a
Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. 790.a.896.a
Nobis autem reuelauit Deus per spiritū suū. 2.b.78.b
Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Dei. 388.a
Spiritualis iudicat omnia & ipse à nemine iudicatur. 1117.a
3. Si quis supra hoc fundamentum ædificauerit ligna, fœnum, & stipulam saluus erit, sic tamen quasi per ignem. 967.a
Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. 80.a.537.b
4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. 969.b
Nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat Dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum. 1123.a.1124.b
Quid habes, quod non accepisti? & si accepisti quid gloriaris quasi nō acceperis? 60.b
5. Pascha nostrum immolatus est Christus. 872.b
6. Nolite errare. Nec fornicarij, nec idolis seruientes, nec masculorum cōcubitores regnum Dei possidebunt. 967.b
Nescitis quia corpora vestra membra sunt Christi. 266.b
Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. 99.b.139.a
Empti estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. 55.b.359.b. 839.b.921.b
7. Qui nubit benefacit, qui non nubit melius facit. 629.b
9. Nunquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi? 626.b
Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. 605.a
10. Patres nostri omnes sub nube fuerūt, oēs mare trāsierūt, & oēs eundē potū biberūt, bibebāt autē de spirituali cōsequēte eos petra. Petra autē erat Christus. 959.a.967.b
Nos sumus in quos fines sæculorum deuenerunt. 90.a
Qui existimat se stare, videat ne cadat. 969.b
Fidelis Deus, qui non patietur, vos tentari supra id, quod potestis. 34.b
11. Vir caput est mulieris. 288.a
Omnis vir orans, aut Prophetans velato capite deturpat caput suum. 245.a
12. Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. 962.a
13. Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. 967.b.970.a
Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. 298.b
Sapiebam vt paruulus, loquebar vt paruulus; cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. 697.b

Videmus

Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 322.a.727.b.
14. Mulieres in Ecclesia taceant. Si quid autem scire voluerint domi viros suos interrogent. 643.b
15. Tradidi vobis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas,& quia sepultus est, & resurrexit secundum scripturas. 1031.a
Visus est plusquam quingentis fratribus simul. 1071.b
Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. 359.a
Si Christus nõ resurrexit,adhuc estis in peccatis vestris. 1048.b
Christus primitiæ dormientium. 599.b
Subiecta sunt illi omnia præter eum, qui illi omnia subiecit. 322.b.1124.b.1128.b
Cum subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit patri. 741. a. 744. b. 1131.a
Insipiens tu;quod seminas nonviuificatur,ni si prius moriatur. 1034.b
Prius quod animale est, deinde quod spirituale. 389.b
Primus homo de terra terrenus,secundus homo de cælo cælestis. 34.a
In momento,in ictu oculi mortui resurgent. 1129.a
Itaq; fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles abundãtes in opere Domini semper,scientes,quòd labor vester non est inanis in Domino. 978.b

EX II. AD CORINT. II.

3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis,quasi ex nobis.60.a.959.a.962.a
4.Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere,ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu. 356.a
Habentes eundem spiritum fidei, sicut scriptum est; Credidi propter quod locutus sum,& nos credimus propter quod & loquimur. 959.a
Propter quod non deficimus.Sed licet is,qui foris est noster homo corrumpatur, tamẽ is,qui intus est, renouatur de die in diem. 946.a
5.Quandiu sumus in corpore peregrinamur à Domino. Per fidem enim ambulamus, non per speciem. 234.a
Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,vt referat vnusquisq; propria corporis,prout gessit,siue bonum,siue malum. 955.b.1123.b
Si Christus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. 592.b
Vetera transierunt,ecce noua facta sunt omnia. 353.b
Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. 922.b.929.a.953.a
Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit,vt nos efficeremur iustitia Dei in illo. 73.b.918.a
6. Quæ cõuentio Christi adBelial,lucis ad tenebras, vitæ ad mortem? 273.b
10.Fides captiuat intellectum in obsequium Christi. 797.a
12.Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ,qui me colaphizet. 605.a

EX EPIST. AD GALATAS.

1.Paulus Apostolus non ab hominibus, neq; per hominẽ, sed per Dominum nostrum Iesum Christum. 34.b
Ascendi autem secundum reuelationem, & neminẽ vidi,nisi Petrum, & Iacobum fratrem Domini. 626.b
2.Si per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. 69.b.516.b.958.b
3.Qui ab operibus legis obstringuntur, sub maledicto sunt. 746.b
Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum. 894.a.905.a
Priusquam veniret fides, sub lege custodiebamur concluſi in eam fidem, quæ reuelãda erat. 517.b
Lex propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat,ordinata per Angelos in manu mediatoris.746.a
Si data esset lex,quę posset viuificare,vere ex lege esset iustitia. 974.a
Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius,non dicit & seminibus eius, quasi in multis,sed quasi in vno,& semini tuo, qui est Christus. 40.b
4.Quanto tempore hæres paruulus est,nihil differt à seruo cum sit Dominus omnium. 511.b.516.b
Quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere.&c. 8.a.41.a.50.a.516.a.746.a.1006.b
Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantẽ, Abba pater. 539.a
Itaque iam non est hæres,sed filius, quòd si filius,& hæres per Deum. 516.a
Itaque fratres iam non sumus ancillæ filij, sed liberæ,qua libertate Christus nos donauit. 516.a
5.Fructus autẽ spiritus est charitas,gaudium, pax,&c. 975.a
6. Apud Deum, neque præputium aliquid valet,neq; circuncisio,sed noua creatura. 353.b

EX EPIST. AD EPHESIOS.
1. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo. 471.b.475.a.540.a
Elegit nos in ipso ante mundi constitutionē. 79.a.473.b.540.a
Prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Christū. 79.a.473.b.528.a.538.a.602.b
Gratificauit nos in dilecto filio suo. 77.a.357 a.358.a.472.a.542.a
Proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporis instaurare omnia in Christo, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt in ipso. 348.b.353.b.280.b.953.a
In quo nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consiliū voluntatis suæ, vt simus in laudē gloriæ eius, qui ante sperauimus in Christo. 358.a
Deus suscitauit Christum à mortuis, & constituit eum super omne principatū. 279.b
Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput Ecclesiæ, quæ est corpus eius, & plenitudo ipsius, qui omnia in omnibus adimplet. 266.b.348.a.353.b.538 a.955.a
2. Deus qui dives est in misericordia propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, conuiuificauit nos in Christo Iesu. 56.a
Conresuscitauit, & consedere nos fecit in cælestibus in Christo. 74.a
Ipsius enim sumus factura in operibus bonis, vt in ipsis ambulemus. 348.b.353.b.472.a
Vos qui eratis longe facti estis prope in sanguine Christi. 41.b
3. Sacramentum hoc dispensatum in tempore, absconditū tamē à sęculis in Deo. 520.a
4. Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. 248.b.472.b
Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. 1089.b
Quod autem ascendit quid est, nisi quia descendit primum in inferiores partes terræ? 456.b.467.b.1010.b.1015.b
Hoc dico, & testificor in Christo Iesu, vt nō ambuletis sicut & gentes ambulant. 902.b
Veritatem facientes in Christo crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus. 353. b.472.b
5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiam Deo in odorē suauitatis. 359.b
Vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ, &c. 266.b.635.b
EX EPIST. AD PHILIPPEN.
2. Cum in forma Dei esset non rapinā arbitratus est esse se æqualem Deo. 6.b.8.a.34.b
In similitudinem hominum factus, habitu inuentus vt homo. 32.b.94.a.115.b
Christus factus est obediens vsque ad mortem. 479.a 889.b
Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. 140.b.456.b.467.b.908.a.1124.a
Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum. 280.a. 474.b
Itaque charissimi mei sicut semper obedistis non in præsentia mea tantū, sed multo magis nunc in absentia mea cum metu, & tremore vestram salutem operamini. 969.b
Deus operatur in nobis & velle, & perficere pro sua voluntate. 60.b
3. Nostra conuersatio in cælis est. 1102 b
Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. 357.a.945. b.1085.a
EX EPIST. AD COLOSSEN.
1. Qui est imago inuisibilis Dei primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso sunt cōdita vniuersa, siue quæ in cælis, siue quę in terra. 473.a
Ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. 266.b
In ipso complacuit, omnem plenitudinē diuinitatis habitare. 99.a
Pacificans per sanguinem eius, siue quæ in cælis, siue quæ in terra sunt. 280.b.929.a. 953.a
Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. 67.b.73.a
2. In quo sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. 36.a.50.b.302.b
Videte ne quis vos seducat per philosophiā & inanem fallaciam. 2.a
In ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. 36.a
Et spolians principatus, & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. 941.b
EX 1. AD THESSALONI.
2. Quæ est spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Dominum? & ij ad quos sermo Dei factus est, vocantur dij. 573.b
EX 2. AD THESSALONI.
2. Reuelabitur homo peccati filius perditionis. 291.b
EX EPIST. AD TIMOTH.
1. Iesus venit in mundum peccatores saluos facere. 55.b.77.b.822.a
2. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecratio-

secrationes,orationes,postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus,&c. 579.a
6.Præcipio tibi coram Deo,qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui confessus est sub Pontio Pilato bonã confessionẽ, vt serues mãdatũ sine macula irreprehẽsibile.&c. 33.a

EX II. AD TIMOTH.

2.Si non credimus,ille fidelis permanet negare seipsum non potest. 836.a
3. In magna autẽ domo non solum sunt vasa aurea,& argentea,sed & lignea, atque fictilia,& quædam quidem in honorem,quædam vero in contumeliam. 274.a.275.b
4.Quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. 65.b.68.a

EX EPIST. AD TITVM.

2.Apparuit gratia saluatoris nostri Dei.34.b. 94.a.77.b.141.b.
3.Apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei. 50.b.141.b.470.b.
Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè. 974.b

EX EPIST. AD HEBR.

1. Quem constituit hæredẽ vniuersorũ.80.a
Qui cum sit splendor gloriæ,& figura substãtiæ,&c. 34.b.36.b.37.a.106.b
Tanto melior angelis effectus quanto differentius præillis nomen hæreditauit. 33.a
2.Eum, qui in modico ab angelis minoratus est vidimus Iesum propter passionẽ mortis,gloria,& honore coronatum. 42.b
Decebat eum,per quẽ omnia, & propter quẽ omnia,qui multos filios in gloriam adduxerat autorẽ salutis eorũ per passionẽ consummari. 100.a.467.b.836.b.1115.b
Propter quod non confunditur vocare nos fratres. 517.b
Nusquam angelos apprehendit. 281.b
Debuit per omnia fratribus assimilari. 115.b
3.Considerate apostolum, & Pontificẽ confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei, qui fecit illum. 33.a
4. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius. 577.b
5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus cõstituitur in ijs,quæ sunt ad Deum, vt offerat dona,& sacrificia pro peccatis. 579.b
In diebus carnis suæ preces,supplicationesq; ad Deum, qui posit illum saluum facere à morte,cum clamore validó,& lachrymis obtulit. 504.a
Exauditus est pro sua reuerentia.69.a. 239.a 479.a.495.a.
Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. 969.b
6.Homines per maiorem sui iurant. 744.a
7.Manifestum est,quòd ex Iuda ortus sit dominus noster. 496.a.653.a
Solus Christus sempiternum habet sacerdotium per semetipsum accedens ad Deum Patrem semper viuens ad interpellandum pro nobis. 577.b
Christus Pontifex ille sanctus non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdos veteris legis, prius pro suis delictis hostiam offerre,deinde pro populi. 918.a
9.Christus assistens Pontifex futurorum bonorum per proprium sanguinem introiuit in sancta, æterna redemptione inuẽta. 907.a.
Si enim sanguis hircorum, aut taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ademundationem carnis, quanto magis sanguis Christi,&c. 41.b.578.a
Introiuit in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. 486.a
Christus semel oblat' est ad multorũ exhaurienda peccata. 359.b
10.Impossibile est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. Propter quod ingrediens in mundum dicit, Holocaustomata,& oblationes noluisti, corpus autem adaptasti mihi. 69.a.462.a.692.a.917.a
Vna oblatione consummauit in sempiternũ sanctificatos. 505.b
Voluntariè peccantibus nobis, &c. iam non supereſt hostia pro peccatis. 90.a
11. Fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium. 234. a. 697.a. 961.a.1032.a.
Abrahã fide demoratus est in terra promissionis tanquam in aliena, tanquam in casulis habitando. 517.a
Accedentẽ ad Deũ oportet credere,quia est, & q̃ inq̃rẽtibus se remunerator sit. 956.b
Sine fide impossibile est placere Deo. 957.a
Moyses maiores diuitias æstimauit thesauro Ægyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. 960.a
12. Aspicientes in autorem fidei & consummatorem Iesum. 1131.b

EX EPIST. IACOBI.

1.Voluntariè genuit nos verbo veritatis,vt simus initium aliquod creaturę eius.974.b
2.Fides sine operibus mortua est.2, 6.a.966.b
3.In multis offendimus omnes. 590.b
Quæ autem desursum est sapientia primum quidem pudica est,deinde pacifica,modesta,suadibilis,&c. 3.b

EX I. PETRI.

1. Non corruptibilibus auro, & argento redempti

dempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati, & incontaminati Christi. 41.b.69.a.359.b.924.b.925.a
2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. 470.a.839.b
Qui peccata nostra ipse tulit super lignum, vt mundum damnationi obnoxium Deo reconciliaret. 929.a
3. Vt simus parati ad satisfaciendũ omni poscenti rationem de ea, quæ in nobis est fide & spe. 804.b
Christus sane pro peccatis nostris est mortuus, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos quidem spiritu. 359.a.495.b
4. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desijt à peccatis, vt iam non hominum desiderijs, sed voluntate Dei, quod reliquum est temporis in carne viuat. 921.a

EX 1. IOANNIS.

1. Sanguis Iesu Christi filij Dei emundat ab omni peccato. 41.b.84.b
Si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus. 590.b
2. Filioli hæc scribo vobis, vt non peccetis, sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem. 1101.b
Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed pro totius mundi. 68.b.84.b.315.b.577.b.922.a.929.b.953.a
Filioli nouissima hora est, & sicut audistis, quia Antichristus venit, & nũc Antichristi multi facti sunt. 291.a
Ex nobis prodierũt, sed non erant ex nobis. 519.b
3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus. 516.a. 519.b
Nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. 520.a
Nos scimus quoniam trãslati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. 945.b.973.b
In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniã ille animam suam pro nobis posuit. 34.b
4. Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus, vtrùm ex Deo sint. 641.b
Omnis spiritus qui confitetur Iesum in carne venisse, ex Deo est. 965.b
Omnis spiritus qui non cõfitetur Iesum Christum in carne venisse ex Deo nõ est, & hic est Antichristus. 41.b
Antichristus iam venit, & nũc iam est in mũdo. 291.b
Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. 57.a
5. Omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo est. 519.b
Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. 970.a
Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. 84.b
Scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna. 34.b.37.a.405.a
Custodite vos à simulacris. 552.a

EX EPIST. IVDÆ.

Commonere vos volo scientes semel omnia, quoniam Iesus populũ de terra Ægypti saluans, & eos qui non crediderunt perdidit. 960.a

EX APOCALYPSI.

1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. 84.b
Ego sum Alpha & O, principium & finis. 1.a
5. Et nemo poterat, neque in cælo, neque in terra, nec subtus terram apprehendere librum. 1015.b
Vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid. 653.a
Dignus es Domine aperire librum, & soluere signacula eius, quia occisus es. 480.a
Dignus est agnus qui occisus est accipere gloriam & virtutem. 456.b.467.b
6. Sustinete adhuc modicum tempus donec adimpleatur numerus fratrum vestrorum. 1023.a
7. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerũt eas in sanguine agni. 905.a
10. Et Angelus quem vidi super mare & super terram, leuauit manum suam, & iurauit per viuentem in sæcula sæculorum. 1131.a
13. Et vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, &c. 292.a
19. Vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbum Dei, & habebat in fœmore suo scriptum, rex regum, & Dominus dominantium. 42.b
20. Vidi Angelum descendentem de cælo habentem clauem abyssi, & cathenam magnam in manu sua. 943.a
Et descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos, & diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis. 293.a
21. Dixit qui sedet in throno, ecce noua facio omnia. 353.b
22. Cõseru' tu' sũ, & fratrũ tuorũ. 508.b.545.b

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM MEMORABILIUM, quæ in hoc opere continentur.

A, indicat primam columnam, B, secundam.

A.

ABstractio duplex. 169.a

ABstractis per intellectum personalitatibus natura diuina posset assumere. 159.b

¶ Accidentia.

Accidentia non subsistunt formaliter per subsistentiam substantiæ. 102.b

Accidentia possunt assumi à Deo. 177.b

Accidentia quæ sunt in Christo, omnia sunt in eius humanitate. 710.b

Accidentia solo numero differentia non possunt simul esse in eodem subiecto. 713.a.b

Accidentia solo numero differentia quomodo repugnant in eodem subiecto. 459.a

¶ Actio.

Actio assumendi communis est tribus personis. 163.a.b

Actiones Christi duplicem habent conditionem. 62.a

Actiones Christi fuerunt nobis salutiferæ per modum meriti, & per modum efficientiæ. 268.a.b

Actiones Christi vnde habuerint virtutem merendi. 905.b

Actiones, & passiones Christi quomodo se habuerint respectu nostræ iustificationis. 932.a.b

Actiones Christi ad extra quomodo soli filio tribuuntur. 380.a

Actio vnionis dupliciter consideratur. 124.b

Actiones sunt suppositorum. 70.a

Actiones Christi omnes semper regulabantur iudicio rationis. 455.a

Actus indeliberatus non fuit in Christo. 371.a

Adam non est sepultus vbi crucifixus fuit Christus sed in Hebron. 878.b

¶ Admiratio.

Admiratio quid sit. 396.b

Admiratio est causa delectationis. 717.b

Admiratio fuit in Christo. 396.b

¶ Adoptare.

Adoptare in filios propriè conuenit Deo. 510.a.b

Adoptare conuenit toti Trinitati. 513.a

Adoptari solum cõuenit habenti charitatem. 515.b

Adoptio diuina & humana differunt. 510.b

Adoptio perfectius reperitur in lege euangelica quam in veteri. 517.b

¶ Adoratio.

Adoratio exhibetur hominibus. 545.a

Adoratio qualiter debeatur soli Deo. 545.b

Adoratio quid significet in sacris literis. 545.a

Adoratio Christi vna est ex parte personæ adoratæ, sed duplex ex parte rationis ipsius adorationis. 543.b

Adultus non iustificatur extra sacramentum sine dispositione liberi arbitrij. 695.b

Aduentus Christi vltimus quare fulguri comparetur. 334.b

Agens communicat se eo modo quo agens est. 50.a

Aliud aliter substantiuè aliter adiectiuè sumitur. 107.a

Alma quid propriè significat. 616.a

Amor proprius cuiuslibet amoris radix est & mẽsura. 181.b

¶ Angelus.

Angelus per sua naturalia non cognoscit mysterium incarnationis esse possibile. 13.a

Angelus qualiter Christum confortauerit tempore passionis. 340.b

Angelus custos fuit Christo vtminister. 341.b

Angelus apparuit B. virgini in forma viri corporea. 646.a.b

Angeli cum assumunt corpora non vniunt ea sibi hypostatice. 151.a

Angelis non est data gratia ex merito Christi. 281.b

Angeli habentes charitatem sunt vere filij Dei adoptiui. 515.b

Angeli quare dij appellentur in scripturis. 515.b.

Angelus quomodo in oratione Christum confortauerit. 861.b

Angelus potest esse in loco etiam si nihil ibi operetur. 1013.b

Angeli & apostoli habuerunt euidentiam in attestante de rebus reuelatis. 802.b

Angeli quomodo aliquando dicantur ab hominibus erudiri. 1067.a.b

Angeli à principio suæ conditionis non cognouerunt mysterium incarnationis quantum ad rationes particulares. 1068.a

Anima

¶ Anima.

Anima rationalis diuersis nominibus appellatur. 210.a

Anima rationalis dicitur totum potentiale & respectu animæ sensitiuæ & vegetatiuæ, & respectu suarum potentiarum. 211.b

Anima rationalis non indiuiduat corpus. 214.b

Anima extra corpus minorem virtutem habet quã in corpore. 817.a

Anima separata de potentia ordinaria non ingreditur corpus alterius, vt motor. 818.a

Anima rationalis aliter est terminus generationis, aliter terminus creationis. 996.a

Animæ existentes in purgatorio non sunt per Christi descensum ad inferos liberatæ. 1028.a.b

Animæ iustorum deferuntur in cælum ministerio angelorum. 1095.b

¶ Anima Christi.

Anima Christi perfectior est alijs, & quantum ad esse, & quantum ad potentias naturales. 205.b

Anima Christi non fuit prius assumpta quam caro. 213.b

Anima Christi fuit creata sicut animæ aliorum hominum. 218.b

Anima Christi prius fuit creata, quam assumpta. 219.a.b

Anima Christi non comprehendit diuinam essentiã. 309.a

Anima Christi quid cognoscat in verbo. 311.a.b

Anima Christi cognoscit omnia quæ Deus scit scientia visionis. 312.b

Anima Christi non comprehendit scientiam visionis Dei. 313.b

Anima Christi scit in verbo infinita in potentia. 315.b.& seq.

Anima Christi cognoscit finitas substantias secundum numerum. 316.b

Anima Christi cognoscit omnes cogitationes hominum & angelorum quæ erunt infinitæ. 316.b

Anima Christi in verbo cognoscit infinita in actu. 117.a

Anima Christi perfectius videt diuinam essentiam, quam quælibet alia creatura. 319.a

Anima Christi per scientiam inditam nouit omnia excepta diuina essentia. 321.a

Anima Christi per scientiam infusam cognouit euidenter mysterium Trinitatis. 324.a

Anima Christi poterat vti scientia infusa non conuertendo se ad phantasmata. 325.b

Anima Christi sciuit per scientiam acquisitam, ea quæ cognosci possunt per actionem intellectus agentis. 333.b.& seq.

Anima Christi non habuit omnipotentiam simpliciter. 342.b

Anima Christi non potest habere omnipotentiam etiam respectu aliorum à se. 344.a

Anima Christi habet virtutem instrumentalem faciendi miracula. 348.a

Anima Christi præter vnionem non habuit virtutẽ inhærentem ad facienda miracula. 350.b

Anima christi propria virtute homines iustificat. 351.b

Anima Christi efficienter concurrit ad nostram iustificationem. 348.a.352.b

Anima Christi per propriam virtutem non habuit omnipotentiam respectu proprij corporis. 361.b.363.a.b

Anima Christi quomodo se habuerit in executione suæ voluntatis. 365.a.b

Anima Christi aliquando non fuit sancta. 689.a

Anima Christi in passione secundum suam essentiã patiebatur. 868.a

Anima Christi tota secundum essentiam fruebatur in passione. 869.a

Anima Christi reali præsentia descendit ad inferos. 1011.a

Anima christi post mortem nullam passa est tristitiam vel pœnam. 1019.b

Anna mater B. Virginis non habuit plures viros. 627.b

Annihilare solius Dei est. 347.b

¶ Annunciatio.

Annunciatio congrue facta fuit B. Virgini. 641.a

Annunciatio quare non fuit facta per supremum angelum. 643.b

Annunciatio conuenientissimo ordine fuit facta. 648.a

¶ Antichristus.

Antichristus erit singularis persona. 291.b

Antichristus erit de populo Iudaico. 291.b

Antichristi definitio. 291.a

Antichristi conditiones. 291.b

Antichristi finis quis erit. 293.a

Apollinaris error circa carnem Christi & eius animam. 34.a.205.a

Apostoli omni tempore passionis non amiserunt fidem. 1065.a.b

Appetitus sensitiuus fuit in Christo. 434.a

Applicatio meritorum Christi fit per fidem, spem, & charitatem. 973.a.b

Aquæ quomodo intelligantur sanctificatæ in baptismo Christi. 763.a.b

Arreptitij non cruciantur ab anima alicuius defuncti, sed à dæmonibas. 817.b

Argumentum ab autoritate negatiue aliquando est efficax. 78.b

Arrij error circa diuinitatem Christi. 32.b

¶ Ascensio Christi. Vide Christi ascensio.

Assumptionis terminus aliquando absolutum est. 130.a

Assumptio & vnio quomodo distinguuntur. 129.a. 133.b

Assumere naturam creatam proprie conuenit personæ diuinæ. 148.a.163.a.b

B

Baptismus.

Baptismus Ioannis forsan non fuit sub aliqua forma verborum. 751.a.b
Baptismus Ioannis quomodo fuerit à Deo. 753.a
Baptismus Ioannis non conferebat gratiam. 453.b
Baptismus Ioannis multis de causis fuit institutus. 454.b
Baptismus Christi & Ioannis multis differunt. 757.a
Basiliense concilium aliquando acephalum. 595.b
Beatitudo hominum in quo consistat. 21.b. 22.a.b
Beati non sperant gloriam corporis futuram per virtutem spei. 236.a
Beati non habent fidei actum, neque habitum. 234.a
Beati quomodo cognoscunt in verbo quæ pertinent ad suum statum. 312.a.b
Beati sunt perfectissimi filij Dei adoptiui. 520.a
Bestiarum nomine quid in scriptura sacra intelligatur. 31.a

¶ Beata Virgo.

Vide Maria Virgo.

Beata Virgo fuit propriè reparata, & redempta per Christum. 592.b
Beatam Virginem non contraxisse peccatum originale probabiliter, & pie creditur. 590.a.b. & sequentibus. 593.a

C

Capitis nomen hominibus etiam tribuitur in sacra scriptura. 288.a
Caput Ecclesiæ etiam dicitur summus Pontifex. 288.a
Cainam, vtrùm fuerit filius Arphaxad, & pater Sa leth. 659.a

¶ Christus.

Christus Dominus est subiectum huius libri. 1.a. & 6.b
Christi virtus eximia. 19.b. 20.a.b
Christi sententia de vltimo fine. 21.b
Christus propriè est compositus ex diuinitate & humanitate. 110.a
Christus non est humanitas & diuinitas. 111.a. & 429.b
Christus habet duplicem rationem subsistendi. 112.b
In Christo non est speciem communem assumere, quomodo intelligitur. 117.a
Christus quomodo fuerit ab angelo confortatus tempore passionis. 340.b
Christus nullo modo potuit peccare. 379.a.b
Christus est vnus & vnum. 429.a.b
In Christo est tantum vnum esse & vnica subsistentia. 431.b. 433.a.b
Christus duplicem habet voluntatem. 437.b. 438.a
In Christo duplex operatio, altera diuinitatis, altera humanitatis. 452.a.b
Christus est mediator Dei & hominum. 578.b
In Christo sunt duæ filiationes, æterna & temporalis. 710.a
Christus non tenebatur lege Moysi. 744.b
Christus vtrum teneretur aliqua lege, disputatur. ibidem.
Christus fecit miracula. 807.a
Christo triplex operum genus tribuitur. 881.a
Ex Christo maxima bona deriuantur. 953.b
Christi & Adam comparatio. 955.a.b

¶ Christi incarnatio.

Vide incarnatio.

¶ Christi gratia.

Vide gratia.

Christus habuit gratiam habitualem. 225.a
Christus etiam de potentia Dei absoluta non potuit esse ingratus & inuisus Deo. 226.a
Christus licet nullam gratiam habitualem habuisset, mereretur coram Deo. 228.a
Christus habuit plenitudinem gratiæ. 246.a. 248.a
In Christo triplex plenitudo gratiæ intelligi potest 250.a
Christo Domino aliter tribuitur plenitudo gratiæ, aliter plenitudo scientiæ. 252.a

¶ Christi virtutes.

Vide virtus.

Christus habuit virtutes in gradu heroico. 230.b
Christus non habuit fidem. 233.a
Christus licet non habuit spem, quæ est virtus, habuit tamen spem aliquorum, quæ nondum erat adeptus. 235.b
Christus habuit excellentissime dona. 237.a
Christus habuit donum timoris. 238.b
Christus habuit gratias gratis datas. 241.b
Christus habuit prophetiam. 243.a.b

¶ Christus caput Ecclesiæ.

Christus est caput Ecclesiæ. 266.a.b
Christus secundum naturam humanam est caput Ecclesiæ. 267.a
Christus est caput Ecclesiæ militantis, triumphantis, & in purgatorio existentis. 267.b
Christus etiam ante incarnationem dicitur caput Ecclesiæ. 269.a
Christus non dicitur hominum caput propter causalitatem decoris & pulchritudinis corporalis. 270.b
Christus quomodo sit caput omnium hominum. 272.a.b
Christus etiam secundum quod homo est caput angelorum. 279.b

¶ Christi scientia.
Vide scientia.
Christus in scientia acquisita quomodo profecerit. 336.a.b
Christus nihil didicit ab homine, vt à magistro. 339.a
Christus nihil didicit ab angelis vt à magistris. 340.b
Christus non habuit ignorantiam positiuam. 385.a.b
Christus etiam de potentia Dei absoluta non potuit habere errorem. 386.b
Christus ab instanti suæ conceptionis habuit scientiam beatam. 298.b
Christus habuit scientiam infusam. 301.a.b
Christus habuit scientiam acquisitam. 304.b
¶ Christi oratio.
Christo conuenit orare. 484.a
Christo conuenit oratio quatenus homo est. 485.b
Christus quomodo orat in cælo. 486.a.b
Christus orauit pro se. 490.a
Christus orat pro his, qui sunt in purgatorio. 490.b
¶ Christi sacerdotium.
Christus fuit verè sacerdos. 495.a.b
Christus non fuit sacerdos legalis. 496.a
Christus fuit simul sacerdos, rex, & legislator. 497.a
Christus fuit simul sacerdos & hostia. 498.b
Christus fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech. 506.b.508.a.b
Christus aliquos recepit sui sacrificij effectus. 504.a
Christus quotidie offertur in sacramento altaris. 920.a
Christus est perfectio omnium sacrificiorum veteris legis. 918.b
Christus non traxit originem ex sacerdotibus veteris legis. 496.a
¶ Defectus quos Christus in humana natura assumpsit.
Christus non contraxit defectus corporales, sed voluntariè suscepit. 372.b
Christus non debuit assumere omnes defectus seu infirmitates humanas. 374.a
Christus nullum habuit morbum. 374.b
Christus naturaliter fuisset mortuus, etiam si non occidissent illum. 375.b
Christus an fuerit pulcher secundum corporis dispositionem. 375.b
Christus non habuit fomitem peccati. 383.a
Christus nunquam habuit motum inordinatum appetitus sensitiui. 383.a.b.439.b
Christus habuit passiones appetitus sensitiui sicut nos. 388.a.b
Christus verè doluit. 391.a.b
Christus verè timuit. 395.a.b
In Christo fuit admiratio. 396.b
Christi admiratio quomodo intelligenda. 207.b
Christus fuit simul viator & comprehensor. 399.a.b
Corpus Christi subiacuit defectibus humanis. 368.b
Corpus Christi fuit subiectum necessitati mortis, & aliorum defectuum similium. 370.a
Christus quomodo dicitur aliqua nescire & ignorare. 43.a
¶ Propositiones quæ verificantur, aut falsificantur de Christo.
Christus est creatura, non est vera propositio in rigore. 418.a
Christus incepit esse, est falsa propositio. 420.a
Christus secundū quod homo est creatura, est vera propositio. 422.a.b
Christus secundum quod homo est Deus, non est vera propositio in rigore. 423.b
Christus secundum quod hic homo est Deus, est vera propositio. 424.b
¶ Christi prædestinatio.
Vide prædestinatio.
Christus dicitur & est vere prædestinatus. 227.a.b
Christus secundum quod homo est prædestinatus esse filius Dei. 535.b
Christus quomodo dicitur prædestinatus in filium Dei. 43.a
Christus fuit primus prædestinatus. 79.a
Christus fuit prædestinatus in remedium peccati. 79.a
¶ Christi adoratio.
Vide adoratio.
Christus est adorandus vt Dei verbum cultu latriæ. 547.b
Christus adoratur cultu latriæ propter diuinitatē, cultu autem hyperduliæ propter humanitatem. 549.a.b
¶ Christi conceptio.
Vide conceptio.
Conceptio Christi quare attribuitur Spiritui sancto. 673.a
Conceptio carnis Domini, infusio animæ, & vnio hypostatica fuerunt in eodem instanti. 682.a.b
Christus fuit sanctificatus per gratiam. 689.a
Christus in primo instanti conceptionis habuit vsum liberi arbitrij. 692.a
Christus in primo instanti conceptionis tantum meruit, quantum alijs operibus mereri potuit. 694.b
Christus ab instanti conceptionis fuit comprehensor. 697.a
Christus quomodo habuerit fratres. 626.b
Caro Christi fuit sumpta de Adam. 650.a

Caro Christi fuit sumpta de Dauid. 652.a
Christus descendit per lineam masculinam ex tribu Iuda, & ex stirpe regia. 653.a.b
Corpus Christi non succesiuè, sed in instanti fuit formatum. 216.a

¶ Christi natiuitas.

Christus debuit nasci ex Virgine desponsata. 634.b
Christus duplicem habet natiuitatem, alteram æternam, alteram temporalem. 704.a
Christus verè dicitur bis natus. 704.a
Christus est verè filius B. Virginis. 710.a
Christus est natus sine dolore matris. 715.a
Christus habuit se penetratiuè cum partibus claustri virginalis, cum natus fuit ex Virgine. 621.b
Christus debuit nasci in Bethleem. 719.b
Christus quare voluit in diuersorio nasci, & non Romæ. 720.a.b

¶ Christi baptismus.

Christus quare voluit baptizari. 760.a
Cæli non fuerunt corporaliter aperti in baptismo Christi. 764.a
Columba quæ apparuit in baptismo Christi fuit verum animal. 766.a
Columba quæ apparuit in baptismo Christi non fuit vnita hypostaticè Spiritui sancto. 767.b
Columba quæ apparuit semel tantum fuit visa. 769.a

¶ Christi passio.

Vide passio.

Christum pati non fuit absolutè necessarium ad reparationem generis humani. 838.b
Christum pati pro reparandis hominibus congruētissimum fuit. 839.a
Christi passio quomodo dicatur necessaria ad reparationem generis humani. 840.b
Christus congruè passus est in cruce. 848.a.b
Christus in passione habuit summum gaudium cum summa tristitia coniunctum. 698.b
Christus quomodo passus fuerit omnes passiones. 852.b
Christus vniuersalitatem passionum suscepit, vt vniuersum quo ad mala deificaret. 854.a
Christus quomodo fuerit destitutus omni solatio tempore passionis. 859.a.b
Christus in passione nullam habuit ab intrinseco consolationem. 860.b
Christus quartadecima luna cœnauit, & agnum edidit paschalem, sicut cæteri Iudæi. 874.a
Christus crucifixus est hora tertia. 875.a
Christus passus est anno vitæ suæ trigesimo tertio inchoato. 875.b
Christus contra omnem æquitatem iudicatus est. 893.b
Christus in passione sua meruit. 904.b
Christus per passionem quomodo liberauerit nos à potestate dæmonis. 942.a.b
Christus per passionem liberauit nos ab omni peccato. 946.a
Cæli aperti sunt nobis per Christi passionem, aliter quam per baptismum. 950.a.b
Christus volens passionem suam noluit iniquam Iudæorum actionem. 370.b

¶ Christi crux.

Crux in qua Christus pependit duplici titulo est adoranda. 570.a.b
Crucis huius particulæ sunt maxima reuerentia venerandæ. 571.b
Crucis excellentia. 20.b
Crucis signaculum obseruantissimum in Ecclesia. 848.b
Christus qualiter dicatur maledictus. 849.b

¶ Christi mors.

Christi mors fuit naturalis. 884.b
Christus non tenebatur ex lege naturali mori. 889.a
Christus in quantum homo habuit præceptum moriendi. 889.a
Christus mortuus est quintadecima luna, feria sexta. 873.a.b
Christus quomodo dicitur ponere animam suam, & iterum eam assumere. 986.b
Christus in triduo mortis non fuit homo. 990.a.b

¶ Christi sepultura.

Christus quomodo fuerit in sepulchro vna die & duabus noctibus. 1007.b.1008.a.b
Christus quomodo fuerit totus in sepulchro & totus in inferno. 1017.b

¶ Christus redemptor.

Christus est redemptor omnium hominum, & eorum reconciliator. 929.a
Christus liberauit nos à pœna peccati. 945.a.b
Christus Deus venit in mundum vt magister, & vt redemptor. 77.b.55.a.b
Christus venit ad tollenda omnium hominum peccata. 84.a
Christus non venit ad reparandos Angelos. 84.b
Christus principaliter venit ad tollendum peccatum originale. 85.a
Christus propter vnum actuale peccatū, vel propter pauca non venisset. 85.b

¶ Descensus Christi ad infernum.

Christus descendit ad inferos. 1010.a.b
Christus ad omnem infernum descendit per suum effectum. 1015.b
Christus quomodo sit liberatus solutis inferni doloribus. 1020.a.b

Christus liberauit ab infernis sanctos patres. 1022.a.b.
Christus per descensum ad inferos non liberauit animas damnatorum. 1024.a.b
Christus non liberauit existentes in lymbo. 1026.b
Christus non eripuit omnes animas existentes in purgatorio. 1028.a.b

¶Christi resurrectio.
Vide resurrectio.

Christi resurrectio suadetur. 1031.a.b
Christi resurrectio fuit tertia die. 1039.b
Christi resurrectio fuit Dominica die illuscescente iam sole. 1040.b
Christus propria virtute resurrexit. 1045.b
Christi resurrectio, & aliorum differunt. 1045.b
Christus euanuit ab oculis discipulorum absq; aliqua sui corruptione. 1050.b
Christus post resurrectionem verè comedit. 1059.a
Cicatrices vulnerum Christi post resurrectionem patentes permanserunt. 1061.a.b
Christi resurrectio mulieribus primum manifesta ta est. 1063.b
Christus post resurrectionem in Iudæa permansit vsque ad ascensionem. 1070.b
Christus post resurrectionem quare noluit tangi à Magdalena. 1071.a
Christus die ipsa resurrectionis quinquies apparuit. 1071.a
Christus dedit corpus suum discipulis euntibus in Emaus. 1073.a
Christus quomodo apparuit in alia effigie post resurrectionem. 1073.b
Christus exhibuit signa euidentia suæ resurrectionis. 1075.b
Christi resurrectio quomodo sit causa nostræ resurrectionis. 1084.b

¶ Christi ascensio.

Christus quando ascenderit. 1088.a
Christus ascendit in præsentia multorum. 1088.b
Christus non ascendit solus. 1089.a
Christus post ascensionem aliquando descendit in terram. 1089.b
Christus secundum quòd homo ascendit in cælum. 1091.a
Christus ascendit in cælum propria virtute. 1093.a.b
Christus ascendit super omnes cælos. 1097.a.b. 1098.a
Christus ascendens in cælum totum medium pertransiuit. 1098.b
Christi ascensionis fructus & causa. 1101.a
Christus quomodo dicatur sedere à dextris virtutis Dei. 1107.b
Christus quid agat sedens à dextris Dei. 1108.a,b

¶Iudiciaria potestas Christi.

Christus sedebit iudicaturus in sede maiestatis, & quomodo. 1127.a.b
Christus veniet ad iudicandum in forma humana. 1126.b
Christus veniet ad iudicium in forma gloriosa. 1127.a
Christus partim mentaliter, partim vocaliter vltimum peraget iudicium. 1129.a
Christi regnum erit perfectum post iudicium vniuersale. 1131.a.b
Christus vnicus rex regni cælorum. 1119.a
Christus dominus secundum quòd homo non fuit rex temporalis. 1120.a
Christo secundum diuinitatem specialiter tribuitur iudiciaria potestas. 1173.a
Christo secundum quòd homo conuenit iudiciaria potestas. 1115.a.b
Christo homini quare conueniat iudiciaria potestas. 1116.b

¶ Christi meritum.
Vide meritum.

Christus meruit sibi, & nobis. 456.b, 905.b
Christus patiendo quid promeruit de nouo. 907.a.b
Christus nunquam cessauit ab operibus meritorijs. 695.b
Christus meruit secundum legem ordinariam. 456.b
Christus meruit secundum humanitatem. 457.a
Christus non meruit per visionem beatificam nec per dilectionem, quæ inde deriuatur. 458.a
Christus meruit per actum cuiuslibet virtutis. 458.a
Christus non meruit præmium infinitum, nec visionem infinitam. 491.a
Christus non plus meruit, quam Deus possit præmiare. 461.b
Christus meruit in primo instanti suæ conceptionis. 462.a
Christus non meruit sibi animæ beatitudinem. 463.a.b
Christus potuit de potentia absoluta mereri sibi gloriam animæ. 465.a
Christus directè meruit gloriam corporis, & exaltationem sui nominis. 467.a.952.a.b
Christus meruit nobis omnem gratiam, & omnia charismata, & bona Spiritus sancti. 471.b
Christus non meruit suam incarnationem. 140.b. 473.b.
Christus meruit nobis omnem motum bonum intellectus & voluntatis. 474.b
Christus dominus potuit mereri, vt pater incarnaretur, aut Spiritus sanctus. 142.a
Christus meruit, quòd humanitas post triduum iterum vniretur diuinitati. 142.b
Christus non meruit sibi gratiam habitualem. 263.b

¶ Christi causalitas.

Christi humanitas quomodo fuerit causa efficiens nostræ iustificationis. 355.a.b.359.b
Christi humanitas fuit causa præcipua meritoria nostræ iustificationis. 358.b
Christus operatus est nostram salutem per modũ sacrificij. 917.b.359.b
Christus in quantum homo est causa principalis, secundaria tamen, nostræ gratiæ. 360.a
Christus non est causa meritoria diuinæ volitionis vt est in Deo. 475.b
Christus quomodo fuerit causa, quòd Deus nos amauerit. 948.a

¶ Christi satisfactio.

Christus satisfecit ex iustitia propria, non metaphorica. 68.a.70.a
Christus quantum ad sufficientiam satisfecit pro omnibus, sed non quantum ad efficaciam. 68.a
Christus satisfecit ex toto rigore iustitiæ. 68.b
Christus solus satisfecit iustitiæ vindicatiuæ pro peccatis nostris. 359.a

¶ Christus homo.

Christum esse hominem ostenditur ex sacris literis. 40.b.41.a.b
Christus quare dicitur factus minor patre, & subiectus patri. 42.b
Christus quomodo dicitur factus peccatum. 73.b
Christus ponitur in prædicamento. 107.a
Christus est compositus ex corpore & anima rationali. 109.b
Christus habet animam corpori vnitam. 114.b
Christus est homo vniuocè cum alijs hominibus. 115.b
Si Christus generaret, purum hominem generaret. 117.b
Christus non est res, quæ est humanitas. 184.b
Si Christus relinqueret naturam humanam, humanitas illa explicaret se in propriam personalitatem absq; noua actione. 189.b
Christus est verè persona humana. 190.a.103.a
Christus non habuit actus indeliberatos. 370.a
Contrarietas voluntatum non fuit in Christo. 447.b.448.a.b
Christus quatenus homo subijcitur legi æternæ, & naturali. 744.a.b
Christus factus est sub lege, licet sub lege non fuerit. 746.a
Christus fuit faber, & filius fabri. 776.a
Christus ante baptismum exercuit artem fabrilem in Nazareth. 777.a
Christus & eius discipuli duxerunt vitam pauperem. 777.b
Christus non emisit votum paupertatis. 778.b
Christus non fuit mendicus. 778.b
Christus proprie fuit obediens. 889.b
Christus quomodo sit subiectus patri. 478.b
Christus in sacris literis seruus patris appellatur. 479.a
Christus Dominus legem impleuit. 480.a
Christus quomodo sit sibi ipsi subiectus. 482.a
Christus etiam secundum quod homo, non est filius adoptiuus. 532.a.b.533.a.676.a
Christus secundum quod homo, est mediator Dei & hominum. 585.a
Christus non potuit habere patrem naturalẽ in terris. 661.a
Si Christus assumeret materiam cæli, non esset homo. 662.a
Christus non fuit decimatus in lumbis Abrahæ. 670.a

¶ Christi anima. Vide anima Christi.

¶ Corpus Christi.

Corpus christi viuum & mortuũ fuit idẽ. 994.a.b
Corpus christi in triduo sub forma cadaueris fuit. 994.b
Corpus christi mortuum fuit eiusdem rationis cum nostris. 995.b
Corpus christi fuit ex purissimis sanguinibus B. Virginis. 664.a
Corpus christi non fuit in antiquis patribus secundum aliquid signatum. 666.a.b
Corpus christi in morte non fuit incineratum. 1096.a
Corpus christi post resurrectionem præputium habet. 1056.b

¶ Caro Christi.

Caro christi in antiquis patribus non fuit absolutè obnoxia peccato. 668.a
Christi caro aptissima fuit, vt pro nobis immolaretur. 921.a
Caro christi mansit vnita diuinitati post mortem. 984.a

¶ Christus Deus.

Christum esse verũ Deum sancti patres multis probauerunt. 14.b
Christum esse Deum ex pluribus locis scripturæ ostenditur. 26.b.27.a.b.34.a.b
Christus in sacris literis nominauit se verũ Deum. 35.a
Christum esse Deum ex eius perfectionibus constat. 36.a
Christum esse Deum ex testimonijs veteris testamẽti probat D. Paulus. 38.a.b
Christus non est factus simpliciter. 132.a
Christus quatenus Deus non potuit obligari aliquæ lege aut præcepto. 743.a
Cicatrices vulnerum Christi post resurrectionem patentes permanserunt. 1061.a.b
Circuncisio omnibus Christianis prohibita. 747.a
Claritas transfigurationis fuit miraculosa. 829.b

Conditiones, quæ per prophetas de Messia prædictæ sunt, christo conueniunt. 26.a.b
Communicare se creaturæ importat perfectionem. 50.a
Communicationis Dei ad creaturas in quadruplici differentia. 51.a
Communicatio Christi in incarnatione & eucharistia discrimen. 181.b
Conuersio vnius in alterum duplex est. 95.b
Compositum appellationem importat. 110.a
Compositum aliquando non est perfectius rebus componentibus. 110.a
Contemplatio est causa delectationis. 716 b
Confessio peccatorum quomodo fiebat in baptismo Ioannis. 755.b
Confessio publica duplex. 756.a
Conceptionis festiuitas qualiter est intelligenda. 593.b
Consensus in copulam coniugalem non est consensus in copulam carnalem. 637.a

¶ Confirmatus.

Confirmati in gratia sunt impeccabiles ab extrinseco. 603.b
Confirmati in gratia in triplici gradu considerantur. 604.a
Confirmati in gratia liberè se habent in obseruatione mandatorum Dei. 604.b
Confirmati in gratia non sunt exempti ab omni lege. 605.b
Confirmatus non potest tollere confirmationem ex diuino decreto semel positam. 606.b
Confirmatio in gratia quid requirat? 607.a

¶ Corpus.

Corpus post resurrectionem palpabile est, & diuisibile. 1048.a
Corpora duo ex diuina virtute possunt esse in eodem loco. 1048.b
Corpus gloriosum vnde habet, quòd cum alio corpore penetratiuè se possit habere. 1049.a.b
Corpora gloriosa post resurrectionẽ forsan sunt transparentia. 1058.b
In corpore perfectè sphærico quomodo possit altior pars inueniri. 1099.b
Cœli sunt plures. 1097.b
Credere ea, quæ sunt fidei non est leuitatis. 798.b
Credere aliquid supernaturale est necessarium ad salutem æternam. 960.b

¶ Creatura.

Creatura pura non potest attingere vnionem hypostaticam humanitatis cum verbo. 680.a
Creaturarum ordo est quasi speculum diuinæ sapientiæ. 717.a
Creatura non potest concurrere ad annihilandum. 347.b

D.

Debitum in multiplici differentia. 910.b
Delectatio carnis potest esse sine peccato. 787.a
Delectatio maxima ortum habet ex veritatis contemplatione. 715.b
Dæmonum illusiones variæ. 558.b
Dæmones non cognouerunt euidenter Christum esse Deum. 789.a.b
Dæmones quid cognoscunt in mysterio incarnationis. 150.a.636.a

¶ Demonstrationes Theologicæ.

Demonstrationes ad probandũ Christum esse Deũ ab his, quæ ab omnibus concessa sunt incipiunt. 15. b
Demonstratio prima sumitur ex miraculorum efficacia. 16.b
Demonstratio secunda ex concordia veteris, & noui testamenti. 16.b
Demoustratio tertia ex prædicationis efficacia. 17.a
Demonstratio quarta ex victoria Ecclesiæ. 17.b
Demonstratio quinta ex subuersione synagogæ. 18.a
Demonstratio sexta ex idolorum destructione. 18.b
Demonstratio septima ex Romani imperij conuersione. 18.b
Demonstratio octaua ex martyrum, & sanctorum Patrum confessione. 19.a
Demonstratio nona ex virtute Christi admiranda. 19.b
Demonstratio duodecima ex operibus Christi. 21.b
Demonstratio tertiadecima ex doctrina eiusdem plane diuina. 21.b
Demonstratio decimaquarta, & decimaquinta ex sapientia Christi. 22.b
Demonstratio sextadecima ex infinita virtute sapientiæ Christi. 23.b
Demonstratio decima septima ex comparatione sapientiæ Christi ad Philosophorum scientiam. 28,b
Demonstratio decima octaua ex modo procedendi diuinæ sapientiæ. 24.a
Demonstratio decimanona, & vigesima de eodem. 24.b.
Demonstratio vigesima prima ex sanctitate mandatorum legis Christi. 25.a
Demonstratio vigesima secunda ex occulta diuinarum scripturarum energia. 25,b
Demonstratio quomodo non minuat meritum fidei. 727.b
Denominatio realis quomodo non possit alicui aduenire

uenire sine subiecti mutatione. 11.a.415.a

¶ Deus.

Deus nihil facit, aut vult, quod in se bonum non sit. 48.b

Deus proprie nulli debet. 72.a

Deus quare non potest esse alicuius rei forma. 96.a

Diuinitas non potest supplere vicem animæ. 116.b

In diuinis sunt tres subsistentiæ personales & vna essentialis. 156.a

Deus potest quamlibet naturam assumere excepta materia sine forma. 177.a

Deus potest assumere naturam cuiuslibet suppositi creati. 192.a

Deus potest facere vt melius operetur quis sine virtutibus, quam cum illis. 230.a

Deus solus est causa prima efficiens & finalis nostræ iustificationis & gratiæ. 358.a

In diuinis quomodo sit tantum vnum esse. 435.a.b

Deo cõuenit creaturas rationales in Dei filios adoptare. 510.a.b

Deus maius bonum vult prædestinato existenti in peccato mortali, quam præscito iusto. 521.b

Diuinitas non est nata de patre per generationem æternam. 701.a

Deus potuit non liberare hominem de massa perditionis sine aliqua iniusta eius querela. 838.a

Deus potest innocentem occidere sine alicuius iniuria. 844.a

¶ Deus homo.

Deus quatuor modis se communicat creaturis. 51.a

Deus in incarnatione omnium rerum gradus ad suũ esse eleuauit. 50.a.b

Deum incarnari quomodo fuerit necessarium. 53.b 54.a.b

Dei filium de cælo descendere quomodo intelligatur. 44.a

Deus non incarnaretur, si homo non peccasset. 78.a

Deus ex eo quod humanæ naturæ vnitur, non mutatur. 10.b

Deum esse hominem non est perfectio Dei sed hominis. 10.b

Deum esse hominem, neque est Deus absolute, neq; humanitas, neq; tertia entitas distincta, vt res à re, bene tamen formaliter. 131.a

Deum fieri hunc hominem, quomodo intelligatur. 132.a

Deum fieri hominem non est simpliciter fieri neque causari. 132.b

Deum esse hominem melius est quam Deum videre. 137.a

Deum esse hominem donum creatum & increatum dici potest. 138.b

Deus est homo, est vera propositio, & in materia naturali. 402.a.b.404.a

Deus factus est homo, est vera propositio. 411.b. 412.b

Deus non dicitur prædestinatus, sicut dicitur mortuus & sepultus. 531.a

Diuinitas non est nata de virgine per generationem temporalem. 701.b

Deus quod semel assumpsit, nunquam dimisit. 988.b

Dextrum & sinistrum quid sint in Deo. 1106.b

¶ Diabolus.

Diabolus quid significat. 785.b

Diabolum tentare quid sit. 785.a

Diabolus per lapsum humani generis triplicem acquisiuit potestatem super hominem. 942.b

Diabolus quomodo sit malorum caput. 289.b

Dignitas regalis & sacerdotalis iure diuino nõ sunt diuisæ. 497.a

Discipuli Christi Philosophis præferuntur in veritatibus persuadendis. 21.b

Dispositio ad iustificationem qualis sit necessaria. 973.b

Distinctio rationis nõnunquam falsificat propositionem. 103.b.161.b

Doctrina Christi omnibus sapientior. 21.b

Doctrina Christi non habet euidentiam in his quæ potissimum docet. 798.a

Doctrina Christi est ex diuina renelatione. 798.b

Doctrina Christi summa sanctitate constat. 802.b

¶ Dolor.

Dolor sensibilis est in appetitu sensitiuo. 392.a

Dolor requirit veram corporis læsionem, & non solum imaginariam. 392.a

Dolor & tristitia distinguuntur. 394.a

Dolor sensibilis fuit in Christo. 391.a.b

Dolor Christi in passione quomodo fuit omnũ maximus. 856.b

Dolor passionis Christi fuit sufficientissimus, vt satisfaceret pro omnibus peccatis. 861.a

Dolor inferni intensior est dolore passionis Christi. 862.b

Dona Spiritus sancti excellentissime fuerũt in Christo. 237.a

Dona Spiritus sancti quare ponuntur in hominibus. 237.a

Donum timoris fuit in Christo. 238.b

Duliæ & latriæ discrimen. 546.a

E

EA quæ conueniunt filio hominis possunt prædicari de filio Dei & econuerso. 407.a.b

Ecclesia qua ratione dicitur esse sancta. 275.b

Ecclesiæ incrementum. 800.b

Eclypsis tempore passionis Christi fuit miraculosa. 818.b.876.b

Effectus vnus quomodo non dependet à pluribus causis totalibus. 167.b
Effectus formalis duplex est. 227.a
Entia absoluta aliter specificantur, quam respectiua. 127.b
Ens rationis aliquando dicitur esse secluſa operatione intellectus. 711.a
Ens rationis quid sit? 711.a
Ens rationis in quadruplici differentia. 711.a
Erasmus perperã interpretatur scripturas de Christi diuinitate. 35.a.b
Error est blasphemus, asserere in Christo fuisse lepram, spasmum, animæ deliquium. 375.a
Esse supernaturale non semper sequitur operatio supernaturalis. 178.a
Esse quomodo sit effectus solius Dei. 361.a
Esse in triplici differentia. 432.b
Euangelistæ nusquam memoria lapsi sunt. 719.b
Eutichetis error circa incarnationem 93.b. & seq.
Eucharistiæ sacramẽtum habet rationem sacrificij. 920.a.b
Euidentia in attestante aliquo modo non excludit fidem. 234.b. 324.a. 802.a
Euidentia in rebus ipsis, & euidentia in attestante distinguuntur. 802.b
Ex duobus entibus in actu, quomodo non possit fieri vnum per se. 95.a
Exemplum quo explicatur vnio verbi incarnati. 122.a
Existentia est ratio constitutiua suppositi. 185 b
Existentia non est propria passio naturæ creatæ. 186.a
Existentia reductiuè est in prædicamento substantiæ. 186.a

F

Facienti quod in se est ex viribus naturæ solum, non applicantur merita Christi, vt prosint. 958.a

¶ Fides.

Fides non fuit in Christo. 233.a
Fides in patria non manet, neque quantum ad actũ, neque quantum ad habitum. 234.a
Fides quæ est gratia gratis data fuit in Christo. 241.b
Fides diuina est necessaria, vt merita Christi nobis applicentur. 959.a. 960.b
Fides sola sine operibus non sufficit ad iustificationem. 967.b
Fides specialis quam inuenerunt Lutherani, non habet fundamentum in sacris literis. 968.b
Fidei quomodo attribuatur iustificatio. 970.a.b. 973.b. 976.a

¶ Filius Dei.

Filius Dei assumpsit naturam in athomo. 103.b. 117.a
Filio Dei conuenientior fuit incarnatio quam alijs personis. 174.a
Filius Dei non assumpsit personam. 182.b
Filius Dei non assumpsit hominem. 19 .a
Filius Dei assumpsit verum corpus. 198.a
Filius Dei conuenienter assumpsit corpus terrenũ. 200. a
Filius Dei assumpsit animam. 205.a
Filius Dei assumpsit intellectum. 207.b
Filius Dei assumpsit carnem mediante anima secundum ordinem dignitatis & causalitatis. 209.a.b
Filius Dei assumpsit animam mediante spiritu. 211. a
Filius Dei humanos defectus assumere debuit. 368.b
Filius Dei est prædestinatus, vt sit homo, est vera propositio. 529.b
Filiatio qua Christus refertur ad matrem, est relatio rationis. 710 a
Filius Dei in triduo non poterat dici caro vel anima. 987.b
Filius adoptiuus non est proprie filius Dei. 513.b
Finis & humanæ vitæ fœlicitas in quo sita sit. 21.b & sequent.

¶ Fomes.

Fomes peccati quid sit. 383.a. 598.b
Fomes peccati non fuit in Christo. 383.a
Fomes supra appetitum sensitiuum duo connotat. 599.a
Fomes quomodo fuerit sublatus beatæ Virgini. 599 a
Fomes solum aufertur per gratiam. 599.b
Fœminæ in visionibus plerumque falluntur. 561.a
Forma corporeitatis non est ponenda in materia. 995.a
In formatione corporis tria concurrunt. 216.a
Fratres Christi qui dicantur. 627.b
Fratres in sacris literis quatuor modis dicuntur. 627.b
Fructus passionis & meritorum Christi quomodo nobis prosint. 955.b. & seq.
Fructus passionis Christi quare tam paucis hominibus communicetur. 980.a
Fundamentum relationis duplex. 126.b
Futura contingentia certò cognoscuntur per scientiam infusam Christo. 323.b
Futura contingentia à Christo in suis causis cognoscuntur. 323.b

G

Gabriel quid significat. 643.b
Gaudium ex duobus oritur. 715.b
Gaudium summũ fuit in passione Christi simul cũ summa tristitia 698.b 844.b. 869 b. & seq.
Gaudium fruitionis non contrariatur directe dolori passionis. 845.b

Genealogia Christi ex D. Matthæo, & ex D. Luca explicatur. 653.a.b.& seq.
Generatio æterna filij Dei quibusnominibus in scriptura declaretur. 42.a
Gentium vocatio prædicitur. 28.b.& seq.
Gog, & Magog quid sint. 32.a.293.a
Grammaticorum audacia describitur. 4.a.b

¶ Gratia.

Gratia est aliquid creatum inhærens animæ hominis grati. 226.a
Gratiam esse habitum non est de fide. 226.a
Gratia habitualis de potentia Dei absoluta non est ad meritum necessaria. 228.a
Gratia non creatur. 269.a.347.a
Gratia prima est ex meritis christi. 473.b
Gratia collata ei dæ ante peccatum, non fuit ex meritis Christi. 81.b.538.b
Gratia miraculorum non est qualitas inhærens, neque in anima Christi, neque in alijs sanctis. 350.b

¶ Gratia Christi.

Gratia christi triplex. 285.b
Gratia siue vnionis, siue habitualis quomodo est christo naturalis. 146.b
Gratia vnionis excellentior est, quam communicatio corporis christi in Eucharistia. 180.b
Gratia siue vnionis, siue habitualis non potest esse medium in assumptione humanæ naturæ. 221.a.b
Gratia habitualis fuit in Christo. 225.a.b
Gratia habitualis non fuit necessaria in christo ad merendum. 228.a
Gratiæ gratis datæ fuerunt in Christo. 241.b
Gratiæ plenitudo fuit in christo. 246.a.248.a
Gratia vnionis in christo est infinita. 246.b
Gratia habitualis christi licet in genere gratiæ sit infinita, tamen in ratione entis est finita. 246.b. 255.b.256.a.b
Gratia christi & nostra licet secundum essentiam sint eiusdem speciei differunt tamen ex modo essendi, & ex parte subiecti. 251.a
Gratia christi in ordine ad subiectum finita est in genere gratiæ. 257.b
Gratia christi in ordine ad beatitudinem finita est. 258.a
Gratia christi in ordine ad vnionem hypostaticam est infinita. 258.b
Gratia christi vt est principium gratificandi homines est infinita in genere gratiæ. 258.b
Gratia christi est summa de lege ordinaria. 259.b
Gratia vnionis est solum prior natura quam gratia habitualis. 261.b.689.b
Gratia vnionis non est facta mediante gratia habituali. 262.b
Gratia christi eadem erat secundum rem, & quatenus caput Ecclesiæ, & quatenus erat singularis persona licet diuersa secundum rationem. 285.a.b
Gratia christi habitualis fuit per dispositionem liberi arbitrij. 690.a

H

Hebdomada in sacris literis dupliciter accipitur. 26.b.723.b
Hebdomadarum Danielis computatio. 724.a.b
Hæreticorum & Grammaticorum scientia qualis. 3.b
Hæreticorum sectæ circa mysterium incarnationis referuntur. 14.a.b
Hic Deus, & hæc persona diuina, in diuinis nõ æquè pollent. 101.a
Hic Deus formaliter subsistit deitate, persona vero proprietate personali. 155.b
Hic Deus potest immediate assumere naturam humanam. 160.b

¶ Homo & humanitas.

Homo dicitur minor mundus. 50.b
Homo purus quis dicatur in materia satisfactionis. 59.b
Homo cum iustificatur nullo modo meretur remissionem peccatorum. 64.a
Homo quomodo dicitur hominem generare. 996.a
Homo est Deus, est vera propositio. 405.a
Homo factus est Deus, est falsa propositio. 411.b
Homo est prædestinatus vt sit Deus, est vera propositio. 529.b
Homo non est assumptus à filio Dei. 191.a
Si homo non peccasset, Deus non incarnaretur. 78.a
Humana natura est magis assumptibilis, quam quælibet alia natura. 176.a.179.b
Humana natura christi nõ est nata de Virgine Maria. 701.b
Humana natura ex vnione ad verbum quid fuerit consecuta. 222.a.b
Humana natura vnita est verbo Dei substantialiter. 120.a
Humanitas aduenit filio Dei quodammodo accidentaliter. 121.a
Humanitas verbo vnita quare assimilatur vestimẽto. 122.a
Humanitas christi & eius operationes aliter comparantur ad verbum, aliter ad Patrem & Spiritum sanctum. 123.a
Humanitas christi quomodo inclinatur ad propriã personalitatem. 188.a.b
Humanitas quomodo sit assumpta à verbo mediantibus partibus. 217.b.& sequen.
Humanitas non est assumpta à verbo mediante gratia, siue vnionis, siue habituali. 221.a

Humanitas Christi concurrit instrumentaliter ad facienda miracula. 348.b
Humanitas Christi concurrit, vt causa secũda principalis ad nostram iustificationem. 348.b.352.b 354.a.b.359.b.360.a
Humanitas Christi quem contactum habeat circa homines iustificandos. 355.b
Si humanitas Christi peccaret, actus peccati tribueretur supposito diuino. 380.a.b
Humanitas Christi, vt vnita verbo, est adoranda cultu latriæ. 548.b
Humanitas Christi non est ratio adorandi adoratione latriæ. 548.b
Honor aliquis internus est soli Deo exhibendus. 546.b
Hostia quid sit. 498.b
Humores omnes permanent in corpore Christi glorioso. 1056.b
Hypostasis, persona, & suppositum in rationali natura idem sunt. 106.a
Hypostasis est nomen æquiuocum. 106.b

I

Iacobus Alphæi quare dicitur frater Domini. 628.a
Idolorum destructio. 18.b
Ieremias & Ioannes Baptista fuerunt in vtero sanctificati. 612.b
Ignorantia multiplex. 385.b
Ignorantia positiua non fuit in Christo. 385.a.b

¶ Imaginum cultus.

Imaginum cultus pius, & catholicus est. 553.a
Imagines fuerunt in veteri Testamento. 554.a
Imaginum vtilitas. 554.b
Imaginum adoratio tripliciter considerari potest. 554.b
Imaginum & idolorum cultus longe differunt. 555.a
Imago dupliciter consideratur. 567.a
Imago verè & propriè est adoranda ea adoratione, qua res, cuius est imago. 565.a.b
In imagine quid adoratur. 567.a.b
Imago vnius vnius sancti potest magis coli, quam altera imago eiusdem. 556.a
Imagines phantasticæ, quæ inuisione apparent, quomodo adorandæ. 557.a.b
Imagines Trinitatis & Angelorum colere, non est superstitio. 556.a.b
Imaginibus non est offerendum sacrificium. 568.a

¶ Incarnatio.

Incarnationis nomen est proprium & elegans ad explicandum mysterium vnionis humanæ cum diuina natura. 5.b
Incarnari plus significat quam exprimit. 6.b
Incarnationis cognitio necessaria. 2.b
Incarnationis mysterium est possibile. 7.b
Incarnationis possibilitas ratione naturali non potest demonstrari. 8.b
Incarnationis impossibilitas non demonstratur euidenter. 9.b
Per incarnationem verbi omnium creaturarũ gradus eleuantur. 50.a.b
Incarnatio quomodo fuerit necessaria. 53.b 54.a.b
Incarnationis opus fuit excellentius ad reparandũ genus humanum. 55.b
Incarnationis vtilitates referuntur. 55.a.b
Incarnationis conuenientia ratione D. Tho. probabiliter ostenditur. 48.a.b
Incarnationis opus non debuit differri vsque in finem mundi. 89.a
Incarnari conuenientius fuit filio, quam alijs personis. 174.a
Inferorum vocabulo quid significetur. 1015.b
Infernus in triplici differentia. 1015.b
Infinitas in gratia & in operationibus Christi nõ est aliqua entitas absoluta vel relatiua. 259.b
Inserta non continuantur cum arbore præexistenti. 122.b
Instrumentorum causalitas & ratio explicatur. 349.a
Instrumentum duplicem habet actionem. 453.a
Instrumentum quem contactum requirat circa passum. 934.b
Intellectus perfectior in naturalibus cum æquali lumine gloriæ non videbit Deum perfectius. 319.a
Intellectio increata non potest communicari creaturæ. 296.a.b
Iste homo, demonstrato Christo, incepit esse, est falsa propositio. 420.b
Ioannes Baptista in vtero habuit rationis vsum accelleratum. 613.a
Ioãnes Baptista cognouit Christum in baptismate. 769.b
Ioseph sponsus virginis non exercuit artem ferrariam, sed lignariam. 776.b
Ioseph vir Mariæ non fuit bigamus. 627.a
Iudæi conuincuntur circa diuinitatem Christi. 25.b
Iudæorum argumenta contra diuinitatem Christi. 29.a.b.& seq.
Iudæorum principes non cognouerunt Christum esse Deum. 789.b
Iudæi quomodo cognouerint Iesum esse Messiam vel filium Dei. 897.a
Iudæi gratiam Christi ignorauerunt. 957.a
Iudex à priuata persona distinguitur in remittendis iniurijs. 842.b
Iudicare quid sit. 1112.b
Iudicium vniuersale futurum est, & quare. 1123.a.b
Iudicium vniuersale in valle Iosaphat futurum est. 1125.b

Iudicium vniuersale partim vocaliter partim mentaliter peragendum erit. 1129.a
Iudicio vniuersali peracto sequetur perfectio regni Christi. 1131.a.b
Iudiciaria potestas Christi etiam ad Angelos extenditur. 1130.b
Iuramentum Dei quomodo sit accipiendum. 744.a
Iustinianus Imperator asserui Christum assumpsisse corpus impassibile. 370.a
Iustinianus Imperator quare inuisibili plaga interijt. 371.b
Iustificatio impij fit omnino gratis. 65.a
Iustificare animas absolute competit animæ Christi. 351.b
Iustificationis causæ recensentur. 939.a 974.a
Iustitia & misericordia maxime ostenditur in mysterio incarnationis. 843.a
Iustitia quomodo sit inter patrem & filium. 70.b

L

LAtriæ & duliæ distinctio. 546.a
Latrones cum Christo crucifixi fuerunt clauis affixi. 880.a
Legales ceremoniæ quomodo pertinuerint ad Christum. 747.a.b
Lex purificationis non obligabat Christum. 747.a
Liberalitas maxima ostenditur in opere incarnationis. 49.b
Liberum arbitrium secundum se non est potentia peccandi. 380.b
Liberum arbitrium fuit in Christo. 442.a,b
Liberum arbitrium quid? 443.a
Libertas aliter in Deo, aliter in nobis reperitur. 443.a
Libertas per Christum ab omni pœna peccati ordine quodam præcedit. 945.a
Lymbus puerorum ad infernum damnatorum reducitur. 1016.a.1026.b

M

MAchabæi an fuerint ex tribu Iuda. 722.b. & seq.
Mahometani Christum mirabilem in multis prædicant. 16.a
Mahometi lex qualis. 17.b
Magi qui venerunt ad adorandum Christum fuerunt veri reges. 729.a.b
Magia non est licita. 730.b
Magica duplex. 731.a
Maius quomodo ad minus ordinetur. 82.d
Mandatum & præceptum dupliciter accipiuntur. 889.a
Manichæi argumenta contra Christi humanitatem dissoluuntur. 43.b
Manichæorum error circa veritatẽ corporis Christi. 33.b.198.a.b
Manifestatio alicuius rei dupliciter contingit. 726.b

¶ Maria Virgo.

Maria Virgo fuit in vtero sanctificata. 587.b
Maria Virgo fuit proprie redempta per Christũ. 592.b
Mariam Virginem contraxisse peccatum originale, verisimilius est. 594.a
Maria Virgo nullum habuit actuale peccatum. 602.a
Maria Virgo nullum habuit inordinatum motum appetitus sensitiui. 602.a
Maria Virgo fuit quodammodo impeccabilis. 602.b
Maria Virgo nunquam fuit passa spasmum vel animæ deliquium. 607.a.b
Maria Virgo recte dicitur gratia plena. 609.b
Maria Virgo excessit in gratia supremum Angelũ etiam in prima sanctificatione. 610.a
Mariæ Virgini quomodo data fuerit gratia in secunda sanctificatione. 610.b
Maria Virgo crescebat in meritis, & gratia. 611.a
Maria Virgo habuit gratias gratis datas. 611.a
Maria Virgo si ante Christi passionem mortua fuisset, non statim ascendisset in cælum. 950.b
Maria Virgo vouit virginitatem. 629.a.b.
Maria Virgo quomodo fuit desponsata, vt partus eius diabolo celaretur. 635.b
Maria Virgo non meruit de condigno, vt esset mater Dei, sed de congruo. 142.b.144.a
Maria Virgo non concurrit actiue ad generationẽ filij. 679.a
Maria Virgo dicitur mater naturalis, & supernaturalis Dei. 686.a
Maria Virgo quandam habet infinitatem ex conuũctione ad filium. 705.b
Maria Virgo est vere mater Dei, sed non causa. 707.a
Maria Virgo peperit filium sine dolore. 715.a
Maria Virgo peperit eadem via, qua aliæ mulieres. 619.b
Maria Virgo in omnibus assimilabatur proprio filio. 716.a
Maria mater Christi Virgo permansit in conceptione. 615.b
Mariæ Virgini Christus Dominus primus in resurrectione apparuit. 1063.b
Maria Virgo mater Dei quomodo sit adoranda. 572.b. & seq.
Mariæ Virginis laudes referuntur. 573.b
Maria Magdalena vna fuit tantum. 1064.a
Martyres proprio sanguine fidem Christi testantur. 19.a
Martyrum passiones non habent rationem sacrificij. 499.a
Materia non potest esse sine forma. 177.b
Matrimonium verum fuit B. Virginis cum Ioseph. 639.a.b
Mediũ dupliciter comparatur ad extrema. 209.b

Melchisedech quis fuerit. 507.a.b
Meritum & satisfactio distinguuntur. 143.a
Meritum & præmium possunt esse simul tempore. 143.a
Meritum creaturarum, aliter ad Deum, aliter ad ipsas creaturas ordinatur. 458.a

¶ Meritum Christi.

Meritum Christi quid sit. 457.b.& sequent.
Meritum christi fuit in primo instanti suæ conceptionis. 462.a
Meritum & vltimum præmium non possunt esse simul. 465.b
Meritum christi applicatur nobis per fidem. 474.a
Meritum christi maius fuit peccato Iudæorum occidentium ipsum. 843.b
Meritorum christi applicatio quid requirat. 973.a.b.972.a.b
Merita Christi non applicantur efficaciter ad salutem habentibus solam fidem sine operibus. 967.b
Meritis christi nulla irrogatur iniuria etiam si multi homines condemnentur. 977.a
Meritum Christi quomodo infinitum. 142.b.459.b.& sequent.
Meritum non est post mortem. 998.a
Milites crucifigentes christum non excusantur à peccato. 900.b

¶ Miracula.

Miraculorum efficacia ostendit incarnationis mysterium. 16.a
Miraculorum operatio dupliciter conuenit alicui. 350.b
Miracula multa ad sanctorum imagines edita. 554.a
Miracula facta ab Apostolis quomodo dicũtur maiora miraculis christi. 808.a
Miracula sunt facta à christo in confirmationem suæ diuinitatis, & suæ doctrinæ. 808.b.810.a
Miraculis confirmantur nouæ leges datæ à Deo, & nouus religionis modus. 809.a.b
Miracula vera non possunt fieri, nisi diuina virtute. 810.b
Miracula christi qualiter ostenduntur esse vera miracula. 811.b
Miracula quorundam ficta referuntur. 812.b
Miracula quare nunc temporis cum tanta frequentia non fiant. 814.a.b
Miracula à christo facta recensentur. 819.b
Misericordia & iustitia conueniunt in incarnatione verbi. 57.a.843.a
Misericordia non ita luceret in electis si omnes homines saluarentur. 58.a
Mysteria nostræ fidei quomodo sint supra rationem. 10.a
Mons quid significet in sacra scriptura. 30.a
Morbi non fuerunt in christo. 374.b.& seq.

¶ Mors Christi.

Mors christi fuit conueniens. 982.a.b
In morte christi caro mansit vnita diuinitati. 984.a.b
Mors christi quomodo sit operata nostram salutẽ. 997.b
Mors christi & eius passio, merito cum lachrymis, & luctu celebratur ab Ecclesia. 863.b
Mors christi fuit naturalis. 884.b
Mors christi fuit violenta, & quodammodo miraculosa. 885.a
Mortuorum corpora quare cum aromatibus sepeliebantur apud Iudæos. 1002.b
Motus naturalis proprie quid sit. 686.b
Motus instrumenti duplex, simplex, & artificiosus. 762.b
Motus inordinatus appetitus sensitiui non fuit in christo. 383.a.b
Motus indeliberatus appetitus sensitiui non fuit in christo. 440.a
Motus aliqui naturales necessariò ponendi sunt in christo. 441.b
Mulieres in statu innocentiæ nec parerent, nec conciperent sine corruptione integritatis. 618.a
Mulieres in noua lege non tenentur lege purificationis. 749.a

N

¶ Natiuitas Christi.

Natiuitas christi mirabilis. 27.a
Natiuitas christi congruenter manifestata. 725.a.b
Natiuitas christi ex syderum constellatione deprehendi non potuit. 728.b

¶ Natura.

Natura humana est quæ mutatur & perficitur in mysterio incarnationis. 11.a
Natura creata non potest in diuinam naturam transubstantiari. 96.a
Naturam compositam ex materia & forma esse communicabilem pluribus indiuiduis, quomodo intelligatur. 96.b
Natura & suppositum in rebus creatis necessario distinguuntur. 101.a
Natura diuina est incarnata, est vera propositio. 157.b
Natura humana est magis assumptibilis quam quælibet alia natura. 176.a
Natura quomodo à supposito distinguatur. 184.a.b
In natura singulari duo sunt consideranda. 187.a
Natura & essentia comparantur ad personalitatẽ sicut causa & effectus. 189.a
Natura & forma communis non possunt esse ad aliquam personam determinata. 194.a
Natura humana non debuit in omnibus indiuiduis assumi. 195.a
Natura humana christi conuenienter assumpta

fuit ex stirpe Adæ. 196.b
Natura non dicitur propriè prædestinata. 529.a
Naturale dupliciter dicitur. 146.b
Naturale multipliciter dicitur. 840.b
Nestorius duplicem personam ponebat in Christo. 99.a
Nestorij errorem suscitauit Petrus Episcopus Antiochiæ. 99.b
Nicodemus quomodo in sepultura Christi adduxerit myrrhæ, & aloes quasi libras centum. 1003.a
Notitia futurorum, & singularium, fuit clara & distincta in Christo. 323.a
Notitia futurorum per scientiam infusam non est intuitiua. 323.b
Nouis adinuentis rebus, noua adinuenienda sunt nomina. 6.a
Nubes quæ adfuit in ascensione christi, qualiter sit intelligenda. 1094.a
Nubes quæ apparebunt in die iudicij erunt miraculosæ. 1127.b

O

Occasionatum dupliciter dicitur. 82.a.b
Offensa contra Deum qualiter sit infinita. 62.a.b
Omnipotentia quid sit. 343.b
Operatio in Christo duplex. 452.a.b
Operationes Christi dicuntur Dei viriles. 453.b
Opera legis quomodo non iustificent. 958.a
Opera extra gratiam non sunt satisfactoria, neque aliquo modo meritoria. 61.b
Opera legis quomodo dicũtur non iustificare. 60.a
Opera Christi ostendunt illum esse Deum. 36.a.b
Operari sequitur formam non esse immediatè. 434.b
Ordo triplex obseruandus in rebus à Deo ordinatis. 79.b
Ordo diuinæ cognitionis in nostra prædestinatione. 79.b
Oratio conuenit Christo quatenus homo. 484.a. 485.b
Orationis Christi, & nostræ differentia. 484.a
Oratio non potest esse actus sensualitatis elicitus. 488.b
Oratio christi duplex. 492.b
Oratio christi absoluta semp fuit exaudita. 492.b
Oratio Christi quibus fuerit applicata. 909.b
Origenes asseruit, Christum venisse ad reparandos angelos. 84.b
Origenis error circa productionem animarum. 214.a

P

Papa est re vera caput ecclesiæ. 288.a
Partes humanæ naturæ quare dicantur prius assumptæ, à verbo quàm totum. 218.a

¶ Passio.

Passio christi erat contra motum voluntatis naturalem sed non erat contra voluntatem deliberatam. 370.b
Passio & propassio distinguuntur. 371.b.854.b
Passiones appetitus sensitiui fuerunt in Christo. 388.a.b
Passiones animæ in Christo semper sequebãtur iudicium rationis. 389.a
Passio christi non fuit simpliciter necessaria ad reparationem hominum. 838.b
Passio Christi fuit conuenientissimus reparationis modus. 839.a
Passio christi commendatur. 839.a.b
Passio christi quomodo dicatur necessaria ad salutem generis humani. 840.b
In passione christi fuit summũ gaudiũ cum summa tristitia licet secundum diuersas partes. 844.b
Passionem omnem secundum genus, passus est Christus. 852.b
Passiones christi & nostræ tripliciter differunt, 854.b
Passio christi fuit maximè meritoria. 904.b
Passio christi quid nobis meruit quod alijs operibus promeritum non erat. 907.a
Passio christi operata est nostram salutem per modum redemptionis. 924.a.b
Passio christi quibus prosit. 925.b
Passio christi redemit hominem à seruitute peccati & à tyrannide diaboli. 926.a.927.a
Passio christi operata est nostram salutem per modum efficientiæ. 931.a
Per passionem Christi à peccato liberati sumus. 937.a.b
Passio christi liberauit nos à potestate diaboli. 941.a.b
Passio christi quomodo nos à reatu pœnæ liberauerit. 945.a.b
Passio christi aperuit nobis ianuam regni cælorum. 950.a.b

¶ Pater.

Patres veteris legis meruerunt de congruo incarnationem. 145.a
Patres veteris legis habentes charitatem fuerunt verè & propriè filij Dei adoptiui. 516.b
Patres veteris testamenti fuerunt simul verè & typice filij Dei adoptiui. 518.a
Pater eadem paternitate refertur ad plures filios. 712.b
Patres in lymbo existentes pœnam aliquam patiebantur. 1022.b
Paupertas vsque ad mendicitatem non est condemnanda. 780.b
Pax tempore Christi allata qualis sit. 30.b

¶ Peccatum.

Peccatum quare non potest assumi à Deo, in vnitatem personæ. 12.a

Peccatum mortale quare dicatur Deum destruere. 71.a
Peccatum originale quare dicitur peccata in sacris literis. 85.a
Peccati originalis & actualis comparatio. 85.b
Peccatum nullo modo potuit esse in Christo. 379.a.b
In peccato originali duo sunt consideranda. 592.b
Peccatum originale fuit in beata Virgine. 594.a
Peccare repugnat Deo etiam in aliena natura, mori vero minime. 846.a
Peccatum Adæ, & Iudæorum occidentium Christum conferuntur quantum ad grauitatem. 899.a
Peccatum Iudæorum morte Christi deleri potuit. 899.b
Peccatum Iudæ fuit grauius peccato Iudæorum. 900.b
Peccati primi parentis effectus. 901.a.b
Peccatum per quid formaliter, per quid vero efficienter deleatur. 938.b
Peccator dum iustificatur nullo modo meretur remissionem peccatorum. 64.a
Peccator non meretur pœnã infinitam intensiue. 71.a
Peccatores habentes veram & catholicam fidem, sunt Christi & Ecclesiæ membra. 274.a.b
Peccatores sine charitate non sunt membra viua Christi. 275.a
Pedes Christi duobus clauis affixi sunt in cruce. 880.a
Pœnitentia quomodo sit actus iustitiæ vindicatiuæ. 66.a.b
Pœnitentia præcedentium delictorum requiritur ad iustificationem. 967.b

¶ Persona.

Persona verbi post incarnationem non est magis diligibilis, quam persona Patris, aut Spiritus sancti. 10.b
Persona, hypostasis, & suppositum sunt idem in rationali natura. 106.a
Persona addit super naturam singularem. 107.a
Persona Christi est composita ex humanitate & diuinitate. 110.a
Persona Dei non est composita. 111.b
Persona Christi potest considerari secundum se, & secundum rationem personæ. 112.a
Personalitas debita naturæ humanæ, est terminus à quo assumptionis diuinæ. 133.a
Personæ proprissime conuenit assumptio. 148.a. 151.a
Persona creata non potest subsistere in duabus naturis. 149.a.b
Persona terminat immediate vnionem. 156.a
Personalitas verbi diuini est infinita in terminando. 152.b
Plures personæ possunt eandem numero naturam humanam assumere. 166.b.& seq.
Si plures personæ assumerent eandem numero humanitatem essent plures homines simpliciter & vnus secundum quid. 169.a
Persona diuina potest plures naturas humanas assumere. 171.b
Persona in tali casu esset vnus homo simpliciter & vnus secundum quid. 172.a
Personalitas comparatur ad naturam & essentiam sicut causa & effectus. 189.a
Personalitas & propria passio distinguuntur. 189.a
Philosophia quam Diuus Paulus reijcit quæ sit. 4.b
Philosophorum cognitio, scientia Christi perficitur. 24.a
Pilatus grauissime peccauit in morte Christi. 893.b
Possibilitas incarnationis ex eius conuenientia ostenditur. 13.b
Possibile & conueniens in ordine ad diuinam potentiam conuertuntur. 13.b
Possidere aliquid in communi nihil minuit de perfectione paupertatis Euangelicæ. 780.b.& seq.
Potentia naturalis & obedientialis mediam habent congruentiam. 180.a
Potentia peccandi quid sit. 381.a
Præceptum moriendi Christo impositum, quomodo intelligendum. 749.a.b
Præceptum & mandatum dupliciter accipiuntur. 889.a
Prædicationis efficacia. 17.a

¶ Prædestinatio.

Prædestinatio Christi supponit præscientiam peccati. 79.a
Prædestinati existentes in peccato mortali non sunt filij Dei adoptiui. 520.b
Prædestinatio Christi quomodo intelligatur. 527.a.b.& sequent.
Prædestinare quid proprie significat. 528.a
Prædestinatio Christi est omnium singularissima. 532.a
Prædestinatio Christi non est eiusdem rationis cum nostra. 532.a
Prædestinatio Christi est exemplar nostræ prædestinationis. 537.a
Prædestinatio Christi quomodo sit causa efficiens meritoria nostræ prædestinationis. 541.a.b
Præscitus in tempore quo est in gratia, magis diligitur à Deo, quam prædestinatus in peccato mortali. 521.b
Præscitus in gratia constitutus est vere filius Dei adoptiuus. 519.b

Progressus victoriæ Christi qualis. 15.b
Prophetia fuit in Christo. 243.a.b
Propheta in sacris literis varias habet significationes. 243.b.& seq.
Prophetia non habet intrinsecam obscuritatem. 245.b
Pulchritudo corporea quid requirat. 375.b
Pulchritudo corporea fuit in Christo. 376.a. 389.a
Purus homo quis dicatur in satisfactione pro culpa. 59.b
Pura creatura ex viribus suis non potest perfecte vel imperfecte Deo satisfacere pro peccato suo vel alieno. 60.a
Purus homo etiam in gratia non potest perfecte Deo satisfacere pro peccato suo vel alieno. 60.b
Purus homo de potentia Dei absoluta potuit mereri de condigno incarnationem. 143.b
Purus homo de potentia absoluta potuit pro toto genere humano satisfacere. 72.b

Q

Quantitas materiæ cui anima rationalis infunditur non consistit in indiuisibili. 685.a
Quicquid Deus potest facere cum causa secũda potest facere se solo, quomodo intelligatur. 63.b
Quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur de subiecto, quomodo intelligatur. 405.b
Quod est in potentia, reducitur in actum per id, quod est in actu. 299.b
Quod semel assumpsit, nunquam dimisit, quomodo intelligitur. 203.a.988.b

R

Rabinorum dogmata circa carnem Christi, & beatæ virginis Mariæ. 666.a
Ratio naturalis non attingit euidenter incarnationis posibilitatem, aut impossibilitatem. 8.a. 9.b
Ratio Diui Thomæ ad ostendendam incarnationis conuenientiam est profundissima. 49.a
Rationibus probabilibus potest mysterium incarnationis ostendi supposita fide. 10.a
Redimere quid sit. 925.a
Regulæ scripturæ quòd ea, quæ dicuntur de capite verificantur de membris, & econtra. 74.a
Regulæ ad examinandas locutiones in mysterio incarnationis. 47.b
Regulæ ad cognoscendum spiritum malignum. 557.b
Regulæ ad dijudicandas veras & falsas apparitiones. 559.a.b
Regulæ ad cognoscendum veras reuelationes. 561.b
Relationis fundamentum duplex. 126.b
Relatio diuina importat perfectionem. 157.a
Relatio non est principium agendi. 151.b
Relationes non multiplicantur ex terminis sed ex causis, & ex fundamentis. 712.a
Relatiua denominatio potest aduenire alicui sine sui mutatione. 415.a.b
Reliquiæ sanctorum digne venerantur in Ecclesia. 575.a.b
Remissio peccatorum, & iustificatio impij fiunt omnino gratis. 65.a
Reprobationis non datur causa, etiam si Christus sit primus prædestinatus. 80.b

¶ Resurrectio.

Resurrectionis mysterium difficile est intellectu. 1030.b
Resurrectionis verbum ab omnibus in principio cõ trædictum est. 1030.b
Resurrectionis posibilitas non potest rationibus euidentibus demonstrari bene tamen probabilibus. 1032.a.1034.a.b.& seq.
Resurrectio Christi probatur. 1031.a.b. 1037.a.b
Resurrectio Christi fuit tertia die. 1039.b
Resurrectio Christi fuit Dominica die illucescente iam sole. 1040.b
Resurrectio Christi mulieribus primo manifestata est. 1063.b
Resurgentes cum Christo an rursus obdormierint. 1043.a.b
Romana Ecclesia est totius Ecclesiæ caput. 720.b
Romani imperij ad Christum conuersio. 18.b

S

¶ Sacerdos.

Sacerdos quid sit. 494.b
Sacerdotum munera & officia. ibidem
Sacerdos cum celebrat Christum, ipsum offert in sacrificium.

¶ Sacerdotium.

Sacerdotium Christi habuit plenariam vim ad expianda peccata. 501.a
Sacerdotij Christi effectus, quomodo ad alios pertinuit non ad seipsum. 504.a
Sacerdotium Christi qua ratione dicatur æternum. 505.b
Sacerdotium Christi fuit secundum ordinem Melchisedech. 506.b.508.a.b

¶ Sacrificium.

Sacrificium quid sit. 498.b.915.a
Sacrificium non est imaginibus offerendum. 568.a
Sacrificium & oblatio non sunt idem. 915.a
Sacrificium soli Deo offerendum est. ibidem.b
Sacrificia cur ab hominibus exigantur. 916.a
Sacrificiorum origo. ibidem
Sacrificium Christi veteribus sacrificijs designabatur. 917.a.918.a
Sacrificia veteris legis in triplici differentia. 918.b
Sacrificare homines iure humano & diuino est prohibitum. 499.a.b

Salus nostra in applicatione meritorum Christi consistit. 954.a
Samson typus & figura fuit Christi. 1040.b

¶ Sancti.

Sancti sunt intercessores pro nobis ad Deum. 579.a.b.& seq.
Sanctorum intercessio multis differt ab intercessione Christi pro nobis. 577.a.b,& seq.
Sanctorum cultus qualis sit. 581.a
Sancti in cælis cognoscunt hominum in terra viuentium desideria. 582.b,& c.
Sanctitas mandatorum Christi. 25.a

¶ Sanguis.

Sanguis in Christo fuit vnitus verbo hypostatice. 201.a.1055.a b.
Sanguis vnitus diuinitati non est Deus. 202.a
Sanguis licet fuerit vnitus hypostatice non tamen est totus reassumptus in resurrectione. ibidem. 1056.a
Sanguis est pars humanæ naturæ. 202. b.1055.a
Sanguis continuatur cum alijs partibus corporis. ibidem. b
Sanguis Christi varijs nominibus appellatur. 905.a.b

¶ Sapientia.

SApientia Christi mirabilis. 22.b.23.a.b.24 a.b
Sapientia philosophorum si comparetur cum sapientia Christi nihil est. 24.a
Sapientiæ diuinæ ordo in electione & reprobatione hominum. 978.a.b

¶ Satisfactio.

Satisfactio sufficiens duplex est. 53.b
Satisfactionis natura & essentia. 59.b.91.a
Satisfactio puræ creaturæ neque est perfecta neq; imperfecta pro peccato. 60.a
Satisfactio puri hominis etiam in gratia constituti non est perfecta. 60.b
Satisfactio Christi quomodo adæquat culpam commissam. 62. a
Satisfactio Christi & puri hominis differunt specie. 63.a
Satisfactio & meritum distinguuntur. 64.b
Satisfactio pro culpa quomodo intelligatur. 66. a
Satisfactio Christi fuit ex iustitia propria non metaphorica. 68.a
Satisfactio christi est ex toto rigore iustitiæ. 68.b 910. b
Satisfactio Christi quomodo infinita. 70.b
Satisfactio christi fuit sufficiens in gratiarũ actiõe pro vniuersis beneficijs à Deo receptis. 71.a
Satisfactio Christi & altorum differunt. 72.a
Satisfactio nostra ex duobus habet efficaciam. 72. b
Satisfactio nostra quomodo habeat efficaciam ex satisfactione Christi. 73.a
Satisfactionis multiplex ratio. 911.b
Sceptrum de Iuda quomodo non fuerit ablatũ tempore Machabæorum. 26.a
Schismatici qua ratione dici possunt membra christi & Ecclesiæ. 277.b

¶ Scientia.

Scientia vera quid sit? 3.b
Scientia acquisita fuit in christo. 304.b.305.b
Scientia infusa & acquisita in Christo non fuerũt eiusdem speciei. 306.a
Scientia beata animæ Christi est finita in ratione qualitatis & in genere scientiæ. 317.a
Scientia infusa animæ christi potuit esse maior. 322.b
Scientia infusa christi quomodo attingat mysterium trinitatis. 324.a
Scientia infusa, per se non dependet à phantasmatibus. 325.b
Scientia infusa christi licet secundum se non fuerit collatiua, vsus tamen illius poterat esse cum discursu. 327.a
Scientia infusa christi quomodo fuerit maior & certior angelorum scientia, 328.a.b
Scientia infusa Christi habet rationem habitus. 330.a.b
Scientia infusa christi quomodo intelligatur distincta per diuersos habitus. 331.b
Scientia acquisita respectu rerum, quas nunquam expertus est quomodo fuit in Christo. 333.b
Scientia acquisita christi quomodo habuerit profectum. 336.a.b
Scientia creata fuit in anima christi. 295.a.b
Scientia increata non potest communicari creaturæ. 286.a
Scientia beata fuit in anima christi ab instanti suæ conceptionis. 298.b
Scientia infusa fuit in christo. 301.a.b
Scientia infusa & acquisita distinguuntur. 301. b. & seq. 302.a
Sedere quomodo conueniat christo in cælis. 1107.a
Sensualitas varia significat. 439.b
Serpens æneus quare ab Ezechia confractus. 555.a

¶ Sepultura.

Sepultura christi & eius modus explicatur. 1002.a.b
Sepulturæ curam aliqui ex philosophis contempsere. 1003.b
Sepulchrorum cultus christianis qualiter sit exhibendus. 1003.a b
Signa quibus poterunt discerni veræ & falsæ apparitiones. 559 a.b
Silo quid significat in scripturis. 26.a
Similitudo Athanasij, de vnione animæ & corporis quomodo sit intelligenda. 97.a
Similitudo est causa delectationis. 716.a

Singularium cognitio pertinet ad perfectionem intellectus practici. 322.b
Sol non est viuentium causa, sed solum causæ instrumentum. 249.b
Solus pater est Deus, non est ex vi sermonis vera propositio. 42.b
Spasmus vel animæ deliquium nunquam fuit in beata Virgine. 607.a.b
Species infusa vna & eadem repræsentabat omnia singularia eiusdem speciei. 322.b

¶ Spiritus sanctus.

Spiritus sanctus quomodo sit causa, quod iste homo sit filius Dei naturalis. 672.b
Spiritus sanctus non dicitur pater Christi. 676.a
Spiritus sanctus non fuit vnitus columbæ hypostatice. 767.b
Spiritus sanctus est in specie columbæ sicut signatum in signo. 768.b
Subsistentia est intrinseca supposito. 186.a
Subsistere magis est esse personale quam essentiale. 155.b
Sudor Christi sanguineus fuit naturalis. 863.a

¶ Suppositum.

Suppositum creatum non potest vnire sibi alienam naturam hypostatice. 149.a.b
Suppositi creati & increati discrimen. 156.b
Suppositum & natura in rebus creatis realiter distinguuntur. 184.a
Suppositum & natura singularis realiter distinguuntur. 185.a
Suppositum addit supra naturam positiuũ aliquid intrinsecum. ibidem.
Suppositum est subsistentia. 185.b
Suppositum quomodo sit subiectum generationis. 701.b
Synagogæ subuersio. 18.a

T

Tentatio quid sit. 785.a
Tentatio duplex. 785.a
Tentatio carnis non semper est cum peccato. 787.a
Tentationes Christi omnes non in imaginaria visione, sed in rei veritate contigerunt. 792.a
Tentationis Christi rectus ordo describitur. 796.a
Terminus resultans ex vnione verbi cum humanitate est Christus. 103.a
Terminus assumptionis est aliquid absolutum. 130.a
Terminus assumptionis est persona verbi in quantum est homo. 130.a
Terminus à quo huius assumptionis est personalitas debita naturæ humanæ. 133.a
Terminare non est agere. 132.b.151.b

¶ Theologia.

Theologiæ munus, & eiusdem in partes distributio. 1.a
Theologia est de necessarijs. 2.a
Theologia scholastica de quibus disserit. 3.a
Theologus verus quis sit. 3.a
Theologorum quorundam curiosa vanitas. 2.b
Theologorum & Grammaticorum differẽtia. 4.b
Theologi munus quod sit. 48.b
Timor fuit in Christo. 238.b & sequent.
Timoris donum quem actum habuit in Christo. 239.b
Timor qui est passio quomodo fuit in Christo. 390.a.395.a.b
Tormenta quæ Christus patiebatur quomodo erãt contra eius voluntatem. 370.b
Transfigurari quid sit. 827.b
In transfiguratione claritas Christi ex deitate, & animæ fœlicitate deriuata fuit. 828.a
In transfiguratione quomodo apparuerint Moyses & Helias. 831.a.b
Traianus Imperator, vtrùm fuerit D. Gregorij precibus ab inferno liberatus. 1025.a
Tristitia fuit in Christo. 394.a
Tristitia distinguitur à dolore. 394.a
Tristitia summa fuit simul cum summo gaudio in Christi passione. 869.b

V

Valentinus posuit in Christo corpus cæleste. 33.b
Valentini argumenta soluuntur. 43.b

¶ Verbum diuinum.

Verbum Dei assumpsit naturam in athomo. 103.b. 117.a
Verbum comparatur ad naturam humanam in ratione principij efficientis, & in ratione suppositi terminantis. 152.a
Verbum diuinum mansit vnitum carni in triduo mortis. 984.b
Verbum Dei in triduo non poterat dici caro vel anima. 987.b
Victoria Ecclesiæ describitur. 17.b
Victoria Christi contra dæmonem describitur. 943.a.b

¶ Virginitas Mariæ.

Virginitas permansit in Maria in conceptione. 615.b. & sequent.
Virginitas Mariæ in partu, quomodo explicatur à sanctis. 621.b
Virginitas Mariæ fuit perpetua. 626.a.b
Virginitas beatæ Mariæ fuit ex voto. 629.a.b
Votum virginitatis beatæ Mariæ fuit simplex. 630.a
Votum beatæ virginis ante desponsationem fuit conditionale. 631.b
Votum virginitatis non contrariatur matrimonio. 632.a

Virginitas non erat prohibita in veteri lege. 636.a
Virgines qui fuerunt in veteri testamento. 630.b
Virgo permanens virgo, naturaliter non potest cõcipere. 617.b.623.b

¶ Virtus.

Virtutes in Christo fuerunt in gradu heroico. 230.b
Virtutes quæ fuerunt in Christo non repugnant cũ statu beatifico. 231.a
Virtutes Christi non fuerunt infinitæ. 232.a
Virtutum diuinarum disceptatio circa incarnationem, & passionem Christi. 891.a
Virtus agentis duplex, principalis, & instrumentalis. 762.a
Visio beatifica producit efficienter claritatem corporis hominis beati. 829.a
Visio beata animæ Christi est perfectißima. 319.a
Visiones imaginum vt plurimum sunt de falsitate suspectæ. 558.a.b
Viuere viuentibus est esse. 434.a

¶ Vnio.

Vnio verbi incarnati non fuit facta in natura. 93.a
Vnio verbi incarnati facta est in persona. 100.a.b
Vnio verbi incarnati facta est in supposito vel hypostasi. 106.a
Vnio potest fieri in hoc Deo immediate. 101.b
Vniri in persona quid sit. 102.b
Vnio animæ & corporis est in Christo. 114.b
Vnio naturæ humanæ cum filio Dei est substantialis. 120.b
Vnio hæc non est dicenda accidentaria. 121.a
Vniri in persona, & vniri secundum personam differunt. 121.b
Vnionis huius exemplum quo vtitur D. Paulus explicatur. 122.a
Vnio animæ & corporis, qualiter explicat vnionem verbi cum humanitate. 122.a.b
Vnio humanæ naturæ cum verbo diuino, aliquid creatum est. 124.a
Vnio multiplicem habet significationem. 124.b
Vnitas personalis naturæ humanæ cum verbo est aliquid increatum. 125.a
Vnitas personæ cœpit communicari naturæ humanæ, non per mutationem Dei, sed ipsius naturæ humanæ. 125.b
Vnitas personalis verbi, quomodo sit fundamentũ relationis creatæ explicatur. 126.a.b
Vnitas personalis verbi diuini habet rationem fundamenti & termini in relatione vnionis. 127.a
Vnio & assumptio tripliciter differunt. 129.a. 133.b
Vnio humanæ naturæ cum persona diuina quomodo sit maxima. 135.a.b
Vnitas Trinitatis in essentia diuina est maximæ vnitas. 136.b
Vnio in persona est maior quam vnio per visionem beatificam. 137.a
Vnio humanæ & diuinæ naturæ, quomodo sit facta per gratiam. 138.a
Vnio hypostatica de potentia ordinaria non potest cadere sub merito, bene tamen de potentia absoluta. 143.b
Vnio non est facta immediate in natura & essentia diuina. 154.b
Vna persona diuina potest plures naturas humanas assumere. 171.b
Vnio hypostatica excellẽtior multo est visione beatifica. 179.a.223.a
Vnio hypostatica maior gratia est, quam communicatio corporis Christi in Eucharistia. 181.a
Vnio hypostatica non est facta mediante gratia habituali. 262.b
Vnio noua non fuit facta in triduo mortis Christi. 988.b
Vnibile per potentiam passiuam est mutabile, non tamen per potentiam actiuam. 11.b
Vnum tripliciter ex duobus, vel ex pluribus constituitur. 93.a

¶ Voluntas.

Voluntatis naturalis & deliberatæ discrimen. 370.b
Voluntas multiplicatur in Christo. 438.a
Voluntas humana Christi quomodo fuerit conformis diuinæ voluntati. 444.b.445.a.b
Voluntatum contrarietas non fuit in Christo. 447.b
Voluntas Christi in passione quomodo dolebat & tristabatur. 867.a
Voluntas Christi efficax in faciendis per se, vel per alios, semper fuit impleta. 366.a
Voluntatis diuinæ & humanæ notandum discrimen. 366.b
Vsus scientiæ infusæ non indiget alio lumine distincto ab ipsa scientia infusa. 332.a
Vtilitates quæ ex incarnationis sacramento proueniunt. 56.a.b
Vulnera Christi in eius corpore glorioso permanserunt. 1061.b



SALMANTICÆ

Typis hæredum Mathiæ Gastij.

M. D. LXXX.

699

64